BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
H
30

XLVII
H
30

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AB ANNO MCXCVIII.

UBI DESINIT

CARDINALIS BARONIUS,

AUCTORE

ODORICO
RAYNALDO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO.

Accedunt in hac Editione

NOTÆ CHRONOLOGICÆ, CRITICÆ, HISTORICÆ,

QUIBUS RAYNALDI ANNALES ILLUSTRANTUR, SUPPLENTUR, EMENDANTUR,

AUCTORE

JOANNE DOMINICO MANSI

LUCENSI

CONGREGATIONIS MATRIS DEI

Tomus Decimus.




LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCLIII.

De Superiorum Licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google



ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 1454. | NICOLAI PAP. V. ANNUS 8. | FRIDERICI III. ROM. REG. 15.

I. ANno hujus ſeculi quarto & quinquageſimo Indictione ſecunda plura de ſacra expeditione a principibus Chriſtianis adverſus Turcas conficienda agitata ſunt conſilia; atque in primis
Ratiſponenſis conventus. Germanorum principum conventus, Friderici Imperatoris juſſu Ratiſponæ eſt coactus, ad quem Philippus dux Burgundiæ imperialibus literis vocatus, acceſſit (a). [1]
(a) Gobelin. in comm. lib. 1. De cujus profectione accepto nuncio Ludovicus Bavariæ dux, Albertus marchio Brandeburgenſis, aliique complures qui cæteroqui domi remanſiſſent, Ratiſponam contendere. At Fridericus ſubſtitit in Auſtria, veritus ne ex proximis motibus Hungaricis res ſuæ turbarentur: legavit vero oratores egregios proceres duos, duoſque epiſcopos, nimirum Ulricum Gurcenſem & Æneam Senenſem: quibus adjunctus eſt Nicolaus S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, qui ea tempeſtate in eccleſia ſua Brixinenſi agebat. Pontifex autem Joannem epiſcopum Papienſem illuc miſit.
In iis decretum in Turcas bellum. In iis publicis cœtibus habita eſt ab eodem Ænea Sylvio concio tantæ eloquentiæ ardore, ut decretum de bello ſacro editum ſit, quod refert Gobelinus (b), additque neminem fuiſſe, qui bellum ſuſcipiendum cum Turcis non cenſeret: placuiſſe tamen orandos Francos, ut ſubſidiarias copias ſuas aliis conjungerent, atque Italos, ut claſſem adornarent, ad Helleſponti & Boſphori obſidendas fauces, maritimaſque hoſtium infeſtandas oras, conventum denique alterum celebrandum Francofurti, ut in eo delectus militum fieret, ac neceſſaria pecunia imperaretur. Cæterum pauciores, quam rei moles exigeret, principes eo confluxiſſe queritur Æneas (c), ſed effert laudibus ducem Burgundiæ ad defendendam fidem comparatum in literis ad Leonardum Senenſem datis, quarum potiorem afferendam partem rerum gravitas poſcit.

(b) Id. ib.

(c) Æn. Sylv. ep. 127.

II. *Si verum*, inquit, *dicere libet, nimia eſt inter orbis noſtri rectores ſomnolentia, aut adverſus officium, aut præter officium omnes intenti ſunt. Arbitror te jam cognoviſſe, quæ ſunt apud Ratiſponam geſta, & quam negligenter eo conventum eſt, ex Italia non comperuere, nam legati Venetorum prius ſolutum audivere concilium, quam Bavariam ingrederentur. Unus mihi videtur ſupra omnes laudandus princeps Philippus Burgundiæ dux, qui etſi eſſet Britannico bello implicatus, vocatus tamen ad conventum, qui pro ſalute populi Chriſtiani erat indictus, noluit excuſari, noluit reipublicæ deeſſe, congregationem, quæ commune bonum tractare videbatur, ſua præſentia noluit eſſe privatam. Venit igitur Ratiſponam, iturumque ſe contra Turcas in perſona propria pollicitus eſt, ſi vel Cæſar, vel Rex Hungariæ, vel alius magnus princeps exercitum duceret; ſi minus, miſſurum ſe quas poſſet copias, ne-*

Burgundus in eo ſecuturum Cæſarem profeſſus.

NOTÆ [1] COnventus hujus Ratiſponenſis acta e MS. codice vulgata ſunt inter vetera monumenta a PP. Martene & Durand to. VIII. col. 1013. nihilque illis deeſt eorum quæ Annaliſta ex Ænea Sylvio protulit. Signantur illa menſe majo anno 1454. ex quo de tempore habiti conventus erudimur. MANSI

que hic in rebus excuſatum ſe habere voluit, niſi tale ſibi ſuperveniret impedimentum, quod tota Chriſtianitas legitimum reputaret. Quis hunc ſatis commendare principem poſſet? Nemo eſt inter Chriſtianos, cui minus timendi ſint Turci & infideles cæteri, quam duci Burgundiæ; nemo tamen eſt, qui pro depellendis atque comprimendis hoſtibus fidei ſolicitior eo reperiatur. Unde iſta mens homini? non cupido rapiendi hunc trahit, cui ſunt opes infinitæ: non ſpes ulla voluptatum, quibus frui victores putant, qui eſt jam ævo provectior, & ſi delitias amet, nunquam majores quam domi reperiat: non augendi dominii ratio, qui ſe novit in Græcia aut Aſia nequaquam regnare poſſe. Sed eſt hic religioſus princeps, amat eccleſiam matrem ſuam, cupit fidei noſtræ conſultum eſſe, dolet cum audit Chriſtianum nomen blaſphemari, miſeretur infelicibus animabus, quæ diutius in captivitatem a barbaris rapiuntur, pudet eum ignominia quam Turci nobis inferunt, eſt enim nobilis animus, non poteſt mens alto ſanguine nata non alta meditari, nihil turpe ferre poteſt generoſus ſpiritus, videt ſe dono Dei ampliſſimis & populoſiſſimis regionibus præfectum, multiſque beneficiis cumulatum, non vult ingratus videri, recognoſcit munera in ſe divina eſſe quamplurima, vult pro ſua facultate vices reddere. Meminit Joannis patris ſui quem Turci pugnantem pro fide catholica captivarunt, cupit ulciſci paternum vulnus, imitarique majorum ſuorum veſtigia, quos pro fide orthodoxa conſtat fuiſſe ardentiſſimos. Non perduxit ad exitum ſuſceptum conſilium Burgundus, cum delitiarum mollitie ſe corrumpi ſiviſſet. Pergit Æneas nonnullis interjectis: *Hujus igitur*, inquit, *opera factum eſt, quod in conventu Ratiſponenſi nonnulli articuli conciperentur, quorum ego copiam rectoribus noſtræ urbis feci, nec me dubium tenet, quin tu illorum notitiam habeas, nam & illuſtri dominio Venetorum, apud quod nunc moram trahis, articuli per ſuos legatos hujuſcemodi miſſi ſunt, quorum ſi fiet executio, nihil erit noſtræ religioni timendum. Cæſar hujuſce rei cupidus novum apud Frankfordiam conſilium indixit, id futurum eſt III kal. octobris.*

Ejus elogium.

Novi cœtus indicti Franckfordiæ a Cæſare.

Rogavit Pontificem Fridericus ut ad indictum Francofurtenſem conventum oratorem mitteret, cujus poſtulatis aſſenſit Nicolaus conficiendæ educendæque ſacræ expeditionis cupidiſſimus, ac Joannem epiſcopum Papienſem, de quo memorat Gobelinus, eo ſe conferre hiſce literis (a) juſſit.

(a) Lib. 18. p 366. Joannes epiſc. Papien. ad eos miſſus.

Nicolaus, &c. Significavit nobis nuper & literis & nuntiis chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus de dieta in Frankfordia aut alibi de proximo tenenda pro factis ac defenſione fidei, petiitque a nobis cum inſtantia, ut ad illam oratorem noſtrum mitteremus. Nos hujuſmodi honeſtæ & piiſſimæ requiſitioni ſuæ ſatisfacere volentes, ut tenemur, & fidei & devotionis ac integritatis tuæ erga nos & ſedem Apoſtolicam, & quantis virtutum donis illarum largitor perſonam tuam Dominus inſignivit, non ignari, & ſperantes quod quæ tibi commiſerimus, cum omni prudentiæ laude, quemadmodum ſemper conſuevisti, exequeris; te oratorem noſtrum de optima voluntate noſtra & vehementiſſimo deſiderio erga proviſiones faciendas in iſta re fide pleniſſima informatum ad præfatam dietam duximus deſtinandum, dantes & concedentes fraternitati tuæ harum ſerie plenam & omnimodam facultatem omnia in dicta dieta proponendi, dicendi, faciendi, ordinandi, & concludendi, quæ in iſta re ſapientiæ tuæ videbuntur opportuna, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLIV. III. non. ſeptembris pontificatus noſtri anno VIII. Nec Pontificem modo, ſed etiam omnes Reges, ac principes rogatos, ut oratores ſuos mitterent Francofurtum, narrat Æneas (b): qui tamen ſuperioribus literis indicavit Leonardo Senenſi admodum pertimeſcendum, ne omnia ob mutuam diſſenſionem, incaſſum irent.

Univerſi Reges Chriſtiani ac Principes ad eos vocati.

(b) Æn. Sylv. ep. 127.

III. Non poſuere torporem Chriſtiani, indictique Francofurtanſes cœtus infrequentes fuere, inclinabantque ad reſcindendum Ratiſponenſe decretum animi, cum prædictus Æneas Sylvius (c) orator cæſareus belli ſacri neceſſitate propoſita languentes animos in ſuſcepta ſententia confirmavit; de Conſtantinopolitano enim excidio locutus hæc ſubjecit (d): *Nunc ex duobus Chriſtianitatis oculis alterum erutum, ex duabus manibus alteram amputatam dicere poſſumus? Addite quod ex quatuor ſedibus illis patriarchalibus primis & principalibus, quibus veluti ſolidiſſimis baſibus Chriſtiana ſubnixa fides in omnem terram ramos ſuos extendit, majores noſtri duas ſimul cum Jeroſolymitana per ignaviam atque ſocordiam perdiderunt, nos tertiam, & illam quidem cui omnes Rutheni multi ad Boream, multi ad orientem ad Tanaim jacentes populi ſerviebant, non minori deſidia, majori tamen infamia prorſus amiſimus.* Interjectis pluribus, illuſtrare aggreſſus eſt, quam juſtum eſſet futurum bellum in Turcas conceptum inferendum, nullum enim juſtius eſſe poſſe, quam quod pro tuenda religione, pro ſervanda patria, pro liberandis ſociis, ex ſummi authoritate Pontificis, gereretur adverſus immanem importuniſſimumque reipublicæ Chriſtianæ hoſtem, tum ſubdit.

Principum ſegnities.

(c) Gobelin. in comm. Pii II.

(d) Ext. ea oratio inter ep. Æn. Sylv. n. 131.

Conſtantinopolitanæ ſedis dignitas.

Belli ſacri juſtiſſimæ cauſæ.

Si injuriæ magnitudo notior, & belli juſtitia manifeſtior erit. Nulla pulſatus injuria Mahometus [ſic enim vocatur qui Turcis imperat] bellum Græcis indixit,

Con-

Digitized by Google

Conſtantinopolim obſedit, ac male defenſam oppugnavit, ubi Conſtantinus Græcorum Imperator, intrantibus urbem Turcis, in extremo patriæ ſuæ periculo fortiſſime pugnans obtruncatur, caput ejus lanceæ confixum ſpectaculo fertur, fit miſeranda Græcorum cædes, occiduntur non ſolum qui ſe tueri conantur, verum etiam qui projectis armis ſeſe dedunt. Nec ego hoc magni duco in ipſo furore primi introitus trucidatos eſſe quamplurimos. Illud horreo, illud abominor, illud omnino deteſtor, capta civitate, depoſitis armis, conjectis in vincula civibus, tum maxime ſævitum eſt, tum filii ante ora parentum occiſi, tum viri nobiles velut beſtiæ mactati, tum ſacerdotes laniati, tum monachi excarnificati, tum ſacræ virgines inceſtatæ, tum matres ac nurus ludibrio habitæ. O miſeram urbis faciem! O infelicem populum! O ſceleratum Mahometum! Quis talia fando temperet a lachrymis? Omnia luctu plena, cæde, cruore, cadaveribus erat cernere. Mahometus ipſe terribili facie, tetris oculis, terribili voce, crudelibus verbis, nefandis nutibus homicidia mandat, nunc iſtum, nunc illum ad cædem poſcit, manus in ſanguine Chriſtianorum lavat, omnia fœdat, omnia polluit. Templa Dei noſtri pſeudopropheta traduntur, divina altaria proteruntur, oſſa Martyrum & aliorum ſanctorum jam cum Chriſto regnantium aut porcis aut canibus objiciuntur, franguntur ſtatuæ, picturæ delentur, nec matris Domini Reginæ cælorum glorioſæ Mariæ Virginis imagini parcitur; quin & ipſum ſalvatoris Chriſti crucifixi ſimulacrum cum magno clamore, majori irriſione præcedentibus tympanis ac tubis in caſtra defertur, huc atque illuc rapitur, conſpuitur, luto provolvitur. O nefas inexpiandam! O ignominiam Chriſtianæ gentis! O dedecus noſtri nominis ſempiternum! Huic ſigno, in quo redempti & ſalvati ſumus, Turcorum fœtidum genus illudit, & quaſi nos ſignum non ſignatum colimus: Hic eſt, inquit, *Chriſtianorum Deus. Sentio quia commovemini principes, dum Salvatoris injuriam refero, tum tantæ civitatis damna commemoro. Sed quis cladem illius urbis, quis funera fando explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores? Horret animus talia meminiſſe, luctumque refugit. O nobilis Græcia, ecce nunc tuum finem, nunc demum mortua es.* Et infra.

Turcarum immanitas in Græcos ſe ultro dedentes.

Illuſum crucifixi Domini ſignum.

Objectum Chriſtianis idololatriæ crimen a Turcis.

IV. Expoſitum ingraveſcente Turcicam potentiam niſi illi reſiſtatur. Raſcia occupata.

Audiviſtis, inquit, *quæ paſſi ſunt Conſtantinopolitani, idem nunc multæ civitates expectant, niſi, dum tempus eſt, opitulamini. Serpit in dies hoc virus magis ac magis, nunc una provincia, nunc alia nobis deficit. Raſcia jam noviſſime occupata eſt. Deſpotus ejus provinciæ cum conjuge & liberis in Hungariam ſe recipit. Hungari, qui hactenus noſtræ fidei clypeus, noſtræ religionis murus fuere, hoc victi bello poſt mortem Alberti Regis, bis capti a Turcis ſunt, centum millia hominum aut eo plus duobus præliis amiſere. Non tulerunt integri Turcorum vires, quomodo fracti ferent? Succubuerunt auxiliantibus Polonis, quomodo vincent ſoli? Magna eſt Turcorum potentia in Aſia & in Græcia. Tartarorum ferocem gentem fœdere junctam habent, ducenta vel trecenta millia pugnatorum, ne dicam plura, in armis cogere poſſunt. Quamvis ſint Hungari ſtrenui & potentes viri, atque omni laude digni, non tamen tantis viribus pares habentur. Sive vincitur Hungaria ſive coacta jungitur Turcis, neque Italia neque Germania tuta erit, neque ſatis Rhenus Gallos ſecuros reddet. At nonnulli quia ſuis diebus non videre ſimilia, nec fieri poſſe confidunt, nos autem ſæpe Tartaros protrita Hungaria Germaniæ fines ingreſſos, ad Rhenum uſque debacchatos novimus. Hungari priuſquam Chriſtum colerent ſæpe Auſtriam, Bavariam, Sueviam, Franconiam, Saxoniam percurrerunt. Attila Rex Hunnorum ab Hungaria, quæ tunc Pannonia dicebatur, digreſſus, quantas Italiæ, quantas Germaniæ, quantas remotiori Galliæ atque Hiſpaniæ turbas intulerit non ignoramus. Quid Gothos, quid Vandalos, quid Gepidas, quid Herulos, quid Longobardos, quid Burgundiones referam. Omnes hi populi per Hungariam ab ulteriori Scythia venientes hanc noſtram Chriſtianitatem miris afflixerunt modis. Expectabimus igitur & nunc venire Turcos, atque accerſitis Tartaris nobilem atque potentem Hungariam ſui juris efficere, ac deinde reliquam Chriſtianitatem locuſtarum more corrodere? Pugnandum eſt vobis omnino, principes, ſi liberi, ſi Chriſtiani vitam ducere cupitis.* Hanc ſententiam amplo proſecutus ſtylo, aliud graviſſimum addidit argumentum, debellandum ſcilicet eum hoſtem, qui religionem aboleret, referendamque Numini pro acceptis tot beneficiis aliquam gratiam. Tum recenſitis iis, quæ Conditor ſupremus contuliſſet, propoſuit quanta Redemptor noſter, ut nos æternis eriperet ſuppliciis, eſſet paſſus.

Centum millia Hungarorum duobus præliis amiſſa.

Quot milites cogere poſſint Turcæ.

Victa Hungaria, non Italia, non Germania tutæ.

Propoſita veterum barbaricarum excurſionum exempla.

Indicta Chriſtianis pugnandi cum Turcis neceſſitas.

Sputamina inſultantium excepit, qui ſputo ſuo cæci oculos aperuerat, flagellatus eſt qui poteſtatem flagellandi dæmones habet, ſpinis coronatus eſt, qui ſanctos ſuos floribus coronat æternis, palmis in faciem cæſus eſt, qui veras palmas mundum vincentibus tribuit, ſpoliatus eſt terrena & caduca veſte, qui cæleſti atque immarceſcibili candiditate animas veſtit, cibatus eſt felle, qui ſe cibum hominis præbuit, potatus eſt aceto, qui populo ſuo nectarea pocula repromittit, agnus ille innocens, immo ipſa innocentia, ipſa juſtitia inter facinoroſos computata eſt, pependit inter latrones Deus noſter, viderant faciem ejus,

Suſcipiendi pro Chriſto tot pro nobis paſſo bellici labores.

& non erat ſpecies neque decor, a vertice capitis uſque ad plantam pedis non erat in eo ſanitas, ſed paſſus eſt, ut nos redderet impaſſibiles, mortuus eſt ut nos redderet immortales. Cohortatus illos poſtea ut ſe Redemptori gratos præberent, coirentque ad bellum, in quo vel vincerent in terra, vel in cœlo triumpharent: cumulatiſque pluribus argumentis, hæc adjecit: *Cogitate, principes, quo redacta eſt Chriſtiana religio, quantum in oriente, quantum in meridie diminuta eſt noſtra fides, ſumite alta corda, induite fortes animos, defendite matrem veſtram Eccleſiam, quæ vos Chriſto regeneravit, accingimini gladio ſuper femora veſtra potentiſſimi, occurrite inimicis Chriſti, nolite eſſe ultimi, quos imperii dignitas jubet exire priores. Carolus Rex Francorum & nobiliſſimus & potentiſſimus pugnaturum ſe dicit, ſi vos armemini. Quæ ſit mens inclyti Ladiſlai Regis Hungariæ & Bohemiæ ex ſuis oratoribus audietis. Reges Daciæ, Sueciæ, ac Norvegiæ literas habemus, quæ mentem illius optimam exponant. Alfonſus Rex Aragonum & Siciliæ, noſtri ſæculi clariſſimum ſydus, etiam ſilentibus cæteris hoc magnificum bellum, hanc glorioſam expeditionem pro Chriſti nomine ultro ſuſcepturum ſe pollicetur. Philippus Burgundiæ dux non minus animo quam ſanguine clarus, potentatu ac dominatu par magnis Regibus, non modo ſe iturum ad hoc bellum promittit, ſed alios quoque, ut ſe accingant, magnopere adhortatur, &c.*

Pollicitus Gallus capturum ſe arma ſi ea Germani corripuerint. Oſtenſæ ab aliis Regibus conficiendæ ſacræ expeditionis ſpes.

Renovatum fuiſſe hujus orationis vi Ratiſponenſe decretum, refert Gobelinus. (a) Horum conventuum acta in mſ. codice tabularii Vaticanæ bibliothecæ (b) deſcribuntur his verbis: *Anno ſalutis MCD. LIV. menſe octobris Francfordiæ eſt habita dieta in qua,* & infra, *epiſcopus Senenſis orator Cæſaris orationem habuit de abire borit ſuaſoriam contra Turcos. Tum epiſcopus Papienſis legatus Papæ alteram habuit concionem ad eumdem effectum. Hungari de cauſa auxilium poſtulavere contra Turcas, quod niſi obtinerent, proteſtati ſunt ſe pacem a Turcis petituros quibuſcumque poſſent conditionibus. Poſtremo Burgundi eadem de duce ſuo polliciti ſunt, quæ prius Ratiſponæ fuerant promiſſa.* Multiſque interjectis, quibus diſceptatum eſt inter electores differre Hungarica auxilia nollentes, Cæſariſque oratores: *Tandem,* inquiunt acta, *convenitur Hungarorum expoſtulata audire, ſi decem millia equitum & peditum triginta millia ex Germania ad annum petunt, parem numerum ex ſuis & Bohemicis offerunt, aſſeruntque ſi ex Italicis quinque & viginti triremium claſſis in Helleſpontum mittatur, quæ hoſtes vexet, facile Turcos Europa pellendos. Hæc ubi admiſſa fuerunt poſt primordium congregata publica concione communi ſententia probata ſunt.*

(a) Gobelin. in comm. l. 1.
(b) MS. cod. arch. bibl. Vat.

Poſtulata in Turcas ab Ungaris auxilia.

Decreti terreſtris & navalis exercitus pro recuperanda Conſtantinop.

V. Verum præclara ea conſilia poſtea evanuere, quod ipſemet Æneas præſagiebat ob varios principum diſſenſiones, orbiſque Chriſtiani miſerum ſtatum, quem in literis ad Leonardum Senenſem datis ita expoſuit (c): *Quid ſentis? quid putas futurum? Mallem tacere, mallem opinionem meam eſſe falſiſſimam, ac mendacis quam veri prophetæ nomen, dicam tamen quod meus præſagit animus. Non ſpero, quod opto, nihil boni menti meæ perſuadere poſſum. Quare, inquis? Quare, inquam, ego bene ſperem? Chriſtianitas nullum habet caput, cui parere omnes velint, neque ſummo ſacerdoti, neque Imperatori, quæ ſua ſunt dantur, nulla reverentia, nulla obedientia eſt, tanquam ficta nomina, picta capita ſint, ita Papam Imperatoremque reſpicimus. Suum quæque civitas Regem habet, tot ſunt principes quot domus, quomodo tot capitibus quot regunt Chriſtianum orbem, arma ſumere ſuadebis? Age, dicito concurrere in bellum cunctos Reges. Cui ducatum dabis? Quis ordo in exercitu erit? Quæ diſciplina militaris? Quæ obedientia? Quis paſcet tantum populum? Quis intelliget varias linguas? Quis reget diverſos mores? Quis Anglicos amicabit Gallicis? Quis Januenſes conjunget Aragonenſibus? Quis Theutones Hungaris, Bohemiſque conciliabit? Si paucos contra Turcos ducis, facile ſuccumbis, ſi multos, confunderis, undique ſunt anguſtiæ.*

Præclara conſilia ſoluto evanuere.
(c) Æn. Sylv. ep. 127.

Difficultas retinendæ concordiæ in caſtris.

Pergo ultra atque inſpice Chriſtianitatis vultum. Pacata, inquis, Italia eſt, facile adverſus exteros arma ſumet domi quieta. Neſcio quam quieta. Inter Regem Aragonum & Januenſes adhuc belli reliquiæ manent, nec Januenſes hi ſunt, qui contra Turcos pugnaturi credantur quibus tributa pendere dicuntur. Veneti cum Turcis fœdus percuſſere, & quamvis ajunt ſe ſumpturos arma pro noſtra fide, ſi cæteri Chriſtiani bellum Turcis indicant, quis hanc conditionem implebit? Vocare nunc, rogare, atque excitare Venetos oportebit, qui cæteros invitaturi eſſent, ſi pax eis cum Turco non eſſet. Quid cum Italis facies, quando duæ navales potentiæ, & quidem majores deſunt? Rex Aragonum, quamvis eſt potentiſſimus & ad commune bonum ardens, haud quaquam ſolus bellum navale contra Turcos agitabit. Summus Pontifex quanta ſit claſſis non ignoras. Deficit igitur nobis altera belli pars, nam cum terra marique Turcos vexare propoſitum eſſet, deficientibus Italis, nihil eſt quod de maritimo bello ſperemus, patebit Aſianis Helleſpontus; & ſi terra bellum geratur, infinitas ex Aſia copias in Græciam Turcis traducent. In Hiſpania noſti, quam multi ſunt Reges potentia, regimine, voluntate, & opinione diſpares, neque illi in extremo jacentes occidente ad ſeptentrio-

Non conflata ob Italia claſſis.

Quæ cauſa a repetenda Conſtantinopoli retardarint.

trionem trahendi ſunt, eſtque quod agunt cum Granatenſibus domi: Rex Franciæ etſi toto regno pepulit hoſtem, marinas tamen oras inquietas habet, nec militem extra regnum audebit mittere, dum claſſes ex Anglia repentinas timet, Angli nil aliud animo gerunt, quam ut repulſam ex Francia vindicent. Scoti, Dani, Sueci, Norwegii in ultimis orbis oris ſiti nihil eſt quod extra domum quærant. Theutones inter ſe diviſi nulla in parte cohærent. Civitates cum principibus diſſident, & ipſi inter ſe principes nullo concordiæ vinculo tenentur. Suitenſes cum ducibus Auſtriæ vetus odium tenent, comes Palatinus archiepiſcopo Moguntino infeſtus eſt, ducatus Lutzemburgenſis inter Regem Bohemiæ & ducem Burgundiæ litigioſus pendet, quamvis ſunt ad Calendas uſque novembris in eam rem induciæ, duces Saxoniæ de ſexaginta caſtellis cum Bohemis litem habent, Vratiſlavienſes requiſiti per Bohemiæ Regem homagium facere recuſarunt, niſi ad ſe Rex proficiſcatur. Prutheni qui religioni S. Mariæ Theutonicorum ſubjecti fuerunt, excuſſo priori jugo ad Regem Poloniæ defecerunt, iſque anno regionem ingreſſus cum conjuge ſacramenta fidelitatis accepiunt: Lignicenſes, quos Ladiſlaus Rex gubernatori Bohemiæ dederat, ſubire jugum recuſant, nec Puduvitenſes parere domino de Roſis voluntarii ſunt, quamvis dono Regis ad eum pertineant, in Auſtria nihil quieti eſt, baronem Eichzinger dominantem ſpernunt, civitates amont, ſeditiones frequenter aguntur, Voancho Bohemus cum duobus millibus latronum regionem longe lateque vexat, in Vienna crebra fiunt incendia, nec authores in famam veniunt, in Hungaria prælati & barones infenſi ſunt Joanni Vaivodæ, qui quondam gubernator fuit, nunc capitani nomen tenet, regnique maximam partem occupat: Giskra Bohemus inveſtitus a Joanne de territorio Sepuſion in Hungaria ad poſſeſſionem venire per Joannem impeditur, deſpotus Raſciæ quamvis Turcis unitus putetur, auxilia tamen Regis Hungariæ petit, & Turcos aſſerit bello paratos, nihil tamen ad hæc Hungari moventur, ſed habituri potius inducias ſive concordiam cum hoſte, quam moturi bellum creduntur. Dic nunc in tanta rerum varietate quid ſperandum aut timendum ſit, &c.

Gallia Angliæ irruptionis metu ſuſpenſa.

Germania maximis diſcordiis turbata.

Polonia de Pruſſia cum cruciferis diſceptat.

Bohemia & Auſtria impacatæ.

Hungarorum animi inter ſe diviſi.

VI. In hac Hungariæ trepidatione coacti ſunt celeberrimi ordinum cœtus, in quibus de conflando adverſus Turcos exercitu, cui præfectus eſt Joannes Huniades inita ſunt conſilia, promulgatæque ab Wladiſlao hæ literæ (a).

Vuladiſlaus Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Auſtriaque, Sleſiziæ, & Stiriæ dux, ac non marchio Moraviæ, Luſaciæ, &c. fidelibus noſtris univerſis prælatis, baronibus, nobilibus, & alterius cujuſvis ſtatus & conditionis hominibus in comitatu Peſtienſi conſtitutis & exiſtentibus ſalutem & gratiam.

Crebrarum ac dudum invaleſcentium novitatum nobilium hominum fidedignorum hujus regni noſtri Hungariæ pericula formidantium patefactione edocti ſumus Inculenter, quomodo perfidiſſimus Imperator Turcarum potentiſſima paganorum coadjuvatione ſelecto multiplicata in finale exterminium firma intentione machinatur hoc regnum noſtrum Hungariæ ſubintrare, proinde nos vigili advertentia in animo revolventes, ut velut olim hoc regnum noſtrum Hungariæ ex Tartarorum invaſione improviſa inadvertentia regnicolarum in flebilem ruinam fuerat poſitum, & in præſentiarum inevitabili curſu dicti Imperatoris Turcorum & campeſtri cum exercitu diſpoſiti [quod Deus avertat] nos contingat periclitari, & totius hujus regni machina ſacra religione Chriſtiana imbuta penitus diruatur, quemadmodum etiam in proximis diebus evolutis exemplari intuitu civitati Conſtantinopolitanæ per eumdem Imperatorem Turcorum illatum fore jam experti ſumus manifeſte, eapropter prædicti fideles noſtri prælati, barones, nobiles, & proceres dicti regni noſtri Hungariæ una cum certis electis nobilibus hominibus ſingulorum dominatuum ejuſdem regni noſtri, quibus per alias noſtras nuper ſuperinde dederamus in mandatis in hac civitate noſtra undecimbis diebus congregati ſuper eo, qualiter hujuſmodi ipſius Imperatoris Turcorum invaſio repelli valeret tutiuſque evitari, uniformem habentes tractatum & deliberationem, nos cum eiſdem validam expeditionem exercitualem ad natalem patriam noſtram, Altiſſimo propitio, defendendam adverſus paganorum inſultus decrevimus inſtaurandam, præſentibuſque literis noſtris ſub certorum articulorum incluſionibus ſubnotandis veſtris fidelitatibus notificandum duximus, videlicet quod primum ſpectabilem & magnificum Joannem de Huniad perpetuum comitem Beſtricenſem infra præſentis integri revolutionem anni capitaneum generalem inſtituimus hujus exercitus noſtri inſtaurandi, &c. Adjectæ ſunt variæ ſanctiones de conficiendi exercitus ratione, utque Hungari ad Joannis Huniadis nutum ſub illius ſigna concurſuri ſint, pendendaque pro militaribus ſumptibus vectigalia. Neque Hungari modo verum finitimæ etiam gentes contra Turcas conſurgere juſſæ: *Item omnes liberæ civitates tam noſtræ regales & reginales, quam dominiorum deſpotis & comitis Celiæ, aut aliorum magnatum, nec non totum regnum noſtrum Sclavoniæ, de quibus lucrum cameræ noſtræ ſolvi non conſuevisſent, modo præmiſſo connumerari debeant, & ſimiliter* Phi-

Hungarorum pro Turca propulſando deliberatio.

Decretum adverſus barbaros bellum.

Hunniades dux exercitus pronuntiatus.

Suppetias provinciæ ferre juſſæ.

(a) Ext. apud Dolgaſt. to.3. p.479.

Philiſtæi, Comani, Volaii, & Tartari communiter debent exercituare, &c. Dat. Budæ in feſto converſionis B. Pauli Apoſtoli anno Domini MCDLIV.

Oſtenſa divinitus oppreſſæ orientalis eccleſiæ cauſa.

Quo tempore cum inter alios viros pios, qui pro Eccleſia fervidas preces fundebant divino Numini, cum Dionyſius Carthuſianus orientalis eccleſiæ in Turcicam ſervitutem dejectæ & Conſtantinopolis excidium defleret, timeretque ne ob Chriſtianorum principum diſſidia inſoleſcens Mahometanus Romanæ etiam urbi exitium moliretur, alienatus ab ſenſibus edoctus eſt de arcanorum divinæ providentiæ judiciorum æquitate, quæ Græcos laniari ab infidelibus permittebat; cumque ab ſontibus inſontes quoque opprimi quereretur, fidelium culpa triumphare infideles accepit, uti refert Petrus Dorlandus (a) in ejus vita, ſubiicitque hæc de pio Dionyſii ſtudio in principibus ad ſacrum bellum incitandis: *At pater Dionyſius, cum hanc revelationem habuiſſet, dolens ex intimis medullis amoris Eccleſiæ factam nimirum in oriente, ruinam; ſcripſit epiſtolas plurimas ad principes, ad magnates, ad ſummos Eccleſiæ rectores, ut ſeſe corrigerent, collectaque militari manu Eccleſiæ injuriam vindicarent; ſed parum eheu monita profuerunt, ſingulis ſuis rebus ſuiſque delitiis occupatis.* Conjunxere etiam ſtudia ſua religioſi alii viri ad principes mutuo in Turcas fœdere ſociandos, inter quos Simoneta Camers Auguſtinianus doctrina & pietate inſignis Italicam compoſuit magna cum totius orbis Chriſtiani admiratione pacem, pro qua concilianda Pontifex & Cardinales maximos labores fruſtra inſumpſerant. [1] Coortum (b) erat atrox & exitiale bellum inter Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem ac Venetos, ipſique plures alios in arma traxerant, nam Veneti Alfonſum utriuſque Siciliæ & Aragonum Regem belli ſocium ſibi adſciverant, iſque Ferdinandum filium notham in Etruriam fortiſſimorum militum ſuccinctum exercitu miſerat: Sfortia vero Florentinos, Sabaudum, Montisferrati principem fœdere ſibi adjunxerat, tum Ludovicum Delphinum, qui cum ingentibus copiis ad Aſtam uſque penetravit, ſed lapſo trimeſtri abiit. Renatus Rex in ſpem recuperandi regni Neapolitani Genuam e Provincia navibus advectus, plura in Inſubria cum Venetis iniit certamina: quo reverſo in Gallias, cum diuturno bello exhauſtis feſſiſque omnibus, tum cladis Conſtantinopolitanæ caſu perculſis, Simoneta (c) de quo paulo ante meminimus, demum eoſdem Venetos ac ducem Mediolanenſem in concordiam redegit. Extant de ejuſmodi fœdere tabulæ in mſ. codice noſtro Vallicellano (d) confectæ Laudæ atque hac temporis nota conſignatæ: *Anno a nativitate Domini Jeſu Chriſti MCDLIV. die martis IX. menſis aprilis indictione II.*

(a) *Petr. Dorlandus in vit. Dionyſ. Charthuſ. to. 1.*

Moniti principes ut emendatis moribus Chriſti injuriam vindicent. Italica pax compoſita.

(b) *S. Ant. p. 3. tit. 22. c. 12. Collenut. l. 6. Facius l. 10. Marian. l. 22. c. 16. & alii.*

(c) *Id. ib.*

(d) *MS. bibl. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 26. &c.*

VII. Præcipuæ fœderis leges.

Præcipuæ pactiones hæ fuere. Acceptæ ultro citroque injuriæ voluntaria oblivione contritæ; condonata ac remiſſa damna: a Venetis Regi Alfonſo reſervatus locus, ſi fœderi adſcribi vellet; comprehenſi eodem fœdere Florentini, Genuenſes, Senenſes, Sabaudus, Montisferratenſis, ac Mantuanus: Crema quæ a Venetis præſidio firmata erat, eorum permiſſa imperio, promiſſumque a Sfortia Brixienſis & Bergomenſis agrorum occupata loca ipſis reſtitutum iri; definitique utrorumque iidem limites, qui ante bellum deſignati erant. Abdua fluvius, tum Caravagium, Vaila, Bugnanum, Ripalta, & Cremonenſis agri caſtra Mediolanenſis juris futura pronuntiatum. Captivi hinc inde vinculis liberati juſſi; denique conventum dandam operam ut Florentinos inter atque Alfonſum & Senenſes pax redintegraretur. Sancito his legibus fœdere, de quo pluribus in locis mentionem facit Æneas (e), navatum a Pontifice ſtudium eſt, ut Alfonſum ipſum ad illud pelliceret, miſitque (f) eam ob cauſam Dominicum Capranicam Cardinalem ampliſſimis fretum mandatis Neapolim, ad quem datæ ſubjectæ literæ (g).

(e) *Æn. Sylv. de Europ. c. 49. & 58. & ep. 127.*

(f) *Facius l. 10.*

(g) *Lib. 18. p. 407.*

Dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Jeruſalem presbytero Cardinali A. S. L. ſalutem, &c.

Conſiderantes quam ſalutare ſit bonum pacis ad ea, quæ pacem ipſam, unitatem, & concordiam Chriſti fidelium, præſertim Regum, & principum nobis & Romanæ eccleſiæ devotorum reſpiciunt attente intendi-

Card. Capranica ad firmandam pacem legatus.

NOTÆ [1] Iſto quidem anno pax rediit in Italiam authore F. Simonetta Camerte Auguſtiniano; ſed in ea componenda alia fuit mens religioſi illius viri, alia partium quæ in unum coiverunt. Pius enim ille vir totus erat ut compoſita Italiæ pace omnium arma in Turcas verterentur. Ab eo vero conſilio tam longe abfuerunt Veneti, ut pacem ante duos annos anno ſcilicet 1450. indictione XV. cum Turcis ſancitam, hoc anno ſtatim poſt pacatam Italiam die XVIII. aprilis hujus anni, confirmarint. Hujus, inquam, anni; licet enim ejus fœderis tabulæ apud Sanutum in vitis Ducum Venetorum confirmationi huic adſcriptum exhibent annum Græcorum 6962. indictionem IV. mendum tamen in indictionem irrepſiſſe, cum per ſe perſpicuum eſt, non enim annus Græcorum 6962. cum indictione IV. aprili menſe, congruunt; tum pariter eædem tabulæ in hiſtoria miſcella Bononienſi relatæ proferunt annum eumdem & indictionem 2. quæ temporis notæ annum iſtum deſignant. Mansi

Digitized by Google

dimus; illaque indefeſſis ſtudiis ac favoribus proſequimur opportunis. Cum igitur te tanquam pacis angelum pro danda Italiæ pace ad civitatem Neapolitanam noſtram & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere duxerimus transmittendum, nos de perſona tua, quam ſingulari prudentia, & ſcientia aliarumque virtutum magnitudine earum dator altiſſimus inſignivit, ſpeculum in Domino fiduciam obtinentes, ſperantesque tuis operationibus ſapientia plenis illa ad optatum perduci effectum, quæ aliis fortaſſe impoſſibilia viderentur, circumſpectioni tuæ de & ſuper diſcordiis & differentiis quibuſcumque inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ Regem, & dilectos filios nobiles viros Venetiarum ac Mediolani duces, necnon commune Florentiæ & Senæ, aut eorum oratores, noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine & auctoritate tractandi, imponendi, concordandi, & concludendi pacem & ligam ſub illis capitulis, pactis & modis, conditionibus atque formis, pœnarum adjectionibus, juramentis, jurium & bonorum obligationibus, renunciationibus, proviſionibus, cautelis, clauſulis, ſolemnitatibus atque modis, de quibus prudentiæ tuæ videbitur; necnon alia faciendi quæcumque tibi ad firmitatem & obſervantiam pacis & concordiæ hujuſmodi neceſſaria videbuntur, ſeu etiam opportuna, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, &c. Quidquid enim in prædictæ pacis & ligæ per circumſpectionem tuam noſtro & Eccleſiæ nomine actum aut concluſum fuerit, ratum ſemper habebimus, comprobamus per præſentes, & in futurum comprobabimus ac faciemus auxiliante Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. * MCCCCLV. VIII. id. novembris pontificatus noſtri anno VIII.

Amplissimis fultus mandatis.

* MCDLIV.

Perfunctum pro dignitate injuncto ſibi munere Dominicum Capranicam tradit Jannozius Manettus (a) in vita Nicolai V. confectæque pacis Italicæ hiſtoriam enarrat his verbis: *Ad extremum octavo & ultimo pontificatus ſui anno, cum Veneti ingentibus ac plurimis tam diuturni belli ſumptibus, vehementer premerentur, atque Franciſcus ipſe* nempe Sfortia *dux Mediolanenſis facultatibus ſuis majorem in modum extenuaretur, ac utrique bellicis ſumptibus uſque adeo onerarentur, atque uſque adeo exinanirentur, ut neutri magnos exercitus ſuos propriis, ut conſueverant, ſtipendiis alere & ſuſtentare poſſent, factum eſt, ut per interceſſionem cujuſdam Simeonis religioſi viri nimirum Auguſtiniani, ac probitate morum & ſanctimonia vitæ admodum celebrandi, pax & concordia fruſtra Romæ tamdiu antea tractata, mirabile dictu! optatos & concupitos ſortiretur effectus: Veneti enim cum Franciſco prædicto & cum Florentinis inſcio & ignorante Alfonſo cum quo adverſus commemoratos ſcilicet Florentinos ac Sfortiam tanquam infenſiſſimos hoſtes prius confœderati erant, acerrimis ſimultatibus penitus omiſſis, quibus in ſe invicem diutius belligeraverant, pacem & concordiam ac confœderationem [incredibile dictu!] inierunt. Pace itaque mutua confœderatione condita, per hunc modum, ut diximus, inter ſeſe concluſa, ſex legatos ſuos clariſſimos viros duos per ſingula membra ad Alfonſum mittere conſtituerunt, quem moleſte & ægerrime hanc eorum concordiam laturum non dubitabant, quod idcirco faciebant, ut per hanc tam honorificam ac tam glorioſam legatorum ſuorum transmiſſionem ipſum ad eam concordiam allicerent, atque honeſtis precibus invitarent, & benignis ſuaſionibus traducerent: delecti itaque ſex oratores Romam ad Nicolaum noſtrum jampridem magis non modo podagrarum, chiragrarum, & cæterorum artriticorum dolorum morbo ægrotantem, ſed lentis quoque febribus apprime oneratum cum expreſſis ad ſanctitatem ſuam commiſſionibus venerant, qui cum pacem pro totius Italiæ ſalute jam pridem inter ſe factum fuiſſe ſignificarent, beatitudinem ſuam ſuppliciter exhortabantur, ut prædictæ paci pro ſalute Italiæ ceu dicebant confectæ aſſentire & adhærere dignaretur, atque eos ad Alfonſum hac dumtaxat cauſa contendentes, ſuis ſapientibus conſiliis, ſuis devotis ſuaſionibus, ſuis variis favoribus adjuvaret.*

(a) Manett. ms. bibl. Vat. ſign. num. 2045. in vit. Nic. V. l. 2.

Civili bello Italia attrita fuerat.

Ignaro Alfonso Veneti cum duce Mediol. & Florentinis fœdus ineunt.

At Nicolaus oratoribus benigne auditis cum ipſos inter ſeſe pacem & confœderationem iniviſſe cognoviſſet, & ad proſequendum ulterius totis animis inclinatos eſſe conſpiceret, atque ſeſe malignitate morbi in dies vehementius oneratum oppreſſumque in conjectura auguraretur, prudentiſſime ſimul atque gratiſſime in hunc modum reſpondiſſe fertur, pacem nunquam ſibi ſemper placuiſſe, inquit, pro qua componenda multos ſe labores ſuſcepiſſe ac toleraſſe teſtatus eſt. Concordiam deinde ſimul cum confœderatione inter eos junctam pluribus elegantibus verbis laudavit, atque ſibi ipſis ad Alfonſum eadem cauſa contendentibus perſuaſionibus, uti ab eis poſtulabatur, favere opitularique ſignificavit, & ut omnis diſputatio e medio tolleretur, atque certa & indubitata pax, cum Alfonſo Rege conficeretur, Cardinalem quendam præclariſſimum ac prudentiſſimum dominum, & multa quoque ſecularium rerum experientia exercitatum legatum, ut dicitur de latere, una ſecum mittere ſubjunxit, atque talia ſtricta mandata ei ſe daturum confirmavit, ut tota effectibus & operibus penitus & omnino adimplenda eſſe non dubitaret. Ad extremum ut mentem, inquit, noſtram ad pacem Italiæ ſemper inclinatiſſimam fuiſſe & extitiſſe intelligatis, non modo omnibus po-

Nicolai ad eorum oratores reſponſum.

Accedit eorum fœderi.

ſtulationibus veſtris & de adhæſione noſtra & de exhortationibus erga Alfonſum per nos faciendis, libenter aſſentimur, ſed legatum etiam de latere, ut efficacius & copioſius opitulemur, ad eum mittere conſtituimus quando, nequaquam poſtulabitis, ut Chriſtiani principes, reſpublica, & populi plura in hoc veſtro generalis pacis deſiderio, quod itidem noſtrum abundantius eſſe ac videri volumus, quam ſeparata & conjuncta totius confœderationis veſtræ membra hactenus poſtulaverint, facta fuiſſe intelligunt, planeque cognoſcunt hoc Nicolai Pontificis noſtre ſapientiſſimum & efficaciſſimum reſponſum quam gratum quam acceptum prædictis oratoribus fuerit, non ſatis dici explicarive poteſt, præſertim quando Dominicum tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem, dominum Firmanum prudentiſſimum & optimum virum & magnæ apud omnes mundi principes auctoritatis, ac ardentem inſuper pacis amatorem vivæ vocis oraculo pronuntiatum atque ad id ſanctum opus peragendum deſignatum deſtinatumque acceperunt. Oratores itaque una cum legato Neapolim contendentes, poſt longum quandam & diuturnum præteritarum contentionum agitationum, tandem per efficacem & admirabilem prædicti legati interceſſionem pacem & concordiam præter ſpem omnium mirabiliter concluſerunt, quæ quidem compoſita, ac concluſa oratores una cum legato ad Nicolaum noſtrum jam morborum gravitate vehementius oppreſſum læti & alacres redere, quos in conſpectu ſuo aſſiſtentes magnis ac dignis laudibus ſua illa & ſingulari & præcipua elegantia plurimum extenavit. Oratores igitur pace facta & pontificiis quoque laudibus ornati, & inſuper nonnullis perſonarum privilegiis honeſtati maximo cum gaudio quiſque in patriam ſuam remearunt. Hæc proximo anno perfecta videbimus.

Urget Alfonſum, ut illud admittat.

Res feliciter confecta.

Nunc cauſam, quæ bello ſacro in Turcas gerendo plurimum oberat, percurramus: illam attigit Æneas Sylvius de Hiſpanis locutus, ipſos nimirum Granatenſi impliciros bello, quod jam ſæpius a nobis indicatum eſt: quamquam Alfonſus Luſitaniæ Rex claſſem ingentem inſtruxit (a) contra Turcas, eamque proculdubio, ni nova diſcordia res Italicas confudiſſet, deduci juſſiſſet. Cujus Regis eximium in ſedem Apoſtolicam ſtudium cum exploratum haberet Pontifex, ei ut rei Chriſtianæ defenſori ſacrum roſæ aureæ munus cum hiſce literis (b) tranſmiſit.

Luſitanus in Turcas bellum ſacrum meditatus.

(a) Marian. l. 22. c. 17.

(b) Lib. 44. p. 263.

Alfonſo Portugalliæ & Algarbii Regi illuſtri.

Conſiderantes præclara opera tua, & ſingularem in nos & Romanam eccleſiam fidem & devotionem tuam, ac tenentes pro certo, quod in ſingulis tibi poſſibilibus te pugilem pro noſtro & ipſius Eccleſiæ ſtatu defenſorem præſtabis, quemadmodam hactenus ſemper indefeſſo ſtudio præſtitiſti, ſerenitatem tuam elegimus ex multis, cui roſam præſentis quadrageſimæ mitteremus, deſtinantes illam tibi per venerabilem fratrem epiſcopum Portugalenſem referendarium noſtrum præſentium exhibitorem, ut penes te conſerves cum debito honore tanquam pignus noſtræ in te charitatis, & tuæ erga nos devotionis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLIV. id. aprilis pontificatus noſtri anno VIII.

Roſa aurea ad eum a Pont. miſſa.

Et ſane optime erat meritus de Eccleſia Alfonſus in propaganda fide in Africa, iterque moliebatur ad Indias, ſingulis enim annis parata claſſe, Africæ oras, quas perluit Oceanus, luſtrari jubebat, eaſque ſuo adjungebat imperio, accepta ut vidimus a Pontifice poteſtate. De qua felici Chriſtianæ religionis in oris incognitis propagatione extant hæ Nicolai literæ proximo ineunte anno exaratæ.

VIII. Africæ littora a Luſitanis perluſtrata.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper non ſine ingenti gaudio & noſtræ mentis lætitia ad noſtrum pervenit auditum, quod dilectus filius nobilis vir Henricus infans Portugalliæ chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alfonſi Portugalliæ & Algarbii regnorum Regis illuſtris, paternis inhærens veſtigiis claræ memoriæ Joannis dictorum regnorum Regis ejus genitoris, ac zelo ſalutis animarum & fidei ardore plurimum ſuccenſus, tanquam catholicus & verus omnium creatoris Chriſti miles, ipſiuſque fidei acerrimus ac fortiſſimus defenſor, & intrepidus pugil, ejuſdem creatoris glorioſiſſimum nomen per univerſum terrarum orbem etiam in remotiſſimis & incognitis locis divulgare, extolli, & venerari, nec non illius, ac vivificæ, qua redempti ſumus, crucis inimicos, perfidos Saracenos videlicet, ac quoſcumque alios infideles ad ipſius fidei gremium reduci ab ejus ineunte ætate totis aſpirans viribus, poſt Ceptenſem civitatem in Africa conſiſtentem & per dictum Joannem Regem ejus ſubactam dominio, & poſt multa per ipſum infantem, nomine tamen dicti Regis, contra hoſtes & infideles prædictos, quam etiam in propria perſona, non abſque maximis laboribus & expenſis, ac rerum & perſonarum periculis & jactura, plurimorumque naturalium ſuorum recte geſta bella, nec tot tantiſque laboribus, periculis, & damnis fractus neque territus, ſed ad hujuſmodi laudabilis & pii propoſiti ſui proſecutionem in dies magis atque magis exardeſcens, in Oceano mari quaſdam ſolitarias inſulas fidelibus populavit, ac fundari & conſtrui inibi fecit eccleſias & alia loca pia, in quibus divina celebrantur officia. Ex dicti quoque infantis laudabili opera & induſtria quamplures diverſarum in dicto mari exiſtentium inſularum incolæ ſeu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes, ſacrum baptiſma ſuſceperunt ad ipſius Dei laudem

Henrici principis pro amplificanda fide facinora.

Detectæ ob eo inſulæ & barbari Chriſti fide exculti.

Digitized by Google

dem & gloriam, ac Chriſtianorum animarum ſalutem, orthodoxæ quoque fidei propagationem, & divini cultus augmentum.

Præterea cum olim ad ipſius infantis perveniſſet notitiam, quod nunquam, vel ſaltem a memoria hominum non conſueviſſet per hujuſmodi Oceanum mare verſus meridionales & orientales plagas navigari, illudque nobis occiduis adeo foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus,

Quæſita ad Indos immenſis laboribus via.

credens ſe maximum in hoc Deo præſtare obſequium, ſi ejus opera & induſtria mare ipſum uſque ad Indos, qui Chriſti nomen colere dicuntur, navigabile fieret, ſicque cum eis participare, & illos in Chriſtianorum auxilium adverſus Saracenos & alios hujuſmodi fidei hoſtes commovere poſſet, ac nonnullos gentiles ſeu paganos nefandiſſimi Machometi ſecta minime infectos populos ibi in medio exiſtentes continuo debellare, eiſque incognitum ſanctiſſimum Chriſti nomen prædicare ac facere prædicari, regia tamen ſemper auctoritate munitos, a viginti-quinque annis citra exercitum ex dictorum regnorum gentibus maximis cum laboribus, periculis, & expenſis in velociſſimis navibus caravellis nuncupatis ad conquirendum

Singulis annis naves ad ignotas oras conquirendas miſſæ.

mare & provincias maritimas verſus meridionales partes & polum antarcticum annis ſingulis fere mittere non ceſſavit, ſicque factum eſt, ut cum naves hujuſmodi quamplures portus, inſulas, & maria perluſtraſſent & occupaſſent, ad Ghineam provinciam tandem pervenerunt, occupatiſque nonnullis inſulis, portibus, ac mari eidem provinciæ & adjacentibus, ulterius navigantes ad oſtium cujuſdam magni fluminis Nili communiter reputati pervenerunt, (ingens illud flumen non fuiſſe Nilum, ſed Nigrum poſtea compertum eſt) *& contra illarum partium populos nomine ipſorum Alfonſi Regis & infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & illi quamplures inibi vicinæ inſulæ debellatæ, ac pacifice poſſeſſæ fuerunt, prout adhuc cum adjacenti mari poſſidentur.*

Comperta Guinea.

Exinde quoque multi Ghinei & alii Nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, ſeu alio legitimo contractu emptionis ad dictum ſunt Regem tranſmiſſi, quorum inibi in copioſo numero ad catholicam fidem converſi extiterunt, ſperaturque divina favente clementia quod ſi hujuſmodi cum eis continuetur progreſſus, vel populi ipſi ad fidem convertentur, vel ſaltem multi ex eis ex nunc Chriſto lucrifient.

Nigritarum ad Chriſtum converſionis exordia.

IX. *Cum autem, ſicut accepimus, Rex & infans præfati, qui cum tot tantiſque periculis, laboribus, & expenſis, nec non perditione naturalium regnorum hujuſmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipſorum naturalium dumtaxat freti auxilio, provincias illas perluſtrari fecerunt, ac portus, inſulas, & maria hujuſmodi acquiſiverunt & poſſederunt, ut præfertur, ut illorum veri domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis hujuſmodi perfectionem, fructum & laudem ſibi uſurpare vel ſaltem impedire cupientes, propterea ſeu lucrando, aut malitia ferrum, arma, lignamina, aliaſque res & bona ad infideles deferri prohibita portarent, vel tranſmitterent, aut ipſos infideles navigandi modum docerent, propter quæ eis hoſtes fortiores, ac duriores fierent, & hujuſmodi proſecutio vel impediretur, vel forſitan penitus ceſſaret, non abſque offenſa magna Dei, & ingenti totius Chriſtianitatis opprobrio: ad obviandum præmiſſis, ac pro ſuorum juris & poſſeſſionis conſervatione ſub certis, tunc expreſſis, graviſſimis pœnis prohibuerunt & generaliter ſtatuerunt, quod nullus niſi cum ſuis nautis ac navibus, & certo tributi ſolutione, obtentaque de prius deſuper expreſſa ab eodem Rege vel infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum portubus contractare, ſeu in mari piſcari præſumeret,*

Luſitanor. politica ars ne exteri ad oras incognitas inveherentur.

tamen ſucceſſu temporis evenire poſſet quod aliorum regnorum ſeu nationum perſonæ invidia, malitia, aut cupiditate ducti contra prohibitionem prædictam abſque licentia & tributi ſolutione hujuſmodi ad dictas provincias accedere, & in ſic acquiſitis provinciis, portibus, & inſulis ac mari navigare, contractare, & piſcari præſumerent, & exinde inter Alfonſum Regem, ac infantem, qui nullatenus ſe in his ſic deludi paterentur, & præſumentes prædictos quamplura odia, rancores, diſſenſiones, guerræ, & ſcandala in maximam Dei offenſam & animarum periculum veriſimiliter ſubſequi poſſent, & ſubſequerentur, nos præmiſſa omnia & ſingula debita meditatione penſantes, & attendentes quod cum olim præfato Alfonſo Regi quoſcumque Saracenos ac paganos aliosque Chriſti inimicos ubicumque conſtitutos, ac regna, ducatus, principatus, dominia, poſſeſſiones,

Alfonſo Regi barbarica regna ſubjiciendi poteſtas data.

& mobilia & immobilia bona quæcumque per eos detenta ac poſſeſſa invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi, & ſubjugandi, illorumque perſonas in perpetuam ſervitutem redigendi, ac regna, ducatus, comitatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & bona ſibi & ſucceſſoribus ſuis applicandi, appropriandi, ac in ſuos, ſucceſſorumque ſuorum uſus, & utilitatem convertendi aliis noſtris literis plenam & liberam inter cætera conceſſimus facultatem, dicta facultatis obtentu idem Alfonſus Rex ſeu ejus auctoritate prædictus infans juſte & legitime inſulas, terras, portus, & maria hujuſmodi acquiſivit ac poſſedit, & poſſidet, illaque ad eundem Alfonſum Regem & ipſius ſucceſſores de jure ſpectare & pertinere, neque quiſvis alius ex Chri-

ſti fidelibus, abſque ipſorum Alfonſi Regis & ſucceſſorum ſuorum licentia ſpeciali, de illis ſe hactenus intromittere licite potuit, nec potiſt quoquo modo, ut ipſe Alfonſus Rex ejuſque ſucceſſores & infans eo ſincerius huic tam piiſſimo ac præclaro, & omnium ævo memorata digniſſimo operi, in quo animarum ſalus, fidei augmentum, & illius hoſtium depreſſio procuraretur, de ipſiuſque fidei ac reipublicæ univerſalis Eccleſiæ rem agi conſpicimus, inſiſtere valeant & inſiſtant, quos ſublatis quibuſvis diſpendiis amplioribus ſeu per nos & ſedem Apoſtolicam favoribus & gratiis munitos fore conſpexerint, de præmiſſis omnibus & ſingulis pleniſſime informati, motu proprio, non ad ipſorum Alfonſi Regis & infantis vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, maturaque prius deſuper deliberatione præhabita auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis, cum omnibus vel ſingulis in eis contentis clauſulis ad Ceptenſem & prædicta & quæcumque alia, etiam ante datam dictarum facultatem literarum acquiſita, & ea, quæ in poſterum nomine dictorum Alfonſi Regis ſuorumque ſucceſſorum & infantis in ipſis ac illis concedimus, & ulterioribus ac remotioribus partibus de infidelium ſeu paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, inſulas, portus, & maria, & quæcumque extendi & illa ſub ejuſdem facultatis literis contineri, præhabitis, ipſarumque facultatis & præſentium literarum vigore jam acquiſita, & quæ in futurum acquiri contigerint, poſtquam acquiſita fuerint, ad præfatum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem ipſamque conqueſtam, quam a capitibus de Bonador & de Nam uſque per totam Ghineam videlicet verſus illam meridionalem plagem extendi, harum ſerie declaramus, etiam ad ipſos Alfonſum Regem prædeceſſores ſuos ac infantem & non ad aliquos alios ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac in perpetuum ſpectare & pertinere jure, necnon Alfonſum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem prædictos in illis & circa ea quaſcumque prohibitiones, ſtatuta, & mandata, etiam pœnalia & cum cujuſvis tributi impoſitione facere, & de ipſis, ac de rebus propriis & aliis ipſorum dominiis diſponere & ordinare potuiſſe, ac interim & in futurum poſſe libere & licite tenore præſentium decernimus & declaramus; ac pro potioris juris & cautelæ ſuffragio jam acquiſita, & quæ in poſterum acquiri contigerit provincias, inſulas, portus, loca, & maria quæcumque, quotieſcumque, & qualiacumque fuerint, ipſamque conqueſtam a capitibus de Boradoc & de Nam prædictis Alfonſo Regi ac ſucceſſoribus ſuis Regibus dictorum regnorum ac infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præſentes, &c.

Confirmato a Nicolao.

Guineæ imperium eidem conceſſum.

Vetat tela, ferrum, & alia hujuſmodi ad offendendum vel defendendum idonea infidelium terris inferri. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. V. id. januarii pontificatus noſtri anno VII.*

X. Jam Luſitani ad promontorium Bonæ ſpei, [t] quod ultra æquatorem triginta quinque gradibus excurrit in meridiem, progreſſi erant, cum Joannes Rex Caſtellæ (a) moleſte ferens a Luſitano in Africa proferri imperium, barbaroſque illi ſubjici, miſſo Joanne Guſmanio oratore minas intentavit Luſitano, adductum in Luſitaniam exercitum, ni conſilium ſubigendæ Africæ, cujus expugnationem ſibi reſervatam contendebat, abjiceret. Plena erat odii & faſtus legatio, Caſtellanum qui pellendis Granatenſibus par non eſſet, pati non poſſe Afros a Luſitanis debellari, cum præcipue tot alia regna vaſtiſſima, & quidem propinquiora, barbarorum eſſent, ad quæ debellanda ipſe ac ſucceſſores militarem virtutem exercere poſſent: Alfonſus tamen mite reſponſum legato Caſtellano dedit, nihil a ſe præter rationem tentatum, neque Joannem Regem ad arma venturum, ſi vellet judicio & æquitate litem dirimi. At eam diremit ejuſdem Joannis mors, qui obiit (b) Valliſoleti vigeſima julii die hujus anni ſacramentis rite munitus. Succeſſit (c) ei Henricus filius, inque publicis regni ordinum cœtibus regia ornamenta accepit: ac tum a Regina Aragonum, quæ ampliſſimis a viro & ſororio Navarræ Regibus mandatis inſtructa venerat, de pace inter Aragones & Caſtellanos concilianda agitari cœptum eſt, demumque iis legibus pacta, ut Joannes Rex Navarræ, & Carolus ejus filius, tum Henricus alterius Henrici Aragoniæ aulæ principis natus omnibus juribus vel dignitatum gradibus, quæ in Caſtella ſibi arrogabant, cederent: a Caſtellano vero Rege certa auri vis in annos ſingulos iis conſtituta: tum proceres Regis Navarræi ſigna ſecuri patriæ boniſque reſtituti.

(a) Mariana l.22. c.14.

Caſtellæ Rex in eum invidia percitus.

Sua morte controverſiam diremit.

(b) Id. eod. cap.

(c) Id. c. 15.

Henricus filius ſceptris ſuccedit.

Reſtituta inter Aragonios & Caſtellanos pax.

Agitatum (d) deinde de pace inter Caro-

(d) Sup. c. 15.

NOTÆ [t] CUm legis in annalibus Luſitanos ad promontorium uſque Bonæ ſpei excurriſſe, cave credas illos promontorium hoc ſive occupaſſe, ſive exploraſſe, id enim nonniſi diu poſt, anno ſcilicet 1493. Bartholomæus Diaz Luſitanicæ claſſis præfectus omnium primus auſus fuit, qui & *promontorium illud tormentorum* appellavit accepta nominis etymologia ex procellis quas ibi ſi alibi uſpiam ſæviſſimas nautæ experiuntur. Kolbe deſcript. du Cap. de Bonne-Eſper. Chap. 2. MANSI

Funeſta in Navarra inter Patrem & Filium de regno diſſenſio.

(a) Id. c. 31. & Garibai. l. 27. c. 48.

rolum Vianæ principem ejuſque patrem Joannem Regem Navarræ redintegranda: irrito tamen ſucceſſu: fuerunt hæ funeſti & diuturni belli, quod Bellomontiorum & Agramontiorum infauſtæ factiones magis accenderunt, cauſæ (a). Acceperat Joannes genere Aragonius Navarræum ſceptrum beneficio Blanchæ uxoris Reginæ; qua defuncta cum ſecundas celebraſſet nuptias, Carolus Vianæ princeps ex Blancha ſuſceptus contendit injuria maternum regnum a patre obtineri, ac jure in ſe transfuſum, præcipue cum noverca inducta eſſet, quæ transfundendi in filium regni cupidine privignum perditura eſſet; efferebant illius partes Bellomontii auctoritate & opibus florentiſſimi, tum externi Reges, Francorum nimirum & Caſtellæ fœderati. At Joannem ſequebantur Agramontii; nec levi præſidio erant Aragonii, tum in eum pars maxima populorum ſtudio prona erat; quare graviſſimum accenſum (b) bellum, ac miſere Navarra a patre filioque diſſentientibus pluribus annis attrita eſt.

(b) Garibai. l. 28. c. 23. & 25.

XI. Dani & Sueci civili bello impliciti.

In ſeptentrione gravibus æque diſſenſionibus vexabatur Chriſtiana reſpublica, cum enim Sueci Carolum ſibi Regem præfeciſſent, violato veteri decreto, quo cautum erat Danos, Suecos, ac Norvegios ad creandum unicum Regem mutuo fœdere conſpiraturos, Chriſtiernus a Danis & Norvegis ad ſolium vocatus Sueciam reliquis regnis conjungere affectabat: ſed cum Norvegiam etiam ei eriperet Carolus, inſtructa claſſe ad vindicandum id regnum ex Sueci poteſtate ſe comparabat; cum a Friderico Cæſare rogatus, ut ad Turcarum reprimendam tyrannidem & Conſtantinopolim recuperandam arma verteret, reſcripſit (c) nihil optatius poſſe contingere, quam ſi ſub cæſareis ſignis in Barbaros exercitum pro fide tuenda educeret; ob regni autem turbas votis ſe potiri non poſſe.

(c) Ext. apud Æn. Silv. ep. 128.

Graviſſ. in Pruſſia diſcordiæ.

(d) Æn. in Europ. c. 29. Michov. l. 4. c. 60. Chromer. l. 22. c. 23. Krantz. Wendal. l. 12. c. 17. & 20.

Adſcitus a Pruthenis in principem Rex Poloniæ.

Fugatus e Pruſſia cruento prælio.

(e) Æn. Sylv. ſup. c. 29.

Graviſſimi etiam tunc motus rei Chriſtianæ admodum exitiales excitati erant in Pruſſia (d), ubi populi intolerabilis, qua ab equitibus Theutonicis opprimebantur, ſervitutis pertæſi, Caſimirum Poloniæ Regem ſibi præfecere: qui repetendi veteris juris percupidus, contracto exercitu, in Pruſſiamque profectus, populos ſacramento fidei ſibi aſtrinxit, & equitum arces vexare cœpit; cumque Conitzium obſideret, Rudolphus Sagoriæ princeps, ſeptem millibus militum lectiſſimis inſtructus eum adortus eſt, quamvis Caſimirus duodeviginti millia Polonorum ſub ſignis numeraret: in quo prælio Rudolphus quidem occubuit, Caſimirus vero ingenti clade accepta equo dejectus atque in fugam actus eſt (e). Cujus eluendæ ignominiæ cupidus, bellum redintegraturus ad ſolvenda militi ſtipendia ab eccleſiis Gneſnenſi, Wladiſlavienſi, & Poſnanienſi calices, & aliam pretioſam ſacram ſupellectilem extorſit (f). Quod facinus abominatus Thomas epiſcopus Cracovienſis ſumma conſtantia exactores repulit. Porro Caſimirum ab eo bello avocare, atque ad Turcicum ſuſcipiendum impellere conati ſunt (g) Pontifex, Imperator, electores principes, Philippus Burgundiæ, ac Ludovicus Bavariæ duces, quorum legati ex Ratiſponenſi conventu, de quo meminimus, ipſum adiere; at incaſſum miſſæ preces. Cæterum Pontifex Nicolaum e Cuſa tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ad Pruſſiæ res componendas eo legavit; de quo munere ipſi injuncto datæ ſunt hæ literæ (h).

Eccleſiaſticas opes invadit.

(f) Mich. ſup. c. 60.

Sollicitatus ad vertenda arma in Turcas.

(g) Chromer. l. 23.

(h) Nic. l. 17. p. 476.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Pontificis pro ſopiendo eo bello curæ.

Intra pectoris noſtri arcana, exacta meditatione revolventes guerrarum diſſidia, inter dilectos filios magiſtrum, & fratres Hoſpitalis B. Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitanorum ex una, ac communitates, & nobiles partium Pruſſiæ ex altera partibus, diabolica ſuggeſtione ſuborta, ex quibus, proh dolor! depopulationes terrarum & caſtrorum, aliæque calamitates variæ ſucceſſerunt, & niſi ulterioribus illarum ſalubriter progreſſibus obvietur, deteriora prodire poterunt in futurum, ad pacem inter magiſtrum & fratres, ac communitates, & nobiles prædictos felicem componendam, toto mentis deſiderio ferventius intenti, cogitationes non ceſſavimus diffundere ſingulares. Et quia pro noſtro in iis exequendis deſiderio ad partes illas præſentiam noſtram conferre non valemus, levantes in circuitu oculos noſtræ mentis, ad perſonam tuam, in cujus deſideriis geritur pacificare diſcordes, & errantes in viam ducere veritatis, & quam omnium largitor gratiarum ſingularibus donis prævenient, ſcientiæ magnitudine, induſtriæ claritate, & conſilii maturitate multipliciter decoravit, noſtræ deliberationis conjecimus intuitum, & una cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de tuis meritis & operibus puriſſimis in omnium Salvatore plenam fiduciam obtinentes, quod in his per tuæ providentiæ ac ſollicitudinis ſtudium, deſiderii noſtri affectus ad felicem, dante Domino, deducet effectum, te de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, legatum de latere ad Pruſſiæ partes hujuſmodi, cum plenaria poteſtate, auctoritate apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & etiam deputamus, ut quæ pacis, & concordiæ ſint inter diſſidentes prædictos promoveat, tractes, ſtatuas, componas, conſolides, & confirmes, & ſingula, quæ circa eam pacem neceſſaria ſint, auctoritate noſtra, prout expedire proſpe-

Card. e Cuſa legatus in Pruſſiam.

xerit, juxta datam tibi a Deo prudentiam, ſalubriter exequaris, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. kal. ſeptemb. pont. noſtri anno VIII.

XII. Prutheнor. fœdera damnat.
(a) Æn. ſup. c. 29.
Extractum in plures annos bellum.
(b) Æn. Sylv. ep. 127.
(c) Id. de Eur. c. 4. Hieron. Beck in ann. Turc. Chalcondyl. & alis.
Georgius Raſciæ deſpota inanem famam ſaluti præfert.
(d) Ann. 1444. n. 6.

Profectus in Pruſſiam legatus cognita cauſa, Pruthenorum fœdera damnavit, eoſque propoſito anathemate equitum Cruciferorum imperium ſubire juſſit (a), cum illi provinciam ab infidelium manibus vindicaſſent. Sed ejus mandata inter bellicos fragores a Prutheois non audita fuere. Extractum itaque bellum eſt in plures annos ſummo rei Chriſtianæ detrimento: quæ ita admodum afflicta jacuit, ut prævidérat Æneas (b) Sylvius; & Turcæ latius graſſati ſunt: quorum tyrannidem veritus Georgius deſpota Raſciæ, in Hungariam profugus abiit (c) auxilia a Ladiſlao Rege flagitaturus. Quam calamitatem ille prodita Chriſti cauſa ex nimio in Amuratem generum ſtudio ſibimet accerſivit, quem ille ad catholicum ritum pellicere, habito cum eo de religione colloquio, conatus eſt: cumque ipſum urgeret argumentis & rationibus ad ſchiſma damnandum, reſpondit mutandi ritus tempus importunum videri, cum nonaginta annos in eo traduxiſſet, ne qui apud ſuos ſapientis exiſtimationem pluribus annis ſibi peperiſſet, in extrema ætate deſipuiſſe crederetur; quod antea ex Marino Barletio indicatum eſt (d).

(e) Lib. 45. p. 50.

Addimus ad hujus anni calcem Latini Cardinalis Urſini olim Oſtienſis epiſcopi A. S. L. ſanctionem, quam ad mulierum luxum caſtigandum tulit, quamque his verbis refert Nicolaus Papa (e).

Venerabili fratri Fantino epiſcopo Paduano.

Dudum bonæ memoriæ Latinus epiſcopus Oſtienſis in partibus illis nempe in Gallia Ciſalpina dictæ ſedis legatus de latere ex certis rationabilibus tunc expreſſis per eum cauſis motus, authoritate legationis ſuæ inter alia ſtatuit & ordinavit, ac diſtricto præcepit, ne in civitatibus & aliis locis ſuæ legationis, de quibus inter alia civitas Paduana tunc extitit, aliqua mulierum, quæ duodecimum ſuæ ætatis annum tranſcenderet, in veſte, quæ ab anteriori parte aperta foret, per civitatem Paduanam procedere vel veſtimenta per humum defluentia ultra unum aut ab humero clamidis dependentem plicaturam ultra duas palmas deferre præſumeret, quodque mulieres nuptæ, quæ decimum octavum dictæ ætatis annum attingerent, ex quo per annum in conjugio fuiſſent, omnes in publica capitibus velatis incederent, nec eædem mulieres veſtes ex diverſis pannis artificiaſe conſutas in publico deferrent; mulieres vero quæ dicto modo conſutas tunc habere naſcebantur, eaſdem minime abiicere cogit, ſed ne illas poſt per eum præfixum terminum deferrent, diſtrictius inhibuit, & contra facientes, ſive ſtatuta & ordinationes hujuſmodi contemnentes, omnium indulgentiarum privilegiis, quæ in eccleſiis vel prædicationum ipſius legati vel aliorum prælatorum authoritatibus tunc hactenus conceſſa fuerant, ſeu in poſterum concederentur, nec non omnium ſacramentorum eccleſiaſticorum participatione privavit, & ſi ad pœnitentiam venirent ab hoc vel alio peccatis ſuis nullatenus abſolverentur, niſi coram Deo & ſacerdote confeſſore promitterent, ſe ſtatutum & ordinationem prædicta de cætero obſervaturas: quodque ſi quis ſacerdotum ſæcularis vel religioſus eis quæ in præmiſſis offenderent ante ſatisfactionem condignam aliquod ſacramentum eccleſiaſticum niſi in mortis articulo conſtitutis miniſtrare præſumerent, ab officio & beneficio pariter per unum menſem foret ſuſpenſus: & ſi quis in præmiſſis vel circa ea notabiliter forte delinqueret, illum poteſtate audiendi confeſſiones perpetuo decrevit eſſe privandum, &c. Obſolevit ea conſtitutio, nec ullus animarum fructus ſecutus eſt, cum leves mulierculæ luxum abiicere detrectarent. Monitus itaque Nicolaus V. inde creari animabus periculum, epiſcopo Patavino provinciam dedit, ut ſi nullius utilitatis ratio ſubeſſet, eam conſtitutionem authoritate apoſtolica reſcinderet. *Dat. anno MCDLIV.* III. *kal. aprilis pontif. noſtri anno* VIII. [1].

Latini Card. conſtitutio adverſus luxum mulierum.

Intentæ prævaricatoris cenſuræ eccleſiaſticæ.

Solutæ ob mulierum pertinaciam.

An.

NOTÆ [1] AD illuſtrandam anni hujus eccleſiaſticam hiſtoriam juvat ſummam hic referre eorum, quæ de rebus Bohemicis narrat eorum temporum ſcriptor Cornelius Zanfliet monachus Leodienſis in chronico relato Veter. monum. to. V. Scribit ergo ille Ladiſlaum regem hoc anno Pragam ingreſſum ſolemnem ac religioſam ſupplicationem die II. julii *in feſto Viſitationis* B. M. V. inſtituiſſe; craſtino vero die Rokeſanam pro concione ad populum loquutum *plures articulos malæ fidei ſponte revocaſſe*: Dein ex regis mandato edictum prodiiſſe ne epiſtolæ & Evangelia Bohemice deinceps, ſed Latine tantummodo legerentur; ne quis non *confeſſus* & contritus Euchariſtiam ſumere auderet, ſicut nec ſingulis diebus dominicis laicis non confeſſione expiatis Euchariſtia diſtribueretur; *ſed ſecundum ſtatuta Eccleſiæ*; quin nec pueris *niſi ad hoc paratis daretur*. Sacerdotes non exhibentes teſtes & conſecrationis ſuæ literas ad agenda ſacra nequaquam admitterentur, matrimonia niſi *proclamationibus* prævis jungerentur, ne denique Corpus Chriſti ea eccleſia efferretur *propter periculum*. Faſſus eſt inſuper Rocheſana *quod quamvis in ſacra ſcriptura invenimus de communione calicis, tamen ſcimus quod in multis locis aliter diſpoſitum eſt propter pericula, quæ omni die proveniebant, & hodiernis temporibus proveniunt*. Hæc Hiſtoricus. Qua ſubdola confeſſione utebatur hæreticus, ut ſimplicibus imponeret; cum alioqui priſtinæ ſemper opinioni inſiſteret, ut in annalibus ad ſequentes annos adnotatum eſt. MANSI

Digitized by Google

1. ANno humanæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto indictione III. Germani principes (inter quos Jacobus archiepiſcopus Treverenſis & Albertus Marchio Brandeburgenſis eminebant dignitate) uti fuerat in conventu Francofurtenſi conſtitutum, Imperatorem ad expedienda de bello ſacro conſilia apud Novamcivitatem in Auſtria adierunt (a); affuere & ex Hungaria plures præſules, proceresque auxilia petituri: ex Italia acceſſere Joannes epiſcopus Tallenſis legatus apoſtolicus, & Michael Pitius Alfonſi Aragonum & Siciliæ Regis orator, tum B. Joannes e Capiſtrano, qui divino inflammatus ſtudio univerſos accendere & concitare in Turcas annitebatur; quæ accurate narrat Gobelinus. Coactos poſtea alios conventus in Novacivitate coram Friderico Cæſare refertas in epiſtola ab Ænea Sylvio ſcripta (b) ad Cardinalem S. Angeli, ubi de inani gradu potius, quam de bello gerendo in Turcas diſceptatum queritur; ſic inquiens: *In Novacivitate anno MCDLV. in conventu coram Cæſare cum principes & legati, qui aderant ad rem incohandam ſ vocarentur, primum contentio orta eſt de præſidentia. Treverenſis archiepiſcopus primum a dextris Cæſaris locum volebat, & poſt eum alii electorum legati epiſcopus Papæ legatus primum locum ſibi deberi ajebat, & orator Alphonſi Regis ſupra oratores electorum: Ibi commemoratum eſt in curia Romana debitum honorem non eſſe Germanis datum, quando & vicecancellarius ante Romanorum Regem ſedere ſit auſus, & Regi Hungariæ, cui inter Reges quartus eſt locus, ſit locus inter ultimos Cardinales datus, & ipſi electores nequaquam inter Cardinales accepti.* Et infra: *Bohemi & Hungari in dies expectabantur. Orator Alfonſi Regis aſſeruit Regem ſuum ad id bellum promptiſſimum eſſe jamque claſſem habere paratam. Treverenſis & aliorum oratores ſe plenius conſulturos, & demum ea facturos, quæ veros Chriſtianos decerent, affirmarunt. Burgundi quod alias promiſerunt, ducem ſcilicet ſuum in propria perſona pro Chriſto militaturum. Civitatum poſtea legati admiſſi omnia ſe facturos promiſere, & numero XXIV. fuere, & pro aliis quoque mandatum habuerunt: ſed cum obitus Pontificis Nicolai nunciatus eſt, hæc expeditio ad ſequentem annum dilata eſt.*

(a) *Gobelin. in comm. Pii II. l. 1.* Conventus in Auſtria pro gerendo bello ſacro.

(b) *Epiſt. 43. ad Card. S. Angel. ext. in mſ. archiv. Vat.* De honorificentiore loco certatum.

Extracta expeditio in ſequentem annum.

Inter cæteros porro principes pium ardorem explicuit Philippus Burgundiæ dux, qui fortiſſimum exercitum ſacro crucis ſymbolo inſignitum ducere in hoſtes fidei parabat: cui ſingulæ urbes ejus ſubjectæ imperio certam auri vim ad bellicos ſumptus pendere erant pollicitæ: & ille viciſſim, ut refert Meyerus (c), ſpoponderat eam ſe in alios uſus non derivaturum, neque accepturum niſi expeditionem conficeret. Imperarat præterea ad id Pontifex (d) clero ipſius ditioni obnoxio ſubſidiarias decumas, cum ſacrarum indulgentiarum præmia illis propoſuerat (e), qui vel religioſam militiam profiterentur, vel ſua impenſa militem armis egregie munitum tenerent in exercitu: in quo ad divinum præſidium comparandum Tallenſem & Atrebatenſem epiſcopos legatos e latere creavit (f), ac Philippo duci hærere, adeſſeque conſilio juſſit.

Inſtructi a Burgundo apparatus.

(c) *Meyerus in Philipp. Burgund.*

(d) *Nicol. lib. 18. p. 196.*

(e) *Ibid. p. 194.*

Decreti legati Apoſtolici.

(f) *Ib. 45.*

Venerabilibus fratribus Guillelmo Tallenſi & Joanni Atrebatenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Dum onus univerſalis gregis Dominici ſuperna diſpoſitione nobis injunctum attendimus, & noſtrum proſpicimus imperfectum, videntes quod nequimus circa ſingula, per nos ſolvere debitum apoſtolicæ ſervitutis, nonnunquam viros pontificali dignitate præditos, ſanctimonia & ſcientiæ fulgore præclaros, in quibus fervor orthodoxæ fidei, ac timor Domini ſanctus permanet, in partem noſtræ ſolicitudinis aſſumimus ut ipſis vices noſtras ſupplentibus, ex eorum cooperatione laudabili alleviantes noſtri oneris gravitatem, miniſterium nobis commiſſum, præſertim circa ipſius fidei defenſionem, & illius teterrimi ac nefandiſſimi hoſtis Mahometi Turcorum principis impugnationem, divina favente gratia, facilius, & efficacius exequamur.

Cum itaque, ſicut plurimorum fidedigna relatione percepimus dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ, veluti princeps virtutum omnium elegantia illuſtratus, ac terra marique potentia inter alios catholicos principes ſuffultus, Chriſtianæ quoque fidei fortiſſimus athleta & intrepidus pugil, quamprimum quibuſdam aliis noſtris literis exhortatus, non modo ſe adverſus impiiſſimum hoſtem prædictum grandem armatorum exercitum, etiam cum magna nobilium multitudine in manu forti prout ſibi gratia Altiſſimi miniſtrabit, aſſumpto crucis vexillo dirigere ac illi tamquam murum, munimen & ſcutum ſe opponere, ipſumque pro poſſe oppugnare ſe obtulerit, ſed ut id rectius, efficaciuſque faceret, illud ſe facturum ſponte voverit, & prope exercitum ipſum paraverit, deſideretque ſummopere, ut pro ſua & dicti exercitus majoribus devotione, fortitudine, & gloria, ac hoſtium eorumdem formidine, unum vel plures prælatos alicujus auctoritatis viros tranſmittamus, qui in partem noſtræ ſolicitudinis evocati, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomi-

Commendatur a Nicolao ejus conſilia.

Fideles ad ſequenda illius ſigna ſollicitati.

ne, præfato duci, verbo, conſilio, & opere in directione exercitus hujuſmodi aſſiſtant, & illos ex dicto exercitu, quos ad impugnationem hoſtium prædictorum prompte, utiliter, & animoſe inſurgere conſpexerint, in hoc tam ſancto tamque laudabili opere corroborent & confirment; negligentes vero, timidos, & puſillanimes ad illud excitent & inducant, illis in præſenti commodum, laudem, & gloriam, in futuro vero ſæculo præmia felicitatis æternæ pollicendo, quorumque comitiva ſeu præſentia, tamquam angelis lucis comitantibus ac Domino favente, victoriam dux ipſe de prædictis hoſtibus glorioſius valeat triumphare, ſperantes quod illa, quæ vobis commiſerimus, per vos, quibus, ſicut plurimorum fidedignorum teſtimonio didicimus, dedit Dominus ſapientiam & linguam etiam eruditam, ut ſciatis quando & qualiter debeatis proferre ſermonem, & in quibus urget judicii rectitudo, & providentia conſilii, ac cenſuræ rigiditas cum expedit in proſperitate devotio, in adverſis fortitudo, in agendis circumſpectio ſingularis, & in arduis experientia multipliciter comprobata, ſolicite, prudenter, animoſe, & fideliter executioni mandabuntur, motu proprio vos & quemlibet veſtrum ad Europæ, & alias infidelium, ad quas & per quas tranſire, vel quas evintere ſeu debellare dictum exercitum contigerit, & etiam eundo & redeundo per quoſcumque fidelium partes exercitus ipſe tranſiverit, in ipſo exercitu noſtros legatos miſſos cum poteſtate legati de latere, uſque ad noſtrum & dictæ ſedis beneplacitum authoritate apoſtolica & ex certa ſcientia facimus, conſtituimus, & etiam deputamus; ac vos & quemlibet veſtrum ad partes & exercitum hujuſmodi, tamquam angelos pacis, & nuncios veritatis deſtinamus, ut vos & quilibet veſtrum in illis pro effectuali impugnatione hoſtium prædictorum, & illarum partium a miſerabili ipſorum hoſtium ſervitutis jugo liberatione ibidem, authore Domino, recta gerentes & dirigentes indirecta, nec non aſpera convertentes in plana, ſicut diligentes cultores ædificetis & plantetis, evellatis, & deſtruatis, diſſipetis & diſperdatis: prout ad confirmationem & robur fidei orthodoxæ, confuſionem hoſtium, illorum impugnationem, & liberationem prædictas expedire cognoveritis, & alias ad ea, quæ ad plenæ legationis pertinent officium & ſicut vobis, & cuilibet veſtrum Dominus miniſtrabit.

Decreti legati Apoſtolici.

Quocirca fraternitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis & cuilibet veſtrum per apoſtolica ſcripta mandantes, ac in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus divina gratia, & apoſtolico favore confiſi onus hujuſmodi, utique ſanctum, laudabile, & meritorium devota mente ſuſcipiatis vos in hujuſmodi legationis exequutione taliter verbo & opere reddituri, quod ad gloriam Redemptoris noſtri, & exaltationem fidei, & hoſtium illius exterminium, laudem quoque præfati ducis, nec non animarum ſalutem, ac pacem, & tranquillitatem fidelium negotium ipſum felices, Deo propitio, & commeritorios conſequatur effectus, &c. Inſtruit authoritate legatos, ut ſacerdotia eccleſiaſticis, qui in exercitu verſati fuerint, conferant; atque religioſos ordines admittant ſanctioris vitæ cupidos: eos qui a fide Chriſtiana defecerint, vel hæreſeos aut ſchiſmatis labe reſperſi fuerint, rite expiato crimine Eccleſiæ aggregent, cenſuras diſſolvant, infamiæ notam aboleant, crucesignatis in ea ſacra expeditione quadrageſimali tempore atque aliis diebus, quibus vetitus eſt carnium uſus (etiamſi voto obſtricti forent ut abſtinerent) carnium, ovorum, caſei, lacticiniorumque eſum permittant: recuperatis ex barbaris orbibus imponant epiſcopos, quos jurejurando adigant Romano ſe Pontifici fidos obſequentesque futuros; ac denique omnia ſtatuant, quæ pro augenda divina gloria viſa fuerint. *Dat. Rom. apud S. Petrum anno &c. MCDLIV. VI. id. martii anno VIII.*

Ampliſſima inſtructi poteſtate.

III. Ad reprimendos eorundem Turcarum impetus Nicolai ſolicitudine, adhibito (a) interprete Dominico Capranica Cardinale Firmano tit. S. Crucis in Jeruſalem presbytero ineunte hoc anno ictum eſt fœdus (b) inter Pontificem, Aragonum Regem Alfonſum, Florentinos, Venetos, & Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem, in annos viginti quinque adverſus omnes externos, qui vexandam bello Italiam ſuſciperent. Enituit in eo firmando fœdere Cardinalis legati virtus & induſtria, quem purioris vitæ exemplo omnibus præluxiſſe, tum frugalitate eximia, neglecto ſupellectilis luxu, quem cæteri adamarent, pietate, fide atque innocentia ſingulari, doctrina & juris pontificii ſcientia excelluiſſe Facius (c) refert. Is ergo Venetis, Mediolanenſibus, & Florentinis oratoribus ſtipatus Alfonſum, ægre ferentem ſe inconſulto Laudæ fœdus ſancitum, ſermone adortus, ita blandis & prudentibus verbis eum permulſit, ut & ipſe aſſenſerit. Afferunt legati orationem idem Facius ac Mariana (d), utque propoſuit Regi conſulendum quieti Italiæ inteſtinis diuturniſque attritæ bellis, in quibus victor ſimilis victis videretur, quamvis non tam de ea pacanda, quam ſervanda cogitandum foret, imminente bello, quod multis abhinc ſæculis non eſſet auditum; nec modo de ſalute Italiæ, verum etiam totius reipublicæ Chriſtianæ agi, agique religionis cauſam: Mahometem namque, vaſtata Conſtantinopoli, oppreſſaque Græcia, inhiare Italiæ, atque in eam eruptionem me-

Confirmata pax Italica.

(a) *Facius de rebus geſt. Alfon. l. 10.*

(b) *Poggius in ejus vita.*

Alfonſus ferens inique pacem delinitus.

(c) *Facius ibid.*

(d) *Marian. l. 22. c. 16.*

meditari : ſi Italia ſibi diſcors foret, illius impetus non laturam, cum tanta ſit ejus potentia, auri & argenti vis tanta, claſſium moliendarum opportunitas tanta, tantaque hominum ad bellum gerendum multitudo : clauſum jam noſtria Ægeum mare, clauſum mare Ponticum : ipſum pellexiſſe ad armorum fœdus Tartaros multitudine innumerabiles, & bellandi uſu formidandos ad Chriſtianorum oppida ad Pontum ſita opprimenda : impellere Mahometanos omnes principes ad incumbendum in religionis Chriſtianæ perniciem ; tot vero impendentia mala ſola pace Alfonſique in eam conſenſione averti aut levari poſſe, tantum enim eſſe Italiæ in armis nomen, ut ſola pacti publici fœderis fama inſoleſcentem victoriis hoſtem terrere poſſit : duce vero ſtrenuo ad Italicas vires in barbarum ducendas & claſſe valida opus eſſe ; nullum autem aptiorem Alfonſo reperiri, qui belli ſcientiam, authoritatem, felicitatemque ſuperioribus bellis claram conjunxerit. Additæ fuere Pontificis, Venetorum, Inſubrium ac Florentinorum nomine preces, tandemque pervicere, ut Alfonſus ipſe pacem amplecteretur : adduci tamen non potuit, neque a legato neque a Gotardo Genuenſium oratore, ut Genuenſes illius fœderis beneficio potirentur. Recenſentur a Facio ſinguiæ illius pactiones, quarum præcipuæ tantum a nobis delibandæ videntur ex publicis de ea re confectis monumentis, quæ in MS. codice pergameno Valliceliano extant (a), conſignare hac temporis nota.

Propoſita rei Chriſtianæ pericula.

Solicitatus ut bellum in Turcas ſuſcipiat.

Anno a nativitate Domini MCCCCLV. die vero dominica XXVI. menſis Ianuarii indictione III. pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Nicolai divina providentia ſacroſanctæ Romanæ atque univerſalis Eccleſiæ quinti ejuſdem nominis ſummi Pontificis anno VIII. Interjectis nonnullis, inſertæ ſunt initi Laudæ ſuperiori anno fœderis leges, & aliquæ ex iis temperatæ.

(a) MS. Val. ſign. lit. B. n. 19. p. 34. ad 40.

Quo die ſancitum fœdus.

In primis cum fœderati ſe obſtrinxiſſent ad ſumenda arma adverſus eum, ſive Italus, ſive externus foret, qui ſocium laceſſeret, & controverſia oboriri poſſet quis provocatus vel provocans exiſtimandus eſſet, cauſæ cognitio alii fœderatorum parti delata eſt. Præterea cum ad communem tutelam vires conferre decreviſſent, & Veneti equitum octo millia, peditum quatuor, totidem alia equitum peditumque millia Mediolani dux, ac Florentini quinque millia equitum, peditum duo millia, ſuis ſumptibus ſuſtentare ex fœdere juſſi eſſent, Alfonſus & non pauciores copias quam Veneti, vel inſuper ſe paraturum pollicitus eſt. Cumque Genuenſes in Laudenſi fœdere comprehenſi eſſent, ſi vellent accedere, Alfonſus, ut dictum eſt, eos excluſit, profeſſus ſe non cedere juri, quod in eos obtendebat nec ſi bellum iis moveret, Florentinos, Mediolanenſem, & Venetos eo ſe impiicaturos, ullaſve Genuenſibus ſuppetias ſubmiſſuros, quod quidem in rei Chriſtianæ damnum verſum eſt : denique Borſio Mutinæ principi accedendi inito fœderi reſervatus locus. Ad pontificiam vero dignitatem tuendam adjectæ hæ leges.

De mutuis conferendis copiis actum.

Genuenſes a fœdere ab Alfonſo male excluſi.

Affectus pacis beneficio Mutinæ princeps.

IV.

*Item quamvis pro honore, ſtatu, pace & tranquillitate præfati ſanctiſſimi Domini noſtri, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra, quilibet fidelis Chriſtianus operari & elaborare teneatur, tamen conſiderans præfatus ſereniſſimus Rex tanquam catholicus princeps una cum præfatis magnificis oratoribus, quod Reges & principes Chriſtiani majore quodam ad hæc vinculo tenentur & obligantur, voluit ac promiſit pro ſe & illuſtri domino Ferdinando de Aragonia filio ſuo primogenito duce Calabriæ, & heredibus, ac ſucceſſoribus eorundem conſentientibus, & pariter promittentibus præfatis magnificis dominis oratoribus, quod præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ & ſuorum ſucceſſorum canonice intrantium, ac præfatæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ auctoritas, dignitas, præeminentia, honor, & ſtatus bona fide pro poſſe conſervabitur & manutenebitur pacificus & tranquillus per omnes & ſingulos, in præſenti pace, confœderatione, & liga confœderatos, & colligatos & eorum quemlibet, ac de cætero colligandos, eorumque complices & ſequaces, nec aliquo quæſito colore directe vel indirecte in damnum, jacturam, præjudicium, vel dedecus eorundem, hujuſmodi pax, confœderatio, & liga intelligi aut retorqueri poſſit, vel debeat quoquo modo: quinimmo quod præfati ſanctiſſimi domini noſtri, ſuorumque ſucceſſorum, ut præfertur, canonice intrantium, ac præfatæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ patrimonium, provincias, civitates, terras, caſtra, loca, dominia, juriſdictiones, & jura, vaſallos, feudatarios, vicarios, ac ſubditos quoſcumque, mediate vel immediate, inter * Italiam ſubjectos tueri ac defendere cum effectu ab omni impugnatione, invaſione, moleſtatione contra quamcumque perſonam, quacumque dignitate præfulgeat, dominium, communitatem, univerſitatem, capitaniam, ſocietatem vel congregationem gentium armorum quarumcumque, nec non auxilium & favorem realiter & cum effectu, ſicut pro uno ex colligatis vel confœderatis impendere & præſtare teneantur & debeant.*

Pontificio honori conſultum.

* intra.

Poſſit quoque ſanctiſſimus dominus noſter ſuique ſucceſſores legitime intrantes & canonice, ut prædicitur, omnibus & ſingulis capitulis, quæ in præſenti pace, confœderatione, & liga in favorem & commodum cujuſcumque confœderatorum in poſterum ap-

Digitized by Google

Admittendi accedentes fœderi data facultas Pontifici.

appoſita foret, uti, gauderequæ ac pro ſe recipere & acceptare orantes & ſupplicantes omnes tam præfatus ſereniſſimus Rex, quam magnifici oratores prædicti vice & nomine illuſtris dominii Venetorum, & illuſtris domini ducis Mediolani, & etiam communitatis Florentiæ, præfato ſanctiſſimo domino noſtro, ut pro ſe & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus, quo facilius & paratioribus animis ſingula contra infideles parare & exequi poſſint, & ut volentes perſonaliter aut per alios facultatem & potentiam ſibi a Domino datam contra inimicos crucis Chriſti ſalvatoris noſtri experiri abſque metu & ſuſpicione moleſtationis aut periculi ſuorum dominiorum ſecurius id facere queant, hujuſmodi pacem, confœderationem, & ligam cum omnibus & ſingulis præinſertis capitulis benedicere, approbare, tanquam pater omnium & dominus ac caput ingredi, intre, ac confirmare dignetur, & contra quemcumque eam infringere aut turbare volentem provideat una cum eligendis per dominos in præſenti pace, confœderatione, & liga confœderatos & colligatos petendi ſubſidii aut auxilii tempore in eo caſu, de quo in quodam capitulo de hoc mentionem faciente continetur, faciatque modis omnibus poſſibilibus & remediis opportunis inviolabiliter obſervari, ac hujuſmodi unitatis, pacis, charitatis, confœderationis, & ligæ, ut præfertur, conſervator, protector, & cuſtos eſſe dignetur.

V. Navata a Card. Firmano opera.

Addunt ſuperiores tabulæ Dominicum Cardinalem legatum ampliſſimis ſecretum mandatis pontificio nomine id fœdus confirmaſſe: tum a Pontifice eum numerum equitum peditumque ad communem tutelam ſuſtentatum iri pollicitum eſſe, de quo a fœderatorum oratoribus conventum cum ipſo foret etiam tum, daturum ſe operam, ut idem Pontifex pacta, auctoritate apoſtolica communiret, atque in conflatam ſocietatem ſe conferret: utrumque autem Nicolaus hoc diplomate cumulate præſtitit (a).

(a) Lib. 26. ep. cur. p. 53. & lib. diverſ. bullar. p. 176.

Confirmata pax a Nicol.

Ad futuram rei memoriam.

Cum nuper oratores dilectorum filiorum nobilium virorum Franciſci Foſcari Venetiarum & Franciſci Sfortiæ Mediolani ducum, nec non priorum artium & vexilliferi juſtitiæ populi & communis Florentiæ hue ad nos veniſſent, petentes ut in profectione eorum ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Aragonum Regem illuſtrem pro pace & liga inter ſe ipſos tractanda vellemus in hujuſmodi laudabili propoſito cooperatores eſſe, & futuræ unionis, ſi Deus ita annuiſſet, protectionem ſuſcipere, nos conſiderantes quam uberes & Deo placentes fructus ejuſmodi miraculum pacis & ligæ in Dei populo, & maxime in hoc diuturno bello afflicta Italia, afferre poſſent, ſi finem optatum conſequeretur hoc præſertim tempore, in quo ob imminentia Chriſtianitati pericula fidelium conjunctio in primis eſt neceſſaria, miſimus ad memoratum Regem, una cum eiſdem oratoribus dilectum filium Dominicum tit. S. Crucis in Jeruſalem presbyterum Cardinalem Firmanum tanquam angelum pacis A. S. L. de latere, cujus eximias virtutes fidem & circumſpectionem in plurimis & graviſſimis rebus ſumus experti.

Dominicus tit. S. Crucis miſſus a Nic.

Cum itaque, diſponente Altiſſimo, cujus miſerationes ſunt ſuper omnia opera ejus, hæc pax, confœderatio, & liga felicem eventum aſſecuta fuerit, ac idem legatus, habens a nobis ad hoc ſpecialem poteſtatem & facultatem præfatam, confœderationem, & ligam vice & nomine noſtro & Romanæ eccleſiæ, & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium inverit, contraxerit, approbaverit, & confirmaverit, ac promiſerit quod dictam confœderationem & ligam ratam, gratam, & acceptatam haberemus, & quod noſtris apoſtolicis patentibus literis benediceremus & confirmaremus, ac mandaremus ab omnibus firmiter obſervari, prout in inſtrumento publico ſuper inde confecto latius continetur, nos qui capitula hujuſmodi pro ſancta pace & liga confecta, ac omnia in eis contenta diligenter conſideramus, cupientes ſalutare pacis bonum conſervare, pariterque augeri pro imminente Chriſtianitatis neceſſitate, ut eo facilius furori Turcarum reſiſti poſſit, inſtantibus quoque ſupplicationibus hujuſmodi permoti, auctoritate apoſtolica, prædicta, ac omnia & ſingula in eis contenta, quorum omnium ac literarum & inſtrumenti prædictorum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecifice declaratis, rata habentes & grata, illa ex certa noſtra, & venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & conſenſu tenore præſentium noſtro & ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium nomine inimus, contrahimus, recipimus & acceptamus, auctoritate quoque apoſtolica, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac noſtra benedicimus, approbamus, confirmamus, eamque acceptatam, & ratam, & gratam, omnino facturi & curaturi quantum in Deo poterimus quod ab omnibus uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervetur, ſupplentes etiam omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem.

Fœdus ab eo confirmatum.

Adjecta apoſtolica auctoritas.

Pro obſervantia autem omnium & ſingulorum per eundem Cardinalem concluſorum per præſentes noſtro & ſucceſſorum prædictorum nomine publicamus, quod belli tempore ad noſtra & Romanæ eccleſiæ ſtipendia nos tenemur tenere equitum duo millia, peditum duo millia, pacis vero tempore equitum duo millia, & peditum mille gentium bonarum, prout & ipſa communitas Florentina tenere debere ſe aſtringit;

man-

mandantes, ordinantes, & ſtatuentes præfatam pacem & ligam ad communem omnium lætitiam, & ut fideles populi hoc intelligentes paratiores animis ſint ad fidei noſtræ Chriſtianæ defenſionem contra Turcas, & majori fiducia ad hanc ſalutarem expeditionem incumbant, videntes fundamenta ſalutis & pacis facta jam eſſe, Venetiis, Mediolani, Placentiæ, & Ferrariæ, ac in eorundem dominiis & territoriis die XXV. martii ſolemniter, ut moris eſt, proclamari & publicari, nec non ſigna lætitiæ cum proceſſionibus & aliis conſuetudinibus fieri. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. kal. martii pontificatus noſtri anno VIII.

Publica pro confecta pace lætitiæ ſigna.

VI. Athenæ expugnatæ a Turcis.

Inter hæc autem expugnavit hoc anno Athenas Mahometes, ut tradit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor (a): quin etiam iidem Turcæ Tartarique juncti fœdere Capham prænobilem in Taurica Cherſoneſo Genuenſium coloniam, aliaque eorundem ad mare Ponticum ſita loca Chriſtianis eripere, Latinumque nomen in oriente delere parabant. Quo triſti accepto nuntio Chriſti vicarius omnes Genuenſis reipublicæ clientes literis cohortatus eſt (b), ut confirmatis animis ad hoſtium retundendos impetus ſe accingerent, opemque adverſus barbaros laturis cœleſte præmium eſt pollicitus (c).

(a) Turcogr. l. 2. p. 137.

(b) Lib. 18. p. 367.

(c) Lib. 18. bull. ſecr. p. 367.

Dilectis filiis nobilibus viris protectoribus comperarum S. Georgii civitatis Januæ, ſalutem, &c.

Cum a fidedignis facti fuerimus certiores, impios Chriſtiani nominis hoſtes Tartaros & Turcos conſtituiſſe præclaram potentiſſimamque urbem Capham, & alia loca dominio Januenſi ad mare Ponticum ſubdita vere proximo invadere, audito quod vos ad dictæ civitatis pro populo in Chriſto Redemptore confidentis defenſione, multas terra marique impenſas facere incœpiſtis, quas tamen videmus majores dietim pro rerum neceſſitate facturos, decens atque neceſſarium duximus populos omnes Januenſi dominio ſubditos, ad ipſa impenſarum onera pro viribus adjuvanda, ita excitare atque animare, ut tam bono, tam neceſſario operi contribuentes, æternæ beatitudinis præmia conſequantur. Omnes igitur utriuſque ſexus, etiam in religione & ſacerdotio conſtitutos, civitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum quorumcumque dominio Januenſi ſubjectorum habitatores, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri hortamur, monemus, atque requirimus, ut ad hunc civitatis, terrarum, & locorum defenſionem, qui commode poſſunt perſonaliter ſe conferrant; alii vero, quibus perſonalem operam exhibere minus eſt commodum, pro modo facultatum ſuarum & divitiarum ſibi a Deo datarum auxilium, larga manu & libenti animo exhibere, recepturi a piiſſimo Deo noſtro bonorum omnium remuneratore, & in præſenti ſæculo, inter mundi & hujus vitæ fluctuationes, abundantiam gratiarum, at poſt finitum humanæ conditionis curſum, æternæ felicitatis gloriam habituri, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLIV. pridie non. januarii pontificatus noſtri anno VIII.

Caffa in periculum adducta.

Populi ad ferendam illi opem ſolicitati.

VII. Propagata in Æthiopia occidua religio.

Dum collabebatur in oriente Chriſtiana religio, propagabatur Divinæ providentiæ conſilio ad meridiem, ac Luſitani ad Indos ſulcato Oceano iter moliebantur. Jam plures inſulas ſubegerant, in quibus templa Deo optimo maximo poſuerant, ac gentiles ad Chriſtiana ſacra perduxerant; tum Ghineam vaſtiſſimam provinciam aperuerant, ejuſque occuparant portus, tam egregii facinoris auctore præcipuo Henrico principe Regis patruo. Ne vero cæteræ nationes illectæ lucro in eas ſe conferrent oras, ipſarumve affectarent imperium, quod a Caſtellanis ſuperiori anno tentatum vidimus, Pontifex ampliſſimo diplomate pronuntiavit tum Septam tum reliquam Africam a promontoriis Boradoc & Nam ad Ghineam uſque, vel etiam ultra ad antarcticum Luſitani juris eſſe, omniaque Saracenorum aliorumve infidelium interjacentium regna cum objacentibus inſulis Luſitanæ coronæ addicta ex amplitudine ſacroſanctæ poteſtatis fuiſſe, qua de re ſubjectis verbis conceptum fuit apoſtolicum diploma (d).

(d) Lib. 18. p. 440.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex regni cœleſtis clavigeri ſucceſſor, & vicarius Jeſu Chriſti, cuncta mundi climata omniumque nationum in illis degentium qualitates paterna conſideratione diſcutiens, ac ſalutem quærens & appetens ſingulorum, illa perpenſa deliberatione ſalubriter ordinat & diſponit, quæ grata divinæ Majeſtati fore conſpicit, & per quæ oves ſibi divinitus creditas ad unicum ovile Dominicum reducat, & acquirat eis felicitatis æternæ præmium, ac veniam impetret animabus, quæ eo certius, auctore Domino, provenire credimus, ſi condignis favoribus & ſpecialibus gratiis eos catholicos proſequamur Reges & principes, quos veluti Chriſtianæ fidei athletas & intrepidos pugiles non modo Saracenorum cæterorumque infidelium Chriſtiani nominis inimicorum feritatem reprimere, ſed etiam ipſos, eorumque regna ac loca, etiam in longiſſimis, nobiſque incognitis partibus conſiſtentia, pro defenſione & augmento fidei hujuſmodi debellare, ſuoque temporali dominio ſubdere, nullis parcendo laboribus & expenſis, facti evidentia cognoſcimus, ut Reges & principes ipſi, ſublatis quibuſvis diſpendiis ad tam ſaluberrimum tamque laudabile proſequendum opus per amplius animentur.

Quæ ſit vera Regum laus.

Ad noſtram ſiquidem nuper, non ſine ingenti gaudio, & noſtræ mentis lætitia per-

Henrici Principis Bella infidelibus illata.

venit auditum, quod dilectus filius nobilis vir Henricus infans Portugaliæ, chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alfonſi Portugaliæ & Algarbii regnorum Regis illuſtris, patrius inhærens veſtigiis claræ memoriæ Joannis dictorum regnorum Regis ejus genitoris, ac zelo ſalutis animarum, & fidei ardore plurimum ſuccenſus tanquam catholicus, & verus omnium creatoris Chriſti miles, ipſiuſque fidei acerrimus ac fortiſſimus defenſor, & intrepidus pugil, ejuſdem Creatoris glorioſiſſimum nomen per univerſum terrarum orbem etiam in remotiſſimis & incognitis locis divulgari, extolli, & venerari, nec non illius ac vivificæ, qua redempti ſumus crucis inimicos perfidos Saracenos videlicet, ac quoſcumque alios infideles ad ipſius fidei gremium reduci, ab ejus ineunte ætate totis aſpirans viribus, poſt Ceptenſem civitatem in Africa conſiſtentem per dictum Joannem Regem, ejus ſubactam dominio, & poſt multa per ipſum infantem nomine dicti Regis contra hoſtes & infideles prædictos, quandoque etiam in propria perſona, non abſque maximis laboribus, & expenſis, ac rerum & perſonarum periculis & jactura, plurimorumque naturalium ſuorum cæde geſta bella, ex tot, tantiſque laboribus, periculis, & damnis non fractus neque territus, ſed ad hujuſmodi laudabilis & pii propoſiti ſui proſecutionem in dies magis atque magis exardeſcens, in Oceano mari quaſdam ſolitarias inſulas fidelibus propalavit, ac fundari & conſtrui inibi fecit eccleſias, & alia pia loca, in quibus divina celebrantur officia, ex dicti quoque infantis laudabili opera & induſtria quamplures diverſarum in dicto mari exiſtentium inſularum incolæ ſeu habitatores, ad veri Dei cognitionem venientes, ſacrum baptiſma ſuſceperunt ad ipſius Dei laudem & gloriam, ac plurimarum animarum ſalutem, orthodoxæ quoque fidei propagationem, & divini cultus augmentum.

Atlantici oceani insulares Christi fide imbuti.

Præterea cum olim ad ipſius infantis perveniſſet notitiam, quod nunquam, vel ſaltem a memoria hominum non conſueviſſet per hujuſmodi Oceanum mare verſus meridionales & orientales plagas navigari, illudque nobis occiduis adeo foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens ſe maxime in hoc Deo præſtare obſequium, ſi ejus opera & induſtria mare ipſum uſque ad Indos, qui Chriſti nomen colere dicuntur, navigabile fieret, ſicque cum eis participare, & illos in Chriſtianorum auxilium adverſus Saracenos & alios hujuſmodi fidei hoſtes commovere poſſet, ac nonnullos gentiles ſeu paganos nefandiſſimi Mahometi ſecta minime infectos populos inibi medio exiſtentes continuo debellare, eiſque incognitum ſacratiſſimum Chriſti nomen prædicare, ac facere prædicari, regia tamen ſemper auctoritate munitus, a viginti quinque annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expenſis in velociſſimis navibus caravellis nuncupatis ad perquirendum mare, & provincias maritimas verſus meridionales partes, & polum antarcticum annis ſingulis fere mittere non ceſſavit, ſicque factum eſt, ut cum naves hujuſmodi quamplures portus, inſulas, & maria perluſtraſſent, ad Ghineam provinciam tandem pervenirent, occupatiſque nonnullis inſulis, portibus, ac mari, eidem provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes ad oſtium cujuſdam magni fluminis Nili communiter reputati, (eos fuiſſe deceptos poſtea compertum,) pervenirent, & contra illarum partium populos, nomine ipſorum Alfonſi Regis & infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quamplures inibi vicinæ inſulæ debellatæ, ac pacifice poſſeſſæ fuerunt, prout adhuc cum adjacenti mari poſſidentur. Exinde quoque multi Ghinei & alii nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, ſeu alio legitimo contractu emptionis ad dicta ſunt regna tranſmiſſi. Quorum inibi in copioſo numero ad catholicam fidem converſi extiterunt, ſperaturque, divina favente clementia, quod ſi hujuſmodi cum eis continuetur progreſſus, vel populi ipſi ad fidem convertentur, vel ſaltem multorum ex eis animæ Chriſto lucrifient.

Subacti a Lusitanis Æthiopes occidui.

Plures religione Christi informati.

VIII. Cum autem, ſicut accepimus, licet Rex & infans præfati, qui cum tot tantiſque periculis, laboribus, & expenſis, nec non perditione tot naturalium regnorum hujuſmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipſorum naturalium dumtaxat freti auxilio, provincias illas perluſtrari fecerunt, ac portus, inſulas, & maria hujuſmodi acquiſiverunt, & poſſederunt, ut præfertur, ut illorum veri domini, timentes ne aliqui cupiditate ducti, ad partes illas navigarent, & operis hujuſmodi perfectionem, fructum, & laudem ſibi uſurpare, vel ſaltem impedire cupientes, propterea ſeu lucri commodo aut malitia, ferrum, arma, lignamina, aliaſque res & bona ad infideles deferri prohibita portarent vel tranſmitterent, aut ipſos infideles navigandi modum edocerent, propter quæ eis hoſtes fortiores, ac duriores fierent, & hujuſmodi proſecutio, vel impediretur, vel forſan penitus ceſſaret, non abſque offenſa magna Dei, & ingenti totius Chriſtianitatis opprobrio, ad obviandum præmiſſis ac pro ſuorum juris & poſſeſſionis conſervatione, ſub certis tunc expreſſis graviſſimis pœnis prohibuerint, & generaliter ſtatuerint, quod nullus, niſi cum ſuis nautis ac navibus & certi tributi ſolutione, obtentaque prius deſuper expreſſa ab eodem Rege vel infante licentia ad dictas provincias navigare, aut in earum partibus contractare, ſeu in mari

Prohibita externis in eas oras navigatio.

Ad Indos conquisitum maximo labore iter.

ri

ri piſcari præſumerent, tamen ſucceſſu temporis evenire poſſe, quod aliorum regnorum, ſeu nationum perſonæ invidia, malitia, aut cupiditate ductæ, contra prohibitionem prædictam abſque licentia & tributi ſolutione hujuſmodi, ad dictas provincias accedere, & in ſic acquiſitis provinciis, portibus, inſulis ac mari, navigare, contractare, & piſcari præſumerent, & exinde inter Alfonſum Regem ac infantem, qui nullatenus ſe in his ſic deludi paterentur, & præſumentes prædictos quamplura odia, rancores, diſſenſiones, guerræ, & ſcandala, in maximam Dei offenſam & animarum periculum veriſimile ſubſequi poſſent, & ſubſequerentur; nos præmiſſa omnia & ſingula debita meditatione penſantes, & attendentes, quod cum olim præfato Alfonſo Regi quoſcumque Saracenos & paganos, alioſque Christi inimicos ubicumque conſtitutos, ac regna, ducatus, principatus dominia, poſſeſſiones, & mobilia, ac immobilia bona quæcumque per eos detenta ac poſſeſſa, invadendi, conquirendi, expugnandi debellandi, & ſubjugandi, illorumque perſonas in perpetuam ſervitutem redigendi, ac regna, ducatus, comitatus, principatus, dominia, poſſeſſiones, & bona, ſibi & ſucceſſoribus ſuis applicandi, appropriandi, ac in ſuos, ſucceſſorumque ſuorum uſus & utilitatem convertendi aliis noſtris literis plenam & liberam inter cætera conceſſerimus facultatem: dictæ facultatis obtentu idem Alfonſus Rex, ſeu ejus authoritate prædictus infans juſte & legitime inſulas, terras, portus & maria hujuſmodi acquiſivit, ac poſſedit, & poſſidet, illaque ad eumdem Alfonſum Regem & ipſius ſucceſſores de jure ſpectant & pertinent, neque quivis alius etiam Christi fidelis, abſque ipſorum Alfonſi Regis & ſucceſſorum ſuorum licentia ſpeciali de illis ſe hactenus intromittere licite potuit, nec poteſt quoquomodo; ut ipſi Alfonſus Rex ejuſque ſucceſſores, & infans eo ferventius huic tam piiſſimo ac præclaro, & omni ævo memoratu digniſſimo operi, in quo cum in illo animarum ſalus, fidei augmentum, & illius hoſtium depreſſio procurentur, Dei, ipſiuſque fidei ac reipublicæ univerſalis Eccleſiæ rem agi conſpicimus, inſiſtere valeant & inſiſtant, quos ſublatis quibuſvis diſpendiis amplioribus ſe per nos & ſedem Apoſtolicam favoribus ac gratiis munitos fore conſpexerint, de præmiſſis omnibus & ſingulis pleniſſime informati, motu proprio, non ad ipſorum Alfonſi Regis & infantis, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, maturaque prius deſuper deliberatione præhabita, authoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis cum omnibus & ſingulis in e-

Amputata litium materies.

Partum in regna barbarica jus Luſitano confirmatum.

is contentis clauſulis, ad Ceptam & prædicta, ac quæcumque alia, etiam ante datum dictarum facultatis literarum acquiſita, & ad ea quæ in poſterum nomine dictorum Alfonſi Regis, ſuorumque ſucceſſorum & infantis, in ipſis ac illis circumvicinis, & ulterioribus ac remotioribus partibus infidelium ſeu paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, inſulas, portus, & maria quæcumque extendi, & illas ſub eiſdem facultatis literis comprehendi, ipſarumque facultatis, & præſertim literarum vigore jam acquiſita, & quæ in futurum acquiri contigerit, poſtquam acquiſita fuerint, ad præfatum Regem & ſucceſſores ſuos ac infantem, ipſamque conquiſtam, quam a capitibus de Bojador & de Nam uſque per totam Ghineam & ultra verſus illam meridionalem plagam extendi, harum ſerie declaramus, & ad ipſos Alfonſum Regem, & ſucceſſores ſuos ac infantem, & non ad aliquos alios ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac in perpetuum ſpectare, & pertinere de jure, nec non Alfonſum Regem & ſucceſſores ſuos, ac infantem prædictos in illis & circa ea quæcumque prohibitiones, ſtatuta, & mandata etiam pœnalia & cum cujuſvis tributi impoſitione facere, ac de rebus propriis, & aliis ipſorum dominiis diſponere & ordinare potuiſſe, ac nunc & in futurum poſſe libere & licite tenore præſentium decernimus, & declaramus, ac potioris juris & cautela ſuffragio jam acquiſita, & quæ in poſterum acquiri contigerit provincias, inſulas, portus, loca, & maria quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, ipſamque conquiſtam a capitibus de Boradoch & de Nam prædictæ Alfonſo Regi & ſucceſſoribus ſuis Regibus dictorum regnorum, & infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præſentes.

Et in ea quæ in poſterum comparanda erunt.

Condendarum in iis regnis legum auctoritas collata.

Præterea cum ad perficiendum opus hujuſmodi multipliciter ſit opportunum, quod Alfonſus Rex & ſucceſſores ac infans prædicti, nec non perſonæ, quibus hoc duxerint, ſeu aliquis ipſorum duxerit committendum, illius dicti Joanni Regi, per felicis recordationis Martinum V. & alterius indultorum, etiam inclytæ memoriæ Eduardo eorumdem regnorum Regi, ejuſdem Alfonſi Regis genitori, per piæ memoriæ Eugenium IV. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſorum, verſus dictas partes cum quibuſvis Saracenis & infidelibus de quibuſcumque rebus & bonis ac victualibus emptiones & venditiones prout congruerit, facere, necnon quoſcumque contractus inire, tranſigere, paciſci, mercari, ac negotiari, & merces quaſcumque ad ipſorum Saracenorum & infidelium loca dummodo ferramenta, lignamina, funes, naves, ſeu armaturarum genera non ſint, deferre, & ea dictis Saracenis & infide-

IX. Martini V. & Eugenii IV. confirmata privilegia.

libus vendere, omnia quoque alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea opportuna, vel neceſſaria facere, gerere, vel exercere, ipſique Alfonſus Rex, ſucceſſores, & infans ea jam acquiſitis, & per eum acquirendis provinciis, inſulis, ac locis quaſcumque eccleſias, monaſteria, & alia pia loca fundare, ac fundari, & conſtrui, nec non quaſcumque voluntarias perſonas eccleſiaſticas ſæculares quorumvis etiam mendicantium ordinum regulares [de ſuperiorum tamen ſuorum licentia] ad illa tranſmittere, ipſæque perſonæ inibi etiam quoad vixerint commorari, ac quorumcumque in dictis partibus exiſtentium, vel accedentium confeſſiones audire, illiſque auditis, in omnibus, præterquam ſedis prædictæ reſervatis caſibus, debitam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere, nec non eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valeant, libere ac licite, decernimus, ipſique Alfonſo & ſucceſſoribus ſuis Regibus Portugalliæ, qui erunt impoſterum, & infanti præfato, concedimus & indulgemus, ac univerſos & ſingulos Chriſtifideles, eccleſiaſticos, ſæculares, & ordinum quorumcumque regulares, ubilibet per orbem conſtitutos cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamſi archiepiſcopali, epiſcopali, imperiali, regali, reginali, ducali, ſeu alia quacumque majore, eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, obſecramus in Domino, & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus ut præmittitur, res agitur, exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccaminum injungimus, nec non hoc perpetuo prohibitionis edicto diſtrictius inhibemus, ne ad acquiſita ſeu poſſeſſa nomine Alfonſi Regis, aut in conquiſta hujuſmodi conſiſtentia provincias, inſulas, portus, maria, & loca quæcumque, ſeu alias ipſis Saracenis infidelibus vel paganis arma, ferrum, lignamina, aliaque a jure Saracenis deferre prohibita quoquomodo, vel etiam abſque ſpeciali ipſius Alfonſi Regis, & ſucceſſorum ſuorum & infantis licentia, merces, & alia a jure permiſſa deferre, aut per maria hujuſmodi navigare, ſeu deferri vel navigari facere, aut in illis piſcari, ſeu de provinciis, inſulis, portibus, maribus & locis, ſeu aliquibus eorum, aut de conquiſta hujuſmodi ſeu intromittere, vel aliquid, per quod Alfonſus Rex & ſucceſſores ſui, & infans prædicti quominus acquiſita & poſſeſſa pacifice poſſideant, ac conquiſtam hujuſmodi proſequantur, & faciant per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, opere vel conſilio facere aut impedire quoquo modo præſumant.

Conceſſa extruendarum eccleſiarum poteſtas.

Ferrum & lignamina ad barbaros deferri vetita.

Qui vero contrarium fecerit, ultra pœnas contra deferentes arma & alia prohibita Saracenis quibuſcumque a jure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipſo facto, ſi perſonæ fuerint ſingulares excommunicationis ſententiam incurrant, ſi communitas, vel univerſitas, civitas, caſtri, villæ ſeu loci, ipſa civitas, caſtrum, villa, ſeu locus interdicto ſubjaceat eo ipſo, nec contrafacientes ipſi vel aliqui eorum ab excommunicationis ſententia abſolvantur, nec interdicti hujuſmodi relaxationem apoſtolica vel alia quavis authoritate obtinere poſſint, niſi ipſi Alfonſo & ſucceſſoribus ſuis, ac infanti, prius pro præmiſſis congrue ſatisfecerint, aut deſuper amicabiliter concordaverint cum eiſdem: mandantes per apoſtolica ſcripta venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopo Ulixbonenſi, Silvenſi, ac Ceptenſi epiſcopis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, quoties pro parte Alfonſi Regis & illius ſucceſſorum, ac infantis prædictorum vel alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, vel aliquis ipſorum fuerit requiſitus, illos quos excommunicationis & interdicti ſententias hujuſmodi incurriſſe conſtiterit, tamdiu dominicis, aliiſque feſtivis diebus in eccleſiis, dum inibi major populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos, & interdictos, aliiſque pœnis prædictis innodatos fuiſſe, & eſſe authoritate apoſtolica declarent & denuncient, nec non ab aliis nunciari & ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro præmiſſis ſatisfecerint, ſeu concordaverint ut præfertur. Contradictores, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLIV. VI. id. januarii pontificatus noſtri an. VIII. Hoc diploma confirmatum eſt a Calliſto (a) inſequenti anno, inſertumque novo illius diplomati, quod exordium ducit, ab his verbis: *Inter cætera quæ nobis divina diſponente, &c.* & hac temporis formula conſignatum eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLV. III. id. martii pontificatus noſtri anno I.* Nec prætermittimus conditam a Nicolao (b) Treverenſem academiam cum Jacobus Sirik archiepiſcopus literarum decus in ſuum principatum revocare peroptaret.

Cenſuræ eccleſiaſticæ prævaricatoris inflictæ.

(a) Calliſt. l. 1. ep. ſecr. p. 33.

Treverenſis academia a Nicolao inſtituta.

(b) Lib. 28. bull. ſecr. p. 378.

X. Nicolaus arthritide vexatus arthriticis doloribus emoritur. Prævidet mortem.

Hæc aliaque plura orbi Chriſtiano conſulturus decernebat Nicolaus, cum febre ex doloribus arthritidis, qua extremo pontificatus tempore tentus fuit, accenſa correptus eſt, utque ab Eugenio divinitus objecta cœleſti ſpecie acceperat, octavo pontificatus anno e vita ſe diſceſſurum, Cardinales convocavit, ac prolixa oratione de qua meminit S. Antoninus (c), quamque Jannozius Manettus affert (d) geſtorum ſuorum cauſas ita reddidit.

(c) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

Ejus ad Cardinales oratio.

Audite audite inquam venerabiles fratres rationes cauſaſque, quas venerationes veſtras ſcire atque intelligere volumus. Romana namque eccleſia authoritatem maximam & ſummam eſſe ii ſoli intelligunt, qui

(d) Manett. l. 3. in vit. Nicol. V. ms. bibl. Vat. ſig. n. 2046.

Digitized by Google

qui originem & incrementa ſua ex literarum cognitione perceperunt, cæterorum vero cunctorum populorum turba literarum ignara penituſque expertes, quamvis doctis &

Qua arte ſervanda majeſtas Eccleſiæ.

eruditis viris aſſentiri videantur, niſi tamen egregiis quibuſdam viſis moveantur, profecto illa omnis eorum aſſenſio debilibus & imbecillis fundamentis innixa diuturnitate temporis ita paulatim elabetur, ut plerumque ad nihilum recidat. At vero cum illa vulgaris opinio doctorum hominum relationibus fundata magnis ædificiis perpetuis quodammodo, monumentis ac teſtimoniis pene ſempiternis quaſi a Deo fabricatis in dies uſque adeo corroboratur & confirmatur, ut ea vivos poſteroſque illarum admirabilium conſtructionum decus conſpecturos continue traducatur, atque per hunc modum conſervatur & augetur religio, atque ſic conſervata & aucta admirabili quadam devotione colitur. Ad hanc Chriſtianorum populorum erga Romanam eccleſiam & ſedem Apoſtolicam devotionem tutæ quadam habitatoribus ipſis, ac terribiles inimicis oppidorum urbiumque munitiones accedant, quæ nimirum per has magnorum ædificiorum conſtructiones adverſus externos hoſtes ac domeſticos novarum rerum cupidos quotidie diripiendi gratia conſpirantes, & in grave eccleſiaſticorum & eccleſiarum damnum inſurgentes munitiores redduntur. Quocirca nos & Gualdi, ut a nobis incipiamus & Aſſiſii, & Fabriani, & in utraque Civitate caſtellana & Narnia, & Urbeveteri, Spoleti, & Viterbii, & multis aliis eccleſiæ noſtræ locis plura peregregia ad certum quemdam & expreſſam utriuſque devotionis munitioniſque effectum ædificia condidimus, atque eiſdem cauſis abundantius vehementiuſque adducti multa & quidem ſingularia hic in urbe opera non immerito inchoavimus, quanto enim hæc alma urbe cæteris omnibus major & dignior habetur, quantoque ampliori cunctorum Chriſtianorum populorum devotione magis celebratur & colitur, tanto profecto eam aliis omnibus ornatiorem atque munitiorem fore oportere cenſebamus, præſertim cum in perpetuam ſummorum Pontificum ſedem atque æternum pontificiæ ſanctitatis habitaculum ab omnipotente Deo conſtitutam fuiſſe non ignoraremus, proinde, ut urbis mœnia pluribus hinc inde locis collapſa & confragoſa reparavimus, multiſque turribus circumquaque munivimus, ac nova inſuper cum crebris propugnaculis abſolvimus. Quadraginta præterea ſanctarum ſtationum baſilicas a Gregorio magno prædeceſſore noſtro ab origine inſtitutas pene ad ultimam abſolutionem reformavimus atque ad extremum hoc palatium, in quo nunc ſumus, idoneum ſummorum Pontificum domicilium & hoc ſacroſanctum Petri Apoſtolorum principis templum huic noſtræ domui contiguum cum magno ac novo vico adjacente pro digna quadam & ſecura eam capitis, tum omnium membrorum, & totius curiæ habitatione jampridem ædificare & reformare inchoavimus, quæ quidem opera, ut antea videtis incepta, niſi mors a tergo inopinata perveniſſet, omnipotentis Dei gratia & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate & poteſtate adjuti, quando ea boni gratia agebamus, uſque perduxiſſemus, quæ quidem ſi, ut cupiebamus, expleta fuiſſent, aut ſi ut inſtitueramus ullo unquam tempore in poſterum abſolventur, profecto ſucceſſores noſtri majori quadam Chriſtianorum omnium populorum veneratione adorarentur, atque tuti & ſecure intra urbem commorantes impias & conſuetas & externorum hoſtium & domeſticorum quoque inimicorum perſecutiones facilius evitarent. Quibus quidem nos cauſis non ambitione, non pompa, non inani gloria, non fama, non diuturniori nominis noſtri propagatione, ſed majori quadam Romanæ eccleſiæ auctoritate & ampliore ſedis Apoſtolicæ apud cunctos Chriſtianos populos dignitate, ac certiori aſſuetarum perſecutionum evitatione, talia tantaque ædificia mente & animo concepceramus, &c. Recenſitis deinde perſecutionibus & inſidiis, quas a conjuratis hoſtibus plures Pontifices erant paſſi, quarum ipſe Nicolaus exors non extiterat, addidit.

Cur muniendæ arces.

Cur augenda ſint Urbis decore.

Adverſus exterorum & domeſticorum vim ſint parati Pontifices.

Has quidem & veteres & recentes perſecutiones Romani Pontifices nullo unquam exiſtimamus & credimus tempore pertuliſſent, ſi novis & inexpugnabilibus munitionibus ſeſe, præſertim intra urbem, protexiſſent, nunquam enim neque interni hoſtes neque domeſtici inimici, quamquam novarum rerum cupidi, uſque adeo temerarii inſanique fuiſſent, ut ea cum periculo capitis ſui aggrederentur, quæ optatos deſignatoſque effectus nequaquam ſortiri poſſe videbuntur. At vero ſi temeraria audacia allecti, & cæca cupiditate raptati feciſſent, profecto conatus ſui ad nihilum recidiſſent, ac per hunc modum tuti, quieti, ac ſecuri in continua ſedis Apoſtolicæ tranquillitate cum maxima auctoritate, cum ſummo poteſtate, cum immenſa denique dignitate ſemper reſediſſent. Quocirca, ut de hac ædificatione a principali propoſito paruumper digredientes aliquem certum & ſolidum fructum cupiamus, venerationes veſtras in Domino exhortamur, quatenus prælecta conſtructionum noſtrarum opera inchoata proſequi ac perficere velint, ut ſucceſſores noſtri externorum tumultuum, domeſticarumque perſecutionum penitus omninoque expertes gregem dominicum ſibi ab omnipotente Deo commiſſum tanquam veri animarum paſtores diligentius atque liberius, ſalubribus cibariis alere ac per hunc modum altam in viam ſalutis æternæ traducere poſſint & valeant. Gratias inſuper Deo egit de ſingularibus beneficiis ſibi collatis hortatuſque eſt Car-

Plures cum non eſſent parati perſecutiones paſſi.

Politicæ eccleſiaſticæ quis finis.

di.

dinales ad retinendam in ſacris peragendis majeſtatem.

XI. *Sacroſanctam*, inquit, *Romanam eccleſiam*, & infra, *quam mutilatam*, ſcilicet ob ſchiſma Amedei, *frequentibus bellis aliquot oppidis apprime diminutam, atque aere inſuper alieno admodum oppreſſam ſuſcepimus, divina omnipotentiae Dei gratia ita reſarcivimus, ita reformavimus, ita denique corroboravimus, ut & ſchiſmata penitus, & omnino aboleremus, & oppida urbeſque ſuae antea bellicis fremitibus amiſſas ac deperditas per pacem & tranquillitatem recuperaremus, & ſedatis hinc inde bellis, atque ita deletis, ut nullum prorſus veſtigium neque in agro eccleſiaſtico, neque in tota Italia uſque appareret, non modo a ſuo aere alieno liberaremus, ſed pluribus etiam pretioſarum rerum formis cum margaritis, gemmis, & aliis hujuſmodi nobilibus lapillis, tum quoque aedificiis & libris & aulaeis inſuper, ac tapetibus, & pleriſque praeterea vaſis partim argenteis, partim aureis, & demum omnibus eccleſiaſticorum indumentorum generibus ad cultum divinum vel maxime pertinentibus ditiſſimam ac opulentiſſimam redderemus, atque haec omnia pluraque alia divitiarum & gazarum genera non ex avaritia, non ex ſimonia, non ex largitionibus, non ex parſimonia, cum nulla liberalitatis, nulla magnificentiae genera partim crebris plurium munitionum aedificationibus, partim frequentibus multorum librorum emptionibus, continuiſque codicum Latinorum & Graecorum transſcriptionibus, partim pleriſque erga eruditos & doctos viros aſſiduis donationibus intentata inexpertaque reliquerimus. Sed ex divina duntaxat benigniſſimi Creatoris gratia, ac ex pace eccleſiaſtica perpetuaque pontificatus noſtri tranquillitate proveniſſe non dubitamus.*

Evulſa a Nicol. reliquiae ſchiſmatis.

Culta pax refectumque aerarium.

Supellex ſacra aucta.

Demum Cardinales ad mutuam concordiam hortatus, eccleſiam Romanam divinaeque gloriae ſtudium amantiſſimis hiſce verbis commendavit: *In hoc extremo adventantis mortis articulo, & paulo poſt Creatori noſtro animam redditurus, hanc ipſam omnipotentis Dei immaculatam ſponſam jam non amplius noſtram, ſed potius veſtram Romanam eccleſiam, quantum poſſumus fraternitatibus veſtris unice commendamus. Haec eſt enim illa Chriſti ſponſa, quam Ipſe proprio ejus Sanguine nobis peperit, partamque humano generi utendi ac fruendi gratia reliquit. Haec eſt, inquam, tunica illa inconſutilis, quam nefarii illi milites Chriſtianae crucifixionis miniſtri, ſatellitesque inter ſe dividere ac partire non potuerunt. Haec eſt enim illa denique Apoſtolorum Principis navicula variis procelloſi pelagi fluctibus agitata, hanc totis mentis affectibus cuſtodite, hanc omnibus corporis & animi viribus ſervate, hanc cordibus diligite, hanc operibus amate, hanc totius ſpiritus medullis & viſceribus amplificate, bene denique mente & corpore retinete, quae profecto conſequemini, ſi eam cunctis humanis tam ſaecularibus quam eccleſiaſticis rebus praeponere ac praeficere volueritis, & ſi fraternam charitatem quoque invicem ſervaveritis. Quae quidem ſi effeceritis, quemadmodum ſperamus & cupimus, primo Chriſtianorum omnium utilitati, honori deinde veſtro optime conſuletis, & omnipotenti denique Deo ita gratificabimini, ut ab eo digna utriuſque & praeſentis & futurae vitae praemia reportetis.*

Commendata ab eo Cardinalibus Eccleſia.

Dilecti fratres in Chriſto, nos fraternitates veſtras quantum poſſumus in Domino efficaciter exhortamur, ac ſuppliciter obſecramus, ad quem parumper converſi his brevibus multiſque verbis confugimus, ſic elevatis ſurſum manibus dicentes: Domine Deus omnipotens concede propitius his Eccleſiae tuae patribus patroniſque, ut eam conſervare & amplificare valeant, atque eis gratiam largire quaeſumus, ut ipſa intercedente de bono & idoneo paſtore dominici gregi praeficiendo facilius, maturius, & melius providere poſſint. Valete dilecti fratres in Domino, pro ſalute animae noſtrae jugibus orationibus veſtris ſemper memores. Cum itaque haec & alia hujuſmodi memoriter & claro voce, ac continua & continua ſonoritate peroraſſet, dextero brachio ad eos parumper converſo: *Benedicat*, inquit, *vos omnipotens Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus.*

Sacra prece luſtrati.

XII. Accinxit ſe, actis doloribus, ad extremam luctam, ſeque ſacramentis rite communivit, atque epiſcopos & plus ſacerdotes, qui ipſum verbis ſacris ſolarentur adſtantes habuit, inter quos erat Atrebatenſis praeſul amiciſſimus, de quo haec refert Jannozius Manettus (a): *Cum Joannes epiſcopus Atrebatenſis lectica, in qua Pontifex moribundus jacebat, genibus flexis aſtaret, & paucis verbis ipſum jam pene morientem, & ſi altera conſolatione non indigeret, pro virili tamen conſolari cuperet, inter loquendum lacrymas jam oculis per totum vultum emanantes continere non potuit, quod cum ipſe luminibus ſiccis intueretur plane & aperte conſpexit, ac ſtatim conſolatione orationis ſuae jam lacrymis referta curſum his ſuavibus verbis generoſe admodum ac magnanimiter impedivit, atque: O Atrebatenſis, inquit, ne fleas quaeſo, quinimmo has tuas lacrymulas in devotas deprecationes converte, & pro me paulo poſt morituro ad omnipotentem Deum dominum noſtrum humiliter deprecare.* Denique maximo bonorum omnium dolore, eorum praecipue, qui ſacram in Turcas expeditionem confici cupiebant, ex hac vita exceſſit; mox enim retardato omnia fuere pia conſilia, in ſuperioribus conventibus inita, ut Joannes Gobelinus (b) refert hiſce verbis.

Communivit ſe ſacramentis Nicolaus.

(a) Manett. l. 3.

Monet epiſcopum Atreb. ut lacrymas in preces vertat.

(b) Gobel. in comm. Pii II. l. 1.

In

Sacri in Turcas belli confuſa conſilia.

Inter hæc dum omnia propemodum concluſa ſunt, & ſpes pulcherrima, eſſet æſtate proxima ingentes copias in hoſtem eductum iri, ecce mors Nicolai V. renuntiatur Pontificis maximi, quæ telam longo jam tempore ordiri cœptam uno momento interrupit, vanaſque hominum cogitationes oſtendit, & inanes curas, nam quæ futuri cognitio, quæ conſilii capiundi certa ratio? decidunt omnes humani conatus, quos dextera Dei non adjuvat: non placuit divinæ pietati per id tempus extingui Turcorum imperium; ad correctionem noſtrarum iniquitatum diutius conſervatur. Sederat Nicolaus in B. Petri ſolio annos circiter octo Pontificatus tempus. *non tam genere clarus, quam doctrina & animi dotibus excellens.* Exegit in pontificatu annos octo dies decem & novem, obiit namque XXIV. aprilis feria III. die hora noctis quinta, ut narrat Stephenus Infiſſura, cui Bartholomæus (a) Turcia, Paulus Benedictus (b) & alii conſentiunt. Cum autem tradant illi Nicolaum obiiſſe conſecuta nocte vigeſimam quartam martii hujus anni, ab iis S. Antoninus (c) non diſſentire videtur dum inſequentem diem conſignat his verbis: *Anno Domini MCCCCLV. XXV. martii Nicolaus Papa V. doloribus diutinæ infirmitatis gravatus, ſumptis omnibus devote ſacramentis, & exhortatione facta ad Cardinales, diem clauſit vitæ ſuæ extremum, in eccleſia S. Petri ſepultus.* [1]

(a) Bartbol. e Turc. mſ. Vat. ſign. n. 111.

(b) Paul. Ben. ſign. n. 110.

(c) S. An. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

XIII. Multa egregieque ab eo geſta in ponti-

NOTÆ [1] Vita functus eſt hoc anno menſe, die & hora de quibus in annalibus, Nicolaus V. vir optimus, princeps magnificus, pontifex religioſus. Egregii animi ejus dotes cum ipſo in privata fortuna adoleſcentes ad ſummam dignitatem illum extulerunt & in principatu, principatum & ipſæ pariter obtinuiſſe viſæ ſunt. Nemo pontifex ſummi loci dignitatem melius ſuſtinuit, ut in principatu educatus, non vero ex humili ad ſummum illum locum favore elatus videretur. Ut enim cæteras ejus virtutes, principe dignas, ſileam, cum ſatis ſuperque a viris doctiſſimis apud annaliſtam hic celebrentur, magnificentiam ejus ſive in publicis ſive in privatis ſive in profanis ſive in ſacris ædificiis excitandis, augendis, ornandis æquales omnes ſcriptores commendant; quo in genere magnificentiſſimos pontifices ad illam uſque ætatem non æquavit tantummodo, ſed & ſuperavit omnes. Id vero e ſe non amplificandi nominis ſui cupiditate, ſed augendæ gloriæ Romanæ eccleſiæ & venerationis erga loca religioſa extollendæ gratia præſtitum Nicolaus ipſe moriturus præſentibus lectulo cardinalibus profeſſus eſt, teſte Jannotio Manetto in vita ejuſdem pontificis. Literas & literatos viros amavit impenſe, quarum rerum alteram ipſe excoluit, extatque ſpecimen in epiſtolis plurimis in regiſtro Vaticano ſervatis, ex quibus nonnullas annaliſta in annales derivavit, ſed multo plures Wadingus in annal. & peculiarem unam ad Conſtantinum Palæologum in codice mſ. Viennenſi extare affirmat a S. Jacobo in *Biblioth. Pont.* e. quam tamen non aliam epiſtolam credo ab ea quæ in annalibus ad annum 1451. I. recitetur. Orationem ejus ad cardinales poſt funus Eugenii IV. laudat Oldoinus in addit. ad Ciaconium, ſicut & de conceptione B. M. V. diploma extare ex Petro de Oedo in *Inform. Eccleſiaſt. de Concept.* B. M. V. affirmat. Literatos viros adeo fovit, ut ſummos quoſque in ſingulis literaturæ generibus Romam acciviſſe aſſignato ſingulis ſtipendio honeſto tradat Jannotius Manettus, qui ſe pariter ab eo invitatum ſtipendio 600. aureorum profitetur. Literatos hos viros ſingulos compulit, ut pro ſe quiſque literis amplificandis ſive ſcriptione ſive ab exteris linguis verſione conferret, quorum uſui libros undique ingenti ſumptuum profuſione contraxit, ditata pontificia bibliotheca codicum ad minus 5000. pretioſa ſupellectili eodem Manetto teſte; ex his plurimos ut Græcia ſuppeditaret fecit ea rerum ſubverſio, quæ tunc in Græcorum imperio accidit. Ea occaſione veteres Græci Patres, qui ad id uſque vel ignoti penitus, vel male noti fuerant Latinis, conſuetudinem nobiſcum inſtituere cœperunt, ut idem Manettus eſt author; qui & narrat a ſe pariter duo ingentis molitionis opera concepta fuiſſe, opus ſcilicet contra Judæos XX. libris conſtans quod imperfectum ab authore relictum Naldus Naldi vitæ Jannotii ſcriptor (Rer. Ital. to. XX.) affirmat, & utriuſve teſtamenti e Græco & Syriaco verſionem diligentem, quam abſolutam reliquiſſe Naldus indicat, ſed non adhuc typis vulgatam cenſeo. Res ab eo geſtas præter Platinam peculiari opere deſcripſit idem Jannotius Manettus, quod annaliſta inter Vaticanos codices nactus, utiliter in rem ſuam excerpſit, nunc vero integrum munere Cl. Muratorii Rer. Ital. to. 3. par. II. col. 908. eruditis efflagitantibus conceſſum eſt. Idem opus in catalogo operum Jannotii exhibet Naldus, quamquam in eo errat, quod in libros quatuor ab authore diſtributum narret, cum reipſa tribus tantummodo abſolvatur. Porro Nicolaus, ab ætatis illius ſcriptoribus omnibus celebratur, cujus ea fuit vitæ probitas, ut nec heterodoxis ſcriptoribus anſam ullam carpendi ſuppeditaverit. Unus Du Pleſſy ex Bodino aggerit, quod ab epiſcopo quodam magicis quibuſdam incantationibus, ut ille quidem rebatur, vexato conſultus, conceſſerit, ut Strigam, unde malum proceſſiſſe cenſebat ad maleficium altero maleficio tollendum cogeret, quod malum majus minori admiſſo averruncari poſſe diceret. Sed Bodino ſcriptori in pontifices imo & in catholicam fidem iniquiori, ætatiſque ſequioris ſcriptori abſque idoneo teſte quis credat? cum præſertim it fuerit Bodinus, *ut in hiſtoriis & teſtimoniis ſæpe a vero abiret, neglectu malo crederem, quam dolo; quanquam interdum vix eſt ut doli ſuſpicionem effugiat*, quæ de illo ſcribit Grotius in epiſt. ad Cordeſium 19. ſept. 1634. Sed de Nicolao ſatis, in cujus laudes ſi liberius aliquanto excurrerim dabunt id lectores meæ in patriam charitati, cum Lucenſes mei inter ſuos virum hunc magnum allegent, tum quod civitate illum donaverint, cum etiam quod materno genere Sarzanenſis fuerit, quod tunc, oppidum quidem ut illud appellet Manettus, erat Ligurum, ſed Lucenſibus parebat.

Nicolao ſuffectus eſt Calliſtus III. cujus electionis diem, qui annaliſtam fugit, ſervavit Bartholomæus (non Baptiſta ut illum appellat annaliſte errore apud ſcriptores frequenti) Platina, renunciatum ſcribens Patrum ſuffragiis die VI. id. aprilis cui veteres omnes ſuffragantur. Reliqua ex annalibus petas. MANSI

tificatu breviter perſtrinxit Æneas Sylvius (a), quorum aliqua nos ſuis locis inannales inſeruimus: *Hic*, inquit, *urbem Romam multis ac maximis ædificiis mirum in modum exornavit, cujus opera ſi compleri potuiſſent, nulli veterum Imperatorum magnificentiæ ceſſura videbantur, ſed jacent adhuc ædificia ſicut ruinæ murorum ingentes*. Sed hæc de refectis excitatiſque ſumma cum magnificentia ædificiis exactius proſequitur ſubjectis verbis Baptiſta Platina (b) ejus temporis ſcriptor: *Ædificavit magnifice & ſplendide tum in urbe, tum in Vaticano, in urbe ædes pontificias apud S. Mariam ad præſepe reſtituit, & templum S. Stephani in Cœlo monte: a fundamentis vero erexit S. Theodori templum inter Palatinum & Capitolinum montem in plano ſitum. Pantheon quoque in medio urbis poſitum templum vetuſtiſſimum M. Agrippæ opus plumbeo tecto reſtituit. In Vaticano autem & pontificias ædes ſumptuoſis operis in hanc formam, quam nunc cernimus redegit, & muros Vaticani præaltos & latos inchoavit, jactis ingentis fundamentis ad turres & majorem molem ſuper ædificandam, quibus coerceri hoſtes poſſent, ne ædes Pontificis & B. Petri templum, ut antea ſæpe factum eſt, diriperentur. Inchoavit præterea ad caput templi B. Petri amplam teſtudinem, quam vulgo tribunam vocant, quod templum ipſum auguſtius & hominum magis capax eſſet. Pontem quoque milvium reſtituit & ædes egregias ad balnea Viterbiana ædificavit. Juvit & multos pecunia, qui in urbe ædificabant, ejus etiam mandato viæ urbis fere omnes ſtrati ſunt*. Hæc Platina de ædificiis. Proſequitur autem reliqua ab eo geſta Æneas (c): *Schiſma*, inquit, *quod apud Sabaudienſes adhuc in eccleſia vigebat exploſit, Amedeum papatui renunciantem in gratiam recepit, Cardinalatus honorem & in paterno dominio legationem reliquit*. Addit ut Bernardino Senenſi ſanctorum confeſſorum cultum decreverit, Fridericum & Leonoram imperii auguſtalibus ornamentis decorarit.

(a) Æn. Syl. de Europ. c. 58.

(b) Plat. in Nic. V.

Refectæ ab eo ſacræ ædes.

Ornata urbs.

Nicolai elogium.

(c) Æn. ubi ſup.

XIV. De creatis Cardinalibus hæc habet idem auctor: *Bis Cardinales creavit, & primo quidem unum tantum Antonium natione Majoricenſem ad tit. S. Chryſogoni, quem ſibi philoſophiæ ſtudiis & arcanorum ſacræ theologiæ cognitione ex omnibus parem elegerat*. Creatum fuiſſe anno MCCCCLVIII. IIII. kal. aprilis memorat Alfonſus Ciacconus. *Secundo ſex creavit aut doctrina perceleбres, aut generis claritate inſignes, inter quos & germanum ſuum Philippum ſanctæ Suſannæ Cardinalem aſſumpſit placidis moribus & incorrupta fidei*. Erat is Philippus Calandrinus frater ex matre epiſcopus Bononienſis. Reliqui fuere (d) Aſtorgius Aquenſis Neapolitanus patria archiepiſcopus Beneventanus creatus presbyter tit. S. Euſebii, Latinus Urſinus archiepiſcopus Tranenſis Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli renuntiatus, Alanus natione Brito epiſcopus Avenionenſis titulo S. Praxedis inſignitus, Joannes Raolinus epiſcopus Cabilonenſis tit. S. Stephani in Cœlio monte exornatus, Nicolaus e Cuſa Germanus archidiaconus Leodienſis tit. S. Petri ad vincula decoratus, quem in maximis legationibus adhibitum vidimus: creatos vero Cardinales IIII. januario menſe anni MCCCCXLIX. narrat Ciacconus: Præterea eodem anno vergente XIV. kalend. januarii Amedeum & reliquos Baſileenſium damnato ſchiſmate reſipiſcentes in gratiam admiſit, nam Amedeum epiſcopum Sabinenſem creavit, Ludovicum Arelatenſem priſtino juri reſtituit, ac tres alios, de quibus meminimus (e) ſuo loco, vero ſacræ purpuræ jure publicæ pacis ergo donavit.

Qui cardinalitia purpura ab eo donati.

(d) Alphon. Ciac. in Nic. V.

Qui ſecunda vice creati.

Qui in tertia.

(e) A. C. 1449. n. 7.

XV. Ipſum rei literariæ gloria floruiſſe, atque ad eam promovendam poſt Conſtantinopolitanum excidium libros Græcos undique conquiſiviſſe maximo ſumptu, ne veterum doctorum monumenta deperirent, conſentit Franciſcus Philelphus (f) in literis proximo anno ad Calliſtum datis, in quibus hoc illum exornat elogio.

(f) Philelp. l. 13. ep. 1. ad Calliſt.

Summo Eccleſiæ Romanæ Pontifici Calliſto III.

Ut dignitatis gradu cæteris omnibus mortalibus præſtas, ita operam te dare oportet, ut amplitudine præſtantiaque virtutis & ſapientiæ cunctis hominibus ſuperior judiceris. Et infra; *Quantam ſibi gloriam comparavit Nicolaus V. qui te modo antceſſit in pontificatu, cum ad cæteras virtutes ſuas vitæque ſanctimoniam tanta eruditione, tanta ſapientia, tanta eloquentia polluit, ut omnibus benefaceret, omnes ad ſe acceſſeret, quos ulla vel ingenii vel doctrinæ præſtantia inſignes eſſe audiret. Videmus unius ejus optimi ſapientiſſimique Pontificis vel diligentia vel munificentia eſſe factum infinita pene Græca volumina, quæ noſtris hominibus erant ignota, de rebus maximis atque clariſſimis, a Græcis philoſophis, hiſtoricis, oratoribus eleganter ſcripta, in Latinam eſſe traducta ſermonem: idemque factum eſt de libris theologicis atque mathematicis, adeo ut non multum jam invidendum ſit Græcis auctoribus, cum ita multos apud Latinos legere liceat*. Et infra: *Quid quod poſt urbis Conſtantinopolitanæ captivitatem, atque miſeram illam & infortunatam depopulationem nuncios ſuos & negotiatores clam miſit per univerſam illam & Europam & Aſiam, quæ Turcis paret ad conquirendos emendoſque Græcos codices, nulli neque labori parcens neque impenſæ? Neque id negotii fruſtra ſuſceptum eſt; nam innumerabilia prope volumina ingenti etiam pretio advecta ſunt in Italiam: itaque jure optimo dici po-*

Nicolai diligentia in vindicandis ob interitu Græcorum libris.

poteſt non periiſſe Græciam, ſed in Italiam quæ olim magna Græcia dicta eſt, unius ejus Nicolai Pontificis clementia commigraſſe; & [ne omnino ſe Græcum dici quam Latinum haberi mallet] & nuntios & negotiatores miſit quam plurimos per univerſam Europam cum grandi pecunia, qui diligenter ubique odorarentur, ſi quid Latinæ gravitatis & elegantiæ uſquam lateret, idque nullius pretii habentes rationem omnino ad ſeſe devehendum curarent. Scio unum ex iis fuiſſe Enochum Aſculanum, qui quondam fuerat Florentiæ auditor noſter una cum Ænea iſto Sylvio, qui nunc Senæ gerit epiſcopum, is enim Enochus in Daciam uſque profectus eſt, & [ut referunt aliqui] in Candaviam uſque. Et infra.

Pietatem cum literis conjunxerat.

Nos ſuos ille curabat aut locupletare, aut magnos reddere, qui ſciret jam ſibi nullam eſſe ſui poteſtatem, intelligeretque turpiſſimum duci in viro gravi & ſapienti mentem cum ore non convenire: nam quid abſurdius dici queat, quam eum agere quidquam imperioſius & pro animi impotentia, qui ſe in omnibus ſuis literis ſcribat: Servus ſervorum Dei? *Recte igitur Nicolaus V. in omnibus ſuis actionibus aſſidue Deum præ ſe ferebat, ſuorumque omnium oblitus commodorum referebat omnia ad dignitatem & amplitudinem Romani pontificatus, & ne ullam ſapientiæ partem neglexiſſe videretur in vita, intelligeretque non ſolum duo eſſe vivendi genera, alterum contemplativum, alterum activum, ſed rurſus actionum alias eſſe bellicas, alias urbanas, quidquid temporis ab intelligentia rerum admirabilium atque divinarum ſupererat, id omne ita ad virtutes bellicas transferebat, ut urbanas nunquam a ſe rejiceret, & hæc tamen omnia ad Dei & Chriſtianæ religionis dignitatem & gloriam. Parabat magno conatu & viribus bellum adverſus Turcos, quos animadverteret quotidie magis magiſque invaleſcere, nec aliud animo volutare, quam perniciem & exitium nominis Chriſtiani. Itaque belli nervos, hoc eſt pecunias, & ab aliis comparabat, & ſuis ipſe non parcebat, intelligebat enim omnia oportere eſſe communia pro Chriſto Jeſu. Claſſem ornabat ingentem & validam, copias undique accerſebat, nihilque prætermittebat, quod ad belli gerendi, ad conſequendæ victoriæ rationem attineret. Neque tamen hæc dum ageret literarum & humanitatis ſtudia a quotidiana ſua conſuetudine aliena faciebat: ſed cum ſciret eum eſſe verum, qui divinum in terris ſolium regeret atque gubernaret, omnem in ſe hominis excellentiam repræſentabat, ut non minus in omni vitæ actione, quam in univerſa intelligentiæ ſtudio reliquis mortalibus præſtaret. Itaque viros doctos & eloquentes aſſidue apud ſe habebat, neque ullum omnino negligebat, in quo præclaram ingenii vim aliquam intueretur. Quanta vero in omnes hujuſmodi viros munificentia uteretur, nemo omnium melius novit, quam ipſe tu, pater beatiſſime, &c. Ex Mediolano XI. kal. martias anno a Chriſti natali die MCCCCLVI.*

Accingebat ſe gerendo in Turcas bello.

XVI.

His conſentanea tradit S. Antoninus: Recenſet vero Sylvius (a) virorum doctorum nomina, qui Græcos auctores in Latinam linguam vertere: *Libros*, inquit, *ex tota Græcia perquiſitos ad ſe juſſit afferri, & in Latinam converti linguam curavit, magna præmia tranſlatoribus præbens: acceptiſſimi ei fuerunt in transferendis operibus Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Petrus Candidus December & Georgius Caſtellanus. Item Demetrius natione Græcus, qui ſoluta oratione utentes cum Pontificis aures mirifice oblectarent, nihil ex eo quod peterent non abſtulerunt.* Confirmat id Franciſcus Philelphus (b), qui ſe humaniſſime habitum a Nicolao refert in literis ad Nicolaum Arcimboldum datis: *In mea*, inquit, *abitione donavit me ultro Pontifex munificentiſſimus nummis aureis, quos vulgo ducatos nominant, quingentis, cum egregia quadam honoratione verborum.* Alii inſignes viri ipſi grati fuere, ut Horatius Romanus, Nicolaus Perrottus, Tortellius Aretinus, Albertus Florentinus, ac Blondus Flavius Foroliivienſis. His conſonant ea, quæ tradit Baptiſta Platina, ſubditque de Nicolai in pauperes ſacraque loca liberalitate.

(a) *Æn. Syl. in Europ. c.* 58.

Literarum amantes fovit. Qui floruerint eo tempore in re literaria.

(b) *Phil. l.* 12. *in ep. ad Nic. Arcimbol.*

Eleemoſynas, inquit, *quoque multas in pauperes erogavit, maxime vero nobiles ad inopiam ob varios rerum humanarum caſus redactos. Virgines inopes ſive pecunia & munificentia maritis collocavit, legatos aliunde venientes munifice ſemper ſuſcepit, nullo non genere honoris & liberalitatis adhibito. Facilis ad iram fuit, ne mentiar, quippe qui bilioſus erat, facilis etiam reditu ad benevolentiam. Hoc eſt, quod anſam malevolis dedit, ad carpendum hominem de Deo omnibus optime meritum. Avaritiæ autem adeo expers fuit, ut neque officium ullum vendiderit unquam, neque beneficium ſimoniaca pravitate ductus ulli collocaverit. Gratus erga de ſe & Eccleſia Dei meritos, amator juſtitiæ, pacis auctor & conſervator, clemens in delinquentes, ceremoniarum diligentiſſimus obſervator, nihil quod ad divinum cultum pertineret omittens. Extant adhuc vaſa aurea & argentea, extant cruces gemmis ornatæ, extant & ſacerdotales veſtes auro & margaritis inſignitæ, extant peripetaſmata & aulæa auro & argento intertexta, extat & mitra pontificia, quæ hominis munificentiam nobis oſtendunt. Omitto tot libros ſacros ſuo juſſu deſcriptos auro & argento redimitos, licet inſpicere bibliothecam pontificiam ſua induſtria & munificentia mirifice auctam,* re-

Virgines inopes dote juvit.

Simoniam odit.

religioſos [*ut vernaculo verbo utar*] *ita amavit, ut eos & mira beneficentia & eccleſiaſticis beneficiis juverit*. Hactenus Platina: ſimilia ab aliis ſcriptis mandata fuere, ex quibus Poggius Florentinus talem fuiſſe affirmat, qualem Nicolaus ipſe ea oratione quam in Cardinalium cœtu poſt juſta funebria Eugenio perſoluta optandum Pontificem deſcripſerat.

Expreſſit in ſe eas virtutes quas in Pontifice expetierat.

Sepulturæ traditus eſt in baſilica Vaticana ac ferunt (*a*) Philippum Cardinalem ipſius ex matre fratrem epiſcopum Portuenſem & majorem pœnitentiarium monumentum illi extruxiſſe, inciſo hoc epitaphio (*b*).

(*a*) *Ciac. hiſt. Huſſ. l. 12.*
(*b*) *Ext. apud Plat. in Nic. V.*
Ejus epitaphium.

Hic ſita ſunt quinti Nicolai antiſtitis oſſa,
Aurea qui dederat ſecula Roma tibi.
Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem, quo ſchiſma infecerat orbem.
Reſtituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Bernardino ſtatuit ſua ſacra Senenſi,
Sancta jubilei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Friderici, & conjugis auro.
Res Italas icto fœdere compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit, heu tumulo fundite thura ſacro.

XVII. Celebratis exequiis, Cardinales quindecim, qui in orbe erant, conclave ingreſſi de ſucceſſore deligendo diu agitarunt, tandemque vi. id. ut tradunt (*c*), aprilis Alfonſus Borgia Hiſpanus nobili genere ortus creatus eſt Pontifex. At rem geſtam ex Gobelini (*d*) commentariis repetere præſtat: *Cardinales, peracto funere, de ſucceſſore ſoliciti, ac conclave, ut moris eſt, ingreſſi variis conſultationibus agitati ſunt, cumque admodum difficile duas collegii partes in unum convenire, ſcrutinioque ſemel atque iterum incaſſum peracto, collocuti ſunt inter ſe aliqui extra locum ſcrutinii, Beſſarionemque Cardinalem Nicænum eligere decreverunt, quod is omnium aptior ad rempublicam gubernandam videretur, conveniebatque numerus in eum ſufficiens, ut dubium videbatur, quin ſequenti ſcrutinio Pontifex a duabus partibus eligeretur, jamque ad eum ſupplicationes deferebantur, quod ubi ad alios alterius partis delatum eſt, Alanus Cardinalis Avenionenſis, nunc iſtum nunc illum circumiens: Ergo, inquit, eccleſia Latina Græcum Pontificem dabimus, & in capite libri neophytum collocabimus? nondum barbam raſit Beſſarion, & noſtrum caput erit? En paupertas eccleſiæ Latinæ, quæ virum non reperit ſumma apoſtolatu dignum, niſi ad Græcos recurrat. Sed agite Patres quod libet. Ego & qui mihi credent in Græcum præſulem non conſentiemus. Moverunt ea verba nonnullos, adeo ut duæ partes collegii nullo pacto ad Beſſarionem accederent, qui cum una nocte Pontifex conſtanti omnium opinione habitus eſſet, adveniente luce Cardinalem ſeſe reperit aliquanto minoris famæ quam antea fuerat, ut accidere hic ſolet, qui magna a ſpe ceciderunt.* Id Beſſarionis adverſarios molitos teſtatur Baptiſta Platina (*e*), quod utpote leves & deliciis diditi ejus integritatem vererentur: ſubjungit Gobelinus (*f*).

(*c*) *Steph. Infeſſ. mſ. Vat. ſign. n. 111.*
(*d*) *Gobel. in com. Pii II. lib. 1.*
De ſucceſſore deligen. certatum.
Beſſario Card. a pleriſque in Pont. expetitus.
Factioſus Card. electionem diſcutit.
(*e*) *Plat. in Panegyr. Beſſarion.*
(*f*) *Gobel. ſup. l. 1.*

Conventum eſt denuo ad ſcrutinium, & via quæ per acceſſum vocatur, tentata. In eum duæ partes conſenſere, de quo minor erat expectatio populi. Is fuit Alfonſus Cardinalis SS. quatuor coronatorum natione Hiſpanus ex civitate Valentia nobili loco natus, ſcientia juris eminentiſſimus, & multarum rerum experientia præditus, verum ſenio gravis ac propemodum decrepitus, nam ſeptuageſimum annum tranſcenderat, qui etſi ante aliquot annos, & vacante tum ſede Apoſtolica, ſuam aſſumptionem omnibus fere prædixiſſet, ſeque proculdubio futurum Pontificem maximum affirmaſſet, nullius tamen opinionem ad ſe traxerat, & deliramenta potius more ſenum exiſtimabatur. Sed fuit ejus vaticinium verax, quod a beato Vincentio ſe habuiſſe narrabat, ſuæ nationis homine jam defuncto, quem poſtea inter ſanctos Chriſti confeſſores retulit. Alfonſo in Petri cathedra conſtituto * *Calliſto tertio nomen eſt inditum.* Illa, quæ de Alfonſi doctrina teſtatur author, conſonant hæc Æneæ Sylvii (*g*) verba: *Unus omnium, qui ſuo tempore ſcientiam juris profitentur eminentiſſimus, & qui conſilium Regis Alfonſi, in quo multis annis præſederat, illiuſque artes & cautiones præferret.* Et S. Antoninus non modo illum ſcientiæ, verum & virtutum quoque opinione floruiſſe teſtatur (*h*): *Vir*, inquit, *æſtimatus magnæ juſtitiæ & æquitatis, & bonæ & laudabilis famæ, magnus juriſta.*

Alfonſus Borgia delectus.
Acceperat a B. Vincentio ſe futurum Pontificem.
Calliſti nomen ſibi adſciſcit.
* Calliſti tertii
(*g*) *Æn. Sylv. de Europ. c. 58.*
Juris ſcientia excellebat.
(*h*) *S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.*

Res ab eo ante adeptum pontificatum geſtas perſtrinxit accurate Platina (*i*), dum ipſum patre Joanne Borgia Catalano, matre Franciſca nobilibus parentibus natum ait: quartumdecimum annum agentem ad Ilerdenſem academiam miſſum adeo feliciter ſtudiis navaſſe operam, ut juris peritiſſimus evaſerit, eamque ſcientiam magna gloria ſit profeſſus, eamque ob cauſam cooptatum in canonicorum Ilerdenſium collegium a Petro de Luna, quem Benedictum XIII. Hiſpani appellabant: tum ab Alfonſo Aragonum Rege arcanis & ſanctioribus ipſius conſiliis adhibitum: cumque a Martino V. Pontifice eccleſiæ Majoricenſis adminiſtrationem accepiſſet, ſuaderentque amici, ut eccleſiæ ejuſdem titulum ſibi compararet, renuiſſe, quod

(*i*) *Platin. in Cal. III.*
Ejus patria & parentes.
Tollendis ſchiſmatis reliquiis operam dederat.

Va-

Valentinum epiſcopatum ſe adepturum confideret, ad quem haud ita multo poſt Martinus V. illum provexit: Ægidium Munionem antipapam in Benedicti XIII. locum ſuffectum, præcipua ipſius Alfonſi Borgiæ opera in fidem Martini V. ac poteſtatem conceſſiſſe; tum Alfonſum Aragoniæ ac Joannem Caſtellæ Reges, qui ad arma procurrebant, ad concordiam reductos: miſſum ab eodem Alfonſo Rege ad Eugenium IV. delatam cardinalitiam dignitatem conſtanter reſpuiſſe, quod ſibi id integrum nequaquam diceret, re ad quam peragendam venerat, infecta; poſtea tamen ſacræ purpuræ munus ab eodem Pontifice accepiſſe: non minore modeſtia in cardinalatu quam antea in epiſcopali gradu uſum, ab omnique faſtu & inani gloria ſemper abhorruiſſe; denique in ſacro ſenatu adeo gravem in dicendis ſententiis habitum, ut nihil unquam cuivis aſſentaturus, ejuſve gratiam collecturus, ſit locutus.

Cardinalatu donatus ab Eugenio.

Integritas ejus ſumma in promenda ſententia.

XVIII. Ubi primum pontificatum iniit, animum ad comprimendum Turcarum furorem, impetuſque frangendos convertiſſe; utque ad id perficiendum publice voto ſe devinxiſſe S. Antoninus, Æneas Sylvius, aliique teſtantur (a): immo ea de re ipſum nuncupaſſe votum ante pontificatum adeptum, refert Platina (b), qui etiam formulam, qua conceptum erat, deſcribit: *Bellum*, inquit, *statim Turcis indixit, id ſe ante pontificatum voviſſe oſtendens ſuo chirographo his verbis ſcripto, quod in libro quodam ſuo extabat. Ego Calliſtus Pontifex Deo omnipotenti voveo & ſanctæ individuæ Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuſcumque rebus potero Turcos Chriſtiani nominis hoſtes ſæviſſimos perſequuturum. Admirati ſunt omnes, qui aderant quod pontificatus nomen ſibi deſumpſiſſet, ante adeptam dignitatem, quodque homo ſenex ac fere decrepitus tantum animi haberet.* Ampliorem illius voti formulam ex pervetuſto chronographo affert Joannes Coclæus (c), qui Calliſti pro religione defendenda pium ardorem maxime commendat: ea vero ſubjecta verborum ſerie exarata eſt.

(a) Iidem ubi ſup.
(b) Plat. in Call. III.

Voto ſe obſtringit ad Turcos bello petendos.

(c) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Sacramenti formula.

Ego Calliſtus Papa III. promitto & voveo ſanctiſſimæ Trinitati Patri & Filio Spiritui Sancto, Dei Genitrici ſemper Virgini, SS. Apoſtolis Petro & Paulo, totique curiæ cœleſti, quod etiam ad effuſionem ſanguinis proprii, ſi opus fuerit, dabo operam & adhibebo omnimodam diligentiam, quantum potero, juxta conſilium venerabilium fratrum meorum pro recuperatione civitatis Conſtantinopolitanæ, quæ, heu! peccatis hominum exigentibus noſtris temporibus occupata & everſa eſt per Jeſu Chriſti Crucifixi Salvatoris noſtri inimicum filium diaboli Machometum & Turcarum dominum, pro liberatione deinde captivorum Chriſtianorum, nec non ad exaltationem fidei orthodoxæ, ad exterminationem diabolicæ ſectæ reprobi perfidique Machometi in partibus orientalibus, ubi maxime lumen fidei occubuit. Quod ſi oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea, & adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, & ſi non propoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta evangelia

Conſtantinopolim Hieroſolymamque liberare meditabatur.

XIX. Suſceptis XII. kalend. aprilis pontificiis infulis, exequendi hujus voti ſtudio inflammatum Calliſtum omnes curas intendiſſe tradunt auctores (d), & concionatores univerſam Europam ad fideles in arma religioſa concitandos percurrere juſſiſſe, ſexdecim triremes Romæ inſtruxiſſe: de quo bellico in Turcas apparatu hæc tradit Franciſcus Philelphus (e) in literis ad Calliſtum ipſum datis: *Quid tibi deeſſe ad prudentiam poſſit, qui & extremum ſenium vivis, & in negotiis ſemper maximis, variis, difficillimis ſemper tua cum laude es verſatus? videmus te illam actionis partem, quam ille*, nimirum Nicolaus V. *temporum calamitate coactus inierat, quam diligentiſſime perſequi, nam tui quæſtores ubique ex populis Chriſtianis pecunias exigunt ad conflandum per continentem in Turcos exercitum, claſſis quoque exædificata eſt rebus omnibus ornatiſſima & maxima, virtuti bellicæ quantum in te eſt perpulchre conſulitur, &c. Ex Mediolano XI. kal. martias anno a Chriſti natali MCCCCLVI.* Præfeciſſe Pontificem illi claſſi patriarcham Aquilejenſem (f) dicetur inferius.

Dimiſſi præcones ad fideles in ſacra arma concitandos.

(d) Plat. in Call. III. Cocl. ſup. l. 11. & alii.
(e) Philelph. l. 13. ep. 1. ad Call. Pap.

Data conflando terreſtri exercitui opera.

Addit Æneas Sylvius (g), qui tum ſcribebat; *Ad eam rem*, nimirum poſt nuncupatum votum perficiendum, *ſolemnes miſit in Galliam, in Hungariam, in orientem legatos primarios S. R. E. Cardinales, e quibus nullus adhuc rediit.* Verum tanta hæc, quæ laudati aliique auctores pauciſſimis verbis perſtrinxere, ex pontificiis literis confirmanda, illuſtrandaque ſunt. In primis ergo Calliſtus Nicolai decretum de gerendo in Turcas bello, quo univerſi Reges ac principes admoniti fuerant, felicem immortalitatem eos non adepturos, niſi in tanto rei Chriſtianæ diſcrimine excidioque vires ad religionem tuendam, poſitis mutuis odiis in unum conferrent, atque impetrata reliquis Chriſti cultoribus idoneis bello religioſa militia, renovavit. Tum nonnullas controverſias quæ circa gratuitas noxarum condonationes & cruceſignatorum prærogativas motæ erant, diremit & expeditionis educendæ diem conſtituit, promulgato hoc diplomate (h).

(f) Plat. & Cocl. ubi ſup.
(g) Æn. Sylv. de Europ. c. 58.

Legati ſolemnes miſſi a Calliſto in varia regna.

Ad futuram rei memoriam.

Ad ſummi pontificatus apicem, diſponente Deo, nuper aſſumpti, dum ſingulos proprioſ-

(h) Lib. 1. ep. cur. p. 163.

quæ multarum ac pene omnium orbis Chriſtiani provinciarum caſus conditionesque diligentiori, ut tenemur, meditatione perſpicimus, multis eas tempeſtatibus involvi, multiſque atque vehementibus procellarum turbinibus agitari, concutique videmus, adeo ut populi pene innumeri miſeranda ululata anxiaque querela patrocinium ſummi patris Dei noſtri per manus noſtras poſtulent dicentes : Domine ſalva nos, perimus : ſuccurre, princeps, fidelibus, & provideas filiis, pie pater. Sparge rorem tuæ gratiæ ſupplicantibus, quoniam tenebræ cooperuerunt terram, & caligo invaſit populos. Succurre, precamur ne velut oves errantes paſtoris deſtitutæ cuſtodia crudelium luporum rugientiumque leonum faucibus laniemur. *Unde impoſitam eſſe cognoſcimus nobis ſarcinam majoris neguttii & ponderis, quam noſtris videatur poſſe humeris ſuſtineri, niſi Ille adjuvet, & ſubveniat, cujus imperii ſtatum inquieti maris elationes agnoſcant, cujuſque præſentia majeſtatis navicula Chriſtianitatis quantumlibet fluctuans mergi nequit. Hi vero tanti turbines, eam felicis recordationis Nicolai Papæ V. Pontificis Romani prædeceſſoris noſtri temporibus cœpta, diecepta, & miſerabiliter afflicta per immanem Chriſtiani nominis hoſtem Mahometum Bey Turchum Conſtantinopolitana urbe inchoaſſent, ac dietim in Chriſtianorum provinciis invaleſcere cœpiſſent; idem prædeceſſor providere deſiderans; infraſcriptas tenores literas ſolemni modo publicatas ad diverſas orbis provinciat mitti voluit* : Nicolaus, &c. ad perpetuam rei memoriam. Et ſi Eccleſiam Chriſti per ipſum vol. Reg. lib. 25. de cur. *Nos, ut prædictos populorum ululatus, querelas, & clamores, quantum præſtaret Dominus, auferamus, eaſdem literas tenore præſentium confirmamus, &c.* Nonnulla dubia in iis contenta explicat, ac primum omnes Indulgentias ampliſſimas a concilii Conſtantienſis tempore, niſi ad fidei amplificationem contra Chriſtiani nominis hoſtes conceſſas abrogat, ne multa de earum lucrandarum ratione in caſtris, & ſex menſibus in Turcas geſtandis armis, de patrocinio ſedis Apoſtolicæ, de ſacerdotiorum vectigalibus ſoluta in abſentes ab eccleſiis lege potiundis, de remittendis uſuris, de conferenda ſtipe, de colligendis decumis, de imponendo crucis ſigno, de promulgando pontificio diplomate ſingulis diebus feſtis, cum populi ad ſacra convenerint, ſancit; tum ſubdit. *Expeditionem vero ab omnibus Chriſtianis principibus & populis, ut præfertur, in hoſtes ducendam in kal. menſis martii proxime futuri anni milleſimi quadringenteſimi quinquageſimi ſexti ſe ad iter ponere volumus atque decernimus. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. id. maii pontificatus noſtri anno 1.*

Turcicæ perſecutionis vis immanis.

Chriſtiani a Nicol. arma in Turcas parare juſſi.

Ad fidem defendendam ſollicitati.

Porro cum univerſa Chriſtiana regna hujuſmodi rei fama pervaſiſſet, principes ac populos admodum erectos meliores ſpes concepiſſe refert S. Antoninus(a) : *Quod*, inquit, *lætificavit divulgatum per orbem principes & communitates Chriſtianorum, qui non ſolum Italici, ſed ultramontani omnes pene per oratores ſolemnes viſitarunt ſanctitatem ejus, congratulantes de ejus promotione, debitam reverentiam & obedientiam offerentes, ac ſupplicantes ad conſervationem & confirmationem pacis Italicorum initæ, & excitandos fideles ad inſurgendum contra hoſtes Chriſticolarum, & eliminandum de finibus ſuis, & ad cultum Dei ampliandum. Omnes honorifice ſuſcepti ſunt a beatitudine ſua & Romana curia.* Ipſum met S. Antoninum miſſum oratorem ad Calliſtum III. a Florentinis, qui legationi auctoritatem ſplendoremque conciliare optabant, refert Leander (b), illique adjunctos collegas Giannotium Pandolfinum, Othonicolinum juriſconſultum, Antonium Ridolfum, & Joannem Medicem Coſmi filium, habitamque a ſancto archiepiſcopo in conſiſtorio coram Pontifice orationem, tanta verborum ſententiarumque venuſtate, geſtus & vultus gravitate, ut non orator, ſed miſſus e cœlo angelus prolocutus videretur. Inſerta eſt ab ipſo ea oratio in ſuo chronico (c), quam prætermiſſo nomine ſuo modeſtiæ cauſa, atque ab uno e Florentinis oratoribus habitam ait, ea vero hiſce verbis concepta eſt.

XX.

(a) S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

Salutatur a principibus.

S. Antoninus Florentinorum nomine legationem obit.

(b) Leand. de viris illuſt. ord. Præd. l. 3. in vit. S. Anton.

(c) Apud S. Anton. tit. 22. c. 16. in princ.

Beatiſſime pater & domine.

Quis enim, qui coram tua loquitur ſanctitate, commoveri contingit & tremere, tum propter celſitudinem throni tui, quo in humanis nullus eſt altior, tum propter intelligentiam tuam divino munere auctam utriuſque juris & ſacræ ſophiæ notitiam fœcundam, nec non propter reverendiſſimos dominos Cardinales venerandoſque antiſtites & doctores egregios adſtantes variis ſcientiis refertos, mirandum non eſt ſi nunc ego, cui nec ſententia ſuppetunt, nec verba quibus adiri debet tanta majeſtas, palleo, & pene voce deficio. Verum quamvis me tua terreat magnitudo, invitat tamen humanitas, animum allicit tuæ ſanctitatis immenſa benignitas, quæ non ſolum magnos diſertoſque viros, ſed humiles & indoctos inoffenſa aure ſolet audire, hujuſque conſiſtorii mores eſt non tam loquentis, quam mittentis æſtimare perſonam.

XXI.

Ejus oratio ad Calliſtum.

Incipit a ſui demiſſione.

Sane magnifica & excelſa civitas Florentina tibi devotiſſima & Romanæ eccleſiæ obſequentiſſima, utpote a Romano ſanguine carne, ab Apoſtolica ſede ſpiritu propagata, ſam primum ſibi innotuit te ad ſummi pontificatus apicem evocatum, gaudio magno valde coronata eſt propter proviſionem univerſali Eccleſiæ divina providentia factam ex tua aſſumptione perſona

Digreditur ad Florentinorum commendationem.

Digitized by Google

ad eam excellentiſſimam dignitatem, & ob peculiarem ac eximiam tuam dilectionem ipſi civitati oſtenſam, etiam cum eſſes in minoribus conſtitutus, exultans plurimum jubilavit in Domino. Unde de munere tanto ad exolvendam debitas gratiarum actiones ei, qui in ſublimibus celeriter concordiam fecit, clerus populuſque omnis utriuſque ſexus cum magiſtratibus cunctis, miſ-
Ut publicam lætitiam de Callisto electo celebrarint.
ſarum ſolemniis feſtive celebratis præcedentibus devotis proceſſionibus cum hymnis & canticis interfuere jucunde, & ſenatus populuſque ille congrue dicere poſſet id pſalmographi (a) : Lætatus ſum in his, quæ
(a) Pſal. 121.
dicta ſunt mihi, *ſcilicet de tua creatione,* in domum Domini ibimus, *videlicet per oratores noſtros ad intuendam viſionem hanc magnam, domus Domini utrique firmiter ædificata & bene fundata ſupra firmam pe-*
Eccleſiæ Rom. dignitas expoſita.
tram Romana procuìdubio cenſetur eccleſia, nec enim aliud ipſa eſt, quam domus (b)
(b) Gen. 28.
Dei & porta cœli, hæc columba, unica ſponſa pulchra ſine macula & ruga (c), *hor-*
(c) Epheſ. 5.
tus concluſus (d), *fons ſignatus, puteus aquarum viventium, paradiſus cum pomo-*
(d) Cant. 4.
rum fructibus. De ea inquit cantor ille divinus (e) ; Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
(e) Pſ. 25.
Et iterum (f) : Lætatus ſum in his, quæ
(f) Pſal. 121.
dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. *Habentur hæc in canone* XXIV. *q.* 1. *omnibus conſideratis.*

Ad hujuſmodi igitur glorioſæ domus gubernationem & regimen non immerito te elegit divina clementia, quod ex eo conjici poteſt, quia tempore devotiori Eccleſiæ, quo plebs fidelium jejuniis, vigiliis, orationibus, & confeſſionibus aliiſque divinis magis ac magis inſiſtit, quibus divina impetratur miſericordia, celebrata electione canonica per reverendiſſimos dominos Cardi-
Laudatæ Calliſti primitiæ.
nales, ſuper te cecidit ſors divina, ut illud a Domino factum fuiſſe fidelium ambigeret nullus. Nobilitate ſiquidem generis tui majorem morum nobilitatem adjiciens, & a teneris annis ſtudiis deditiſſimus ad ſummam juris peritiam ſpatio breviore provectus es, & ut lux ſplendens in lectionibus, diſputationibus, principum conſultationibus, de virtute in virtutem mira celeritate progrediens uſque ad perfectum diem
(g) 3. Reg. 3.
veluti alter Salomon (g) *ſapientia indutus es ab Altiſſimo & prudentia plurima, ad judicandum orbem terrarum in æquitate & populos in juſtitia cujus jam faciem omnis terra videre deſiderat.*

Ad illius quidem ſapientiam contemplan-
(h) 3. Reg. 10.
dam Regina Saba (h) *ſapientiſſima a finibus terræ acceſſit, ejuſque percepta ſapientia & viſo domus ipſius ordine miro, tanto ſtupore percuſſa eſt, ut vix in ea maneret halitus, reſumptis autem viribus adſiſtentes beatificavit, ejuſque miniſtros, dicens :* Major eſt ſapientia tua & virtus tua quam iuveni, quam rumor quem audivi in terra mea. Viciſti famam virtutibus tuis, II. *paralip.* IX. *Sed ecce* (i)
(i) Matth. 12.
pluſquam Salomon hic, quippe cum videamus colla Regum & principum tibi ſubmitti, & non niſi genibus flexis pedes tuos oſculari beatos. His virtutum tuarum prærogativis ornatus poſt plurium eccleſiarum cathedralium ſedes excellentis Valentinæ tandem eccleſiæ pontificalem infulam ſuſcepiſti, nec enim de ejus provectione dubitandum erat, cui pro laboribus pluri-mis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis celſioris loci præmium debebatur, diſt. LXI. *miramur* (k).

(k) Ex Leone I. ep. 87.

Ex eo autem ſede inter cardines terræ collocatus, ſuper quibus orbem conſtituit Dominus, demum ad Romani culminis pontificalem apicem a Domino vocatus es tanquam Aaron (l), *ad cujus conſtitutionem*
(l) Hebr. 5.
in principem ſacerdotum omnem convocare ſynagogam juſſerat Dominus : Ut ſciant cuncti, *inquit glorioſus Hieronymus,* & certi ſint, quod qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur in ſacerdotem, in quo omnes animæ virtutes invigilent & intentæ ſint, ut nil deſit in eo ſapientiæ, nihilque ſcientiæ, nihil induſtriæ, ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, omnis congregatio ſanctarum cogitationum VIII. q. 1. licet. *Quis enim*
Pontificatus majeſtas illuſtrata.
ſanctum dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ a loci prædeceſſore præſtantur, aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eliguntur illuſtrat diſt. 40. *non nos.*

Tu igitur ſacerdos es magnus & Pon-
Pontificiæ dignitatis elogium.
tifex ſummus, tu princeps epiſcoporum, & hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, zelo Elias, manſuetudine David, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus.

Vere igitur valde mirabilis es, domine, & facies tua plena eſt gratiarum, *inquit S. Regina Eſther* (m) *Eccleſiam ſignans, ad*
(m) 3. Eſth. 15.
Aſſuerum monarcham, beatitudinem interpretatam, ideo enim mirabilis es valde, quia cœleſtium, terreſtrium, & infernorum dominus, cœleſtium ſcilicet propter perfectorum ſanctorum catalogo adſcriptionem, terreſtrium ob utriuſque gladii amplam juriſdictionem, infernorum autem propter animarum ab inferis per indulgentias eductionem. Tibi denique traditæ ſunt claves (n) *regni cœlo-*
(n) Matth. 16.
rum, nec niſi per te ad hujus glorioſæ domus penetralia facultatis myſterialis aditus patet : quamobrem fidelium quilibet habet dicere (o) : Lætatus ſum in his, quæ
(o) Pſ. 121.
dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, *per poteſtatem videlicet tibi traditam a Salvatore noſtro Jeſu Chriſto.*

Ad hujus igitur magnificæ domus limina, & majeſtatem tuam præſidentem in ea XXII.

ado-

adorandam & viſitandam oratores ſuos deſtinavit communitas illa magnifica Florentina tibi affectuoſiſſima nos beatitudinis tuæ ſervulos. Per nos quoque illam totis præcordiis veneratur, & tuorum veſtigia pedum humiliter oſculatur, te vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri firmiter aſſeverat, obedientiam aſſerens promptam pariter & devotam, ac de tua exaltatione cum univerſis fidelibus gratulatur. A te primo paſtore ut ovis moteſſima verbis vitæ ſaginari expoſcit, in te tueri, per te deduci, ſub te ad amœna demum & ſemper virentia paſcua ſupernæ felicitatis, magnificis operibus tuis & ſacris inſtitutis exoptat adduci.

Addicta Pontifici Florentinorum obſequia.

Decet enim talem ac tantum Pontificem pro hominibus aſſumptum (a) in iis, quæ ad Deum ſunt normam fore juſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplum, veritatis aſſertorem, defenſorem fidei, doctorem gentium, ducem Chriſtianorum, amicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, ordinatorem cleri, paſtorem plebium, magiſtrum inſipientium, oppreſſorum refugium, advocatum pauperum, & ſpem miſerorum, tutorem pupillorum, judicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, ultorem ſcelerum, metum malorum, gloriam bonorum, virgam potentium, malleum tyrannorum, patrem regum, moderatorem legum, canonum diſpenſatorem, orbis terræ lumen, vicarium Chriſti, chriſtum Domini, deum Pharaonis (b). Quæ quidem data optima (c), & dona perfecta in te eſſe, in populis prædicatur. Quod etiam novi nominis nuncupatio aſſumpta ſatis proteſtatur. Ex nomine enim regio, tranſlatus es in nomen pontificale egregium Calliſtum ſcilicet tertium, κάλλιστος enim græce, latine optimus interpretatur, optimo autem melius addi non poteſt, nec adjectione indiget plenitudo. Vel ſecundum etymologiam Calliſtus quaſi calidus in fervore fidei, ſiſtens, & fixus in ea, cui ternarius numerus additus ſacro myſterio, & perfectione multiplici copioſus exiſtit. Deum autem Pharaonis te eſſe debere non fruſtra dixerim, ad flagellandum videlicet, & caſtigandum multipliciter multiſque modis veri Iſraelis adverſarios & oppreſſores, & potiſſimum nunc illum ſceleſtiſſimum nefandiſſimumque Regem Turcorum, beſtiam (d) cruentiſſimam nominibus blaſphemiæ plenam, inimicum crucis Chriſti, qui furiis invectus tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret per fidelium terminos, & (quod fontibus lacrimarum magis deflendum eſt, quam verbis exprimendum) in eorum cædes plurimas jam debacchatus eſt, innumera opprobria, & contumelias adjiciens religioni Chriſtianæ, & ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiens, ut fera peſſima nequeat ſaturari. Poſt hujuſmodi igitur flagella plurima, extenſa virga virtutis tuæ,

(a) Hebr. 5.

Pontificis dotes.

(b) Exod. 7.
(c) Jacob. 5.

Calliſti elogium ex nominis etymol.

Turca expreſſus per beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ.
(d) Apoc. 13.

immo Chriſti, demergatur in profundum abyſſi cum exercitibus ſuis, & nomen ejus non memoretur amplius.

Quia vero ad hoc efficiendum beatitudo tua a principio ſuæ creationis voto ſolemni ſe Deo dicavit, ut celebri ſermone per orbem divulgatum eſt, quo Deo nil gratius, mundo nil celebrius, fidelibus nil affectabilius & jucundius audiri potuit, idcirco cœtus omnis colentium Chriſtum dicere cogetur: Lætatus (e) ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus. *Ibimus [inquam] non vacui, non otioſi in domum Domini, ſed ad exorandum piiſſimum Deum obnixe, & aſſiduis precibus obſecrandum, ut memor ſit omnis ſacrificii tui ſcilicet oblatæ ſubſtantiæ, & holocauſtum tuum vitæ exponendæ, etiam uſque ad ſanguinis effuſionem pingue fiat, & per exuberantem devotionem tribuat (f) tibi ſecundum cor tuum igne caritatis ſuccenſum, & omne conſilium tuum confirmet, ad exterminandum fidei hoſtes univerſos. Hi etenim in curribus (g), & in equis glorientur & navigiis, nos autem in nomine Domini invocabimus, ut qui opus boni deſiderii cœpit (h) in te, ipſe perficiat. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt in conſpectu Dei, nos autem ſurreximus ſpe divini adjutorii, & erecti ſumus, & ideo in domum Domini lætantes ibimus.*

Commendatur votum de ſacra expeditione.

(e) Pſal. 121.

(f) Pſ. 19.

(g) Ibid.

(h) Phil. 1.

Cæterum, pater beatiſſime, ut in paucis me expediam, oculos Argi ad hanc nobiliſſimam Italiæ oram attolle, & intuitum tuæ inſolitæ pietatis infige, ſine cujus, & totius Italiæ unitate & pace parvum vel nihil proderit contra Turcas expeditio omnis. In ipſa autem Italiæ regione, ut non minima pars ejus ſita eſt magnifica & inclita, communitas Florentina tibi devotiſſima; florens ut roſa, fragrans ſicut lilium, armis tuæ potentiæ inſignita ſanctiſſimæ crucis, ut Romanæ eccleſiæ fideliſſima, quam olim in oppreſſionibus ſuis frequenter adjuvit in poſterumque pro poſſe juvabit. Hæc utique Italiæ regio teſte Iſidoro lib. etymolo. portione ſua non modica, olim magna Græcia nuncupata eſt. In omnibus bonis pulcherrima, ſoli fertilitate, & pabuli ubertate pinguiſſima, fontibus & fluminibus irrigua, mater philoſophorum, cæremoniarum inventrix, cultus divini magiſtra, ſapientiæ lumen præfulgidum, eloquentiæ ſingulare faſtigium, in armis expertiſſima, in redigendis populis & condendis juribus prudentiſſima, ſolertiſſima in negotiationibus, & in artificiis quam plurimum ingenioſa.

De tuenda pace Italica.

Nec enim myſterio vacat, quod ſol juſtitiæ (i) Chriſtus Deus noſter ex ſacerdotali & regali proſapia ortus (k), idem Rex regum (l), & futurorum bonorum Pontifex (m) ſummus poſt monarchias orientales Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, atque Græcorum, in hac alma urbe ſedem conſti-

(i) Malac. 4.
(k) Matth. 1.
(l) Apoc. 19.
(m) Heb. 10.

ſtituit ſummi pontificii, atque imperii, ut ex altero alterum fulciretur. Quæ quidem urbs, & ſi per exteras gentes priſcis temporibus, & bella civilia valde fuerit attrita, evaſit tamen glorioſa, cum palma triumphi, & univerſitate imperii. Sedes quoque Petri, fideſque orthodoxa, licet ſub decem perſecutionibus Imperatorum infidelium, tanquam decem plagis Ægypti percuſſa fuerit atque impulſa, a veritate tamen fidei numquam avulſa eſt, Domino Salvatore Jeſu Chriſto orante pro ea (a) ne fides ejus deficeret umquam. Quinimmo ſub glorioſiſſimo principe & Chriſtianiſſimo Imperatore Conſtantino exaltata, magnificata, & dilatata per orbem, a cunctis etiam eſt venerata, quod in ſacris oraculis (b) ante per tempora longiora præmonſtratum eſt: in ſtatua videlicet ex quadruplici metallo compoſita, quæ per lapidem ſine manibus exciſum de monte percuſſa in pedibus corruit tota, illeque lapis maximus factus orbem implevit: Petra autem erat Chriſtus, *inquit Apoſtolus (c).*

Romana fides nunquam defecit.

(a) Luc. 22.

(b) Dan. 2.

Omnes monarchiæ a Christo ſubactæ vel ſubigendæ.

(c) 1. Cor. 10.

XXIII. Italiæ a barbaris attrita.

Sed poſt hanc gloriam hujus inclytæ regionis, & domus, exigentibus populorum demeritis, per barbaras nationes, Vvandalos ſcilicet & Hunnos, Gothos, Longobardos, Saracenos, alioſque malignos Italia ipſa depopulata eſt, & pene conſumpta, divina tandem miſeratione, illis eliminatis, liberata fuit, & reſtaurata magnifice. Noviſſime vero diebus iſtis, diffidentibus inter ſe invicem patribus ejus, ſatis præliis & expenſis fatigata eſt. Operante autem Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt pax noſtra, & fecit (d) utraque unum, felicis quoque recordationis Nicolao V. prædeceſſore tuo plurimum laborante, etiam per legatos reverendiſſimos ad diverſas partes ejus deſtinatos, convenientibus in unum in idipſum ſereniſſimo principe Rege Aragonum, illuſtriſſimo dominio Venetorum, inclyto duce Mediolanenſi, nec non & magnifica ac excelſa noſtra communitate Florentina cum aliis, pax a cunctis optata mortalibus reddita eſt, ac fœdere divino colligationis certis modis & formis & conditionibus conglutinata & in ipſo vinculo pacis, quo nil melius, nil jucundius, nil ſuavius, aut ſalubrius excogitari poteſt. Ubi enim pax, ibi & omne bonum ſecundum divum Auguſtinum (e), quod appetant homines.

(d) Ephes. 2.

(e) Aug. 19. de Civit. c. 16.

Hujus igitur fœdera pacis, tanto labore confectæ, benedictæ, ſanctificatæ, atque promulgatæ ab Apoſtolica ſede, pater ſanctiſſime, tu qui princeps pacis exiſtis, & amator diceris, ſupplicamus adſtringas fortius, diutius conſerves, & augeas vehementius. Si quæ autem partes ejus adhuc diſſiliant, ad ea, quæ pacis ſunt obſecra, hortare, impera, & compelle intrare, ſtimulis videlicet rationum, quæ bona pacis probant innumera fore, mala autem diſſenſionis, & præliorum infinita diſcrimina, ut quemadmodum in cunctis fidelibus unus dominus (f) exiſtit, una fides, unum baptiſma, unus pater, & Dominus omnium, una ſpes vocationis ſuæ, ſic omnes potentiæ Italicæ ſimul unitæ, & inde virtute fortiores effectæ, unanimes, uno ore, uno opere, uno ſpiritus fervore concepto, proficiſcantur contra illum filium perditionis Mahumetum regem ſuperbiæ, angelum ſathanæ, eunuchum impudiciſſimum, omnis legis & morum perverſorem, myſticum antichriſtum, qui adverſatur (g), & extollitur ſupra omne quod colitur, ad conterendum vires ejus, & ipſius audaciam reprimendam, ad illum eliminandum de terminis fidelium, ad recuperandas terras ab eo captas & pene everſas, & præcipue illam olim glorioſiſſimam civitatem Conſtantinopolitanam, nunc autem infeliciſſime captivatam ab eo.

(f) Ephes. 4.

De evertendo in Turcas bello.

(g) 2. Theſſal. 2.

Decet enim vices rependere tanto honori, tanto labori, tanto amori illius glorioſiſſimi principis Conſtantini, qui ut tuam ſedem magnifice exaltaret, poſt immenſa donaria hanc tibi urbem reliquit, Byzantium perrexit, & illud magnifice amplians ſuo nomini dedicavit ſedem imperii ibi conſtituens. Hic etiam per ſucceſſores ſuos Imperatores ſub variis annorum curriculis Italiam oppreſſam & plurimum afflictam liberavit, ut per Juſtinianum legum compilatorem de faucibus Gothorum, & per Carolum magnum Regem Francorum, & Auguſtum eventum, de manibus Longobardorum, & per Othonem primum ducem Teutonicorum in Romanorum Regem aſſumptum, de oppreſſionibus tyrannorum. Rationi igitur congruit & æquitati, ac dilectioni, ut nunc vetus Roma cum fidelibus cunctis novæ Romæ ſuffragetur, & de poteſtate illius impudiciſſimi canis Turci omni atrocitate truculentioris eruere quam citiſſime elaboret. Quamvis enim glorioſiſſimus Pontifex ſummus Calliſtus primus, & martyr inclytus optime dicat: Nos enim tempore egemus, ut maturius quid agamus, non præcipitemus conſilia & opera noſtra, nec eorum ordinem corrumpamus: *diſt. 1. ſponderet, ſpectat tamen ad prudentiæ perfectionem ſecundum philoſophum in ethicis poſt maturata conſilia velocius exequi conſultata. Nam mora ſua cuilibet eſt nociva, & præcipue, ubi ingens & vicinum periculum imminet, omnino vitanda eſt, ſero enim medicina paratur, cum mala per longas convaluere moras. Ecce enim quotidie ille nequiſſimus Chriſtianæ fidei hoſtis Turcorum rex ſtrages multiplicare, civitates invadere, incendia & devaſtationes continuare non ceſſat, & ad ulteriora, & pejora ſe parare feſtinat, ut communiter annunciatur.*

Conſtantinus Romam pontifici reliquit.

Gerenda potius quam decernendo bello Turcico navanda opera.

Ut igitur verbis meis incultis finem faciam, pater beatiſſime, poſtquam te Dominus conſtituit (h) ſuper Reges, & regna

(h) Jer. 1.

ut

(a) Pſ. 44. *ut evellas & deſtruas, diſſipes, & diſperdas, ædifices, & plantes, accingere (a) gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, gladio inquam veritatis, gladio charitatis, gladio authoritatis ſuper fideles tuos tibi adhærentes, excita poteſtates & principes, cunctaſque fidelium nationes, quæ in hac re dormire videntur, & ad zelum fidei defendendæ corda eorum & mentes accende, & per eos diſperge in virtute Chriſti illos, qui in ſua gloriantur virtute, & multitudine, & feritate ſua confidunt, & diſſipa gentes, quæ bella volunt contra Chriſticolas tuos uſque ad internecionem. Per hæc enim providebitur non ſolum Græcis, ſed & Latinis tuis, ſemper eccleſiæ Romanæ adhærentibus, & tibi ſubjectis, quibus & periculum imminet, ſi aliter non obvietur, ut illis proſtratis ædifices, & plantes, ædifices quidem in toto orbe tranquillitatem & pacem, & Chriſtiani nominis dilatationem, planteſque divini cultus amplitudinem, & omnis probitatis perfectionem. Quod ſi factum fuerit, cedet utique hoc ad Dei gloriam maximam, & honorem, ac coronæ tibi in cælis paratæ ſublimiorem augmentationem, nec non in terris famæ tuæ notabilem celebritatem. Super hæc omnia, pater beatiſſime, rempublicam noſtram Florentinam excelſam & inclytam, tibi devotiſſimam, & Romanæ eccleſiæ, ex parte ipſius communitatis in viſceribus charitatis ſupplicamus, commendatum habeto, ad omnia beneplacita ſanctitatis tuæ parere paratam. Sicque tuo ſancto ductu atque regimine in domo Domini Eccleſiæ militantes in pace & charitate ambulantes in domum Domini ibimus gloriæ triumphantis. Demum prolixitati, & ineptitudini ſermonis veniam præſta.* Hactenus S. Antoninus.

Propoſita pericula niſi Turca reprimatur.

(b) Ext. inter ejus ep. n. 398.

Habita eſt etiam alia eodem argumento perelegans oratio ab Ænea Sylvio (b) epiſcopo Senenſi ab Imperatore ad Calliſtum legato, qua ejuſdem Pontificis pia conſilia de cruce ſignata expeditione quamprimum conficienda in Turcas, addita egregia adhortatione, commendavit.

XXIV. Miſſus orator ad Pontif. a Steph. Boſnæ Rege.

Secuti ſunt Friderici exemplum ac veterem morem cæteri Reges ac principes, inter quos Stephanus Thomas Boſnæ Rex Jacobum Teſtam oratorem miſit, qui regia in ſedem Apoſtolicam ſtudia, reſque geſtis in Turcas explicuiſſet. Quibus auditis Pontifex, collaudatis piis illius urgendi in hoſtes fidei belli deſideriis, apoſtolicis litteris ipſimet ſignificavit, ſe accepti pontificatus exordio voviſſe divino Numini Turcas ſe bello inſtructis terra marique exercitibus inſectaturum, ſpemque concepiſſe recuperandæ Conſtantinopolis aliarumque urbium ſervitute barbarica liberandarum; additque promiſſa, omnium confecto feliciter bello, ereptas Turcæ Boſnæ urbes ac provincias, reſtitutum iri, nec non alia loca ab illis occupata, qui a Boſnæ Regibus deſciverant, ac limites priſtinos regni Boſnæ amplificatum iri, conjunctis finitimis hoſtium regionibus, quæ ipſius ope partæ fuerint (c).

(c) Calliſt. l. 1. p. 32.

Chariſſimo in Chriſto filio Stephano-thomæ Regi Boſnæ illuſtri ſalutem, &c.

Decet Romanum Pontificem, a quo per univerſalis Eccleſiæ membra multiplices favores diffunduntur, illos potiſſime Reges protegere & confovere, a quibus religionis Chriſtianæ, & fidei catholicæ potiora præſidia comparantur. Cum itaque zelum tuæ devotionis recenſentes etiam ante aſſumptionem noſtram ad apoſtolatus apicem cognoſceremus, & nunc etiam ex relatione dilecti filii nobilis viri Nicolai Jacobi Teſte oratoris tui, ſerenitatem tuam ardentiorem fieri ad ea, quæ in augmentum Chriſtianæ fidei redundant, aperte intellexerimus, & quod pericula ſubire non formidas, nos, qui in noſtræ aſſumptionis initiis, audaciam immanium Teucrorum [quantum nobis miſeratio divina permitteret] totis conatibus ulciſci Salvatori noſtro Jeſu Chriſto promiſimus atque vovimus, & terreſtribus ac maritimis copiis adverſus eoſdem Teucros magnos apparatus facere conſtituimus, Conſtantinopolitanam & alias civitates per eos occupatas Chriſtianæ religioni vindicare, ipſo permittente Altiſſimo, confidentes, ſerenitati tuæ, nec non comiti Stephano filio tuo, ac cunctis poſteris & heredibus tuis tenore præſentium ex nunc pollicemur, atque promittemus, noſtræque intentionis exiſtere declaramus, nos ſi & poſtquam regnum tuum Boſnæ & illi finitimæ regiones Chriſtianæ ditioni plenarie reintegrata & reſtituta, ac a tam nefaria ſervitute ereptæ & liberatæ fuerint, omnia & ſingula dominia, civitates, caſtra, terras, juriſdictiones, & alia regni tui loca, pertinentias, & jura quæcumque, quoquo nomine cenſeantur, a nonnullis baronibus ac aliis finitimis, qui a tua tuorumque prædeceſſorum fidelitate defecerunt, hactenus occupata, ſi ad te legitime ſpectare conſtiterit, tibi ac Stephano filio tuo, ac cunctis poſteris & heredibus tuis tuæ & eorum ditioni plenarie reintegrare, teque & eos in integrum ad illa reſtitui, & non modo uſque ad regni prædicti fines, ſed etiam, quoad Altiſſimo libuerit, in alias terras & loca eorundem hoſtium, quæ tuo favore parta fuerint, tibi finitima & accommodata ejuſdem regni tui fines amplificari & extendi, lateque tueri, nos eſſe [quoad poterimus] realiter & cum effectu procuraturos, ac ſucceſſoribus noſtris viam aperiemus, ut te & poſteros tuos, per tua veſtigia incedentes, tanquam Chriſtianæ religionis propugnacula in ſinu ſedis Apoſtolicæ quibuſcumque favoribus &

Promiſſa illi Boſnæ loca a Turca eripienda.

Idem ſucceſſori beneficium collatum decretum eſt.

au-

auxilior habeant non immerito commendatos. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCDLV. pridie kal. maii pontificatus noſtri anno 1.

XXV. Suſcepit (a) ejuſdem Regis, ejus filii Stephani comitis, nec non univerſæ eorum ditionis, patrocinium Calliſtus, decrevitque Boſnæ regnum ſedi tantum Apoſtolicæ obnoxium fore, atque adverſes quoſcumque illud opprimere molientes ab ea defenſum iri. Adjecit adhortationem, ut arma contra Chriſti hoſtes exercere pergeret. Cum vero Joannes Huniades comes Biſtricenſis, & Ladiſlaus Hungariæ Rex nonnullas cum Ipſo Boſnæ Rege controverſias haberent, Calliſtus ad eas ſedandas in Pannoniam miſit (b) Thomam epiſcopum Fanenſem, quem legati e latere dignitate auxit, ut in communem hoſtem omnium arma verterentur. Moxque Dionyſio tit. S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali legationis munus in Pannonia gerendæ injunxit, ut inter diſſentientes (c) Hungaricæ aulæ proceres pacem induciaſve conciliaret, tum daret operam, ut Rex ejuſque duces proximo vere ad educendum in expeditionem exercitum accincti eſſent, obſtaretque ne fœdus cum Mahomete inirent, quibus de rebus extant hæ litteræ.

(a) Ib. p. 33.

Boſna in Apoſt. ſedis clientelam aſcita.

(b) Ib. p. 80.

Miſſus legatus pro conciliandis Hungaris.

(c) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Dilecto filio Dionyſio tituli S. Cyriaci in thermis presbytero Cardinali in regno Hungariæ noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato de latere ſalutem, &c.

Licet omnium Chriſti fidelium unio ſit ſumme optanda, hoc præſertim calamitoſo tempore in quo perditionis filius Mahomet Bey Turcorum caput & dux tanquam procella vehemens nomen Chriſtianum perdere de terra cupit, illorum tamen in primis eſt non ſolum neceſſaria, ſed ſummo ſtudio quærenda, qui ſuperbos ejus ſpiritus quaſi cœleſti quodam dono reprimere conſueverunt. Intelligenter itaque, non ſine amaritudine cordis noſtri inclitum Hungariæ regnum, cui nos pro meritis ſuis ſumme afficimur, & quod hactenus ſcutum Chriſtianitatis eſſe conſuevit, in capite & membris ſibi invicem diſſentire; ac inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ladiſlaum Regem illuſtrem, & prælatos ac barones & populos regni præfati, rurſumque inter hos ipſos certas diſſenſiones ſuborta eſſe, quæ impedimento manifeſto ſunt, quominus opportunum aliquid per eos perari, aut effici poſſit, videmus maximo præſidio carendam eſſe fidem noſtram, niſi reconciliatis animis, ad verum charitatem & pacem reducantur. Ea propter cupientes votum omnipotenti Deo reddere, quod a principio noſtri pontificatus ſolemniter vovimus, videlicet Eccleſiæ theſauros & vitam propriam, ſi ita neceſſe erit, ad everſionem hujus impiiſſimi Mahometi impendere, ac conſiderantes omnem dilationem, quæ interponitur, damnabilem eſſe, & hoſti vires, nobis calamitatem adjungere; ideoque intendentes [quantum divina clementia largiri dignabitur] proxime venturo vere, erecto vexillo Crucis, arma ſalutis contra præfatos Turcos terra marique movere, ut in tanto Chriſtianorum apparatu robur regni Hungariæ per inteſtinas diſcordias non deſit, in quo certe præcipua fundamenta victoriæ ponimus, ad has tollendas (ſi ita Deus annuerit) inducendamque pacem vel ſaltem treugas, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, te [qui de illorum numero exiſtis, & de cujus fide, integritate, maximaque rerum experientia plenam in Domino fiduciam gerimus tanquam pacis angelum in præfato regno Hungariæ noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere duximus deputandum, & præſentium ſerie facimus, conſtituimus, & deputamus, tibi eundem Regem, prælatos, barones, ac populos regni præfati, & alios quoſcumque regnicolas inter ſe quomodolibet diſſidentes, noſtro & dictorum fratrum nomine, ad pacem & mutuam concordiam, hortandi, monendi, & exhortandi, ac eorum diſcordias, & diſſenſiones penitus tollendi, & extirpandi, ac ſuper ipſis amicabiliter indicendi, terminandi, decidendi, & componendi, pacemque ipſam & concordiam, vel ſaltem treugas, ſi pax ſequi non poteſt, perpetuo, vel ad tempus, de quo tibi videbitur tractandi, firmandi, & concludendi, ac pro ejus firma concluſione, & obſervatione, quæ tibi viſa fuerint noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine promittendi, ac inſuper nos & eccleſiam ipſam, prout tuæ prudentiæ videbitur neceſſarium, obligandi, nec non pro obſervanda hujuſmodi pace vel treugis ſecuritates quaſcumque neceſſarias & opportunas utrimque præſtandas, vel per viam compromiſſi, vel aliter tractandi, firmandi, præſtandi & concludendi, pacta inſuper, & capitula pacis, vel treugarum hujuſmodi firmitatem & ſecuritatem continentia ordinandi, faciendi, concludendi, & decidendi, ac pacem, Deo propitio, vel treugas prædictas poſtquam firmata fuerit, per ſupradictos obſervari, mandandi, contradictores, & conſentire nolentes per cenſuras eccleſiaſticas, de quibus in aliis literis felicis recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & noſtris, quas ad te mittemus, plenius continetur, compellendi, omniaque alia, & ſingula faciendi, gerendi, & exercendi, quæ pro hujuſmodi inducenda pace & treugis, ac earum ſtabilimento, & ſecuritate neceſſaria videris, ſeu etiam opportuna: inſuper etiam præfatos omnes & ſingulos Regem, prælatos, barones, & populos regni prædicti, ac alios quoſcumque regnicolas nominibus quibus ſupra monendi, rogandi, & obteſtandi, ut pro honore Dei, & populi Chriſtiani ſalu-

Et inteſtinis diſſenſionibus tollendis.

Ut votum ſuum Chriſto devoverit.

Datu Dyonyſio Card. provinciæ

ti, cujus cauſa nunc agitur, proxime venturo vere, depoſitis diſcordiis præfatis, parati ſint, & accincti ad ſalutarem hanc Chriſtianorum expeditionem, & interim nullam quovis modo intelligentiam, nullum fœdus cum eodem Machometo ineant ſeu recipiant, ſed ad ipſius extremam confuſionem, ut ſemper glorioſe conſueverunt, ſe animent, concedentes ſuper iis auctoritate apoſtolica harum ſerie plenariam facultatem & etiam poteſtatem. Nos enim obligationes, pacta & fœdera quæcumque, quæ pro hujuſmodi pace vel treugis inducendis, earumque ſecuritate & firmitate præſtanda, cæteris ſupradictis exequendis duxeris ordinanda, firmanda, ſeu etiam facienda, rata, & grata habebimus, eaque faciemus, auctore Domino, inviolabiliter obſervari. Tu igitur injunctum tibi hujuſmodi laboris onus & curæ ob Dei & Apoſtolicæ ſedis, & noſtram reverentiam devote ſuſcipiens, ita ſtudioſe, ſapienter, & integre juxta conceſſam tibi a Domino gratiam exequaris, ut cæleſti tibi favente clementia tuis laboribus, & vigiliis, ſperati pacis & concordiæ fructus proveniant, tuque in hac cauſa, quæ Chriſti eſt & noſtra, æternæ gloriæ palmam conſequi merearis. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.

Vetiti iidem Hungari fœdus cum Turcis inire.

XXVI. Obeundæ partes alterius legationis in Germania regniſque adjacentibus, tum in locis Turcico obnoxiis imperio munus injunxit Calliſtus (a) Joanni Carvajali S. Angeli diacono Cardinali, de quo hæc S. Antoninus (b): *Deſtinavit inſuper, ominum novus Pontifex, legatum in Hungariam Cardinalem diaconum dominum Joannem Hiſpanum, & in Alemanniam ad congregandum exercitum terreſtrem contra Turcos perfidos*; & quo inſtructiores compararentur copiæ ejuſdem Cardinalis legationi in Polonia gerendæ munus adjectum eſt (c).

Card. S. Angeli in Germaniam legatus.

(a) Ib. p. 235. & 251.

(b) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

(c) Sup. p. 235.

Calliſtus, &c. Cum te adverſus impiiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos ad partes Germaniæ, Hungariæ, & loca ipſi Turco ſubdita & vicina ſedis Apoſtolicæ legatum de latere præſentialiter mittamus, nos ſperantes te legationem ipſam eo felicius dante Domino, ad optatum finem ſperatamque victoriam perducturum, quo plures in tantam, tamque neceſſariam expeditionem Reges, & populos poteris convocare, legationem tuam hujuſmodi ad regnum Poloniæ & dominia omnia ac loca chariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Poloniæ quomodolibet ſubdita ita extendimus, ut omnibus literis apoſtolicis, ac facultatibus tibi in prima legatione conceſſis, in hoc quoque nuper additis, ut poſſis ac ſi pro ipſa regni Poloniæ legatione ſpecialiter & particulariter conceſſa forent. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. v. kal. octobris pontificatus noſtri anno 1. Extant aliæ apoſtolicæ literæ (d), quibus eidem Cardinali partes ſe impoſuiſſe teſtatur Pontifex, ut crucis ſigna attolleret in Turcas, decumaſque clero ad ſuſtentandum exercitum imperaret: tum pluribus illum prærogativis auxit (e). De illius in Hungaria legatione meminit Joannes Taliacotianus B. Joannis Capiſtranenſis ſocius in literis (f) ad B. Joannem Picentem Minoritam datis, narratque ut hoc anno idem B. Joannes apoſtolicus internuncius in Pannoniam ſe contulerit verno tempore, cum devexo anno ſuperiori e Francofurtenſi conventu Hungariam adire, divinamque gloriam in convertendis populis amplificare juſſus eſſet, tum eximia ab eo hoc anno geſta ita recenſet: *Cum anno Domini MCCCCLIV. de menſe novembris ipſe beatus pater cum ſociis poſt Frankfordienſem dietam Norimbergæ vehementer in magno fuiſſet dubitationis agone quonam ſe prædicaturus conferret, aut ubi magis Chriſtiano populo proficere poſſet, nocte ſequenti cum poſt matutinum, oratione præmiſſa, ſe ſopori dediſſet, videt mortem ſuam non ſub ſanguinis effuſione, ſed ſub ſanguineo labore futuram, nam miro modo ad martyrium fervebat. Cum vero celebrando ibi die ſequenti attente oraret, cuperetque ſcire, quonam proficiſci deberet, audivit varias in eccleſia voces reſonare. In Hungariam, & dum prædicaret in platea ante majorem eccleſiam idem in aere ſæpius audiebat. Sic ex dubio ſurgens decrevit ſecundum voluntatem Domini in Hungariam proficiſci. Seminato itaque verbo Dei per Alemanniam, & ibidem plantata familia obſervantiæ regularis, & reductis ad unitatem eccleſiæ Romanæ quaſi ſexdecim millibus hæreticorum Huſſitarum in Bohemia, & mirabilibus fructibus in Polonia Domino concedente peractis, de menſe maii anni ſequentis MCCCCLV. advolavit in Hungariam, cujus natio ſtatim in ipſius ingreſſu mirum in modum commota eſt. Recipiebatur ab omnibus tanquam alter Apoſtolus, & licet ipſe honorum deſpector ſæpiſſime declinaret a via, mutaretque ſui acceſſus vel receſſus propoſitum, licet etiam ex quadam honeſtiſſima deluſione præfixam diem non ſervaret vel horam, quibus expectantes populi ſuo deſiderio fraudarentur, & ipſe ab hujuſmodi honoribus fieret alienus, nihilominus quod homo tacebat ſeu abſcondebat, Deus promebat, nam in ipſis ingreſſibus clerus ſolemniter ornatus, Cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & eccleſiarum prælati cum reliquiis ſæpe numero & cum ſacramento Eucharistiæ non ſine multis luminaribus ac populis utriuſque ſexus, cum ramis arborum, candelis accenſis, ſonantibus campanis humilitatis amatori obviam venientes, eum maximis honoribus, cantibus, atque fletibus eum introducebant. Principes, barones, nobiles, atque plebeii eum ſummopere dilige-*

Porrecta ad Poloniam ejus legatio.

(d) Sup. p. 251.

(e) Lib. 7. p. 100. ad 111.

(f) Ext. apud Vvad. annal. to. 6. hoc ann. n. 43.

B. Jo. Capiſtrano genus mortis divinitus oſtenſum.

Juſſus in Pannoniam proficiſci.

Sexdecim millia Huſſitarum ab eo converſa.

Honorificentiſſime ab Hungaris excipitur.

F

diligebant & honorabant, quorum tanta multitudo confluebat ad eum, ut nonniſi latiſſimi campi aut maxima platea eos capere valerent.

Ingentes ad eum audiendum populorum concurſus fiunt.

Cum proponeret eis verbum, a remotiſſimis partibus populi venientes non ut ad ſermonem unius horæ, ſed tanquam ad maximam indulgentiam catervatim currere videbantur: nec mirum, cum guſtata colla-quii ſui dulcedine, & puritate ſermonis, & doctrina ſalutari percepta, nec non miraculorum claritudine apertiſſime viſa, omnes in ejus admirationem verterentur: fulminabat contra vitia, virtuteſque inſerebat: clarus atque gratus in omnibus erat cunctis principibus; & beatum ſe putabat qui vel modicum cum illo ſtaret, vel cum eo loqui, aut eum audire potuiſſet; ſemper tamen in hujuſmodi honoribus, ſibi invito exhibitis, humilis corde dicebat. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

Sententia ab eo uſurpata in mediis honoribus.

Et cum tunc eſſet in regno, eſſetque ipſius regni gubernator & defenſor illuſtris dominus Joannes de Hunyad, tantam iſte devotionem pariter & amorem concepit in ipſum virum Dei fratrem Joannem de Capiſtrano ut quæcumque pro regno eſſent tractanda tam in ſecretis quam in publicis dietis ipſe cum aliis baronibus hunc vocabant, admittebant, proferebantque, nihil ſine ſua conſilia agere volentes. Poſt multos ſuæ ferventiſſimæ prædicationis ſudores, poſt uberrimos fructus per Hungariam mirifice perpetratos, favore ipſius domini Joannis contulit ſe ad partes Tranſilvanas, ad Valachos, Ruſſianos ſchiſmaticos & Patarenos, ex quibus per ſpatium trium menſium, undecim millia ſua prædicatione ſuſcepto baptiſmo ad unitatem & obedientiam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ reducta ſunt, quorum etiam magiſtrum & fautorem poſt combuſtionem ſuæ habitationis in Hunyad, & ſuorum bonorum direptionem, ſua diſputatione convictum publice coram baronibus & prælatos in forma eccleſiæ Romanæ Budæ baptizavit de aſſenſu reverendiſſimi domini legati. Juſſum proximo anno beatum virum a Calliſto papa ſacram militiam in Turcas promulgare, ſuiſque precibus ſpectabilem pulcherrimamque victoriam de Mahomete Imperatore peperiſſe, poſtea videbimus: nunc reliquas a Calliſto decretas legationes percurramus.

In Tranſylvania & Valachia undecim millia hæreticorum convertit.

Magiſtrum Patarenorum baptiſmo luſtrat.

XXVII. Ad conciliandos Anglos cum Gallis miſſus eſt in Britanniam Nicolaus e Cuſa (a) tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, ampliſſimaque auctus poteſtate, ut controverſias ſedaret, populique arma in Turcas verrenda curaret.

Nicolaus de Cuſa in Angliam miſſus.

(a) *Lib.* 3. *p.*190.

Dilecto filio Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero S. R. E. Cardinali ad regnum Angliæ, noſtro & ſedis Apoſtolicæ legato de latere ſalutem, &c.

Cum tuam circumſpectionem pro quærendis, implorandiſque auxiliis adverſus impiiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos, qui occupata inſigni Conſtantinopolitana urbe, & multo cruore humano in ea, interque alios, imperatorio miſerabiliter effuſo, univerſum quoque nomen Chriſtianum ſe deleturos elatis mirum in modum verbis comminantur, ad regnum Angliæ tranſmittimus, per diverſas tamen provincias tranſiturum, nonnulliſque in locis & regno prædictis diſſenſiones & bella vigere intellexerimus, quibus perſeverantibus atque urgentibus, nec Reges, nec prælati, nec principes, nec populi, licet cupientiſſimi eſſent, tuis conſiliis, exhortationibus, ac monitionibus ſatisfacere poſſent, nec petita auxilia ſubminiſtrare, ad ipſam in primis tam neceſſariam anhelantes pacem, & de tuis ſapientiæ, prudentiæque magnitudine, induſtriæ claritate, rerum agendarum experientia, vitæque integritate, ac aliis multiplicibus virtutum donis, quibus perſonam tuam Altiſſimus, inſignivit, gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, ac ſperantes, quod per tui conſilii magnitudinem diſſenſiones & diſcordiæ hujuſmodi ad pacis dulcedinem deducentur, tibi Reges & ſubditos eorum partium quarumcumque, per quas ibis, aut in quibus legatione fungeris, ac circumvicinis, & undique adjacentibus, noſtro nomine, ad pacem & mutuam concordiam hortandi, monendi, & requirendi, ac hujuſmodi diſcordias & diſſenſiones penitus tollendi, & removendi, & ſuper ipſis amicabiliter judicandi, terminandi, decidendi, pacificandi, ac componendi, pacem quoque ipſam & concordiam, ſeu treugas, ſi pax fieri non poterit, perpetuo vel ad tempus, de quo tibi videbitur, tractandi, firmandi, & concludendi, ac pro ipſarum pacis & treugarum concluſione forma inviolabiliter obſervanda, ea quæ tibi viſa fuerint noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine promittendi, ac inſuper nos & Eccleſiam ipſam, prout tuæ prudentiæ videbitur, neceſſarium obligandi, & infra, *concedimus auctoritate apoſtolica harum ſerie plenariam facultatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. XII. kalend. octobris pontificatus noſtri anno* I. Miſſum ea de cauſa Alanum Cardinalem in Gallias proximo anno dicemus. Deſignati (b) quoque plures ſacerdotes quæſtores fuere ad colligendas pro ſacræ expeditionis ſumptibus decumas, & pias fidelium eleemoſynas. Ne vero pecuniæ in alienos ſordidoſve uſus averterentur, dedit mandata, ut in principis eccleſiæ ſacrario ſervarentur pluribus ſeris obſignatæ, qua de re ad Joannem e Curte Dominicanum datæ literæ (c), quibus profitetur Pontifex ſtatuiſſe quindecim triremes in hoſtem inſtruere, vel ſi claſſis ab aliis ornaretur, ſumptus a ſe in illam faciendos in terreſtrem exercitum impenſurum. Ur-

Diſſenſionum tollendarum facultas illi attributa.

Et conciliandarum induciarum.

Infeſtatæ a Mahomete inſula Ægei maris. Decreti plures quæſtores pro cogenda ſtipe.

(b) *Lib.* 2. *p.* 247. & 249. *l.* 3. *p.* 59. & 251. & *l.* 5. *p.* 31. 47. 67. 71. 89. 119.

(c) *Lib.* 3. *p.*59.

XXVIII. Urgebat porro ſumma neceſſitas parandæ claſſis cum Mohometes inſulas Ægei maris devaſtaret, expoſitiſque in continentem copiis nunc has, nunc alios oros repentinis excurſionibus vexaret. Præfectus itaque eſt a Calliſto pontificiæ claſſi Petrus archiepiſcopus Tarraconenſis, atque legati apoſtolici e latere munere auctus, juſſuſque orientis Chriſtianos omni virium contentione tueri, datis ad eum ſubjectis literis (a), in quibus narrat, ut ipſe decretis ſolemnibus ſupplicationibus iratum Chriſtianis ob eorum flagitia Deum placare niſus ſit, dein legatos Cardinales concepta ad id precum formula ſuis manibus crucis ſymbolo inſigniverit, tum Reges principeſque ad ſacri fœderis ineundam ſocietatem in Turcas ſolicitarit.

(a) Lib. 19. p. 258.

Legati Card. ſacra cruce inſigniti a Call.

Venerabili fratri Petro archiepiſcopo Tarraconenſi ſalutem, &c.

Dominici gregis ovili, quamquam immeriti, divina providentia præſidentes, dum capta Conſtantinopoli atque omni vaſtata feritatis immanitate, pollutis ac profanatis ſpurciſſime ſacroſanctis eccleſiis, & ſanctorum venerabilibus reliquiis canibus, porciſque objectis lacerandis atque proculcandis, Turcos veſano furore, truculenta barbarie, in Chriſtum domini cornibus erectis ad nominis Chriſti Jeſu, cui cœleſtia ac terreſtria cuncta genuflectuntur, & trophei crucis vivifica pollutionem, contaminationem, profanationem, nec non populorum Chriſtianorum everſionem terra marique ingenti multitudine bellatorum congregata, miſerabilibus, atque horrendis noſtrorum calamitate, direptionibus, vaſtitate, planctu, ululatu, trepidatione, fuga, trucidatione, incendio urbi, ferrique prope oculos cerneremus, intrinſeco cordis dolore contacti, primum, ut fas eſt, orationibus, lacrymis, contritione, pro noſtra & Chriſtifidelium ſalute impetranda ad Deum ſimpliciter converſi, amare peccata communia deflevimus, atque ad nos Dominus converti dignaretur obſecravimus. Deinde Spiritu Sancto propitiante ac ſuadente, munimine vexilli Crucis ſalutiferæ humeris dilectorum filiorum legatorum noſtrorum & Apoſtolicæ ſedis de latere prius nos ipſi, ac fortium virorum magna cum Dei reverentia, timoreque affiximus cum ſolemni verborum ad hoc munus compoſitorum celebritate. Deinde nonnullis fratribus noſtris venerabilibus, aliiſque prælatis, ut clariſſimis Regibus, principibuſque illuſtribus & ſtrenuis propugnatoribus, nec non omnibus pro fidei defenſione pugnaturis, ſervata eorundem verborum ſolemnitate ac tenore, devote atque venerabiliter affigere exemplo noſtra valerent, plenam ſedis Apoſtolicæ authoritatem dedimus, facultatemque.

Indictæ ſolemnes ſupplicationes.

Concepta conſecrandæ Chriſto vitæ formula.

Quo quidem opere ſolemniter, & magna ejuſdem ſigna ſcola ſuſcipientium devotione peracto, ad Reges, duces, principes, dominos, populos, communitates, fideles, vereque Chriſticolas, ad hortandum, incitandumque, & legatos ipſos, & alios nuncios noſtros hinc inde dimiſimus, nihil eorum, quæ tanta in re fieri neceſſitas ac rei exigit magnitudo prætermittendo. Quæ cum omnia feliciter, votiveque nobiſcum Dei adjutorio procedere proſpiceremus, ejuſdem omnipotentis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia Spiritu Sancto inflammante compulſi, quia perfidum Turcum atque canina rabie efferatum, maritimis quoque auxiliis ædificata atque conſtructa non exigua claſſe, nunc inſulas Ægei atque Jonis marium, nunc continentem, quæ ex parte mare lædi poſſet a fidelibus habitatam invadere, diripere, impugnare, vexare, omni maleficio denique, ac barbarica crudelitate vaſtare intelligeremus, ut ea quoque ex parte, dominico gregi auxilia pararemus, claſſem etiam minime aſpernandam ædificari, exornarique mandavimus, quæ inſani ac perfidi hoſtis furori opponeretur, egregios atque opibus validos Chriſtifideles, qui maritimarum rerum ſcientia potentiaque pollerent, ut ipſi pariter claſſes adornarent inviciſſimas admonenda. Cæterum de præfato, ac noſtra & Romanæ eccleſiæ claſſis capitaneo tota mente cogitantes, atque clariſſime perſpicientes ejuſmodi virum eligi oportere, qui maris ſcientia atque experientia, gubernandi arte, regendi conſilio, belligerendi induſtria, animi magnitudine, humanitate, prudentia, authoritate præſtaret, tua nobis in mentem ſtatim fraternitas venit, quæ cum rebus modo enumeratis eluceat, & infra, *fratribus noſtris frequenti conſiſtorio congregatis, cum de tua inter eos perſona exorſi eſſemus orationem, ab omnibus conſtanti & conſona ſermone gravique teſtimonio, tuis præfatis virtutibus honorifice commendatis, de eorum te conſilio, atque aſſenſu, noſtræ, & prælibatæ eccleſiæ claſſis jam inſtructæ, atque præparatæ, & deinceps inſtruendæ atque præparandæ fecimus, conſtituimus, ac etiam deputavimus præfectum atque capitaneum legati apoſtolici de latere tibi omni ſuffragio & votis propter tuorum meritorum exigentiam attributa poteſtate atque facultate, ac præter cæteros honores, præeminentiam, dignitatem, ac prærogativam reliquis præfectis ac maritimis capitaneis dari conſuetam ſpeciali te privilegio honoraremus, ut cum ſumma emineat probitate, pari quoque authoritate præſtares.*

Ornata in Turcas claſſis.

XXIX. *Ergo Dei omnipotentis & domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Sancti Spiritus ab utroque procedentis propitiatione invocata, quod Chriſtiano nomini ac æternæ crucis decori, & nobis ſanctæque Romanæ eccleſiæ ac fidelium populo, tibique tuæque domus perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit, tuarum virtutum, quas paulo ante commemoravimus,*

ma-

Tarraconenſis archiep. ſolemne Sacramentum.

maximique muneris, quod tibi tribuimus, juramentique quod in noſtris manibus præſtitiſti, Chriſtianorumque tibi ea parte in extremis laborantium difficultatibus commendatæ ſalutis memor, aggredere atque complectere maximo animo datam tibi felicis noſtræ, ac præfatæ eccleſiæ claſſis præfecturam atque capitaneatum, Chriſtique ac crucis & Chriſtianorum perfidos hoſtes, ſpurcos, immanes, ac truculentos barbaros numinibus illis adjuvantibus, quorum auctoritatem, dignitatem, decus, venerationem, majeſtatem, ac fulgorem defenſurus, extenſuruſque profeſſus es: memento igni, ferro, omnique maleficio, injuria, atque vexatione fore devaſtandos; & noſtram ac præfatæ eccleſiæ benedictionem atque opem, ac Chriſtianorum principum populorumque auxilium rogitantes miſeras oves, atque deſolatas luporum pene faucibus devoratas non ſolum in præſens tempus, ſed in perpetuum ab omni paganorum periculo atque terrore liberandas: nam nec tibi, & principes, ac populi omnes Chriſtiani, neque auxilio deerimus neque conſilio; & Deus ipſe omnipotens, cujus agitur cauſa, cujus etiam ſanctiſſimum ſuſceptum eſt opus, te tanta diriget felicitate, ſi te voluerit ipſi cognoſcere, atque in ſancto timore gubernare, in virtutumque humanarum ac divinarum ſemper dirigere moderatione, ut inde miſeris Chriſtifidelibus nunc laborantibus in extremis ſalus, tibi honor immenſus, nobis lætitia incredibilis, Altiſſimo gloria perveniat, qui cum Filio, & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſæcula ſempiterna, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto XII. kal. octobris pontificatus noſtri anno 1.

Chriſti hoſtes omnibus cladibus juſſus obterere.

XXX. Alfonſus Rex Aragonum ſacrum bellum meditatus.

Excitatus pontificiis adhortationibus, religioniſque contra Turcas defendendæ accenſus ſtudio, ut videbatur, Alfonſus Aragonum & utriuſque Siciliæ Rex, crucis ſignum induere atque exercitum ductare præ ſe tulit: cujus pia conſilia commendavit Calliſtus, ac patriarcham Alexandrinum ſuum Regi tum aliis proceribus militibuſque religioſam profeſſuris militiam ſacrum ipſum crucis ſignum ritu ſolemni conferre juſſit: ſi vero patriarcha quopiam præpeditus impedimento eſſet, Balearium epiſcopum eo munere perfungi juſſit (a).

(a) Lib. 19. p. 181.

Venerabilibus fratribus patriarchæ Alexandrino & epiſcopo Majoricenſi ſalutem, &c.

Ut concepta ſit ab eo pia divini amoris flamma.

*Cum chariſſimus in Chriſto filius Alfonſus Aragonum, ac utriuſque Siciliæ Rex illuſtris ampliſſima nominis ſui gloria, noſtroque ſummo gaudio, ac totius populi Chriſtiani alacritate admirabili, orthodoxæ fidei zelo inflammatus vehementer, ut decet, indignatur Chriſti & nominis Chriſtiani, atque etiam ſacri trophæi ſalutiferæ crucis, unde fidelium vita emanavit, decus ab illo barbaro & perfido cane Turco ore execrabili pollui, horribilibuſque flagitiis, ac omni denique ſcelere & parricidio contaminari, ſeſe ſit auxilium flagitanti mundo, ac nunc maxime læſanti oblatus corporis ſui venerabili atque invicto propugnaculo, viribuſque totius inclytæ ſuæ ditionis, efferatæ illi belluæ occurſurum, & ſanctæ Crucis defenſurum majeſtatem, indeque nobis piis votis ſupplicaverit, ut ejus ſacroſanctæ Crucis, cujus numen ſemper mente veneratur atque adorat, in humeris ſignaculum eidem, ut munimentum præberemus; nos ipſius honeſtiſſimæ, & nobis ac Chriſti fidelium populo optatiſſimæ petitioni promptiſſime annuentes, tibi frater patriarcha, aut ſi tu caſu quopiam fueris præpeditus, tibi frater epiſcope de Apoſtolicæ ſedis plenitudine poteſtatis omnimodam damus auctoritatem atque facultatem, quamprimum regio digniſſimo deſiderio ſatisfaciendi. Igitur omnipotentis Dei feliciſſime atque fauſtiſſime nomine invocato, quod vobis, ac nomini toti Chriſtiano * & Aragoniæ coronæ candidiſſimæ, atque huic Regi Alfonſo florentiſſimo, perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit, venerandi trophæi crucis prius peculiari Regi confer inſignia, deinde uterque veſtrum, omni prorſus amota differentia, quibuſcumque devote poſcentibus, pro Chriſtiani populi ſalute & dignitate, ac ſuarum animarum æterna gloria militaturis hominibus, quocunque præeminentia, ac dignitatis præfulgeant gradu, eadem auctoritate conferatis, quibus omnibus & ſingulis nos ipſi ex nunc animo deſiderioque jam, Deo propitiante, conferimus, ut maximo, ac robuſtiſſimo exercitu terra & mari ſub tanta defenſione ac munimine congregato, perfida infidelium barbaries expugnata, averſa, atque contrita diſcat omnium rerum opifici Deo, & domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſacroſanctæ crucis vexillo dare gloriam & honorem, qui triumphans regnat in ſæcula ſæculorum. Cæterum verborum ordinem, atque ſolemnitatem, quibus in benedictionibus affigendorum hujuſmodi ſacroſanctorum ſignorum vivificæ crucis nosipſi uſi ſumus, vobis exemplum tum præſentibus mittimus, ut & vos ſi illis eiſdem tota devotione venerabundi majeſtatis Dei ante mentis veſtræ oculos propoſita amplitudine utamini, adhibita maxima, ut decet, reverentia. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, pridie idus ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.*

* orbi

Ejus ſymbolo crucis inſigniendi data facultas.

Tranſmiſſa illius affigendi formula.

XXXI.

Conſecrarat (b) etiam arma religioſæ in Turcas militiæ accepto e manibus Joannis tit. Sancti Stephani in Cœlio monte presbyteri Cardinalis crucis ſymbolo Philippus Burgundiæ dux, cui jam ante Nicolaus plura ad conficiendam eam expeditionem conceſſerat, quæ a Calliſto confirmata fuere (c). In primis indulgen-

(b) Lib. 21. p. 1. 2. 3. 4. 5. & 8.

(c) Sup. p. 1.

Sacræ indulgentiæ cruceſignatis collatæ.

gentiarum præmia tum ei, tum aliis cruce ſignata vexilla ſecuturis propoſitæ, ipſius ditio patrocinio apoſtolico commendata: ſacerdotiorum quæ in univerſo reſervarentur orbe, vectigalia promiſſa; biennalis ac decuma ex cenſibus eccleſiaſticis in ejuſdem principatu redigenda tributa. Conceſſerat etiam Nicolaus ſacerdotibus & clericis Philippi ducis ſigna ſecuturis, ut arma induere, ac ſine ullius irregularitatis labe Turcas confodere poſſent: quod a Calliſto ratum habitum eſt. Permiſſus etiam ei aræ ſubductilis uſus, nec non ſacerdotis ad expiandam conſcientiam deligendi jus datum. Denique Joannes Tullenſis & Joannes Atrebatenſis epiſcopi, ut dux ipſe poſtulaverat, in caſtris legati fuerant deſignati: quod munus iiſdem demandavit ſubjectis literis (a) Calliſtus.

(a) Ibid. p. 7.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Tullenſi & Joanni Atrebatenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Borgundus arma Chriſto conſecrat.

Dudum per felicis recordationis Nicolaum Papam V. prædeceſſorem noſtrum ex tui facta epiſcopi Atrebatenſis relatione percepto, quod dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundiæ ſe adverſus impiiſſimum Machometum Chriſtianæ religionis hoſtem cum magna gentium multitudine opponere, ac illum poſſetenus impugnare offerebat, idem prædeceſſor illum in ſignum executionis aſſumpti propoſiti cruceſignari mandavit, voſque ut ſibi vero conſilio & opere in ſui exercitus directione aſſiſteretis ad Europæ & alias infidelium partes, per quas exercitus ipſe tranſiret, in eodem exercitu legatos miſſos, & veſtrum quemlibet cum poteſtate legati de latere uſque & ipſius & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum fecit, conſtituit, ac etiam deputavit, ac veſtras volens honorare perſonas, certas vobis facultates conceſſit, prout in diverſis ſuis inde confectis literis plenius continetur. Cum autem nos, qui dicto prædeceſſori, Domino permittente, ſucceſſimus pro felici & votiva expeditione hujuſmodi negotii aliquos dictæ ſedis de latere legatos intereſſe affectemus, nos igitur, qui conſtitutionem, deputationem, & conceſſionem facultatum hujuſmodi hodie per alias noſtras literas confirmavimus, attendentes dignum fore & debitum quod, ſicut illi majoris nominis titulo decorantur, ſic etiam & potiores debeant honoris prærogativa lætari, authoritate apoſtolica & ex certa ſcientia volumus pariter & ordinamus quod, dum, quando, quoties, & quandiu aliquis de latere legatus hujuſmodi prædicto exercitui præſentialiter interfuerit, ab exercitio officii legationis & uſu facultatum hujuſmodi penitus deſiſtatis, eo ſe ab inde abſentante, conceſſam vobis poteſtatem poſtmodum plenarie reſumentes. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCDLIV. III. kalen. junii pontificatus noſtri anno I.

Duo epiſcop. decreti in ejus exercitu legati.

Pax inter Burgundum & Gallos confirmata.

Ut autem Philippus ſacro bello alterius belli metu & cura ſolutus vacare poſſet, Pontifex compoſitæ inter eum & Regem Francorum pacis pactiones firmavit (b).

(b) Lib. 19. p. 171.

XXXII. Turci Caffam expugnare tentant.

Inter hæc fama, quæ antea percrebuerat, Tartaros Turcaſque juncto armorum fœdere Caffam Genuenſium coloniam ad mare Ponticum eripere Chriſtianis conſtituiſſe, magis invaluit: ad quam avertendam cladem Calliſtus omnes Genuenſis reipublicæ clientes ad comparandas copias & ſacram militiam ſuſcipiendam, ſacris propoſitis indulgentiis, excitavit (c).

(c) Lib. 0. p. 3. & 271.

Dilectis filiis protectoribus comperarum S. Georgii civitatis Januenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Tartaros ſibi fœdere jungunt.

Cum in deſideriis cordis noſtri illa præcipue verſetur cogitatio, ut quantum humano conſilio fieri poteſt nefandiſſimis conatibus infidelium reſiſtatur, ea libenter ordinamus & quærimus, quæ ad defenſionem Chriſtifidelium, & repreſſionem dictorum infidelium ſpectare videntur. Cum fidedignorum relatu intellexerimus inhumaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes Turcos, & Tartaros unanimi conſenſu deliberaſſe & ſtatuiſſe præclaram urbem Capham aliaque loca orientalia dominio Januenſi ſubdita, de proximo invadere, & occupare, ut fideles ex illis partibus eradicent, voſque ad civitatum & locorum eorundem defenſionem, terra, marique proviſionem poſſibilem facere incepiſſe, in qua maximis expenſis opus eſt, nos quantum poſſumus de theſauro Chriſti Jeſu domini & ſalvatoris noſtri vobis providere volentes, univerſos & ſingulos nationis Januenſis, & ſub eodem dominio & protectione degentes utriuſque ſexus, etiam clericos ſeculares, & regulares, tam in dicta civitate, quam alibi ubicumque terrarum habitantes, vel negotiantes, ac omnium & ſingularum riparsarum, civitatum, inſularum, & locorum præfato dominio ſubditorum incolas & habitatores, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi particularia obtineant dominia, eorumque ſubditos, vaſallos, & feudatarios, ac nobiles viros marchiones, comites, dominos, ac omnes & ſingulos, ut præfertur, utriuſque ſexus, commendationi, & protectioni Januenſium recommiſſos, nec non quoſcumque Lunenſis, Terdonenſis, Aquenſis, & Aſtenſis civitatum, earumque diœceſum utriuſque ſexus, ut præfertur, obſecramus in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortamur atque requirimus, ut pro civitatum, inſularum, & locorum ſupradictorum defenſione, auxilio, & favore opportunis velint perſonaliter, ſicut de bonis & facultatibus ſibi a Deo collatis larga manu, & libenti animo providere, recepturi a piiſſimo Deo noſtro bonorum omnium re-

Genuenſes ad tuendam rem Chriſtianam ſolicitati.

remuneratore in præſenti ſæculo abundantiam gratiarum, & poſt finitum humanæ conditionis curſum, gloriam fælicitatis æternæ, &c. Propoſuit ampliſſima indulgentiarum præmia iis, qui ſtipem in belli ſacri ſumptus conferrent. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLV. x. kal. maii pontificatus noſtri anno 1.*

XXXIII. Adulta æſtate Maonenſes & Chienſes, cum belli ſacri conſilia in occidente ſeneſcere, Turcicam vero potentiam ingraveſcere, atque extremum Caphæ periculum inijci formidarent, has literas (a) ad Pontificem, ut auxiliorum exercitum contrahendum quantocyus curaret, miſere.

(a) *Ext. in coll. ep. prompta p. 55.*

Chienſium ad Pont. literæ.

Maonenſes civitatis & inſulæ Chii Romano Pontifici, &c.

Etſi videmus, beatiſſime pater, maximis noſtris periculis nos objectos furori Machometi Turcorum Regis, qui in omnes Chriſtianos promiſcue arma ſumpſit, hucuſque tamen quadam animi alacritate ſævas illius minas, & illata plurima mala idea perferebamus, quia certam conceperamus ſpem, Chriſtianos clade tam nefaria accepta, pia arma ſumpturos, & ſummo conſenſu ac feliciore eventu hoſtem infidelem atque nimium inſolentem oppreſſuros, cumque indies graviora ab ipſo capiti noſtro imminerent, non aliter eadem ſoliti eramus pendere, quam ut quoddam commune Chriſtianorum incitamentum ad vindictam accelerandum, quibus rebus ſpem noſtram foventes omnibus artibus & præſidiis contra ejus vim nos muniebamus. Sed, heu, nimis longam ſpem! O Chriſtianorum arma nimis dilata! Siquidem omnibus quieſcentibus jam oppugnamur, jam ingens vis & validus furor in nos converſus eſt, non eramus nunc in eo occupati, ſanctiſſime pater, ut veſtræ ſanctitati expliceremus emiſſam nuper in nos claſſem, & damna plurima illata, illud potius eſt præſentis terroris, illud inſtantis & maximi diſcriminis, quod inſpecta loci opportunitate primo proximo vere eadem claſſis auctis viribus & comparatis bellicis operibus, quæ ad oppugnationem pertinent, in nos eſt reditura, quod ita fore, non vano rumore, ſed certis authoribus comperimus, contra quos impetus, ut perſtare poſſimus, fidelis quidem & conſtans animus non deſperat, ſed quotæ ſunt vires noſtræ? quonam pacto ſine communi Chriſtianorum auxilio tam modica colonia defendetur? Quæ licet parva, quanti tamen ſit momenti, omnibus Chriſtianis transmarinis haud ignotum putamus, cujus ruina plurimos in eandem ſecum traheret calamitatem.

Submitti ſero auxilia queruntur.

In tantis igitur noſtris & aliorum Chriſtianorum periculis ad veſtram ſanctitatem ſapientiſſimum confugimus, quam non dubitamus divina providentia hoc potiſſimum tempore ad Apoſtolicam ſedem aſſumptam, ut ſuo impulſu & authoritate univerſalis fides, & Chriſtianorum decus cuſtodiretur. Apud eandem, quas præſens neceſſitas exprimit, preces fundimus obſecrantes, ut cauſam noſtram & Chriſtianorum faveat, cœptum opus ne deſerat, Chriſtiani concitentur, ſumantur arma, quæ ſi non ita ſtatim inferri terra marique poſſunt, at illud ſaltem maritimi auxilii non denegetur, quo tantiſper hanc paratam vim ſævus hoſtis contineat, & nos ſalvi eſſe poſſimus: Hæc ita fieri non maximi laboris eſſe putamus, & apoſtolicæ authoritati non difficile. Conſervantur autem non Græci, non ſchiſmatici, ſed Italici generis antiquiſſimi Chriſtiani, qui ſemper ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ pie affecti & dediti & obſequentiſſimi fuerunt, in quorum tutela aliorum pericula propulſantur. Quod ſi eo infelicitatis eſſet, ut tum juſta preces apud Chriſtianos deperirent, Jeſum Chriſtum dominum noſtrum judicem invocamus, veſtram ſanctitatem teſtantes, nos impie a ſociis Chriſtianis deſtitutos, pro fide tamen uſque ad extrema pericula pugnaturos, paratiſſimi ſemper omnibus obſequiis beatitudinis veſtræ, cujus pedes humiliter exoſculamur. Ex Chio die XIV. auguſti MCCCCLV.

Jam non de Græcis ſed de Italicis agi.

De tantis periculis orientalibus coloniis imminentibus certiores facti Genuenſes, ad Calliſtum literas (b), ut adducto in diſcrimen orienti opitularetur, dederunt; quibus adſcripta eſt dies XXVI. ejuſdem auguſti menſis: evolutoque bimeſtri & paulo amplius ei ſignificarunt (c), Boſphorum Thracium a Turcis obſeſſum fuiſſe, adeo ut nulla navis in Pontum Euxinum penetrare poſſet: cumque naves duæ inſtructæ omni bellico apparatu eſſent miſſæ ad ferendam Caffenſibus opem, Turcarum dolo fuiſſe interceptas, atque inde Ponticas regiones, quæ Chriſtum colebant, timore perterritas: cæterum inſignes plures urbes in iis oris Chriſtiana fide imbutas perſtare, nam præter imperium Trapezuntinum, Caffam, Soldaiam, Symbolum, & Amaſtriam claras urbes Chriſtianis ſacris addictas, ea quarum clade religio maxima calamitate afficeretur. XXXIV.

(b) *Ext. ib. p. 332.*

Ponticas gentes ſubjicere meditati Turcæ.

(c) *Ext. cor. lit. ib. p. 317.*

Januenſes Papæ Calliſto.

Nemo prope eſt, beatiſſime pater & domine nobis colendiſſime, qui neſciat quantus terror & animi conſternatio populos invaſerit Pontici maris tunc, cum capta Conſtantinopoli Machometus Turcarum Rex Thracium Boſphorum ita clauſiſſe viſus eſt, ut Pontum inacceſſibilem feciſſe videretur, nam cum illic Europam ab Aſia anguſtum dirimat fretum, Rexque in utroque littore immania tormenta diſpoſuiſſet, claustra injeciſſe mari non ſine ratione dictus eſt, tantuſque pavor in omnes, qui mari negotiantur, effuſus eſt, ut per anaumnemo introrſum penetrare auſus ſit. Paravimus autem nos ingenti quidem mercede naves duas, in quibus

Boſphorus Thracius ab iis clauſus.

bus

Genuenſes naves Caffam profecturæ interceptæ.

bus arma, viri, tela, & reliqua neceſſaria Capham mittebantur, ſed navium magiſtri cum pervenirent Peram falſis pollicitationibus decepti deſcendentes in urbem capti & in vincula conjecti ſunt, atque ita conatum noſtrum perfidia Regis irritum fecit. Interim terreſtri via frequentes ad nos afferebantur literæ, quibus miſerabiles illi populi opem orabant. Horum cum nos pericula lacrymæque flexiſſent, alias iterum naves majore ſtipendio conductas omnia portantes, quæ deſiderabantur Capham penetrare juſſimus, quæ aprili ſuperiore ſalvæ eo pervenerunt, tantumque ſpei trepidis populis injecerunt, ut qui de deſerenda patria conſilia ſæpius agitaverant, nonmodo in fiduciam erecti ſunt, ſed alii quoque invalida oppida relinquentes, Capham migraverint, arbitrantes ejuſmodi auxilia ſibi nunquam defutura eſſe. Verum cum redeuntibus navibus ipſis earum altera tormentis fracta mox obruta mari ſit, certum videtur civitates illas in priorem deſperationem collapſuras eſſe, nec facile inveniri poſſe navem, quæ audeat geminata mercede tam certo diſcriminis ſeſe obiicere.

Aliæ duæ iterum ſubmiſſæ.

Harum altera tormentis laniata & merſa.

Hæc dum cogitamus, ſanctiſſime pater, facile prævidemus, populos illos deſperata ſalute animum abjecturos eſſe, niſi vel novis auxiliis, vel ſpe certa foveantur. Et ne quis forſitan putet pro vili plebecula verba facere, habet Ponticus ille angulus imperium Trapezuntinum claris urbibus frequens, habet Capham non ambitu quidem minorem, ſed populorum multitudine Conſtantinopoli facile præferendam, habet Soldajam, habet Simbolum haud contemnenda oppida, habet denique Amaſtram urbem quondam celebrem, ſed ſanctorum epiſcoporum fama celebriorem. Præter quos inſuper populis extenditur late ora maritima, quam Hoſtiam vulgo nominamus, quam ſoli incolunt Chriſtiani. Cum igitur, ut perſpicuum eſt, nobiliſſimarum urbium ac maximorum populorum ſalus aperte in diſcrimine verſetur, qui ſine ope ſanctitatis veſtræ ſalvi eſſe nequeunt, orandam duximus benignitatem veſtram, velit ad eorum calamitatem animum oculoſque convertere, eamque illis opem ferre, quæ pro rerum ac temporum conditione præberi poteſt, ſuper quibus omnibus venerabilis ſacrarum literarum profeſſor Deodatus a nobis pridem miſſus ad beatitudinem veſtram, ſi quid opus fuerit, particularius verba faciet, quem ut audire & exaudire dignetur, eam iterum atque iterum precamur, cui nos & noſtra omnia ſupplices commendamus. Dat. Januæ MCDLV. die V. novembris. Stetit adhuc aliquot annis Capha contra Turcarum Tartarorumque molitiones: Genuenſes autem hoc tempore gravibus diſſenſionibus implicit fuere, quas Alfonſus Aragonum & Siciliæ Rex aluit auxitque, ut Folieta (a) narrat, immiſſis maritimis terreſtribuſque exercitibus adverſus Petrum ducem; qui ſua conſtantia hoſtium impetus fregit.

Expoſita Ponticarum gentium pericula.

Genuenſes diſſidiis implciti.

(a) Foliet. l. 10. S. Ant. 3. p. tit. 21. c. 16. §. 1. & alii.

XXXV.

De indicto ſibi injuſto bello queſtus eſt per literas (b) Petrus Fregoſius apud Alfonſum ipſum admodum intempeſtivo tempore arma in ſe vertiſſe, quæ una cum cæteris principibus pro Chriſtiani imperii ſalute & gloria ad reprimendos Turcas ſtringenda fuiſſent, quo in bello Genuenſes eum ducem eſſent ſecuti: nunc vero violatas ab eo inducias, & contra datam fidem non indicto bello claſſem ad vaſtandam Liguriam immiſſam, quæ an juſte vel injuria fierant, ad Deum teſtem & judicem & ad Romanum Pontificem Petrus ipſe provocavit.

(b) Ext. inter ep. procerum mundi collect. Donzel. p. 57.

Petrus Fregoſius dux Januæ Regi Aragonum & utriuſque Siciliæ.

Ducis Genuen. ad Alf. lit.

Cogitantes, quod bella adverſus nos ſæpenumero, ſereniſſime ac excellentiſſime Rex, injuſte tamen ſuſcepiſti, magnitudinem animi tui, etiam ſi plura forſitan cupit quam capere poſſit, admirari & extollere aliquando potuimus, ſed ubi aperte deprehendimus nullam inter nos belli cauſam eſſe, niſi ſi tuos movet prædæ aviditas, id indignum tanto Rege nemo eſt qui neſciat. Admirari tamen ſatis non poſſumus ſapientiam tuam, cum per ætatem, tum rerum graviſſimarum uſu tum periculis edoctam, toties adverſus nos male expertam, fortunam tuam rurſus velle tentare, eo magis, quo nos tot veteribus totque recentibus injuriis, quot tua majeſtas nobis intulit, prorſus abjectis, ſummique Pontificis conſilio & precibus moti, ſuperiore anno ad inducias ſemeſtres pervenimus, in quo & ſi pro fide tanti numinis & pro noſtra animi æquitate, ac in tuam amplitudinem devotione tuum animum tuum ad tranquillitatem pacemque confirmatum credidimus, exiſtimavimus pericula Turcorum, quibus ſine tua & noſtra pace tute ſatis occurri non poterat, non modo ſervandæ paci, ſed augendæ inter nos benevolentiæ prodeſſe poſſe. Nam cum ſciremus hanc animi tui eſſe magnitudinem, ut in gerendis bellis vera gloria conſtituta eſſet, oblatum tuæ majeſtati hoſtem eſſe videbamus, cum quo non humanam modo, ſed cæleſtem gloriam poſſes adipiſci, in quo gerendo & ſi per te potentiſſimus videbare, nos propitios ac omnino obſequentes tibi habere potuiſſes.

Nimiam ejus arguit cupiditatem.

Debuiſſe ipſum arma vertere in Turcas.

Quæ igitur, ſapientiſſime Rex, cauſa excitare te aut compellere potuit, ut rurſus & tam repente bellum adverſus nos in tot calamitatibus orbis Chriſtiani ſuſciperes, ubi nihil a nobis non modo agi, ſed nec cogitari videres, quod tuæ amplitudini tuæque dignitati obeſſet? At ſaltem ſi tanta nobiſcum pugnandi cupiditas te movet, quæ certe movere non deberet, quomodo fœderis percuſſi inter nos oblitus es, ut prius triremes ad noſtra damna præmiſeris, quam id modo aliquo denuntiatum nobis fuiſſet

Non fœdus initum abrumpere.

re

ne volueris? Eſtne hæc fides tanti Regis, ut triremes tuæ, quas paulo ante amicas hoſpiteſque & omni commeatu ac humanitate plenas a nobis dimiſeramus, vix portu noſtro egreſſæ ad noſtra damna diſcurrere non erubuerint? quis eſt inter Chriſtianos principes, qui tam injuſte, tam repentine bellum ſuſcepiſſet? Rex es qui multa per ætatem tuam expertus es, ita ut felicitatem tuam, qui te diligunt, & qui te non norunt plerumque poſſint extollere, quive nullius conſilio indigere videare; ſed memento tamen nihil tam firmum ac ſtabile eſſe, cui periculum non ſit ab invalido. Hæc jam laborum vitæ tuorum pars ſupereſt, & quam pugnando gloriam adeptus es, pace demum & otio magis, quam diuturnis laboribus ſervare poſſis. Plures Reges pacis artibus, juſtitiaque, quam armis adepti ſunt & plures fuere, qui injuriam inferentes plerumque ſunt ab impari hoſte ſuperati.

Monitus ut juſtitiam colat.

Si tamen ullam majeſtas tua querelam deferre velit, habes Pontificem, ſunt Reges, ſunt alii principes quorum conſilio omnis noſtra controverſia dirimi poſſit, quod ſi fugis, tu ipſemet juſte, cum injuſte facias facile judicabis. Si nos, ut cœpiſti, laceſſere non deſines, Deum fidei & cauſæ noſtræ teſtem judicemque obteſtantes ſaluti noſtræ ita conſulemus, ut hujus ſuſcepti conſilii majeſtatem tuam aliquando pœniteat. Januæ die XVII. julii MCDLV.

XXXVI. Genuenſis belli deſcriptio. (a) Ext. ibid. p. 64.

Conſecutæ ſunt paucis poſt diebus Genuæ ingentes rerum converſiones ac perturbationes, quas deſcribit Petrus ipſe Fregoſius dux in aliis ad Alfonſum Regem ſcriptis literis (a), quibus ſignificat, ſe de omnibus adverſariis triumphaſſe: *Cum*, inquit, XXVIII. *julii arci Caſtelloti præfeciſſemus fratres noſtros Paudulphum & Thomaſinum, tradita illis trecentorum prope militum manu, primis tenebris urbem reliquimus, ternaſque triremes, quas inſtructas habuimus, paucis comitantibus ſtatim conſcendimus, inde tranquillo mari vecti Segeſtum oppidum in orientali ora poſitum tenuimus. Interim omnis adverſariorum factio haud exiguum equitum numerum, magnas mercenarii militis copias, nec minora agreſtium hominum agmina ſecum trahentium intra urbem accepta eſt. Nec multo poſt, cum de inſtaurandis publicis rebus agi cœptum eſſet, exortis* [*ut aſſolet*] *inter factiones diſcordiis, quæ ratione componi poſſe non videbantur, ad vim & ad arma concurſum eſt, ita non diſcedentibus modo principibus factione, ſed inter ſeſe mutuo pugnantibus, tandem prima menſis hujus die in ipſo ſolis exortu Januenſem in portum delati ſumus, quo cognito multi adverſariorum diſcordias execrati in partes noſtras tranſire cœperunt. Expoſitis igitur in terram copiis, quas ea claſſe nobiſcum adduxeramus, fratribus noſtris, qui mox nobis occurrerant conjuncti adverſarios adorti ſumus, quibus brevi fuſis ac fugatis intra paucas horas, palatio quoque publico potiti ſumus, cur adverſarii tota in urbe nobis ceſſiſſent, ignotum omnibus eſt, & abjectis mox armis pax civitati reſtituta. Hic fuit, illuſtriſſime princeps, civilis belli exitus, quod tertium intra diem nullo prope ſanguine nulla civitatis clade ſedatum eſt, &c. Januæ MCDLIV. die IV. aug.*

Parta a Petro Fregoſio victoria.

Urſit Alfonſus Petrum (b) ut pactas inducias confirmaret: adhibuit etiam Calliſtus apoſtolicam authoritatem, ut confectam Neapoli Italicam pacem a Dominico Cardinale Firmano Nicolai legato tueretur. Cæterum, ob petitam iniquo bello Liguriam ab Alfonſo Rege, non mirum eſt æqui & recti amantiſſimum, Italicæque potentiæ pro recuperanda Conſtantinopoli in Turcas convertendæ cupidiſſimum Calliſtum Papam ab eodem Alfonſo abalienatum animo fuiſſe, quod ei vertere vitio nonnulli authores, ſed perperam, cum nihil indignius eſſet, quam Alfonſum poſt tot jactata verba de conficienda in Turcas expeditione, coactaſque decumas impetus non in barbaros, ſed in Genuenſes bello ab infidelibus petitos, vertiſſe.

(b) Ibid.

Rogatus Alfonſus ut confirmet inducias.

Fracti ejus conatus a Petro duce.

Inſignis Alfonſi perfidia.

Aliam diſcordiarum cauſam Pontificem inter & Alfonſum affert Gobelinus (c), dum ait Alfonſum præſidentem ſibi nihil æquum iniquumve a Calliſto, qui olim ipſi obnoxius, & regiis obſequiis addictiſſimus extitiſſet, quique etiam eo inſtante cardinalatum obtinuiſſet, negatum iri poſtulaſſe ut Neapolitanum regnum tum ipſi tum Ferdinando ex adultera ſuſcepto jure fiduciario traderet, ac Picenum & plura alia Romanæ eccleſiæ loca donaret: hæc autem iniqua poſtulata Calliſtum, ne Eccleſiæ dignitatem proderet, juraque diſſiparet, conſtanter repuliſſe, ac regnum, quod ad ejuſdem Regis filium ſpurium ſpectare non poterat, ad ſedem Apoſtolicam jure devolvendum eccleſiaſticæ ditioni conjungere decreviſſe (d).

(c) Gobel. l. 1.

Plura iniqua poſtulat a Calliſto. Repulſam patitur. Regnum Neap. poſt mortem Alfonſi ad Eccleſiam jure devolvendum.

(d) Lib. 1. p. 1.

Tuendi ejuſdem juris eccleſiaſtici ſtudio Calliſtus Jacobi Piccinini nova molientis conatus, antequam erumperent, repreſſit; ac proceres pontificii principatus, ubicumque magiſtratus, renovatis Nicolai V. literis monuit ut ad viri iniqui molitiones evertendas conſurgerent. Ut vero Jacobus ipſe a Rege Aragonum adjutus proximo anno Senenſes vexarit, ejuſque impetus Pontifice iiſdem Senenſibus ferente ſuppetias, debilitati fuerint, dicetur inferius.

Piccinino Alfonſus favet pro turbanda Italia.

XXXVII. Immunitas eccleſiaſtici ordinis defenſa a Calliſto.

Cæterum Calliſtus non Romanæ modo, ſed aliarum etiam eccleſiarum jura aſſerenda ſuſcepit; cumque in Salisburgenſi archiepiſcopatu clerici ad laicorum tribunalia traherentur, ſanctionem edidit, qua

qua Friderici II. edictum de libertate eccleſiaſtica ab Honorio IV. confirmatum, & Caroli IV. ſanctionem firma eſſe juſſit (a), cenſurarumque pœnas contra hæc molientibus propoſuit.

(a) Lib. 19. p. 10.

Ad futuram rei memoriam.

Clerici ad judicium ſæculare rapti.

*Cum, ſicut ad noſtrum non ſine moeſtis turbatione pervenit auditum, nonnulli, & præſertim laici diœceſis & provinciæ Salzeburgenſis, nomen Domini in vanum recipere non formidantes, contra canonicas ſanctiones, & conſtitutiones imperiales, venerabiles fratres noſtros archiepiſcopum Salzeburgenſem, Gurcenſem, Seccovienſem, Chimenſem, & Lovantienſem epiſcopos, ac prælatos, & eccleſiaſticas perſonas provinciæ & diœceſis prædictorum, eorum quibuſdam in Viennenſi Auſtriæ, Graczſtiriæ, & Sanctovito Carinthiæ oppidis dictæ provinciæ, aliiſque ſæcularibus judicibus in quacunque quæſtione ſeu cauſa ad ſæculare judicium trahere, & alias eos diverſis injuriis & moleſtiis afficere multipliciter præſumant in animarum ſuarum periculum, dictæ libertatis ſubverſionem, ac non apoſtolicæ ſedis, & canonicarum ſanctionum, ac conſtitutionum imperialium vilipendium, perniciofum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum; nos, qui eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, præſertim archiepiſcopali, ſeu epiſcopali dignitate præditas, in ſuæ libertatis integritate, noſtris potiſſime temporibus, conſervari, & vigere intenſis deſideriis affectamus, attendentes quod licet felicis recordationis Honorius Papa IV. prædeceſſor noſter conſtitutionem quondam Frederici II. olim Romanorum Imperatoris, per quam idem Fredericus tunc in obedientia & devotione S. R. E. perſiſtens, inter cætera ordinavit, quod nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili, ad judicium ſæculare trahere præſumeret, contra canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor a ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, ac judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus, apoſtolica auctoritate approbans, & confirmans, ipſam conſtitutionem mandaverit inviolabiliter obſervari, & contra præſumptores hujuſmodi, tam apoſtolica, quam etiam imperiali auctoritate debite proviſum fuerit, ne tamen prædicta ſcintilla periculoſos impoſterum afflare poſſit ignes, pœnarum exaggeratione, prout expedit, ſolicite providere, & temerariis auſibus hujuſmodi obviare volentes, hoc perpetuo valituræ & irrefragabilis conſtitutionis edicto, omnibus & ſingulis in prædictis, ac aliis oppidis, terris, villis, & locis in præfata provincia ubilibet commorantibus cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, ſeu nobilitatis fuerint, etiam ſi ducali, marchionali, comitali, aut alia quacunque eccleſiaſtica vel mundana dignitate ſeu præeminentia præfulgeant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis & anathematis, aliiſque infraſcriptis ſententiis, cenſuris, & pœnis diſtrictius inhibemus, ne inantea perpetuis futuris temporibus archiepiſcopum, epiſcopos, prælatos, & perſonas eccleſiaſticos provinciæ, & prædictarum ac aliarum ejuſdem provinciæ civitatum & diœceſum, præſentes & futuros, prætextu cujuſvis conſuetudinis quantocunque longiſſimo, etiam cujus contrarii memoria hominum non haberetur tempore, inviolabiliter obſervatæ, quam, cum ſacris ſit inimica canonibus, verius corruptelam reputamus, aut quorumcunque indultorum ſeu privilegiorum etiam apoſtolicorum, quæ omnia & ſingula ſub quibuſvis formis & expreſſionibus verborum, ac cum quibuſcumque clauſulis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa fuerint, quo ad præmiſſa dumtaxat revocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro infectis habemus, illis alias in ſuo robore permanſuris, quacunque occaſione, vel cauſa, etiam ratione homicidii, delicti, contractus, vel rei, de qua agitur ubicunque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſa conſiſtat, per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, coram prædictis, ſeu quibuſvis aliis judicibus & diffinitoribus ſæcularibus præſentibus & futuris, quocunque nomine appellentur, in præfatis, vel aliis locis ad judicium trahere, aut alias ipſos in perſonis & rebus, ſeu alias qualitercunque vexare, moleſtare, ſeu etiam perturbare quoquomodo præſumant. Qui vero contrarium fecerint, ultra pœnas eis a jure inflictas, quas harum ſerie innovamus & approbamus, & in dictos præſumptores tenore præſentium proferimus, & promulgamus, ſi perſonæ fuerint ſingulares, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant; ſi vero collegium, communitas, vel univerſitas civitatis, terræ, caſtri, villæ, ſeu loci alterius cujuſcunque, ipſa civitas, & caſtrum, oppidum, villa, ſeu locus, interdicto ſubjaceant ipſo facto, mandantes diſtrictius univerſis, & ſingulis eccleſiarum prælatis, earumque locumtenentibus, ac aliis juriſdictionem habentibus, quatenus præſumptores prædictos & eorum quemlibet, quamprimum aliquam de ipſorum præſumptione hujuſmodi notitiam habuerint, excommunicatos, aut illorum civitates, terras, caſtra, villas, & loca, interdicto ſuppoſita fuiſſe & eſſe, tamdiu dominicis, aliiſque feſtivis diebus in eccleſiis, cum inibi major populi multitudo convenerit ad divina nuncient, & a ſuis ſubditis nunciari, nec non ab omnibus arctius evitari faciant, donec præſumptores ipſi de præſumptione hujuſmodi ſatisfecerint competenter, & ſuper præmiſſis abſolutionis ac relaxationis beneficium a nobis, vel ſede prædicta meruerint obtinere. Nos enim, prout etiam ſunt, omnes, & ſingulos proceſſus, ſenten-

Pontificiis & Cæſareis ſanctionibus id vetitum.

Judicibus contra tendentibus impoſitæ pœnæ.

Contraria conſuetudo ut corruptela reſcindenda.

Anathema in prævaricatores promulgatum.

tias

tias, cenſuras, & pœnas, quos ſeu quas per ipſos judices ſæculares contra archiepiſcopum, epiſcopos, prælatos, & clericos prædictos, vel aliquem ipſorum haberi, ſeu promulgari, ac totum id, & quicquid contra inhibitionem hujuſmodi fieri vel attentari contigerit, irrita & inania, nulliuſque firmitatis, ac ipſos ſæculares judices officio judicandi, & cauſas audiendi privatas, & ad ſimilia, vel alia quæcumque ſæcularia officia, & actus legitimos inpoſterum exercendu, & exercendos penitus inhabiles, ac prorſus infames eſſe, & non ſolum dicti Frederici, ac etiam claræ memoriæ Caroli IV. Romanorum Imperatorum in tales inflictas pœnas incidiſſe, & ſi illas animo (quod abſit) per tres menſes ſuſtinuerint indurato, contra ipſos tanquam contra hæreticos de fide ſuſpectos procedi poſſe, & debere, quibuſcumque conſuetudinibus vel privilegiis, etiam apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, decernimus & declaramus per præſentes, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto non. maii pontificatus noſtri anno 1.

Si temnantur cenſuræ velut in hæreticos decernendum.

Treverenſ. archiep. eccleſiaſticæ libertatis proditor.

Germanici cleri dignitatem & jura tuente Pontifice, a ſuo munere adeo aliqui eccleſiaſtici inter quos erat Jacobus archiepiſcopus Treverenſis abſuere, ut ad eliđendam auctoritatem pontificiam Imperatorem ſubornare moliti ſint, objecto prætextu privilegia Germanica labefactari a curia Romana. Sed pernicioſis iis ſuaſionibus reſtitit Æneas Sylvius: *Non eſſe e re Cæſaris, ajebat,* (a), *Romani Pontificis auctoritatem reprimere, ut populi gratia iniretur, quæ ſui natura inconſtantiſſima eſt: nec multitudini relinquendas habenas, quam eſſet principatibus inimicam: inter principes aliquando amicitiam inveniri, inter plebem & Regem odium immortale: Papam Imperatoris & Imperatorem Papæ auxilio indigere: ſtultum eſſe illi nocere cujus expectes opem: eam pontificatus novus initur, tunc Romani præſulis gratiam beneficiis emerendum.*

(a) Gobel. in commen. Pii II.

Sacerdotium & imperium mutuo ſe fulcire debent.

XXXVIII. Aucta in Gracia ſcelera.

Oppreſſam præterea in Gallæciæ regno juſtitiam reſtituere aggreſſus eſt novus Pontifex, adeo quippe improbitas liberis habenis ibi graſſabatur, ut plures conductis ſicariis vel ad explendam avaritiam, vel ad faſtus oſtentationem inſontium ſanguinem funderent, ſtruerentur inſidiæ laicis & eccleſiaſticis, eruptiones in agros fierent, agitarentur latrocinia, incendia, raptus, membrorum mutilationes patrarentur, expilarentur eccleſiæ & monaſteria, tantumque aberat, ut tantorum ſcelerum auctores pœna afficerentur, ut etiam plurium patrocinia ſibi conciliarent. Quos omnes ut comprimeret ſummus Dei vicarius, hæc ſanxit (b).

(b) Lib. 1. p. 15.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motu proprio, atque auctoritate apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia, & deliberata voluntate, præfatis ſacrilegis & delinquentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna maledictionis æternæ mandamus, quatenus non audeant de cætero ſimilia attentare, ſtatuentes, decernentes, & ordinantes, quod omnes & ſinguli quicumque, quotcumque, & qualeſcumque, ac cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ſint, aut quavis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui talia, aut alia eis ſimilia fecerint, illorumque receptatores ac fautores, eiſque dantes quovis modo auxilium, conſilium & favorem, ipſo facto ſint ab ipſo ſummo Deo Patre & Filio & Spiritu Sancto, atque a nobis maledicti, ac perdat eos Dominus velociter, ipſique, & quilibet eorum excommunicationis & anathematis, ac perditionis cujuſcumque juris patronatus & feudi, quod ab Eccleſia tenuerit, ſententias & pœnas, a quibus niſi ſatisfactione condigna prævia vel in mortis articulo conſtituti, a quoquam quavis auctoritate abſolvi nequeant, incurrant eo ipſo, ac pro excommunicatis ex tunc haberi volumus, ſeparantes ipſos a conſortio Chriſti fidelium, ac decernentes ipſos inſuper, eorumque receptores, auxiliatores, defenſores, conſiliatores, fautores non ſolum a jure, verum etiam die jovis ſancta in cœna Domini, tam per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices in hæreticos & alios facinoroſos hactenus promulgatas, quam per nos, divina diſponente clementia, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices in futurum promulgandas ſententias incurrere, & pariformiter innodatos fore, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLV. IV. non. maii pontificatus noſtri anno I.

Sontes diris pontificiis deſixi.

XXXIX. Indictum Granatenſibus bellum.

Depellendæ alterius ex Hiſpania peſtis pio ſtudio ductus Pontifex ſacrum in Mahometanos Granatenſes bellum commovit, cujus adminiſtrandi imperium ſuſcepit Henricus Caſteliæ Rex. Ad Chriſti itaque cultores ſub ejus ſignis cogendos Calliſtus apoſtolicis literis propoſuit (c), ut Mahometani ex Africa in Hiſpanias eruptione facta eas oppreſſiſſent, ſacraque omnia profanaſſent: ſenſim vero longo temporis curſu domiti, compulſique in Granatenſe regnum fuiſſent: ex eo autem ipſos proximis evolutis annis plures excurſiones molitos in Caſteliam, graveſque Chriſtianæ religioni intuliſſe calamitates; atque ideo cum Henricus regni auſpicia tanto abolendo dedecori conſecrarit, cruciſque ſymbolum induerit, in tam ſtrenuo opere non deſerendum, propoſitæ ſunt a Pontifice ampliſſimæ delictorum indulgentiæ, religioſam militiam profeſſuris; utque in bellicos ſumptus neceſſariam auri vim Regi compararet, iiſdem indulgentiis potiri voluit, qui tres nummos aureos contuliſſent.

(c) Lib. c. p. 27.

Ad futuram rei memoriam.

Et ſi nonnunquam, omnipotens, juſtus, ac miſericors Dominus, populum ſuum juſte pro peccatis etiam ab exteris gentibus cædi & affligi plurimum ac plerumque a propriis ſedibus ejici permittat; tamen expiatis poſtmodum culpis, populum ipſum miſericorditer liberat, & gentium hujuſmodi in ſe gloriantium potentiam confringit, & deducit ad nihilum. Hinc eſt quod, cum licet longiſſimis retro temporibus impiiſſimi Machometi ſectæ cultores Saraceni, ſatellites diaboli Hiſpaniarum provinciam, longe lateque diffuſam in maxima gentium multitudine, peccatis exigentibus, occupaverint, depopulaverint, & afflixerint, ac famelico & inſatiabili quodammodo ſtomacho totam provinciam ipſam deglutire ſatagentes, cæſis ſacerdotibus, aris ſacris demolitis, eccleſiis factis meſchitis, evangeliorum, aliarumque ſacrarum literarum codicibus ruptis, deletis, in lutum, fœtoremque dejectis & conculcatis, ut nomen Jeſu, in quo ſalus eſt credentibus, exul fieret, & Machometi, in quo maledictio eſt & perditio, coleretur, ſtuduerint atque curaverint, ac poſtmodum Chriſtianorum populo ad Deum converſo, & in humilitate & manſuetudine miſericorditer clamante ſuſcipiens manſuetos Dominus, ac peccatores uſque ad terram humilians, catholicorum Regum, & principum uſus miniſterio, maximam hujuſmodi Hiſpaniarum provinciæ plagam potenter liberaverit, tamen nequiſſimi vivificæ crucis, quo redempti ſumus hoſtes hujuſmodi in quibuſdam ultimis dictæ provinciæ partibus, videlicet in regno Granatæ ſe reduxerunt, ac ſua inibi, ut credunt, firma fixerunt tabernacula, ut quaſi poſſint contra Dei potentiam prævalere, Chriſtianos regnorum Caſtellæ & Legionis incolas cædere, invadere, & captivare non ceſſent, & ſicut nuper, non ſine ingenti cordis noſtri exultatione, percepimus chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus dictorum regnorum Rex illuſtris quamprimum regale ſuſcepit imperium, tanquam fortiſſimus Chriſti miles, & intrepidus pugil primitias principatus & fortitudinis ſuæ Deo daturus, intendat mari terraque, copioſo cum fidelium exercitu contra præfatos hoſtes inſurgere, confiſus in verbo Domini per prophetam dicentis : Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum; *& quod converſis ad Deum miſerebitur, & judicium faciet injuriam patientibus pro juſtitia & religione, impavidus multitudinis gentis iſtius, ac ſperans ſe illum in auxiliatorem habere, qui eſt Abrahæ fideli auxiliatus in bello, quando pariter cum trecentis vernaculis potentiſſimos Reges fudit, ſpoliavit, & occidit; nos, qui inter cunctas orbis provincias, quas cæleſtis agricola in vineam Sabaoth, ſuper cujus cuſtodiam cum timore poſitos nos eſſe cognoſcimus, plantavit mira benignitas, ipſam Hiſpaniarum provinciam, quam glorioſiſſimus Chriſti Apoſtolus Jacobus in ſorte prædicationis recepit, tanquam filiam prædilectam in viſceribus charitatis gerentes, ad hoc vigilanter intendimus, ac noſtros continuo diffundimus cogitatus, ad hoc opem impendimus & operam, ut de ipſius Granatæ regno quondam Chriſtianorum habitaculo, totiſque Hiſpaniarum finibus ipſi Saraceni penitus propellantur, nec non per univerſas dictæ provinciæ partes invictiſſimum Chriſti nomen colatur, & veneretur, tam ſaluberrimum, tamque laudabile dicti Regis propoſitum in Domino plurimum commendantes, & ut præfatus Rex piis fidelium regnorum ac dominiorum ſuorum adjutus ſuffragiis eo facilius, celeriuſque ſalubrem & ſperatum dicti propoſiti conſequatur effectum, ac fideles ipſi ad præparationem, & manutentionem exercitus hujuſmodi, in eorum perſonis, rebus, & bonis eo promptius ſubſidia impendant opportuna, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, qui propriis, aut dicti Regis, ſeu alterius cujuſque expenſis de ipſius Regis, ſeu alterius per eum deputandi licentia, in hujuſmodi exercitu crucis vexillum perſonaliter ſecuti fuerint, ſi capaces divinæ gratiæ, in aliquo adverſus infideles ipſos habendo conflictu, ſeu in exercitu hujuſmodi, ſeu ad illum proficiſcendo aut ad propria redeundo in itinere deceſſerint, de omnipotentis Dei, noſtra, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum authoritate confiſi, plenariam ſuorum concedimus remiſſionem peccatorum. Eiſdem vero, qui in dicto exercitu vexillum hujuſmodi ſequuti ſupervixerint, nec non omnibus & ſingulis utriuſque ſexus perſonis, quæ de bonis ſibi a Deo collatis, ad præparationem, & manutentionem prædictas, etiamſi præparationem ipſam per treugas, vel alias ad aliquod tempus prorogari, ſed differri contigerit, tres florenos auri de Aragonia, vel ducentos, Marabotinos monetæ in dictis Caſtellæ & Legionis regnis currentis erogaverint & contribuerint, ac perſonis ad hoc per dictum Regem eligendis, ſeu deputandis ſolverint realiter & cum effectu, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus; quod confeſſor, quem ipſorum quilibet duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo, in illo videlicet ex quo mors ipſa ſubſequitur, etiamſi pluries timor mortis plures alias ſimiles abſolutiones vigore præſentium concedi contingat, plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei, unitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium*

per-

De Saracenorum in Hiſpanias irruptione.

Divina vi tandem illi compreſſi.

Suſcepta ab Henrico Rege in eos expeditio.

Fideles a Pont. ad ſequenda illius ſigna concitati.

Indulgentiæ ſtipem collaturis propoſitæ.

Digitized by Google

*perſiſtentibus, dicta auctoritate concedere poſſint, ſic tamen quod confeſſor ipſe de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, illam fidelibus eiſdem ſic confeſſis per ſe, ſi ſupervixerint, aut per ſuos heredes, ſi tunc tranſierint, faciendam injungat, quam illi facere teneantur. Et ne (quod abſit) propterea fideles ipſi procliviores reddantur ad * illota inpoſterum committenda, volumus quod ſi ex confidentia remiſſionis hujuſmodi aliquid forte commiſerint, quo ad illa dicta remiſſio nullatenus ſuffragetur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLV. x. kal. maii anno 1.* Inſtructos ub Henrico ingentes bellicos apparatus, narrat Joannes Mariana (*a*), ac numeraſſe ſub ſignis quatuordecim equitum peditumque quinquaginta millia. Iis itaque ſuccinctum copiis irrupiſſe in regnum Granatenſe, agroſque, ſata, & vinea vaſtaſſe, promotis etiam in Granatæ conſpectum caſtris; illius agros quoque igni ferroque excidiſſe: cum vero Granatenſes inſtructis agminibus pugnandi copiam facerent, unius certaminis diſcrimini victoriam committere detrectaſſe Henricum, quippe qui decreviſſet trium continentium annorum flexu in Granatenſes cum exercitu excurrere, & agris evaſtatis ipſos in ſummam inopiam redigere, quo facilius eorum regnum evertere poſſet; at ægre tuliſſe militem ad ſpolia ex hoſte rapienda non dimitti, atque ignaviæ adſcriptum Regis id conſilium, adeo ut in ipſum conjuratio facta ſit: diſſolutum itaque ab Rege exercitum, ac ne a priore conſilio Granatenſium excidendorum, deſtitiſſe videretur, gentilitio ſcuto duos mali granati ramos addidiſſe.

* illicita

(*a*) *Mariana l. 22. c. 17.*

Granatenſis ager evaſtatus a Chriſtianis.

Miles diſciplinæ impatiens.

XL. Vincentius Ferrerius ſanctis adſcriptus.

(*b*) *S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ. Leander l. 5. de viris illuſt. ord. Prad. Marian. l. 22. c. 17. Sur. to. 2. 5. april. & alii.*

Hoc anno magnum Hiſpaniarum lumen & ornamentum Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, de quo jam ante ſæpius a nobis actum eſt, in ſanctorum numerum ſolemni ritu repoſitus eſt a Calliſto referente illi gratiam pro ſummo pontificatu ſibi olim prænuntiato, cum jam ante, ut vidimus, religioſa actio de beati viri ſanctitate & admirandis rebus geſtis prædeceſſorum imperio inſtituta fuiſſet; qua de re hæc tradit S. Antoninus (*b*) [1]: *Hic in principio ſui pontificatus, ſcilicet menſe junii in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, præmiſſa diligenti examinatione, facta ex commiſſione Apoſtolicæ ſedis a quibuſdam prælatis Eccleſiæ in diverſis mundi partibus, in quibus fuerat magiſter Vincentius de Aragonia converſatus, & ubi verbum Dei diſſeminarat, eum in ſanctos retulit, qui per annos triginta ſingulis diebus poſt decantationem miſſæ per eum præſente clero cum lacrymis copioſis populis cum maximo concurſu & fructu prædicaverat per Franciam, Hiſpaniam, Aragoniam, uſque ad Genuam declinans, & convertens ad fidem multos Judæorum & gentilium: tandem plenus dierum in pace quievit in Britannia anno Domini MCCCCXVI. vel circa, miraculis etiam claruit.* Nullum a Calliſto divulgatum diploma de ſanctorum honoribus Vincentio decretis, cum ejus miracula tam anguſtis finibus contineri non poſſent, teſtatus (*c*) eſt poſtea Pius II. idemque inſignem ea de re ſanctionem edidit in qua plura præfatus de argumentis, quibus Deus fidem orthodoxam conſtabilivit, ſubjicit quæ ſequuntur.

Triginta annis ſingulis diebus divinum verbum prædicaverat.

(*c*) *Ext. in bullar. in Pio II. conſt. 1.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum in occiduis partibus Judæorum maxime & infidelium multitudo creviſſet, ac literis & divitiis affluerent, propemodum tremenda quoque dies illa noviſſima oblivioni pene tradita eſſet divina providentia altitudo, quæ præclaris viris eandem Eccleſiam, inſtaurare & decorare diſpenſaverat, pro ipſorum ſalute fidelium Vincentium Valentinianum ordinis fratrum Prædicatorum, & ſacræ Theologiæ eximium profeſſorem, æterni evangelii in ſe documenta habentem, veluti athletam ſtrenuum ad Judæorum eorundem, Saracenorumque, & aliorum infidelium confutandos errores, ac extremi tremendique judicii diem quaſi alterum angelum volantem per cœli medium pronuntiandum evangelizandumque ſedentibus ſuper terram tempore opportuno tranſmiſit, ut in omnes gentes, tribus & linguas, populos & nationes verba ſalutis diffunderet, regnum Dei diemque judicii appropinquare oſtenderet, & æternæ vitæ ſemitam demonſtraret. Addit illum virginitatis candore adeo excelluiſſe, ut mentium incorporearum puritatem imitaretur: ortum Valentiæ in Hiſpania e Chriſtianis parentibus atque in divino cultu educatum, decimo octavo ætatis anno ordini Prædicatorum ſe aggregaſſe, doctrinæ laude flo-

Plures Hebræi atque infideles ad Chriſtum converſi a B. Vinc.

Ejus virginitas inſignis.

Eximii labores in prædicando evangelio.

NOTÆ [1] HOc anno in ſanctorum album relatus eſt S. Vincentius Ferrerius menſe & die in annalibus expreſſis. Dupleſſy *In myſterio Iniquitat.* ea eo, quo vellicatur, prurito Romanorum pontificum geſta omnia mordendi, a cardinali Beſſarione ea occaſione dicterium illud obtruſum refert: *Sancti iſti recentiores veterum Sanctorum opinionem mihi adimunt.* Sed præterquam nullum unde id Pleſſyus deduxerit authorem laudat, vix credo id uſurpari a Beſſarione potuiſſe de viro cujus tanta erat dum viveret ſanctimoniæ opinio, ut Conſtantienſis concilii Patres literis ad illum datis probitati ejus teſtimonium dederint ſingulare. Quin & dicterium illud alterius eſſe hominis teſtatur Franciſcus Sacchetti novel. par. II. ſcribens id olim uſurpare conſueviſſe Ghiuum Cittadellæ principem (Marcheſe) de viris nonnullis, quos vulgi opinio ſanctorum elogio donaverat. Porro Franciſcus ſæculo decimo quarto florebat. MANSI

floruiſſe, atque Hiſpanias, Gallias, Italiamque, quo quocumque pergeret divino verbo peragraſſe, ac demum cum ſeptuageſimum annum egreſſus eſſet, in Venetenſi urbe pie obiiſſe: fulſiſſe etiam poſtea miraculis, ac primum Joannem & Petrum Britanniæ duces, Martinum V. Eugenium IV. ac Nicolaum V. de patratis ejus ope cœleſtibus prodigiis certiores feciſſe: Joannem etiam Caſtellæ & Legionis, Alphonſumque Aragonum Reges, ac plures præſules de illius vitæ ſanctitate teſtimonium præbuiſſe, cum ſingulares beati viri dotes his verbis perſtringit.

XLI. *Tantus in eo gratiæ fulgor apparuit, tanta Spiritus Sancti abundantia in eo fuit, tot de ore prædicantis ſpecioſiſſimæ veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis Judæos in lege etiam peritiſſimos, qui Chriſtum pertinaciter veniſſe negabant, ad fidem catholicam converteret, & efficaciſſimos multos ex eis prædicatores adventus Chriſti, paſſionis, ac reſurrectionis, & pro Chriſti nomine mori paratos fecit. Tanta in ipſo viro divino fuit authoritas dicendi, tantaque gravitas ut terrenis rebus luxuique deditos homines adeo judicii futuri timore concuteret, ut terrena deſpicerent, & amarent cœleſtia, ac levitates & luxus omnium in Dei provocaret affectum. Omni die miſſam cantavit, omni die prædicavit, omni die niſi urgens adeſſet neceſſitas, jejunavit. Conſilia ſancta & recta nulli denegavit, immo ultro obtulit: carnes non comedit, veſtem lineam non induit, manus ſuper ægros frequentiſſime miraculoſe ſanitate ſecuta impoſuit: mores caſtiſſimos ſervavit, multoſque ſtrenuos actus fecit, ubi maxime ſuper magnis rebus populos contendentes, & regna pace compoſuit: & ubi veſtis inconſutilis Eccleſiæ Dei ſciſſa conſpiciebatur, ut uniretur, & unita ſervaretur, non fruſtra plurimum laboravit, ac in ſimplicitate & humilitate ambulans, detractores perſecutoreſque ſuos cum manſuetudine recipiebat & informabat. Per ipſum quoque divina virtus ad confirmationem ſuæ prædicationis & vitæ tum per manus ipſius impoſitionem, quam reliquiarum ſuarum veſtiumque tactum ac votorum emiſſionem multa miracula oſtendit: ſpiritus namque immundos ejecit, ſurdis auditum, mutis loquelam reſtituit, cæcos illuminavit, leproſos mundavit, mortuos ſuſcitavit, aliosque variis detentos languoribus miraculoſiſſime liberavit: quorum omnium efficax aſſertio fuit, quod idem Nicolaus prædeceſſor plene de fama fidei & excellentia vitæ atque miraculorum ipſius informatus, volens ad ulteriora procedere, juxta ſanctæ Romanæ eccleſiæ morem, venerabilibus fratribus noſtris, tunc ſuis, Georgio epiſcopo Oſtienſi & eidem Calliſto prædeceſſori tunc in minoribus conſtituto, ac Joanni S. Angeli diacono Cardinali commiſit, quod de veritate fidei & excellentia vitæ ac miraculorum gratia ſe aut eorum aliquem in curia, extra vero per judices ab eis deputandos diligenter informarent: qui mandatis præfati Nicolai prædeceſſoris obtemperantes, & in curia nonnullis teſtibus examinatis, extra vero Romanam curiam juxta poteſtatem eis datam in civitate Neapolitana venerabiles fratres noſtros patriarcham Alexandrinum, archiepiſcopum Neapolitanum, & epiſcopum Majoricenſem ibidem commorantes; In partibus delphinatus Vaſionenſem & Vicenſem epiſcopos, ac dilectos filios officialem Avinionenſem & decanum eccleſiæ S. Petri Avinionenſis, in regno Franciæ archiepiſcopum Toleſanum, epiſcopum Mirapiecenſem, ac eorum officiales, in Britannia vero Dolenſem & Maclovienſem epiſcopos, nec non S. Jacuti & Dobuſanenſem Dolenſis & Nannetenſis diœceſeon abbates, ac Nannetenſem & Venetenſem officiales ſubdelegarunt; qui juxta tenorem poteſtatis eis per commiſſarios traditæ teſtes examinarunt, & dicta ipſorum in ſcriptis redacta clauſa cum ſubſcriptione notariorum & ſigillis eorum ad curiam tranſmiſerunt. Et tandem per eoſdem Cardinales commiſſarios inſpectis, recognitis, ac viſis diligenter proceſſibus inventum eſt, quod in civitate Neapoli viginti octo, in Avinionenſi & circumvicinis partibus decem & octo, in regno Franciæ videlicet Toleſana quadraginta octo, in Britannia vero trecenti & decem teſtes examinati, inter quos nonnulli S. R. E. Cardinales, multi epiſcopi & eccleſiarum prælati, Rex Aragonum præfatus, plurimique alii ex ſtatu ſæculari viri nobiles, pluresque alii legum, artium, ac ſacræ theologiæ baccalaurii, licentiati, doctores, ac magiſtri extiterunt: ac poſtquam dictus Nicolaus prædeceſſor rebus fuerat humanis exemptus, piæ memoriæ Calliſtus Papa III. prædeceſſor noſter dudum ante in minoribus conſtitutus & unus ex commiſſariis antedictis ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptus, dilectum filium noſtrum Alanum tit. S. Praxedis S. R. E. presbyterum Cardinalem loco ſui in hujuſmodi negotio deputavit delegatum, & facta eidem Calliſto prædeceſſori per præfatos commiſſarios relatione fideli in duobus ſecretis conſiſtoriis de dictis teſtium examinatorum, reperit omnia, quæ de fide, de excellentia vitæ, de laboribus, moribus caſtis, de actibus ſtrenuis, de humilitate & ſimplicitate, ac miraculis ipſius Vincentii dicta fuere legitime probata, ideoque de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ad ulteriora in canonizatione ejuſdem Vincentii procedendum eſſe decrevit; & deinde ex more dicta ipſorum teſtium fecit in duobus conſiſtoriis generalibus publice recitari: ac poſtea vocatis eiſdem Cardinalibus & prælatis, qui in curia aderant*

Plures a vitiis ad virtutes ab eo traducti.

Effulſit miraculis.

Explorata juridice eorum veritas.

Teſtium qui ea confirmarunt numerus ingens.

rant, omnes nemine diſcrepante conſuluerunt ad canonizationem dicti Vincentii eſſe merito procedendum.

XLII. Decretus illi ſanctorum honos probatur.

Idem quoque Calliſtus prædeceſſor dicta die, videlicet tertia junii pontificatus ſui anno primo, in ipſorum Cardinalium & prælatorum præſentia de ipſorum omnium conſenſu unanimi pronuntiavit atque decrevit, Vincentium præfatum eſſe canonizandum, quod publice & ſolemniter faciendum in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli proxime ſequenti, videlicet III. kal. julii pontificatus ejuſdem anno prædicto ſtatuit & etiam ordinavit.

Poſtmodum vero dictus Calliſtus prædeceſſor die ſolemnitatis Apoſtolorum hujuſmodi, ut præfertur advenients, tam ex vitæ excellentia, quam miraculorum coruſcatione nec non vera notitia, quam de ipſo Vincentio tunc vivente habuerat, cum virum comperit aſſecutum fuiſſe gratiam, quam Deus omnipotens ſanctis & electis ſuis tanxiſſit, & conſimilia ſigna ex eo conſecuta fuiſſe, quæ ad cognoſcendum fideles ac Dei miniſtros veritas in ſuo evangelio demonſtravit pro ſuæ informatione Eccleſiæ, ne poſſet errare, ſic inquiens: Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur novis, ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. *Eapropter eum auctoritate apoſtolica canonizavit, & literarum ſuarum,*

Dies ſacer ejus memoriæ deſignatus.

ſi deſuper confectæ fuiſſent, tenore in ſanctorum catalogo aſcribendum eſſe decrevit, univerſos & ſingulos patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, cæteroſque eccleſiarum prælatos monuit & attente hortatus eſt, eis nihilominus injungendo, quod octavo idus aprilis feſtum ejuſdem S. Vincentii ſicuti de uno confeſſore non Pontifice annis ſingulis devote & ſolemniter celebrarent, ac facerent a ſuis ſubditis devotione congrua celebrari & etiam venerari, ut ipſa ejus interceſſione a noxiis protecti, & ſempiterna gaudia valeant adipiſci. Subdit Pius de miraculis B. Vincentii monumenta publica in Dominicanorum ædibus ad Minervam aſſervari, exhiberique eorum exemplum petituris juſſiſſe, ac præterea ad Chriſtifidelium pietatem in ejuſdem Dei ſervum accendendam ſeptem annorum & quadragenorum indulgentias recurrente die illius feſto ejus ſepulchrum luſtraturis impertiviſſe. Cum igitur Calliſtus nullas, ut diximus, de iis literas promulgaſſet, ſanxit Pius præſtandos illi ſanctorum honores, qui ab eodem Pontifice decreti fuerant III. kal. julii, ac ſi publice a Calliſto ipſo literæ ea de re editæ fuiſſent, ſuumque diploma hac formula obſignavit. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLVIII. kal. octob. pontificatus noſtri anno I.*

Volumen de ejus miraculis conſcriptum.

Obitus B. Laurentii Juſtin.

XLIII.

Hoc anno ineunte mortales reliquit, (a) ac familiare præclaris ſuis virtutibus petiit cœlum B. Laurentius Juſtinianus, cum annum quartum ſupra ſeptuageſimum ageret, VIII. die januarii, quamvis anniverſaria ejus memoria ob octavam epiphaniæ decima quinta ejuſdem menſis ab Eccleſia colatur, ipſius enim imagini in templo S. Petri Caſtelli aræ marmoreæ impoſitæ inſculpta ſunt hæc verba: *B. Laurentius Juſtinianus primus Venetiarum patriarcha die VIII. januarii MCCCCLV.* Claruit doctrina, ſanctitate, prophetiæ dono, ac miraculis, vindicatoſque aliquando ab extremi exitii diſcrimine Venetos precibus illius refert ejus vitæ ſcriptor (b): *Quantum,* inquit, *illius oratio profuerit, unum aliquid in teſtimonium referemus. Eſt prope Corcyram locus aſper & incultus ubi vir habitaverat eremita triginta & amplius annos, vitæ abſtinentia & orationibus, & quod primum ferebatur, prophetiæ ſpiritu inſignis, gerebat forte Corcyræ negotium vir quidam de noſtris tum genere, quam moribus præſtans, qui cum arderet bellum, quod cum Philippo Mediolani duce gerebamus, & afflictiores viderentur eſſe res noſtræ, adiit virum Dei, rogat eum numquid Veneta reſpublica, ut ferebatur, deplorata eſſet, ad quem eremita: Commotus eſt, inquit, furor Domini contra vos, quia verbum Domini projeciſtis; & niſi pontificis veſtri lachrymæ interpellarent pro vobis, jamdudum quaſi ſodoma periiſſetis, tale de Laurentio teſtimonium retulit eremita in mediis Corcyræ rupibus & ſpeluncis, cui non ſolum Laurentius, ſed omnes fere mortales incogniti erant & inauditi.* Cum igitur poſt plura opera pietatem ſpirantia librum de gradibus perfectionis abſolviſſet, febre lethali correptus magno pietatis ſenſu delibutus ſacramentis omnibus ſe communiit, ſuoſque ad divinum amorem pie cohortatus eſt: *Ut erat ſupinus,* inquit Bernardus Juſtinianus (c) ejus nepos, qui aderat & vitam ejuſdem ſcripſit, *aliquandiu tenuit in cælum oculos, tum denuo ſemiclauſis in hanc ſententiam fere ſæpe, verba etiam, quantum potuimus tenere, ſubiiciemus: videtis o filii horam meam adveniſſe: benedictus Deus, qui eam tandem advenire voluit, cum nulla ſit alia via, quæ ducat in cælum: ille enim fruit nobis via, veritas, & vita, ut ejectis de paradiſo miſeris exulibus viam ſignaret in patriam redeundi. Si enim in hac vita tantum ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus; ſed abſit a nobis tam ſtulta cogitatio, quid enim vita hæc, niſi lanugo quædam ut ille inquit & veluti memoria hoſpitis unius prætereuntis? Chriſtus pro nobis mortuus eſt primitiæ dormientium: pudeat nos mortem timere, cum Dominus noſter propter nos mori voluerit. Hunc diem ſemper ante oculos habui: tu ſcis, Domine: quamquam, dum vitam meum conſidero, confuſio ſit mihi potius appellanda,*

quam

(a) *Tab. eccl. Venet. Bernard. Juſtin. in ejus vit. Sixt. Sen. bibl. l. 4. Molan. in addition. Ferar. in nov. catal. 8. januar. Sur. to. 1. Bollan. to. 1. 8. jan. Trithem. de vir. ill. Card. Bellarm. de ſcript. eccl. & alii.*

(b) *Bern. Juſtinian. in ejus vit. c. 9.*

Veneti ejus precibus a periculo vindicati.

Sacramentis ſe munit.

(c) *Ber. Juſt. c. 11.*

Pia ejus oratio ad familiares.

Ejuſdem ad Chriſtum apoſtrophe.

quam vita. Sed tu ſpiritu humilitatis ſuſcipe me bone Jeſu, vita, & ſalus animæ meæ, neque enim in juſtificationibus meis proſterno preces meas ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Illa ego ovis amiſſa, ad te paſtorem redeo, vocem tuam novi, non alienorum, peto Domine ut ad ovile me reducas: Pateſne ſpernere vocem clamantis & confugientis ad te? Nonne tu ille, qui dixiſti (a): Clamabit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione? ecce clamo plus corde, quam ore, Domine: ecce tribulatio proxima eſt, & non eſt qui eripiat, niſi tu, bone Jeſu. Sed neque felicium ſpirituum ſedes affectare auſi, qui ſpeciem intueatur ſanctiſſimæ Trinitatis: portio tamen aliqua creaturæ tuæ poſtulat micas ſuaviſſimæ menſæ tuæ. Nimium mihi fuerit &, heu quam nimium! ſi ſubtus calcem infirmi electi tui loculum aliquem huic puſillo tuo ſervulo non negaveris.

(a) *Pſ.* 90.

Hortatur ſuos ad ſervanda divina mandata.

Converſus deinde paululum ad aſtantes: *Vos interea, fratres, ſervate Domini præcepta: omnis (b) enim caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos fœni. Contemplamini me: ecce aruit fœnum & flos ejus cecidit. Horam hanc quis poterit evadere? Sed mihi credite, filii, nihil eſt præſtantius, quam ſervire Domino. Hæc cum dixiſſet, ſublato pauliſper brachio quod denudatum tenebat, caligantibus oculis, ut Iſaac illum antiquum videre te diceres, aſtantibus crucis ſigno: Benedicat, (c) inquit, vobis dominus Jeſus fratres & viſcera mea, & benedicat filiis meis, qui abſunt quos in Domino parturii. Det vobis cor, ut colatis eum: aperiat animum in lege ſua, neque vos deſerat in tempore malo. Benedicat principi noſtro & univerſo ſenatui, ut ſortem commiſſi ſibi principatus ad honorem Dei & commune omnium ordinum bonum ſibi traditam recordentur; benedicat denique populo meo, cujus amorem, pacem, concordiam, Dominus in dies magis atque magis conſervare & augere dignetur.*

(b) *Iſai* 4. & 40.

(c) *Gen.* 27.

XLIV. Amico tempus mortis prædicit.

Subdit author illum Marcello amiciſſimo prædixiſſe proximo paſchate a vivis diſceſſurum, uti contigit; Hieronymo vero dilectiſſimo, cujus ſalus conclamata erat, ſalutem prædixiſſe, reddidiſſeque: Auditos (d) etiam a duobus Carthuſianis cœleſtes concentus in ejus funere, qui nunquam conticuere, donec monaſterium ingreſſi ſunt. Ut vero ejus corpus ſexaginta ſeptem diebus inhumatum manſerit omnis corruptionis expers, cum de eodem ſacro pignore canonici patriarchales & S. Georgii apud ſe condendo certarent ita narrat: *Sacrum illud corpus in eccleſiæ ſacrario reponitur quaſi litis eventum expectaturum. Accidit autem (res omnibus retro ſeculis inaudita, pace dixerim ſanctorum aliorum omnium, quod quidem extet ex eorum monimentis) nam ubi corpus illud, dum reponitur altero ac tertio die, nec corruptionis aliquid nec fœtoris apparet, itemque & quinto & ſexto, nihilominus integrum perſeverat. Tanta rei miraculo excitata accurrit univerſa civitas, vident & exquirunt diligentius, nunquid ſit delibutum unguentis, omnia membra contrectant, nihil pigmenti aut artis, nihil rigoris in membris, fœtoris longe minus, quin potius odorem ſuaviſſimum membra illa ſpirare videbantur. Additur miraculum miraculo: nam poſt biduum rubeſcere genæ & vivus per membra ſanguis conſpici cœpit; & jam capere non poterat ſacrarium illud concurrentem turbam, & ſeſe invicem comprimentem, ut octavo tandem die neceſſe fuerit in eccleſiam publice deferri ad oculos populi exſatiandos, tum vero & admiratio & ſtupor & clamores. Igitur qui litigant & hi inſtantius poſtulant, & hi cuſtodiunt diligentius, reponitur iterum in ſacrarium ubi per dies quadraginta perſeveravit incorruptus & integer omnibus illis diebus nunquam non viſitatus eſt, nunquam ſacrarium illud non apertum omnibus fuit videre & venerari volentibus, donec ſeptimo ſupra ſexageſimum die, cum alioquin ſatis commode ſervari poſſe non videretur, ſepulturæ traditus eſt officiis & honoribus non quibus cæteri ſolent, de quorum virtute & meritis ambigatur, ſed quaſi ſancti cujuſdam reliquiæ ſic cum omni honore collocatæ decimo ſexto videlicet kal. apriles, cum ſexto id. januarias migraſſet ad Dominum. Multi non ſolum ex Italia, ſed Illyrico etiam atque Epiro ad id oſtentum domo profecti, medici omnes & præſertim Gerardus Veronenſis medicus ætate noſtra omnium nobiliſſimus, qui eum in hac ægritudine viſitavit, natura nulla vi fieri poſſe teſtati ſunt præſertim cum putrida febri laboraſſet.* Poſt cujus etiam obitum novis editis cœleſtibus virtutibus refulſit magis ſanctitatis Laurentii gloria: quibus permoti Sixtus IV. Leo X. & Adrianus VI. religioſam actionem de illo in ſanctorum numerum referendo inſtitui juſſere, ſed ea fortuitis eſt retardata caſibus. Clemens autem VII. illum anno MDXXIV. beatorum ordini aſcripſit, atque in patriarchatu Veneto illius ut beati confeſſoris epiſcopi memoriam ſacro ritu colendam ſtatuit (e).

(d) *Cap.* 12.

Ejus corpus corruptionis expers.

Poſt biduum vivo ſanguine refloreſcere viſum.

Phyſicorum teſtimonium de miraculo.

Beatorum honor illi decretus.

(e) *Ext. Clem. VII. diploma apud Sur. ubi ſup.*

XLV. Synodus Sueſſionenſis.

Celebrata eſt hoc anno ſynodus (f) provincialis apud Sueſſiones a Joanne Rhemenſi archiepiſcopo, in qua primum decretum eſt divinas laudes eo cultu corporis & animi religione, qua par erat, in eccleſiis collegiatis & monaſteriis decantandas, & eos, qui ſacram precationem riſu, jocis aut ſermone confunderent, pœna afficiendos: aboleri etiam juſſa corruptela, qua theatrales & ludi & mercimonia in eccleſiis interdum habebantur, atque impoſita ſacerdoti id permittenti tri-

(f) *MS. bibl. Vallic.*

me-

meſtrium vectigalium eccleſiaſticorum mulctæ; prohibitæ religioſis viris choreæ: conſtitutum in aleatores & ganeones clericos animadverſum iri; moniti præſules, ut virtute & ſcientia præſtentes ſacris ordinibus initient: inſtauratum Bituricenſe decretum in concubinarios: imperatum præſulibus, ut fornicationes & adulteria publica omni ſtudio niterentur tollere, pluraque alia conſtituta ſunt, quæ ex MS. Vallicellano ex authographo excepto repetenda viſa ſunt, cum in conciliis typis cuſis deſiderentur. [1]

Concilium Rhemen. *Statuta concilii Remenſis provinciæ apud Sueſſionenſes die veneris XI. menſis julii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto celebrati. Univerſis præſentes litteras inſpecturis Joannes permiſſione divina archiepiſcopus Rhemenſis, Joannes Sueſſionenſis, Antonius Laudunenſis, Joannes Ambianenſis, & Joannes Silvanectenſis, epiſcopus ſuffraganei Rhemenſis provinciæ una cum aliorum ſuffraganeorum ejuſdem provinciæ abſentium, & cathedralium eccleſiarum procuratoribus in concilio provinciali apud Sueſſionenſes congregati, aliis omnibus, qui potuerunt, & debuerunt intereſſe debite convocatis in Domino ſalutem.*

Ejus acta. *Cum per longam & celebrationis conciliorum provincialium intermiſſionem in hac Rhemenſi provincia ſtatus eccleſiaſticus gravem ruinam, & multiplicia incommoda, ac innumera detrimenta patiatur, vepribus, & ſpinis vitiorum vel defectu cultura agri dominici undique pullulantibus, ac variis oppreſſionibus & gravaminibus ultra modum adverſus jura, libertates, & auctoritatem Eccleſiæ exiſtentibus, in quibus divinus cultus omittitur, atque in diverſis partibus profanatur, & ipſius Chriſti ſponſæ ſplendor, atque dignitas plurimum denigratur in offenſam omnipotentis Dei, ac perditionem animarum; nos in hac ſynodo, favente Altiſſimi gratia, congregati ad reſtaurationem domus Dei, & ſalutem gregis dominici, quantum in nobis eſt, pro viribus intendere cupientes, primo ſtatuimus, ut in ſingulis eccleſiis collegiatis, atque monaſteriis hujus provinciæ Rhemenſis divi-*
De cultu divino inſtaurando. *num ſervitium in cantus prolatione, habituum honeſtate, & aliis ad debitum venerationem divini cultus pertinentibus decenter, & reverenter celebretur, cui omnes de eccleſia debite interſint, Domino ſervientes conformiter ad intentionem decreti, quod incipit:* Si quis principem ſæculi; *& deliberationem in congregatione Bituricenſi dudum ſuper acceptatione ejuſdem decreti, & aliorum celebrata, ac conſuetudines laudabiles ſingularum eccleſiarum, monentes decanos, cantores, & alios, ad quos pertinet corrigere defectus chori, ſub obteſtatione divini judicii, ac pœnis per eorum ſuperiores arbitrandis, ut perturbantes divinum officium confabulationibus, riſibus, aut aliter in eo delinquentes, & deficientes diligenter puniant & corrigant. Præcipimus*
De modeſtia in eccleſia ſervanda. *inſuper & mandamus hoc inviolabiliter obſervari, ut vagantes per eccleſiam deambulando, ſeu etiam ſedentes extra chorum otioſi ad invicem confabulando, tempore divinorum officiorum, præſertim dum matutinorum miſſæ majoris, & veſperorum officia celebrari contigerit, totius diei emolumentum tam in pane, quam diſtributionibus amittant: & hæc per illos, ad quos pertinet, omnino executioni demandentur. Advertant in ſingulis eccleſiis præfati canonici, ut tali hora ſua capitula tenere incipiant, quod non impediantur ab intereſſendo miſſæ majori, conformiter ad ea, quæ in prædicto decreto ſunt ordinata. Tenor vero decreti, de quo ſupra ſequitur, ſub his verbis:* Si quis principem ſæculi rogaturus habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non confuſa, ſed diſtincta, attenta quoque mente ſeipſum ac verba ſtudet præparare; quanto diligentius in hoc
Attentio in celebrandis divinis laudibus commendata. ſacro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere curabit?

XLVI. *Statuit igitur hæc ſancta ſynodus, ut in cunctis cathedralibus, ac collegiatis eccleſiis, horis debitis, ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes divinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed attente & tractim, & cum pauſa decenti, præſertim in medio cujuslibet verſiculi pſalmorum, debitam faciendo, inter ſolemne & feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perſolvantur. Horas canonicas dicturi*
Quo cultu eum indui debeant. *cum tunica talari, ac ſuperpelliceis mundis ultra medias tibias longis vel cappis juxta ipſorum, & regionum diverſitatem: eccleſias ingrediantur, non caputia, ſed almucias, vel bireta tenentes in capite, qui cum in choro fuerint, gravitatem ſervent, quam & locus & officium exigunt, non in ſimul*

NOTÆ [1] Quamquam concilium Sueſſionenſe, quod in mſ. Vallicellano codice nactus fuit annaliſta, optime ab illo hoc anno collocatur; adnotandum tamen hic cenſeo a Labbeo, codice minus emendato uſo, in ſequentem annum male transferri. Ad hunc enim annum 1455. pertinere vel ex ipſo Labbei codice diſcimus, cum habitum ferat Sueſſionis die XI. julii, die veneris, pontificatus Calliſti anno I. indictione III. anno Domini 1456. quæ poſtrema adnotatio cum prioribus non convenit; illæ enim notæ omnes annum ferunt 1455. quemadmodum codex Vallicellanus cum altero Spondani optime ſignant. Anno igitur huic conſignandum erat a collectoribus. Mansi

Digitized by Google

aut cum aliis confabulantes ſeu colloquentes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes: & cum pſallendi gratia ibidem conveniant, vagari mente, aut clauſa labia tenere non debent; ſed omnes, præſertim qui majori fungantur honore, in hymnis, pſalmis, & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur: Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto; *omnes conſurgant, & cum nominatur illud glorioſiſſimum nomen,* Jeſus, *in quo omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nemo ibidem dum horæ in communi publice cantantur legat, & dicat privatum officium, nam non ſolum obſequium quo obnoxius eſt in choro ſubtrahit, ſed alios pſallentes perturbat: ſed hic debite obſervandis, aliiſque ad divini officii proſecutionem, ac chori diſciplinam ſpectantibus decanus vel cui onus incumbit diligenter invigilet hinc inde, ne quid inordinate fiat circumſpiciendo. Horum autem tranſgreſſores illius horæ, in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia majori, prout tranſgreſſionis gravitas exigit plectantur pœna: ſalvis tamen laudabilibus conſuetudinibus & ſtatutis ac obſervantiis ſpecialibus eccleſiarum ſingularum regni, & Delphinatus.*

Pronunciato nomine JESU conſurgant.

XLVII. *Inſuper mandat & præcipit hoc ſacrum concilium, ut turpis ille abuſus in alio decreto per dictam congregationem acceptato prohibitus omnino a ſingulis eccleſiis & monaſteriis quarumcumque religioſorum hujus provinciæ exſtirpetur, quo larvales & theatrales joci & choreæ mercimonia, negotiationes, & alea eccleſiam, divinum officium, vel ejus honeſtatem perturbantia fieri prohibentur, quodque pœna contra ordinarios, decanos etiam rectores, qui talia fieri permittant, in eodem decreto contenta de ſuſpenſione a perceptione omnium proventuum eccleſiaſticorum trium menſium ſpatio etiam in realem executionem demandentur, adjicientes quod etiam mercimonia & negotiationes intra eccleſiam fieri nullatenus de cætero permittantur, quodque intra vel juxta ſepta, ſeu clauſuram monaſteriorum tam virorum, quam mulierum choreæ & tripudia nullo tempore exerceantur per quoſcumque, nec etiam extra ipſa monaſteria liceat religioſis perſonis in quibuſcumque locis præfatas choreas & tripudia agere, & contrarium facientes per ſuperiores eorum debite puniantur.*

Theatrales joci & mercimonia in eccleſiis prohibita.

Item ordinarii, & alii judices diligenter puniant clericos aleæ, & ebrietati inſervientes, ac tabernas frequentantes, & acrius eos, qui tempore jejunii hoc faciunt. Et quoniam domini epiſcopi, qui cæteris exemplum honeſtatis eſſe debent ea quæ in divinis ſcripturis & ſacris canonibus ac juribus ſtatuuntur, in ſe ipſis maxime obſervando, ipſi habitus honeſtos, ſuperlinearibus amictos prout jura volunt, tam in ſuis diœceſibus, quam extra deferant non nimis breves aut viles, aut nimis curioſos, aut in inceſſu, & verbis quid indecorum habeant, ſintque tales in omni converſatione, quales, eos apoſtolica regula eſſe jubet, & canonicæ ſanctiones.

Puniri juſſi clerici gulæ dediti.

Hortamur etiam dominos epiſcopos prædictos, quatenus in ordinibus, & etiam prima tonſura conferendis ad ſervitium Dei & honorem Eccleſiæ vigilanter, & diſcrete intendant, taleſque ad ipſos ſacros promoveant ordines, quos & vitæ honeſtas, & idoneitas perſonæ tam in literarum ſcientia, quam ætate commendant, juxta juris diſpoſitionem. Abuſus omnes circa præmiſſa vitentur.

Moniti Epiſcopi ne indignos ſacris initient.

XLVIII. *Inſuper mandamus, & diſtricte præcipimus decretum per eccleſiam Gallicanam Bituris acceptatum, intitulatum,* De concubinariis, *per totam Rhemenſem provinciam ab omnibus quibuſcumque, etiam ſi epiſcopalis dignitatis, aut alterius præeminentiæ exiſtant, inconcuſſe & inviolabiliter obſervari; cujus quidem decreti tenor ſequitur:* Quicumque clericus cujuſcumque conditionis, ſtatus, religionis, dignitatis, etiam ſi pontificalis, vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt hujus conſtitutionis notitiam, quam habere præſumantur poſt duos menſes poſt publicationem ejuſdem in eccleſiis cathedralibus, quam facere omnino teneantur ipſi diœceſani, poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius a perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam evidentem Eccleſiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur convertat; nec non & hujuſmodi publicum concubinarium, ut primum eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, & ſi non dimiſerit, vel dimiſſam, aut aliam publicam reſumpſerit, jubet hæc ſancta ſynodus, ut ipſum ſuis beneficiis omnibus omnino privet, & nihilominus hi publici concubinarii uſque quo cum eis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum ad ſuſceptionem quorumcumque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles: qui, ſi poſt diſpenſationem recidivo vomitu ad publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicujus diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant. Quod ſi hi, ad quos talium correctio pertineret, eos ut prædictum eſt punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de eorum neglectu, quam in illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animadvertant. In conciliis etiam provincialibus & ſynodalibus adverſus tales punire Negligentes,

Concubinarii plecti juſſi.

Quæ pœnæ in eos conſtitutæ.

vel

vel de hoc criminine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem a collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna, pro crimine procedatur. Et ſi hi, quorum deſtitutio ad ſummum Pontificem ſpectat, per concilia provincialia, aut ſuos ſuperiores propter publicum concubinatum reperiantur privatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio, in quibuſcumque capitulis generalibus, & provincialibus quo ad ſuos ſerventur, pœnis aliis contra prædictos, & alios non publicos concubinarios ſtatutis in ſuo robore permanſuris.

Si qui exauctorandi ſint e Pont. apud illius tribunal accuſentur.

Qui publici concubinarii cenſendi.

Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in jure factam, ſeu per rei evidentiam, quæ nulla poſſet tergiverſatione celari, notorius eſt, ſi qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, per ſuum ſuperiorem admonitus, ipſam cum effectu non dimittit: Qui vero in concubinarios procedere erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictionis æternæ præcipit, ut deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alicujus quæſtus talia quovis modo tolerent, ac diſſimulent, alioquin ultra præmiſſam negligentiæ pœnam duplum ejus, quod propterea acceperint, reſtituere ad pios uſus omnino teneantur & compellantur. Ipſas autem concubinas, ſeu mulieres ſuſpectas prælati modis omnibus curent a ſuis ſubditis, etiam per brachii ſæcularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere; quod etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud ſuos parter cohabitare non permittant.

Pœna in prælatos tolerantes concubinarios.

Statutum de meretricibus pellendis e magiſtratu. Spurii ne cum patribus cohabitent.

XLIX. *Injungit præterea omnibus ſæcularibus viris etiamſi regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum quocumque quæſito colore prælatis, qui ratione officii ſui adverſus ſuos ſubditos pro hujuſmodi concubinatu procedant; & cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos quam ſolutos, ut ſimiliter a concubinatu abſtineant, nimis enim reprehenſibilis eſt, qui uxorem habet, & ad mulierem alienam accedit. Qui vero ſolutus eſt, ſi continere nolit juxta Apoſtoli doctrinam ducat uxorem. Pro hujuſmodi autem divini obſervatione præcepti hi, ad quos pertinet, tam ſalubribus monitis, quam aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.*

De laicis e concubinatu abducendis.

Et ut nullus quamcumque præfati decreti prætendere poſſit ignorantiam, jubemus hoc decretum per dominos epiſcopos & tam cathedralium, quam collegiatarum eccleſiarum, nec non abbates, & cæteros juriſdictionem eccleſiaſticam habentes infra duos menſes, a fine præſentis concilii numerandos, ſuis ſubditis intimari, & deinde in ſingulis ſynodis diœceſanis, nec non generalibus quarumcumque eccleſiarum capitulis etiam evocatis ac hujuſmodi ſingulis ſuppoſitis earundem alta, & intelligibili voce publicari: moneant inſuper dicti domini epiſcopi, capitula, abbates, nec non juriſdictionem habentes omnes & ſingulos ſuos ſubditos concubinarios notorios generaliter quatenus infra trium menſium ſpatium concubinas ſeu mulieres ſuſpectas, & famatas abiiciant & dimittant, nec dimiſſas vel alias ſecum reſumant ſub pœna perditionis fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ipſo facto. Et quoniam nonnulla capitula eccleſiarum ad ſubditorum ſuorum de hoc crimine diffamatorum correctionem minus diligenter hactenus comperimus proceſſiſſe, unde prædicta in dies magis foventur, & deterioribus adaugentur incrementis, in grave ſcandalum eccleſiaſtici ſtatus, & perditionem animarum, præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis eccleſiarum cathedralium, & collegiatarum capitulis, & præſidentibus in eiſdem ſub pœnis ipſorum ſuſpenſionis a divinis, & aliis per ſuos ſuperiores arbitrandis, quatenus poſt ſupradictorum trium menſium a tempore præmiſſæ monitionis generalis ſpatium elapſum infra quindecim dies extunc proxime ſequentes contra ſingulorum ſubditum ſuos de hoc crimine diffamatos, qui prædictas concubinas ſuas realiter & cum effectu non dimiſerint, procedant via juris ſpecialiter & nominatim ad declarandum eos prædictam ſuſpenſionem fructuum ſpatio trium menſium incurriſſe, nec non conſequenter ad ulteriores pœnas juxta tenorem decreti ſupraſcripti eiſdem infligendas: & ſi hoc facere neglexerint, ſuperiores eorum procedant, ac cæteros epiſcopos, & alios quoſcumque eccleſiaſticam juriſdictionem habentes, qui in ejuſdem criminis puniſionem negligentes invenientur, ſuperiores eorum puniantur, de negligentia, & in defectu ipſorum pœnas contra concubinarios in ſupradicto decreto poſitas cum omni diligentia realiter exequantur. Injungimus præterea univerſis epiſcopis, & aliis juriſdictionem eccleſiaſticam exercentibus, quatenus ad correctionem fornicatorum, & maxime adulterorum publicorum intendant, & invigilent, prout animarum ſaluti viderint expedire.

Monita in concubinarios promulganda.

Inſtauratæ in pertinaces pœnæ.

L. *Monemus omnes & ſingulos dominos epiſcopos, abbates, capitula, & alios juriſdictionem eccleſiaſticam exercentes, quatenus ſuos ſubditos eccleſiaſticos ad honeſte & cum habitu condecenti incedendum compellantur, tunicas nimium breves, aut in ſpatulis elevatas, vel cappellas ſeu pileos in capite, ſeu ſotulares roſtratos, vel rubei, caleſtis, purpureive, aut crocei colorum caligas deferre, ac pila maxime uſque ad camiſiam exutos in ſtratis, vel locis publicis ludere non permittant, ſed potius ea omnia ſic indecentia prohibeant, ſacerdoteſque & alios quoſcumque eccleſiaſti-*

De veſtitu decoro clericorum.

eos & mercatoriis publicis, & negotiationibus ſæcularibus exercendis præcipiant abſtinere, juxta canonicas ſanctiones facientes, prout eorum tranſgreſſio exigit, debite punienda.

De ſtipendio ſufficienti ſacerdotibus dando.

Item cum in multis partibus rectores parochialium eccleſiarum adeo modicam proviſionem habeant, quod non reperitur, qui ipſis eccleſiis deſervire velit, quod cedit in grave præjudicium animarum, provideant omnes prælati, & patroni quatenus ſecundum diſpoſitionem jurium in cap. Monachis de præbend. in antiq. & cap. ſuſcepti eod. tit. in vi. & clem. 1. de jurepatron. congrua portio prædictis rectoribus aſſignetur, ut pro defectu adminiſtrationis ipſarum eccleſiarum prædicti prælati & patroni apud Deum & homines veniant reprehendendi.

LI. De quæſtuum abuſu emendando.

Item obviatur exquiſitis & abuſivis modis, quibus, nonnulli quæſtores pecunias a pauperibus extrahere conantur contra diſpoſitionem jurium, utentes prædicatione verbi Dei ad finem quæſtus eorum ipſam principaliter applicando; prohibemus quibuſcumque quæſtoribus, ne in hac Rhemenſi provincia prætextu indulgentiarum vel aliorum quorumcumque faciendo ſuas quæſtas prædicent verbum Dei, ſed ſolum negotium ſuum verbis planis exponant, vel etiam literas (ſi quas habeant) legant, ſeu legi faciant: & ſi forſan qui doctores vel alias ad prædicandum idonei cum ipſis venerint, & prædicare voluerint, nihil in ſuo ſermone quæſtuoſum exponant, & contra eos ſervetur cap. cum ex clem. abuſionibus de pœ. & re. noſtramque præſentem prohibitionem ordinarii locorum faciant diligenter obſervari.

De religioſis confeſſiones excipientibus.

Item quia ex inordinata multitudine religioſorum, qui ad confeſſiones audiendas deputantur, plurimi utriuſque ſexus nimia libertate utentes pro libito ſuo cui volunt confitendi, & abſolutionem obtinendi, præſertim in caſibus reſervatis audaciores fiunt ad graviora peccata perpetranda; admonemus omnes epiſcopos hujus provinciæ quatenus juxta formam clem. dudum, & decretal. ſuper tali differentia in eadem inſertam perſonis taliter qualificatis, & in tali numero ex conventibus religioſorum mendicantium licentiam audiendi confeſſiones concedant, ſicut in prædicta decretali continetur, & illis non ita indifferenter caſus epiſcopales concedant, ſicut hactenus in multis diœceſibus fieri conſuevit: ſed ubi neceſſarium viderint aliquos caſus particulariter concedendi, cum tanta diſcretione hoc faciant, ut per hoc non detur ſubditis occaſio liberius ad peccata & crimina graviora prorumpendi.

Item licet in antiquis juribus ſalubriter inſtituta fuerint tempora, in quibus matrimonia celebrari non debent; tamen nonnulli per abuſum in hujuſmodi temporibus prohibitis contra ipſorum jurium intentionem feſta & convivia, choreas, & tripudia tanquam pro ſolemni ratione ipſorum matrimoniorum exercent; ſtatuimus ne de cætero in prædictis temporibus, neque etiam in die Trinitatis prædicta fiant, & intereſſentes talibus conviviis & feſtis per ordinarios debite corrigantur, & gravius eccleſiaſtici ſi in talibus interfuerint. Inſuper præcipimus quod aliis temporibus matrimonia non fiant in domibus, ſed tantum in eccleſiis, & hora competenti, ac die clara celebrentur, advertantque domini epiſcopi ne ſuper bannis ante matrimonium fiendis ſine cauſa rationabili diſpenſetur.

Non dies feſtis conviviis & tripudiis prophanentur.

LII. Veteres conſtitutiones inſtaurata.

Præterea conſtitutiones conciliorum provincialium tempore bonæ memoriæ dominorum Roberti de Courteaux apud Silvanectum anno Domini MCCCXVII. & Joannis de Vienna archiepiſcoporum Rhemenſium apud Noviomum anno Domini MCCCXLIV. tam ſuper libertate, juriſdictione, & immunitate eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, ac pœnis contra perturbatores earum, quam ſuper reformatione morum editas laudamus, approbamus, & ratificamus, & quod cum opus eſt hujus præſentis concilii decreta renovamus; mandantes deinceps, ut in noſtra provincia ſerventur, & executioni demandentur. Cæterum & ſi contra dictos ſæculares eccleſiaſticam juriſdictionem impedientes excommunicationes & aliæ pœnæ per dicta ſtatuta ſint adjectæ, tanto magis in eccleſiaſticos, qui eandem juriſdictionem eccleſiaſticam non ſolum non impedire, ſed & promovere, & exaltare tenentur, locum habere debeant; idcirco ſub excommunicationis & aliis in prætactis conciliis provincialibus declaratis pœnis univerſis & ſingulis, prælatis, & aliis eccleſiaſticis perſonis totius provinciæ Rhemenſis, cujuſcumque dignitatis, ſive præeminentiæ exiſtant, prohibemus ne in terris, in quibus & ad eccleſias, eorum monaſteria, & dignitas & juriſdictio epiſcopalis pertinet directe vel indirecte, quovis quæſito colore, tacite vel expreſſe, vel alias prohibitiones fiant, aut per alios, quoſcumque judices vel officiarios temporales fieri procurent ſubditis ſuis judicibus eccleſiaſticis vel aliis quibuſcumque, aut pœnas, minas, vel terrores adjiciant, quominus in terris hujuſmodi ſuo dominio temporali ſubjectis citationes, monitiones, & mandata curiarum eccleſiaſticarum etiam in perſonalibus actionibus, & alias libere poſſint executioni demandare: & ſi hactenus tales prohibitiones fecerint, aut minas vel terrores incuſſerint infra unum menſem a die publicationis præſentis ſtatuti in ſingulis diœceſibus, quam ordinarii locorum diligenter facere tenentur ſub eadem pœna publice revocent aut faciant revocari.

De aſſerendo jure eccleſiaſtico.

LIII.

Item quia nonnulli tam clerici quam laici ſea-

Statuta in clericos confugientes ad judicem ſæcularem.

ſentientes, ſe ſuper ſuis exceſſibus, delictis, ſeu debitis coram judice eccleſiaſtica eſſe citatos, de ſua cauſa juſtitia diffidentes, ad dominorum temporalium, ſeu officiariorum, aut ſervitorum eorundem potentiam recurrunt, literas comminatorias, aut minas verbales impetrant & armatos adducunt, & alias faciunt, quod timor tam judicibus, quam ſuis officiariis, ac partibus incutitur; unde non modicum eccleſiaſtica juriſdictio perturbatur & læditur; prohibemus ſub pœna excommunicationis, ne clerici, vel laici coram judice eccleſiaſtica armatos adducant, literas contrarias, ſeu minas verbales hujuſmodi, aut aliaquæcumque impetrent, vel procurent; unde directe vel indirecte eccleſiaſtica juriſdictio aliquatenus valeat impediri.

Item ſtatuimus, quod in cauſis ſummam duorum Francorum moneta loci non tranſcens libellus in ſcriptis non admittatur, & in talibus tanquam minimis ad diſcretionem judicum ſummarie, & de plano procedatur: quo tam in his, quam aliis cauſis omnes frivolas dilationes ſtudeant reſecare.

LIV. *Et ſicut religioſa perſona Deo dicata, ſicut præ cæteris diſtrictius Domino ſe votis ſolemnibus manciparunt, ſic eorum vita & converſatio honeſte reſulgeat, & aliis bene vivendi propitium inducat exemplum; ſtatuimus, & ordinamus quod omnes & ſinguli abbates, abbatiſſæ, priores, & præpoſiti quorumcumque monaſteriorum ordinum ſanctorum Benedicti, & Auguſtini provinciæ Rhemenſis tam in ſe quam ſuis religioſis, & ſubditis omnem evagandi, levitatiſque materiam evitent, & faciant evitari, jejunia ab adventu uſque ad feſtum nativitatis Domini, & ab ſeptuageſima uſque ad feſtum ſancti paſcha, abſtinentiamque ab eſu carnium ſingulis quartis feriis totius anni tam in publico, quam in privato diligenter obſervent, computa & rationes præſentibus religioſis reddant in veſtibus, & habitibus, juxta ſuorum ordinum obſervationem, ac in geſtibus, & verbis honeſtatem & gravitatem gerant, zonas argenteas, ſtellulares laqueatos, breves tunicas, & alia, quæ vanitatis & pompæ indicia ſunt, evitent: religioſos ſine quæſtu in & pro ingreſſu religionis recipiant ſecundum canonicas ſanctiones: novitios & alios in cultu divino & ſacrarum lectione ſcripturarum inſtrui faciant: regulas ſuorum ordinum juxta limitationem conſtitutionis felicis recordationis Benedicti Papæ XII. circa reformationem religioſorum eorundem ordinum editas, & appoſitas teneant: quas conſtitutiones ſinguli abbates, abbatiſſæ, priores, & præpoſiti, prout ſunt, aut dicta religioſa in vulgari expoſitas juxta ſui ordinis qualitatem ſaltem ter in anno legere teneantur: habitus ſuarum religionum non deſerant: apoſtaſiam cui excommunicationis ſententia ipſo facto annectitur, prorſus evitent: maxime vero religioſi mulierum, & religioſæ virorum frequentationem & conſortia effugiant, aut alias juxta ſuorum ordinum laudabilia conſtituta, ac ſanctorum patrum decreta, nec non canonicas ſanctiones vivere ſtudeant, ita ut ſervitium exhibeant Deo gratum, & ex eorum converſatione bona cæteri valeant ad honeſtatis, & munditiæ zelum ferventius incitari. Mandamus univerſis eorundem abbatum, abbatiſſarum, priorum, & præpoſitorum ſuperioribus, quatenus ipſos ad præmiſſorum obſervationem, ſi aliquatenus defecerint a via juris, vigilanter coerceant, & nihilominus dicti religioſi capitula ſuorum ordinum ſecundum quod in dictis ipſius domini Benedicti conſtitutionibus continetur, quamprimum opportunitas aderit, celebrare teneantur; aliis ſtatutis provincialibus circa præmiſſa omnia & ſingula in ſuo robore permanſuris. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium ac munimen nos archiepiſcopus & epiſcopi præfati literis præſentibus ſigilla noſtra duximus apponenda. Dat. Sueſſione anno domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto indictione tertia menſis vero julii die undecima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini domini noſtri Calixti divina providentia Papæ tertii anno 1.*

De obſervantia regulari reſtituenda.

De conſtitutionibus publice legendis in monaſteriis.

Præluceant virtutum exemplo religioſi.

Sic ſignatum. Radulphus vicarii notarius, &c.

I. Compreſſi divinitus Turcæ.

ANno a virgineo partu milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Indictione quarta, irruente in Hungariam ad delendum Chriſtianum nomen Mahomete II. ac religionis cauſam univerſis ferme Regibus turpiter deſerentibus affuit Eccleſiæ ſuæ Deus cæleſtique prodigio victoriam glorioſiſſimam de hoſte formidando concepta ſubjiciendi occidentis ſpe ac ſuperioribus triumphis inſoleſcente ſuis, contulit; de qua antequam diſſeramus, de Calliſti Papæ pro defendenda adverſus hoſtem fide ſtudio ac diligentia nonnulla præmittenda ſunt. Mirum fuit in viro affectæ ætatis, & ad munera corporis ſenecta invalido, tantam vim animi tantumque ardorem vigere potuiſſe in provehendis de conficiendæ ſacræ expeditionis conſiliis (a), ſolicitandiſque principibus & populis, ut arma adverſus communem hoſtem caperent, in concilianda inter eos pace, mittendis ad varia regna legatis, concionatoribus ſacris ad univerſas oras deſignandis, imperandis & colligendis decimis, inſtruenda claſſe, decernendis ſolemnibus ſupplicationibus ad divinum placandum Numen ejuſque opem implorandam: adeo ut in priſtinam amplitudinem Chriſtianum imperium omnino reſtituendum fuiſſet, excindendaque Mahometica ſuperſtitio ex oriente, ſi pontificiis ſtudiis Reges ac principes obſecundaſſent; ſed ii mutatis animis promiſſis defuerunt. Legatum vero ineunte anno in Gallias decrevit Calliſtus Alanum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem, ut Carolum ad pacem cum Henrico Anglorum Rege conficiendam adduceret, tum auxiliares copias ex illo regno eliceret, quod teſtatur S. Antoninus (b) his verbis: *Cardinalem Avenionenſem* ſcilicet Alanum, qui eccleſiæ Avenionenſi præerat, *miſit in Franciam ad decimam colligendam & prædicandam cruciatam, & Regem Franciæ deprecandum, ut auxilium ferret & operam, ut Chriſtianiſſimus princeps, contra tam perfidos hoſtes.* Extant eo argumento ſubjectæ literæ (c).

(a) Lib. 5. p. 122. 171. 176. l. 6. p. 21. 22. l. 7. p. 44. &c. p. 97. 154. & 155. l. 9. p. 84. &c. l. 10. p. 131. & 245. l. 11. p. 276. l. 1. brev. p. 9. 13. & 40.

Excindi poterant ſi Chriſtiani Reges junxiſſent in eos arma. Alanus Card. ad Gallos in Turcam concitandos miſſus.

(b) S. Anton. ſup. c. 14. in princ.

(c) Lib. 20. p. 8.

Dilecto filio Alano tit. S. Praxedis presbytero Cardinali

A. S. L.

II. *Cum te ad regnum Franciæ cæteraſque Galliarum & illis adjacentes partes ad conquirenda pro tuitione Chriſtianæ fidei opportuna præſidia & claſſem adverſus immaniſſimum Turcum ejuſque complices præparandum; publicandum quoque literas apoſtolicas cruciatæ, & alia magna & ardua negotia peragendum legatum de latere noſtro cruceſignatum de fratrum noſtrorum conſilio præſentialiter deſtinemus; nos attendentes, quod licet nos nuper & per antea felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter pro defenſione Chriſtianæ fidei & ejuſdem Turchi profligatione univerſis Chriſti fidelibus, qui huic ſancto & pio operi certis modo & forma tunc expreſſis per ſe vel alios bellatores aſſiſterent, ultra indulgentias plenarias & quamplures immunitates, exemptiones, & gratias per diverſas noſtras literas conceſſiſſemus, & ejuſdem prædeceſſoris literis nonnulla addenda duxerimus illorum dubia enodando; quia tamen nihil ita clarum ſtatui poteſt quin ex cauſis emergentibus aliquando in dubium revocetur, pro ſedandis ambiguitatibus quibuſlibet, quæ poſſent in mentibus fidelium generari, circumſpectioni tuæ quæcumque dubia tam ſuper cruciatæ hujuſmodi, quam ſuper quibuſcumque facultatum tuarum, & aliis noſtris literis, quæ forſitan in poſterum poterant exoriri, auctoritate noſtra per te ipſum, qui intentionis noſtræ conſcius es, declarandi, dilucidandi, earumdemque literarum clauſulas, ſenſus, & ſi quid in eis ambiguitatis emerſerit, juxta datam tibi a Domino providentiam vice noſtra interpretandi, & explanandi, ac deſuper opportunas literas, ſi opus fuerit concedendi, ac in præmiſſis & circa ea ordinandi, ſtatuendi, decernendi, modificandi, augendi, muniendi, ure non indulgentias ipſius cruciatæ perſonarum qualitate inſpecta, quibus tibi videbitur pro ipſorum ſalute fidelium opportunum, ſuper quibus vices noſtras plenarie tribuimus, concedendi & plenarie indulgendi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium plenam & liberam tibi concedimus facultatem, ac omnimodam poteſtatem. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLV. X. kal. februarii pontificatus noſtri anno 1.*

Propoſita cruceſignatis plura privilegia.

Solvendarum difficultatum legato poteſtas data.

Feſellit ea ſpes Calliſtum, nam Gallorum Rex literas apoſtolicas de indicto Turcis bello, profitendaque ſuſcepto crucis ſymbolo religioſa militia promulgari in Galliis vetuit; de quo apud eum Calliſtus hiſce literis conqueſtus eſt. (d)

(d) Lib. 10. brev. p. 38.

Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

III. Francor. Rex lit. apoſtolicas de indicta Turcis bello promulgari vetat.

Scribit nobis dilectus filius noſter Alanus tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis legatus, celſitudinem tuam, cum cætera hucuſque clementer & devote conceſſerit, in concedenda tamen publicatione literarum cruciatæ & indulgentiarum difficilem ſe præbere. Quod certe quam grave auditu ſit non nobis ſolum, qui vel tale veriti nunquam ſumus, ſed cunctis fidelibus, qui ęctiam omnia ſumma aviditate expectabant, non facile poſſemus exprimere. Nemo eſt enim qui non merito contriſtetur, audiens lite-

literas hujuſmodi cruciatæ, in quibus adjumenta potiſſima ſuſcepti operis ſunt fere per univerſum orbem vulgata, in eo tamen regno publicari non poſſe, unde prima præſidia ad defenſionem fidei ſemper ſunt habita: Nemo eſt quoque, cui hæc admirationi non ſint, chariſſimos in Chriſto filios noſtros Caſtellæ & Legionis Regem illuſtrem aſſidue cum Mauris pro fide bellare; Regem Aragonum ſignum crucis cum tota fere nobilitate ſua cepiſſe; Regem Hungariæ ad proſequendum victoriam nuper habitam potenter deſcendere; Regem Portugalliæ ex ultimo occidente non modo crucem cepiſſe, ſed oratorem ad nos ſuum nuper miſiſſe denunciantem adventum ejus ventura æſtate cum regia claſſe; denique nationes fere omnes, ubi colitur nomen Jeſu, fervere ſtudio fidei & ubique locorum prædicari ſanctam Domini crucem, ejuſque ſigno humeros principum radiare; ſolum regnum tuum, quod potentia primum eſt, & fide præcipuum immune tanti operis eſſe. Si voluntas tua hæc eſt [quod non credimus] dura certe res eſt, & lacrymabilis: ſi neceſſitas aliqua, quid magis eſſe neceſſarium poteſt, quam fidei, quam profitemur, defenſio? Si vero aliorum conſilio hoc agunt, parcat illis Deus, cujus eſt hæc injuria: rei certe erunt ſanguinis & vitæ fidelium, quibus per hunc modum machinantur interitum.

Correptus quod cum aliis Regibus pro Christo non sentiat.

Commonitus ut rei Christianæ consulat.

Verum ad te converſi, chariſſime fili, cui primæ partes communis cauſæ debentur, cum potentia inter Reges catholicos plurimum præſtes, ac majorum tuorum hereditas gloria, & factorum imitatio ad te pertineat, attende paramper & vide: Illi olim relicto regno duces Chriſtianæ expeditionis ſe præbuerunt, & ex præclaris operibus ſuis nomen Chriſtianiſſimorum ſunt meriti ad te uſque perveniens. Non convenit, cum ſummam habeas rerum omnium opportunitatem, diſſimilem te illis videri; & ſi enim præclarum ſit fulgere gloria antecessorum ſuorum, præclarius tamen eſt ſua excellere. Ad celſitudinem tuam legatum noſtrum tranſmiſimus, quo facto erecta eſt in expectationem tota Chriſtianitas, ſperans vetuſtis operibus aliquid ſimile; huic autem non reſpondere communis dolor eſt, atque admiratio.

Ne a majorum exemplis deficiat.

Ne legatum apost. repellat.

Patere, chariſſime fili, idque per viſcera miſericordiæ Dei noſtri poteras rogamus, prædicari ſubditis & in regnis ac dominiis tuis ſanctam Domini crucem, literaſque ſuper inde editas ſolemniter publicari, quod ſumme optamus. Subveni tu ea neceſſitati Chriſtianæ: potentiam, quam a Deo accepiſti, ad ſalutem populi ſui converte: quamvis enim victus primo congreſſu ſit hoſtis, non tamen eſt perditus. Reparat quotidie novos exercitus, & violentius ad nocendum reſurgit. Si cito occurratur, ſi Regum adjumenta conveniant, ſpes certiſſima eſt, duce exercituum Domino, victoriam integram apud Chriſtianos futuram. Hoc faciens, chariſſime fili ſacrificium beneplacitum Altiſſimo reddes, toti Chriſtianitati in primis ſalutare, cujus in terris erit tibi perennis laus, & in cœlis merces perpetua, qualis veris Dei cultoribus reſervatur: nobis autem hæc tua conceſſio ita jucunda erit, & grata, ut a ſublimitate tua nil charius, nec majoris noſtræ conſolationis expectare poſſumus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLVI. VIII. kal. novembris pontificatus noſtri anno II.

Ne desit occasioni etiamæ prosternendæ Turcicæ tyrannidis.

Non aſſentiente Rege, ut præſidia adverſus Turcos ex ejus regno elicerentur, ne ad retundendos, ſi irruerent, Anglorum impetus, debilitaretur, nonnulli præſules promulgandis cruceſignatæ expeditionis literis obſtitere, deque archiepiſcopo Burdegalenſi apud Alanum Cardinalem legatum queſtus eſt Pontifex (a): Regii etiam adminiſtri privatæ ſtudentes rei ab imperata decuma immuniorem turpiter popoſcere a Calliſto, qui ſenatum Pariſienſem eam ob rem hiſce verbis perſtrinxit (b). IV.

Politicorum indigna geſta.

(a) Ib. p. 431.

(b) Ib. p. 39.

Calliſtus, &c. Admiramur, quod vos talem exemptionem petere audeatis, cum vos reliquis omnibus regni Franciæ & clericis, & laicis in hujuſmodi ſolutione decimæ exemplo eſſe debeatis, & quod velitis talem exemptionem, petentes a communione & conſortio fidelium ſegregari, ac etiam omnibus perſuadere, vos Chriſtianæ religionis non eſſe veros cultores. Admiramur item quod in iſto regno Franciæ, unde potiora & ampliora præſidia fidei Chriſtianæ ſperabantur, & priſcis temporibus emanarunt cruciata & ejus indulgentiæ, maxima profecto ſuſcepti negotii adjumenta publicari non ſinantur. Dat. MCDLVI. pontificatus anno II. Plures tulit labores Alanus Cardinalis legatus, ut Gallos ad pontificium de bello ſacro in Turcos edictum admittendum permoveret; cujus animum Chriſti vicarius hiſce literis confirmavit (c).

Increpitus Parisiensis senatus de contemptu rei Christianæ.

(c) Ib. p. 3.

Calliſtus, &c. Intelleximus continue tuam ſingularem diligentiam & ſollicitudinem, quam habuiſti ſuper facto cruciatæ & decimæ exigendæ, & labores, quos ſuſtinuiſti, & ſuſtines continue, & ſingularem concluſionem, quam feciſti, & in præſentiarum rerum executionem: ſcis enim quod virtus in infirmitate perficitur, & ad hoc miſſus es; ſi etiam pro fide martyrium ſuſtinere deberes, ea quæ Dei & fidei catholicæ ſunt, exequeris. Age igitur & confortare in Domino, a quo verum & debitum mercedem expectare debemus. Favere legato dux Aurelianenſis, tum regii ſigilli præfectus, quem cancellarium vocant, necnon Petrus de Oriolo comes S. Martini, ac pium tutandæ fidei ardorem præ ſe tulere, quibus ſingulis Pontifex, ut

Excitatus Card. legatus ut pro fide etiam sanguinem fundat.

Aurelianensis dux & alii qui proceres Christi causæ favent.

eos

eos ad promovendam religionis ſuſceptam cauſam magis accenderet, conceptas a ſe egregias de augendo Chriſtiano nomine ſpes ſignificavit (a): *Confidimus*, inquit, *quod ſi ex Francia auxilium nobis non defuerit cum adjutorio Altiſſimi ſectam illam Mahometi & alios infideles funditus delere & omnino perdere poterimus.*

(a) Ib. p. 41.

V. Conceptæ ſpes ſi non deforent Galli Turcas excindendos. Conſenſit demum Gallus ut decumæ a clero exigerentur pro belli Turcici ſumptibus.

Præterea ad tantas ſpes pontificioſque clamores e torpore aſſurgere viſi ſunt plures alii Galliarum principes ad fidei ſuſcipiendam cauſam: cum Carolus Rex Francorum aſſenſit, ut clerus illic ſubſidiarias decumas conferret: qua de re Calliſtus mox Alfonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ Regem, ut ipſum in nuncupato belli ſacri voto confirmaret, certiorem fecit (b).

(b) Ib. p. 3.

Alfonſo Aragonum & utriuſque Siciliæ Regi ſalutem, &c.

Decrevimus eterum tuæ ſerenitati patefacere animi noſtri ardorem ineffabilemque cupiditatem, qua die noctuque flagramus pro fidei ſanctæ defenſione. Miſimus igitur ad tuam celſitudinem copiam nonnullarum literarum & aliarum ſcripturarum, quas chariſſimi in Chriſto filii Francorum & Hungariæ Reges illuſtres, & nonnulli alii ad nos miſerunt; ex quibus ipſa celſitudo tua, quo in ſtatu res ſit, & quanta ſit omnium fere Chriſtianorum principum concordia ad ſuccurrendum fidei ſacroſanctæ plenißime intelliget: præfatus enim Rex Francorum decimam in ſuo regno levari conſenſit, pollicetur que ſe nunquam patrocinium Chriſtianitatis omiſſurum, aliique potentißimi Chriſtianorum principes & duces, ut ex literis Alani tit. S. Praxedis presbyteri Cardinalis in partibus Gallicanis legati noſtri hodie intelleximus, qui ſeſe omnibus operibus & facultatibus paratos offerunt ad fidei ſublevamen & inimicorum Chriſti exterminium. Itaque Deus omnipotens videtur certe cauſam religionis ſuæ ſuſcepiſſe, quæ tantam concordiam cordibus ſuorum ad oppreſſionem ſævißimæ beſtiæ totius Chriſtianiſmi indidit, &c. At quamvis Carolus Francorum Rex decumas in regno exigi in belli ſacri ſumptus aſſenſerit, non tamen milites colligi adverſus Turcas permiſit: ea eo vero Ludovicus major natu filius Delphinus Vienneuſis, qui pio incenſus ardore exercitum in fidei hoſtes educere cupiebat, a parente abalienatus (c) eſt; tum ob amores adulteræ; quibus Carolus ſpreta uxore ipſius Delphini matre irretitus tenebatur, nec non ob quorundam regiorum adminiſtrorum, qui florebant opibus & auctoritate, inviſam potentiam: quare cum jam anno quarto abeſſet, atque in eum pater exercitum conſcripſiſſet, ut ad implorandam veniam officiumque adigeret, ex Delphinatu ad Philippum ducem Burgundiæ cruceſignatum ſe contulit. Cujus receſſum & diſſenſionem acerbe tulit

Pius ardor plurium accenſus.

Delphinus belli ſacri percupidus.

(c) Monſtrel. vol. 3. p. 65. & Paul. Æm. in Carol VII. Gaguin. in eod. Car.

A Patre diſſentiens ad Burgundum ſe confert.

Rex, rogavitque Pontificem, ut concordiam redintegraret: cui nunquam ſe defuturum reſpondit (d) Calliſtus, atque operam ſe ad filium in ejus gratiam revocandum, ac dirimendas controverſias, quæ ipſi cum Anglis erant navaturum pollicitus; preceſque addidit (e), ut omnia in edicto de bello ſacro contenta compleri, nimirum comparari in Galliis copias ſubſidiarias pateretur. Movebatur porro Gallorum Rex politicis cauſis, ne Anglorum Rex nudatas militari flore Gallias invaderet: qui metus facile ſedatus fuiſſet, ſi pariter Henricus VI. Anglicas vires in Turcas convertiſſet, ad quod glorioſiſſimum ſuſcipiendum bellum cum a Pontifice, tum etiam a Genuenſibus (f) urgebatur.

(d) Lib. 1. p. 13.

Pontifex concordiæ interpres adhibitus.

(e) Ib. p. 14.

(f) Ex. cor. lat. apud Heron. Donnell. p. 322.

Petrus dux & conſilium, &c. ſacræ regiæ majeſtati Angliæ.

Implorata a Genuenſibus Angliæ Regis auxilia.

Et ſi nobiliſſimum illud regnum Angliæ, ſereniſſime & præcellentiſſime princeps, remotum eſt admodum ab imperio Turcarum, arbitramur tamen non eſſe ignotum majeſtati veſtræ quanto cum periculo verſentur urbes illæ inſulæque Chriſtianorum, quæ Turcis propiores ſunt. Chius certe, Leſbus, aliæque his vicinæ inſulæ, & Amaſtria præterea, ac Symbolum, Caphaque & aliæ Pontici maris civitates adeo attonitæ & tremefactæ ſunt, ut niſi præſidiis noſtris ſervarentur, vix in diem uſque præſentem perdurare potuiſſent. Nec annus jam tertius elabitur, ex quo his populis adverſus Regem Turcarum naves, viros, arma, triticum aſſidue ſubminiſtramus tanto quidem ſumptu, ut deſeſſi & exhauſti vix ſpiritum trahamus. Non ignoramus, præclariſſime princeps, ex iis, quæ rerum geſtarum ſcriptores prodiderunt, perraro unquam adverſus infideles bella eſſe ſuſcepta, in quibus inclyti quondam Reges Angliæ viri Chriſtianiſſimi, & divini cultus zelantiſſimi magnam laborum ac periculorum portionem non ſubierint: quæ nos movent majeſtatem veſtram orare, ut ad reprimendam inſolitam hanc Turcarum ferociam velit jam oculos & cogitationes ſuas convertere, ita quidem, ut Chriſtiani populi in oriente ac ſeptentrione poſiti tanti Regis auxilia ſentiant, & Rex ipſe Turcarum, apud quem omnes Reges noſtri irriſui ſunt, ſciat eſſe ſublimiores veſtræ vires, quæ ſibi terrori ac formidini eſſe poſſint, &c. Datæ Januæ MCCCCLVI. die VII. aprilis.

Quantam gloriam ex hoc bello collecturi ſint Angli.

Inhiabat Anglus Galliæ, qua pulſus Anglicum quoque ſceptrum retinere non potuit: ita Anglicis Gallicisque auxiliis deſtitutus Pontifex, cum ad alia conquirenda ſubſidia converſus, omnia ſtudia pro Italico fœdere confirmando collocaret, excitati fuere novi motus, Alfonſo Aragonum & utriuſque Siciliæ Rege non arma in Turcas, ſed ad explendam vindictæ libidinem vertente in Italos. Subiratus erat Senenſibus (g), qui ipſo inconſulto

VI. Alfonſus Rex contempta Chriſti cauſa Italiam turbat.

(g) Gobel. comm. Pii II. l. 1. Malavol. l. 3. p. 3. hiſt. Senen.

fulto in fœdus Italicum coiverant, ſpretaque religionis in oriente peſſundatæ & Conſtantinopolis expugnatæ cauſa, ultioniſque occaſione quæſita, cum Jacobus Piccininus, qui ſuperiori bello ſub Venetis ſtipendia fecerat, in Flaminiam irrupiſſet, pulſuſque Calliſti ſolicitudine in agrum Senenſem multo ſuccinctus equitatu irruiſſet, ut rapinis ſuſtentaret ſuos, ac Senarum principatum invaderet; Alfonſus partes illius in Senenſes efferendas ſuſcepit, violato fœdere, quod ad pacandam Italiam percuſſum fuerat. At Pontifex, Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, & Veneti illius fœderis religione devincti mox in Jacobum copias conjunxere pro tuendis Senenſibus, maximamque illi cladem intulere: qui tamen collegit ſuorum reliquias, & paulo poſt, majus bellum, occupato proditione Orbetello, & aperte ab Alfonſo Rege maritimis ſubſidiis ſuſtentatus concitavit: immanique ſcelere, ut Calliſtum Italiæ pacem tueri annitentem acerbiſſimo dolore afficeret, ſubornavit nefarios homines, qui claſſem pontificiam quæ in Turcas inſtruebatur, ſuccenderent: ſed id facinus avertit Deus, injectique medicati ignes feliciter extincti fuere; ob quod flagitium Pontifex recurrente cœnæ dominicæ die ſacro cum in hæreticos & Wicleſiſtas, eorumque ſtudioſos & auxiliatores anathematis ſententiam tuliſſet, pariter Piccininum ipſum, ejuſque partium ſocios perturbantes Italiam eccleſiaſtica execratione perculit (a).

Piccinino favet ac fœdus Italicum infringit.

Piccininus ingenti affectus clade.

Paratam in Turcas claſſem ſuccendere conatur.

(a) Lib. 6. p. 202.

VII.

Orbetellum obſeſſum.

Sprevit ille cenſuras; quocirca Pontifex conjunctis cum fœderatis Venetis, duce Mediolani, & Senenſibus copiis, Orbetellum obſidione cinxit, ac facile hoſtis oppreſſus fuiſſet, niſi milites cum eo colludentes pontificiam & ſociorum cauſam prodidiſſent; metuebant enim ne pacata Italia, ſibi ad colendos agros vertendaſque glebas redeundum foret: [r] unde Senenſes ſuſtinendæ belli moli impares Æneam Sylvium Cardinalem & epiſcopum ſuum cum duobus collegis ad expoſcendam ab Alfonſo Rege pacem miſere (b); quibus Calliſtus Joannem Soletium, tum Florentini, & dux Mediolanenſis ſuos oratores adjunxere. Flexit Æneas Aragonem ad inſtaurandam pacem Italicam; qui ad Pontificem Joannem Solerium, Leonardum Bentivolum, & Benedictum Medicem dimiſit, ut pacis leges conſtitueret: Calliſtus tamen eos ad Alfonſum reverti juſſit, ut ipſe inter Piccininum & Senenſes concordiæ leges ſanciret. Afferuntur eæ a Malavolta, inter quas idem Jacobus Piccininus accepto auro Orbetello diſcedere juſſus eſt. Percepit maximam ex redintegrata pace lætitiam Pontifex, ac Solerium oratorem ſuum apud Regem Aragonum juſſit (c) incumbere, ut ea pax Neapoli promulgaretur, ſe pariter illam Romæ ad Dei laudem populique gaudium, promulgaturum. Publicatam quarto junii die, refert Malavolta (d); ex qua magnas ſpes bene gerendæ rei in Turcas a ſe conceptas dicto Solerio oratori ſignificavit his verbis Calliſtus (e): *De tam ſalubri & deſiderabili pace eſt magnum principium confuſionis Turchi*. Impedimento quippe fuerat id Senenſe bellum, ne ſacra expeditio conficeretur; ac deterruerat (f) Luſitanos, ne in orientem trajicerent, uti conventum erat.

De pace actum.

(b) Gobel. in comm. l. 1. & Malavolta ſup. lib.

(c) Lib. brev. 1. p. 35.

(d) Malavol. ſup. lib.

(e) Super. p. 35.

Luſitani ob Italicum bellum a bello Turcico retardati.

(f) Marian. l. 22. c. 17.

VIII.

Explicuerat Alfonſus Rex Luſitaniæ præ cæteris Regibus defendendi Chriſtiani nominis pium ardorem, cumque Calliſto ad pontificatum evecto intellexiſſet nuncupatum ab eo exercitus in Turcos mittendi votum, oratores ad eum miſit (g), qui ipſi Chriſtiano more obſequio deferrent, atque ab eo fierent certiores, num id votum ad exitum ducere decreviſſet, regiaque deſideria juvandi in tanto parando bello Pontificis aperirent. Quo optatiſſimo nuntio erectus Calliſtus Alvarum epiſcopum Silvenſem legatum e latere in Luſitania & Algarbio creavit (h), ut ſubſidia in Turcas compararet, decumas e clero cogeret, fideles ad profitendam religioſam militiam vel conferenda auxilia pelliceret.

(g) Lib. 21. p. 172.

Inflammata eorum ſtudia a Calliſto.

(h) Lib. 6. p. 63. & l. 21. p. 172.

NOTÆ [r] Bellum Senenſe Jacobi Piccinini anno quidem ſuperiori cœpit, quo & ille clade affectus fuit, prælio in Senenſi agro commiſſo; ſed aufugiens, Orbetellum non ſine civium proditione, occupavit. Hæc omnia ſuperiori anno geſta fuiſſe narrat anonymus author chronici roiſcelli Bononienſis, qui tunc ſcribebat. Eo pariter teſtante pax hoc anno compoſita eſt inter Piccininum, & Senenſes, quam coaluiſſe ſcribit non quidem junio menſe, ut ex Malavolta ſcriptore recenti narrat annaliſta, ſed menſe julio anni 1456. eodemque ſancito fœdere Piccininum ad ſtipendia Pontificis per annum tranſiſſe, & apud Peruſium traxiſſe moram idem Chroniſta affirmat. Quæ cum ita ſint, non ſatis aſſequor quæ fides præſtanda ſit Marianæ in annalibus hic num. 10. relato, ſcribenti miſſam fuiſſe ab Alfonſo Luſitaniæ rege claſſem, ut pontificiæ alteri ſeſe conjungens in Turcas proficiſceretur; ſed cum Italiam ob Senenſe bellum impacatam ille offendiſſet, converſis velis ad propria remeaſſe. Quomodo hæc cum chronologia cohæreant? nam hoc anno die III. Septembris Luſitana claſſis nondum venerat, ut ex literis Genuenſium ad eumdem regem, die illa datis, & in annalibus num. 9. recitatis ſatis conſtat. Bellum vero Senenſe ante bimeſtre jam ceſſaverat. Confirmant id pariter literæ plures Æneæ Sylvii anno ſequenti datæ, ex quibus diſcimus, ne ſeptembri quidem ejus anni Luſitanum regem claſſem ſuam adhuc miſiſſe. Lege epiſtolam 395. ad Joannem cardinalem S. Angeli. Mansi

Venerabili fratri noſtro Alvaro epiſcopo Silvenſi ad Regem & regna Portugalliæ & Algarbii eorumque dominia cum poteſtate legati de latere Sedis Apoſtolicæ legato.

Præfato Regi, (nimirum Luſitaniæ) *ex parte noſtræ ſignificet, quod præter æternam vitam nihil magis appetimus, quam votum per nos emiſſum adimplere, & cum ad convertendam Turcorum inſaniam, ipſorumque temerariis auſibus reſiſtendum de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu unam integram decimam omnium fructuum, redditnum, & proventuum ſecundum verum valorem omnium beneficiorum eccleſiaſticorum per totum orbem Chriſtianum ab eccleſiaſticis perſolvendum perſonis, & pro expugnatione prædicta exponendum indiximus & impoſuimus, necnon univerſis Chriſtifidelibus ad expugnationem & defenſionem prædictas ſub certis modo & forma ſe transferentibus ſive alios mittentibus, aut ad id manus porrigentibus adjutrices diverſas, ultra alias per prædeceſſores noſtros conceſſas indulgentias ac remiſſiones, conceſſimus prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur.* (Multiſque interjectis).

Ad Regem quoque & regna prædicta, & dicti Regis dominia Apoſtolicæ ſedis legatum miſſum cum poteſtate legati de latere de ipſorum fratrum conſilio comitante pacis angelo te duximus dirigendum, cum plena poteſtate & libera facultate claſſem munitiſſimam adverſus immaniſſimos Turcos prædictos & reliquos Chriſti nominis & fidei everſores parandam, inſtruendam, naveſque inſuper & galeas & coravellas & alia navigia conducendi, emendi, & de novo, ſi opus fuerit, fabricari, omniaque alia & ſingula pro expeditione hujuſmodi contrahendum, parandum, & faciendum quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, & quomodolibet opportuna, conformando te (quantum cum Deo poteris) voluntati præfati Regis, ſi in propria perſona vel per ſuos hoc negotium, ut ſperamus, ſequendum acceptaverit; pro conſtanti tenentes, quod ipſo inſpirante Salvatore in his omnibus ad tantum pium & ſalutare opus conducendum omni ſtudio, diligentia, totaque animi attentione intendes, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLV. XV. kal. martii pontificatus noſtri anno 1. Ipſum quoque inſtruxit auctoritate, ut in eos, qui in ſacerdotia ſe intruſerant, animadverteret (*a*); tum ut clerum (*b*) Luſitanum ſolveret cenſuris quas contraxiſſe a multis affirmabatur, quod Alfonſo Regi Luſitano ſubſidiarium aurum ſine Pontificis facultate contuliſſet ad ſuſtentandos ſumptus, quos Rex in Joanna ſorore Henrico caſtellæ & Legionis Regi jungenda nuptiis, ac neceſſariis ad regiam pompam inſtruendis profuderat.

(*a*) *Lib.* 9. p. 193.
(*b*) *Lib.* 6. p. 99.

Luſitani principes egregie pro tuenda Chriſti gloria animati.

Porro Luſitani promulgatis literis apoſtolicis de ſuſcipiendo in Turcas bello, pium adeo fidei tuendæ ardorem concepere, ut Regis patruus (*c*), & Ferdinandus (*d*) regiæ Luſitanæ princeps factæ militiæ ſe devoverint: quin etiam ipſemet Alfonſus Luſitanus Rex bellum ſe adminiſtraturum, iturumque ad Conſtantinopolim Chriſtiano reſtituendam cultui profeſſus (*e*) fuerit: qua de re Calliſtus Carolum Francorum Regem & Philippum ducem Burgundiæ; ut eos pari ſtudio inflammaret, fecit certiores. Decreverat vero Alfonſus per Etruriam Romam accedere ad Pontificem, quare Calliſtus a Florentinis & Senenſibus obtinuit (*f*), ut per eorum terras liber commeatus Regi daretur. Cum vero mutato conſilio Alfonſus ipſe cunctaretur, Calliſtus ipſum hiſce literis (*g*) adhortatus eſt, ut moras omnes abrumperet, & quemadmodum erat pollicitus expeditionem in Turcos pro liberanda Conſtantinopoli conficeret.

(*c*) *Lib. brev.* p. 12.
(*d*) *Ead. pag.*
(*e*) *Ib.* p. 14. & 318.

Alfonſus Rex pro recuperanda Conſtantinopoli caput devovet.

(*f*) *Ibid.* p. 12.
(*g*) *Ib.* p. 25. & p. 37.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Portugalliæ Regi illuſtri.

Hortativæ ad eum Calliſti lit.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex literis tuæ ſerenitatis jam alias ſæpiſſime certiores facti fuimus de excellenti voluntate ſerenitatis tuæ, quæ præcipuo quodam affectu ſupra cunctos Chriſtianos potentatus pollere viſa eſt ad recuperationem Conſtantinopolitanæ civitatis, & exterminium immaniſſimæ nationis Turcorum. Nunc vero eadem ſerenitas in ſuo regali propoſito conſtantiſſime perſeverans, & felicem adventum ſuum ad nos annuncians, maximo & incredibili gaudio non ſolum nos, ſed totum collegium venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium, totiuſque populi, & curia Romana affecit; nam orator & conſilio digniſſimus tuæ ſerenitatis dilectus filius nobilis vir Joannes Fernandi de Silverra in ſacro noſtro conſiſtorio publice ac cunctis ſpectantibus ſua venuſtiſſima oratione animum tuum regium promptiſſimamque voluntatem circa proſecutionem hujus ſanctiſſimi operis declaravit, ut omnibus gaudium & lætitiam mirabilem attulerit: præſertim de præfato felici adventu, quem tua ſerenitas vere futuro cum tuo claſſe & exercitu maritimo facere inſtituit; qui adventus ab omnibus deſiderabilis eſt, nobis vero ante omnes optatiſſimus, ſpectatiſſimuſque: cæterum tuæ ſerenitatis nomine, regnique Portugalliæ ad æternam famam & gloriam cedent. Nam quid dignius, pulchrius, aut excellentius cogitare poteſt, quam regiam ſerenitatem tuam zelo fidei Chriſtianæ accenſam ex ultimis occidentis partibus pro ſacroſanctæ religionis defenſione, peſſimæque nationis infidelium exterminio claſſem & potentiam tuam moviſſe: & quod omnium fere nobis gratum eſt, torpentibus pene cunctis Chriſti fidelibus, te ſolum perſonaliter, ut decet, catholicum

Ingentes ſpes de Luſitanis excitatæ.

Subjecti cunctanti Regi pii ſtimuli.

principem, armis ſumptis ad nos caput hujus ſanctiſſimæ expeditionis veniſſe? Nos itaque, chariſſime fili, tibi benedicimus & tuum ſanctiſſimum veniendi propoſitum collaudamus, quod tuæ celſitudini æterna fama nobiſcum ſimul eſſe confidimus: ſed videtur nobis tarda illa dies qua videamus tuam celſitudinem, habitis opportune colloquiis, compoſitiſque rebus ad cruciatam ſpectantibus a nobis feliciter ad tuam inclitam claſſem proficiſcentem videamus, &c. Datum Romæ MCCCCLVI. anno II.

IX. Hortati etiam illum ſunt Genuenſes (a), ut eximia de educenda claſſe contra Mahometanos in ſacram expeditionem conſilia ad exitum perduceret.

(a) Ext. cor. lit. inter ep. procerum mundi collect. ab Herr. Donzell. p. 326.

Petrus dux & conſilium ſacræ regiæ majeſtati Portugalliæ.

Commendati Luſitani ob prompta ſtudia in defendenda re Chriſtiana.

Oblectaverunt nos, sereniſſime & præclariſſime princeps, magnaque ſpe ſimul & voluptate affecerunt literæ majeſtatis veſtræ pridie kal. majas datæ, hodie tamen nobis redditæ, quibus cognovimus eam ſtatuiſſe ſuſceptum adverſus atrociſſimum Chriſtiani nominis hoſtem Machometum Regem Turcarum bellum pie ac ſtrenue juvare: qui certe ardor veſtræ ſublimitatis eſt admirabilior, & majoribus laudum præconiis extollendus, quo in tam longa navigatione multo plus laboris ac ſumptus ei ſubeundum eſt: diſcedentibus enim e regno veſtro, quod in extremo prope Europæ poſitum eſt, Thraciamque & Conſtantinopolim petituris pars maxima longitudinis terræ habitabilis metienda eſt: quo fit, ut longe præclarius ſit hoc fidei veſtræ propoſitum & omni commendationis genere prædicandum. Accedunt, ut literæ veſtræ pulchre loquuntur, curæ ac labores tuendæ Caſareæ, quæ in litoribus Mauritaniæ ſita & infidelibus populis undique cincta armis ac inſidiis barbarorum peropportuna eſt: ſed has difficultates ac labores contempſiſſe videtur generoſitas animi veſtri, probe ſciens, bene illi militiam præſtari, cui debemus omnia, per quem ſumus ac ſperamus, apud quem meritorum præmia ut immenſa ita perpetua ſunt. Quod autem excellentia veſtra noſſe cupit, quidnam & nos in id bellum moliamur, quæ qualiaque paremus, libenter cupiditati veſtræ morem gerimus.

Nos quamprimum Machometus iſte Moratho patri ſucceſſit, ſuſpectum habere cœpimus ingenium ejus: cumque ſævus & ſanguinis avidus ferebatur, tamque in omnes omnis generis Chriſtianos odium profitebatur, propter quæ naves, arma, propugnatores ex tunc fidelibus populis in orientem miſimus. Poſtea vero quam Conſtantinopoli potitus reliquas urbes terrore ac formidine complevit: tum demum velut ſuſcepto bello neceſſe fuit Chium, Leſbum, Capham, Symbolum, Amaſtrum, aliaque oppida Pontici maris aut præſidia mittere, aut ſuſcipere illos populos in exitium corporum & animarum ſæviſſimis hoſtibus prodere. Itaque quartus annus circum agitur ex quo naves, viros, arma, tela, triticum iis aliiſque urbibus ſuppeditamus, qui tam aſſidui ſumptus, quamquam nos plurimum exhauſerint, cum tamen Reges ac populi Chriſtiani ingentem aliquam expeditionem parare cœperint, annitemur & nos nec dignitati noſtræ deeſſe, nec ad divini cultus amplitudinem inter poſtremos haberi. Nunc autem neque numerum neque reliqua ſatis explicare poſſumus eoque minus quod sereniſſimus Rex Aragonum, fractis indigne induciis, nuper cœpit nos mari terraque vexare.

Queruntur de Aragonum Rege.

Conatus vero veſtros, excellentiſſime Rex, ut maximi habendi ſunt, ita nos plurimi facimus, eoque pluris, quod plerique Reges ac principes, cum viderint majeſtatem veſtram in altero prope orbe poſitam tam multa moliri, dedecori ſibi fore ducent ſi ipſi propinquiores in communium Chriſtianorum bello ceſſarent. Si quid autem eſt aut erit rerum noſtrarum, quod huic expeditioni veſtræ conducere poſſit, id quidquid eſt & nos ipſos paratos ſemper deferimus in omnem gloriam veſtram. Datæ Januæ die XII. ſeptembris MCCCCLVI.

X. Verum Alfonſus in inſtituta ſententia non permanſit, neque regno exceſſit, cum priora inter Chriſtianos vigerent diſſidia: quo cognito Calliſtus pontificio oratori, quem in Luſitanica regia tenebat præcepit (b): ut daret operam apud Regem illum, ut triremes quindecim pontificiæ claſſi in Turcas vela facturæ conjungeret. Miſſam ab eodem Rege claſſem egregie omnibus rebus ad orientalem expeditionem inſtructam refert Mariana (c): ſed eam Italiam ob Senenſe bellum impacatam reperiſſent, duces impatientes moræ, abjecta rei bene in Turcas gerendæ ſpe, in Luſitaniam vela retrorſum dediſſe: ita ſpes, quas Luſitani dederant, inopino caſu everſæ fuere.

(b) Lib. 1. brev. p. 17.

(c) Marian. l. 22. c. 17.

Quod ad Alfonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ Regem attinet; Calliſtus illum rogavit (d), ut quindecim triremes, quas eccleſiaſtico auro conductas inſtructurum erat pollicitus; ſubmitteret, profeſſus non ſine lachrymis ſe lubentiſſime Chriſtianorum cladem pontificio capite, ſi opus eſſet, redempturum.

(d) Lib. brev. p. 2.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Aragonum & utriuſque Siciliæ Regi illuſtri.

Per literas dilecti filii Joannis Cardinalis S. Angeli legati Apoſtolici certiores facti ſumus de acceleratione iniquiſſimi Turchi, qui cunctis viribus in Hungariam erumpere parat, ut ea occupata, quæ ſibi maxime reſiſtere poteſt, reliquam Chriſtianitatem conturbet vexetque: idcirco ad tuam majeſtatem iterato ſcribere decrevimus, & copiam literarum dicti legati, & certas alias literas mittere, ut intellecto rerum

ſtata & cognita, in quanta periculo Chriſtianitas omnis verſetur, maturo & opportuno ſubſidio nobiſcum ſanctæ religioni ſubvenias: jamque ulterius differenda non eſt medela, invaleſcit enim augeturque vis morbi, Turcbus ſacroſanctæ fidei impius hoſtis Chriſtianitati immiaet, properatque fidem Dei catholicam proculcare, quæ clara voce jam ſe premi clamat auxiliumque implorat, & jam vox ab oriente omiſſa ubi lethale vulnus acceptum eſt propter Conſtantinopolis lugendam direptionem ad extremas occidentis partes pervenit, & Britannos uſque pervaſit excitando mundi principes, qui jam unanimi concordia ad excidium inimicorum Dei conſentiunt, & pro tutela fidei operibus, & animis paratos ſe offerunt. De nobis autem quid opus eſt, ut dicamus, qui ob hoc ipſum vel maxime caram habeamus vitam, feliceſque putemus annos noſtros, ſi Omnipotens hanc gloriam tempori noſtro reſervaverit, ut ſacroſanctam religionem ejus exaltatam, & impium barbarorum furorem extinctum videamus: quod ſi (ut proculdubio ſperamus & numine quodam confiſi) viderimus, ſatis nos vixiſſe glorioſeque putabimus.

Expediendo arma in Turcas Chriſtianis imminentes.

Nunc te, chariſſime fili, hortamur, & quanta poſſumus cum inſtantia requirimus, ut potentiam tuam, quæ maxima eſt, ad fidei ſanctæ tutelam excites: accinge gladium tuum potentiſſime, in militium cæleſtem confer copias tuas. Quidquid pro mundana potentia fit, fragile, caducumque eſt: vera gloria a Deo petenda eſt, qui bonorum omnium largitor illos attollit & glorificat, qui cauſam ſuam fortiſſime defenſant. Impius Turcorum dux, filius iniquitatis, filius mortis Mahomet II. Hungariæ fines impetuoſiſſime nititur invadere & licet chariſſimus in Chriſto filius ipſius Hungariæ Rex, ut verus & catholicus princeps totis viribus regni ſui occurrere hoſti paret, tamen quia Turcorum vis maxima & exercitus innumerabilis eſt, opus eſt ut omnes conſiliis & facultatibus conſentiant ad eorum vires minuendas. Id facile erit ſi claſſis noſtra cita verſus Conſtantinopolim mittatur; futurum enim eſt, ut ſi dum Turcorum exercitus Hungariam infeſtat, claſſis noſtra maritimas eorum terras vaſtare & vexare cœperit, illorumque vires diſtrahantur ac minuantur, & uno eodemque tempore non poſſint in Hungaria bellum gerere, & laborantibus ſuis ſubvenire. Quod conſilium quia valde rationabile, & utile, ac neceſſarium videtur, nos decrevimus quanta poſſumus cum feſtinantia etiam cum diſtractione totius argenti, auri, & jocalium noſtrorum, quod in præſentiarum exponimus, legatum cum claſſe noſtra verſus orientem emittere; & utinam ut tanta ſtrages, opprobriumque fidei orthodoxæ ceſſaret, captivitas perſonæ noſtræ ſufficeret, quam ſponte offerimus, novit Deus. Hoc cum fletu & lacbrymis tibi præcipue & aliis Chriſticolis continue intimamus. Quapropter ſerenitatem tuam iterato inſtantiſſimeque hortamur, ut omnino det operam, quod quindecim illæ galeæ, quas alias pollicita eſt armare, in apparatu ſint, ut cum prælibato legato & reliqua claſſe noſtra navigare poſſint. Dat. Romæ, &c. Repetitæ eædem preces aliis literis (a) illataque hæc ratio: *Quia jam tempus inſtat, ut omnes de ſomno ſurgant, quia cum hoſte immaniſſimo & non homine ſed dæmone nobiſcum res eſt, ob idque ad minuendas ejus vires claſſem noſtram, quamcitiſſime verſus Conſtantinopolim emittere omnino volumus.* Ad irritum cecidere ſpes, quas Alfonſus Aragonum Rex dederat, qui enim Senenſe bellum accenderat, poſtea vires, quas in Turcas educere voverat, in Genuenſes avertit.

Veram gloriam petendam a Deo.

Eccleſiaſticas theſaurus pro conflanda claſſe a Calliſto diſtractus.

(a) Ib. p. 3. & 17.

Conciliata videbatur jam ante, uti ſuo loco diximus, a Dominico Capranica Cardinale Firmano inter eum & Genuenſes pax; ſed cum captam onerariam navim repoſcerent, iſque reſtituendam negaret, pax ipſa turbata eſt (b); induciæ tamen pactæ, quæ mox ob novos Corſicæ motus ſolutæ fuerunt, derivante in Genuenſes belli culpam Alfonſo (c), turpiſſimeque jactante, non prius ſe Turcas bello petiturum, quam Genuenſes domuiſſet: *In vos*, ajebat, *conatus noſtri velut in Turcas exortos in Italiam convertantur oportebit, nec ab incœpto deſiſtari ſumus, quam vos, Chriſto ipſo bene adjuvante, ſupplices nobis reddamus, nec minus, Chriſto duce, in Turcas Aſiaticos expeditionem, quam ſemel ſuſcepimus, vobis invitis executuri ſumus.* Alfonſus igitur violata voti religione Genuenſes quidem per nefas vexavit bello, neque in Turcas, quantumvis a Calliſto urgeretur, expeditionem paravit, quod ipſi Petrus Fregoſius dux & magiſtratus Genuenſes exprobarunt (d) multa ſcilicet illum de expeditione Turcica venditaſſe, & acerbiſſimis vectigalibus clerum populumque attriviſſe; nil tamen quidquam adhuc in barbaros molitum: *Mavult*, inquiunt, *excellentia tua de ea expeditione, quam in Turcas moliri tamdiu prædicaſti, ſermonem haberi: quocirca non nos fugit jam prope triennio circumacto pollicitum eſſe ſublimitatem tuam, claſſes exercituſque, quibus eorum ferocia occurreres perfacile. Id ita fore nobis perſuaſum eſt: nam quis eſt Chriſtianorum Regum, quem propter vicinitatem ea magis pericula movere debuerint? Claſſem ab Hydrunte mane ſolventem excipiunt veſpere Turcarum littora clamoribus reſonantia. Aſtruebat promiſſa expeditionis fidem, quod videbamus Siciliam & Sardiniam exactionibus aſſiduis exhauriri, reliquos populos inſolitis tributis oppreſſos, in ſacerdotes adeo acerbe ſævire, ut in comparatione reliquarum extorſionum levis videretur decimarum præſtatio.* XL

(b) Bizar. l. 12. Foliet. l. 10. & alii.

(c) Ext. ejus lit. apud Bizar. hoc num.

Nuncupata Chriſto vota infringit.

(d) Ext. eor. lit. apud Aug. Juſt. l. 5. & apud Biz. l. 12.

Exprobrata illi perfidia.

Sacras opes non in Turcas, ſed adverſus fideles abſumere.

ſtatio, famaque fuerit tantum pecuniarum undique corraſam eſſe, quantum ipſam charybdim explere potuiſſet. Nos interim, certa ſpe tuæ claſſis confirmati, ſingulis annis naves, viros, arma, triticum Chriſtianis orientalibus ſuppeditare, atque forti animo calamitates ſuas ferrent, literis ac legationibus exhortari, brevi affuturas vires opulentiſſimi Regis, quæ Turcas trans Caucaſum trepidos fugent: ſed lenta fuit adeo hæc toties jactata expeditio, ut niſi nos non una, ſed pluribus claſſibus diſcrimini eorum ſubveniſſemus, deſerti ac perditi Turcarum fauces non effugiſſent. Circumſpiciat omnia nunc prudentia tua, ac judicet uter noſtrum Turcas foveat, nos ne, per quos multæ inſulæ, multi adhuc populi Chriſtum colunt, an ii qui tot florentibus regnis ſubnixus collecto auro, quod in multas expeditiones ſatis eſſet, eos ſæviſſimis hoſtibus prodit pro quorum ſalute collatum eſt.

Prodit Turcis rem Chriſtianam.

XII. Crucesignata claſſis impie adverſus Chriſtianos educta. Aragonum perfidiam exsecratus Calliſtus. (a) *Lib. brev. pag.* 24.25. 26. & 31. Archiepiſcopus Tarraconen. Eccleſiæ cauſam prodit. (b) *Ibid. pag.* 34. (c) *Ibid. pag.* 6. Hungari in deſperationem adducti.

Vera hæc erant a Genuenſibus objecta Alfonſo, ea enim claſſis, quæ ab archiepiſcopo Tarraconenſi Apoſtolicæ ſedis in Aragonia, Valentia, & Catalonia legato ex ſacris decumis comparata fuerat, non in Turcas, ſed in Genuenſes convertit impetus, & Liguſticam oram vaſtavit ſummo Pontificis dolore, qui eos ſolari, & cum Rege ipſo conciliare niſus eſt (a), graviterque de archiepiſcopo Tarraconenſi, quem reprobum vocat, & illius ſectatoribus queſtus eſt hiſce verbis (b): *Navigant more piratico in Dei offenſam, opprobrium ſedis Apoſtolicæ atque noſtram, & in ſcandalum plurimorum fideique catholicæ vilipendium & contemptum, ac totius Chriſtianitatis turbationem.* Aliis etiam literis (c) acerbiſſime deploravit Aragonenſem claſſem ſacro conductam auro orientem non petiiſſe, dum Mahometes in Hungariam irruebat.

Calliſtus, &c. Solum oſtenſio galearum, ſaltem in Regaſio etiam, quod eſſent piratæ, & in pauciſſimo numero, cum nomine noſtro reſtauraſſet Hungaros, qui unam ſeſſam non ſentiunt de noſtris galeis in partibus orientalibus & ſic clamant ad cœlum: Ubi eſt Deus noſter, ubi eſt populus, ubi eſt populus Chriſtianus; occidamus legatum, *de Cardinale S. Angeli loquitur*, pacificemus nos cum perfidis Turchis, & permittamus perditionem cæteri populi Chriſtiani, qui ſic nos deſerunt. *O proditores archiepiſcopat Tarraconenſis & commendator Olzina de Monte albano conductores tantarum galearum, quæ ſufficientes erant ad bene turbandum Turcum, ſi littora maris Turchi ſulcaſſent, & inde Græci & Chriſtiani inſurrexiſſent, & liberatus eſſet populus Hungarorum. O iterum proditores, Deo, nobis, & hominibus: & cum tanta affluentia pecuniarum a nobis exactarum: non deficiet divina ultio, atque ſedis Apoſtolicæ gravis animadverſio, ut ſit pœna, cæteris in exemplum. O Rex Aragonum adjuva Papam Calliſtum & eum ſolum non dimittas, & Deus regnare te faciet cum longitudine dierum; alias ſentire Deum iratum. Si quæ de præſentibus ſcribimus vicibus geminatis Imperatori & cæteris Regibus ac dominis, & toti populo Chriſtiano ſcimus de certo, quod niſi nobis aſſiſtant, plaga eis non deerit, & nos victores erimus: & væ illis, qui in his nobis non aſſiſtant ſemotis quibuſvis impedimentis dilationibus & aliis.*

Calliſti querelæ de Aragonorum ducum proditione.

Calliſti ad Regem Alfonſum flebilis exclamatio.

Nonnulliſque interjectis ſuos apud Aragones oratores pro ſacra expeditione conficienda ita compellat. *O filii Dei, occurrite cum iſto Papa Calliſto martyre extra ferrum, & latrate pro Chriſto, quoniam canes pro dominis ſuis latrant. Hæc per nos ordinata ſunt cum lacrymis multis & repetimus. Datum &c.* Obſurduit ad pontificios clamores Alfonſus meretriculæ Lucretiæ amoribus irretitus (d), famæque & nuncupati voti oblitus. At Calliſtus & ſi armis auxiliaribus illius deſtitutus quam maximam potuit inſtructam claſſem in orientem miſit, cum aurum omne gemmaſque pro ea ſuſtentanda diſtraxiſſet: qua de re Genuenſes certiores facti ad eum hæc ſcripſere (e).

Sacer Calliſti pro Chriſto ardor. Irretitus ſcorti amoribus Alfonſus Chriſti cauſam deſeruit.

(d) *Gobelin. in comm. lib.* 1.

(e) *Apud Hier. Don. zelu. pag.* 319.

Genuenſium ad Calliſtum literæ.

Petrus dux & conſilium Calliſto Papæ.

Legimus, beatiſſime pater & domine nobis colendiſſime, literas ſanctitatis veſtræ XXIII. *die maii ſuperioris datas. Legimus item exempla literarum reverendiſſimi domini Cardinalis S. Angeli, quas ex Hungaria* XVII. *die menſis aprilis miſiſſe videtur. Ex his cognovimus quanta ſit ſereniſſimo illi Regi ſpes repoſita in claſſe ſanctitatis veſtræ, quamque cupiat eam litora terraſque Turcarum mox incurſare. Nobis multa cogitantibus verba profecto deſunt, quibus ſtudium ardoremque veſtræ ſanctitatis ad fidei defenſionem digne extollere, ſatiſque laudare valeamus. Quid enim addi poſſe dicemus tanto animi fervori, qui erogatis auro, argento, gemmis, ſe ipſum cupiat pro ſuo grege in captivitatem dare? Verum quoniam hæc pia animi veſtri conſcientia in Deo requieſcens humanas laudes aſpernatur, miſſa hæc facimus. Quod nos reſpicit, ſanctiſſime pater, non eſt ignotum ſapientiæ veſtræ hanc rempublicam, etiam priuſquam Machometus Conſtantinopoli potiretur, non exiguum Turcici belli pondus ſubiiſſe: ex eo enim tempore navibus, viris, armis, tritico urbibus Pontici maris ſuccurrere cœpimus vixque unquam poſtea ejuſmodi ſumptus ceſſavit. Poſtquam autem a conſpectu veſtræ beatitudinis redierunt legati noſtri, cum Rhodus, Chius, Leſbus, aliæque urbes & inſulæ manifeſtis periculis objectæ viderentur, præter Ponticarum urbium curam, ad hos quoque terras conſilia convertere neceſſarium fuit. Itaque naves duas cum viris circiter quingen-*

Eam de ſubmiſſo commeatu faciunt certiorem. *gentis, armiſque & inſtrumentis bellicis Chium miſimus, unam Mytilenes cum ducentis & omni telorum armorumque genere, tritici autem tantum conveximus Chium, ut ſi vel Rhodus vel alii vicini populi eſurirent, inde fami eorum ſuccurri poſſit. Capham autem & ad alias Ponticas urbes duas item miſimus alias naves magnam frumentorum vim ferentes, quarum altera omnium maxima, quæ mediterraneo mari navigavit, fulmine icta malo & antennis ambuſtis facta inutilis eſt, ingruitque neceſſitas aliam ejus loco quærere, quæ in Pontum penetret & onus incenſæ, non ſine nova & gravi ſumptu illuc perferat: Hæc quiſque recte cogitare voluerit, licet ingens aliqua & hoſti formidabilis claſſis a nobis comparata non ſit; inveniet tamen nos hoc longo & aſſiduo bello tot naves, tot viros armaſſe, tantum pecuniarum profudiſſe, ut longe minore ſumptu prævalida claſſis parari potuerit.*

Lætamur claſſem ſanctitatis veſtræ nunc ſolvi, & orientem petere, quæ utinam kalendis martiis, ut fama erat, in Aſiam perveniſſet; foviſſet enim bona ſpe Chriſtianorum populorum animos, quorum quidam perterriti, abjecta ſpe occidentalium præſidiorum, pacem cum Rege Turcarum agitare feruntur. Nos, beatiſſime pater, quanquam diuturni belli mole defeſſi, non deſinemus tamen terris & inſulis, quas nominavimus, Parandæ claſſis in Turcas ſpes iniiciunt. *opem ferre quamdiu vires patientur; & ſi Reges ac populos Chriſtianos beatitudo veſtra in unum conſenſum adducet, præclaram aliquam magnificamque, expeditionem adverſus Turcas parare annitemur. Profecto ſpei, quam de nobis ſanctitas veſtra concepit, reſpondere, nec promptitudine vel ardore cuipiam cedere conabimur, qui nos noſtraque omnia benignitati veſtræ propenſius commendamus. Data Januæ die XI. julii MCDLVI.*

Non defuiſſe Genuenſes ſuo muneri, quamvis vexarentur bello ab Aragonio Rege, claſſemque comparatam, ut Lesbum Lemnumque inſulas, & Capham neceſſariis rebus munirent, ut moniti erant a (a) Lib. brev. pag. 25. Pontifice (a), miſiſſe in orientem, refert (b) Bizar. lib. 12. Bizarrus (b). Porro eccleſiaſticæ præfecit (c) Lib. brev. pag. 35. Calliſtus claſſi Ludovicum tit. S. Laurentii in Damaſo presbyterum Cardinalem, de quo hæc ſcripſit (c): *Nos die S. Petronillæ Ludovicum tit. S. Laurentii in Damaſo presbyterum Cardinalem noſtrum & A. S. legatum contra Chriſti & Chriſtiani nominis inimicos, ipſo etiam devotiſſime ſuſcipiente crucesignavimus, & dilectum filium Petrum Ludovicum de Borgia nepotem noſtrum gentium armorum capitaneum* Ludovicus Card. decretus claſſis profectus in Turcas. *generalem cum egregia commilitonum comitiva caſtra metatum miſimus ut terras noſtras ſanctæque Romanæ eccleſiæ pacatas teneamus.* Extant in pontificio regeſto litte(d) Lib. 5. pag. 245. ræ (d), quibus Ludovicum legatum e latere ad bellum ſacrum Mahometi II. inferendum renunciavit, inſtruxitque authoritate ad ſancienda fœdera cum Regibus, principibus, ac præſulibus pro crucesignata expeditione conficienda.

Dilecto filio Ludovico tituli S. Laurentii in Damaſo presbytero Cardinali patriarchæ Aquilejenſi, ac camerario noſtro A. S. L. ſalutem &c.

*Excelſus Deus, qui prout ſuæ divinæ videtur providentiæ alta humiliare & humilia extollere conſuevit, ad comprimendam conterendamque ſuperbiam eorum, qui divinis inſtitutionibus contraire præſumpſerunt, nonnunquam hominum, nonnunquam angelorum miniſterio utendum eſſe diſpoſuit; ſic enim ad ejiciendum & exterminandum illum Luciferum, qui ſuper alta volare conabatur, Michaelem archangelum delegavit, ſic ad fugandas perdendaſque Amorrhæorum gentes Moyſen, & Joſue, populis fidelibus præpoſuit, ſic angelum illum ad maximum ſuperbiæ exercitum Sennacherib perimendum deſtinavit. Cum itaque Machometus Turcorum exitiale caput, Redemptoris noſtri crudeliſſimus hoſtis, & nefandiſſimus Chriſtianæ religionis perturbator, in tantam elationem ſuperbiamque devenerit, quod ipſe divinis, ac naturalibus inſtitutis repugnare non dubitans, tanquam bellua non cognoſcens ſummi & omnipotentis Dei potentiam, ſed impietatis & pervicaciæ ſuæ laxatis habenis, tanquam crudeliſſima fera, illis, quos laſciva voluptuoſaque prime Machometi ſecta deceptos tenet, præeſſe minime contentus, ultra eas, quas detinet occupatas, cultrices & devotas terras nominis Jeſu Chriſti civitates & populos innumerabiles ferro igneque vaſtaverit, ſuæque tyrannidi, illam etiam præclariſſimam civitatem Conſtantinopolitanam ſervire coegerit, & quod deteſtabilius eſt, omne ſuum perverſum in*Ut Mahometes II. Chriſti nomen abolere cogitarit. *genium, & omnes ſuas curas & cogitationes iniquas ad ſanctiſſimum ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti nomen immortale delendum, & ad infeliciſſimam ſceleſtiſſimamque Machometi memoriam recolendam poſuerit, ipſumque Machometum impie veneretur & colat, ac tanta ſit illius nefandi omnium ſcelerum artificis veſania, ut per univerſum orbem terrarum venerandum eſſe contendat; nos, qui licet immeriti, vices ipſius Redemptoris noſtri gerentes in terris Chriſtiano generi præſidemus, quantum ab ipſo nobis conceditur, per ſuas ſemitas incedentes, omnia præmiſſa matura conſideratione cogitantes, quotque innumerabilia deteſtanda facinora per ipſum truculentiſſimum hoſtem contra Chriſti fideles, Chriſtique fidem perpetrata ſint, & quid in ipſius Redemptoris noſtri nominis everſione ſtudere, quidve machinari præſumat, diligenter animadvertentes; qui illum etiam cum noſtri periculo ſanguinis perdere*

XIII.

vo-

Digitized by Google

vovimus, votumque ipſum Deo reddere ardenti deſiderio affectantes, ac tam ipſius Altiſſimi exempla pro viribus imitantes, quam etiam prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, qui poſtquam gentes catholicas ad pugnandum contra infideles excitarunt, pro conſilio & auxilio legatos de latere, tanquam pacis angelos mittere conſueverunt, te cujus perſonam, ſumma fide & ſingulari vitæ integritate ac prudentia & præſtanti animi magnitudine, rerum geſtarum uſu, ac experientia decoratam eſſe cognovimus, de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium authoritate apoſtolica legatum de latere facimus, conſtituimus, deputamus, atque creamus.

Et licet tua præſentia ſine noſtra incommoditate carere non poſſimus, tamen huic communi ac publicæ Chriſtianorum utilitati conſulentes, de tua eximia probitate & præcipuo fidei ac devotionis ardore ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, & claſſi maritimæ cum mero & mixto imperio præficimus; & infra, *circumſpectioni tuæ præſentium tenore committentes ac mandantes, quatenus erecto contra eoſdem Turcos, & alios Chriſtiani nominis inimicos ſanctiſſimo crucis vexillo ad ea loca te conferas, quæ ad hanc ſanctam expeditionem perficiendam magis opportuna cognoveris, & cum quibuſcumque dominis, principibus, regibus, magnatibus, comitatibus ac eccleſiaſticis & ſæcularibus perſonis, cujuſcumque gradus & dignitatis exiſtentibus, etiamſi patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, vel alia quamvis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, ac privatis etiam perſonis expediens eſſe putaveris, agas & opereris, quod huic negotio profuturum eſſe duxeris, & quicquid prudentiæ tuæ viſum fuerit, quam ſine alia noſtra inſtructione inſtructiſſimam eſſe judicamus, &c.* (Ampliſſima poteſtate legatum inſtruit, ut meditata pia conſilia ad exitum perducat.) *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCDLV. pontificatus noſtri anno I.*

Amplificata alio diplomate ejus fuit poteſtas quo legatio ipſi in Sicilia, Dalmatia, Macedonia, Græcia univerſa (*a*), Ægei maris inſulis, Creta, Rhodo, Cypro, regniſque & provinciis Aſiaticis data eſt, præfectuſque omnibus locis, quæ hoſtibus eripuiſſet: aliiſque præterea mandatis fultus eſt, ut archiepiſcopum Tarraconenſem & Antonium Olzinam militiæ S. Jacobi de Spatha equitem adminiſtratione & imperio claſſis in Aragonia decumano auro comparatæ, ſubmoveret (*b*), verterant enim illi, ut diximus, arma in Chriſti fideles ſtringenda in Turcas; ob quod flagitium Apoſtolico etiam edicto exauctorati fuere (*c*). Profectus Neapolim legatus cum claſſe Alfonſum a perficiendis promiſſis averſum reperit, fruſtraque (*d*) preces auditæ non ſunt. Ne itaque legatus inani mora tempus tereret, vela in orientem a Calliſto pandere juſſus eſt (*e*), etiamſi ab Alfonſo promiſſas triremes non obtineret allata hac ratione: *Si claſſis noſtra quamprimum Turcarum littora & terras maritimas invaſerit, neceſſario copiæ & potentia hoſtium, quæ maxime in Hungariæ oppreſſionem congregatæ ſunt, evacuabuntur & diſtrahentur. In acceleratione igitur claſſis ſalus regni Hungariæ ſita eſt; immo univerſæ Chriſtianitatis, quia ſi quod Deus avertat Hungaria opprimitur, in maximo & certiſſimo diſcrimine verſabitur.* Ac ne rem in partem iniquam traheret Alfonſus, Pontifex metuendum periculum Pannoniæ imminens illi propoſuit, de quo ad Solerium oratorem hæc ſcripſit (*f*): *Alfonſo Regi Aragonum & utriuſque Siciliæ illuſtri ſcripſimus, in quanto periculo Hungaria ſit repoſita, & quantopere claſſis noſtra unicum in provinciarum ipſarum remedium ab eis flagitetur & ſperetur, ob quod non miretur regia majeſtas, ſi maturare legatum fecimus etiam cum mediocri claſſe.* Cum legatus ſolutis Neapoli anchoris Siciliam, ac deinde orientem cum claſſe petiiſſet, illum Pontifex ad rem bene gerendam his verbis accendit (*g*): *Quamquam, dilecte fili, non tibi neceſſaria ſit exhortatio noſtra, Deus te & ſacroſancta fides exhortetur, & æterna gloria & fama, quæ tibi parata eſt. Rurſumque tibi gloria iſta reſervata eſt, & victoria contra perfidum Turcham cum recuperatione Conſtantinopolis.* Præterea Rhodiorum magiſter Turciæ littora claſſe infeſtare juſſus eſt (*h*).

XIV.

Interea Mahometes centum quinquaginta millia militum in Hungariam effudit (*i*), ut ea ſubacta ad reliquum occidentem edomandum viam ſibi muniret. Tanto illum intumuiſſe faſtu ſcribit Thuroſius (*k*), ut ferret fama hæc ab ipſo verba uſurpata: *Unus Deus dominatur in cælis, competens eſt, at unus tantum princeps dominetur terræ.* Primum vero belli barbarici moles verſa eſt in Albam Græcam ſive Belgradum, quam Hungari Nandor Albam vocant ad confluentes Danubii & Savi ſitam, quamque antea Amurates ſeptem menſium obſidione irrito conatu preſſerat. Audita ea irruptione Ladiſlaus Rex & Ulricus comes quaſi abjecta regni Hungariei tutela Viennam in Auſtria profugerunt. Cardinalis S. Angeli legatus Budæ remanſit ad auxilia undique contrahenda: Joannes e Capiſtrano Minorita cum iis copiis, quas ſacris concionibus ad induendum crucis ſymbolum coegerat, Albam profectus, ad eam contra Turcicos impetus defendendam. Interea Joannes Huniades arcem propugnabat: quatiebat vero tormentis æneis urbem Mahometes, & undique eam urgebat. In-

Marginal notes:

(*a*) *Lib. 5. pag. 44.*

Alfonſus Rex comparatam ex ſacro auro claſſem avertit in Chriſtifideles.

(*b*) *Lib. brev. p. 21.*

(*c*) *Lib. 7. p. 291.*

(*d*) *Lib. brev. p. 17.*

(*e*) *Ib. p. 6. & 30.*

(*f*) *Ib. p. 22.*

(*g*) *Lib. brev. p. 31. & 32.*

Legatus recuperandæ Conſtantinopoli curas juſſus intendere.

(*h*) *Ib. p. 25.*

Mahometes in Pannoniam exercitum ducit.

Univerſum orbem edomare meditatur.

(*i*) *Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 65. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1.*

(*k*) *Thuroſ. chron. c. 55. Dubrav. l. 29. & alii.*

Hungariæ Rex & Ciliæ comes in Auſtriam perfugiunt.

B. Joannes e Capiſtrano in arma Hungaros concitat.

XV. Inſtructa etiam fluminea claſſe ad auxilia omnia intercludenda vaſtitatem agro inferebat, cum Huniadis imperio legatique curis inſtructa eſt claſſis, initaque eſt navalis pugna, in qua victoriam Huniadi Deus conceſſit, quam deſcribit hiſce verbis Thuroſius (a): *Conquiſitis tandem navibus, illas militibus armatis & cruceſignata gente ſimul oneravit: tandem per flumen Danubii hoſtiles contra naves miſit; propter quod uterque hoſtis navali jungitur certamine. Ingens exuberat in Turcis clamor; & Hungari quoque vocibus altis dominum Jeſum pro auxilio invocabant. Via igitur ad fugam utrique hoſti dempta, acerrimum committitur bellum: feruntur hinc inde altas Danubii per aquas utriuſque partis naves, & multi ex illis mortalibus ſauciati vulneribus cadentes ibant in profundum, tantique ſanguinis ex effuſione clara Danubialis aqua immenſæ cædis cruenta oſtendebat veſtigia, & veſcentibus pugili de utroque piſcibus eſcæ parabantur. Tandem longum belli poſt laborem vicerunt Hungari, acriuſque irruentes in Turcos naves eorum ferreis junctas catenis diſſecantes vehementes ſuccenderunt in flammas. Quod poſtquam Turcorum Cæſari innotuit, dixiſſe fertur. Jam gravius noſtra potimur voluntate. Dominus vero comes navalis in certamine gloriam victoriæ adeptus, mox caſtrum adiit, & capitaneos illius jam mente conſternatos, & præter mortem nullam aliam ſortem expectantes, conſolatus eſt. Quid, inquit, territi eſtis? an ſolum nunc vidiſtis Turcos? Hi ſunt illi quos ſæpius fugavimus, noſque interdum fugimus ante illos: cur illorum aſpectus, quos multoties vidiſtis, vos turbat? Nonne arma & vires illorum experti eſtis? Confidamus igitur, filioli, in Chriſto, pro cujus nomine crebrius noſtrum fudimus ſanguinem, & cum illius noſtroque hoſte eo fortius decertemus. Nonne Chriſtus mortuus eſt pro nobis? & nos quoque moriamur pro illo. Eſtote ergo animo conſtantes & fortes in bello timidus, ut noſtis, eſt hoſtis, ſique Deus nobiſcum fuerit, de facili conteri poteſt, &c.*

(a) *Thuroſ. in chron. ſup. c. 55.*

Parta ob iis Jeſum implorantibus victoria.

XVI. Meminere de inſigni illa navali victoria Calchondyla (b) in hiſtoria Turcica, qui triremes Mahumeticas captas incenſas ve fuiſſe ait; tum B. Joannes e Capiſtrano, qui viginti ſeptem ex illis captas ſcripſit (c) ad Pontificem; tum etiam Pontifex ipſe in literis ad epiſcopum Atrebatenſem datis (d), qui ubi nuntium de Turcarum in Pannoniam irruptione audivit, eo curas omnes intendit (quod paulo ante diximus) ut claſſem mitteret in orientem, ut vaſtatis Aſiæ & Græciæ littoribus hoſtiles diſtraherentur vires, vel Mahometes ex Hungaria ad novos eos motus diſcedere cogeretur; tum ut Imperatorem Fridericum alioſque Germaniæ principes ad conjungendas cum Ladiſlao Hungariæ & Bohemiæ Rege in Mahometem vires, illumque ex Pannonia & Albæ obſidione pellendum permoveret. Extant ea de re ad Fridericum Calliſti literæ (e), quibus illum in tanto rei diſcrimine interciſis ſuſpiriis & flebilibus vocibus adhortatur, ut ad fidem defendendam aſſurgat.

(b) *Calcond. hiſt. Turc. l. 8.*
(c) *Ext. ejus lit. apud Vvading. hoc ann. n. 59.*
(d) *Lib. brev. p. 29.*

Calliſti ad Germanos principes adhortatio.

(e) *Ib. p. 5.*

Chariſſimo in Chriſto filio Frederico Dei gratia Romanorum Imperatori.

Quamquam pluribus modis tua ſerenitas intelligere potuerit flagrantiſſimum & inenarrabile deſiderium noſtrum ad vindicandas injurias ſacroſanctæ religioni a perfidis Turchis illatas, credamuſque celſitudinem tuam ad ſuccurrendum fidei paratiſſimam eſſe; tamen quia in horas pro tam ſancto opere ignoſcit & accenditur cor noſtrum, & hæc unica cura menti noſtra ſedet infixa, facere non poſſumus quin continue univerſos catholicos principeſque ad tam ſalutare, tam ſanctum, tam denique divinum opus excitemus & excitatos rurſus atque iterum admoneamus. Vellemus equidem ut liceret univerſis Chriſti fidelibus introſpicere intima cordis noſtri, & videre vivacem curam, quæ torquet viſcera noſtra, cum in his cogitationibus ſine aliqua intermiſſione verſamur: cupimus enim, & pluſquam credibile cuiquam eſſe poſſit, optamus huic perfido cani Turco ire obviam, ejuſque furorem comprimere, ac rabidam ſitim Chriſtiani ſanguinis extinguere. Ingemiſcimus continue, nec poſſumus continere lachrymas, quoties hic ſathanæ filius nobis venit in mentem: ſed dulcis quædam paſſio urit ſenſus noſtros, ſperamus quippe, immo divino quodam præſagio confirmare poſſe videmur, hanc immenſam gloriam & triumphum fidei tempore noſtro ab immortali Deo reſervari, ut acerrimum hoſtem Chriſtiani nominis deſolatum eradicatumque videamus.

Solicitatus Cæſar ut ſacræ militiæ ſe accingat.

Quanta ſit illi gloria reſervata exponitur.

Ad te autem, chariſſime fili, quem ſanctæ religioni Chriſtianæ & debere & poſſe ſubvenire intelligimus, iterato recurrimus, & ut eum, in quo potiſſima ſpes noſtra nititur, hortamur & quanta poſſumus cum affectione requirimus, ut jam, quia tempus inſtat, potentiam tuam excitare velis, & cauſæ divinæ patrocinium ſuſcipere, quæ in tuis progenitoribus firmiſſimum ſubſidium ſemper habuit. Occurrendum eſt hoſti, ne per mala noſtra invaleſcens execrandi propoſiti ſui proculcandæ fidei Chriſtianæ compos fiat. Si primus furor ejus comprimitur, faciles erunt Chriſtianis ad reliqua ſucceſſus; ſin prævalere ejus rabies ex noſtra negligentia cœperit, timendum eſt, ne quod in tempore neglectum fuerit, totius populi Chriſtiani luctu miſeriaque plectatur: jam enim in faucibus Hungariæ perditiſſimum ipſum Turcum

cum

cum ſuo exercitu eſſe intelleximus eo animo, ut regni illius viribus edomitis facilius poſſit reliquam peſſumdare Chriſtianitatem. Quod cum ex literis dilecti filii Joannis S. Angeli diaconi Cardinalis legati apoſtolici nobis nunciatum eſſet, ſtatim claſſem noſtram emiſimus, & legatus noſter in mari eſt, & properat quam celerrime verſus Conſtantinopolim navigare, & hoſtium littora invadere, ut eorum copiæ neceſſario diſtrahantur & minuantur, dum ſuis ad maritima loca laborantibus auxilio ſubvenire volent. Quod conſilium quia utiliſſimum probatiſſimumque viſum eſt, in acceleranda dicta claſſe noſtra incredibilem curam adhibuimus etiam cum diſtractione auri, argenti, & jocalium noſtrorum, quæ omnia in præſentiarum exponimus: atque utinam, ut tanta ſtrages & opprobrium fidei orthodoxæ ceſſaret, captivitas perſonæ noſtræ ſufficeret, quam libenter offerimus, novit Deus. Hæc cum fletu & lachrymis tibi præſertim & aliis Chriſtifidelibus intimamus, hortamurque & precamur tuam celſitudinem, ut non deficias cum tuo exercitu in Hungariam proficiſci, teque chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ladiſlao Regi illuſtri adjungere, ut utriuſque viribus unitis terreſtri pugna barbari conficiantur, & profligentur, eodemque tempore terræ ipſorum maritimæ a claſſe noſtra vaſtentur. Dat. Romæ, &c. MCDLVI. pontificatus noſtri anno II.

Ut Jo. Card. cum claſſe immiſſus ſit in Turcas.

XVII. Monuit oratorem ſuum in Germania Joannem epiſcopum Papienſem Calliſtus de his, quæ ad Fridericum ſcripſit, omnique contentione ipſum eniti juſſit (a), at idem Imperator exercitum in expeditionem educeret contra Turcas, ſeque Ladiſlao ſocietate jungeret, cum ſine æternæ ſalutis detrimento fidei cauſa deſeri non poſſet.

(a) Ibid. p. 5.

Venerabili fratri Joanni epiſcopo Papienſi referendario noſtro ſalutem, &c.

Quia legatus ipſe, nimirum Cardinalis S. Angeli in Pannoniam miſſus, *ſummum hujus belli præſidium in chariſſimo in Chriſto filio noſtro Frederico Romanorum Imperatore reliquiſque Germaniæ principibus collocatum eſſe prædicat, indeque ſpem omnem eſſe, ut terreſtri pugna Turco obſiſtatur, ſupplicavit nobis, ut rurſus per literas prælibatum Imperatorem ad ſe tandem movendum & cum chariſſimo in Chriſto filio Rege Hungariæ conjungendum exhortemur*: nonnulliſque interjectis, *hortare, excita, impelle omnibus modis prælibatum chariſſimum filium noſtrum Imperatorem, ut tantæ gloriæ tempus non omittat, nec differat ſubvenire ſanctæ religioni. Ecquis erit tam ferreo corde, quis tam nihil de ſua gloria & divino merito cogitans, ut ad tantum incendium extinguendum non accurrat? Venit tempus, inſtat hora, qua de neceſſitate ſalutis omnes Chriſtifideles huic divino operi toto pectore debent incumbere, & in perditionem immaniſſimi hoſtis ſe accingere. Tu igitur, qui non immerito in partem laboris vocatus exiſtis, vigila & elabora pro viribus, ut quamprimum intelligamus Germanorum principum exercitum cum Hungaris eſſe conjunctum, Turcoſque pugna terreſtri premi, &c.* Non defuit officio epiſcopus Reinenſis, cujus commendata diligentia eſt; urgere tamen rem iterum juſſus hiſce verbis (b): *Inſta apud chariſſimum in Chriſto filium Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & apud alios Reges, principes, duces, & prælatos ſuis ſalutiferis monitionibus, ut in tanta fidei noſtræ neceſſitate, in tanta religionis noſtræ exaltatione deſiſtere nolint.* Conficiebatur ſummo dolore Pontifex, Germanos torpore conſeneſcere, nec ſigna in Mahometem attollere: atque ideo ad eos excitandos eundem Joannem epiſcopum Papienſem operam dare juſſit (c), ut Fridericum Imperatorem & alios Germaniæ principes ad ea, quæ in ſuperioribus conventibus decreta erant, perficienda impelleret.

Admoniti fideles ſumenda de neceſſitate ſalutis arma in Turcas.

(b) Lib. brev. p. 11.

(c) Lib. 22. p. 371.

Calliſtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Joanni epiſcopo Papienſi referendario noſtro ſalutem, &c.

Pridem ad ſummi apoſtolatus apicem, Deo ita diſponente, evocati, cum videremus quam crudeliter in Chriſtianos ſæviret horrenda hæc Turcorum tempeſtas, ac quam celeri remedio ad ſubveniendum fidelibus eſſet opus, matura præhabito conſilio, miſimus ad Germaniam, Hungariam, regna, & terras a Turchis occupatas, illiſque finitimas dilectum filium Joannem S. Angeli diaconum Cardinalem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere, primo ut ad præfatum Romanorum Imperatorem proficiſcens eum ad ſalutarem contra eoſdem Turcos expeditionem noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine exacta diligentia hortaretur, ab eodemque triginta peditum millia & equitum decem juxta conventa in dieta in Novacivitate ſe præſente proxime celebrata, ac tibi ibidem intereſſenti, & nomine ſedis prædictæ recipienti aſſeverata præmiſſa ad hoc ipſum opus repoſceret; inde in Hungariam tranſiret, ipſumque Regem baroneſque & regni prælatos ad reſiſtendum tam perfidis hoſtibus animaret; necnon, ſicubi diſcordias inter fideles vigere inveniret, eaſdem tollere conaretur: demum congregatis exercitibus opportune, eos, duce Altiſſimo, ad defenſionem nominis Chriſtiani educeret. Quæ omnia cum quantum in eo fuit debita uſque in hanc diem cura ſit executus, accidit nuperrime, ut Rege præfato una cum dicti regni baronibus & prælatis parante ſe proximum venturum Auguſtum univerſalem exercitum congregare; nunciato ſubito Turcorum adventu neceſſe

Quanta ab Apoſt. ſede pro Germanis conjungendis in Turcas navata ſtudia.

Hungaricus exercitus ob Turcarum irruptionem diviſus.

fuerit ad tutandos ipſius regni fines particulares copias pro tempore mittere, in quibus eum memorati legati præſentia & labor continuus plurimum neceſſaria eſſe noſcantur, proptereaque pluribus in locis ſimul verſari, & omnia per ſe obire non valeat, ne quid interim, quod ſalutare ſit, per ejus abſentiam deſeratur, maxime cum (quod dolenter referimus) exercitum in dicta Alamania premiſſum nondum ex frequentibus literis paratum eſſe audiamus, de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium te, de cujus zelo fidei, integritate vitæ, doctrina præſtantia & rerum agendarum longo jam uſu plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad præfatum Imperatorem cæteroſque ſupra nominatos noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuncium & oratorem cum poteſtate legati de latere facimus, conſtituimus, ac deputamus, ad illoſque te deſtinandum putavimus, ut antedictum Imperatorem noſtro nomine adeas, illumque preceris & roges, ut memor Chriſtianæ ſalutis & præmiſſorum in dieta factorum, quorum fiducia nos jampridem venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Terraconenſem cum parte, nondum illius proditio patuerat, *& nuperrime dilectum filium Ludovicum tituli S. Laurentii in Damaſo presbyterum Cardinalem camerarium noſtrum cum reliqua claſſe legatum de latere proficiſci mandavimus, velit (ut imperiali celſitudine ſua etiam dignum eſt) cum effectu curare, ne nos & cæteri fideles, ad quos ipſius dietæ fama & ſtrepitus promiſſionis in ea factæ teſtimonium pervenit, expectatione noſtra fruſtremur, atque ita fides catholica hanc tantam confuſionem accipiat; denique & cum ſerenitate ſua & cæteris Alamaniæ principibus, prælatiſque, ac baronibus, & populis circa omnia alia & ſingula etiam decimam ipſam impoſitam, ſive aliam debitam, cæteraque in hunc tam pium uſum & præfati promiſſi exercitus apparatum convertendam tangentia facias, dicas, & exequaris, quæ ad perſolvenda antedicta promiſſa, & maturandam expeditionem neceſſaria videris ſeu etiam opportuna.*

Cæſar ac principes iterum officii admoniti.

Acceptas decimas in ſacra expeditione expendant.

Et quia niſi fidelium robur unitum ſit invicem & concors, fieri quidquam opportunum, Deoque placens non poteſt, audientes (non ſine præcipua animi diſplicentia) intra limites hujuſmodi tuæ legationis inter nonnullos principes, comites, & barones, nobiles ac populos diverſas diſſenſiones & controverſias, quibus pium hoc opus manifeſte impeditur, tibi prædicto inter præmiſſas & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, pacem, concordiam, & unitatem tractandi & componendi, pacificandi, firmandi, & promittendi & treugas indicendi, ac omnia alia & ſingula in in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna faciendi, ſtatuendi, præcipiendi, ordinandi, roborandi, & exequendi; necnon contradictores quoſlibet & rebelles authoritate apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam, & alias, de quibus ſibi videbitur pœnas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi: necnon, ſi forte interim congregationes aliquas ſeu dietas in dicta Alamania fieri contingeret, in quibus neceſſe vel utile futurum eſſet, te intereſſe in eiſdem, intereſſendi cum plenæ legationis de latere officio, ut præmittitur, tenore præſentium facultatem concedimus & etiam poteſtatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto XV. kal. julii pontificatus noſtri anno ſecundo.

Inſtructus ad eam promovendam auctoritate internuntius.

Non dignum Chriſtiano Cæſare ſpiritum induit Fridericus, non fortes & magnanimos Germaniæ populos ad cruceſignata vexilla concivit: ſed inertiæ ſe dedit: quanquam antea imperialia ſuſcepturus ornamenta popoſcerat a Nicolao, ut ſacræ expeditionis in Turcas conficiendæ præficeretur Fridericus, pluresque jam conventus ea de re celebrarat: ingreſſo enim Pannoniam Mahomete, illiuſque pene cervicibus imminente: & inimicitias ſuſcepit (a), aluitque in Ladiſlaum, qui Hungariæ regnum puerili metu, ut diximus, deſeruit (b). Solicitati etiam a Calliſto (c) alii principes fuere, ut in Mahometem conſurgerent, nimirum Albertus dux Auſtriæ, Henricus Nicenſis, Petrus Britanniæ, Ludovicus Sabaudiæ, Fernandus Beſienſis duces, iiſque propoſuit quantam gloriam ea in re conſecuturi eſſent: *Hortamur*, inquit in literis ad Beſienſem datis, *nobilitatem tuam, ut cauſæ divinæ patrocinium animo virili amplectaris, cogiteſque potentiam ab immortali Deo tibi tributam in nullo ampliori opere magis illuſtrari poſſe, quam ſi tam neceſſario & opportuno tempore in perditionem inimicorum Chriſti eam exerceas: nam quid tanta laude dignum in Chriſtiano principe eſſe poteſt, quam pro Deo, pro fide, pro ſanctiſſima religione contra immaniſſimum furorem & perditam rabiem infidelium vires ſuas oſtendere?* Rogatique inter alios Carolus (d) Francorum & Alfonſus (e) Aragonum Reges, ut vires ſuas floreniſſimas converterent in communem hoſtem, qui Pannoniam ſibi ſubiicere annitebatur. XVIII.

Fridericus ſpreta re Chriſtiana privatas gerit inimicitias.

Moniti principes nunquam arma glorioſius quam in Chriſti hoſtes exerceri.

Cæterum humana ope orbatus Calliſtus, ad divinam perfugit; conciliaturus enim Chriſtiano populo cœleſte præſidium, ſolemnes ſupplicationes, aliaque pia opera peragenda a fidelibus ſacroſanctæ poteſtatis imperio indixit; de quo hæc tradit S. Antoninus (f): *Idem*, nimirum Calliſtus, *anno ſecundo pontificatus ſui mandavit per ſolemnes literas apoſtolicas ubique terrarum fidelium ſingulis diebus inter nonas & veſ-* XIX.

pe-

(a) *Lib. brev. p.* 14. *Goel hiſt. Huſſ. l.* 11. *& alii.*

(b) *Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c.* 65.

(c) *Lib. brev. p.* 4.

(d) *Ib. p.* 1.

(e) *Ib. p.* 2.

(f) *S. Anton.* 3. *p. tit.* 22. *c.* 14. *in prim.*

Indictæ preces pro obtinenda divina ope.

peras pulſari in omnibus eccleſiis ad Ave Maria ten, in qua pulſatione quicumque diceret genibus flexis ter Ave Maria & Pater noſter, conſequeretur indulgentiam tertiam annorum & trium quadragenarum. Item quod omni prima dominica menſis fieret proceſſio generalis, ad quam convenirent clerici, religioſi, & laici, & cantaretur miſſa cum prædicatione ad materiam accommodata pro victoria habenda contra Turcos, & qui intereſſet haberet ſeptem annos & ſeptem quadragenas indulgentiarum. Item quod in miſſa quilibet, qui celebraret diceret orationem pro victoria contra paganos, & qui hoc faceret tres conſequeretur annos indulgentiarum: & omnia ad impetrandum liberationem a Turcis & victoriam pœnitentibus & confeſſis. Eademque ipſemet Pontifex Solerio apud Alfonſum Regem Aragonum oratori ſuo ſignificavit (a) ſic inquiens: *Indiximus proceſſiones illico, quo poſtinc eſt legatus in mari a nobis cum multis crucefignatis, jejuniaque, orationes, & alia, & per bullas totum mundum excitamus, lachrymis, fletu, jejuniis, eleemoſynis, & aliis piis operibus Deum placando.* Inſigne eſt illud diploma ſubjectis conceptum verbis (b).

(a) Lib. brev. p. 35.

(b) Lib. 22. p. 226. & lib. div. bull. p. 213.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, electis, nec non dilectis filiis eorum in ſpiritualibus vicariis, ac abbatibus, cæteriſque eccleſiaſticis perſonis ubilibet per orbem Chriſtianum conſtitutis ſalutem, &c.

Cum his ſuperioribus annis impius nominis Chriſtiani perſecutor Turcorum tyrannus poſt oppreſſam Conſtantinopolitanam civitatem, in qua omne genus crudelitatis exercuit, ſæviens non ſolum in homines, ſed ex quo in Deum noſtrum non poterat, in ſuos ſanctorumque reliquias impie deſiderii conatum totis viribus ſit proſecutus, fideles populos, ad quos voluit aſpirare, aſſiduis cladibus affligendo, ita ut novæ plagæ, novæ in dies calamitates nuncientur: cumque etiam quod indignius eſt his non contentus, ſed magis ſuperbiæ currum aſcendens vaſtitatem totius populi Chriſtiani & occidentis imperium mente conceperit, ad idque invadendum violentius ſe in dies paret geſtiens ſanctum Chriſti nomen de terra perdere, & impii canis Mahometi damnatam & horrendam blaſphemiam inducere; hinc eſt, quod nos pridem tam dura temporum & rerum conditione ad ſummi apoſtolatus apicem, meritis licet inſufficientibus, evocati, compatienteſque dominico gregi ſic paſſim ſub infideli gladio cadenti, quem dominus Salvator noſter cuſtodiendum & paſcendum nobis commiſit, conati ſumus uſque in hanc diem [*quantum divina gratia largiri dignata eſt*] *his tam perniciosis conatibus noſtras & Romanæ eccleſiæ vires pro poſſe opponere, ad hoc ipſum mente & animo ſedulo incumbentes. Jam ſi quidem decimas per orbem Chriſtianum toti clero indiximus, fideles populos ad communem fidei cauſam per literas noſtras excivimus, nuncios miſimus, qui ad ſanctam Domini crucem tuendam quiſque pro poſſe ſe accingeret, prædicarent, Chriſtianorumque adjumenta colligerent. Legatos inſuper noſtros partim ad pacanda regna, partim ad excitandos Reges & principes, partim quoque ad congregandos ducendoſque contra hujuſmodi alterum Mahometum veteris veſtigia imitantem exercitus; nuperrime autem dilectum filium Ludovicum tituli S. Laurentii in Damaſo presbyterum Cardinalem camerarium noſtrum cum claſſe maritima ire, auctore Domino, juſſimus; denique nihil omiſimus quantum Dominus juvare dignatus eſt quod ad hanc ſalutarem expeditionem terra & mari proficere potuerit.*

Calliſti conatus pro fulcienda re Chriſtiana.

XX. *Verum quia, ut ait Apoſtolus, noſtrum eſt tantum laborare, ſolius autem Dei incrementum actionibus dare, videmus nil actum eſſe tantorum operum ſtudio, niſi in jejunio, fletu, & planctu & orationibus, revertamur ad Dominum, ut ipſe revertatur ad nos, qui peccatis exigentibus, flagellis hujuſmodi conterit populum Chriſtianum velut ſervum ſcientem voluntatem domini ſui & non facientem; ac propterea neceſſarium duximus & maxime opportunum, ut miſericordiam ejus cum gemitu & lacrymis implorantes animas noſtras in oratione humiliemus, non in humanis tantum viribus noſtris confidentes, quæ fragiles ſunt & caducæ, ſed in Domino exercituum, qui vere turris eſt fortitudinis, & qui olim Abrahæ cum paucis vernaculis in Domino confidenti de potentibus Regibus victoriam dedit. Ab ipſo enim victoria belli.* Non enim ſalvatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ: *Ecce inquit pſalmiſta,* oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. *Nonne orationibus magis quam armis Amalechitas Iſraeliticus populus ſuperavit? divina Scriptura teſtante: cumque levaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech: & pugnaturi contra Philiſtæos pariter Samueli dixerunt:* Ne ceſſes clamare pro nobis ad dominum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiſtinorum: *cumque ille clamaret, ſacrificaretque pro illis, intonuit Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, cæſique ſunt a filiis Iſrael. Nonne ſuperbiam Sennacherib Regis Aſſyriorum, in multitudine curruum & equitum glorïantis, humili Ezechiæ Regis atque devota oratione centum octoginta quinque millibus interemptis angelo percutiente una nocte contrivit? Quem etiam non movent in hujuſmodi tribulationibus & preſſuris quaſi ad invictiſſimam arcem ſic ad oratio-*

Ut omnes ſpes in Deo collocarit.

Sæpius fideles hoſtium copias ſola ope divina fregere.

tionem confugere, Regis Joſaphat plus admiranda quam magna victoria? qui circumdatus ab omnibus finitimis nationibus, gentium timore perterritus ad Dominum totum ſe contulit, prædicavitque jejunium in universo Juda, & toto populo congregato devotiſſima obſecratione Dominum invocavit: qui emiſſo Spiritu ſuo ſuper Ibaziel Zachariæ filium ita illi reſpondit: Attendite omnis Juda, & qui habitatis in Jeruſalem, & tu Joſaphat, hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere: ne paveatis hanc multitudinem; non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei: non enim eritis vos, qui dimicabitis, ſed tantummodo aſtate confidentes & videbitis auxilium Domini ſuper vos. *At ille vehementius orationibus, laudibuſque divinis inſiſtens cantores inſtituit, qui laudantes Dominum in ſingulis turmis exercitum veluti firmiſſima, & inexpugnabilia præſidia antecederent, & voce conſona dicerent:* Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia ejus. *Cumque illi laudes cantare cœpiſſent, convertit Dominus inſidias hoſtium in ſeipſos, ita ut invicem ſævientes mutuis conciderent vulneribus. Hic quoque artibus præclara fœminarum Judith Holofernem necavit, & timorem maximi Regis Nabucadanoſor, ſuperbiamque fragilis fœmina oratione & lacrymis ſuffulta contrivit:* Non, *inquit*, in multitudine eſt virtus tua Domine, nec in equorum viribus voluntas tua, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi; ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. *Quid dicemus de fortiſſimo viro cunctiſque ſæculis glorioſo Machabæo, qui quoties oratione ſuffultus bella congreſſus eſt, victor evaſit. At vero cum oratione neglecta, Deoque non invocato cum Antiocho Rege congreditur, profligatus effugit: quibus quoque omiſſis præſidiis bello contra Bacchidem victus & tandem occiſus, & Dei populus contritus eſt.*

Solo cantu profligati ſlorentiſſimi exercitus.

Machabæus divina prece omiſſa demum debellatus.

Dicamus igitur: Juſtus es Domine & rectum judicium tuum. Merito omnia patimur, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus. *Non enim ſolet divina clementia tam ſevero judicio corrigere populum peccatorem, niſi cum illum videt a ſuis præceptis pertinaciter oberrantem: Achior Ammonites, licet gentilis, Holoferni conſilium dedit, dicens:* Perquire, Domine: ſi eſt aliqua iniquitas iſtorum in conſpectu Dei ipſorum, aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Dominus eorum tibi, & ſubjecti erunt ſub jugo potentiæ tuæ. Si autem non eſt offenſio populi hujus coram Deo, non poterimus reſiſtere illis, quoniam dominus Deus eorum defendet eos, & erimus in opprobrium univerſæ terræ. *Hinc timendum eſt, & vehementer formidandum quod numquam contra fidelem populum infidelium furor tantum prævalere potuiſſet, niſi in ipſis fidelibus Salvator aliquid reperiſſet, quod oculos ſuæ majeſtatis vehementer offenderet, qui nonnumquam ſolet corruptos hominum mores bellis conterere atque emendare, & ſe de inimicis cum inimicis vindicare.*

Turcarum proſperitas Chriſtianorum peccatis attribuenda.

XXI. *Ad pœnitentiam igitur & orationem maturandum nobis eſt, ne dum de die in diem differendo emendationem, & ad dominum Deum noſtrum reverti, nobis graviora contingant, certi quidem quia, ſi revertemur ad Dominum, ipſe revertetur ad nos. Vidit enim afflictionem filiorum Iſrael in Ægypto, audienſque clamorem eorum glorioſiſſimum illis de Ægyptiis triumphum dedit, & liberos eos cum gaudio tum per mare tum per vaſtam illam deſerti ſolitudinem ad terram promiſſionis tranſvexit: cumque illi veteribus moles nova conjungerent, & pro ſuis peccatis ab omnibus finitimis nationibus variis temporibus eſſent oppreſſi, quoties converſi Domini præſtolabantur auxilium, divina miſeratione liberavit. Ipſi David pœnitenti, & cum fletu dicenti:* Peccavi Domine; *peccatum extemplo dimiſit. Et Ezechiæ orantis vitæ periodum mortiſque terminum prorogavit: & perituros juſta ſententia Ninivitas, cum flentes oranteſque ad eum fuere converſi, in miſericordia exaudivit. Et nunc quidem non eſt abbreviata manus Domini: benignus & miſericors eſt, & patiens, & multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper malitiam populi ſui.*

His itaque ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis & exemplis, aliiſque compluribus permoti, hortamur vos, fratres & filii, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti, ut juxta crediti vobis officii paſtoralis rationem reformationi morum ſubditorum populorum veſtrorum ſecundum ſanctorum patrum canones & decreta diligentius inſiſtatis, quia ut beatus Gregorius prædeceſſor noſter ait: Dominicum gregem lupus non jam in nocte latenter, ſed in aperta luce dilaniat. Vigilemus ergo, ne quid pereat: & ſi captum forte quid fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus: nec nos labor terreat, quia nomen paſtoris non ad quietem, ſed ad laborem ſuſcepimus, cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio paſtor occidit. *Nobis autem nil tam cordi eſt, tamque deſideramus, quam omnium Chriſtianorum prout ſecundum Deum debemus & obligamur, vitam moreſque reformare, quodque Deo adjutore debitis incrementis proſequi intendimus. Verum quia nos in præſentiarum iſta Turcharum nimium urget tempeſtas, ad occurrendum illi toto ſtudio omnibuſque viribus inſudamus, & ſicut a Chriſti fidelibus tam clericis quam laicis per bullam noſtram ſuper inde confectam corporalia auxilia requiſivimus, ne nobis ipſis* de-

Moniti ut ea emendent.

deficere videremur, ita & nunc ſpiritualia quæ majora ſunt inſtantius præſtolamur.

XXII. Vos igitur & veſtrum ſingulos monemus, hortamur in Domino, atque de Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus authoritate confiſi mandamus & præcipimus, ut omnes & ſinguli ſacerdotes etiamſi Cardinalatus aut alia quacumque eccleſiaſtica dignitate præfulgeant, ſæcularium & regularium ordinum quorumcumque exemptorum & non exemptorum, quotiens eos celebrare contingat, commemorationem faciant & orationem dicant contra paganos inſtitutam, videlicet: Omnipotens ſempiterne Deus in cujus manu ſunt omnium poteſtates et omnium jura regnorum, reſpice in auxilium Chriſtianorum, ut gentes paganorum, quæ de ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Quibus quidem celebrantibus & hujuſmodi orationem dicentibus de ſpirituali theſauro Eccleſiæ centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Et ut omnis populus cujuſcumque ſexus & generis orationum & indulgentiarum hujuſmodi particeps eſſe poſſit, præcipimus & mandamus ut in ſingulis eccleſiis quarumcumque civitatum, terrarum, & locorum inter nonas & veſperas, videlicet ante pulſationem veſperorum, ſeu ei propinqua ſaltem per intervallum mediæ horæ, ſingulis diebus tribus vicibus una campana vel plures ſonoreſa, ut bene audiantur, pulſentur, quemadmodum pro angelica ſalutatione de ſero pulſari conſuevit, & tunc quilibet dominicam orationem videlicet Pater noſter, & Angelicam ſalutationem videlicet Ave Maria gratia plena, &c. tribus vicibus dicere debeat, quibus ſemel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis, centum dies indulgentiarum miſericorditer in Domino elargimur.

Indicta ſacerdotibus preces inter divina.

Eat repetiturs indulgentiis propoſitæ.

Mandamus inſuper atque præcipimus, quatenus in ſingulis civitatibus, terris, caſtris, & villis ſive locis veſtrarum diœceſum, aut adminiſtrationum ſive juriſdictionum, omnibus primis diebus dominicis ſingulorum menſium proceſſiones generales fieri faciatis, ad quas omnis populus conveniat, & clerici ſive ſæculares ſive regulares, ſive mendicantes & non mendicantes, exempti & non exempti, qui extra aut intra mœnia civitatum, terrarum, caſtrorum, atque villarum ſive locorum exiſtant, aut in ſuburbiis; religioſi vero qui in ſolitudine degunt, quique ad hujuſmodi proceſſiones, quando in civitatibus, terris caſtris & villis ſive locis fieri ſolent, convenire non conſueverunt, non compellantur, ſed eiſdem diebus ipſi aut intra clauſtrum monaſteriorum ſuorum, aut in circuitu eorum, aut ad aliquam proximam baſilicam ſe conferentes, prout eis major devotio fuerit, proceſſiones faciant. Moniales autem intra mœnia urbium ſive extra habitantes prædictas proceſſiones intra clauſuram faciant, ſeptem pſalmos pœnitentiales cum letaniis decantantes. Si præterea in prædictis dominicis diebus aliquod legitimum impedimentum ſupervenerit, quominus hujuſmodi generales proceſſiones devote atque pacifice fieri non poſſint, volumus quod unaquæque parochia ſive monaſterium, aut quævis alia eccleſia intra ambitum eccleſiarum aut clauſtrorum eas faciant, aut quomodo vos & quilibet veſtrum devotioni & tranquillitati populi melius conducere judicabitis, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus. Orationes autem ſive cantus cæteraque cærimoniæ in prædictis proceſſionibus ita fiant, ſicut in quibuſlibet civitatibus, terris, caſtris, & villis, ſive locis conſuetum eſt, aut ſicut vos ipſi pro re tam pia tamque neceſſaria devotius ordinandum putaveritis; ita tamen, quod miſſa ſolemnis dicenda in prædictis proceſſionibus ſit ea, quæ in Eccleſia contra paganos per Eccleſiam ordinata eſt.

Solemnes ſupplicationes decretæ.

XXIII. Verum quia & fides & opera fidei ex auditu ſunt, ut ait Apoſtolus, nec quis audire poteſt ſine prædicante, volumus atque mandamus, quod in civitatibus, caſtris, & villis ſive locis, in quibus prædicator quiſpiam verbi Dei haberi poſſit: in ipſa ſolemnitate proceſſionis per illum ſermo fiat ad populum, in quo primum ſtudebit fidem confirmare, eoſque patientes in hujuſmodi tribulationibus reddere, doceatque quomodo probatio fidei patientiam operatur, & patientia opus perfectum habet, & ut beatus Auguſtinus ait, quotieſcumque preſſuræ ſeu tribulationes aliquid patimur, admonitiones ſunt & correctiones noſtræ, nam & ipſæ ſanctæ literæ non nobis promittunt pacem, ſecuritatem, & quietem; ſed tribulationes, preſſuras, & ſcandala denunciant. Quid tale modo genus humanum patitur inſolitum, quod non patres noſtri paſſi ſunt? Eſt quidem Eccleſia, ut ait beatus Ambroſius, navis in ſalo mundi hujus conſtituta, crebris ventorum flatibus & aquarum fluctibus, id eſt tentationum verberibus fatigata, quam turbidi fluctus id eſt hujus ſæculi poteſtates conantur ad ſaxa perducere, quæ & ſi undarum fluctibus aut procellis ſæpe vexatur, nunquam tamen poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore ejus, id eſt in cruce Chriſtus erigitur, in puppe Pater reſidet gubernator, proram paraclitus ſervat Spiritus. Hanc per anguſti hujus mundi freta duodecim remiges ducunt id eſt, Apoſtoli duodecim, & ſimilis numerus prophetarum. Hæc itaque eſt navis, quæ, & ſi quotidie ſæculum iſtud tanquam aliquod pelagus ſortitur infeſtum, nunquam alliditur ad ſaxum, nec mergitur ad profundum, ſed ita rebus proſperis conſolatur, ut adverſis non frangatur, & rebus adverſis exercitatur, ut non corrumpatur

Eccleſia quamvis quatiatur fluctibus naufragium non eſt paſſura.

Digitized by Google

Populus ad expianda crimina ſollicitatus.

tur proſperis per divinam providentiam procuratur, atque ita unum temperatur ex altero. Hortetur inſuper populum ad pœnitentiam, ex ea enim magiſter veritatis ſuuſque præcurſor Joannes officium prædicationis exorſi ſunt dicentes : Pœnitentiam agite, appropinquabit in vos regnum cœlorum ; *utque æterni Judicis diem ſollicita mente conſpiciant, & terrorem illius pœnitendo præveniant, delictorum omnium maculas fletibus lavent, ut pius Conditor noſter, tum ad judicium venerit, tanto eos majore gratia conſoletur, quanto nunc conſpicit, quod ab eis ſua delicta puniuntur, ac denique feritate Turchorum illis expoſita, & quanta Chriſtianis intulerint inferreque conentur mala, omnium orationes ac pia erigant confiſi ad Deum vota contra illos.*

Nos vero, qui de Dei omnipotentis miſericordia confiſi, largam indulgentiam opem corporalem ferentibus conceſſimus, indulgentiam etiam concedimus eis, qui opem tulerint ſpiritualem. Omnibus itaque vere pœnitentibus, & confeſſis ; qui ad prædictas proceſſiones convenerint, ſeptem annos & totidem quadragenas de vera indulgentia impartimur : illis vero, qui pia emiſerint vota, eaque compleverint, aut orationum, aut peregrinationum, aut largitionis eleemoſynarum, ut omnipotens Deus ad auxilium Chriſtianorum reſpicere pro ſua pietate dignetur, duos annos & totidem quadragenas de vera pœnitentia indulgemus contenti in noſtris præſentibus literis apoſtolicis ſeu bullis duraturum, quamdiu ſancta cruciata noſtra durabit, & de cœlo, uti confidimus, victoria debitur contra dictum perfidum Turcum, & alios damnata ſecta Mahometana in partibus orientalibus ſectatores. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto tertio kal. julii pontificatus noſtri anno ſecundo.

XXIV. Placatum piorum precibus divinum Numen celeberrimam mox adverſus Mahometem victoriam conceſſit, de qua hæc Calliſtus in literis ad Florentinos tum datis (a) : *O mirabilis Deus ! die beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli inter miſſarum ſolemnia, quæ quamvis indigni celebravimus, per dilectum filium noſtrum Petrum tit. S. Marci presbyterum Cardinalem Venetum in baſilica principis Apoſtolorum publicari fecimus bullam orationum, & inde ubique continuando ; & dominica prima julii ſolemnis proceſſio : & eodem menſe ante feſtum B. Jacobi glorioſiſſima victoria ſecuta eſt, quæ non minor cenſenda eſt illis, quas Deus populo ſuo conceſſit tempore Moyſi Machabæorum, Caroli magni, & cujuſvis temporis veteris & novi teſtamenti, populares crucesignati cum uno ſolo milite & Dei athleta comite Joanne Vayvoda victoriam de innumerabilibus hoſtibus reportarunt, &c.*

(a) *Lib. brev. p.* 20.

Mahometes II. Chriſtianor. precibus debellatus eſt.

Deſcribit eam hiſce verbis Thuroſius (b).

Cum jam nobilium culmina turrium dejecta, mœniaque in magna parte humotenus proſtrata jacerent, et valles & foſſæ caſtri repleta & terra adæquata eſſent, ita ut hoſtis irruptioni nil penitus obſtaret, & præſcriptus quintuſdecimus dies præfatæ obſidionis eluxiſſet, mox Cæſar ipſe, ita Turcarum principem vocat auctor, *adhuc rutilante aurora cunctam gentem ſuæ multitudinem pulſantium tympanorum tubarumque hinc inde reſonantium in voce commovit, furioſoque in impetu idem caſtrum aggreſſus eſt, ac erutam per eadem illinc penetravit in medium : Hungari vero licet tanto cum hoſte ipſos congredi impar fuerit, viribus tamen ſe defendebant totis, auxiliumque domini Jeſu ſæpius acclamantes hoſtis in ruinam acriter inſiſtebant. Inſtauratur ergo mortale bellum & caſtri decertatur in plateis : cadunt hinc inde multorum cadavera interfectorum, multoque ex clamore ac innumerabilium ſuſium ex tinnitu ingens in aere confuſio reboabat, & ſæpius utrique hoſtes tum iſte, tum ille terga dare coguntur. Aderat & frater Joannes de Capeſtrano : hic velut in ecſtaſi poſitus, & cæteri fratres cum illo humotenus provoluti, levata ad ſummum auxilium mente, manibuſque & oculis in cœlum defixis gemebundi orabant, & cum propheta quidem dicere potuiſſent : Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Dominus vero comes Biſtricenſis hic minis, hic ut pugnarent inſtabat monitis. Michael quoque Zilagy capitaneus & Ladiſlaus de Kaniſa juvenis militari virtute præſtantes & acies armatorum, quas dominus comes adduxerat cum illis, nec non & agmina crucesignatorum dirutis ſtantes caſtri in parietibus atrociter pugnebant, jam Turci ſæpius de caſtro expulſi & rurſus iterum per certamen in illud ingreſſi Hungaris potentiores erant : jam plurima domus in caſtro ſuccenſæ vehementes eructabant flammas, jam Cæſaris vexilla in ſignum victoriæ plurima caſtri in manibus elevata tenebantur, jam Hungari omni ſpe reſiſtentiæ deſtituti retrocedere, ſi quo erat, cogebantur, crudeſcebat enim unicuique imminentis mortis aſpectus : tandem cum fugam ſalutis ſibi opem ferre poſſe nullam, ſed tanti diſcriminis ſolam mortem eſſe redemptricem conſpexerunt, rurſus nomine domini Jeſu altis vocibus invocato armis coaptatis & clypeis junctis fortiori, ut poterant, cum impetu irruerunt in hoſtem. Funebre ergo renovatur certamen ; multi hinc inde ſanguinem ſimul & animam fundunt, nec abeſt auxilium Dei ; nam mox cuncta Turcarum agmina tam fortem tamque animoſum Hungarorum per impetum turbata verſa ſunt in fugam.*

Hungari ergo animoſitate reſumpta, & quaſi novo potentia ſpiritu cœlitus adjuta

(b) *Thur. c.* 55.

Extremi ad Belgradum Turcarum conatus.

Penetrantes in arcem mediam. Inclamato Jeſu nomine ſternuntur.

B. Jo. Capiſtr. ad ſacras preces tum effuſus.

Sæpius propulſati Turcæ toties reverſi ad pugnam.

Ad nomen Jeſu imploratum demum fugati & cæſi.

ta

Expugnata caſtra Turcica.

in ore gladii perſecuti ſunt illos tamdiu, donec cuncta machinæ cæteraque tormenta per illos caſtri ad ruinam adhibita ſuorum ſunt nudata cuſtodiis: propter quod Hungari omnes quas Turci conſtituerant munitiones igni ſuccenderunt, fortiuſque clavis ferreis ad immittendum ignem apta machinarum clauſerunt foramina. Nec ergo diei durante luce ceſſatum eſt a bello, ſed illud, quod prius caſtri arctis in plateis agebatur, lato poſtea in campo interim donec nox ſuperveniens utramque hoſtem ſua diſjunxit caligine multa cum ſeveritate extitit continuatum. Qualiter autem Cæſar ipſe profundis eiſdem noctis ſub tenebris caſtro de ſub eodem fuga lapſus ſit, pro comperto habet dicere: nemo ad laudem tamen Dei & Cæſaris ejuſdem confuſionem ſufficit, quod cunctis bellicis ſpoliatus apparatibus omnibuſque machinis & cæteris tormentorum generibus, quas & quæ illuc advexerat relictis, immenſam ſuæ gentis poſt cædem propriam in patriam rediit, ſed & in poſterum hujus caſtri memoria per quempiam ſui in præſentia facta grata fuit ei nunquam. Quidam tamen de ejuſdem Cæſaris fuga ita dixere, quod videlicet ipſe Cæſar fervente atrociore bello, dum ſuos ad certamina cogeret, ſagitta in pectore fuiſſet vulneratus, cecidiſſetque mox ſemivivus, ac ſui eum rapientes inter manus ſuas ad tentoria detuliſſent.

Exutus Mahometes impedimentis omnibus.

Accepto vulnere debilitatus.

Ubi autem ad noctem ventum fuiſſet, & Turci Natuliæ vayvodam, & potius cunctos ipſorum optimates bello conſumptos ſeque maximam ſtragem accepiſſe, & ipſum Cæſarem velut exanimem vix palpitare proſpexiſſent, territi ne mane facto per Hungaros adorirentur fugam iniiſſent, Cæſaremque ſecum deferentes ne idem & itineris laboribus magis gravaretur, & alia parte caſtri eorum Saeno vocati condeſcendiſſent: cumque ibi Cæſar ad ſe rediiſſet, ac ubi jam eſſet interrogaſſet, illi quoque eidem locum denotaſſent, dixiſſet Cæſar: Et cur, aut qualiter ad hunc locum devenimus? Devicti ſumus, inquiunt per Hungaros & Natuliæ vayvodam, ac quaſi omnes tui exercitus ductores interfecti ſunt, nos quoque magnam accepimus ſtragem, ac [quod majus eſt] tuam ſerenitatem potius mori, quam vivere ſuſpicabamur: fugimus ergo hunc uſque ad locum; & cum rurſus ſi etiam machinæ & cætera ingenia ibidem derelicta eſſent Cæſar quæſiviſſet, illi quidem omnia ibidem remanſiſſe dum reſpondiſſent, Cæſarque ipſe mox intima cordis amaritudine exacerbatus dixiſſet: Afferte mihi venenum, ut guſtem & moriar potius, quam cum dedecore meum revertar in regnum: impeditus eſt ab adminiſtris, ne ſibi mortem conſciſceret; a quo graviſſimis cladibus affectos poſtea Chriſtianos lugebimus. Tali igitur exitu Cæſar Turcorum ſub caſtro Nandor albenſi tam Hungaris proſtratus eſt, & qui tumida mente ſuperboque oculo ſolus cuncto terrarum orbi dominari volebat, judicio divino ruſticanum per manum, quæ potius ſarculum, quam arma tractavit, devictus eſt: & qui multarum tubarum multorumque tympanorum in ſono admodum lætus venerat, triſtis noctis ſub ſilentio turpiter fugit. Conſentiunt Thuroſio Æneas Sylvius (a) Monſtreletus (b) Sanctus Antoninus (c), Gobelinus (d), Calchondyla (e), Michovias (f), Cromerus (g) Nauclerus (h), Coclæus (i), Bonfinius (k), aliique ſcriptores de parta divinitus ad Albam Græcam victoria.

Mortem ſibi conſciſcere molitus.

XXV.

Plurimum operis ad comparandam pulchram ſpectabilemque victoriam illam contuliſſe B. Joannem Capiſtranenſem non ſolum in accendendis ad pugnam militibus, ac nomine Jeſu implorando, adeo ut Turcæ Chriſtianorum, nomen Jeſu viri Dei imperio inclamantium, ora & impetum ferre non poſſent, quaſi fulmine aliquo afflati eſſent (l); verum etiam in avertendis barbarorum inſidiis, Æneas Sylvius (m) & Joannes Tagliacotianus (n) Minorita qui interfuit, teſtantur; narratque Monſtreletus (o), illum imaginem Chriſti e cruce pendentis in altiſſima turri extuliſſe, exclamaſſeque: O *Deus meus, Deus meus. O altiſſime Pater veni in adjutorium, veni & libera populum, quem redemiſti pretioſo ſanguine tuo: veni noli tardare. Deus meus, ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? Veni, ne Turci & increduli dicant: Ubi eſt Deus eorum?* quæ cum diceret largos effudiſſe fletus: quo audito Chriſtiani confirmato animo Turcas contrucidarint, univerſiſque caſtris hoſtilibus tormentis bellicis, atque impedimentis ſint potiti.

Quam efficax B. Jo. e Capiſtr. oratio.

Eamdem cladem turcicam ad Belgradum ita deſcribit Franciſcus Philelphus (p) in literis ad Ludovicum Fuſcarinum: *Apud hoc Bellogradum*, inquit, *impurus iſte flagitioſuſque Mahometus, qui tanta nos formidine nunc terebat, ſuperioribus annis ab iiſdem Hungariæ parva admodum manu duce Joanne vaivoda tanta eſt calamitate cum ſuo univerſo exercitu affectus, ut trucidatis Janiſſariis omnibus, & interempto innumerabili equitatu, amiſſiſque ſimul cum cunctis impedimentis & ſarcinis, & tanta vi tormentorum tantoque theſauro, vix ipſe cum reliquiis copiarum turpiter effugere potuerit: & nec effugiſſet is quidem ſi paulo inſequi longius Joannes voluiſſet. Sed quo pacto fieri ſoleat neſcio, ſit tamen fere ſemper, ut facilius ſit vincere, quam uti victoria. Una mihi virtus diligentia videri ſolet, quæ cum cæteris in rebus tum maxime in bello & gerendo & profligando reliquas virtutes omnes complectatur.*

Philelphi de ea vict. lit.

XXVI.

B. Jo. e Capiſtrano a legato cruce inſignitus.

At celeberrimæ hujus victoriæ hiſtoriam ex teſtibus ocularis B. Joannis Capiſtranenſis ſociis accuratius deſcribere præſtat: ex quibus Nicolaus e Fara primum obſer-

vat

(a) *Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c.65. & hiſt. de Europ. c.8.*
(b) *Monſtrel. vol. 3. p.67.*
(c) *S. Anton.* 3. *p. tit.* 22. *c.* 14. §. 1.
(d) *Gobel. in comm. Pii II. l.* 1.
(e) *Calcond. hiſt. Turc. l.8.*
(f) *Michov. l.* 4. *c.66.*
(g) *Cromer. l.* 23.
(h) *Naucler. vol.*2. *gener.*49.
(i) *Cocl. hiſt. Huſſ. lib.*11.
(k) *Bonfin. dec.*3. *l.*8. *& alii.*
(l) *Vvad. hoc anno in annal.*
(m) *Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c.*58.
(n) *Joann. e Tagliacotiis in lit. apud Vvading. hoc anno. n.*28.
(o) *Monſtrel. vol.* 3. *p.*8.
(p) *Philelph.l.*19. *ad Lud. Fuſc.*

vat oſtenſa in cœlo Turcicæ irruptionis ſigna: *Ubi*, inquit, *beatiſſimus Joannes intellexit Joannem Cardinalem S. Angeli apoſtolicum legatum Budam veniſſe, illuc ſe ſtatim contulit, & per ejus manus Chriſti crucem a Callixto Papa ſibi tranſmiſſam, & prædicandæ cruciatæ auctoritatem per apoſtolicas literas ſibi creditam accepit. Hoc itaque die, qua fuit prima dominica quadrageſimæ, apoſtolica ſuſcepta poteſtate, quaſi altiſona tuba exaltare incipiens vocem ſuam, ad crucem accipiendam, ſeque imitandum maximam Chriſtianorum infra paucos menſes turbam allexit & incitavit; & eo fortius incitavit, quo ad tuendam orthodoxam fidem cælum ipſum quaſi binis cæleſtibus tubis de menſe junii per multos dies ſummodo ante Turcarum adventum clamavit: binis enim apparentibus cometis, una ante auroram, quæ præ ſui magnitudine omnes orbis nationes terruit: altera poſt ſolis occaſum, quæ etiam ſimilem mortis umbram præferre videbatur, cœpit Dei famulus bonæ eſſe ſpei, quando quidem Chriſto revelante, illam feliciſſimam victoriam de Turcis præmonſtrare cognovit: quamobrem omnes exhortabatur, & ſingulis palam prædicabat. Nolite timere puſillus grex, nolite contremiſcere; dabit quidem nobis Deus optatam victoriam de inimicis noſtris, quam præcurrentia aſtra deſignant omnino futuram.* [1].

Oſtenſa e cælo ſigna ante Turc. adventum.

Oſtenſum cœlitus B. Joanni Capiſtr. Turcas victum iri.

Nitidius explicat Joannes e Taliacotio in literis ad B. Jacobum Picentem datis (a) quodnam fuerit hoc cœleſte viſum, quo victoriam de Turcis referendam cognovit: *Flebat*, inquit, *ruinas Chriſtianæ religionis; lamentabatur Chriſtianorum, & præcipue Hungarorum deſtructionem, dicens: Jam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adjuvet: quem Deus ipſe conſolari volens complevit eum gaudio atque lætitia, futura ſibi miro modo prædicens. Cum enim pater ipſe cum tanta defendentium paucitate per Danubium deſcendendo*, ſediſſe quippe domi Regem ac proceres ait, *ad oppidum Petræ Varadini ſic mæſtus deveniret, celebraretque ibidem attentiſſime orans, ut Deus cauſam ſuam tueri dignaretur, & quod Chriſtianorum ingratitudines non attenderet, viſum eſt ſibi celebranti manibus junctis, oculiſque clauſis quod quædam ſagitta cælitus emiſſa velociter ante eum, ſuper altari mitteretur, in qua literis aureis ſic legebatur. Ne timeas Joannes: ſed ſecurus ut cœpiſti, deſcende, ac propera, quia in virtute nominis mei & ſanctiſſimæ crucis victoriam de Turcis obtinebis. Quibus exhilaratus pater abjecit mæſtitiam, terrorem amovit, neque ex tunc triſtis aut mæſtus viſus eſt; quam mirabilem viſionem publice in ſermonibus prædicando publicavit, ſuo confeſſori apertius revelavit, fratribus ſæpenumero eos confortans in menſa recitabat, qua de re mæſti lætitiam ſumentes, ad ſequendum tam animoſum conductorem ſeſe accingunt, ſecum parati in carcerem & in mortem ire. Cujus viſionis lætitia percepta, & ex ea futurorum certitudine declarata, reliquis, qui crucem non habebant, fratribus in humeris ipſe pater ſuis manibus affixit, & omnia tam altaris, quam ſacerdotis paramenta rubea cruce inſignivit. Vexillum quoque figura S. Bernardini prius munitum ſive depictum cum cruce optime diſpoſuit dicens. Ex quo in*

Prænuncius Turcas citiſſime debellandos.

Promulgatum ab eo cæleſte viſum.

(a) Ext. apud Vvad. hoc ann. n. 43.

NOTÆ [1] Rerum eccleſiaſticarum anni hujus ſcriptores omnes ad ſe convertit celebris illa victoria de Turcis a Chriſtianis militibus apud Taurunum, hodie Belgrado, relata; quam ex relatione ſociorum S. Joannis e Capiſtrano fuſe annaliſta deſcribit. Quamquam adornatæ de memorabili eo prælio deſcriptiones, vel ab oculatis teſtibus petitæ, adeo inter ſe variant, ut nihil certi erui ex illis potuiſſe ſignificet Æneas Sylvius lib. de Europa cap. 8. notans Huniadem in literis ſuis, ſive ad Romanum pontificem, ſive ad amicos ita ſibi omnia arrogaſſe, ut S. Joannis de Capiſtrano ne meminerit quidem; pariterque Capiſtranus omnia ſibi vindicaſſe, nulla Huniadis mentione ingeſta. Ex quo demum concludit Æneas: *Potuit Capiſtranus patrimonium contemnere, voluptates calcare, libidinem ſubigere, gloriam vero ſpernere non potuit.* At immerito, quantum arbitror, virum ſanctum vellicat hiſtoricus. Potuis enim reipſa Huniades nihil ad victoriam contuliſſe, & profecto parum contulit, ſi deſcriptionibus prælii illius in annalibus relatis deferre voluerimus: quarum veritate admiſſa Capiſtranus merito Huniadem prætermiſſet, cum nihil de illo ſatis glorioſum citra veritatis diſpendium celebrare potuiſſet. At enim de veritate deſcriptionum illarum non conſtat; ſed nec de falſitate ſatis arbitror conſtare. Quare in ea qua verſamur rerum ambiguitate præſtat viro ſancto eam ſervare ſanctitatis opinionem quam illi communis fama vindicat.

In tanto vero ſcriptorum diſſidio in eo omnes conveniunt, Tauruni obſidionem cœptam a Turcis die IV. julii, die ejus menſis XIV. præliatum fuiſſe cum Turcarum claſſe in Danubio, in qua victoria potiti chriſtiani, victoria, inquam, magis utili, quam ingenti, nam ex Turcis ad 500. cæſi ex triremibus illorum ſubmerſæ tres, captæ quatuor. Viciſſim autem aperta ex Danubio in arcem via, obſeſſis profuit. Impetus in arcem a Turcis factus eſt nocte quæ diem feſtam S. Mariæ Magdalenæ præcedit; magna tamen ſtrage repulſi ſpem ejus obtinendæ amiſerunt. Sequenti die chriſtiani ultro in Turcas invecti late illos fugarunt. Hæc rerum ſumma fuit, hæc chriſtianorum de Turcis victoria.

Tantæ victoriæ gaudium ingens non inæqualis temperavit luctus conceptus ex obitu importuno Huniadis primum, dein & S. Joannis e Capiſtrano, de quibus ſingulis annaliſta. Addendum hic tamen cenſeo noſtra demum ætate factum eſſe, ut viri ſanctiſſimi virtutibus rite diſcuſſis, ac probatis anno 1690. ab Alexandro VIII. inter ſanctos collocaretur. MANSI

in crucis virtute crucis inimici confundi atque conteri debent, omnia ad uſum nobis conceſſa crucis charactere ſint inſiguita, ſæpius illud replicans: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: ſicque ſolicitatus a caſtellanis ad caſtrum præfatum, nempe Nandeſaibæ, *properat cum cruce ſignatis, cum quinque naviculis, non paucis etiam per terram proficiſcentibus*. Subdit ingreſſum cum illis Belgradam die ſecunda julii, Turcas vero die ſequenti tertia julii caſtra fixiſſe circiter centum ſexaginta millia, alios vero cenſuiſſe ad ducenta millia numerum aſcendiſſe: Nicolaus vero Farenſis numerum imminuit, & centum viginti millia bellatorum fuiſſe ait: beatus vero Joannes e Capiſtrano in ſecundis ad Calliſtum literis centum quinquaginta millia fuiſſe opinatur.

Belgradum a Turcis obſeſſum.

XXVII. Cum extraheretur obſidio, & Turcica claſſis triremium ſexaginta victrix per Danubium volitaret, inſignem rem hanc contigiſſe memorat Joannes Taliacotianus, (a) nempe prætoriam Turcarum triremem dum Chriſti cultoribus illuderet, jacto ab hoſte ipſo ingenti ſaxo oppreſſam fuiſſe: *Venit*, inquit, *ſemel ornatiſſima galea plena vexillis, ſonis, & nobilibus Turcis, & cum eorum actibus videns Chriſtianos, quaſi dicerent: Jam eſtis in noſtris manibus, jam Deus veſter non poteſt vos juvare: jam evadere non poteſtis: jam Hungaria eſt noſtra; cum ſimilibus. O Deus omnipotens; quidam terribiliſſimus lapis e majoribus bombardis exiens, ac caſtrum ac civitatem tranſcendens præter voluntatem emittentis decidit ſuper illam illudentium ac jactantium galeam, quæ mox, nemine evadente, partim ſubmerſa eſt, partim ſubmergenda contracta ſuper aquas natabat: at præſto fuerunt cives, qui ad eam navigantes omnia vexilla, veſtimenta & ea quæ tam cito ſubmerſa non fuerant, interfectis iis qui vivebant, rapuerunt; quem lapidem, honorande pater, per manus Domini qui ſe ſpernentes non ſuſtinet emiſſum fuiſſe puto*. Danubium occuparant Turcæ adeo, ut inferri Belgrado commeatus atque auxilia non poterant; quare comparatæ ſunt ducentæ naviculæ legati opera, ac bellico apparatu, & cruceſignatis inſtructæ; conſertoque certamine parta eſt navalis victoria xiv. julii die: *Beatiſſimo*, inquit Joannes e Taliacotio, *patre orante manibus junctis ac oculis ad cœlum elevatis, ut ipſe Deus cauſam ſuam tueri dignaretur, invocando nomen Jeſu in auxilium Chriſtianorum [oratio autem in caſtro fiebat aſſidua] ſolvuntur Turcarum galeæ, ſparguntur per Danubium, impetuntur baliſtis, arcubus, atque ſpingardis, ſicque per ſpatium quinque horarum duravit bellum tam atrox in flumine. Quid multis immoror? Finito bello viſa ſunt tres magnæ Turcarum galeæ ſuffocatæ cum perſonis quatuor captæ cum omnibus munitionibus & ornamentis eorum, reliquæ autem galeæ remigantes velociter deſcenderunt ad locum, ubi prius ſteterant, perſonis fere omnibus vulneratis ad mortem: ſuffocati ſunt Turcæ ultra quingentos. Quæ autem ſuperfuerunt galeæ, ita debilitatæ fuerunt quod numquam amplius Chriſtianis obeſſe, nec Turcis prodeſſe potuerunt*. Captas naves minoris alvei non numerat author.

(a) Ext. ejus lit. apud eund. Vvading. n. 43.

Prætoria Triremis merſa dum Turcæ illudunt Chriſto.

Victa claſſis Turcica.

Non propterea cœptis Turca deſtitit: ſed libratis tormentis bellicis diu noctuque ad evertenda mœnia incubuit: ac licet ingentia ſaxa in urbe referta populo conjicerentur, neminem læſum fuiſſe ait præter mulierem; quam rem miraculo tribuit Joannes Taliacotianus; ſubditque de legato ferendis auxiliis intento: *Reverendiſſimus dominus legatus his diebus literas dedit ad utrumque Joannem* nempe Huniadem & beatum Capiſtranenſem, *ex Buda, nuntians ne aliquo modo conſererent bellum cum Turcis, ipſe enim in brevi deſcenderet cum valida manu, motus ex hoc quod tantus populus inermis & inuſitatus ad bellum illic congregatus diceretur, timebat enim ne omnes in manus Turcarum devenirent: rationabile & opportunum viſum, ut talis deſcenſus cito fieret, & manum validam afferret. Ex hoc legati præcepto aliqui detractores beatiſſimi patris arguunt ipſum fuiſſe inobedientem*.

Belgradi mœnia tormentis everſa.

Card. legatus vetat cum Turcis pugnam conſeri.

Pollicetur venturum ſe cum exercitu.

XXVIII. Excuſat auctor virum ſanctum parere legato voluiſſe, ſed fuiſſe divinitus impulſum & provocatum a Turcis, qui cum metuerent auxiliarem novum Chriſtianorum exercitum, vi irrumpere in urbem repetitis impreſſionibus, æquatis jam ſolo mœnibus, concuſſiſque turribus pertentarunt; adeo ut Joannes Huniades defendendæ amplius urbis ſpem amitteret: *Quod potui*, inquiebat, *feci: nunc omnino deficio, nec eſt via caſtrum amplius defendendi: jam caſtrum non poteſt amplius reparari, jam muri omnes & turres deſtructa ſunt, jam Turcis aditus patet: nos pauci ſumus ad tantam multitudinem, & inexpertos homines habemus, inermes, pauperes, & debiles, ac timidos: barones non conveniunt, quid nos amplius poſſumus? Cui pater conſolationis ait: Ne timeas, magnifice domine; potens eſt Deus cum paucis & inermibus Turcarum potentiam ſuperare, caſtrum defendere, & inimicos ſuos confundere. Voluit Deus hæc dixiſſe magnificum dominum, ut futurum excellens miraculum clarius, certius, & mirabilius mortalium mentibus appareret, & ea quæ dextera Dei facta erat non humanæ, ſed divinæ potentiæ aſcriberetur. Ille autem caſtrum amplius non intravit, ſed in eo nonnulli de ſua familia pro defenſione manebant; ajebat namque ipſe dominus: Cras omnino caſtrum non erit noſtrum, ſed Turca illo potientur. His pater auditis lætus e contra*

Aſſiliunt ſæpius Turcæ urbis mœnibus.

Arcis defendendæ ſpem amittit Huniades.

Egreditur ex arce.

Spondet illi B. Joannes cæleſtem victoriam.

tra ajebat domino Joanni, Ne timeas; immo erit noſtrum, erit noſtrum, ſæpius replicando: cauſa Dei agitur: nomen Chriſti defenditur: ſum certus quod Deus cauſam ſuam tuebitur.

XXIX.

His conſentanea tradit alter viri ſancti ſocius, de quo ſupra memoravi Nicolaus Farenſis (a).

(a) *Apud Vvading. hoc ann. n. 44.*

Narratio Nicolai Farenſis.

Opem a Deo poſcit.

Ipſe Dei ſervus, nimirum Joannes e Capiſtrano, *inſtantia quotidiana ſacris orationibus, & hoſtiis incumbens omnes pro Chriſto, pro propria, proque communi omnium ſalute ad propellendos hoſtes magna animi virtute, incredibilique ſpiritus fervore animabat & impellebat, docens eos nec rapinis nec ſpoliis inhiare, ſed ante pugnam orationi, devotioni, confeſſioni, ſacrique viatici ſuſceptioni vacare, rectiſſimo incorruptoque animo pugnare. Inſtituerat enim glorioſiſſimum nomen illud Jeſu crebro ab omnibus Chriſticolis adclamandum in crucis hoſtes, nec aliud ſive in caſtris, ſive in bello, niſi Jeſu Jeſu per Chriſtianorum ora volitandum. Erant autem Joannis verba apud illos tantæ æſtimationis, & opinionis, ut ſinguli quaſi de Chriſti ore illa ſumma devotione, & obſervantia ſuſcipere viderentur. Omnibus quidem unica vox extabat ſacrum inclytumque martyrium cum eo libentiſſime ſuſcepturis, nec a ſuo latere uſque ad ſanguinis effuſionem quoquo pacto diſceſſuris: quandoquidem ad opus, ſane omni laude omnique gloria dignum, atque cæleſti ingentique præmio deſtinatum, eorum animos a Deo ſuaſos, & concitatos intelligebant, proinde manente obſidione factum eſt, ut multi, præmiſſa confeſſione, ſumptoque ſacro viatico benedictionem flexis genibus a viro Dei ſuſciperent, & ad pugnam Chriſti amore accenſi proficiſcerentur, ac glorioſa inclytaque morte occumberent; quorum capita Turcæ præſcindentes, lanceiſque fixa in altum tollentes in terrorem & ſpectaculum Chriſtianorum apud Belgradi vallum ferebant. Quid multa? Æquatis ſolo primi caſtelli muris fractis everſiſque magna ex parte turribus per ingentes machinas, regius gubernator ad eum nocte venit incredibili timore perculſus:* Victi ſumus, *inquit*, pater: in Turcarum poteſtatem caſtellum cito venturum eſt: jam ingrediendi aditus patet hoſtibus: nos ad tantam multitudinem inexpertes & inermes bellatores habemus. *Cui Chriſti ſervus magis in Domino, quam in homine confidens dixit:*

Jeſu nomen inclamari in Turcas jubet.

Sacramentis milites munit.

Ejuſdem ad Huniadem cohortatio.

Ne formidet animus tuus, domine, quia Dominus erit nobiſcum, qui potens eſt ſubigere, & enervare noſtros hoſtes. *Tunc illuſtris gubernator:* Craſtina, *inquit*, die caſtellum non erit noſtrum. Nequaquam, *reſpondit Dei famulus*, erit quidem noſtrum, & illud non auferetur a nobis.

Vigilia Magdalenæ impetus a Turcis in Belgradum factus.

Adveniente itaque vigilia Magdalenæ, facta prius oratione, more legis ſpurciſſimi Mahometi, circa horam veſpertinam Turcæ pugnam ineunt cum Chriſtianis, atque impetu maximo facto caſtellum primum ingredi contendunt. Fit atrox cruentiſſimaque cædes, replentur a Turcis foſſata, pugnatur utrimque pro viribus ad primam uſque noctis horam. Petitur primis muris grandis Turcarum virtus, & ſicut cælum nivem, & nubes pluviam, ita hoſtium Chriſti arcus dabant ſagittarum multitudinem. O ſæviſſimum belli genus! O Dei manum omnipotentem! O clementiam Salvatoris immenſam neminem unquam derelinquentem ad ſe toto corde confugientem! Circa noctis medium vallante totum caſtellum omni Turcarum multitudine committitur pugna crudeliſſima. Obtinetur tota planities primi caſtelli a Turcis, perveniturque uſque ad pontem ſecundi, quod magnis vallatur foſſatis, & difficillimis turribus & propugnaculis. Turcæ autem non advertentes multos adhuc Chriſtianos remanſiſſe in circuitu primi, irruentes in pontem non elevatum ſtantem, caſtellum ſecundum fortius primo intrare ſatagunt. Qui autem remanſerant in primis muris ignitos lignorum faſces in foſſata immittunt, quæ Turcis plena erant, caſtellum ingredi contendentibus. Turcæ itaque flammis undique vallatos ſe conſpicientes in fugam ſe vertunt: ſed egredi non valentes, aut igne conſumebantur, aut a tergo a Chriſtianis per pontem exeuntibus gladio interficiebantur; pugnatum eſt enim fortiſſime uſque ad mane. Turcarum autem tam magna ræſia facta eſt, ut undique effuſus ſanguis conſpiceretur, & in foſſis permulta cadaverum Turcarum apparerent, quorum tanta erat multitudo, ut Chriſtianis liber tranſeundi aditus non eſſet. Chriſtianorum autem, pro quibus Dominus mirabiliter ea nocte, orante divino Joanne & vehementer Jeſu, Jeſu *acclamante, pugnavit, vix ſexaginta occubuerunt.*

Media nocte undique caſtrum obvallant.

Irrumpunt in pontem ſecundi valli.

Immiſſi in eos medicati ignes.

Repelluntur a ponte magna ſtrage.

Alia deſcriptio.

Eamdem Turcorum impreſſionem nocte recurrentis feſti B. Magdalenæ factam Joannes Taliacotianus ita deſcribit in literis (b) ad B. Jacobum Picentem datis.

(b) *Ext. apud Vvad. hoc ann. num. 45.*

Everſa a Turcis prima mœnia.

Muri primi majoris caſtri penitus ſolo æquabantur, licet aliquæ turrium particulæ adhuc reſtarent ruenda, ideſt actis cuniculis ſuffodiendæ, *Turres aliorum caſtrorum, licet ex ictibus bombardarum valde læſæ fuiſſent, non tamen ceciderant. Hanc primam planitiem jam Turcæ turmatim intrabant, cum maxima tamen cæde & percuſſione ipſorum: Chriſtiani vero non propter hoc loca eis deſignata relinquebant, ſed [licet remiſſius ſolito ſe haberent] non ceſſabant in hoc introitu magnum de Turcis facere macellum, maximamque ſtragem. Jam ſunt in caſtri exterioris planitie fere ſeptingenti Turcæ, qui juvabantur a ſupervenientibus, jam jam caſtrum ſe habere credunt: jam ſuper diverſas murorum ruinas figunt*

Irruptio hoſtilis in Belgradum.

Pugno cruceſignatorum.

ban-

bonderia : jam evocant exteriorem : jam validiſſime clamant, Chriſticolis de locis non recedentibus, qui viriliter reſiſtunt, pugnam reſtaurant, impediuntque pro viribus Turcis introitum. Quod videntes dominus Michael dictique nobiles ſimul & homines domini Joannis, omnibus bonis, quæ erant in caſtro interiori in navibus poſitis, ſeipſos per portam poſteriorem caſtri miſerie ſalvare ſatagunt, & Danubium intrant, & quia janua exeundi non patebat, per altiſſimas feneſtras ſeipſos ſponte præcipitabant, mulieres ex planitie exteriori illuc laborioſe confugerant reſolutis crinibus, dicentes. Heu Turcas fugimus, & Turcarum ad manum jam advenimus ; fratres vero genibus flexis facieque operta orando martyrii coronam expectabant, ſicque caſtrum tam interius, quam exterius ſoli crucesignati poſſidebant & tuebantur : multiplicabantur tamen Turcæ in primo caſtro, licet multi a crucesignatis in ipſo ingreſſu occiderentur. Dominus autem Joannes audiens jam Turcas caſtrum intraſſe, & ex hoc jam ipſum eſſe derelictum conſtitus ac mœſtus dicit beato patri : Heu jam caſtrum derelictum eſt : jam Turcæ, ut ego ſemper dixi, poſſident illud. Pater autem eum confortans, ac ſilentio ab eo recedens, iterum multa millia cruciferorum elegit, ac illos ſecum ducens in caſtrum per portam poſteriorem intromiſit, animans eos ad conſtantiam, &c. Quo facto, illico ad exercitum rediens omnes ad expeditionem poſuit, ac eos vigilare & orare præcepit. Ipſe autem oratione vocali & mentali cauſam Dei ipſi Deo ſolicite commendabat.

Arcis præſidiarii fugiunt.

Huniades amiſſum Belgradum deplorat.

B. Jo. Capiſtranenſis crucesignatas aliquas copias inducit in urbem.

Cum autem Turcæ jam in ipſa primi caſtri planitie multiplicati eſſent, viderentque caſtrum ipſum ſolum ab inermi populo poſſideri, credentes jam primum ab eis occupatum, irruunt in pontem, qui non erat elevatus, ut ſecundum caſtrum poſſent occupare, nam alia via, quam per pontem ad illud ire non poterant. Adſunt & crucesignati interiores, maxime illi, quos ipſe pater paulo ante introduxerat, fortiſſime eis reſiſtentes, illi autem crucesignati, qui per circuitum primi caſtri erant, firmi manebant, percuſſiones & neces Turcarum ſuſtinentes : in hoc ſiquidem pontis ingreſſu acerrima pugna commiſſa eſt, maximuſque conflictus. Cum autem circa auroram crucesignati, qui in circuitu caſtri exterioris erant, viderent acerrimam pugnam fieri in ponte, & jam maximam Turcarum multitudinem eſſe in planitie, jam foſſata Turcis pleniſſima viderent, creſceretque feſtinanter numerus intrantium, ac per hoc timerent non poſſe eis amplius obſiſtere a Spiritu Sancto edocti arripiunt innumeros ligaminum, virgarum, viminum, ac aliorum combuſtibilium faſciculos ſulphureo igne accenſos : & ignitos ſuper Turcas tam in foſſatis ſtantes, quam per ruinas aſcendentes projiciunt pariter quaſi unita manu tenuiſſent. O Deus omnipotens ! nullus potuit fugere a facie ignis ; omnes qui erant in foſſatis, qui enumerari minime potuiſſent, igne conſumpti ſunt, nec unus eorum vivus remanſit : qui deſcenſuri erant ad foſſata omnes pavidi retroceſſerunt. Qui autem in caſtra erant, & qui pontem occupare acerrima illa pugna nitebantur, videntes ſe maximi ignis flammis undique vallatos, dimiſſa pugna caſtrum egredi cum maximo clamore satagebant : qui cum timore ac quadam cæcitate percuſſi & confuſione pleni crederent ſe evaſuros, & de muris ſaltare, proſiliebant in ignem, conſumptique ibidem remanebant : reliqui vero qui talem ſaltum facere pertimeſcebant, a crucesignatis in planitie primi caſtri trucidati ſunt : qui autem adhuc in foſſata non deſcenderant, & qui diabolica inſtrumenta intrantibus miniſtrabant, mugitus ad cœlum dantes ad loca bombardarum tanquam ad arcem tutiſſimam currendo ſe contulerunt.

Pugna in ponte incrudeſcit.

Inopinum crucesignatorum facinus militare.

Turcæ ambuſti.

Maxima eorundem trepidatio & fuga.

Quibus viſis, jam omnia Turcarum caſtra triſtitia complentur, eorum conteritur audacia, ſuperbiaque deiicitur. Jam non deſunt, qui dicant inter eos : Recedamus quia Deus Chriſtianorum pugnat pro eis, jam non cantant, jam non vociferantur, jam tuba & alia ſonorum inſtrumenta non audiuntur. O pater ſenior, unde putamus illum ignem adveniſſe, niſi de ſinu magni Dei ad interceſſionem beati patris, qui ſine intermiſſione orabat una cum populo, ut Deus tueretur cauſam ſuam & ſalvaret populum ſuum. O glorioſa Maria Magdalena, quis te non credat in adjutorium Chriſtianorum ſuper ruinas murorum ad ignem projiciendum adfuiſſe ? quis dubitet te illius cauſam defendiſſe, a quo tanta meruiſti recipere beneficia ? hanc tam glorioſam caſtri liberationem & victoriam navalem, quam præter omnem humani ſenſus prudentiam & rationem Deus fecit, reverende ſenior, non niſi meritis ipſius beatiſſimi patris, cujus felici prudentia, ſolertia, cura, perſuaſione, confidentia, & ferventiſſima oratione actum eſt, ut tam Hungaria quam aliæ nationes Chriſtianorum a manibus Turcarum liberarentur : nam ſi ipſum caſtrum ad ipſorum manus deveniſſet, primo Hungariam, deinde alias nationes proculdubio occupaſſent. Et infra : *Luceſcente autem clarius die apparent Turcæ combuſti ſimul & trucidati : apparet cruor undique ſparſus, foſſataque cadaverum tumulis plena videntur ; & in minimo ſpatio multos igne conſumptos vidiſſes, nec præ multitudine cadaverum liber tranſitus ſive aditus. Hic potentiores, hic audaciores Turcæ profecto occubuerunt. Chriſtianorum autem vix ſexaginta coronam martyrii pro Chriſto adepti ſunt, multo plures vulnerati ac percuſſi extiterunt, nec mirum ; nam tam acer-*

Ignium ejaculatio atque incendium depaſcens Turcas tributa divino auxilio.

Ni propulſati fuiſſent actum de Hungaria videbatur.

Cæſorum ſauciatorumque Chriſtianorum numerus.

Crucesignatorum fortitudo aſcripta miraculo.

cerrime, tam conſtanter, tamque indefeſſe cum Turcis non pugnaverunt inermes & inſcii, niſi quantum deſuper miniſtrabatur, quod ſi omnes interfecti fuiſſent, nulli ſanæ mentis mirum eſſe deberet, ipſi enim muri, ipſi turres, ipſi propugnacula caſtri erant, &c. Jure aſcripta eſt miraculo eorum fortitudo, cum male, ut vidimus, armis inſtructi eſſent, eorumque tractandorum ignari, adeo ut fortiſſimi illi arcis præſidiarii cum Michaele eorum duce ex humanæ & militaris prudentiæ legibus cenſerent Turcarum impetus ſuſtineri non poſſe, atque ideo ipſe Joannes Huniades extra urbem e parte adverſa in caſtris ſe contineret: quam ſententiam confirmant quæ a Nicolao Fareuſi ſubjiciuntur.)

Bellicæ artis periti ſſimi cenſebant referri victoriam non poſſe.

XXX. *Silendum nequaquam videtur, quomodo Chriſti famulus Joannes de victoria inimicorum crucis certior factus, & ſecuratus fuerat: nam dum ita eſſet obſeſſus ipſe Dei famulus in caſtello, commonefactus eſt ab illo fortiſſimo Chriſtianorum pugile Joanne Hunyad in ripa ultra Danubium adverſus Turcarum claſſem pugnante, ut relicto Belgrado, de quo jam actum eſſe omnino credebat, apud ſe tutum redderet, eo quod arbitrabatur hoſtium ſævitiam remiſſiorem fieri debere eo abſente, quam præſente, ob eas cruciatorum maximas copias, quas in illos grandi ſtudio provocaverat. Cui divinus Joannes talia verba reſpondit:* Rogabimus omnipotentem Deum, ut ſuam de hoc, quod a nobis petis, patefaciat voluntatem. *Cumque ſæpius oraſſet, & nec ex motu mentis, nec exteriori aliquo ſigno intelligere valeret, quid Deo gratius acceptiuſque eſſet, ſtare, vel abire: tandem cum divina in ſacra miſſa offerret, ſagitta cœlo delapſa in medio aræ ante oculos ſuos apparet his verbis aureis inſignita, & circumſcripta:* Eſto conſtans, Joannes. *Qua divina viſione & præceptione confortatus, intelligens de hoſte jam de proximo paratum eſſe triumphum, firmus poſtea, & intrepidus cæteros exhortando permanſit.*

Pugnat Huniades in ripa Danubii adverſus claſſem Turc.

Monet B. Joannem ut ad ipſum pergat.

Cæleſti viſio confirmatus B. Joannes.

Illuceſcente itaque die ſupradictæ noctis qua peractum ſæviſſimum bellum fuerat divinus Joannes caſtra omnia poſuit apud flumen Savæ, eo in loco, ubi Danubio jungitur: nam Belgradum, quod Naaderalbam Hungari vocant, quod & Latini noſtri Albam dixerant Græcam, his duobus fluminibus cingitur, tria caſtella habens, unum alteri conjunctum. Sola jam aqua Savæ inter Turcarum Chriſtianorumque copias mediat. Videns autem ſenior ſanctus quoſdam admodum paucos crucefignatos in Turcas irruiſſe, & multitudinem hoſtium magnam viriliter repuliſſe, ad martyrium flagrans, irruente in ſe Spiritu Sancto: Hæc eſt, *inquit*, illa dies, quam expectabamus: tranſeamus. *Et non annuente*

Belgradi deſcriptio.

B. Joannes cum paucis crucesignatis copiis irruit in Turcas.

Joanne Vayvoda etiam ſæpe rogato, quando quidem pœnæ capitali ſubjiceretur quiſquis contra ejus præceptum Savam tranſiſſet, juſſit omnem exercitum Chriſtianum Savam Chriſti ſervus tranſire, nec ſervatum eſt humanum præceptum, ubi prævaluit divinum: timebat enim regius gubernator, ne victoria nocte obtenta verteretur in calamitatem in die, & in planitie ſub Turcarum equorum pedibus inermem pedeſtrem exercitum conculcandum, ob eamque rationem mandaverat, ut nulli de cætero liceret cum hoſtibus bellum inire, permittente Domino, ut vel ſic in divino Joanne virtus magis clareſceret Chriſti.

Huniades vetat pugnam. Juſtiſſima cſt ratio mandati Huniadis.

Tranſivit itaque ad vocem famuli Dei omnis Chriſtianorum exercitus, remanente illuſtri Joanne Vayvoda in Danubio, quos nulla prohibitio tenere potuit. Ubi autem Chriſtiani pugnare cœperunt, machinarum ſtationes ſtatim Turcæ terga vertentes reliquerunt, ac ſimul ſe ſe in caſtris conſtrinxerunt ingenti pavore, & dolore correpti. Divinus vero Joannes Capiſtranenſis, ut vidit omnes machinas in chriſtianorum poteſtatem deveniſſe, magno repletus gaudio in Crucis hoſtes audentior, animoſiorque redditur. Acclamatur ſæpe per eum melliſſuum potentiſſimumque illud Jeſu nomen; & reſpondentibus circumquaque Chriſticolis omnibus, ita hujuſmodi vox cœlo potenter volitabat, ut regio illa tota contremiſcere videretur. Erigit tandem ſuorum commilitonum animos Domini famulus dulciſſima oratione ſua: adhortatur omnes ad fidei defenſionem, dicebatque illis: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Occurrite inimicis Crucis Chriſti. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. *Sicque his & aliis ſimilibus verbis & ſcripturis, quibus majorem in modum affluebat, multorum corda ad pugnam excitabat & animabat, ut non ad bellum, ſed ad nuptias pergere viderentur. Congreſſus itaque ſæviſſimus fit per ſex horas continuas: vim potentiſſimam inferunt feroces hoſtes; certatur utrimque pro viribus. Dei autem famulus, ut alter Joſue, cum ſuis bellatoribus procedebat baculo ſuſtentatus, in cujus ſummitate erat thau, quo eos animoſiores audacioreſque redderet. Qui dum ſemel conſocii ſui cuſtantea repetitis vocibus ex ipſis mortis faucibus revocaretur;* Ne vadas, pater. Ne vadas, pater: ne te altro neci dederis. *Ad martyrium aſpirans:* Ad hoc veni, *reſpondebat:* Qui vult fugere fugiat. *Et ut in manibus omnium pugnaret, oratione, voceque fortiſſima Jeſu nomen invocando & clamando; ut alter Moyſes pro Dei populo divinum interpellabat auxilium. Et cum undique ſagittæ volitarent, multoſque necarent, & lethaliter vulnerarent, cum tamen Chriſti protectione munitum illæſum, intactumque ſemper reliquerunt. Fit tan-*

Prævaluit divina vis, Turcarum bellica tormenta capta.

Jeſu nomine cœlum telluſque tonat.

Sex horis pugnatum.

dem

Cæduntur Turcæ a Jeſu nomen inclamantibus.

dem Turcarum truculentiſſima cædes, hominibus Chriſticolis Jeſu, Jeſu, *acclamantibus; Terga vertunt hoſtes Chriſtiani, Deo pro eis pugnante, mirifice prævalentibus. Cedunt inglorii, qui cum centum viginti millibus venerant glorioſi. Fortiſſima enim cade percuſſi, terroreque ingentiſſimo ineffabili acclamatione nominis Jeſu conſternati deſſolatis caſtris, relictiſque viginti quatuor millibus interfectis, relictis multis maximis machinis, & bellicis inſtrumentis mirabili artificio extructis, in fugam ſe turpiſſime dantes, per viam, qua læti venerant, mæſti cum eatum, & amplius vulneratorum curribus ad propria redire,*

Viginti quatuor millia interfecta.

& qui omne Romanum imperium ſuæ ditioni ſubigere arbitrabantur, novem diebus præ nimio timore pedem non fixerant: tantus namque terror eos invaſerat, ut timerent ne facies terræ in eorum oculis periret, nihil præter fugam cogitarunt. Videbatur quippe illis maximas militum copias a tergo ſentire, cum revera nullas Chriſtianorum plantitiem, ubi atrociſſimum bellum commiſſum eſt, poſtremum egreſſus fuerit. Neque in bello totus Chriſtianus exercitus fuit, ſed vix quinque millia, & (ut quidam affirmant) tria millia extitere, qui victoriam fecerunt. Dat. &c.

Reliqui in fugam acti.

Cœleſtibus copiis perterriti.

Parta eſt ab exiguis copiis victoria.

XXXI.

Confirmat Joannes Tallacotianus in literis ad B. Jacobum Picenum datis(a), Huniadem ex militaris artis ac prudentiæ humanæ legibus vetuiſſe, propoſita capitali pœna, illos e caſtro in campum deſcendere, cum pedites ab equitibus omnino obterendi eſſent: ſed divino miraculo innumerabiles exercitus apparuiſſe hoſtibus, qui ipſos terrore repletos in fugam verterunt.

(a) Extant ejus lit. apud Wadin. n. 43. hoc anno.

Reverendiſſimo in Chriſto patri & optimo fautori fratri Jacobo de Marchia ordinis Minorum de obſervantia probatiſſimo, prædicatori apoſtolico ferventiſſimo ac præclariſſimo, omni veneratione proſequendo, &c.

In tertia extra caſtrum in maximo campo victoria multo mirabiliori, quam in primis duabus, Dei omnipotentia apparebit, oſtendetur virtus ſanctiſſimi nominis Jeſu & ſanctiſſimæ crucis, & quantum ipſi Deo fuerit acceptus fideliſſimus ſervus ejus B. Joannes, cujus miniſterio jubente Deo hæc omnia facta ſunt. Sed hic notandum primo, quod poſt caſtri liberationem optimus gubernator & defenſor regni Joannes, ne gloria verteretur in confuſionem, jubet domino Michaeli ne aliquem caſtrum exire & contra Turcas ire permittat: jubet & nautis ſub pœna capitis, ne per Danubium aut per Savam aliquem tranſveherent; timens ne tam magna populorum multitudo inermis & indocta a furioſiſſimis Turcis jam in rabiem & deſperationem converſis perderetur; credens etiam Turcas iterum ad caſtrum expugnandum venturos. Admonitus dominus Michael circa cuſtodiam caſtri indutus lo-

Vetita ab Huniade eruptio in Turcas.

Jure putabat dandam propugnandæ arci operam.

rica cum duobus viris quadam navicula nunc per Danubium, nunc per Savam vectabatur, expectabat enim quonam fine hæc clauderentur. Venit interea beatiſſimus capitaneus, de B. Joanne Capiſtranenſi loquitur, *ſuo præeunte vexillo cum omni exercitu cruceſignatorum, cum omnibus vexillis elevatis, non ſine variis ſonis, ſtrepitibus, altiſſimis acclamationibus nominis Jeſu; conſtituuntorque omnes in campo juxta Savam & Danubium præciſe ubi Sava intrat Danubium. Illic figuntur vexilla, acclamatur in Turcas, terror maximus invadit Turcas. Videntur interea extra caſtrum foris quinque cruceſignati, arcubus ſagittiſque muniti, contra quos irruit maxima Turcarum multitudo equeſtris cum lanceis protenſis, illi autem ſuper quodam terrarum acervo ſtantes tenſis arcubus Turcas ſagittis replebant. At illi terga vertentes ictibus ſagittarum confoſſi cum confuſione ſuos repetebant: alii idem tentantes ad acclamationem nominis Ieſu, qua fiebat a beatiſſimo patre, omnibus reſpondentibus, aut cadebant de equis, aut ex eorum manibus lancea laxabantur, aut equi ſe ſe ad terram ſub eis proſternebant, nec mirum, cum ad hoc nomen omne genu flectatur ſecundum Apoſtolum (b). Pater optime, hujus ſanctiſſimi nominis tanta erat acclamatio, ut ad vocem ipſius beati patris omnes ſimul reſpondentes tonitrua facere viderentur. Exeunt & complures alii inſcio caſtellano, qui licet Turcis appropinquarent, non tamen lædebantur, ſed ſecuri ante Turcarum oculos deambulare videbantur. Quos intrepide egredientes, ac ſic ante arma Turcarum illæſos manentes, licet homines apparuerint, alii judicarunt illos fuiſſe angelos indicantes Chriſtianis victoriam de Turcis reportandam, ac eoſdem allicientes illo die ad pugnam. Beatus autem pater, rector populi Dei, prædicta proſpectans, licet mirum in modum ferveret ad martyrium, revocabat illos videns præparari a Turcis inſidias; ſed cum nihil proficeret, dixit:* Hæc eſt dies illa victoriæ, quam expectamus. Tranſeamus, & aſcendamus, nec timeatis populum Dei inimicum. *Quid aliud putandum cenſeamus, optime pater, niſi vocem illam divinitus ſibi factam, quam Gedeon audivit (c)? videlicet:* Dominus tecum, virorum fortiſſime; vade, & in hac fortitudine & fiducia tua liberabis Iſrael, *ideſt populum Chriſtianorum,* de manu Madian; *ideſt magni Turcæ. Qui cum ex paucitate & imperitia pugnantium, humiliter dubitaret, audivit:* Ne timeas, ego ero tecum, & percuties Madian quaſi virum unum. *Sicque aſſumptis ſecum duobus fratribus, & nobili viro Petro vexillifero, navicula per duos nautas ad altam partem fluminis Sava, in qua Turcæ manebant, pater fecit ſe deportari.*

B. Joannes cruce ſignatos ad nomen Jeſu inclamandum incitat.

Ad nomen Jeſu ſternuntur Turcorum equi.

(b) Philip. 2.

Angeli creduntur cruceſignatos allicere ad pugnam.

Nititur B. Joannes cruceſignatos continere ex humana prudentia.

Deus plenus Deo victoriam ſpondet.

(c) Judic. 6.

Hinc ſtupendiſſimum miraculum notandum

dum

Cœleſtis exercitus Turcis oſtenſus.

dum eſt; cum enim ipſe ſolus cum duobus fratribus, videlicet F. Joanne de Taliacotio, & F. Ambroſio Aquilano per parvam tranſirent naviculam, viſum eſt Turcis innumeram armatorum multitudinem contra eos tranſiſſe, cum in rei veritate eſſent ſolum ſex perſonæ, videlicet pater cum duobus fratribus & vexillifero & duobus noviis; & licet multi fratres in eadem loco eſſent, nullus tamen tunc cum patre tranſivit: Ibi erat præfatus F. Alexander de Raguſio. Cum autem [ut præfertur] tranſiſſet, incepit cum ſupradictis duobus fratribus & vexillifero, de flumine ad foſſata caſtri aſcendere pedes jejunus, imma plures dies exiguo cibo nutritus feſſus labore, nam tota nocte hinc inde diſcurrerat, compreſſus vigilia; multis enim diebus, & noctibus neque cibum niſi ſicut puerulus, neque quidquam quietis ſumpſerat.

XXXII. *Hora erat quaſi ſexta, quem cum vidiſſent qui extra caſtrum manebant, & qui primo exiverant, mox læti tanquam ad patrem currunt. Quod cum vidiſſent, qui erant in caſtro, licet exitus propter præceptum eis non pateret, nonnulli tamen per ruinas, aliqui per foramina murorum, aliqui ſubtus portam ad beatum patrem ſe conferebant. Sicque multi ecce patri junguntur: qui primo ad foſſata accedens vidit mirabilia, quæ tam in nocte quam in mane facta ſunt; vidit cadavera Turcarum innumera, quæ combuſta per foſſata jacebant, adhuc igne non extincto: conſideravit maximum periculum, quod nocte præcedenti tota Chriſtianitas evaſerat, & junctis manibus & oculis ſurſum elevatis magnificabat Deum ſibi gratias referendo, & ſæpe dicebat:* Qui dedit incipere, dabit & perficere. *Conſtituitur demum inter caſtrum ſeu foſſata caſtri & bombardas, quem cum Turcæ viderent, magis ac magis timere videbantur ſtringentes ſe ad loca manſionum, & ad ipſorum Imperatorem, & ad bombardas, parareque ſe ad defendendum, ſi forte Chriſtiani vellent aut eos invadere, aut bombardas ab eis auferre. Accipiunt arma, ſcopettas diſponunt, pixideſque coaptant. Continue tamen creſcebat numerus crucesignatorum ad patrem venientium, nec poterant retinere, quin quaſi forte duo millia ex ipſis patri juncta ſint, & cum tunc ipſe nullum haberet interpretem, quidam venerabilis ſacerdos crucesignatus, nomine Paulus, canonicus majoris eccleſiæ Albæregalis, ipſi patri interpres fuit. Iſte cum diu habuiſſet devotionem erga patrem, in iſta tempeſtate nunquam a latere ejus receſſit. Cum autem ipſe pater ductor exercitus Dei prædictam crucesignatorum multitudinem ſibi junctam videret, ſciens quod non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, vexillo præcedente ad primam bombardarum ſtationem*

Terrentur a B. Joanne Turcæ.

lenta gradu pedeſter, ſuſtentatus baculo quodam in quo deſignatum eſt nomen Jeſu [quo quidem baculo tam in equitando quam in peditando beatus ſenex utebatur] fatigatus & tam diuturno labore, & vigilia continua, diſcoopertus capite cano, fortiſſime acclamando nomen Jeſu primus ire cœpit, quem ſequebantur forte mille homines crucesignati; quos cum Turcæ qui ad primas ſtabant, viderent, & audirent, territi inde recedentes ad ſecundas confugerunt: ſicque primæ bombardæ obtentæ ſunt, & captæ. Quæ viſa in admirationem, & lætitiam omnium converſa ſunt. Si quis tunc vidiſſet beatum patrem lætitia plenum, jucundum, & exultantem! O quis potuiſſet harum valorem digno pretio æſtimare! Certe ſi nihil aliud præter hos primas de bonis Turcarum fuiſſet acquiſitum, ad magnum honorem, & lucrum ceſſiſſet inclyto regno Hungariæ.

Eo accedente ſtationes deſerunt.

Captæ bellicæ machinæ.

Quibus occupatis ad has ipſe Turcarum ſpoliator indefeſſus proficiſcitur. Similiter Turcæ non valentes nomen Jeſu, neque patrem, neque vexillum ſufferre, ſine reſiſtentia ſecunda cum omnibus attinentiis relinquentes ad tertias ſeſe contulerunt. Pater autem ſimilis leoni factus in operibus ſuis, poſt ingentis lætitiæ ſigna præ oculis Turcarum oſtenſa, ad tertias, quæ diverſis erant munitæ cuſtodiis, proficiſcitur, in quarum ſtatione pro earum cuſtodia pixides, & varia machinamenta ſervata erant, eratque hæc ſtatio undique foſſis, vallo, & terrarum congerie fortiſſime circumſcripta. At ipſe capitaneus intrepidus advocatis pluribus ad direptionem & ad lucra eos animans, vexillo præeunte cum clamore valido nominis Jeſu, ad tertias tendit: quem cum Turcæ miſeri viderent ſine reſiſtentia obſtruſis foraminibus cum clavis ferreis vociferantes, ac ſi ſibi maledicerent, relictis bombardis & multis aliis, quæ ſcribi non poſſent, ad eorum Imperatorem lamentabiles recesserunt. XXXIII.

Inclamato nomine Jeſu reſiſtere nequeunt Turcæ.

O ſanctum & terribile nomen Jeſu Chriſti! O patrem ſenem, & inermem omni ſanctitatis gratia armatiſſimum! O crucis virtutem admirabilem, cujus charactere tam ipſe pater beatus, quam cæteri cum eo ſtantes, & vexillum inſignita erant! O ſanctiſſimum Bernardinum, cujus imago in eodem vexillo depicta nomen Jeſu ſua manu Turcis oſtendebat, terrebatque. Penſet hic veſtra paternitas quanta fuerit lætitia ipſi beato patri, quanta fuerit Turcis mœſtitia, quanta confuſio, quantumque damnum, de quo etiam magis inferius diſſeratur. Sed hic etiam præcipue notandum eſt, quod cum Turcæ ſint animoſiſſimi, & bellicoſi, nullique cedere volentes ex eorum contumaci ſuperbia, cogebantur tamen a facie beati patris fugere, eo quod, ſecundum quod ipſimet poſtea ſæpius faſſi ſunt, videbatur eis, quod a facie ipſius viri tam lucidi ac radian-

Faſſi ſunt e vultu B. Joannis micantem ſolem vidiſſe.

diantes radii ſolis exirent, & in facie eorum repercuterant, quos nullatenus ſufferre valerent: ſed neque vexillum, quod erat plenum radiis ſolis apparebat; ideo a facie beati patris aufugiebant. Aliqui tamen, piiſſime pater, variant circa hanc captionem bombardarum ſtationem: nam aliqui dicunt, ut hic poſui, videlicet Turcas de una ad aliam bombardarum ſtationem fugientes, ex ſingulis deorſum fuiſſe expulſos, ut dictum eſt. Alii dicunt quod, cum Turcæ vidiſſent patrem cum infinita armatorum multitudine flumen contra eos tranſire, ac ipſum juxta foſſata ſtantem eos invaſurum cum tanta multitudine, vexillo erecto, cum in veritate adhuc non eſſent duo millia, omnes ſimul territos. Ex his patet Turcas cæſos divina vi, quod a B. Joanne Capiſtranenſi inferius audiemus.

Angelico exercitu perturbati Turcæ.

XXXIV. His conſentit Bonfinius (a) dum tradit perterritos Turcas a legionibus cœleſtium Angelorum, qua enim alia ratione centum quinquagiata bellatorum millia, quæ florentiſſimo pollebant equitatu, pelli e caſtris potuiſſent a pauciſſimo peditum ferme inermium numero niſi cœlites exiguis iis copiis nomen Jeſu inclamantibus ſe conjunxiſſent? Atque ideo ex his emendandus eſt Æneas Sylvius, qui humana prudentia hæc metiens B. Joannem perperam carpſit (b), ac plura falſa rei veritatem ignorans inſeruit, & caſui victoriam, miraculo conſpicuo tribuendam, ut ipſe B. Joannes & Calliſtus Papa teſtantur, aſcripſit: nam in primis falſum eſt Mahometem ob acceptum vulnus obſidionem ſolviſſe; nam vi caſtris pulſus eſt, non humana quidem, ſed divina ob blaſphemas in Chriſtum voces. Quod plures ait in fuga periiſſe, quam in acie; id quidem verum, ſed modum ipſe ignoravit, nempe Turcas mutuis ſe vulneribus ad vigintiquatuor & eo amplius millia ſe confeciſſe, pluresque etiam divina vi ſine vulneribus extinctos. Quod ait eam tantum prædam relictam victoribus, quam ignis abſumere non potuit, a veritate abhorret, cum ignis injiciendi vel machinarum trahendarum defuerit opportunitas, ſiquidem ad Calliſtum tentoria Mahometis undecim opulentiſſima tranſmiſſa, & crucesignati gaza Turcica ditati fuere. Falſum pariter quod Joannes Huniades huic certamini interfuerit: nam quamvis B. Joannes Capiſtranenſis illi polliceretur cœleſtem victoriam, tamen Huniades ex artis bellicæ legibus cenſuit, licet repulſi a mœnibus fuiſſent Turcæ, non poſſe tamen cum exiguis copiis caſtris depelli, ſed expectandum ſedis Apoſtolicæ legatum cum florentiſſimo novo exercitu, ac pœnam capitalem propoſuerat iis qui e mœnibus exirent quamquam victos divina vi, inſecutus videatur. Subdit (c) poſtea Æneas.

(a) Bonfin. dec. 3. l. 8.

Conſpicuum miraculum negari non poteſt.

(b) Æn. Syl. hiſt. Bohem. cap. 65.

Emendatur Æneas Sylvius.

(c) Æn. Syl. ubi ſup.

Uterque rem geſtam ſcripſit, neque alterius mentionem fecit: alteruter ſolitam ſibi rei geſtæ laudem uſurpavit. Ingens dulcedo gloriæ: facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Spreverat Capiſtranus ſæculi pompas, fugerat delitias, calcaverat avaritiam, libidinem ſubegerat, contemnere gloriam non potuit: qui ſummo Pontifici bellum, atque exitum belli deſcribens, nulla Huniadis, nulla Cardinalis facta mentione, totum ſuum eſſe dixit quod geſtum erat, quamvis Deum in primis victoriæ confeſſus fuerit authorem. Nemo eſt tam ſanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur: facilius regna viri excellentes, quam gloriam contemnunt. Hæc ille cum B. Joannis e Capiſtrano excellentem ſanctitatem nondum noſſet: is enim ut veritatis tenax nec legati nec Huniadis mentionem in ea victoria facere potuit, cum præſentes non adeſſent, quandoquidem Deus per infirma mundi, confundere fortia voluit: nam legatus longe diſſitus in contrahendo exercitu ſubſidiario occupatus erat, ac vetuerat ante adventum ſuum certamen iniri: Huniades etiam in caſtris in Danubii ripa defixis ſe continebat ex militari lege, cum impar nimium viribus Turcica caſtra adoriri non deberet, quippe qui ne quidem arcem propugnari poſſe humanis viribus cenſeret, ſed quamquam legati & Huniadis imperiis parere cupiebat beatus vir ſenio confectus, vix baculo ſe ſuſtentans, & lento greſſu incedens, divino actus ſpiritu cum ſelectis pauciſſimis copiis crucesignatis divinitus commotis, quibus Jeſu in ore pro fulminantibus bellicis machinis erat, Turcarum caſtra divinitus perrupit contra humanæ ſpei & prudentiæ leges, tribuente Deo parem victoriam, quam olim Gedeoni contulit, cum Turcæ amentia percuſſi in ſe arma vertiſſent. Nec dici poteſt humanam gloriam affectatam fuiſſe a viro ſancto, qui cum miracula patraret divina ope, id oraculum repetere conſueverat: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Cæterum Æneas Sylvius, de re univerſa accuratius edoctus, agnovit poſtea non legati apoſtolici, non Joannis Huniadis, non Joannis e Capiſtrano humanis viribus, ſed admirando Numinis divini prodigio relatam victoriam, dum menſe aprili anni inſequentis ad Alfonſum Aragonum Regem ſcripſit (d) ſic inquiens: *Percuſſit de cœlo Deus hoc anno*, nimirum a rei geſtæ tempore nondum evoluto, *Turcos: neque enim humana victoria fuit, quæ apud Albam parta eſt.* Quod porro B. Joannes Capiſtranenſis victoriam ſibi non aſcripſerit, ſed Deo, ut revera Dei fuit, ex ejus literis ad Calliſtum datis (e) eniteſcit.

Aſperſa temere ab eo calumnia viro ſancto.

Vindicatur ab ea B. Joannes.

(d) Æn. Sylv. ep. 266.

(e) Ext. apud Vvadding. hoc an. n. 58.

Beatiſſimo patri & domino Calliſto III. &c.

XXXV. B. Jo. Capiſtranen. ad Calliſt. literæ.

Beatiſſime pater poſt pedum oſcula beatorum gaudium & exultationem. Gloria in Altiſſimis Deo, a cujus miſericordia provenit, quod non ſumus conſumpti: in tanta enim eramus tribulatione, atque in tantis anguſtiis conſtituti, ut omnes putaverint non poſſe amplius reſiſti Turcarum potentiæ: atque ipſe dux Huniades revera Turcarum terror, & fortiſſimus Chriſtianorum propugnator judicaverit deſerendum eſſe caſtrum Nanderalbæ; ita enim fortiter, & inceſſanter expugnabant arcem feriſſimi Mahometani, & tot machinis muros diruebant, adeoque terribiliter contra noſtros pugnabant, ut jam vires noſtræ defecerint, & præcipui milites fuerint conſternati. Sed in medio tribulationis vivificavit nos Dominus: nam ab urbe expulſi, cum doloſe recederent feriſſimi inimici ut noſtris exeuntibus pararent inſidias; etſi dominus Huniades juſſerit, ne ullus ex noſtris militibus caſtrum exiret, non curaverunt tamen de præcepto ejus crucesſignati, ſed irruentes in hoſtes in magno ſe poſuerunt periculo. Ego vero minimus veſtræ ſanctitatis ſervus cum illos ex muris revocare non poſſem, in campum prodivi, & hinc inde diſcurrens modo revocabam, modo animabam, modo diſponebam ne ab inimicis circumdarentur: & tandem Dominus qui tam bene ſalvare poteſt in paucis quam in multis, dedit nobis miſericorditer victoriam, & fugere fecit immaniſſimum Turcarum exercitum, & noſtri omnia illorum obtinuerunt tormenta & machinas diabolicas, quibus totam Chriſtianitatem putabant ſibi ſubjicere. Exultet ergo veſtra ſanctitas in Domino, & offerre illi jubeat laudem, gloriam, & honorem, quia fecit mirabilia magna ſolus. Non ego inermis & inutilis ſervus, aut pauperes & rudes crucesſignati veſtræ ſanctitatis devoti ſervi potuimus noſtris viribus hæc facere. Deus dominus exercituum fecit hæc omnia: illi gloria in ſæcula ſæculorum. Hæc ſcribo breviter & raptim defeſſus rediens ex pugna, cito ſcripturus magis diſtincte, quæ facta ſunt in particulari. Ex Nanderalba in feſto S. Mariæ Magdalenæ, ipſo die glorioſiſſimæ victoriæ.

Ut crucesſignati contra ducum imperia hoſtem ſint perſequuti.

Soli Chriſto aſcripta certaminis gloria.

XXXVI. De cæſorum numero variata fama.

Quod ad cæſorum numerum attinet; fama varia increbuit; nam Monſtreletus ad centum millia Turcas occiſos ait; alii numerum imminuunt, inter quos Æneas Sylvius hæc tradit (a): *De cæſis hoſtibus varia ſententia eſt; quidam ſuper quadraginta millia periiſſe tradiderunt, nonnulli viginti millia cæſa fuiſſe affirmant, alii ad ſummum quatuor millia cæſa fuiſſe dicunt, quod nobis infra verum eſſe videtur, neque enim in tanto exercitu videri clades ea occidione potuiſſet. Major profecto jactura tantum Imperatorem fugere compulit, qui ſequenti nocte incenſis caſtris ac machinis cum toto exercitu trepidus abiit, nec tam audax ſuperbusque venerat, quam timidus demiſſusque fugam arripuit.* Verum cæſorum numerus multorum literis datis ad Calliſtum ſcriptus eſt quemadmodum a Georgio deſpota acceperant, nempe viginti quatuor millia trucidata, totidem alia in fuga periiſſe, quatuor millia capta. Itaque is verus numerus putandus eſt, quem etiam Pontifex in literis (b) ad Imperatorem Æthiopum, tum in aliis encyclicis definivit, quemque Joannes e Capiſtrano in poſterioribus literis (c) circumſcripſit, nimirum viginti quatuor millia trucidata ooo a crucesſignatis, ſed divina vi, plura vero in fuga mutuis vulneribus ſe confeciſſe divinitus, reliquum vero exercitum fugientem a Mahomete atque proceribus apud Sophiam contineri ægerrime potuiſſe; claſſem hoſtilem ſexaginta quatuor triremibus fuiſſe conflatam, e quibus viginti ſeptem interceptæ fuerint ab Hungaris, trecenta tormenta bellica capta tum Pontifici ſacros ſtimulos addidit, ut Græciæ & Palæſtinæ recuperandis operam daret, duodecim equitum Italorum millia ſubmitteret, hoc enim robore ſuffultos Hungaros maximas res geſturos in opportuniſſima hac occaſione, denique Reges Chriſtianos ad hoſtem trepidantem obterendum impelleret.

(a) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c.65.

Quis verus numerus fuerit.

(b) Lib. 10. pag. 272.

(c) Ext. apud Vvad. hoc ann. n.59.

Beatiſſimo patri domino Calliſto III. &c.

Secundæ B. Joannis Capiſtr. ad Calliſt. literæ.

Beatiſſime pater, ad pedum oſcula beatorum obedientiam humillimam, & devotam uſque ad mortem crucis, & ſupplicii leviſſimi cujuſcumque. Quia ubi aliquid deficit locum habet jus ſupplementi, ideo quod non potui primo aſpectu comprehendere in die glorioſæ victoriæ domini noſtri Jeſu Chriſti auctoritate veſtræ ſanctitatis, & miniſterio paucorum, certa vivificæ crucis charactere inſignitorum, divinitus nobis præſtitæ; poſtea tamen habita clariori notitia, & ſi indeſcriptibilia ſunt, machinæ, inſtrumenta, & terribilia ingenia, quæ paraverant, currus ad deferendum bombardas, rotæ ferreæ, rotæ ligneæ ad transferendum naves, & cymbas per montes & colles ad tranſvadandam gentes ad ſpolia regni Hungariæ [quod tamen Deus eis non permiſit] ecce tamen ea, quæ ſigillatim deſcribi poſſunt, nunc ſuppleo, non vacans ornatui, ſed ſimplici veritati. Nam ubi dixi multa millia ex eis interempta ſunt, illuſtris dominus deſpotus, qui licet cum noſtra fide non concordet, ſecundum intentionem tamen ſanctitati veſtræ conveniens contra perfidos Turcas nobiſcum eſt, nunciavit pridie reverendiſſimo domino legato & mihi, quod ultra viginti quatuor millia in die belli nece perierant, & a certo ſe tenere aſſerit, quod totidem, & ultra in itinere defecerunt, ſemetipſos inter ſe trucidantes ſicut tempore

Cæſorum a Chriſtianis numerus.

In fuga Turcæ ſe ipſos cædunt.

Ge-

Gedeonis; & non niſi divino judicio ipſe princeps Turcarum cum ſuis intimioribus, qui remonſerant, bellatoribus, ad Sophiam ſtupida fuga devenit, cutcudens ſuos miniſtros, qui ſupererant campeſcere, ne ultra pertranſirent, manu propria, & ſuorum carnificum plurimos interemit. Superaddit etiam ipſe deſpotus, quod principales vayvoda vices gerens ipſius damnatiſſimi Mahometis magni Turcæ, qui præſidebat in Scythia*, ubi eſt auri fadina, quæ erat, & de jure pertinet ad ipſum deſpotum, capite minutus ſit gladio ipſe, & uxor ejus ab his, qui jure ſubeſſe dicuntur deſpota, tenent tamen adhuc ſui Caſtellani quinque caſtra, quæ auxiliante Domino recuperare ſperat, favore tamen, & præſidia ſanctitatis veſtræ, & reverendiſſimi domini lateralis veſtri legati. Ultra hæc etiam nunciat ipſe deſpotus, quod cum quadraginta exploratores miſerit, ad exquirendum quid de immaniſſima Turca acciderit, cum jam quarta pars redierit, & omnes teſtentur, quod omnem diligentiam adhibuerint, nihil certi de ſua vita percipere potuerunt, ex qua ipſe deſpotus vehementer opinatur ipſum eſſe mortuum: utinam ita ſit.

Vix retineri poſſunt e Mahomete.

* Raſcia

Deſpotus Raſciam recuperare tentat.

Scripſeram, beatiſſime pater, quod in prima noſtro congreſſu quadraginta quatuor galeas numeraveram, & ita fuit; ſed poſtea clariori veritate comperta ſexaginta quatuor reperimus numeratas, ex quibus penes nos adhuc viginti ſeptem reſervantur, computatis parvis, cum magnis. De multitudine autem exercitus armatorum & ſi multi aſſerant, quod fuerant centum viginti millia; reverendiſſimus tamen dominus legatus, poſtquam diſcurſum habuit una mecum pro majori parte ſpatii, in quo malignantium exercitus locabatur, indicavit quod veriſimiliter centum quinquaginta millia eſſe potuiſſent in ſignis tantorum caſtrorum. Scripſeram in ſecundis literis de triginta duabus bombardis, quia tunc plures non viderum; poſtea tamen omnibus computatis parvis cum magnis ultra trecentas reperimus: & de pixidibus, quæ manu exploduntur, & in partibus noſtris vocantur ſcopettæ, de repertis, numerum non habemus, quia multæ occultatæ ſunt.

Quanta fuerit claſſis Turcica.

Et quantus exercitus.

Trecenta tormenta capta.

XXXVII. Pater beatiſſime, quia Juſtiniana lex dictat, nihil videtur actum, cum aliquid ſupereſt agendum, idcirco ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis populi Chriſtiani: ecce nunc tempus implendi deſiderium veſtræ ſanctitatis, ut progrediamur, necdum ad recuperandam Græciam & Europam, ſed ad recuperandum Terram ſanctam Jeruſalem, quod Deus omnipotens præſtabit faciliter, ſi a concepta ſancta deſiderio veſtra ſanctitas non ceſſabit. Hoc unum piiſſimum a piiſſima veſtra ſanctitate & in fide zelantiſſimo reverendiſſimo domino legato veſtro benigne concedatur, ut tantummodo de Italia duodecim, vel decem millia ſaltem equitum armatorum more Italico veſtris ſtipendiis tranſmittatis, qui ſi per ſex continuos menſes cum veſtris devotis filiis cruce ſignatis, & cum iſtis illuſtribus principibus prælatis, & baronibus hujus regni Hungariæ nobiſcum in exercitu perſeveraverint, ſperamus tantum de bonis paganorum acquirere, quod abunde in poſterum per tres continuos annos aliis expenſis non indigeamus, ſed eorum ſpoliis omnes noſtros exercitus implebimus abundanter. Ecce idem dominus deſpotus vehementer affirmat, quod magis in præſentiarum augmentare poſſimus fidem Chriſtianam, paganoſque deprimere cum decem millibus bellatorum, quam aliis temporibus cum triginta millibus nequiviſſemus. Ecce accedunt ad hoc deſiderium reverendiſſimi domini legati ardenter omnes iſti, qui pro Chriſti nomine, & pro obedientia veſtræ ſanctitatis ac devota reverentia crucis vivificæ characterem ſuſcipiant, &c. Ex Salan Kemen MCCCCLVI. XVII. auguſti.

Cohortatio ad recuperandum Orientem.

Expetita duodecim equitum Italorum millia.

Propoſita rei gerendæ occaſio.

XXXVIII. Cæterum accepto tantæ victoriæ nuncio Pontifex principes ac præſules de ea certiores factos (a) apoſtolicis literis, Deo gratias referre juſſit; atque in iis, quas ad archiepiſcopum Atrebatenſem miſit, feſtas haſce voces profudit (b).

(a) Lib. brev. p. 19. 20. 23. 26. 27.

(b) Ibid. p. 29.

Calliſtus, &c. O admirabile imperium ſalvatoris noſtri! Venerat inſanus Turcus furiis accenſus, & cum validiſſima exercitu, qui plana & montes occupabat, caſtrum Monteralbenſe, clavem regni Hungariæ dura expugnatione premens difficilis jam muris & deſenſacalis, caſtra potiri ſe credebat, in cujus amiſſione ſumma univerſa reſpublica Chriſtiana verſabatur; eo namque amiſſo, Turca aditus patebat ſine obſtacula in Hungariam, unde mox vexunda totius Chriſtianitatis natus videbatur: ſed non eſt paſſus Deus ſummas tantis tenebris implicari ſuam religionem, nec tantam ignominiam fidei orthodoxæ irrogari: fecit potentiam in brachio ſuo, & vires ſenſumque eripuit barbaris, qui ab uno Chriſti fortiſſima athleta Joanne vayvoda & a parva manu plebejorum & inermium militum crucaſignatorum profligati navali terreſtrique pugna, & in fugam cum maxima eorum ſtrage, amiſſis etiam admirabilibus eorum machinis & inſtrumentis bellicis converſi ſunt: Turcus autem ipſe furoris princeps vix noſtrarum manus effugiens ſaucius, ut plerique ajunt, equo ſalutem quæſivit.

Laureatæ Calliſti lit.

Actum erat de Hungaria, ſi Belgrado Mahometes potitus fuiſſet.

Conceperat tantam de reportanda victoria expectationem Pontifex, ut ex collocata in Deo ſpe palam antea in ingenti rerum diſcrimine conſtanter diceret, hoſtem ſubactum iri: Notum eſt, inquit, (c) cunctis a nobis audientibus, quod perfidus ille Turcus perderetur & Hungari vincerent, & populus Chriſtianus & nos cumipſis; nec unquam dubitavimus, quin fieret ſicut accidit, & majora, ſicut ait

(c) Ibid. p. 25.

Summa Regum væcordia, qui vinci Turcam non poſſe opinantur. (a) Ib. p. 43.

Chriſtus ſalvator noſter. Si quis fidem habet ut granum ſinapis, & dixerit monti transferre ad alium montem, &c. Væ, væ aliter ſentientibus & caveant ab ipſa Dei ira. De Regibus & principibus loquitur, qui Turcarum potentiam metuentes non audebant (a) ſigna attollere in barbaros niſi univerſi Chriſtiani communi fœdere jungerentur, quod ob ipſorum diſſenſionem fieri non poterat. Ipſe autem Deo fretus cujus cauſam tuebatur, pro certo habebat, quod ſi Reges ſe ducem ſequerentur, non modo Conſtantinopolim, ſed Europam, Aſiam, & Palæſtinam Chriſtiano cultui reſtituendas diceret; qua de re hæc ad S. Antoninum archiepiſcopum Florentinum ſcripſit (b): *Adeo illorum,* id eſt Turcarum, *vires contudit,* nimirum Deus, *ut facilis admodum via facta ſit ad eradicandum de terra infandum genus & nomen Mahometi: qui triumphus, quoniam noſtro tempori divinitus reſervatus eſt, nos omni conatu noſtro vehementius inſiſtere decernimus, & victoriam ſequi quam Deus præmonſtrat; ſperamuſque quod intra breve tempus ſi, ut arbitramur, Chriſti fideles potentatus ſe excitare, & nos ſequi voluerint, non ſolum Conſtantinopolis recuperabitur, ſed Europa, Aſia, & Terra ſancta liberabitur.*

Turcicum imperium facile potuiſſet everti. (b) Ib. p. 23.

XXXIX. (c) Eod. lib. brev. p. 52. (d) Ib. p. 16. & 39.

Suppeditavit Hungaris quæcumque potuit contrahere nummaria ſubſidia Calliſtus (c), crucemque miſit ut in prælio adverſus Chriſti hoſtes præferretur, cohortatus Joannem ipſum e Capiſtrano (d) ut eoſdem Hungaros ad eam ſequendam inflammaret, & Cardinali legato operam non deeſſet: *Ne ceſſes,* inquit, *die ac nocte aſſiſtere dilecto filio noſtro Joanni S. Angeli diacono Cardinali A. S. L. & ſancta opera ejus zelo tuo juvare: hortare gratia verbi tibi cœlitus data prælatos, barones, nobiles, ac totius regni Hungariæ populos, ut ſequantur crucem Jeſu Chriſti, quam ad eos miſimus: inſtent hoſti jam victo ac perturbato, afferantque Altiſſimo plenum perfectumque hoc ſacrificium, quod tale factum eſt, ut pariturum ſit regno præfato & cunctis fidelibus ſecuritatem.* Eumdem legatum virum omnium virtutum ornamentis inſignem ad provehendam religioſam militiam, quamvis pio æſtuantem ſtudio, magis accendere niſus eſt Pontifex: cum enim illi propoſuiſſet quanta ad concitandos in arma Reges in Turcas & inſtruendam claſſem geſſiſſet, atque in ſumptus non modo theſaurum gemmaſque abſumpſiſſet, verum & ſanguinem fundere eſſet paratus, addidit (e). *Eſt glorioſum & memorabile nomen verſari in ea militia, cujus Chriſtus eſt dux & moderator: tu enim cujus mirabilis virtus & prudentia non minus univerſis quam nobis cognita, & perſpecta ſunt, cogitare debes quantum præconium futurum ſit gloriæ & laudum tuarum ſi, ut nos ſperamus, opera, ſtudio, & induſtria principes Chriſtiani, qui illas obtinent partes, forti manu & animo ad reſiſtendum barbaris inducantur.* Non defuit muneri Joannes Carvajal, cum Æneas Sylvius (f) teſtetur, tres victoriæ ad Albam partæ authores Joannem Cardinalem legatum, Joannem Capiſtranenſem, & Joannem Huniadem habitos.

(e) Ib. p. 7. Suſcepta pro Chriſto militia nulla glorioſior.

(f) Æn. Sylv. Europ. c. 8.

Incredibili deſiderio propagandæ victoriæ, evertendique Turciæ imperii flagrabat Huniades, ut Dionyſius tit. S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis Pontifici ſignificavit (g); regiæ tamen Hungariæ nonnulli proceres ad faciendum cum Turca fœdus proni erant, ad quorum improba infringenda conſilia Pontifex legatum incumbere juſſit. (h) *Nolo,* inquit, *Deus quod tam nequam animus in Chriſtiano inducatur, ut putet conditiones aliquas cum infidelibus eſſe ineundas: quid enim turpius, quid infamius, quid majoris erga Deum ingratitudinis eſſe poſſet, quam victoriam per ipſum Deum ex ſuo erga nos ineffabili miſericordia nobis datam & conceſſam deſerere, & certos de victoria ipſo Altiſſimo id nobis promittente eam non proſequi omni conatu.*

(g) Lib. brev. p. 22. Hungari politici ad fœdus cum Turca ineundum proni. (h) Ib. p. 55. Commoniti ne erga numen ingrati ſint.

XL. Inter Fridericum & Ladiſlaum inimicitiæ. Objectum utrique a Calliſto anathema ni fœdus jungant. (i) Lib. brev. p. 43.

Gerebant Ladiſlaus ejuſque proceres inimicitias cum Friderico Imperatore, in cujus pectore vigebat adhuc dolor, Ladiſlaum ex ipſius tutela vi & dolo ſubductum fuiſſe: quod cum in rei Chriſtianæ damnum vergeret, neque Cardinalis legatus illos inter ſeſe conciliare potuiſſet ut ſociarent arma in Turcas, Pontifex utrique Regi anathema intentavit (i), ni fœdus jungerent. Et ii quidem mox paruiſſe viſi: ſed poſtea brevi iterum commotæ ſunt iræ, quibus molliendis proximo anno Calliſtus ſtudium navavit. Dum vero Imperatorem ſolicitabat, ut excuſſo torpore in nominis Chriſtiani cauſa defendenda munus ſuum obiret, illata eſt iniqua lis ab hominibus improbis, auſæque plures querelæ in Pontificem, quaſi eccleſiæ Germanicæ jura opprimeret, nec ferre poterat archiepiſcopus Moguntinus ſubſidiarias opes pro bello ſacro ab eo cogi, auſuſque eſt a Calliſto ad concilium provocare ad novas turbas moliendas, de quo hæc Pontifex ad Joannem epiſcopum Papienſem ſuum, ut diximus, in Germania oratorem (quem etiam ſacræ expeditionis cauſam urgere, Imperatoremque ad pia arma capienda perpellere juſſit) graviter ſcripſit (k).

Germani calumnias in Calliſtum ſtruunt.

Indigna Moguntini archiepiſc. provocatio ad concilium. (k) Ib. p. 14.

Calliſtus, &c. Quid laudabilius, quam quæ facimus die noctuque? In qua reprehendere poſſunt Apoſtolicam ſedem & nos in ea præſidentem, & ſi immerito, ardentem catholicum in defenſione evangelii contra Infideles, hæreticos, & ſchiſmaticos, in divino cultu, in morum honeſtate non ſimoniace, non corrupte, etiam ſanguinem proprium

priam exponenda ad defenſionem fidei orthodoxæ in mari & in terra. Excita & latra pro Chriſto, ut loquamur cum B. Hieronymo, quoniam canes pro dominis ſuis latrant, (Interjectis nonnullis addit, ut de iis, quæ gererentur ipſum faceret certiorem,) *& quid de illa damnabili novata appellatione per Moguntinum & ſuos, & quid de pace inter Imperatorem & Regem Hungariæ, & de executione contra perfidos Turchos maxime ſtante tam glorioſa victoria nobis cœlitus data cum popularibus crucesignatis, uno fratre, & uno milite, ſine Rege, ſine duce, ſine Imperatore. O domine dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum! O corda lapidea, quæ ad hoc non moventur! eſtque claſſis noſtra maritima cum legato camerario, dum eſt verſus Conſtantinopolim, & Imperator dormitat. Exurge Domine & juva ſanctum propoſitum noſtrum, prout ex grandi fide noſtra firmiter tenemus, &c. Datum die 21. novembris MCCCCLVI. pontificatus noſtri anno II.*

Mahometes ſine Imperatore, ſine Rege, ſine duce victus.

XLI. Cæſaris & Regum torpor.

Angebatur gravioribus curis Pontifex, cum marcere otio Fridericum videret: nec minus alii torpebant Reges, quos excitare nitebatur, atque in primis Alfonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ Regem ut nuncupatum de conficienda ſacra expeditione votum exequeretur, cum quo ſumma ſe manſuetudinis ſignificatione egiſſe ad Solerium oratorem ſuum ſcripſit (a): neque enim illi, ut Imperatori, & Hungariæ Regi ad eos in officium redigendos, anathema ſe propoſuiſſe: non pertimeſcendas ab Alfonſo ipſo Turcarum vires, quæ a ruſticanis ſine Rege fractæ eſſent, ac ſi antea Turcæ profligaſſent Græcos, Servios, alioſque hæreticos & ſchiſmaticos, mirum id non videri, cum divinum ipſis, ut ab Eccleſia ejectis, præſidium defuiſſet, quod Regi pio divinam cauſam defendenti affuturum eſſet.

(a) Lib. brev. p. 44.

Dilecto filio Joanni Solerio oratori noſtro.

Inter alias, (nimirum literas,) *mittimus tibi eas, quas nobis miſit, & propria manu ſcripſit dilectus filius frater Joannes de Capiſtrano [ſi fas eſt dicere] Chriſti martyr in vita, ut tu quem ſingulari charitate complectimur, & de quo plurimum confidimus, eas eidem Regi,* (nempe Alfonſo Aragonum & Siciliæ,) *oſtendas, ut notum ſit omnibus divina potentia, non humanis viribus tam memorabilem & glorioſam victoriam populi fidelis eſſe partam. O admirabile myſterium! O miraculum æterno præconio celebrandum! ruſtici homines non armis, ſed ſola fide ſuffulti & devotione, cum uno ſolo Dei athleta invictiſſimo Joanne Vajvoda, & uno religioſo fratre Joanne a Capiſtrano tantam potentiam perfidi Turchi, tot apparatus, tot miranda inſtrumenta diſſiparunt, & profligatis innumerabilibus copiis audaciſſimum & furioſiſſimum Turcum ſtrage ſuorum perterritum & incertum conſilii in fugam converterunt, & pluſquam dimidiam partem tam formidabilis exercitus conciderunt, alia parte hinc inde diſperſa, pro majore parte captis, nam ultra quatuor mille captivos dati ſunt globa per glorioſum capitaneum illum ad reficiendum caſtrum illud de Bellogrado alias, ut quod ipſi deſtruxerunt inſtrumentis & machinis, manibus propriis reficiant & nobilius quam ante. Quis divinum hoc miraculum pro ſua magnitudine admirari poteſt? Quis dignas illi majeſtati poterit gratias referre? Duri, immanes, deteſtabileſque ſunt, qui hæc quæ Dominus noſter ſua miſericordia populo ſuo fecit, non admirantur, & ſuæ ineffabili clementiæ gratias non referunt:* Et infra.

Pluſquam dimidia pars Turcici exercitus conciſa fuit.

Capta quatuor millia Turcarum.

Nos quodammodo deferendo ſerenitati regiæ Aragonum ſimilibus literis cum eo non utimur, quibus cum Imperatore, quem per legatum noſtrum S. Angeli excommunicari mandavimus, & Regem Hungariæ, niſi pacem inirent ad invicem & inſiſterent omnibus viribus ſuis contra perfidum Turcum, factoque mandato noſtro ſub excommunicationis ſententia quid ſecutum eſt? pax & omne quod optabamus, ut ex actis nobis tranſmiſſis plenius eſt videre: ipſi Regi Aragonum autem viſi fuimus continue humiliter, dulciter, & benevole ſcribere & exhortari: & utinam tu vel ſimiles uti aſſuevisti, & bene operatus es inter ſerenitatem ſuam & nos in agendis continue intervenient, & non filii hujus ſæculi quærentes quæ ſua ſunt. Et infra.

XLII. Caliſti conſtantia.

Unum eſt, quod peccatum mortale non committemus Chriſto dante, etiamſi gladii ſuper caput noſtrum ſtarent, & non ſine cauſa dicimus: non poterit tantum dæmon operari in regia celſitudine, quantum cum Deo poterimus; regiæ celſitudini affixi ſimus, ſine tamen Dei offenſa. O ſi audires iſtos, qui interfuerunt in prælio illo grandi contra Turcum venientes ad nos! XVI. *tentoria aurea & argentea pro perſona canis illius habita & tot alia, divites enim remanent omnes ex ſpoliis, vix enim fugere potuerunt, omnibus dimiſſis, & forſan canis ille vulneratus vel mortuus quia neſcitur ubi eſt. Omnia enim conceſſit glorioſus ille comes crucesignatis, ſolum retentis ſibi machinis cum bombardis & aliis inducibilibus inſtrumentis terræ & maris, & proſequi facimus victoriam per mare & terram, mittendo glorioſo comiti ſubſidia opportuna ultra vires noſtras. Voluit enim Deus hanc glorioſam victoriam ſibi ſoli Papæ; & ſanctæ Romanæ eccleſiæ cum ſuis crucesignatis popularibus & ſere inermibus, abſque Imperatore, Rege, & quovis alio magno duce concedere. Die enim nativitatis Virginis glorioſæ, quæ erit die mercurii, erit annus, quo incœpimus crucesignare inter miſ-*

Perlata ad ipſum Mahometus ſpolia.

Die nativitatis B. Virginis crucis ſymbolum datum.

Mahometes crucem in deriſum Chriſtianorum geſtabat.

ſarum ſolemnia in ſancto Petro; & ubique ſic fieri ad gloriam ſanctiſſima Trinitatis, exaltationem ſancta crucis mandavimus, quam in deriſum canis ille ad modum ſtola de humeris ad pedes deferebat: & deferri faciabat ſuis, blaſphemando quod ſi parva crux Chriſtianis impreſſa juvabat, fortius ampla & magna eum juvaret, & in hoc, ut loquamur cum bono Paulo de nomine Jeſu dicente: A quocumque nominetur, in hoc gaudeo, & gaudebo; *ſi quiſque conſequitur effectum honoris, vel deriſionis, uti accidit iſti cani & ſuis. Fere per menſes non potuerunt colligi per Chriſtianos qua remanſerunt ex ſpoliis Turcarum. Et debit ſatis.*

Dictabat Callistus literas ſatis.

Si omnia vellemus recitare & ordinare, ut de præſenti facimus, ſcribente ſecretario noſtro, non ſufficeret nox. Et nonne ex firma fide vivaciter dicebamus, canis ille [de cujus potentia etiam potentes Chriſtiani tepidi & frigidi quamplurimum dubitabant aſſumere prælium, niſi fere toto mundo coadunato] quod ideo vincebat, quia nemo catholicus ei reſiſtebat, ſed cum reſiſtentiam catholicorum haberet, perderetur? hac non ſolum ajebam in ſecreto, ſed prædicabam ſuper tecta: quod ut tu ita facias, & Deo dante volumus & mandamus. Nam ita ſecutum eſt, ut ſemper diximus & firmiter tenuimus, reſiſtentia Græcorum & de Servia, & aliorum hæreticorum & ſchiſmaticorum ei nocere non poterat, tamquam extra Eccleſiam exiſtentium, ſed catholicorum, uti factum eſt, potentiam ejus extinxit, & majora iis videbuntur, Chriſto dante, &c. Dat. &c.

Prædicta de ea a Callisto victoria.

Schiſmatici reſiſtere Turcis non potuere quia Eccleſia ejecti.

XLIII. Alfonſ. Regis obtentus ne Chriſti cauſam tueatur.

Flecti neque tunc potuit Alfonſus, ut votum de inferendo Turcis bello ad exitum duceret; verum a Pontifice defectionem meditatus eſt, (a) cum Beneventi & Terracinæ eccleſiaſticarum urbium præfecturam ac regni Neapolitani jus fiduciarium ſibi, & ſpurio Ferdinando confirmari miſſo oratore popoſciſſet, repulſamque eſſet paſſus.

(a) Sur. l. 16. annal. c. 39.

(b) Lib. brev. p. 19.

Sollicitatus (b) pariter inter alios Reges Carolus Rex Francorum, ut parta in Pannonia victoria ad Turcas delendos uteretur, floccique facienti monita Calliſtus divinas iras intentavit.

Intentata Gallo Regi divina iro niſi arma vertat in Turc.

Calliſtus, &c. Quis tam durus, qui nos in tam firmo propoſito & ſecuritate victoria noſtro tempore cælitus conceſſa non ſequatur? Væ, væ aliter ſentientibus, & caveant ab ira Dei, nam qui in hoc turbabit nos, portabit judicium, quicumque ſit ille. Tuam igitur ſerenitatem iterum hortamur, & intimo cordis affectu requirimus, ut tempus hoc, quo Deus ſummus ſerenitati tuæ opportunitatem offert, ut nomen tuum immortalitati conſecrare poſſis, non differas: & dum perfidus Turcus incertus quid agat, fugatus & profligatus eſt, eum aggrediamur & ſequamur Chriſtum ducem, qui [ut idem ſæpius dicamus] præclariſſimam victoriam & triumphum tempori noſtro divinitus reſervavit. Non deſunt modo Chriſtiani potentatus & nobiſcum (qui ſanguinem & vitam noſtram in hac divina cauſa devovimus) vires ſuorum adjungant, & crucis vivifica vexillum non deſerant, quouſque victoriam, quæ quidem in manibus eſt, feliciter & cum exaltatione orthodoxa ſacroſancta fidei conſummemus. Urſit aliis literis (c) eumdem Regem, ut in Mahometem ſigna attolleret, cum ad id præ ceteris Regibus obſtrictus eſſet, ut qui Chriſtianiſſimi nomen gereret, & S. Ludovici exempla domi propoſita haberet, de quo in literis ad Alanum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem legatum hoc anno octava octobris die datis (d), ita queritur Pontifex: *Ex ipſo regno Franciæ, quod præcipuum eſt inter Chriſtianos parum vel nihil fructus ſentitur, neque crucesignari aliquem, immo nec prædicatam cruciatam ſed ſolum, ut ajunt, de decima colligenda dolemus & vehementer dolemur.*

Præmonitus ut Chriſtum ducem ſequatur.

(c) Ib. p. 47.

(d) Ib. p. 49

Gallis vetat ne ſacram militiam profiteantur.

XLIV. Luſitanus ad bellum ſacrum paratum ſe exhibet.

In Luſitania pium præferebat ardorem Alfonſus Rex, bellumque ſacrum adminiſtrare in Turcas optabat; cui ideo decumanum aurum hoc anno collectum colligendumque proximo in Luſitania in ſumptus bellicos conferri impendique juſſit, (e) tum addidit: *Confirmabis.* Silvenſem epiſcopum alloquitur, *in ſancto propoſito* nempe Regem ipſum, *quod ſi, ut ſperamus, magno & ardenti animo proſequitur, Deum habebit directorem, & immortalem gloriam & triumphum apud Deum & homines de hoſtibus certiſſime reportabis.* Rogati etiam Florentini (f), Genuenſes, (g) & Veneti (h), ne Chriſtiano nomini deeſſent, extantque eo argumento ad Franciſcum Foſcarum Venetiarum ducem literæ (i), ut legato Cardinali pro ſuſtentando milite ſubſidiariam pecuniam mitteret, necnon ad aliquos Macedoniæ principes, (k) quos ad conſtantiam hortatur, ut Turcarum impetus fortiter exciperent, propulſarentque.

(e) Ib. p. 46.

Italis oddiri ſtimuli.

(f) Ib. p. 20.

(g) Ib. p. 51.

(h) Ib. p. 19.

(i) Ib. p. 50.

(k) Ib. p. 53.

Dilectis filiis nobilibus viris Simoni & Alfonſo dominis de Aſtrovileri.

Macedones ad ſumenda pro Chriſti fide arma incitati.

Intelleximus per literas dilecti filii fratris Ludovici Conſtan ordinis S. Joannis Jeroſolymitani ea, quæ in partibus illis Albaniæ per nobilitates veſtras geſta fuerunt contra Turcos, & quæ in futurum de facili fieri poſſint, ſi vobis præſidium aliquod gentium per nos tranſmittatur. Quæ omnia quanto gaudio & lætitia nos affecerint, quantumque ex eis noſter geſtiat animus longum eſſet perſcribere: devotionem autem veſtram, diligentiam, & magnanima ac laudabilia opera veſtra pro fide chriſtiana plurimum in Domino commendamus, exhortamurque quantis poſſumus precibus & adhortationibus, ut ad proſecutionem &

per-

perſeverantiam bonorum operum veſtrorum quæ, Deo inſpirante & favente, cœpiſtis, pergere non deſinatis, quoniam non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit coronabitur: & quandocumque laboribus veſtris ex facultatibus noſtris ſatisfacere non valebimus, paratus eſt ille immortalis & omnipotens Deus, qui cuncta pugillo ſuo claudens, nullum bonum irremuneratum abire ſinit, & mortalia juſtis oculis aſpicit; omnia quæ nos ſupplere nequiverimus ad defenſionem, augmentum, & exaltationem religionis ſuæ pro ſua erga Chriſti fidelium genus clementia, ſuppleturus & adminiſtraturus eſt. Et utinam ita nobis ſuppeterent facultates, quemadmodum paratum habemus animum & voluntatem & defenſivam & propagationem fidei orthodoxæ: ſed cum jamdudum innumerabiles ſubierimus impenſas in emittenda & manutenenda claſſe jamdudum per nos ad fronterias Turcorum emiſſa, & majores etiam nunc incumbant in perfectione, præparatione, ac munitione alterius claſſis, quam magna cum feſtinatione conſtrui facimus, ut eam ad defenſionem Chriſti fidelium & exterminium infidelium vere proximo tranſmittamus, & per terram ad partes Hungariæ non parva tranſmiſerimus pecuniarum præſidia, & majora etiam polliciti ſimus tranſmittere, neſcimus quo recurrere,
Promiſſa iis auxilia.
ad quem preces noſtras porrigere, unde auxilia petere, a quibus ſubſidium habere, quod vobis in præſentiarum tranſmittere poſſimus, niſi vehementiſſime nobilitates veſtras exhortemur, ut hoc parvo tempore conſtanter & animoſe in tam ſancta opera perſeveretis, procedatis, & continuetis in victoria, quam cum auxilio Domini conſequi cœpiſtis. Facultates noſtræ & eccleſiæ per ſe tenues & parvæ ſunt. Res hæc opulentas opes expoſcit, & cum ſufficere non poſſemus, ſcripſimus ad omnes principes Chriſtianorum, ut ſeſe exſuſcitent, ſeſe parent & offerant ad ſuccurrendum tanto oneri, & tam amplæ neceſſitati fidei Chriſtianæ: omnem autem opem, auxilium, favorem, ſubſidium polliciti ſunt; ita quod vere futuro confidimus tantum congregaſſe ſubſidium tum gentibus, tum claſſibus, tum pecunia, tum aliis neceſſariis rebus, ut facile non tantum Albania, ſed & Græcia, & Turchia, & ſancta Jeruſalem a Chriſtianis recuperari poſſit, voſque nobis data pinguiori facultate recommiſſos viſceraliter habebimus.

Exhortamur igitur vos, dilectiſſimi filii, ut hoc parvum tempus patienter & fortiter peragatis, hoſtibus animoſe obſiſtatis, conatus illorum retardetis, donec ſubſidium noſtrum, & quidem robuſtiſſimum, vere proximo vobis tranſmittetur, aut ſaltem a tanto hoſtium onere alleviabimini. Nos vero interea dabimus operam, ut claſſis noſtra perficiatur, & ab aliis principibus præſidium & nobis tranſmittatur, ut in partibus illis, & omnibus aliis Chriſtianis pro exaltatione religionis noſtræ ſuccurrere poſſimus prout vehementer optamus & deſideramus. Dat. &c. die xv. decembris MCCCCLVI. pontificatus noſtri anno ſecundo.

Eodem pio ſtudio permotus Pontifex concitare Æthiopas in Mahometanos conatus eſt, deque parta in Hungaria victoria Zarajacob eorum Regem certiorem fecit (a), & quaſdam ſanctorum reliquias pro ſacro munere ei miſit. XLV. Æthiopas ad ſacram militiam hortatur Calliſtus. (a) Lib. 10. p. 272.

Chariſſimo in Chriſto filio Zarajacob Regni Æthiopiæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Qui cœlorum continet thronum Deus Rex dominator omnipotens ſit tecum in omnibus operibus tuis; tibique, tuæque uxori illuſtri ac familiæ, populiſque tuis in ea virtute benedicat, qua prophetis, qua ſanctis & electis ſuis benedixit; pluatque ſuper vos & filios veſtros gratiam & omne bonum, qui domum Iſrael auxit, & exaltavit in gloria; ſuſcitetque ex renibus tuis ſemen Jacob in perpetuam æternitatem, quaſi ſtellas, & ſitis filii dilectionis ſuæ; tibi pacem qualem Apoſtolis, tibi victoriam qualem Joſue præſtitit in campo Esbam trans Jordanem, & duci Machabæo, contra Nicanorem pugnanti, cum viri illi apparuerunt, manifeſtum de cœlo præſidium afferentes. Is, poſtquam nobis, licet immeritis, pontificatus onus injunxit, & affecti memoria calamitatis urbis Conſtantinopolitanæ, antequam de conclavi recederemus, votum emiſimus belli ſuſcipiendi contra Turcum, & omnes terrarum fidelium occupatores. Cumque ad id facultates eccleſiæ non ſuppeterent, vices principum orbis terrarum, qui Jeſum crucifixum profitentur, convocare decrevimus. Ex tunc etiam tuæ ſerenitati ſignificamus & amicitiam cum felicis recordationis Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro initam, nedum continuare, ſed in unitate ſanctæ fidei augere velle polliciti fuimus, exiſtimantes illam eſſe veram amicitiam, non quæ præſentia, ſed Chriſti charitate conjungitur: nam qui unum corpus & unus ſpiritus in Deo ſumus, unius etiam voluntatis in Deo eſſe debemus. Verum quia in hoc ſanctiſſimo opere noſtra ſatis voluntas expleri non poteſt, legationes ad diverſos mundi principes non ſine magnis ſumptibus miſimus; quemque pro viribus hortantes ad expeditionem tam ſanctæ rei auxilia conferant, pro meritis æterna præmia expectaturi: qui omnes pro religione Jeſu Chriſti redemptoris noſtri quantum habent virium obtulerunt contra hujus rabiem multa præſidia nobis oblata ſunt, adhærent enim ex orientalibus, tum etiam ex occidentalibus partibus terra marique duces, etiam exercitus non contemnendæ virtutis; quos ille reformidans, tanquam canis rabioſior factus, vires ſoldani

Pontificiæ ad Abyſſinos lit.

Redintegratum fœdus in concilio Florentino initum.

Scy-

Scytharumque inimicorum Chriſtianæ religionis ſibi adjungere nititur, quod facile conſequi poterit, ob communem perfidiam, & voluntatem in nos hoſtilem, unde tantis viribus cumulatis, victoria nobis difficilior videri poteſt.

XLVI. *Nos tamen in Domino confidentes, cujus nutu Tartara contremiſcunt, & omnis fortitudo gentium diſſipatur, ſerenitatem tuam huic ſancto operi convocare curavimus, quæ ſi cum ſua ſublimi potentia noſtris exercitibus acceſſerit, vel ſuis operibus Eccleſiam Dei juverit, ſatis virium habituri videmur ad profligandum impium Turcum & non minus ſpei, terram Jeruſalem, aſperſione ſanguinis Jeſu Chriſti redemptoris noſtri conſecratam ab impietate infidelium vendicare poſſe; ſub tuo etenim ſublimi imperio, non ſolum Deus magnos exercitus, ſed flumen Nili eſſe voluit, cujus inundatione tellus hoſtibus alimenta miniſtrat, quibus pro tuo arbitrio denegare potes. Sperantes igitur in eo, quem erga crucem geris affectum, per viſcera Jeſu Chriſti, cujus vexillum in ſacro baptiſmate recepiſti, per hoc regium decus capitis tui, per omnia quæ tu ſancta putas, ſi Chriſti fidem cui ſuſceptus es, reſpicere digneris adverſus perſecutores illius, qui te in ſanguine redimere non dubitavit, juſta & pia bella ſuſcipere non moreris. Præſta te nobis ferventiſſimum in eo opere, cujus merito laus omnis inferior eſt. Audivimus ſæpe a nuis, qui ad Romanam curiam proficiſcuntur, Hebræum quondam regnaſſe olim in inſula quadam Æthiopiæ vicina, qui omnes Chriſtianos in ea inſula commorantes trucidari juſſit, id cum ad aures Imperatoris Conſtantinopolitani perveniſſet, Regi tunc Æthiopiæ ſcripſit, ſe mirari, quod Rex potentiſſimus, Chriſti fidem profeſſus, non ſine ſuæ famæ jactura, tam atroces injurias Chriſtianis fieri pateretur, cum illos facile tueri poſſet; qui Rex ille prædeceſſor tuus claſſem paravit in perniciem tyranni illius, & quas decuit pœnas exegit. Quod ſi literis Imperatoris prædicti, Rex ille vehementer commotus extitit, ſi pro inſula propulſanda, ſi pro vicinis tuendis arma ſuſcepit, quanto magis ſerenitas tua, ad interceſſionem vicarii domini noſtri Jeſu Chriſti, Petri ſucceſſoris, pro illius religione obſecrantis, juſta & pia bella ſuſcipere debet. Quod cum facere decreveris, ut ſperamus, per nuntios, quos a circumvicinis partibus ad Italiam profecturos eſſe credit, celerius, ac tutius nos certiores reddere non gravetur, vel ſi melius expedire putaverit, eos ipſos nuntios dirigere poterit ad dilectum filium noſtrum Ludovicum tituli S. Laurentii in Damaſo presbyterum Cardinalem, nunc claſſis maritimæ legatum in partibus orientalibus jam commorantem. Nam cum fama detulerit, noſtris Chriſtianis in Europa bellum gerentibus, adverſus Turcos tuam ſerenitatem cum ſuis viribus acceſſuram, ſpes erit non mediocris victoriæ obtinendæ in Turcos, ſimulque noſtri exercitus ardentiores ad recuperationem Terræ ſanctæ.*

De Jeroſolyma recuperanda agitatum.

Et Nilo ab Ægypto in rubrum mare derivando.

Judæos Chriſtianos inſulæ Æthiopiæ viciniæ contrucidavit.

Argumentum a minori ad majus.

XLVII. *Verum quia non dubitamus ſerenitati tuæ gratum fore, ea quæ in Europa geſta ſunt cognoſcere, ad tuam conſolationem, nonnulla præſentibus duximus inſerenda. Turcorum Imperator, cultor execrabilis Mahometi, jam proxima æſtate, cum ſuo valido, & innumerabili exercitu, cum hoſtiliter in Hungariam penetraſſet, & in obſidione caſtri, cui nomen eſt Belgrado, ad ripam fluminis, Danubii ſiti moraretur, idque machinis, tormentiſque ad ſolum diruerat, gentes Hungariæ, quæ pro defenſione aderant, adjunctis crucesignatis, quorum illuc ingens confluxerat numerus, duce Joanne vayvoda inclyto milite & acerrimo propugnatore noſtræ religionis, cui noſter animus, nec fides, in Domino defuit victoriæ obtinendæ, ſacratiſſimo die B. Mariæ Magdalenæ, divino quodam inſtinctu excitati, facto impetu contra hoſtes, eos in fugam turpiter compulerunt.*

Victoria ad Belgradum relata Æthiopibus ſignificata.

Adfuit noſtris de cœlo manifeſtum auxilium Dei, qui voluit tantos exercitus concludi in manus paucorum; nam ingenti ſtrage peracta, victoria potiti ſunt. Quid miramur ſub uno milite cum parva manu, tot millia fuiſſe confuſa? potens enim Deus eſt ſuper omnes exercitus, qui Madianitas & orientales populos, quorum numerus ut locuſtarum multitudo erat, tradidit in manu Gedeonis, qui de cœlo præſidium dedit Oniæ ſacerdoti contra Elıodorum ſanctam Jeruſalem profanare volentem. O bone Jeſu, quanta tua eſt fortitudo, qui miſiſti gladium tuum ſuper caput illorum, qui fugiendo non pauciores ſeſe mutua cæde necarunt, quam a noſtris interfecti fuerunt quibus victoriam dediſti! In ea pugna Turcorum circiter viginti quatuor millia cæſa, totidem in fuga defecerunt ſeſe mutuo occidentes: caſtra incenſa, bombardæ captæ circiter trecentæ, baliſtarum innumerabilis copia, machinæ ad navigia per montes traducenda, inſtrumenta fabricata ad populos transvadandum, ſigna militaria, & ex ſexaginta quatuor navigiis, quæ ſuper Danubio retinebat, viginti capta penes noſtros ſunt. Ipſe vero Turcus modo dux tanti exercitus re male geſta nec dum ſuperbit, modum ſtatuens, cum ad Sophiam urbem perveniſſet, in rabiem verſus, quamplures ex propinquis ſuis ſine cauſa ſua manu peremit. Quidam vero deſpotus in provincia Serviæ, noſtris gentibus adhærens multos exploratores miſit, qui diligenter perquirerent ubi Turcus ipſe ſeſe recepiſſet, multiſque ex illis redeuntibus idemque referentibus, nihil certi de illius vita compertum eſſe potuit. Opinamur vel ipſum cæſum, vel forte perterritum, in aliquas latebras ſe

Quadraginta octo millia Turcarum occiſa.

Ut Mahometes furens rabie propinquos ſuo manu peremerit.

re-

recepiſſe; id tametſi multi referant, nos tamen literis dilecti filii noſtri Joannis de Capeſtrano ordinis Minorum profeſſoris, qui omnibus rebus interfuit, facti ſumus certiores.

XLVIII. *Cum igitur chariſſime fili, miles comes, præſentis belli eventum expertus, ingentem ſtragem hoſtibus intulerit, ſi tua ſublimitas cum ſuis opibus nobis acceſſerit, ſperamus victorioſiſſimum finem contra perfidos hoſtes Chriſti, perterritos jam, ac tanto diſpendio laborantes. Unde per aſperſionem ſanguinis Redemptoris noſtri ſerenitatem tuam requirimus, & in Domino obſecramus, ad opus tam neceſſarium, pro ſancta religione ſe accingere maturet, & auxilium nobis a Deo non defuturum ſperantes, magnanimitati tuæ damus contra hoſtes aureum illum gladium quem Jeremias dare viſus eſt duci Machabæorum dicens:* Accipe ſanctum gladium munus a Deo, quo dejicies adverſarios populi ſui. *Is enim Deus eſt omnium fortiſſimus, qui ſub Ezechia Rege per angelum ſuum de caſtris Senacherib centum & octuaginta quinque millia interfecit; is non ſecundum humanam potentiam, ſed ut ſuæ majeſtati placet, dat dignis victoriam. Nos autem, ut inquit Apoſtolus, flectamus genua ad patrem domini noſtri Jeſu Chriſti, non ceſſantes ab orationibus, ut implere dignetur, quod maxime deſideramus; confidentes pro ſua ineffabili clementia nobis victoriam, perfidis hoſtibus confuſionem concedet, ut ſancta civitate de manibus impiorum liberata, dicere poſſimus:* Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. *Cæterum, quoniam devotioni tuæ duximus convenire, per dilectos in Chriſto filios noſtros, fratrem Paulum ſacerdotem, & Theodorum diaconum ordinis S. Antonii Æthiopes mittimus venerandas reliquias, videlicet de reliquiis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, de reliquiis S. Joannis Baptiſtæ, de brachio S. Andreæ Apoſtoli, de reliquiis S. Jacobi Zebedei Apoſtoli, de ligno crucis, in qua ſuſpenſus fuit beatus Petrus Apoſtolus; quas quidem reliquias, quoniam venerari ſunt digniſſima, ſerenitati tuæ, pro tua devotione deſtinamus. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLVI. kal. decembris pontificatus noſtri anno II.*

Admonitus Æthiops tempus recuperandæ Jeroſolymæ appetiiſſe.

XLIX. Non voce tantum ſed exemplo totius orbis Chriſtianos principes in arma pro fide augenda, delendaque ſuperſtione Mahumetica concitavit Calliſtus, quippe qui vires omnes ſuas in Turcas effudit, pontificiaque ornamenta, ut inſtrueret maritimos terreſtreſque exercitus diſtraxit, quod ſæpius ipſe profeſſus eſt (a): *Scit Deus*, inquit, *quam in emiſſione claſſis noſtræ contra peſſimum Turcum, quam jamdiu fecimus, non modo facultatibus ſuimus exhauſti, ſed poſt jocalia & aliam ſupellectilem pretioſam nonnullas terras eccleſiæ ſuimus coacti alienare, ut dictæ claſſi & aliis ſubventionibus, quas per terram contra præfatum Turcum ſimiliter facimus, non deeſſemus, &c.*

(a) *Lib. brev. p.* 12.

Pontificiæ opes a Calliſto contra Turcas exhauſtæ.

Et in literis ad Tudertinos datis (b): *Neceſſe eſſet ut omnes Chriſti fideles nos in tam ſancto opere omnibus ſuis facultatibus adjuvarent, pro quo nos aurum, argentum, & jocalia noſtra etiam uſque ad mithras & expoſuimus hactenus & exponere decrevimus.* De eadem pontificia ſupellectili aurea & argentea conflata percuſſaque in nummos pro claſſe ſuſtentanda, quæ Turciæ littora vexabat, plura alia ſunt ejuſdem Calliſti teſtimonia; in literis (c) enim ad epiſcopum Attrebatenſem datis: *Interim*, inquit, *ad fortificandam augendamque claſſem noſtram, quæ jam diu in orientem navigavit, & pro aliis opportunis rebus ad tantum opus aggrediendum inſupportabilibus gravamur expenſis, ut jam nihil nobis reliquum ſit etiam auri, argenti, jocalium, & domeſticarum ſupellectilium, quæ omnia in monetas excudi & fabricari juſſimus, eaſque jam omnes conſumpſimus.* Eadem repetit ad Carolum Francorum Regem (d) ſcribens, ad Philippum Burgundiæ ducem (e) (quem ex auro ſacro in ejus principatu coacto claſſi ſuppeditare ſubſidia juſſit) ad Ludovicum Leſcaſes (f) in Galliis oratorem ſuum ad dioiceſis eccleſiaſticæ clientes, quos propter ærarium in cauſa nominis Chriſtiani exhauſtum monuit (g) ut abalienata eccleſiaſtica vectigalia & caſtra ad eccleſiam revocarent; denique ad legatum Avenionenſem (h): *Gemmas*, inquit, *jocalia, & argentum noſtrum ad hoc opus tam conſumpſimus uſque ad mithræ noſtræ pignorationem, & nonnullas ex terris noſtris alienavimus, ita omnia tamen parum exiſtimantes, quoniam nobis eſt animus uſque ad ſanguinis effuſionem hanc rem proſequi confidentes victoriam de infidelibus contra Chriſti nobis jam inceptam reſervatam eſſe.*

(b) *Ib. p.* 23.

Moniti fideles ut ipſius mithras diſtrahentis exemplo ſua conferrant.

(c) *Ib. p.* 29.

Supellectilem argenteam pro militum ſtipendio conflavit.

(d) *Ib. p.* 52.

(e) *Ib. p.* 42.

(f) *Ib. p.* 43.

(g) *Lib.* 9. *p.* 165.

(h) *Lib. brev. p.* 51.

Oppignerata ſupellectile terras abalienavit.

Neque ad irritum cecidere pontificii conatus diſtractæque opes plures animas Chriſto comparavere; inſtructa enim illa magnis ſumptibus claſſis, quæ duce Ludovico Cardinale legato orientem petierat, Turcici imperii oras maritimas evaſtavit, (i) ac tres inſulas inſignes in Ægeo mari barbaris eripuit. Ex quo felici nuntio ingenti lætitia affectus Calliſtus, Joannem Carvajal Cardinalem legatum in Hungaria de re bene geſta factum certiorem Germanos Hungaroſque in Turcos concitare juſſit (k).

L. In Ægeo mari geſta feliciter res a legato Cardinale.

(i) *Ib. p.* 42.

(k) *Ib. p.* 55.

Cardinali S. Angeli.

Ut intelligas, quæ acta ſunt noviter in mari per claſſem noſtram, mittimus tibi copiam literarum quas XXIX. menſis decem-

bris

bris MCDLVI. accepimus. Videbis tres inſulas Mitilenum, Stalimnum, & Taxo * *Turcis munitiſſimas & copioſiſſimas ſine diſcrimine noſtrorum ſubactas; & ad obedientiam noſtram & ſedis Apoſtolicæ reductas, abſque ſolius unius militis morte ultra, centum millia animarum nacti ſumus. In hac igitur tanta victoria Chriſtianorum in hoc tam expreſſo divini auxilii præſidio, in hac tanta infidelium trepidatione, in hac tanta Turcorum exterminatione quis erit ita puſillanimis, ut cum Turchis treugam facere intendat, aut ſuperſedimentum, etiam ſufferentias, aut inducias medicum? quod ne fiat, graviſſimis cenſuris, & aliis pœnis prohibeas. Quis erit tam trepidus, tam ignavus, tam timidus, qui fugientes hoſtes perſequi non feſtinet? qui ad victoriam nobis undique terra marique pollicitam, dextera Omnipotentiæ præcedente vel inermis etiam non concurrat? Quam gloriam expectamus, & hoſtes crucis diſſipare, exterminare, & funditus delere. Eja igitur, fili dilecte, robuſtiſſimos iſtos populos excita, principes illos magnanimos hortare, Regibus perſuade, Hungaros robuſtiſſimum & conſtantiſſimum genus hominum convoca, Germanos potentiſſimos & animoſos compelle tuis adhortationibus ad hanc tam promptam victoriam proſequendam, ad tantam gloriam conſequendum, ad tantam laudem reportandum trahe, conduc, & ut una tecum crucem ſuſcipientes Chriſtum ſequantur, in reliquias hoſtium proruant: ſolus terror hoſtibus incuſſus nos victores efficiet.*

* Naxo

Tres inſulæ Turcis ereptæ.

Germani ad crucem induendam in Turcas ſolicitati.

Calliſti ad Germanos & Hungaros exclamatio.

O Hungarorum potentia, quid expectas? habet enim claſſem noſtram cum legato noſtro in mari potentem, quæ in dies fortificatur, Rexque Portugalliæ quotidie cum exercitu magno expectatur, noſque omnia oblata terra marique adimplevimus & ultra, & augmentare non ceſſamus, & qui nobiſcum non eſt, alienus eſt, profanus eſt. O Germanorum magnanimitas, quid dormitas? O Chriſtianorum firmiſſimum præſidium, quouſque triumphum & immortalem gloriam, ac paratam tibi laudem differes? Nos omnia exponimus, vitam affligimus, ut victoriam a Deo datam proſequamur. Si ſequelam habuerimus, excidium tam nefandæ gentis propediem videbimus, prout firmiſſime credimus & tenemus. Dat. &c. die XXXI. decembris MCDLVI. pontificatus noſtri anno II.

(a) *Ib. p.* 13.
(b) *Ib. p.* 41.

Submiſſa Rhodus adverſus Mahometanos auxilia.

(c) *Ib. p.* 52.

Præter eam claſſem, quæ in oriente verſabatur, Pontifex aliam ab Alano Cardinale Avenionenſi conflari juſſit (*a*), ac Renatum Regem Siciliæ & Provinciæ comitem rogavit (*b*), ut legato adeſſet. Ingentis præterea alvei triremem fabricatam armamentis omnibus & neceſſario commeatu munitam Rhodum ſubmiſit (*c*), ad eam inſulam contra barbaros tuendam; qua de re ad Regem Francorum, qui Rhodios ipſi commendarat, ſcripſit.

Calliſtus, &c. Contulimus eidem magiſtro & conventui Rhodi de neceſſariis ſubvenimus in gentibus & victualibus & aliis opportunis, & in præfatarum ſolemnem galeatiam hic per nos factam, cui forſan ſimilis in mare non reperitur, cum pecuniis, armis, grano, & aliis munitionibus emiſſam, ad partes illas mittendo. Utinam ſic arderent alii principes catholici, quibus commiſſum eſt regimen populi Chriſtiani, ut nos ardemus ad perdendos infideles & exterminandum damnatam Machometi ſectam Dat. VI. novemb. MCDLVI. an. II.

Calliſti ſacer ardor pro excindenda ſecta Mahumetica.

LI.

E Turcarum cadaveribus exorta peſtis.

(d) *Apud Vvading. hoc ann.*
(e) *Call. l. I. brev. p.* 22.
(f) *Jo. Talaac. in lit. apud Vvad. hoc ann.*
(g) *Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c.* 67.

Huniadis pius obitus.

Inter hæc (*d*) e vita deceſſit maximo rei Chriſtianæ damno Joannes Huniades, qui partam victoriam perſequi & crucesignatas acies educere in Turciam decreverat (*e*); corrupto (*f*) enim cœli tractu ex barbarorum cadaveribus, quæ intolerabilem fœtorem halabant, lethalem contraxit morbum, ex quo paulo poſt obiit, adſtante illi beato Joanne e Capiſtrano, & ſacramentis omnibus vitæ ipſum muniente. Dedit is moriens multa pietatis ſigna, & adipiſcendæ felicis æternitatis argumenta, quæ his verbis Æneas Sylvius deſcribit (*g*): *Ubi adeſſe extremum vitæ tempus agnovit & urgere vim morbi, non eſt paſſus dominicum corpus ad ſe deferri, neque enim dignum exiſtimavit ſervum a Domino viſitari. Surrexit e lectulo quamvis labentibus membris, & cum deficiente virtute ſuis pedibus ire non poſſet, in ædem ſe vehi ſacram juſſit, ibique de more Chriſtiano ſi qua extabant rerum humanarum veſtigia ſordium confeſſione deterſit, & ſacroſanctam accipiens Euchariſtiam inter ſacerdotum manus terrena faſtidientem animam exhalavit.* Acerbiſſimum ex egregii principis obitu ſenſit dolorem Pontifex, qui regiis ipſum apicibus inſignire decreverat, ut majori apud crucesignatos auctoritate ſacrum in Turcas bellum conficeret; in literis (*h*) enim ad Alanum Cardinalem Avenionenſem datis, in quibus de parta ſuperiori victoria loquitur, hæc habet: *Cum parvo numero plebejorum crucesignatorum inermium ſine Rege, ſine principe illo ſervo Dei fratre Joanne de Capiſtrano ductore & glorioſo milite Dei athleta comite Joanne vaivoda, quem congruis titulis ac diademate inſignire decreveramus, dominus tamen exercituum in cœleſtibus immortali diademate decoravit, qui ut felix inter martyres computari poteſt, ejuſdemque hoſtem debellavit.*

(h) *Lib. I. brev. p.* 49.

Illum regia corona inſignire Calliſtus decreverat.

LII.

Suffectus eſt a crucesignatis Huniadi, qui in cœlo triumphaturus abierat, Nicolaus e Wylak, de cujus ſtrenuis virtutibus B. Joannes e Capiſtrano ſcripſit ad Calliſtum ſic inquiens: *Et ſi vero ita placuerit Altiſſimo, quod de medio ſuſtulerit a nobis illum illuſtriſſimæ memoriæ pugilem invictum, facta fides catholica hoſtibus formidabilem de-*

defenſorem dominum Joannem de Haniad ex hac iam vita delapsum xi. mensis hujus ex peste, substituit tamen nobis non imparem sibi virum Nicolaum de Huylac, sub cujus dominatu valido & potente ipse idem Joannes cum quinque, vel sex equis suam militiam incohoavit. Est namque idem ipse Nicolaus princeps illustris in magnificentia excellens, in consilio providus, in gerendis cautus, virilis animi, in fide fervens, in vestræ sanctitatis obedientia humilis, sui honoris æmulator, & magni zeli, potens in opere & sermone, qui inter alios principes, prælatos, & barones hujus regni de principalioribus reputatur, & de eo gerunt magnam expectationem & famam laudabilem sibi attribuunt universi, secundum quod afficium in hoc regno hereditarie possidet in banatu. Nunc ergo, pater beatissime, solicitandi sunt de novo Reges & principes Christiani, dum fornax ebullit, coagulandum est aurum; dum debilis est hostis, & fervor viget in populo Christiano, excitanda sunt arma bellica contra perfidos infideles. Vestra igitur sanctitas jam ad beneplacitum imperet quid agendum: quam dignetur Altissimus conservare Ecclesiæ suæ sanctæ per tempora longiora. Ex Salankemen MCCCCLVI. xvii. augusti.

Joannis Wilaci commendatio.

De Regibus Christianis excitandis.

De his a beato viro & aliis certior factus Callistus in prædictis literis ad Alanum Cardinalem datis addidit: *Nec ex obitu militis diminutus est exercitus, illico namque deputatus extitit magnæ authoritatis ac potentiæ comes magnificus Nicolaus.* Non defecit etiam animo Pontifex, & ergere in infideles bellum non destitit: quod Ludovico Lescases in Galliis oratori hisce literis significavit (a).

Nicolaus a Wylak suffectus Huniadi.

(a) Ib. p. 43.

Callistus, &c. Nos per mare & terram prosequi sanctam amprisiam contra Turcum, etiam si mortuus sit gloriosus ille miles comes Joannes vayvoda, in continenti provisum est opportune de capitaneis indefesse insequendo perfidos Turcos, videbunt (Christo dante) magnalia, & in brevi; & Reges & principes dormiunt: caveant. Ideo & iste senex Papa fere solus portat pondus diei & æstus, & quis catholicus est, qui non clamet ad cælum excitando, operando, juvando. Ejusdem fiduciæ plenæ sunt & firmissimi consilii indices hæ literæ (b) ad Petrum episcopum Albanensem Cardinalem Fuxensem A. S. L. datæ. *Dat. &c.*

Reges & principes torpent inertia desudante Callisto.

(b) Ib. p. 47.

Callistus, &c. Sperandum est quod victoriam inceptam omnipotens Deus feliciter consummabit ad exaltationem gloriæ suæ, & nominis Christiani propagationem, quam fortiter & viriliter per mare & per terram prosequimur usque ad totalem exterminationem damnatæ sectæ Mahumeticæ non solum in Europa, sed in Asia, & recuperatione Terræ sanctæ. Die xxii. octobris MCCCCLVI. Hæc Callistus pio incen-

Cœptam ille victoriam promovere nitius.

sas studio; quod etiam B. Joanni Capistranensi significavit (c), nec non singularem amorem, quo illum complectebatur: *Mentem*, inquit, *& charitatem nostram erga te, devotionemque, & incredibilem ardorem quem ad destructionem totalem perfidi Turchi & omnium infidelium habemus, eidem,* scilicet nuntio, *diximus.* Et infra: *Certa pro Chriſti fide ut cœpiſti, dilecta fili, ut coronam debitam valeas reportare.*

(c) Ib. p. 16.

B. Joanni e Capistrano faces stimuli additi.

LIII. Auxit quoque illum pluribus ſacris beneficiis Pontifex ipſe (d), & jure atque alias prærogativas, quibus ab ſede Apoſtolica donatus fuerat confirmavit: quo argumento hæ exaratæ literæ (e).

(d) Ead. pag.

(e) Lib. 23. p. 87.

Dilecto filio Joanni de Capistrano, ordinis Minorum de observantia nuncupatorum professori, salutem, &c.

Ut uberius consolari valeas populos istos fideles, in quibus gratia verbi tibi cœlitus data mirifice ad salutem Christianorum quotidie proficit, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, devotioni tuæ omnes & singulas spirituales gratias, seu super iis facultates, quas a sede Apostolica usque in præsentem diem habuisti & habes quotcumque & qualescumque existant, quas hic haberi volumus pro expressis; præsentium serie confirmamus & de novo concedimus. Insuper ut in omnibus casibus etiam sedi prædictæ reservatis quo ad forum conscientiæ tantum absolvere quoscumque tibi videbitur, injuncta prius pro modo culpæ pœnitentia salutari possis & valeas, eidem tuæ devotioni plenam & liberam auctoritate nostra facultatem concedimus & potestatem, te in Domino exhortantes, ut eo arctius in sanctis pro fide operibus tuis perseveres, quo vides ea tibi concedi quibus dono spiritualis gratiæ pascere animas fidelium possis. Dat. Romæ apud S. Mariam majorem anno, &c. millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, sextodecimo kal. octobris pontificatus nostri anno secundo.

Amplissima instruitur potestate.

LIV. Non diu post hæc vitæ superstes fuit B. Joannes, decreverat enim illi coronam immortalitatis Deus pro susceptis impensisque pro Christiana re tot tantisque laboribus, cujus eximia gesta, ac virtutum exempla ab ipso morti proximo præbita Joannes Toliacotianus in literis (f) ad B. Jacobum Picenum datis subjectis verbis describit.

Pie emoritur.

(f) Ext. apud Vading. hoc ann. n. 85.

Reverendo in Christo patri & optimo seniori fratri Jacobo de Marchia ordinis Minorum probatissimo, ac divini verbi prædicatori præclarissimo, &c.

Beatus iste sanctus, ac fortissimus Dei athleta mirificus, & quidem innumeris operum meritis locupletatus, ut passionum & patientiæ meritis locupletior fieret, divina disponente clementia diutinæ ac gravis-

M — *sima*

ſimæ infirmitatis eſt moleſtia circumfuſus. Nec mirum; nam licet ſenio defectus eſſet, & a ſuæ converſionis primordiis cunctis paſſionum moleſtiis ferventiſſime ſuum corpus expoſuiſſet, ac illud incredibili labore, abſtinentia, vigilia, jejunioque continuo ſpiritui ſubdidiſſet & tenuiſſet; priuſquam tamen crucem aſſumpſit, & cruciatam prædicandam a ſummo Pontifice Calliſto III. per reverendiſſimum dominum Cardinalem S. Angeli accepit, tantis paſſionibus & laboribus hinc inde diſcurrendo, prædicando, crucesignando, commonendo ſe ipſum condidit, dedicavit, ut præ admiratione oculi mentiſque omnium in ipſum converterentur. Hinc nonnulli ſanctum, alii Apoſtolum Dei, alii angelum cælitus emiſſum appellabant. Illo autem tempore, quo immaniſſimi, atque potentiſſimi Turcæ caſtrum Nanderalbenſe obſeſſum tenuerunt, militarem induſtriam inducens, in laboribus fortiſſimus juvenis apparebat: nam cum eſſet crucesignatorum rector, dux, atque imperator, ad omnque defendendi caſtrum ipſum cauſa præcipue deferretur, nec alteri, quam ſibi ſoli ipſi crucesignati obtemperarent, numquam quieſcebat, labores ſubibat inæſtimabiles, modo eques, modo pedes ſudoribus plenus, jejunus, infatigabilis, die noctuque per caſtra Chriſtianorum velociter diſcurrebat. Si quando, ut cibum ſumeret, a ſociis alliceretur, ajebat: Alium cibum habeo manducare, quem vos neſcitis; nam ibi ſua mens, ſuum deſiderium, ſuumque omne ſtudium locaverat, ut Chriſti fidem poſſit ſervare immunem, caſtrum defendere, Turcas confundere, ac regnum Hungariæ illæſum cuſtodire.

Graves a B. Capiſtran. ſuſcepti pro Chriſto labores.

LV. Cum autem ex neceſſitate ſumere cibum urgeretur, panis duriſſimus ipſi cibus erat, & menſa nuda humus: non ibi calida fercula, non recens; aut frigidum vinum, non carnes, quas ſemper abhorruerat, apponebantur, nec varia ciberia parabantur: & licet ſeptuagenarius eſſet, indigeretque, ut moris eſt ſenum, liquidi aut calidi cibi, ſua mira abſtinentiæ virtute ſuperabat. Nam & ſi ſemel in die aliis temporibus cibo tenui reficeretur, & in nocte poſt orationem, & ſtudium brevem caperet ſomnum, hoc tamen tempore aliquando duos, aliquando tres dies ſine alicujus cibi, & poculi adminiculo tranſigebat, noctes ducebat inſomnes. Me adſtante coram pluribus audientibus, cum ſollicitaret illuſtrem dominum Joannem de Huniad ad cauſæ defenſionem, dixit quod in ſeptemdecim diebus, & totidem noctibus quibus Turcæ illic ſteterant, vix ſeptem horae dormierat. Suos ſocios licet juvenis omnes defatigavit, & laboribus ſuperavit: jam nemo fortium ſæcularium poterat reſiſtere: jam fortiſſimum, ac velociſſimum equum ſibi ab eodem domino donatum præ laſſitudine mortuum omnes admirabantur. Calores intenſiſſimi, frigora, ſol per diem, luna per noctem, inquietudo continua, aſſidua occupatio, labor indefeſſus ſuæ infirmitatis cauſa fuere.

Ejus mira abſtinentia.

Duos vel tres dies ſine cibo tranſigit.

In trino etiam conflictu, quo Turcarum potentia tam in aqua, quam in terra ſuccubuit, multo laborioſius ſolito ſe fatigavit: ad ipſum namque ſpectabat in caſtrum crucesignatos introducere, ipſos gubernare, ipſis imperare, ipſoſque tam intus quam foris ordinare. Hic nomen Jeſu altiſſime proclamando magnificabat: hic non niſi hoc ſanctiſſimum nomen a Chriſticolis invocari juſſerat. In his omnibus diebus, quibus ſe incredibilibus laboribus expoſuit, numquam triſtis viſus eſt, certam namque judicabat victoriam de Turcis reportandam qui cum perſuaderetur, ut barbam, quam prolixam ferebat, radi permitteret: Nequaquam ajebat, niſi poſt victoriam me radi permittam. Os ſuum adeo pulveribus plenum erat, ut replicatis vicibus vix variis remediis adhibitis purgari valebat. Linguæ quoque ejus adeo ipſi pulveres tenaciter inhæſerant, ut eam cultello radere oporteret. Similiter & palatum præ multis pulveribus nigrum, atque obſcurum, & quidem fœtens jam devenerat; ex quo nullius cibi, aut poculi, ſicut non deſiderium, ita nec naturalem ſaporem deguſtabat. Panni quoque præ ſua continua occupatione, præque loci ineptitudine nec lavari, nec mutari ſibi poterant, defluentes ſudores minime ſudario abſtergi valebant.

Nomen Jeſu a militibus invocari jubet.

LVI. Jam cutis oſſibus hærebat, jam præ nimiis ſolis ardoribus erat nigrefactus. Invaluerat tamen tantum martyrii deſiderium, ut quamquam eſſet certus ſe non per ſanguinis effuſionem hunc mundum relicturum, flagrabat tamen anxio deſiderio vitam ſuam in ipſis laboribus finire, ut ſi perſecutorum gladio juxta ſuum intenſum deſiderium anima non auferretur, martyrii tamen præmio non careret. Fuerat quippe ſibi in Nurimbergenſi civitate revelatum, quod in brevi non per martyrium ſanguinis, ſed per martyrii deſiderium in Hungaria vitam finiret. Ipſum divina clementia illæſum ſervabat, nam neque pericula, neque tempeſtas Danubii intrepido nocuerant, non bombardæ, non ſagittæ, neque ſcopetta, neque tela Turcorum, quæ undique in eum congerebantur, ipſum vicinum Turcis in fronte exercitus poſitum, & in altum ſuper quodam terrarum acervo inter ultimam bombardarum locationem, & Turcas manentem interficere potuerunt. Et quamquam ob nimium ejus fervorem tamquam ſignum ad ſagittas ante Turcarum oculos maneret modo clamando nomen Jeſu, modo oculos, manuſque elevando, nullius tamen teli ictum paſſus eſt, ſed neque ejus elevatum vexillum. In eo verificatum eſt illud: Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum quoniam cognovit nomen meum. Clamavit ad me, & ego exaudiam

Oſtenſum illi divinitus genus mortis.

Clamando Jeſu nomen primus vexillum efferebat.

am eum : cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. *Et licet per illud temporis ſpatium, quo Turcarum obſidio efferbuerat, pater ipſe beatus dictis & multo pluribus laboribus, anxietatibus, occupationibus, variiſque paſſionum moleſtiis, & anguſtiis afficeretur nocte illa cum die ſequenti, in qua victor extitit tanta ac talia paſſus eſt, ut nemo dubitare poſſit hunc beatiſſimum virum martyrii corona laureatum.*

Poſt felicem illam victoriam habitam in prædicto caſtro in die ſanctiſſimæ Magdalenæ, ſexta die menſis auguſti, immediate ſequentis, cœpit beatus pater vi febrium, & variis laſſati corpuſculi doloribus in eodem caſtro laborare, ac deſtitui. Quo tempore illic reſidebat reverendiſſimus dominus legatus Cardinalis S. Angeli, ægrotabatque peſte ibidem Illuſtriſſimus dominus Joannes de Hunyad, qui poſtea die XI. ejuſdem menſis ſua clariſſima vita diem clauſit extremum. Aderat & dominus Joannes epiſcopus Varadienſis dominus Michael Sylogy ejuſdem caſtri digniſſimus Caſtellanus, & multi alii Proceres, qui tantum illic fœtorem ferre non poterant. Nam poſt ingentem illam ſtragem ex cadaveribus mortuorum horrenda, abominabiliſque moleſtia invaluit, ut nemo vix eſſet, qui ex hoc non infirmaretur. Ut de me ipſo loquar, cum ex mandato domini legati pro menſura caſtrametationum capienda ad evitandum fœtorem per illam magnam planitiem, ubi Turcæ ceciderunt, tranſeundo extra caſtrum cum Fr. Alexandro de Raguſio eques proficiſcerer, tantus me fœtoris horror invaſit, tantaque abominatio ex conſpectu cadaverum illuc jacentium me abſorbuit, ut non ſine multiplici, & penoſo vomitu vix vivus currendo ad caſtrum remearem.

Poſt partum victoriam febri corripitur.

Ex fœtore cadaverum inquinatus aer.

LVII. *Jam campus ille magnus noctu feris, dieque rapaciſſimis, atque innumerabilibus volucribus plenus erat. Hæc omnia, Reverende ſenior, ſcripſi, tanquam præambula ægrotationis beatiſſimi Patris. Cumque ipſe beatus vir Dei ſic infirmaretur, ut vix aliquid ſumere poſſet pro ſuſtentatione naturæ, non ceſſabat fervore fidei plenus ab operibus pietatis, modo cum domino legato, modo cum aliis de fide defendenda, deque Turcis penitus extirpandis ſermonem habebat. Viſitabat enim dominum Joannem die noctuque baculo ſuſtentatus, ſuaque viſitatione ipſum mirum in modum confortabat, quem omnium qua potuit verborum efficacia ad bene moriendum induxit. Quem enim beatus pater dilexerat ſanum, multo magis diligebat infirmum, adeo, quod licet & ipſe infirmus eſſet & debilis, charitatis, & amicitiæ officia erga prædictum dominum non dimittebat. Cum autem moleſtis ſui corporis augeretur doloribus, dicebat cum Apoſtolo :* Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Et quamquam, variis per ſingula ejus membra penalibus anguſtiis diffuſis, in dies corporeis viribus deſtitueretur, ſpiritu fortis & fervidus proponebat, ut alter patriarcha Franciſcus, pro fide catholica, proque peccatorum converſione ingentia ſe facturum, ſitiens mirum in modum ad martyrii palmam conſequendam, miro deſiderio ad humilitatis redire primordia, & corpus tantis laboribus conſumptum ad priſtinas vires pietatis, & ad humilitatis officia revocare ſtudens, verus beati Franciſci factus imitator. Cumque ex horrendo fœtore, & ex corrupto aere pene omnes illic infirmarentur, ſuadente domino legato ad locum, qui Symly dicitur, cum ipſo ſe contulit. Ibi locus eſt, ubi cruceſignati ante victoriam convenientes morabantur, & prope quem in Danubio de galeis Turcarum victoria habita fuerat, in quo licet homines prius habitarent, & eſſet civitas non parva, & incendio tamen Turcarum deſtructa, immo in villam parvam redacta eſt, a qua etiam eadem tempeſtate homines a facie Turcarum aufugerant. Hic aliqui tam ex fratribus, quam ex familiaribus domini legati ægrotare cœperunt : hic tanta loci incommoditas erat, & ineptitudo, ut ſi quis vidiſſet beatum virum, ſenem, infirmum, debilem, acutiſſimis febribus laborantem, ac nihil deguſtantem maxima fuiſſet admiratione perfuſus ; nam pro lecto nuda humus, pro cervicali lapis vel lignum, pro ſtramine tapetum ſuper lapides erat, ac pro tegumento mantellus. Et cum hic locus ob ruinæ vetuſtatem deſertus, & undique apertus eſſet, factus eſt pater ſocius murium, ſerpentum, lacertorum, atque muſcarum, noctesque ducebat inſomnes, dies in moleſtia totius corporis tranſigebat :* Et infra.

Decumbentem Jo. Huniadem ſolatur B. Capiſtr.

Propter fœtorem loci ſe confert Symlicum.

Graviora ex loco incommoda patitur.

Licet adhuc variis febribus, & quidem continuis affligeretur, & ſuccedentibus membris maximo afficeretur dolore, cum remiſſius infirmi ac ſenes ſoleant vivere, ipſe in dies ſpiritu fortior ac ferventior exiſtebat : miſſas namque a primordiis ſuæ infirmitatis aut dicere, aut audire nitebatur. Si quando ob debilitatem celebrare, maxime in Vylak, non poſſet ; ad eccleſiam veniens manu alterius lacrymoſis oculis devotiſſime communicabat. Nunquam in ſua infirmitate divinum dimiſit officium. Si quando circa vitæ ſuæ terminum illud non potuiſſet exolvere, ipſo jubente ac attente audiente coram ſe illud dici faciebat. Nonnumquam ſimul cum fratribus in hac infirmitate, & pro eorum ſolamine ad menſam communem comedere ſolebat. Et infra. *Tranſitum ſuum longe ante præſcivit, ut prædixit ; nam nocte ſequente poſt nativitatem virginis Mariæ oranti revelatum extitit, ſe omnino ex hac infirmitate moriturum, quod ſæpenumero tam fratribus, quam ſæcularibus viris revelavit. Lætabatur nimium, quod depoſito corporis onere*

LVIII.

Ejus pietas in ſacro celebrando vel audiendo.

Tempus mortis divinitus ei oſtenſum.

mundum juberetur relinquere. Maximo demum perfundebatur dolore, quod ſanguinem ſuum, ac vitam pro Chriſti amore non fudiſſet, dicebatque frequenter: Heu mihi, heu mihi, quia incolatus meus prolongatus fuit; & quia longo meo fruſtratus ſum deſiderio. *Cum autem quis ſibi diceret:* Adhuc forte tuum complebitur deſiderium; alias bis vel ter fuiſti oleo ſancto inunctus. Hei mihi, hæc mea ultima infirmitas eſt, cur hoc mihi negatum mori pro Chriſto? toties inter infideles in bello morti expoſitus, & evaſi, ut nunc tamquam iners in lecto ſine gladio moriar perſecutoris? *Gaudebat tamen terminum ſuæ vitæ adveniſſe: & licet, ut dictum eſt alias, ſibi fuerat a Domino revelatum, ſe in proximo ſui ſanguinis effuſione moriturum, aſſidue tamen Deum precabatur, ut ipſe martyrii merito dignus efficeretur, dabatque pro poſſe operam, ut gladiis impiorum occumberet. Sed quod iniqui in eum facere non poterant, longa moleſtia, atque multiplex infirmitas fecit: nam per totum menſem ſeptembris, licet baculo ſuſtentatus incederet, tanta cum invaſit ægritudo, ut quiſquis in eum reſpiceret, præ compaſſione commoveretur.*

Martyrii deſiderio ardet.

LIX. Inviſitur a Rege Ladiſlao.

Eodem tempore ſereniſſimus Rex Ladiſlaus audita beati patris infirmitate, deſcendendo per Danubium, cum his cum multis principibus, dominis, & prælatis viſitavit: cui pater ſic debilis, utcumque valuit, obviam ſe fecit: ſed ſecunda vice de ſtrato non valens exurgere, eum in cellulam venientem ad fidei cauſam defendendam, & ad bene beateque vivendum attente commonuit, aperiens ei ſe ex illa infirmitate omnimodo moriturum. Quod audiens Rex maximo mœrore perfuſus eſt, ſimiliter & barones; & poſt verba conſolatoria ab illo exeuntes, oſculata manu, lacbrymis omnes perfundebantur, ac recedentes alii dicebant: O regnum deſolatum! *Alii:* O nos miſeros! quid faciemus ſine patre ſancto? *Alii:* Magis ab hoc viro ſolo juvabamur, quam ab infinitis millibus armatorum; *& ſimilia ad invicem ſæpius replicabant. Rex autem non ſolum ſuum medicum aſſiſtere juſſit, verum etiam eidem, & ſi totum regnum exponi deberet, affatim miniſtrari præcepit. Sic & dominus legatus ſuum medicum cum omnibus neceſſariis ſibi mederi fecit, qui diligenti cura ſolertique ſtudio variis remediis dulcibuſque blanditiis eum ab infirmitate relevare conabantur. Quibus ipſe continuo dicebat:* Facite quidquid vultis, dicite quidquid placet; obediam vobis pro poſſe; ſed hæc eſt mea ultima infirmitas, & ex hac me moriturum proculdubio ſcitote. *Erat tamen in eo eadem mentis tranquillitas, idem fervor, eadem devotio, idem zelus fervens continue ad Dei nominis honorem, & ſalutem animarum, & Chriſtianæ religionis augmentum. Tanta etiam authoritas fulgebat in eo, ut licet ſibi mortem cerneret imminentem, infirmos tamen ad eum venientes aut etiam deductos, ſua ſacra manu ſignabat, & quotquot tangebat, aut ſanos, aut melius habentes dimittebat.*

Quantæ autem ſanctitatis fuerit hic vir beatus, non facile perpendi poteſt, quod cum eodem tempore eſſet ſibi nuntiatum dilectum ac gratum ſocium ſuum F. Ambroſium Aquiladum in loco de Adrya, in extremis laborantem, ac loquela amiſſa ad ultimum deveniſſe, mox illa nocte in ſtrato ſuo genuflexus cum lacbrymis pro eo oravit; & ita factum eſt, ut illo temporis momento, quo oratio ab eo fuſa eſt, mox infirmus quinque milliaribus diſtans reſtituta loquela, a mortis dominio liber evaſerit. Sicut ego ipſe eodem mane aſſumpto ſocio ad eundem currens reperi: nam quem mortuum jacentem in feretro invenire credidi, manducantem, & incolumem vidi. O vere beatum virum! ad mortem ipſe properabat, & tamen tam præſentes, quam abſentes tangendo aut orando a languoribus & a mortis vinculis liberabat. Quo tempore rediit ad eum venerabilis ille Hieronymus Utinenſis, omni religioſitate & litterarum ſufficientia præclarus, ſanus quidem & integer, & cum eodem tempore tertiana febre ego ipſe laborarem, debiliſque incederem, charitate plenus me ad eundem locum tranſmiſit. Sed cum non libenter eum dimitterem, non quod ego eum non crederem moriturum ex illa infirmitate, ſed quod timerem me ab illo abſentem moriturum, pius pater mihi ait: Vade ſecurus, quia cum vitæ meæ vicinus terminus advenerit, te revocabo. *O piiſſimum virum! quis te non fleat, & quis te non deſideret? quis tuæ pietatis ac charitatis viſcera poterit oblviſci? Heu mihi miſerrimo, heu mihi ingrato, heu mihi peccatori, licet enim ab ipſius beati patris converſionis initio, alii multa & quodammodo infinita miranda opera ſuis meritis ſuiſque precibus a divina clementia facta conſpexerint, mea tamen parvitas in parvo temporis curriculo multa ad Dei gloriam, divina diſponente voluntate, vidit, quæ omnia ſua opera glorioſa approbant, & confirmant, & cum his paucis vitæ diebus proficere deberem, adeo deficio, quod propriæ ſalutis videor oblviſci. Spes tamen mea eſt Deus, qui neminem ad ſe euntem abjicit aut confundit.*

LX. Æger ægrotos divinitus ſanat.

Multa patris miracula.

Auctor eorum teſtis oculatus.

Cum autem beatus pater ſciret tam me, quam prædictum Ambroſium recuperaſſe corporis ſanitatem, & jam ſuæ mortis diem cerneret adfuturum, ex dicto loco de Adrya in feſto Seraphici patris Franciſci ad ſe nos vocavit, quo tempore literas receperat ex Italia multa ſibi grata continentes. Inter quas quidem literas erant illæ ſuaviſſimæ, & admiratione refertæ venerabilis pa-

De morte & miraculis a Philippo Aquilano editis fit certior.

patris F. Bernardini Aquilani, tunc provinciæ S. Bernardini digniſſimi vicarii, continentes felicem obitum, & quamplura mirabilia opera poſt ipſum obitum patris fratris Philippi Aquilani, qui de menſe maii proximo præcedentis in civitate Sulmona feliciter migravit ad Chriſtum. Has quidem literas præ amoris ac devotionis dulcedine modo legebat, modo oſculabatur, modo legi & exponi tam populo, quam clero faciebat. Nonnullis etiam nobilium provinciarum illarum copiam mitti juſſit, nec unquam illas legebat, quin lacbrymis perfunderetur, dicens : Heu mihi, quia incolatus meus prolungatus eſt. *Hunc beatum fratrem licet multis laudum præconiis ipſe pius pater efferret, hoc tamen ſingulare de eo mihi ſecrete dicebat :* Multa ſibi merita F.

Non invisus Deo qui carnis illecebras patitur sed qui sequitur.

Philippus cumulavit, præcipue ob fidem, & continuam cuſtodiam caſtitatis, & victoriam, quam obtinuerat de bello carnis; *fuerat enim, quoad vixit, miro modo ſtimulo carnis pulſatus, de quo, divina gratia adjuvante victor evaſerat. Deus enim non hominem, qui carnis illecebras patitur, abhorret, ſed eum, qui deſideria carnis ſequitur & ſuæ voluntatis.*

LXI. *Facta digniſſima præparatione mihi generaliter ac ſpecialiter tanta contritione tantaque tenaci memoria confeſſus eſt, ut non præterita, ſed præſentia, immo præ oculis ſua minutiſſima delicta habuiſſe videretur.*

Maxima in eo ſanctitatis ſigna.

O quis vidiſſet hunc beatum virum omni ſanctitate præclarum, ſenem ſeptuagenarium, ſolam cutem aridis oſſibus cohærentem, diutina infirmitate tabeſcentem, cujus corpus tam labore, quam moleſtia jam collapſum erat, genuflexum atque proſtratum manibus junctis, capite diſcooperto tundere pectus, continuaſque lacbrymas effundere! O quis audiſſet eum etiam minuta quæque memorantem, ſingulaque commiſſa pariter & omiſſa tam ardenti intellectu, tamque efficaci voce & verbo coram Deo cum omnibus & ſingulis circumſtantiis ſacramentaliter recitantem! Quem cum ex compaſſione ad ſedendum invitarem & quodammodo aſtringere vellem, nullo pacto hoc ſe facturum ajebat : eratque tam humilis accuſator ſui, ut alter David in ſua confeſſione videretur. Sed teſtor Deum & cunctos angelos ejus, quod licet ſe maximum peccatorem exiſtimaret, nullius tamen noxa mortalis aculeo poſt religionis ingreſſum pungebatur, neque eum aliqua mortalis culpa fœdaverat : hoc tamen maxime dolebat, eum pro Chriſto non fuiſſe martyrum conſecutum, nec plura egiſſe, quæ per eum ad honorem Dei & ſalutem animarum fieri potuiſſent; cum in veritate per quadraginta annos, ex quibus Deo ſervire cœpit, tanta per eum in diverſis mundi climatibus, Deo favente, facta ſunt, ut poſt Apoſtolos ſimilem illi non legamus : & quamquam nullius pœnitentiæ, nulliuſque abſolutionis beneficio indigeret, voluit tamen accepta pœnitentia ſalutari ſibi etiam tam papalis, quam domini legati abſolutionis munus impendi. Ego autem præ lacbrymis vix id perficere poteram, nec peccatis plenus ſanctum verticem tangere audebam.

Summa ejus animi demiſſio.

Hæc in craſtino dicti feſti fiebant : qua confeſſione peracta, in eodem loco, videlicet in terra orationi ſe dedit, & quidem ſupplex & proſtratus parans ſe ad communionem. Et infra.

LXII. *Fratres omnes, qui erant circiter triginta, veniunt cum ſacratiſſimo corpore Domini & cum ſacramento extremæ unctionis, quibus pater aliis ſuſtentatus obviam reverenter proceſſit, dicendo :* Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, *& ſæpius replicando ſimilia non ſine lacbrymis abundantiſſimis. Quibus ſacramentis locatis in menſa, antequam amplius procederetur, iterum pater ſanctus genuflexus, dixit culpam ſuam, petiit veniam, rogavit ut tantis ſacramentis dignus efficeretur : petiit pro ſe orari, dixitque ſe proximo vitæ terminum imminere, & ex hoc poſtulavit, ut datis ſibi ſacramentis dicerent officium commendationis animæ uſque ad :* Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo; *addens :* Cum fuero in agone mortis, vel cum me ſenſero ad extremum vitæ devenire, vos faciam advocari.

Sacramentis rite communitus.

Demum profunde adorans ſacramentum Eucharistiæ in lacrymas reſolvitur fletu amariſſimo, nunc ſe cum cruce ſignat, nunc crucem obſculatur, nunc os, nunc pectus debili manu contundit, nunc etiam ſacramenta, nunc cruci loquebatur, peccatorem ſe maximum accuſans. Et infra. *Poſt hæc venitur ad ſacramentum extremæ unctionis, quod mira & quidem incredibili reverentia, humilitate profundiſſima abundanti lacrymarum effuſione ac compoſita corporis aptitudine excepit : nam præmiſſa ſolita confeſſione, & cruce pluries amplexata atque deoſculata, ac ſibi a compluribus fratrum abſolutionum beneficiis impenſis tantæ ſanctitatis viſus eſt, ut nihil ſupra.* Pluribus interjectis addit auctor viſum ſanctum in extremo illo mortis diſcrimine fauſtos progreſſus rei Chriſtianæ comprecatum.

Prædicit Hungariam in maxima pericula adducendam.

Non paucis lacbrymis irrigatus erigens ſe utcumque poterat Chriſtianitati benedixit, cui maxime compatiebatur, videbat enim ſibi multa mala imminere, quod ſæpius dixerat : videbat & regnum Hungariæ multa pericula incurſurum, illis tamen miro cordis deſiderio benedixit, junctiſque manibus orabat ad Dominum, ut ſancta fides catholica ſervaretur immunis. Interjectis pluribus tradit illum prophetiæ ſpiritu divinitus afflatum plura prædixiſſe in vita; morti tamen proximum hæc inter alia prænuntiaſſe.

LXIII.

Multos Huſſitas ad ſinum eccleſiæ redituros.

Prædixit, cum de Bohemia loqueretur, poſt mortem ſuam nonnulla loca inter illos ha-

hæreticos capienda & multos Huſſitarum ab hæreſi convertendos. Prædixit omnes ſocios tunc infirmos, ſe moriente convaliturat. Prædixit familiam noſtrum tunc bullam Calliſti ſervantem ad bullas Eugenii, quibus nimirum formula diſciplinæ Franciſcanæ deſcripta erat, *rediturum. Prædixit fratres Hungaros ſolum propter bullam Calliſti a familia diſceſſuros: laudabat tamen bullam Calliſti. Plangebat amariſſime*

Partem Chriſtiani imperii occupandam a Turcis. Magnum Hungariæ excidium prænuntiat.

excidium Chriſtianæ religionis, plangebat & inertiam Chriſtianorum. Prædixit partem Chriſtianitatis a Turcis occupandam: & compatiens regno Hungariæ ſæpius dicebat: Væ regno Hungariæ. *Prædixit quemdam ſuum ſociam a familia ſeparandum, & ad epiſcopatus dignitatem aſſumendum: iſte fuit Alexander de Raguſia, qui licet tunc ab hoc propoſito eſſet alienus, factus eſt, & nunc etiam eſt epiſcopus Scardonenſis. Prædixit illuſtri domino comiti Ciliæ,*

Comiti Ciliæ inſidias imminentes.

quod caveret ſibi, quod non faciens, fuit interfectus a domino Ladiſlao filio illuſtris domini Joannis de Hunyad in caſtro Nanderalbenſi. Demum poſt alia vaticinia addita de obitu, deque miraculis ad ejus ſepulchrum editis ſubdit.

LXIV. Quo die obierit.

Tranſiit hic beatiſſimus pater anno Domini MCDLVI. die autem XXIII. octobris hora vigeſima prima die ſabbati ſepultus & humatus feria ſexta proxime ſequenti. Poſt cujus tranſitum illic cœpit coruſcare

Poſt mortem cæleſtibus claret miraculis.

miraculis adeo, ut ad ejus ſepulchrum tanquam ad ſepulchrum Apoſtoli undique populi confluant: nec mirum, nam per merita iſtius ſancti poſt ſuum obitum variæ febres, variique dolores, & diverſæ infirmitates fugatæ, patientes ſanguinis fluxum, apoſtemata, plagas, & ulcera curati, rapti & morbo caduco laborantes, paralytici, aridi, contracti, hydropici, obſeſſi, amentes, claudi, ſurdi, cæci, & muti liberati ſunt: mulieres in periculo partus liberatæ facilitatem pariendi habuerunt: multi etiam liberati ſunt a variis periculis & damnis, nonnulli a periculo mortis: agonizantes &

Duo mortui ab eo ad vitam revocati.

in extrema laborantes mox ſani evaſerunt, & (quod his omnibus majus eſt) duo mortui ad merita ipſius ſancti vivificati ſunt, & vivunt utrique, quinque etiam pene mortui, aut viſitato ſepulchro, aut emiſſo voto, per ſuos apertiſſime per hunc beatum virum ſuſcitati ſunt: quædam miracula tam in Hungaria quam in Italia divina clementia per merita hujus ſancti viri operata eſt, &c. valeat veſtra paternitas, & faciat videre canonizationem præfati beati patris. Ex Florentia MCDLVI. die X. februarii. Hactenus Joannes Taliacotianus ad B. Jacobum Picentem, quem in locum Joannis e Capiſtrano ad provehendam ſacram expeditionem a Calliſto fuiſſe ſubrogatum proximo anno dicetur. Rogarunt ſæpius plures Reges Romanos Pontifices, ut eumdem B. Joannem Capiſtranenſem [(a)] in ſanctorum numero reponerent, habitæque de ejus miraculis fuere plures actiones; ac demum Leo X. [(b)] anno MDXV. illum in Capiſtranenſi oppido & agro ut beatum ritu ſolemni coli permiſit, flexuque temporum miraculis pluribus ejus precibus editis Gregorius XV. in omnibus ordinis S. Franciſci eccleſiis beatorum honores illi exhiberi juſſit [(c)] anno MDCXXII. At de iis ſatis; nunc alias hujus anni res proſequamur.

(a) *Vvad. hoc ann. n.13.*

Decretus illi beatorum honos.

(b) *Ext. de eo decret. apud eumd. n. 120.*

(c) *Ext. ib. n.122.*

LXV. Funeſta Chriſtianor. conditio.

Hoc tempore funeſta erat Chriſtianorum, qui vel in Turcico imperio, vel in Ægyptiaco degebant, conditio; cum enim ab infidelibus acerbe vexarentur, etiam a Chriſtianis, qui in barbarorum terras repentina excurſione irrumpebant, gravibus magniſque incommodis afficiebantur, vel ſi ad Chriſtiani imperii loca diverterent, ut hoſtes in ſervitutem adducebantur: quorum miſertus Pontifex, lata anathematis ſententia in orientales Chriſtianos ſævire, vel de iis prædas agere Latinos vetuit [(d)].

(d) *Lib. 23. p. 92.*

Ad futuram rei memoriam.

In oriente non a Turcis modo, ſed ab aliis Chriſtianis oppreſſi.

Illud reputantes non tam Chriſtianæ religioni deteſtabile, quam Deo odioſum, quod Chriſtiani nominis vocabulo inſigniti in fratres ſuos cum eis in una fide & uno baptiſmate, in uno Eccleſiæ corpore adjunctos, præſertim eos, qui in inimicorum crucis Chriſti ditionibus commorantur, perſecutionis gladio abſque juſta cauſa deſæviant, & eos in continua afflictione poſitos amplioris afflictionis immanitate conſumant, quibus potius omni humanitatis gratia & charitatis & pietatis affectibus adeſſe deberent, ex officii noſtri urgemur debito ut adverſus talia perpetrantes vigorem exerceamus ultricis juſtitiæ, & illi adjiciamus debitæ executionis præſidium, quo commiſſa corrigantur, & interdicatur audacia quibuſlibet ſimilia impoſterum committendi: illos vero, qui dictos Chriſtifideles ab eorumdem infidelium ditione divertentes humanitatis & charitatis beneficiis proſequuntur, dignos reputamus impendiis & remunerationibus ſpiritualium gratiarum. Sane lamentabilis multorum querela noſtrum nuper turbavit auditum, amaricavit & mentem, quod nonnulli iniquitatis filii, a quorum oculis timor Domini abſceſſit, dum in orientales partes ſuis navigiis declinant, in Chriſtianos in eiſdem partibus magni & Turchi & ſoldani Babyloniæ ditioni ſubjectos commorantes,

Anathemate perculſi qui eos ceperint vel ſpoliarint.

& aliquando ad Chriſtianorum loca pro ſuis ſalvandis animabus divertentes, more piratarum irruunt, & eos capiunt, & in ſervitutem redigunt, ac in ſervos vendunt, nec non bona, ſi quæ tenuerint, vel habuerint, deprædantur, & in prædam aſportant. Nos igitur hujuſmodi exceſſus ſub ſilentio pertranſire nequeuntes, ne impunitatis exemplum perniciaſius in alios derivetur, & delinquentium voluntas laxior

fiat

ſiat ad peccandum, omnes & ſingulos, ſive ſint piratæ, ſive curſarii, aut latrunculi marini, ſive alii pro mercantiis exercendis aut ex quibuſvis aliis cauſis ubilibet navigantes, qui Chriſtianos in quibuſvis infidelium ditionibus commorantes, ſeu ad Chriſtianorum loca divertentes capiunt, & in ſervitutem redigunt, ac in ſervos vendunt, eoſque deprædantur, ut præfertur, ex parte Dei omnipotentis auctoritate Petri & Pauli Apoſtolorum atque noſtra præſentium ſerie excommunicamus, & anathematizamus, non obſtantibus, &c. Dat. Romæ apud S. Mariam majorem anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto kal. octobris pontificatus noſtri anno II.

LXVI. Et ii qui arma Chriſti hoſtibus inveherent. (a) Lib. 23. p.120.

Perculit etiam Calliſtus tuendæ augendæque rei Chriſtianæ pio ſtudio incitatus anathemare (a) illos, qui arma & commeatus Afris, Babyloniis, vel Granatenſibus invehebant: tum eos qui coitiones induciaſve cum Infidelibus Granatæ paciſcebantur, inſcio vel repugnante Henrico Caſtellæ Rege, qui turpe illud Hiſpaniarum opprobrium delere moliebatur. Sacris etiam interdixit, qui inter Henricum Regem ac proceres diſcordias ſerere vel augere annitebantur, & conventus fœderave inibant inter ſe, non ſine regiæ dignitatis labe & damno, præſertim cum ex ea re bellum ſacrum in Mauros retardari diſſolvique poſſet, maximo Chriſtiani nominis detrimento. Præterea cum nonnulli jura & veſtigalia regia, & etiam urbes, oppida, arces, ac prædia occuparent, atque ita extenuato ærario, cenſuque regio imminuto, religioſam in barbaros militiam profitentibus ſtipendia perſolvi non poterant, nec ſacra expeditio confici, Pontifex eoſdem regii juris invaſores, ut rem Chriſtianam gravi afficientes damno, fidelium conſortio abegit (b).

(b) Ibid.

LXVII. (c) Lib. 8. p.215. Et qui Judæos medicos acceſſerent.

Repreſſit præterea Judæorum perfidiam, qui benignitate principum abuſi, ac pontificia decreta in ſenſus pravos detorquentes: Chriſtianos inficiebant (c): atque adeo prohibuit Chriſtianos cum Judæis & Saracenis convivio accumbere, vel ingredi balnea, verſarive in eadem domo, ſeu curandis ægritudinibus eos adhibere, tum etiam Judæos & Saracenos dignitatibus, magiſtratibus, muneribuſve publicis præfici vetuit, pluraque alia cavit, quæ in ſubjecta ſanctione continentur.

Ad perpetuam rei memoriam.

Si ad reprimendos tranſgreſſorum exceſſus noſtra nimium manſuetudo leneſcat, eorum temeritas fit proclivior ad peccandum, & impunitatis exemplum in alios derivatur; propter quod ad apoſtolicum noſtrum ſpectat officium, etiam juriũ innovationis priorum ſic debitam executionem adhibere juſtitiæ, quod ea, quæ in divinæ majeſtatis offenſam, perniecioſumque exemplum fidelium & ſcandalum cedere dignoſcuntur, ne deteriora producant, ſubmovere, & committendorum impoſterum audaciam interdicere procuremus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenius IV. primo, & deinde Nicolaus V. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis, omnia & ſingula per eos, vel alios prædeceſſores noſtros Judæis in quibuſcumque dominiis & terris commorantibus conceſſa privilegia, conceſſiones, & indulta, ad terminos juris communis dumtaxat reduxerunt, nec ulterius operari, aut extendi, vel interpretationem aliam pati poſſe, per diverſas literas ſuas declaraverunt. Poſtmodum vero ad noſtram audientiam, non ſine cordis amaritudine, iterata deducto, quod quamquam per ipſos prædeceſſores noſtros fuiſſet, ut præmittitur, declaratum: ipſi tamen Judæi a tramite juſtitiæ continuo oberrantes conceſſionibus, privilegiis, & indultis hujuſmodi adeo abutuntur, quod ea, quæ honeſtis ſuadentibus cauſis, ad ſalubres & bonos effectus eis gratioſe conceſſa fuerant, depravantes, & ad eorum perverſas paſſiones accommodantes, multa & diverſa turpia & inhoneſta illorum prætextu committunt, ex quibus fides, & manſuetudo Chriſtiana læditur, & in mentibus fidelium ſcandalum generatur. Et licet in

Ut Judæi & Saraceni Chriſtiana benignitate non abuſi.

ſacrorum canonum inſtitutis inveniatur expreſſe, quid Judæis ipſis liceat, quidve fuerit interdictum, nihilominus Judæi prædicti & Saraceni, tam in Italia, quam aliis diverſis mundi partibus inter Chriſticolas commorantes, propriis affectibus & antiquæ eorum perfidiæ incumbentes, dum conſtitutionum, decretorum, & decretalium epiſtolarum hujuſmodi ſenſum legitimum ad ſua vota non habent, ut illis illudere valeant, adulterinis depravant ſenſibus, & expoſitionibus perverſis obfuſcant, veteremque ipſorum malitiam & temeritatem in Chriſtifideles propagare & continuare, ac in dies eorum nequitia præſumptuoſius uti non verentur, in maximum Chriſtianæ fidei vilipendium, animarum quoque fidelium periculum pariter & jacturam; nos, ut Judæi, Saraceni prædicti, ac illorum fautores impii Chriſtiani, pœnarum impoſitionibus territi, vereantur in antea in eorum pernicioſos cauſus relabi, & Chriſtifideles in ſua perſiſtentes fidelitate conſtanter non habeant propter illorum clandeſtinam perfidiam, remediis, quibus poſſumus, prout ex debito paſtoralis officii tenemur, præcavere cupientes, ad orthodoxæ fidei corroborationem, & exaltationem, præſenti perpetuo valitura, & irrefragabiliter obſervanda conſtitutionis edicto, auctoritate apoſtolica, omnia & ſingula decreta, conſtitutiones, & decretales epiſtolas prædicta, quorum omnium tenores de verbo ad verbum præſentibus haberi volumus pro inſertis, inno-

va-

Digitized by Google

Vetita cum Judæis cohabitatio & convictus.

vamus; nec non ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps, perpetuis futuris temporibus Chriſtiani cum Judæis & Saracenis comedere aut bibere, ſeu ipſos ad convivia admittere; vel eis cohabitare, aut cum ipſis balneari, vel ab eis in eorum infirmitatibus, aut debilitate, ſeu alio quocunque tempore medicinam, vel potiones, ſeu vulnerum & cicatricum curationem, ſive aliquod medicabile genus recipere non debeant: ac Chriſtiani non permittant Judæos & Saracenos contra Chriſtianos dignitatibus ſæcularibus præfici, vel officia publica exercere.

Judæi quoque & Saraceni non poſſint eſſe arrendatores, collectores, conductores, ſeu locatores fructuum, bonorum, vel rerum Chriſtianorum, ſeu eorum computatores, procuratores, œconomi, negotiorum geſtores, negotiatores, mediatores, proxenetæ, concordatores ſponſalium, vel matrimoniorum tractatores, obſtetrices, ſeu in domibus aut bonis Chriſtianorum aliquod opus exercere, vel cum Chriſtianis ſocietatem, officium, aut adminiſtrationem in aliqua communione, vel arte ſeu artificio habere; ac nullus Chriſtianus Judæis vel eorum congregationi, ſeu Saracenis in teſtamento, aut ultima voluntate aliquid relinquere poſſit vel legare. Judæi quoque ſynagogas novas erigere aut conſtrui facere non audeant, ſed antiquas dumtaxat, non tamen ampliores, ſeu pretioſiores ſolito reficere valeant, & in lamentationum ac dominicæ paſſionis diebus per loca publica ſeu publice non transeant vel incedant, nec oſtia vel feneſtras teneant apertas, & ipſi Judæi ac Saraceni ad ſolvendum quaſcumque de quibuſvis rebus & bonis decimas aſtringi & compelli, ac contra eos, in quibuſvis caſibus Chriſtiani teſtes eſſe poſſint: ſed Judæorum & Saracenorum contra Chriſtianos in nullo caſu teſtimonium valeat, & apud Chriſtianos judices, & communes dumtaxat, non autem apud Chriſtianos judices pro eis ſpecialiter deputatos, nec eorum ſeniores Judæi & Saraceni in quibuſcumque cauſis agant & conveniantur. Nec poſſint Judæi & Saraceni nutricem, vel familiarem, aut ſervitorem utriuſque ſexus Chriſtianum in domo tenere, nec etiam Chriſtiani in ſabbatis ſeu Judæorum feſtivitatibus, Judæis ipſis ignem accendere, vel cibum, aut panem, ſeu quodcumque opus ſervile ad decorem, cultus feſtivitatem eorundem quomodolibet exhibeant vel ſervitium, aut obſequium aliquod præſtent vel impendant,

LXVIII, Blaſphemi Judæi & Saraceni merita pœna juſſi affici,

Sæculares quoque judices Chriſtiani Judæos vel Saracenos Deum aut glorioſam beatam Mariam virginem ejus genitricem, vel aliquos ſanctos blaſphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes, pecuniaria, vel alia graviori, de qua eis videbitur, pœna puniant, & corripiant. Nec non omnes & ſinguli Judæi & Saraceni cujuſcumque ſexus, & ætatis, vel conditionis, diſtinctum habitum ac notoria ſigna, per quæ a Chriſtianis cognoſci poſſint, ubique deferant, & ſi ſecus fecerint, puniantur. Cum Saracenis non habitent, ſed ſeparatim, & ſeorſum degant. A Chriſtianis inſuper uſuras nullatenus extorquere præſumant, extortas vero illis, a quibus eas extorſerint, ſi ſuperſint & appareant, ſine difficultate aut dilatione aliqua reſtituant, alioquin illis non apparentibus, & in remotis agentibus, omnes & ſingulæ pecuniarum ſummæ ex hujuſmodi uſuris extortæ, in expeditionem ſanctiſſimam contra Turcos, aut alios Chriſtiani nominis inimicos penitus convertantur. Et inſuper, ut tam Chriſtifideles, quam Judæi & Saraceni in Italia & aliis mundi partibus inter Chriſtianos, ut præmittitur, commorantes præſentes & futuri ad decretorum & decretalium epiſtolarum, ac prædictorum & præſentis noſtræ conſtitutionis hujuſmodi obſervationem omnimodam noverint efficaciter ſe teneri, nec vigore, ſeu prætextu quorumvis privilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, conceſſionum, & indultorum, eis quomodolibet & a quibuſlibet conceſſorum, ab obſervatione prædicta valeant aliquatenus ſe tueri, omnia & ſingula privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, conceſſiones, & indulta per felicis recordationis Martinum Papam V. ſeu Eugenium ac Nicolaum præfatos, ceteroſque prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices & alios quoſcumque, tam regibus & principibus, quam communitatibus civitatum, & univerſitatibus, & quibuſcumque dominis locorum, ſeu aliis quibuſvis fidelibus, ac eiſdem Judæis, & Saracenis in ſpecie vel in genere ſub quibuſlibet verborum formis etiam motu proprio, & ſub quacunque forma vel expreſſione verborum, etiam derogatoriorum, contra præmiſſa vel eorum aliquod quomodolibet facta vel conceſſa, quæ omnia ſimiliter præſentibus haberi volumus pro inſertis; nec non quæcunque inde ſecuta, eadem auctoritate caſſamus, revocamus, & annullamus, ac nullius decernimus exiſtere roboris vel momenti.

Præterea univerſos & ſingulos venerabiles fratres noſtros patriarchas, primates, archiepiſcopos, epiſcopos, & dilectos filios principes, dominos temporales, capitaneos, barones, milites, nobiles, communitates civitatum, univerſitatum, locorum & ceteros quoſcumque Chriſti fideles eccleſiaſticos & ſæculares, in præfatis Italia & aliis mundi partibus, ut præmittitur, commorantes, cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, obſecramus in Domino & per aſperſionem ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti exhortamur, eiſque in remiſſionem ſuorum peccaminum injungimus, & Judices ad pontificis decreta ſervanda obſtricti.

ut

at ipſi decreta, decretales epiſtolas, & conſtitutiones prædicta obſervent, & per eorum tam Chriſtianos, quam Judæos & Saracenos ſubditos faciant inviolabiliter obſervari. Et nihilominus eiſdem utriuſque ſexus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium a die publicationis præſentium in loco, in quo ipſi degant, facienda computandorum, omnia & ſingula decreta, decretales epiſtolas, & conſtitutiones prædicta, ac in illis, & in præſentis noſtræ conſtitutionis literis contenta obſervare incipiant, & obſervari faciant cum effectu, nec de cætero ullo umquam tempore contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, in toto vel in parte, per ſe vel alium ſeu alios quovis quæſito colore, directe vel indirecte, venire facere, ſeu aliter attentare audeant vel præſumant; alioquin lapſis diebus eiſdem, Judæi vel Saraceni qui mandato, præcepto, & literis hujuſmodi reſiſtere præſumpſerint, & cum effectu non paruerint, privationis ſeu amiſſionis omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium pœnam incurrant, quæ quidem bona, vel eorum pretium per executorem, ſeu executores noſtros ad hoc ſpecialiter deputatos, ſive pro tempore deputandos, in opus hujuſmodi ſanctiſſimæ expeditionis ac reipublicæ Chriſtianorum utilitatem converti volumus, & eorum ſerie auctoritate prædicta exponi mandamus. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCDXLVI. v. kal. junii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LXIX.

Huſſitæ adminiſtratione regni Bohemici potiti.

Non modo ad fideles e Turcica immanitate impietateque Judaica vindicandos, verum ad errores e Chriſtianis regnis excindendos apoſtolicas curas intendebat Calliſtus. Herebat etiamtum in Bohemia Huſſitica perfidia, cujus præcipui defenſores erant Georgius Podiebratius regni adminiſtrator & Joannes Rokyzana archiepiſcopalis ſedis Pragenſis invaſor. Hos pontifex poſt tot geſta cum impiis bella molliori via flectere ad officium niſus eſt, ac Georgium hortatus (a), ut errori abolendo navaret operam, atque Rokyzanam una cum aliis Bohemici regni oratoribus mitteret ad Bohemiam cum Romana eccleſia conciliandam.

(a) Lib. brev. p. 17.

Georgio Podziebrad regni Bohemiæ gubernatori.

Admonitus Podiebratius ut pium conſilium ſuſceptum exequatur.

Non minori deſiderio cupimus errantium & diſcrepantium in regno Bohemiæ reductionem ad noſtram & ſedis Apoſtolicæ gratiam & obedientiam, quam peſſimorum Turcorum deſolutionem: dolemus enim & vehementer angimur, quod in tanto regno, quantum illud eſt, error aliquis pullulet ad cujus rerum extirpationem, cujus nos ſemper cupidiſſimi fuimus & ſumus hortamur nobilitatem tuam, ut laudabile propoſitum tuum executioni mandet: & nos ſedemque prædictam tuitere, a quibus neminem decet diſcrepare, ſed potius de neceſſitate ſalutis oportet eam ab omnibus revereri & honorari: & quoniam propter claram famam ſcientiæ & reputationis magiſtri Joannis Rockcina cupimus eum vehementer apud nos videre, ut cum ipſo & aliis oratoribus dicti regni unionem & reductionem hujuſmodi tractare poſſimus, hortamur tuam nobilitatem, ut omnino operam det, quod dictus magiſter Joannes una cum dictis oratoribus, ad nos veniat prout ipſe venturum ſe pollicitus eſt, ut ad laudem Dei, & exaltationem fidei Chriſtianæ optima concordia & unio ſtabiliatur. Dat. &c. Decretam fuiſſe proximo anno a Ladiſlao Rege Bohemiæ & Hungariæ legationem ad Calliſtum ad controverſias de religione dirimendas, regnumque Bohemicum Romanæ eccleſiæ conjungendum, tradunt Æneas Sylvius (b) & Joannes Coclæus (c). Ut vero poſt Ladiſlai immaturam mortem Georgius Rokyzanæ opera ſceptrum Bohemicum corripuerit, inferius dicetur.

Mittit Rochyzanam ad ſedem Apoſtolicam.

(b) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 69.

(c) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Calliſti ſanctio ne quid temere pro concione coram Pontifice dicatur.

LXX.

Edidit hoc eodem anno præter prædictas plures alias ſanctiones Calliſtus (d), ac ne aliquis in ſacris concionibus in ſacello pontificio habendis indignum quid temere effunderet, cavit (e) ne quis inconſulto magiſtro palatii apoſtolici ſuggeſtum in eo conſcenderet, ni prius orationem habendam illi oſtendiſſet, eaque emendaſſet quæ fuiſſent cenſura notata.

(d) Lib. 5. p. 275 l. 7. p. 215. & 224. l. 8. p. 288 & p. 514. quæ ext. & in bull.

(e) L. 10. p. 176.

Ad futuram rei memoriam.

Licet ubilibet ad ſeminandum verbum dominicum, apoſtolica ſedes decreverit operarios fere ex omni religione viros idoneos aſſumendos, illud tamen in alma palatii apoſtolici capella, in qua ad Romanum Pontificem undique ex diverſis mundi nationibus confluentes viri famoſiſſime ſedulo conveniant, & in qua veluti ex Chriſtianæ ſapientiæ & eloquentiæ fonte quævis doctrina imbibitur, eo ſtudioſius & accuratius agi volunt, quo univerſus orbis ea, quæ apud ſedem ipſam aguntur, tamquam præclariſſimum quoddam ſalubris eruditionis intuetur exemplar, & quo periculoſius foret ſi in dominica traditione quantumlibet exiguus aſſereretur error, quum ſedes ipſa ſinceram, & puram, ſine ruga vel macula, fidelibus toto orbe miniſtrare procurat. Hac igitur conſideratione moti, nonnullorum Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui inter alia ſtatuerunt, & injunxerunt, ut nullus in eadem capella, ſermonem verbi dominici habere præſumeret, niſi prius a magiſtro dicti palatii pro tempore exiſtente examinatus & correctus, ac pro idoneo judicatus foret, veſtigiis inhærentes, ac periculis, quæ propter ignorantiam, vel temeritatem quorumdam, qui non ſubacto examine, hujuſmodi ſermones ipſos in eadem

capella nonnunquam proferre temere præſumpſerunt, facile poſſent emergere. Præſentis conſtitutionis edicto occurrere cupientes, auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia ſtatuimus & ordinamus, quod nullus de cætero cujuſcumque præminentiæ, gradus, ordinis, vel dignitatis exiſtens [venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus dumtaxat exceptis] ſermonem in eadem capella præſumat habere, niſi illud ſibi a dicto filio fratre Jacobo Egidii ordinis Prædicatorum Sacræ theologiæ profeſſore moderno, & pro tempore exiſtente magiſtro ſacri palatii fuerit ante commiſſum, ipſeque ſermo ab eodem magiſtro prævisus, accuratus, examinatus, &, ſi opus extiterit, ante correctus & emendatus, ac ſufficiens, ut in conſpectu Romani Pontificis haberi valeat, reputatus; ille vero, cui hoc commiſſum fuerit, ut præfertur, neminem poſſit loco ſui, ſine ipſius magiſtri petita & habita licentia ſubrogare. Magiſter autem præfatus in cujus humeris ſuper hoc cura dicti pontificis requieſcit, in hujuſmodi ſermonibus, ea quæ ad integritatem fidei orthodoxæ, ſalubritatem doctrinæ, & omnium revocationem ſcandalorum pertinent, nec non ad faſtidioſæ prolixitatis moderamen diligenter intendat.

Data magiſtro palatii auctoritas emendandæ concionis habendæ coram Pontifice.

Si quis vero tantum de ſe ipſo præſumeret, ut correctionem hujuſmodi humiliter forte recipere recuſaret, ex tunc liceat eidem magiſtro ſermonem ipſum alteri, niſi illud temporis anguſtia prohiberet committere: alioquin ſermonem eundem pro ea die, ſi ſibi videatur, prohibere. Quod ſi forte quiſpiam ita temerarius fuerit, ut illud, in quo correctus ab eodem magiſtro extiterit, in dicta capella, ſermocinando malitioſe enunciare præſumpſerit, ex tunc ad amplius in dicta capella perorandum indignus cenſeatur, ac excommunicationis ſententiæ ſe ſubjacere noverit eo ipſo; & nihilominus ab eodem magiſtro publice etiam noſtro in conſpectu acriter arguatur. Sacriſta autem, vel ſubſacriſta, nec non magiſtri & clerici ceremoniarum de hujuſmodi ſermonibus agendis vel non agendis, ſive pronuntiandis non alter ſe, niſi quantum eis per magiſtrum præfatum injunctum fuerit, quomodolibet intromittant. Volumus autem quod ipſe magiſter, quoties ipſum ab eadem capella infirmitate aut alio impedimento legitimo abeſſe contigeret, ſubſtituendi ibidem alium loco ſui liberam habeat vigore præſentium facultatem, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCDLVI. id. novembris pontificatus noſtri anno II.

LXXI. Auctum eſt hoc anno a Calliſto Cardinalium collegium atque in primis menſe februario Rodericus ipſius nepos, qui poſtea pontificatum Alexandri VI. ſibi nomine indito geſſit Cardinalium numero adjectus (*a*) eſt, & diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano creatus, de qua dignitate ipſi collata diploma editum x. Kal. martii: ex literis vero pontificiis emendes Alfonſum Ciaconium, qui hanc creationem ad xiv. kal. octobris retulit, ni forte de ritu in pileo conferendo obſervato loquutus ſit: emendandus quoque, dum Jacobo principi Luſitano diaconiam S. Mariæ in porticu collatam ait. Cæterum Jacobus diaconus S. Euſtachii pileum cardinalitium brevi cum immortali corona commutavit, cum enim vitæ ac voluptati caſtitatis ſtudium prætuliſſet, in ipſo juventutis flore, ex feminis copia phlegmone correptus obiit, ut refert Duardus Nonius (*b*), qui eum animi modeſtia, gravitate, ingenii acumine, & eruditione præſtantiſſimum & continentiſſimum fuiſſe celebrat additque; *Cum omnis libidinis expers eſſet, & in graviſſimum morbum incidiſſet, a quo liberari poſſe medici dicebant, ſi feminæ accederet: magno animo & majori puritate reſpondit malle ſe mori, quam pollui. Obiit Florentiæ, & ibi ſepelitur honorificentiſſime in æde Sancti Miniatis.*

(*a*) *Lib. 24. bull. p.121.*

Jacobi Card Luſit. obit.

(*b*) *Duardus Nonius de vera Reg. Portugal. geneal. in Joan. I.*

Mori malle quam pollui teſtatus.

LXXII. Nec diſparem gloriam retulere hoc tempore nonnullæ virgunculæ, quæ prius etiam mori, quam mortali ſponſo jungi maluerunt; quarum duo inſignia exempla affert Joannes Nider (*c*): *Sunt vix duo anni elapſi, quod ad leucam unam extra oppidum Columbarienſe Baſileenſis diœceſis, in loco qui Voyle dicitur in caſtro, nobilis quidam cum legitima uxore ſua ingenua reſidebat, ſecundum ſæculum quidem honeſte converſantes, ſed in filia unica, quam habuerunt, potius humanam gloriam, quam divinum quæſiſſe videntur honorem*, & infra, *virginem præfatam eidam nobili in conjugem promiſerunt, & contractum quantum poterant firmarunt, hoc dempto, quod virginis nemo audebat quærere propoſitum, quod plus violentia quadam quam matura perſuaſione putabant emolliri poſſe. Præparabantur igitur in veſtimentis & in apparatu omnia futuris neceſſaria nuptiis, & ordinaverant, quod virgo die, qua præſentare debuit marito, in domum cujuſdam nobilis viduæ poneretur, quæ conſenſum procuraret imminentibus nuptiis. Sed is, qui in cœlis eſt, irriſit hæc fraudis commenta, cum puellam, quam elegerat, ſibi mundam habere voluit: nam præcedentibus octo diebus ante diem nuptiarum condictarum virgo ignara febri corripitur, & lecto cœpit decumbere, diețimque intendente ſe morbo, vocatus eſt confeſſor noſtræ portæ in Columbaria frater Petrus, ut confeſſionem virginis audiret, ſumptiſque eccleſiaſticis ſacramentis aliis per ſuum paſtorem, vitæ interitus virgini, propinquare videbatur.*

(*c*) *Joan. Nider formic. l. 4. c.4.*

Virguncula mortem nuptiis præfert.

Vo-

Divinitus e vivis erepta. *Volens autem mater puellæ amorem virginitatis in filia verius comprobare ait. Quaſo te, filia chariſſima, in veritate dicas jam proxima divino examini, eligiſne potius mori, quam vivere & maritum aliquem habere legitimum? Cui virgo reſpondit cum gaudio: Potius moriar, quo facta virgo devotiſſime vita functa eſt, & in craſtino ea ſcilicet die, qua homini deſponſata terreno præſentari ad carnis copulam debuit, Chriſtus eam in ſponſam ſibi dilectam elegit, & cunctis flentibus vicinis & cognatis ſepulta fuit: cumque indumentis propriis exuta feralibus indui debuit, inventa eſt tenera virgo in genibus callos velut camelus contraxiſſe duros ex genuflexionibus habitis in orationibus crebris.*

Verum quia nihil eſt omniquaque, vel vix in hac vita perfectum, paulo poſt vitæ exitum dictæ virginis apparuit ipſa virgo in nocte cuidam valde devotæ ſanctimoniali, quæ Gertradis vocabatur, in monaſterio de Subtelia ſito intra Columbarienſe oppidum. Vidit iſta poſt ſe currentem quamdam virginem mortuam, quam prius nunquam noverat, a qua cum quæreret, quæ eſſet, reſpondit. Defuncta ego ſum pridie defuncta Anna virgo de Voyler [*ita* Defuncta petit ſacrum pro ſe fieri. *caſtrum patris vocabatur*] *& unius Eucharistiæ oblatione egeo, quam peto mihi celebrari obtineas a priore fratrum Prædicatorum: tunicam autem meliorem, quam habui matri dicas, quæ me genuit, ut ob reverentiam Virginis benedictæ pauperibus eroget. Et ita viſio diſparuit, & ſanctimonialis evigilavit: cumque nunquam de virgine prius audiſſet mentionem fieri, nec ejuſdem notitiam aut parentum haberet, erubuit viſionem alicui dicere: quam dum altera nocte iterato vidit, ut antea, & tunc compuncta confeſſori ſui fratri Joanni Voolfſberdi, quæ præcepit dixit, & ita animæ ſubventum eſt, prout virgo in viſione petivit.* At de his ſatis ad priorem inſtitutam de creatis Cardinalibus narrationem redeamus.

LXXIII. Devexo anno cum adeſſet adventus Chriſti Salvatoris ſecunda Cardinalium creatio a Calliſto celebrata eſt XVI. kal. januarias exeunte hoc anno; de qua hæc S. Antoninus (a) paulo ante laudatus: *Alios quoque in ſecundo anno inſtituit Cardinales quinque, videlicet epiſcopum Papienſem Longobardum*; is erat Joannes Caſtellio titulo S. Clementis decoratus, *epiſcopum Senenſem de Senis oriundum*; is fuit Æneas Sylvius, qui primo renunciatus presbyter S. Sabinæ, demum Pontifex factus Pius II. appellatus eſt, *archiepiſcopum Neapolitanum*; is dicebatur Raynaldus Piſcicellus, ac presbyter tit. S. Cæciliæ eſt creatus, *epiſcopum Zamorenſem dominum Joannem de Mella*; qui presbyterales titulos Sanctæ Priſcæ accepit; *& quemdam alium beneficiatum clericum*; is fuit Jacobus Thebaldus, qui titulo presbyterali S. Anaſtaſiæ ornatus eſt: quibus ſextum addit Ciaconius, nimirum Richardum Oliverium de Augio Normannum epiſcopum Conſtantienſem, cui titulus Sancti Euſebii datus eſt. Addit Felix Contelorius Joannem Ludovicum Milanum Calliſti nepotem Cardinalitia purpura ornatum fuiſſe. His conſentanea tradit Gobelinus, ac de Ænea Sylvio hæc addit: *Æneam pontificem Senenſem quem non Imperator ſolum ſed Hungariæ quoque Rex Ladiſlaus & cuncti ferme Germaniæ principes efflagitabant,* Æn. Sylvius in Cardinalium collegium cooptatus. *Jacobum Feretranum natione Romanum Simonis Medices fratrem, & Ricardum Conſtantinum Normannicum ſacerdotem, quem Carolus Francorum Rex expetebat; laudata eſt horum creatio: Æneam vero ubi donatum pileo rubeo audivit populus, mox fama exorta eſt ſucceſſorem ſibi creaſſe Calliſtum & ingens tota urbe lætitia.* Extat ad Æneam Sylvium epiſcopum Senenſem Calliſti diploma (b) XV. kal. januarias exaratum, quo illum titulo eccleſiæ Sanctæ Sabinæ exornavit, ac Senenſem epiſcopatum conjunctum adminiſtrare juſſit. (b) Lib. 50. p. 290.

Calliſtus, &c. Tecum plenarie diſpenſamus, ut eam etiam poſtquam aſſumptioni, nominationi, & publicationi hujuſmodi aſſenſum præbueris, ac eccleſiam S. Sabinæ præfatam in titulum prædictum habueris ac ſuſceperis, etiam Cardinalis exiſtens, & eccleſiam S. Sabinæ hujuſmodi obtinens, & Senenſis epiſcopus permaneas, & eſſe debeas, ac epiſcopi Senenſis & paſtoris inibi nomine, dignitate, & officio fungaris. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVI. XV. kal. januarii pontificatus noſtri anno II.

LXXIV. Hiatus terrarum in regno Neapol. Ingentes hoc anno V. decembris die motus hiatuſque terrarum fuere in Neapolitano regno, quibus ſexaginta hominum millia abſorpta oppreſſave periiſſe refert Jacobus Cardinalis Papienſis (c); quamquam non deſunt (d), qui minorem numerum collocent. Brixiæ vero is triſtis caſus accidit (e), ut Antonius Viſignanus hæreticus immortalitatem animæ, reſurrectionem mortuorum, paradiſum, inferos negans, atque exomologeſes & jejunia ab Eccleſia indicta ſpernens in carcere, mutato in laqueum cingulo, gulam ſibi fregerit, digno vita improba exitu. Athei Brixienſis triſtis exitus.

(a) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

(c) Papien. ep. 392.

(d) Gobel. in comment. Pii II. l. 1.

(e) Lib. 9. p. 185.

1. ANno excurrentis ſæculi ſeptimo & quinquageſimo indictione quinta, urgere priora de ſacro bello gerendo pro amplificanda fide delendaque Mahumetica ſuperſtitione conſilia Calliſtus non deſtitit, novamque claſſem, quam ſuperiori anno moliri cœperat, inſtruxit, de qua ad Marchionem Montisferrati & Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem hæc ſcripſit

(a) Lib. brev. p. 64.

Parata claſſis in Turcas a Callisto.

(a): *Præparavimus aliam novam claſſem, quam noviter emiſſuri ſumus, ad quam neceſſariis rebus communiendam, cum non ſufficiant, quas undique colligimus, pecuniæ & eleemoſynæ, ſtatuimus denuo tuum & aliorum Chriſtianorum auxilium impetrare.* Quam claſſem, mox atque apparata eſt, in Orientem vela ſolvere juſſit, ut oſtendunt literæ ad Ludovicum patriarcham Aquilejenſem eundemque Cardinalem legatum hoc anno datæ (b), quibus aſcripta eſt decima martii dies, quem aliis eidem literis ob ingentia ſociorum auxilia (c) Turcas invadere juſſit.

(b) Ib. p. 70.

(c) Ib. p. 76.

Expectatus Rex Luſitanus.

Calliſtus, &c. Expectamus a die in diem chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum Portugalliæ, &c. Regem illuſtrem, qui cum ſua validiſſima claſſe contra Turcas venire decrevit. Inſuper non deſinimus ſolicitare & impellere dilectos filios Januenſes quos non dubitamus ex eorum navibus opportunum numerum in augmentum claſſis noſtræ miſſuros. Poſtremo unum hoc etiam adiiciendum his literis putamus, ut nepotes noſtros, qui cum galeis eis commiſſis ſub te militant, circumſpectioni tuæ accurate commendamus. Et infra: *Strenue invades hoſtes, eorumque damnis & vexationibus tuto peſſ- invigiles & anheles. Dat. XXIX. martii MCDLVII. anno II.* Erant ii pontificii nepotes Vitalis e Villanova, Geraldus Caſtelverdius, & Aranos, quos Calliſtus ad explicandam in Turcas militarem virtutem literis cohortatus eſt (d). Verum ipſi habenas ſibi ad ſcelera ob avunculi authoritatem, immiſſas arbitrati, non in Turcas vertere impetus, ſed ad agitanda latrocinia in Cyprum incurrere contra edicta Pontificis, qui orientales Chriſtianos vexari vetuerat, ob quod flagitium in vincula a legato conjecti fuere (e).

Legatus infeſtare juſſus Turcas.

(d) Ead. p. 76.

Nepotes Callisti a Turcis in Cyprios arma avertunt.

(e) Æn. Sylv. ep. 269.

II. Quod autem ad Luſitanum Regem attinet, de ejus adventu virtuteque maximas ſpes conceperat Pontifex (f), ut conjuncta Genuenſium ſubſidiaria claſſe non modo Conſtantinopolim expugnaret, ſed etiam Chriſtiano imperio Syriam reſtitueret, cumque increbreſceret rumor, Mahometem II. depellendæ prioris ignominiæ cupidum innumerabiles copias coegiſſe, ut in Pannoniam iterum irrumperet, magis expectatione Luſitani Regis angi æſtuareque cœpit Dei vicarius, ac Silvenſem epiſcopum urſit (g), ut Alfonſum ad expeditionem ſactam conficiendam impelleret.

In vincula conjecti.

(f) Lib. 1. brev. p. 73.

Mahometes Hungaricam expeditionem meditatur.

(g) Ib. p. 82.

Calliſtus, &c. Te ſcire volumus, ut cum ſemper nobis expectatiſſimus fuerit adventus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Portugalliæ, nunc in tanto tamque repentino furore hujus monſtri ſcilicet Mahometis II. *omnem ſpem noſtram in dicto adventu poſitam eſſe; etenim certum eſt hoſtiles copias Turcorum, quæ innumerabiles eſſe dicuntur, & in regnum Hungariæ impetum aut jam faciunt, aut brevi facturæ creduntur, nullo pacto melius diſtrahi & ab incœpto everti poſſe, quam ſi celeriter maritimo expeditione Turcorum terræ infeſtentur. Dat. X. aprilis MCDLVII. pontificatus noſtri anno II.* Reperiſa eadem menſe majo fuere imperia (h), atque Alfonſus Luſitanus pontificiis adhortationibus ſolicitatus eſt (i), ut periclitanti rei Chriſtianæ ſubveniret.

Solicitatus Luſitanus Rex ut illius arma diſtrahat.

(h) Ib. p. 96.

(i) Ead. pag. 111.

Trepidatum admodum in Pannonia fuiſſe novæ irruptionis a Mahomete faciendæ metu, teſtatur Æneas Sylvius in literis (k) ad Alfonſum Aragonum & utriuſque Siciliæ Regem datis, quibus eum rogat, ut in tanto diſcrimine arma in barbaros expediat.

(k) Æn. Sylv. ep. 266.

Alfonſo Aragonum Regi Siciliaque.

Hac ipſa die, Rex inclyte ac potentiſſime, allatæ literæ ex Hungaria ſummum Pontificem, omnemque curtem conturbarunt. Referunt enim Mahometem Turcorum dominum cum ſoldano Ægypti, cum Caramano Ciliciæ, cum Tartaro Scythiæ inito fœdere, coactis ingentibus copiis, rurſum ad Hungarorum properare, Albam [quod alii caſtrum Belgradum vocant] ſummis viribus obſeſſurum; jamque iter accepiſſe, nec dubium eſt, quin diebus quindecim cum toto exercitu ante oppidum ſeſe collocet. Ferunt quoque juraſſe eum, etiam ſi Aſiæ majorem partem amiſſam audierit, non ſeſe retro abiturum. Hæc Albenſes legato apoſtolica ſcribunt pleni metu: quippe quibus ſola ſpes de cœlo eſt; neque enim tam ſecuri homines Dei, quin humanum expectent auxilium; incredulum eſt mortale genus, neque illud ponderat, quod ſcriptum eſt in ſacris eloquiis: Maledictus homo qui confidit in homine. *Sed miſerandum illis eſt, ſi ſemel deviantes liberati rurſus pietatem divinam tentare verentur. Percuſſit de cœlo Deus hoc anno Turcos; neque enim humana victoria fuit, quæ apud Albam parta eſt. Valuit experiri Deus quidnam Reges agerent, cæterique populi Chriſtiani rectores: profligavit hoſtes, occidit qui ferociores videbantur, abſtulit innumerabiles ma-*

Mahometis cum Regibus Mahometanis fœdus.

Inhiat Belgrado.

Divino prodigio depulſus ab eo fuerat.

chi-

Data Regibus vincendi occaſio.

ebinat, ſpatium dedit, quo ſi vellent Chriſtiani populi, ſeſe accingerent, rediturœque Turco armati occurrerent: ſed quanto magis indulget Deus, tanto negligentiores ſummus abutentes otio. Ecce redit hoſtis, & nemo eſt, qui laboranti Hungariæ opem ferat: & vereor ne Hungaria peſſum eat, & nobile illud regnum hoſtilis gladius evertat: quod ſi Deus tulerit, cadit murus noſtræ religionis, & itinere plano per Carnos & forum Julii in Italiam Turcorum turmæ decurrent. Ad hæc accedit filiorum olim gubernatoris Hungariæ captura, qui per Regem in arce Budenſi deprehenſi cuſtodiuntur: cumque his non parvi nominis prælatus interceptus eſt Joannes Varadienſis epiſcopus, feruntque & aliis pleriſque nobilibus injecta vincula. Incomperta eſt adhuc cauſa: ſed vero ſimile eſt necem comitis Ciliæ hos peperiſſe. Infelices Chriſtiani, quos tanta ſævitas exagitat, ut nec prementibus hoſtibus domeſtica deponant odia. Surgat igitur tua ſerenitas, & quod potuerit huic periculo remedium adhibeat. Cæteri principes in tuam ſublimitatem cuncti fere contorquent oculos, eum ipſam quidquid egerit ſecuturi: neque enim Rex eſt in orbe Chriſtiano, apud quem plus authoritatis quam apud te ſit, qui regnorum potentia, rei militaris peritia, experientia rerum multarum, & incredibili ſapientia cæteros Europæ principes antecellis: hæc per me ad tuam manſuetudinem fide dicta ſint. Dat. Romæ die VII. aprilis anno MCDLVII.

Eorum inertia.

Expoſita Hungariæ pericula.

Rex Aragonum provocatus ut ſtringat arma in Turcas.

(a) Gobel. in comm. Pii II.

Irretitus (a) veſanis libidinibus Alfonſus ad piæ Æneæ conſilia obſurduit, & quam habebat paratiſſimam claſſem immittere meditabatur non in Turcas, ſed in chriſtianos, nimirum Genuenſes, qui ideo a ſacro bello non ſine gravi rei Chriſtianæ damno retardati fuere: at de his inferius.

Avertit ea in Ligures.

IV. Cæterum non inani ex cauſa offuſus erat Hungaris novæ irruptionis Turcicæ terror, Mahometes enim legato minitanti Turciam a Chriſtianis ipſi eripiendam, ſi Hungariam affectare pergeret, reſponderat (b), Turciam ſibi curæ non eſſe, modo Hungaria potiretur. Augebat eam ſuſpicionem eumque metum, patere barbaro occaſionem debellandæ Pannoniæ, cum inteſtinis motibus fluctuaret, tum ob Ulrici Ciliæ comitis ejuſdemque Regis avunculi cædem, tum ob Ladiſlaum & Matthiam Huniadis filios in vincula conjectos, quorum major natu Ladiſlaus extremo ſupplicio affectus fuerat. Narrant hæc pluribus Æneas Sylvius (c), Thuroſius (d), & Bonfinius (e), ut nimirum defuncto ſuperiori anno Joanne Huniade, Ulricus Ciliæ comes illius capitalis hoſtis Ladiſlaum Regem impulerit, ut Pannoniam repeteret, Albamque regalem Turcica internecione celebratiſſimam viſeret, præfuiſſe tum arci Huniadis filios, veritoſque Ulrici odia, non admiſiſſe Regem niſi quatuor militum millia, quæ adduxerat, oppido excludi pateretur: dein conjurationem procerum conflatam in Ulricum fuiſſe, eumque in arcano colloquio a Ladiſlao ferro confoſſum; preſſiſſe vero Regem alto pectore dolorem ex cæde avunculi conceptum, eumque jure cæſum profeſſum; tum comites Ladiſlaum & Matthiam in fratres cooptaſſe, neque interfectum avunculum ſe ulturum juraſſe; immo ad pellendam omnem ſuſpicionem donaſſe eos purpureis veſtibus, juſſiſſeque pullas exuere, quas ob parentis Huniadis defuncti luctum gerebant: his autem lenociniis delinitos comites Regem Budam uſque ſecutos: tum vero Ulrici affines illi ſuaſiſſe vindicandam avunculi necem, nec ferendam filiorum Huniadis temeritatem, qui facile regio capiti moliri inſidias ad ſceptrum invadendum poſſent: conditos itaque in carcerem Ladiſlaum & Matthiam, ac de iis judiciariam actionem inſtitutam, brevique latam in Ladiſlaum capitis ſententiam, Matthiam vero in vinculis remanſiſſe, quem poſtea e carcere traductum ad ſolium Hungaricum dicetur inferius.

Hungaria diſſidiis inteſtinis agitata.

(b) Lib. 1. brev. p. 80.

(c) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 66. 67. & 68.

(d) Thuroſ. chron. c. 58. 59. & 60.

(e) Bonfin. dec. 3. l. 8. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Ulricus trucidatus.

Huniadis filii in carcerem miſſi. Ladiſlaus capite plexus.

V. Interea ubi hos captos ab Hungaro Rege audivit Pontifex, Joanni Cardinali S. Angeli legato conceptum a ſe dolorem ſignificavit (f), inde ſacrum bellum retardari; imparem ſe illius ferendæ moli universos principes monere, ut vires jungant: reperiit conceptas ſpes de auxiliaribus claſſibus Luſitana & Gallica; ac demum legatum ipſum ad concordiam inter Hungaros conciliandam, vocandos ad crucis ſigna fideles, educendumque in Turcas exercitum juſſit incumbere.

(f) Lib. 1. brev. p. 80.

Joanni Card. S. Angeli.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum literis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ladiſlai Hungariæ Regis illuſtris, & tuis reſpondere pararemus, quas de ſuſpicione, quæ de adventu ſæviſſimi Turchi hoſtis habebatur, ſcripſiſti; ecce ad nos venit nuncius cum aliis literis tuis & copiis, quas una cum illis miſiſti, ex quibus tam de novitatibus, quæ in regno illo factæ ſunt, tum de certiori adventu Turchi valde turbatum eſt cor noſtrum. Dolemus ad animam de turbulentiis illius regni, in quo tum maxima ſpes noſtra expugnandi inimicos fidei collocata ſit, ægerrime ferimus, quod domeſticis diſſenſionibus a tam neceſſario ſuccurſu fides retrahatur. Tu vero quantum in te eſt, omnem adhibeas diligentiam, ut pax & unio ſtabiliatur in regno illo, vides enim quam ſit neceſſarium. Nos Deum continue precamur, ut Chriſtifidelium cordibus gratiam infundat, eoſque ſuſcitet ad exterminium infidelium, quæ res tanto nos deſiderio tenet, ut incredibili quadam cura urat animum noſtrum: & ſi tamen facultates

Omnia ſua profundit Calliſt. pro fide.

ao-

noſtra ad tantum negotium non ſufficiant, cum vix neceſſaria nobis vitæ remaneant, intelliget tamen mundus ineffabile deſiderium noſtrum non verbis ſed opere, literis, ac nunciis in univerſum declaratum. Et cum tantam molem nequeant noſtri ſufferre humeri, effuſa omni potentia noſtra non ceſſamus ſedulis hortationibus Chriſtianorum potentatuum auxilia implorare.

VI. Inſulæ aliquæ & terræ ereptæ Turcis.

Claſſis noſtra, cujus augendæ & corroborandæ continue rationem habemus, jam maritimas Turcorum terras infeſtat, multiſque non mediocribus terris, inſulis, potita eſt: & galeatia noſtra cum nonnullis aliis navibus & navigiis jam ad ipſam claſſem cum victualibus, pecuniis, grano, & aliis neceſſariis enavigavit. Cæteras vero galeas, quas hic fabricari facimus, quam celerrime abſolutas mittere curamus, & de hinc, & Sicilia, & terris noſtris ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & etiam de marchia Anconitana mittere non ceſſamus, ut valide vexetur perfidus Turcus, & recuperetur Conſtantinopolis, ad cujus recuperationem viſcera noſtra quam plurimum vulnerantur.

Adveniet inſuper cum valida & numeroſa claſſe ſua chariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Portugalliæ illuſtris, qui ut certiores facti fuimus prima hujus menſis aprilis omnino claſſem ſuam verſus nos ſolvere decreverat: cujus claſſe cum noſtra unita firmior erit potentia ad divertendum vires hoſtis, qui cum pluribus locis uno tempore laceſſitus erit, neceſſario cogetur exercitum ſuum diſtrahere. Et de Francia ad minus XXX. galeas, ut ex concordato ſuper decima levanda omni anno nobiſcum cum Rege Franciæ plenius eſt videre. Et de Anglia in brevi ſcies, & Britannia, ac Burgundia, & de Rege Aragonum. Si ſingula ſcriberemus, non ſufficeret papyrus. Etiam ex Caſtella, etſi contra Granatam chariſſimus in Chriſto filius noſter Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris nobiſcum certo modo aſſiſtit. Utinam Veneti, qui tam frigidi ſunt commonitionibus noſtris obauditis nobiſcum eſſent. Dux Mediolani bene optat, & ſi vicariatum Lombardiæ ſibi concederet imperium, ut inſtamus, anno præterito & præſente armigeros miſiſſet in numero competenti; ſed mittere, & non honorari per Imperatorem velut ducem Mediolani, forſitan quam ſit ei grave, conſideret quiſque. Si tu proficere poſſes ad hoc obtinendum, ad minus tria vel quatuor millia armatorum ab eo nobis inſtantibus miſſi fuiſſent in ſubſidium Hungarorum contra Turchum; ſed non deſiſtunt miniſtri per mare & terram; & videbis gloriam Dei, uti in illa glorioſa victoria miraculoſum viſum extitit toto mundo.

Triginta triremes promiſſæ a Gallis pro expeditione Conſtantinopol. Caſtellani ſubſidia polliciti.

Capto a Mediol. diffugia.

VII.

Tua igitur circumſpectio utatur ſolita diligentia, prudentia, & induſtria, ut Hungari ad terreſtre certamen ſe accingant, & in occurſum hoſtium pergant: nam victoria in illorum manibus eſt. Deus enim non deſeret plebem ſuam, ſed mirabili virtute, & potentia inſolentiam & crudelitatem hoſtium ſuæ ſanctæ religionis confringet, & excita Imperatorem & Alamanos, & alios ipſarum partium ad tantum incendium extinguendum. Subventionem, quam tibi deputavimus, ſtatutis terminis eam facere non omittemus, prout hactenus non omiſimus, & proximis diebus per bancum de Mediciis tibi miſimus tria millia ducatorum pro tempore, quo ſumus uſque ad menſem ſeptembris proxime futurum, quam quantitatem ante receptionem harum literarum firmiter tenemus te habere, & ita ſe obligavit Robertus, & ita deinceps ſemper faciemus, & utinam ſanguinem proprium noſtrum ſimul cum Hungaris & aliis crucesignatis, expendere poſſemus; ſcimus enim non mereri martyrem eſſe: & volumus, quod corpus illius ſervi Dei fratris Joannis de Capiſtrano ſepeliatur: forſitan in brevi erit apud te ille fidelis ſervus Dei frater Jacobus de Marchia, qui ibi eſſe ſitit abunde. Et quis catholicus ad tam laudabilem pugnam currere & intereſſe non debet?

Juſſus legatus Cæſarem & Germanos excitare.

Corpus B. Capiſtrani ſepeliri juſſum. B. Jacobus e Marchia in Hungar. miſſus.

Sis forti animo & Dei athleta, quoniam in te, ſi fas eſt dicere, in te nomine noſtro & ſedis Apoſtolicæ quieſcit tota religio Chriſtiana. Et infra: *Et ſi quadam deſperatione perfidus Turcus utatur viſis literis tuis, quod non curat de Turchia, ſed habere Hungariam, quod alienum eſt a re militari, dolemus: multo magis de captura ſeu detentione illorum, quos Rex Hungariæ fecit de ſuis. Tempus non patitur talibus uti,* quia omne regnum diviſum, &c. *labora ad unionem, prædica crucem, crucesigna, quia Deus eſt nobiſcum. Si viriliter per Regem & ſuos, te mediante, crucis inimico viriliter obvietur: quod ut ita fiat præcipimus & mandamus, & qui aliter ſentit, membrum eſt diaboli, & ira Dei ſuper eum. Regi ſcribimus & Cardinali Strigonienſi, ut videre poteris in copiis incluſis. Ad tuas enim literas & per te dicenda eos remittimus, paucis verbis utendo, & non verificetur dictum Salomonis.* Væ regno, cui Rex puer eſt, mulier, aut furioſus. *Et de hoc ſatis, & aviſa continue, uti nos facimus. Dat. &c. die x. aprilis MCDLVII ann. II.*

Legatus cruce Hungaros ſignare juſſus.

VIII. Conciliare pacem inter Regem & Cæſarem.

Præter inteſtinas illas Hungarorum diſſenſiones, vigebat adhuc bellum inter Ladiſlaum & Fridericum Imperatorem, cui ſedando Calliſtus legatum dare operam juſſit (a), cum inde Turcarum augerentur animi ad Pannoniam invadendam,teperent cæteri Chriſtiani principes, ac pontificii in oriente conatus debilitarentur, quo argumento hæ ſcriptæ literæ.

(a) *Lib. 1. brev. p. 94.*

Cardinali S. Angeli legato, &c.

Dilecte fili ſalutem, &c. Gravi dolore

atque

Digitized by Google

atque moleſtia animus noſter afficitur ex diſcordiis ac turbulentiis, quæ bonorum omnium turbatore cooperante in partibus illis vigere nunciantur, & de periculo in quod nuper incidit chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Nec poſſumus ſatis explicare conceptum dolorem & mœſtitiam ex hac calamitate. Videmus enim eas partes inteſtinis incendiis ardere, principes in domeſticam perniciem arma cepiſſe, quorum

Debilitatæ vires Christiani imperii ex intestino bello.

authores firmamenta fidei, & propugnacula Chriſtiani nominis habiti ſunt. Omnis autem hæc contentio pro hoſte eſt, qui longe acrior ad oppugnationem Chriſti fidelium inſurget, ubi viderit illos inter ſe manum conſerere, qui ſoli ſibi obſtabant, ne ſuum malignum propoſitum conculcandæ fidei exequi poſſet. Ex quo hoc etiam malum redundat, quod omnes noſtri, & reliquorum Chriſtianorum conatus ad nihilum recidunt. Nam quid prodeſt nos in tantis difficultatibus omnium rerum claſſem incredibili celeritate & innumerabili ſumptu uno quaſi tempore & conſtruxiſſe & in orientem miſiſſe? Quid contulerunt obnixæ imploratıones, quid adhortationes, quid denique lachrymæ noſtræ profuerunt, quibus univerſum jam Chriſtianum orbem commovimus, ſi Hungaria, quæ aditus & porta eſt barbaris ad occupandam Chriſtianitatem, & Germania in cujus opibus firmiſſimum ſubſidium ſitum eſt, domeſticis vexationibus quatiuntur? Profecto hæc mala excruciant animum noſtrum, & cui aliqua ratione occurrere ac mederi vellemus. Scribimus ſuper hoc eidem Imperatori, archiduci & duci Auſtriæ nec non Regi Hungariæ illuſtri, eoſque quantum obnixe poſſumus ad pacem hortamur, mittimuſque ad eos dilectum filium Georgium de Lapide notarium noſtrum, qui pro concordia & unione eorumdem omnia experiatur. Nec minus circumſpectionem tuam hortamur, ut diligentiſſime ſtudeat tanta ſcandala prohibere, teque his diſſenſionibus ſedandis utiliter interponas, ex quo maximum honorem & gloriam conſequeris.

Intelleximus te in regnum Boſnæ parare proficiſci, credimuſque circumſpectionem tuam optimo conſilio id facere, ſed cum tantæ turbationes in Hungaria & Alemania ſint, vide & circumſpice quid optimum factu ſit: nos enim in tua ſingulari prudentia plurimum confidimus. In facto es & vides quid, quo ratione providendum ſit. Supereſt, ut quod melius eſt exequaris, & nos continue de occurrentibus certiores reddas: ſemper enim eſt in ſuſpenſo mens noſtra, & in horas ſatagit audire, quæ fiunt. Dat. &c. die xxiv. mens MCDLVII.

IX. Frider. Cæſar in diſcrimen vitæ adductus.

Incrudnere adeo inter Fridericum & Ladiſlaum odia, ut Friderici vitæ comparatæ inſidiæ fuerint, quare maximi motus in Pannonia Germaniaque ſunt excitati, de quibus Calliſtus in literis ad Alanum Cardinalem in Galliis legatum ita queritur (a): *Intelleximus, non ſine ſummo mœrore, ingentes diſcordias & diſſenſiones in Hungaria & Alemannia ſubortas eſſe, ex quibus tanti inter principes illarum partium motus excitati ſunt, ut quod quaſi abominabile eſt, chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Imperator ſemper auguſtus in diſcrimen capitis adductus ſit.* Ob ſtructas itaque ſibi inſidias valde iratus Fridericus bellum atrox Ladiſlao intulit, atque Auſtria ab ambobus cruore flammaque fœdata eſt: ad quæ tollenda mala Pontifex eundem Fridericum flectere ad pacem redintegrandam, vertendaque in Turcas arma his precibus conatus eſt.

(a) Lib. 1. brev. p. 94.

Bellum infert Hungaro inſidiatori.

Chariſſimo in Chriſto filio Romanorum Imperatori ſemper Auguſto.

*Quia diſcordia veſtra tanto magis nos angit, quanto magis Chriſtianæ reipublicæ damnum reſultat, ſerenitatem tuam rogamus, ut ante tuos * ponas primum cum quo contendis, & ubi contendis; quia cum carne tua, cum ſanguine tuo, cum fratre tuo, & in domo tua, in agris paternis, in hereditate avita bellum geris, in quo nec perdere nec vincere tutum eſt, conſidera quod tu Imperator es advocatus Eccleſiæ, protector fidei catholicæ, primus inter ſæculi principes, primus qui arma pro defenſione religionis noſtræ induere debeas. Conſidera quod tu ille es, in quem omnium Chriſtianorum oculi conjecti ſunt. Qui ſi, quemadmodum tibi ex officio incumbit, adverſus impiam Turcorum gentem arma promoveris, univerſos ferme Reges ac principes, ut te ſequantur, provocabis, labantemque rem Chriſtianam magnifice ſublevabis: ſin vero domi manſeris aliis occupatus curis, nemo erit qui bellum Chriſti gerere velit, eriſque tu ipſe cauſa cur noſtro tempore fides catholica negligatur.*

* oculos

Admonitus ut arma vertat in Turcam.

Intellexiſti quæ fecerunt Turchi ſuperioribus annis, ut Conſtantinopolim orientalis imperii caput ac totius Græciæ columen invaſerunt, ut urbes quamplurimas incenderunt, ut Chriſtianum ſanguinem effuderunt, ut altaria everterunt, ut ſanctorum reliquias canibus objecerunt, ut imagines Dei noſtri glorioſæque matris ejus aut lanceis effoderunt, aut ſputis lutoque deturparunt. Scis quæ nunc cogitant, quæ parant, quæ moliuntur: nullum illis ſtudium ardentius, nulla cura propenſior eſt, quam ut ea agant, per quæ poſſint Chriſtianam gentem funditus perdere: vincula, verbera, neces fidelibus omnibus comminantur. Prope eſt eorum gladius, & adeſſe feſtinant tempora; & tu inteſina ac patruelis tuus arma, quæ merito in hoſtes fidei verterentur, contra ſubditos & vaſallos veſtros exercetis.

Propoſita male ingeſtæ a Turcis patrata.

Moliri ipſos gentem Chriſtianam excindere.

Dices fortaſſe quieviſſem, niſi me magna neceſſitas impuliſſet: ſed parata fuerunt

ſunt inſidias mihi: hereditas mea in periculo poſita eſt, coactus ſum arma pro defenſione capeſſere: invitus pugno cum ſanguine meo. Poſſibile eſt quod ais, nihil inficiamur: age ſint vera quæ refert omnia, ſit juſtiſſima tua cauſa: at juſtius eſt pro Chriſto pugnare, & major neceſſitas eſt hereditatem Chriſti, quam tuam defendere: ſi tua perit, eſt adhuc ubi ſalveris; ſi perit Chriſti hereditas quod tamen nullo pacto futurum putamus & tuam hereditatem perire oportet, & Chriſtianæ reipublicæ fundamenta corruere. Cogita igitur de communi periculo prius, & majora minoribus antepone: exquirito omnes vias, quibus cum patruele tuo quantum ſanguine jungeris, tantum dilectione & affectu ſincero copuleris, nec illi imputes quoquomodo quæ per alios ætati teneræ ſuggeruntur. His additæ novæ preces, ut cum Ludovicus Bavariæ dux in Auſtriam pro pace inſtauranda ſe conferat, eoque etiam Apoſtolicæ ſedis legatus profecturus pateret, concordiæ animum accommodet, deque jure ſuo nonnihil decedat, majora enim illi tributum iri a Deo: educat e Germania una cum aliis principibus cruceſignatas acies, jungatque cum Ladiſlai copiis, ad Græcos e ſervitute Turcica vindicet, & Conſtantinopolim turpiter amiſſam ingenti gloria recuperet. *Dat. &c. pridie kal. ſeptembris anno MCCCCLVII.*

Communis res privatæ anteferenda.

X. Ladiſlaus ad jungenda in Turcas cum Cæſare arma commonitus.

(a) Aſſeruntur ejus lit. a Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Admonitus (a) pariter Ladiſlaus, ut omiſſo Auſtriaco bello fœdus ſanciret cum Friderico, & Hungariæ regno, cujus abjeciſſe curam videbatur, conſuleret.

Hungari crebris excurſionibus Turcar. infeſtati.

Calliſtus, &c. Tibi non minor cura eſſe debet ad hoſtes fidei propulſandos, & maxime Turcas, qui regno tuo Hungariæ latiſſimo & quondam florentiſſimo non ſolum vicini ſunt, illique moleſtias in dies inferunt, ſed etiam non parvas ejus provincias ſibi uſurpaverunt: dolemus certe & angimur vehementer, cum in dies ex illo regno Chriſtianos capi & in barbaricam deduci captivitatem accipimus, miramurque te non majori ſtudio teneri pro defenſione ipſius regni, quam videmus; qui, dum in Auſtria cum patruele tuo contendis, præfati regni curam poſtpoſuiſſe videris, tanquam plus doleas unam tibi per Chriſtianos villam auferri, quam ſi per Turcas una provincia ſurripiatur. Certe illud palam eſt quod, cum tu & dictus Imperator invicem diſcordes eſtis, & domeſtico bello implicitis non ſolum Hungaria, ſed tota vere Chriſtianitas in periculo ponitur; nam quomodo Gallici & Hiſpani vel Anglici contra Turcas exercitum ducere curabunt in remotis agentes, quando vos, qui prope eſtis, & quorum potiſſime res agitur, inter vos diſſidentes nihil cogitare videmini ſuper his, quæ Turcorum perfida gens adverſus Chriſtianos in dies molitur? Dat. &c. Paruit Pontifici Ladiſlaus ac legationem ad Fridericum, pro pace conficienda decrevit (b), jamque de formula fœderis pene conventum erat, cum Ladiſlaum mors inopina abſtulit. Hortatus erat jam ante ineunte anno eundem Regem Pontifex; ut exercitum in expeditionem adverſus Turcas educeret, ac partas a legato pontificiæ claſſis præfecto victorias ad illum magis confirmandum ſignificaret (c).

Hungarorum diſcordiæ exitiales rei Chriſtianæ.

(b) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 69. Card. Papien. l. 6. comment. & Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.

Calliſtus, &c. Ad XXIX. *decembris,* (nimirum anni ſuperioris,) *accepimus literas a claſſe noſtra, quemadmodum tres inſulas Turcorum expugnaſſet, & ad obedientiam ſanctæ matris Eccleſiæ reduxiſſet, ſcilicet Mitilinum, Taxum, & Stalimenum, quæ conficiunt circa LX. millia animarum. Vides igitur, potentiſſime Rex, quanta nobis auxilia præſtet omnipotens Deus, vides infideles ipſos ante & retro profligatos, exterritos, & in magnam trepidationem compulſos, vides dexteram glorioſiſſimi Jeſu Chriſti nos ad delendam perditiſſimam gentem convocare. Perſevera igitur, fili chariſſime, ut in victoria nobis cœlitus undecunque data, ac quod reliquum eſt damnatiſſimæ gentis cum adjutorio victoriſicæ crucis conteramus, &c.* (Vetat inducias iniri.) *Dat. die ſecunda januarii MCCCCLVII. pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Propoſitæ Hungaro partæ a legato victoriæ.

(c) Lib. 1. brev. p. 55.

Mitylenæ, Toxus, Stalimenæ ereptæ Turcis.

XI. Confirmatus a Pontifice Ladiſlaus Mahometem inducias cum Hungaris flagitantem repulit, quo circa Ladiſlaum ipſum commendavit (d) Calliſtus in literis ad Cardinalem Strigonienſem Apoſtolicæ ſedis legatum datis (e).

Turcicas inducias reſpuit Ladiſlaus.

(d) Ib. p. 81.

(e) Ib. p. 82.

Calliſtus, &c. Certe optimum fuit conſilium, nam cum omnes Chriſtiani potentatus illius regni & nationis Hungaricæ firmum quoddam præſidium fidei catholicæ habeant, ſi paululum a ſolita conſtantia regnum ipſum declinaſſet, titubaſſent profecto omnes & animi Chriſti fidelium, qui aſſiduis hortationibus noſtris caluerant, & in ſubſidium Chriſtianæ religionis accenſi ſunt, omnino refrixiſſent. Ad hoc accedit quod impiæ hoſtis non ſtudio pacis petit inducias, ſed ſuam opportunitatem inſidioſa fœderis oblatione captata, ut improviſos & imparatos chriſtianos aggrediatur. Abſit igitur, ut tam damnoſa treuga fiat. Dat. X. *aprilis anno MCDLVII. pontificatus noſtri anno* II.

Collaudatus a Calliſto.

Suſpecta hoſtium fœdera.

XII. Hæc Calliſtus qui incredibili Turcici delendi imperii & Mahumeticæ ſuperſtitionis excindendæ deſiderio flagrabat, profeſſuſque (f) eſt numquam ſe donec vita ſupereſſet, a defendenda Chriſti cauſa, religione neque amplificanda defecturum, ac B. Jacobum Picentem Minoritam ſanctitate & miraculis illuſtrem, uſque ad martyrii palmam aſpirantem in Hungariam miſit, ut B. Joannis Capiſtranenſis muneri in crucis ſymbolo fidelibus conferen-

(f) Ib. p. 91.

B. Jacobus Picens B. Capiſtrano ſuffectus.

do

do, & ſacris concionibus habendis ſuccederet quem Ladiſlao Regi ſubjectis commendavit literis (a), addita adhortatione ut vires in Turcas effunderet, adjunctaque ſponſione divinum ei atque apoſtolicum præſidium in proferendo Chriſtiano cultu numquam defuturum.

(a) Ead. pag.

Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum omnis noſtra cogitatio, & omne conſilium ad opus ſanctiſſimæ expeditionis in Turchos & impeditionem infidelium concitata ſint, & in horas creſcat ſalutaris cura in corde noſtro non deſiſtimus omnia tentare & aggredi, per quæ incredibile deſiderium noſtrum feliciter exequi valeamus. Quæ hactenus egerimus ad reprimendum furorem immaniſſimi hoſtis ſuperfluum putamus ſerenitati tuæ replicare, cum notiſſimum eſſe ſciamus quanta in difficultate rerum claſſem inſtruxerimus, legatum cum ea in orientem miſerimus, omni denique ratione Chriſtianum orbem ad ſuccurrendum labenti fidei, tum legatis & nunciis, tum maxime continuis literis & obſecrationibus commoverimus, quorum regnum tuum non fuit expers, cum continuo tibi noſtrum legatum teneamus: ob quæ non remollitus eſt animus noſter, immo magis ac magis inflammatus eſt, nec quieſcere poterit quoad voti compos oppreſſum ſenſerit impium Turcorum tyrannum, & fidei ſacroſanctæ, extinctis infidelium conatibus pacem & quietem reſtitutam. Hæc cura ſtabilem in mente noſtra ſedem ſibi fecit, hæretque ſtimulus quidam igneus noſtris ſenſibus, qui inde avelli numquam poterit, quouſque vitales auras duxerimus. Et quoniam ſæpe vidimus inefficaces eſſe omnes humanos conatus, niſi divino brachio dirigantur; expertique ſumus, quid ſuperiore anno valuerint ſanctæ orationes, quas ad Deum nos hic fecimus, & per univerſum fieri ordinavimus, optimum exiſtimamus mortalibus armis divina adjungere ſubſidia.

Divina auxilia cum humanis imploranda.

XIII. *En igitur mittimus iſtuc dilectum filium fratrem Jacobum de Marchia ordinis Minorum profeſſorem ſervum Dei, & militem Chriſti ardentiſſimum, cujus tum doctrina & ſanctimonia vitæ, tum fervore & charitate accenduntur animi Chriſti fidelium. Nam cum ſuperiore anno acerba quidem, ſed glorioſa ſibi mors, nobis eripuerit fratrem Joannem de Capiſtrano, hic erit ſanctorum operum illius, & glorioſi laboris ſucceſſor, qui divino exuſtus fervore charitatis animam ſuam quam Deo dicavit, conſtanter exponere paratus aderit. Eidem fratri Jacobo confirmavimus omnes bullas, quas dudum felicis recordationis Eugenius prædeceſſor noſter ei conceſſerat, dum alios contra hæreticos præfectus eſt, aliiſque facultatibus eum munivimus, quatenus honorem Dei, augmentum fidei, honorem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis, animarumque ſalutem concernunt, quibus Chriſti fideles inducere poſſit ad ſanctam militiam crucis capeſſendam.*

Supereſt ut tua ſerenitas virum iſtum, cujus adventum tibi charum fore non dubitamus, commendatum in omnibus ſuſcipiat, eique faveat opportune. Cum autem tempus inſtet prodeundi in hoſtem, hortamur ſerenitatem tuam, ut ſe ad divinum, & inclytum certamen totis viribus accingat, ſpemque concipiat certiſſimam futurum ut Dominus omnipotens non minorem victoriam de barbaris populo ſuo præſtet hoc anno, quam ſuperiore conceſſit. Datum, &c. die XVII. maii MCDLVII. Commendavit quoque eundem Jacobum Joanni (b) Carvajal legato apoſtolico, tum Hungariæ ac Bohemiæ epiſcopis (c); illumque ampliſſimis mandatis & prærogativis inſtruxit (d), ut Hungaros & Bohemos in ſacra arma concitaret, ac religionis ſplendorem ab hæreticis Huſſitis obſcuratum in priſtinam gloriam reſtitueret (e). Miſſus etiam eandem ob cauſam fuit Henricus Rovarella theologus quæſtor pontificiorum cenſuum ac Bohemiæ, Sileſiæ, Moraviæque principibus commendatus (f).

B. Jacobus Picens ampliſſima poteſtate inſtructus.

(b) Ib. p. 92.
(c) Ib.
(d) Ib. p. 91.

Religioni in Bohemia inſtaurandæ dare operam juſſus.

(e) Ead. pag.
(f) Lib. 13. p. 268.

XIV. Ad componendas eaſdem religionis controverſias decreviſſe Ladiſlaum ad Pontificem inſignem legationem Æneas Sylvius (g) & Coelæus (h) referunt: quo tempore etiam oratores ad Carolum VII. Francorum Regem ad Margaritam illius filiam ſibi jungendam thoro legavit; ſed ut humanarum rerum ſumma inconſtantia & vitrea fœlicitas eſt, Ladiſlaus, idem Hungariæ ac Bohemiæ Rex, qui ad ſummas ſpes pubeſcebat, repente obiit, decubuit enim æger (i) horis tantum triginta ſex vel ſeptem. Cum vero is medicorum remedia a mali ferocia eludi perſentiret, abjecta corporis cura, ad ſalutem animæ enixe incubuit, ac plurima in eo pietatis ſigna extremo illo vitæ tempore in eo emicuiſſe, refert Æneas Sylvius (k).

(g) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 69.
(h) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.
(i) Extrea de re lit apud Æn. Sylv. n. 324. & ex cod. apud Cocl. l. 11.
(k) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 70.

XV. *Intromiſſis*, inquit, *ſacerdotibus de curatione animæ actum: Chriſtiano more ſacramenta exhibita Rex ornamenta ſua Pragenſi eccleſiæ legavit, juſſitque crines in auri modum fulgentes, ne qua ſupereſſet vanitas, amputari: id miniſtri cauſas moræ nectentes neglexere. Ubi anima ægra amplius demorari non potuit, ſacram candelam petiit, eamque manu prehendit, & intuens Salvatoris imaginem crucifixi orationem dominicam dicere orſus, ad finem uſque perduxit; pronuntiaviſque ultimis verbis, ſed libera nos a malo, nihil amplius locutus non extrema pati ſed quietem arripere viſus mortalis vitæ lumen reliquit. O imbecillem humanæ naturæ conditionem! O inanem mortalem gloriam! O cæcas hominum mentes! Quid jactamur, quid extollimur, quid eſt quod dignitates, opes, potentiam, tantopere flagitamus perpetuo?*

Ladiſlai pius obitus.

Humanæ fragilitatis triſte exemplum.

petuc? His frui cui datum? Ladiſlaus nobiliſſimus adoleſcens duodeviginti natus annos, in ipſo ætatis flore, in ipſo gloriæ culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, deliciis atque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra ſex & triginta horas poſtquam ægrotare cœpit, extinctus eſt. Ipſius porro mors eo Chriſtianæ rei funeſtior extitit, quo Carolum Francorum Regem, contracta ea affinitate, Turcicam expeditionem meditatum refert auctor; additque Joannem e Luſitanica ſtirpe, qui regnandi ſpe Carolam futuram Cypri Reginam duxerat, obiiſſe.

Intermiſſa a Gallo Turcicæ expeditionis conſilia.

XVI. Cæterum de Ladiſlai religione & pio obitu conſentanea tradit Jacobus Cardinalis Papienſis (a), quam contigiſſe XXIII. novembris die refert Coclæus (b): confirmantque illum hoc anno, non inſequenti, ut vult Thuroſius (c), defunctum literæ (d) hoc eodem anno exeunte Viennæ exaratæ. Plures autem in eam ſententiam abiere, Georgium Podiebratium & Rockyzanam Huſſitarum hæreſeos anteſignanos violentam illi mortem veneno conſciviſſe: verebantur enim, ut Sylvius indicat, ne Ladiſlaus, qui ſemper animo reque ipſa ab hæreſi (e) abhorruerat, concurrentibus nuptiarum ſpecie catholicis principibus, hæreticos e Bohemia tolleret. Agunt pluribus de Ladiſlai morte præter Æneam Sylvium Thuroſius (f), de quo paulo ante memoravi, Bonfinius (g), Dubravius (h), & alii. Nec prætereundum ſilentio poſt evoluta plura tempora refoſſum Ladiſlai corpus corruptionis immune repertum non ſine inſigni adeptæ felicitatis æternæ argumento: & quamvis Thuroſius (i) innuat illum divino judicio percuſſum, ob Ladiſlaum Huniadis filium contra jusjurandum affectum ſupplicio, non deerant tamen juſtæ cauſæ, quæ mortem Ciliæ comitis vindicandam ſuaderent. Ut porro Hungariæ Bohemiæque regna atque Auſtria conjuncta in Ladiſlao, divulſa fuerint, proximo dicetur anno: nunc intermiſſum de bello Turcico ſermonem repetitari, ex Hungaricis rebus ad Boſnenſes digredimur.

(a) Papien. com. l. 6.
(b) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 11.
(c) Thuroſ. chron. c. 62.
Huſſitæ necem illi intuliſſe crediti.
(d) Ext. apud Æn. Sylv. n. 324.
(e) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 71.
Ejus corpus diu corruptionis immune.
(f) Thuroſ. c. 62.
(g) Bonfin. l. 3. dec. 8.
(h) Dubrav. l. 29.
(i) Thuroſ. rer. Bohem. l. 2.

XVII. Imperabat Boſnæ Stephanus Thomas Rex jam ante Romanæ eccleſiæ ritu & fide conjunctus, qui ex parta ab Hungaris victoria confirmatus, acceptas jam ante a Turcis clades ulciſci, atque amiſſa repetere decrevit, miſitque Nicolaum e Sibinico Minoritam ad Pontificem, ut pia de conficienda a ſe ſacra expeditione conſilia exponeret, poſceretque crucem, ac triumphale ejus vexillum apoſtolica ſacratum prece in fidei hoſtes attollendum mitti. Excepit benigne legationem Calliſtus, Regemque ipſum ſacri belli cupidum hiſce cohortationibus vehementius accendit (k).

Boſnæ Rex ſacrum in Turcas bellum ſuſcipit.

(k) Lib. 1. brev. p. 97.

Calliſtus, &c. Ad perditionem & perſecutionem perditiſſimarum hoſtium vivificæ crucis regium iſtum animum tuum totis viribus convertere aduitaris, ad quam rem & ſi ſatis intelligamus te inclinatum pro tua in Deum pietate & bonitate regia, reducimus tamen ad memoriam quod in nulla re clariorem famam, aut magis celebre nomen vendicare tibi poteris, quam pro fide Chriſti adverſus perfidos hoſtes viriliter pugnare, & pro exaltatione fidei orthodoxæ facultates tuas exponere. De cruce autem, auxilio, ac vexillo cruciatæ a nobis tibi dando, volumus quod cum dilecto filio noſtro Joanne S. Angeli diacono Cardinale A. S. L. colloquaris; eidem enim ſcribimus, ut celſitudini tuæ ea authoritate noſtra concedat, quæ & honorem noſtrum concernunt, & dignitati & tuti patriæ iſtius regni tui conducant. Dat. die XXIV. aprilis MCDLVII. Extant ea de re ad Joannem Carvaial Cardinalem S. Angeli literæ (l), ut Stephanum Thomam ad ſuſcepta perficienda conſilia induceret, atque ab eo petitis aſſentiretur.

Animatus a Calliſto ad illud gerendum.

(l) Ead. pag.

XVIII. Repetita eadem mandata fuere, cum in ea mente confirmatus vectigal Turcæ pendere denegaſſet, miſiſſetque Britium Pannonem & Demetrium Macedonem Minoritas ad Apoſtolicam ſedem, qui iterum præferendam in Turcas crucem flagitarent, ac regium erga Romanam eccleſiam ſtudium exponerent, de iis enim hæc habet Calliſtus in literis ad eumdem Joannem legatum Cardinalem ſcriptis (m).

(m) Ib. p. 102.

Calliſtus, &c. Multa nobis retulerunt de fide & devotione ipſius Regis erga nos & religionem Chriſtianam, & de optimo & laudabili propoſito ſuæ ſerenitatis prodeundi viriliter in Turcos & expugnationem eorum peſſimæ nationis, & quod jam ipſe Rex deſiit pendere tributum, quod hactenus ipſi tyranno Turcorum dare conſuevit; inter alia autem iidem fratres cum maxima inſtantia a nobis poſtularunt nomine dicti Regis, ut ſuæ celſitudini ſignum vivificæ crucis mittere vellemus, & concedere vexillum ſedis Apoſtolicæ, ſub quo militiam hanc divinam obire affectat. Dat. &c. Contulit ſe in Boſnam Joannes, ac plura de gerendo in Turcas bello cum Stephano Rege conſtituit magnæ ſapientiæ laude, de quibus Pontifex illum hac commendatione ornavit (n) in literis XVI. octobris ad ipſum miſſis.

Vectigal barbaro pendere abnuit.

Crucem ſibi a Pont. mitti petiit.

Legatus pontificius profectus in Boſniam.

(n) Ext. ea lit. apud Æn. Sylv. n. 329.

Calliſtus, &c. Intelleximus, quæ geſſeris in regno Boſnæ, laudamus opera tua & omnia per te geſta prudenter & accurate recognoſcimus, commendamus quoque circumſpectionem tuam, & animi conſtantiam ac bonitatem, quæ dum Chriſti Dei noſtri negotium agit, nec labore frangitur nec timore deterretur, neque periculo ulla a ſancto propoſito detinetur: multa tibi debet Apoſtolica ſedes; Et quidem pro ſingulari virtute tua proque gravibus laboribus

Multos labores pro fide tuenda obit.

bus quos perpeſſus es, ſcimus nos plurimum tibi obligatos, conabimurque vita comite, pro tuis meritis perſonam tuam honorare: nunc tamen neceſſe eſt ut perſeveres in ſancto opere, perſonamque tuam a labore cœpto non retrahas, ſed pro tuâ excellenti prudentia in his continues, quæ ſalus Eccleſiæ ex te depoſcit. Dat. &c.

XX. Non fuere hæc vana verborum lenocinia ſed veræ laudes: optimæ quippe Joannes Carvajal erat meritus de re Chriſtiana, pro qua augenda nulli parcebat labori, florebatque opinione ſanctitatis; geſſerat vero adeo ſtrenue ſe cum Boſnæ Rege, ut religioſam in Turcas militiam fuerit profeſſus, de quo Calliſtus eſt eidem Regi gratulatus hiſce literis (a).

(a) Lib. 1. brev. p. 112.

Calliſtus, &c. Intelleximus tuam celſitudinem adverſus perfidos Chriſti hoſtes Turcos continuo bellum gerere, ac diſpoſitam eſſe ad principium menſis ſeptembris proximo futuri in campum & caſtra contra prædictos exire. Laudamus, chariſſime fili, tuæ excellentiæ fervorem fidei, ac animi magnitudinem, hortamurque ut in propoſito perſiſtere ac perſeverare velis: nam aderit tibi adjutor Deus exercituum, cui nulla eſſe poterit reſiſtentia, & nos pro poſſe opem in cunctis neceſſariam afferemus.

Additi Regi pii ſtimuli.

Nonnulliſque interjectis, quibus addidit e Dalmatia cruceſignatas copias & aurum ſubſidiarium e decumis ſacerdotiorum redactum ſubmiſſum iri, ſubiicit: *Exurge igitur, miles Chriſti, & in barbaros viriliter pugna, de quibus ſtragem videbis, victoriam [dante Domino] glorioſiſſimam reportabis, nec velis kal. ſeptembris expectare, quin potius debebis quamprimum Dei & noſtro auxilio & noſtra benedictione in eductione exercitus properare. Dat. IV. kal. auguſti anno III.* Quod ad Dalmatiæ decumas attinet promiſſas Boſnenſi Regi, fuere quidem illæ ipſi conceſſæ ampliſſimo diplomate (b), rogatuſque dux Venetiarum, ut eas illi tribueret, tum e Dalmatia crucis ſymbolo inſignitas copias ſubmitteret cumque dux ipſe vereretur Turcas in ſe aſperare, ſi auxilia contra ipſos ſuppeditaſſet, hunc illi metum Calliſtus excutere niſus eſt ſic inquiens (c): *Conſidera, dilecte fili, quare nomen Turchi tam famatum & terribile, nunc eſt annus, glorioſa victoria per nos procurata fere exinanitum, & credas nobis, Spiritu Sancto flante tibi & aliis hæc loquimur.* Is erat Franciſcus Foſcarus, quem Veneti, cum ſenio admodum affectus eſſet, ut gerendæ reipublicæ imparem gubernaculis ſubmovere, cui ignominiæ diu ille ſuperſtes eſſe non potuit. Cæterum Dalmatiæ decumæ poſtea inter Boſnæ & Hungariæ Reges, ac Macedoniæ principem æquis portionibus dividi juſſæ (d), addita hac decreti pontificis cauſa (e): *Ut earum ſubſidio alter ad expugnationem Turcarum viriliter animetur, alter ſcilicet Scanderbegus, intra cujus fines exercitus ſæviſſimi hoſtis graſſatur, facilius impetum ejus ſuſtentare poſſit.* Non incurrerat Mahometes in Pannoniam, quamvis extremum illius excidium interminatus eſſet legato apoſtolico; ſed in Macedoniam, ad opprimendum Scanderbegum ſtrenuiſſimum religionis propugnatorem exercitum convertit, nec deſpondit animum Scanderbegus ob hoſtium innumerabilem multitudinem, ſed in eos copias, quas habebat, educere decrevit, ſimulque Pontificem de barbarica irruptione certiorem fecit: qui illum ad conſtantiam in confringendis Turcarum molitionibus, locandamque in Deo ſpem excitavit (f), promiſitque aliquot triremes ſubſidio ei ſe miſſurum.

(b) Lib. 13. p. 110.

Veriti Turcas Veneti nolunt auxilia Boſnæ Regi ſubmittere. Ejuſmodi metum ipſis adimere nititur Pontif.

(c) Ib. p. 110.

Franciſcus Foſcarus ducatu ob ſenium exutus.

(d) Ib. p. 129. & 123.

(e) Ibid.

Scanderbeghus Mahometis ſuſtinet impetus. A Calliſto poſcit auxilia.

(f) Ib. p. 96.

Georgio Caſtrioto Scanderbeg Albaniæ domino.

XXI. *Binis literis tuis uno tempore receptis certiores effecti ſumus de adventu perfidorum Turcorum ad expugnationem terrarum tuarum: ex quo ſignificas, te non parvo timore perculſum, dubitaſque quonam pacto irruentibus hoſtibus obſiſtere poſſis; non tamen propterea animum demiſiſti, quin totis viribus in occurſum hoſtium ire intendas. Nos, dilecte fili, de tua nobilitate ſemper optimam opinionem habuimus, cognovimuſque quanta perſeverantia & quam ſtrenue in partibus illis pene ſolus obſtiteris ſæviſſimis Turchis ſatagentibus per aditum terrarum tuarum recuperare ad damna & oppreſſionem Chriſtifidelium: nec parva apud catholicos eſt gloria tua illuſtrata tot benegeſtis rebus, & quadam quaſi continua felicitate vincendi: Quare te hortamur, ut animum tuum piiſſimum non ſolum conſtanter ſerves pro defenſione fidei orthodoxæ, ſed eum viriliter augeas, & ſpem certiſſimam concipias, fore ut omnipotens Deus ſævos conatus barbarorum infringat, & militibus ac defenſoribus ſanctæ religionis vires & potentiam ſubminiſtret.*

Commendatur ob res bene geſtas.

Vehementius accenditur.

Nec te terreant ulla minæ, nec numeroſas copias formides: nam Deus non deſerit plebem ſuam, qui vel ſola nutu ſuis propugnatoribus victoriam contra innumerabiles exercitus dare poteſt. Quis enim ſuperiore anno magnitudine impendentis periculi proſtratus non erat, cum impius Turcarum tyrannus in faucibus Hungariæ cum inaudita potentia ad eam occupandam obſtinatiſſimo animo immineret? at Deus omnipotens, dominus exercituum divinam infudit virtutem cordibus Chriſtifidelium, & in eorum brachiis potentiam fecit. Qui non modo non eſſe feralibus auſi Turchi, ſed eum, qui terrore ſuo mundum pœne compleverat exutum caſtris, amiſſiſque infinitis bellici apparatus inſtrumentis, in fugam turpiſſimam cum maxima ſtrage compulerunt. Sed quamvis hæc magna fuerint, majora

Ut fracta eſſet in Pannonia Turcica potentia.

adhuc reſtant, quæ Deus pro victoria populi ſui peraget.

XXII. Promiſſa Scanderbegho auxilia.

Nec tamen interea nos tibi deeſſe intendimus, nam & ſi maximi ſint, & intolerabiles ſumptus, quibus propter alias proviſiones, quas die noctuque facimus pro defenſione fidei: tamen citiſſime unam galeam optime inſtructam & armatam in ſuccurſum tuæ nobilitatis & tuorum mittemus, & ſubinde nonnullas alias, quam celerius poterit, mittere procurabimus: tu vero tamquam fortis athleta & verus propugnator fidei Chriſtianæ magno animo fortique ſis, & totis viribus divina fiducia plenus advenientibus barbaris reſiſtas; Deus enim te diriget & gubernabit, ut victoriam & triumphum conſequaris. Dat. &c. die ix. junii MCCCCLVII. anno III. Tantu erat barbarorum multitudo, ut Scanderbegus tueri agros non potuerit, atque in munitam arcem ſe ac ſuos ſubducere hoſtili furori ſit coactus. Effecta itaque in Macedoniu fuit ingens vaſtitas, & Scanderbegus Turcicis caſtris circumſeptus eſt, miſitque Georgium Petri abbatem ad Pontificem, ut uuxiliares copias in barbaros eliceret; at non poterat Caliiſtus adeo celeriter exercitum cogere, exhauſto præcipue ærario. Quam potuit itaque opem illi præſtitit, tradita ſubſidiariu auri decumani vi, uc legato apoſtolico, nimirum Ludovico Cardinali imperuvit, ut claſſem ſuum victricem, ſi opus foret, in copias Turcicas Scunderbegum obſidentes verteret, Reges principeſque ad ferendam Macedoniæ opem urgere magis uc magis ſtatuit, de quibus Scunderbeghum ipſum certiorem ſecit (a), ut fortiter barbaricos exciperet impetus, repelleretque dum univerſi Chriſtiani apoſtolica induſtria ad arma facta coirent.

Scanderbeghus intra arcem compulſus a barbaris.

(a) Id. p. 420.

Georgio Caſtrioti Scanderbeg Albaniæ domino.

XXIII. Scanderbech ultra omnes catholicos principes de fide optime meritus.

Maximum certe & inenarrabilem dolorem nobis attulit dilectus filius Georgius Petri abbas, qui a tua nobilitate ad nos miſſus, de irruptione Turcorum in terras tuas, de vaſtitate illius provinciæ & clade tuorum, & denique de obſidione qua ab exercitu barbarorum circumſeptus eſſe diceris nobis nuntiavit; fuit id profecto nobis moleſtiſſimum audiſſe. Nam cum te ſemper pro tua excellenti ſtrenuitate, pro qua memorabilibus geſtis tuis ultra omnes catholicos principes de fide & religione Chriſtiana optime meritum ſentiamus, non poſſumus non graviſſime dolere, nobilitatem tuam in tantum diſcrimen adductam eſſe intelligere, vellemuſque ut eæ nobis eſſent facultates, ut tibi, quemadmodum optamus, de ſubita ſubſidio poſſemus ſubvenire, quod non minus neceſſario, quam libenter magnoque animo faceremus: non tamen tibi deeſſe intendimus, quin etiam ultra vires noſtras saluti & defenſioni tuæ conſulamus: nam quo facilius vim & tempeſtatem iſtam & ſuſtinere & repellere poſſis, ea mandavimus, ut devotioni tuæ ex nonnullis pecuniis propter ſanctam cruciatam Raguſii, & per Dalmatiam collectis certa pars tibi conſignetur, licet chariſſimi in Chriſto filii noſtri Hungariæ & Boſnæ Reges illuſtres ad eas pecunias animum adhibuiſſent, & multifariam ſummiſque precibus apud nos egerint, ut ſubventionem illiuſmodi pecuniarum ipſis faceremus, cum ipſi pro fide catholica quaſi continue cum Turchis manum conſerere, & propter vicinitatem eos, ne laxato impetu in Chriſtianitatem ferantur, reprimere & quaſi ab aditu propulſare cogamur.

Adjutus decumano auro.

XXIV.

Tu vero forti animo & conſtanti ſis, tuorumque felicium geſtorum & laudum rationem habeas, quæ cum jam plena & conſummata gloria ubique inſigni præconia apud catholicos prædicentur, accedet eis cumulus maximus, ſi ſenſerint fideles nobilitatem tuam in tanto furore & impetu immaniſſimorum hoſtium non labefactatam, ſed ſuam ſtrenuitatem & virilitatem præſenti animo conſervaſſe: nemo enim eſt tam ignarus rerum, qui non ſummis laudibus ad cælum te extollat, & de tua nobilitate tanquam de vera athleta & propugnatore nominis Chriſtiani non loquatur. De noſtra vero in te charitate non multa hic dicere decrevimus; nam quanta ea ſit re & effectu cupimus tibi oſtendere: ſcripſimus enim legato claſſis noſtræ qui in oriente eſt, ut cum claſſe noſtra vel illius parte tibi, ſi neceſſe fuerit, opportuno ſit ſubſidio, quod ſi impetus ipſe imminentis procellæ paulisper ſuſtinebitur, nec ſtatim tempeſtati huic ſuccubueris, inſequens ſerenitas mala omnia levabit; etenim hac hyeme tot fiunt apparatus a Chriſtifidelibus, quos univerſo orbe aſſiduæ monitiones, preces, & lachrymæ noſtræ excitarunt, tantuſque concurſus Chriſtianorum potentatuum erit ad excindendam peſſimam nationem Turcorum, ut divino oraculo & numine quodam præſagiente, rati ſumus eum illum rubidum, & ſerpentem hunc Turcum, qui nunc delitescit, nunc per damna Chriſtianorum emergit, & graſſatur, in populum Dei, dominum & fructum dimiſſit qua male occupavit, in perditionem & ruinam miſſum iri. Vere primo videbit tua devotio mirabilia, & ſpurciſſimos iſtos Turcas cum gaudio & lætitia repreſſos, & fugatas eorum acies, qui nunc per ſummum ſcelus capiti ſuo tuorumque ſubditorum inſultant.

Juſſus legatus orientalem claſſem in illius opem vertere.

XXV. Deplorat Calliſtus Macedonum cladem.

Nec te moveat jactura aut ſtrages, quæ tui forſan affecti ſunt, majora enim ſuccedent, quæ auplici fœnore amiſſa reſtaurabuntur, & tibi tuiſque perpetuam requiem & felicitatem afferent: hæc enim non vane loquimur, ſed facta fidem facient verbis noſtris, ut in aliis ſæpe viſum eſt anno ſuperiore, cum perfidus Turchus Hungariæ immineret. Quis non timebat eum

tan-

tantam furorem tantamque audaciam potentiſſimi hoſtis cerneret Chriſtianitati impendere? Sed immortalis Deus noſtris & aliorum Chriſtifidelium precibus inclinatus ſuccurrit populo ſuo, & innumerabilis illa multitudo tamquam nebula ad ſolem dilapſa & diſſipata eſt, monſtrumque illud nefandiſſimum conſilii egens, & diffidens rebus ſuis, ad latebras interiores regnorum ſuorum fugam arripuit. Magna hæc fuerunt, ſed majora reſtant, quæ Deus faciet pro tutela populi ſui. Potentiæ undique concitatæ ſunt, at terra marique confluant ad eam peſtem exterminandam: ſupereſt ut tua devotio ſalva conſtantia & fortitudine tamquam miles & athleta Chriſti invictus viriliter ſuſtineat impetum iſtum, qui divino ſubveniente brachio cito ad nihilum redigetur. Pro colligendis autem & conſignandis tibi pecuniis præfatis mittimus in Dalmatiam dilectum filium Joannem Navar ſcutiferum noſtrum, ut etiam ad tuam nobilitatem ſe conferat, & quantum placuerit, ibidem ſtet. Dat. XI. ſeptembris MCDLVII. anno III.

Ingens ejus ardor pro obterendo Mahomete.

Apoſtolicus nuntius ad Scanderb. miſſus.

XXVI. Ad confirmandum autem Scanderbeghi animum Joannes Navar. nuntius mitti juſſus eſt, de quo ad Cardinalem S. Angeli hæc ſcripſit Pontifex (*a*): *Ad præfatum Scanderbech perſonaliter accedat, eique voluntatem noſtram erga eum & animum, quo circa deſtructionem Turcorum flagramus, notificet.* Injonctum præterea eidem Joanni munus quæſtoris (*b*) in Macedonia, ut decumas cogendas, coactaſve ab archiepiſcopo Crajenſi Scanderbegho traderet, qua de re Scanderbeghus etiam factus certior, ut ſolita vincendi felicitate uteretur a Calliſto accenſus eſt (*c*).

(*a*) *Ib. p.* 121.

(*b*) *Ib. p.* 123. *&* *l.* 14. *p.* 169.

(*c*) *Lib.* 1. *brev. p.* 121.

Promiſſum divinum auxilium.

Calliſtus, &c. Dilecte fili, ut facis perſevera in devotione tuenda & defendendæ fidei catholicæ, nam Deus, cujus res agitur, non deſeret cauſam ſuam, ſed tibi & aliis Chriſtianis de perditiſſimis Turchis & aliis infidelibus victoriam cum ſumma gloria & triumpho præcenſo dabit, neſque etiam ultra vires noſtras in his promptus habebit. Dat. XXII. ſeptembris anno MCDLVII.

XXVII. Turcici in Scanderbeghum belli hiſtoriam ita deſcribit Marinus Barletius (*d*). Cum ad Trapezuntini imperii excidium provolaret Mahometes, Scanderbeghus Belgradum in Epiro, acceptis ex Apulia auxiliaribus copiis, obſidione cinxit: quam adeo moleſte tulit tyrannus, ut intermiſſo bello Aſiatico Sebaliam cum quadraginta millibus equitum ad ſolvendam obſidionem miſerit. Jam diruta erant Belgradi mœnia, atque irruptioni hoſtili patebat aditus: cum obſeſſos Scanderbeghus de faciendo oppidi deditione poſtulavit. At Jannizari de auxilio proximo facti certiores, deditionis ita verba nuncuparunt, ut eam in aliquot dies extraxerint, intereaque fraude uſi, diſiecta tormentis munimenta refecerint: cum Sebalias tanta velocitate in Chriſtiana caſtra abſente Scanderbegho, opppreſſis vel corruptis excubitorum ſtationibus, irrupit ut maxima clade noſtros deleverit.

(*d*) *Barlet. in vit. Scanderb. l.* 8.

Belgradum in Epiro obſeſſum ab Scanderbech.

Cæſa ſunt, inquit author, *eo prælio noſtrorum quinque millia, tria peditum, reliqui equites: vulneratorum magnus numerus: regium auxilium Apulorum totum ferme deletum; nam major pars eorum cum Muſachio fuit præter agmina quædam, quæ Caſtriotus in monte ſitum habuit, & in re tam ſubita inutiles ſclopi & id genus armorum fuerant: quin ex noſtris quoque plurimi inermes & ſternentes equos oppreſſi: vivi octuaginta capti. Illud tamen fœdiſſimum & teterrimum fuit, quod hoſtes cupientes teſtimonium aliquod privatæ virtutis ſecum habere, diſcurrentes per ſtragem noſtrorum palpitantia adhuc cadavera, ubi cæteris rebus nudaſſent, capitibus quoque, ut eorum mos eſt, privabant, & quia tum propter longitudinem viæ tam calores æſtivos ea ſubito putreſcerent, incommodum id onus erat, excoriabant ea & cutem tantum acceptam, quæ formam oris ſervaret, palea implebant: de multis hoc factum, illis præſertim, quos vultu & habitus ipſe, vel notiora nomina digniores eo odio fecerant. Muſachii non caput tantum omni fœditati & injuriæ deſtinatum, ſed diſcerpta ſingula membra, & velut nefariorum graſſatorum regimatim ſparſa: alii quoque trunci tracti per loca & valles adjacentes, ut fœdare vexarentur oppidani, & feris avibuſque relicti.* Subdit nonnullis interjectis Scanderbeghum erumpendi in hoſtem tanto ardore efferbuiſſe, ut os ſanguine cruentaretur: nam illud memoratu dignum de eo ferunt, ut inter alia mutati vultus ſigna labrum inferius finderetur, cum in procinctu pugnæ inardeſceret: ipſum autem incurriſſe a tergo in victores Turcas, qui fugientes noſtros perſequebantur, ac fuſum Chriſtianum cruorem barbarico cruore vindicaſſe: de qua victoria in literis Calliſti (*e*) XXIV. ſeptembris exaratis fit mentio.

Magna clades Chriſtianis illata.

Immane Turcar. in Chriſtianos odium.

Turcæ cæſi a Scanderbech.

(*e*) *Lib.* 1. *brev. p.* 124.

XXVIII. Cæterum cladem Chriſtianis a Turcis illatam, de qua paulo ante egimus, auxit aliquorum procerum defectio, quippe Mahometes inteſtina Macedonum diſſenſione, ut potentiſſimo telo ad Scanderbeghum debellandum uſus, magnitudine, præmiorum ſcilicet Epirotici ſceptri ſponſione Moſem dynaſtam Dibrenſem ad ſe pellectum cum quindecim millibus equitum lectiſſimorum proximo vere ineunte immiſit: ſed Moſes conſerto prælio tanta fuit oppreſſus clade, ut vix cum quatuor millibus hominum fuga evaſerit, reverſuſque Conſtantinopolim extremo ſup-

Nonnulli Epirotæ principes corrupti.

ſupplicio afficiendus erat, niſi illum purpurati ſuis precibus liberaſſent. Cum itaque ſe contemptum videret a barbaro ut ne quidem penderet illi ſtipendia, flagitii admiſſi magnitudinem cœpit agnoſcere, fugienſque Conſtantinopoli ad Scanderbeghum cingulo de more gentis circa collum convoluto, in genua provolutus veniam proditionis popoſcit, humaniterque exceptus priſtinis opibus honoribuſque ab illo eſt donatus: ſed dum is præclaris in Turcas facinoribus labem defectionis abolere nititur, dæmon Scanderbeghi nepotem Ameſam in patrui exitium, injecta ei Epirotici regni ſpe a Mahomete obtinendi armavit (a), de quo inferius.

(a) Barlet. l. 9.

XXIX. Paulus archiep. Crajenſis in ſchiſma prolapſus.

Inſignis pariter extitit perfidia Pauli archiepiſcopi Crajenſis, qui in Macedonia & Servia de promulganda in Turcas religioſa militia provinciam a Pontifice acceperat: nam impietatem conceptam animo palam effudit, cum antea orthodoxam fidem tenere ſimulaſſet; in eas enim blaſphemas voces e ſacro ſuggeſtu prorupit, Græcorum eccleſiæ doctrinam & ritum veritati & ſanctitati magis conſonare, quam doctrinam & ritum Romanæ eccleſiæ: favit palam hæreticis & ſchiſmaticis: conficta eaque atrocia crimina Pontifici objecit, cenſuras eccleſiaſticas catholicis contra fas incuſſit, pacem ſibi pontificiæ authoritatem arrogavit; aliaque patravit ſcelera, de quibus in ipſum inquiri hiſce literis juſſit Dei vicarius (b).

(b) Lib. 13. p. 54.

Venerabili fratri epiſcopo Zopatenſi, & dilecto filio Guillelmo de Lauro familiari noſtro in theologia baccallario ſalutem, &c.

Abuſus conceſſa illi a Pont. auctoritate.

Plurimorum inſinuatione lamentabili, ad noſtrum pervenit auditum, quod venerabilis frater noſter Paulus archiepiſcopus Crajenſis, quem dudum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuntium ad Albaniæ, & Serviæ ac illis vicinas partes deſtinavimus, conceſſimus ſibi verbum crucis populo prædicandi, ac crucis hujuſmodi ſignum, cunctis fidelibus adverſus perfidum Machometum Turcorum principem profecturis, dandi, aliiſque diverſis facultatibus in noſtris inde confectis literis tunc expreſſis, iiſdem facultatibus, quibus, confidebamus ipſum fidelium ſalutem, & fidei catholicæ protectionem exquirere debuiſſe, abuſus illas in perniciem vertit; ac in venerabilis fratris noſtri Nicolai Polatenſis epiſcopi, ac plurimorum nobilium & gravium præſentia publice prædicare veritus non fuit, fidem Græcorum veriorem fore, fide, quam docet & tenet ſancta Romana eccleſia, & eorumdum Græcorum ritum dictæ Romanæ eccleſiæ ritus prævalere; quodque nos in omnes & ſingulos, qui Græci, & Roſſiani ſchiſmatici & infidelibus contradicerent, excommunicationis ſententiam promulgaremus. Inſuper dilectum

Corrumpit populos ad quos miſſus.

filium nobilem virum Paulum Ducagninum catholicum principem, & ejus ſubditos abſque rationabili cauſa excommunicavit, & ipſis omnia eccleſiaſtica ſacramenta interdixit; unde maxima in Albania ſubſecuta ſunt ſcandala. Impedivit etiam, prout impedit, ne ſchiſmaticis & Roſſianis verbum Dei prædicari, & infideles converti, & baptizari poſſint; ſed infideles, & hæreticos in eorum perfidia fovet & attollit. Præterea crucem erectam ante ſe deferri facit, & ſe omni papali poteſtate fungi aſſerens, Romam venire prohibet eos, qui pro Apoſtolicæ ſedis gratiis conſequendis, ſedem ipſam acceſſuri forent; aliaque gravia & enormia committit, ex quibus niſi ſuper iis opportune per ſedem providatur eandem, pejora ſuccedent, quæ in divini nominis, & dictæ catholicæ fidei magnam protenderentur offenſam.

Vexavit cenſuris catholicos.

Vetuit prædicari verbum Dei in infidelibus.

Pontificiam poteſtatem invadit.

XXX. In judicium vocatus.

Nos itaque præmiſſa ſub diſſimulationis conniventia pertranſire nequeuntes, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis dicto archiepiſcopo, & aliis, qui fuerint evocandi, vos, vel alter veſtrum ſuper præmiſſis, in dictis Albaniæ & Serviæ partibus inquiratis authoritate noſtra diligentius veritatem; & ſi per inquiſitionem hujuſmodi ea repereritis ſubniti veritate, eadem authoritate, prædicto archiepiſcopo tam prædicationis, quam pontificale interdicatis officium, ipſumque a regimine & adminiſtratione eccleſiæ ſuæ ſuſpendatis, ſibique terminum ſtatuatis competentem, infra quem perſonaliter ſe coram nobis repræſentet, ſuper præmiſſis per nos adverſus eum ad ulteriora procedendi, viſurus prout faciendum fuerit juxta canonicas ſanctiones, facientes omnia & ſingula, quæ in præmiſſis decreveritis per ipſum archiepiſcopum eadem authoritate, appellatione poſtpoſita, firmiter obſervari, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, remittendo nobis in authentica forma proceſſum, per vos in hic habendum; non obſtantibus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVII. kal. junii pontificatus noſtri anno III. Sed his miſſis, ad Calliſti ſtudia in comprimendis Turcarum conatibus collocata revertamur.

XXXI.

(c) Lib. 1. brev. p. 145.

Orientalium ſpes in Pontificem converſæ.

Univerſus fere oriens in eum veluti in liberatorem oculos ſpe & mente defixerat, ut ipſemet teſtatur (c): *Univerſi fere orientales*, epiſcopum Granatenſem alloquitur, *oculos in nos conjecerunt, ſpemque in nobis ſolis habent, cum hactenus præſentia claſſis noſtræ eos foverit, & quotidie implorent ſubſidium propter minas & furorem hoſtium, qui eorum capiti crudeliſſime inſultant.* Fregit (d) quidem hoc anno Ludovicus patriarcha Aquilejenſis idemque Cardinalis legatus variis tumultuariis certaminibus Turcas, eorumque claſſem pluribus captis navibus diſiecit, de qua vi-

(d) Ib. p. 72.

Turcæ navalibus prœliis ſæpius victi.

cto-

(a) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. Victoria hæc tradit S. Antoninus (a): *Anno Domini MCCCCLVII, cum dominus Cardinalis camerarius Ludovicus legatus Papæ eſſet cum claſſe, licet parva circa Rhodum Turci venientes contra Chriſticolas debellati ſunt, lignis eorum captis, & multis interfectis vel in ſervos aſſumptis, profligatique ſunt cum confuſione Turci.* Ex felici illo nuntio ingenti lætitia affectus Calliſtus hæc ad Pontium Fenollet pontificium in Aragonia quæſtorem ſcripſit (b) xxiv.
(b) Lib. 1. brev. p. 124. ſeptembris die hujus anni: *Claſſis noſtra orientalis cum legato noſtro ſulcat maria orientalia triumphando, & his diebus proximis non ſolum terras, ſed etiam fuſtas ultra vigintiquinque Turcorum armatas captivavit: & in Albania & ubique victoria adeo continue nobis datur contra perfidos Mahumeticos; & ne verbis inſiſtamus temporibus noſtris ſecta Mahometica redigetur ad nihilum.* Conceperat eam ſpem Pontifex ſi principes Chriſtiani, ut par erat, piis ejus conſiliis obſecundarent; quare eorum oratores convocandos ſtatuit: ſed ea de re inferius dicetur. Favebat enim
(c) Ib. p. 131. aperte Deus cauſæ ſuæ, ut idemmet Pontifex ſignificavit Cardinali Strigonienſi (c).

Conjungere omnes Chriſtianas vires in Mahometem niſus Calliſtus. Turcæ fugati Mytelenæ a paucis Chriſtianis. *Calliſtus, &c. Ante omnia nobis cordi eſt, ut Chriſtianorum auxiliis & opibus collatis perfidam nationem Turcorum & cæterorum infidelium perdere & exterminare poſſimus. Pro viribus igitur tua operare ſuper hac quod poteris in partibus iſtis, nam victoria in manibus eſt, cujus in dies certiora videmus ſigna ab omnipotenti Deo oſtendi, quod videre licet ex turpi fuga ingentiſſimæ claſſis apud inſulam noſtram Mitylenem Turcorum a paucis Chriſtianis facta, ut ex dicto legato plenius intelliges. Dat. die penultima novembris MCCCCLVII. anno* III. Ceperat illam inſulam anno ſuperiori
Inſula Cataluſio reſtituta. legatus apoſtolicus, uti vidimus, quam tamen Pontifex priſtino principi Cataluſio Genuenſi reſtituit (d): *Poſſi ſumus*, in-
(d) Ib. p. 59. quit, *ut remaneat ſub juriſdictione illius domini, qui eam habet, dummodo ſtet ſub obedientia noſtra & ſedis Apoſtolicæ.*

Portam vero victoriam de Turcis in ea
XXXII. inſula deſcribit his verbis Æneas Sylvius
(e) Æn. Sylv. hiſt. de Aſia min. c. 74. (e): *Oppugnaverat Turcarum exercitus inſulæ oppidum non contemnendum, murique partem machinis dejecerat, & facta clypeatorum teſtudine irrumpere properabat, nec oppidanis animus erat ad ferendum impetum aliis deditionem, aliis fugam meditantibus. Sed affuit virgo virilibus armis induta, quæ mirabile dictu! ſalutem patriæ peperit: adhortata enim cives, ne hoſtem metuerent, primam ſe Turcis objecit, ac pro loci fractura dipugnans nonnullos abtruncavit. Cujus audaciam admirati oppidani, & ipſi animum reſumpſere, tantamque hoſtium ſtragem ediderunt, quantam vix credere quiſpiam poſſit. Turcæ e terra pulſi ægre in navigia ſe receperunt, quos*
Virgo imbellis Turcas cædebat.
Calliſtica claſſis inſecuta magno detrimento affecit: unus tamen ſervata inſulæ penes virginem fuit, cujus tædet non habere nomen; digna enim erat non minori memoria, quam Sappho: ſed illi majora præmia in cœleſti patria reſervantur. Epiſcopus Caphenſis Calliſto Pontifici maximo, nobis præſentibus, hæc enarravit, qui tunc tranſitum per Mytilenem fecerat ab eccleſia ſua Romam petens. Cum ea præclare geri in Turcas, & claſſem ob proſperos ſucceſſus triumphare audiret Pontifex, felicis nuntii Joannem Carvaial Cardinalem in Pannonia & Germania legatum participem hiſce (f) Lib. 1. brev. p.
literis fecit (f). 130.

Victoria divinitus conceſſa Chriſtianis. *Calliſtus, &c. Videbit tua circumſpectio mira, quæ immortalis Deus apud Mitylenem hoc anno fecit, cum pauci & hi inermes & terrore hoſtium conſternati innumerabilis multitudinis non modo impetus ſuſtinuerunt, ſed victores cum ſumma gloria hoſtem prope potitum oppido repulerunt, maximumque numerum Turchorum ceciderunt; mulieris quoque admiranda virtus apparuit, quæ virili animo armis induta viris ipſis exemplum ſtrenuitatis præbuit, hoſtem in primis laceſſendo, acriterque inter primos pugnando, ut ex copia literarum, quam hic juſſimus intercludi, tua videbit circumſpectio. Hæc cum ex Deo ſint fieri enim aliter non poſſent, certam nobis victoriam pollicentur, ſi modo voluerint Chriſtiani potentatus, & nobiſcum vires ſuas conferant. Dat. &c.*

His animatus Calliſtus omnia ſtudia ad XXXIII. claſſem augendam vertebat, de quo ad Ludovicum Cardinalem legatum hæc ſcripſit (g), ut illum ex concepta ingenti ſpe (g) Ib. p. & expectatione ad ſtrenue adminiſtran- 118. dum bellum vehementius incitaret.

Maritimæ vires auctæ a Calliſto. *Calliſtus, &c. Nihil magis cogitamus niſi quibus rationibus eandem claſſem noſtram augeamus & fortificemus. In Francia jam ſunt in apparatu vigintiquatuor triremes, & expediuntur uſque ad triginta juxta concordata inter nos & Regem Franciæ per medium Cardinalem Avinionenſem: Regem Portugalliæ in proximo vere cum potenti claſſe venturum omnino credimus. Ex Anglia & Burgundia & ab aliis plurimis principibus auxilia, quæ jam ſunt polliciti, ſperantur. Itaque futurum certo credimus, ut futuro proximo vere exercitu forti & potenti maritimo ac etiam terreſtri in perditiſſimos Turchos audacter irruere poterimus, nunquam enim major fuit fiducia noſtra, quæ in dies, inſpirante Deo, augetur. In præſentiarum mittimus ad te tres galeas. Dat. die ultima auguſti MCCCCLVII. pontificatus noſtri anno* III.
Promiſſa a pluribus Regibus auxilia.

Præfecit (h) tribus iis triremibus Cal- XXXIV. liſtus, quas ad legatum ſubſidio miſit, (h) Ib. p. Gabrielem Borgiam conſanguineum ſuum, 120. ut militarem in Turcas virtutem explicaret. Quod vero ad promiſſa legato in-

gen-

Calliſti pro Regibus ad ſacrum bellum inflammandis ſtudio.
(a) Ib. p. 57. 73. 79.
(b) Ib. p. 78.

gentia auxilia proximo anno mittendo attinet: ea ſpondebat Calliſtus, cum ſibi ſuaderet, Reges ac principes adipiſcendæ æternæ ſalutis memores, & Chriſti cultus orienti reſtituendi cupidos facile cum ipſo pari ardore ac pietate conſenſuros. Et quidem ineunte anno ad religionis tuendam cauſam excitare populos (a) ac principes ſtuduit, quo argumento extant datæ ad Caſimirum Regem Poloniæ literæ (b), quibus illi inuſtam univerſo nomini Chriſtiano in Conſtantinopolis excidio ignominiam propoſuit: Mahometem inſatiabili Chriſtiani cruoris ſiti ardere: adductam in periculum rem Chriſtianam; tum preces addidit, ut nuncio apoſtolico ad cruceſignatam militiam Polonos vocaturo regio ſtudio non deeſſet.

Ejus ad Polonum literæ.

Regi Poloniæ.

Chariſſimo in Chriſto filio ſalutem. Notam arbitramur ſerenitati tuæ gravem ignominiam fidei orthodoxæ ſuperiori tempore ab immanibus Turcis illatam, quantaque calamitas in univerſum populum Chriſti fidelium ex lugenda captivitate Conſtantinopolitanæ urbis redundet. Quo quidem infortunio [ut par eſt] commoti, a primordio noſtræ aſſumptionis ad apoſtolatus apicem nil aliud cogitavimus, quam ulciſci tantum dedecus, & barbarorum rabiem retundere. Ad quod divinum opus, cum noſtræ facultates non ſuppeterent, quas quidem, Deum teſtem invocamus, libentiſſime etiam ultra poſſe in hoc convertimus. Non defuit, nec deeſt nobis animus: & ad vindicandas publicas Chriſtianæ gentis injurias omnes catholicos principes indefeſſa voce excitavimus: jamque Chriſtianus orbis ſedulitate hortationum noſtrarum commotus eſt. Nec minus nos, quantum humano conſilio providere potuit, conati ſumus impetum hoſtium retundere, claſſemque noſtram emiſimus, Deum ſupplices orantes, ut plebis ſuæ ſortem miſerari dignaretur, cujus clementiam continuis lacrymis noſtris & orationibus, quas per totum mundum fieri ordinavimus, inclinata, non ſolum barbaris vires eripuit, ne populo fideli nocere poſſent, ſed Chriſtianis animum, robur, & potentiam addidit, & Turcum diabolica audacia exultantem, & Chriſtianum ſanguinem ſitientem cum innumerabili ejus exercitu profligavit. Quod ſi quis conſideret, fatebitur rempublicam Chriſtianam in magnum diſcrimen adductam, nullo alio quam divino conſilio & virtute liberari potuiſſe.

Cum igitur tanta opportunitas amittenda non ſit, ſed nunc maxime inſtandum cenſeamus, ne hoſtis reaſſumptis viribus acrior, ut ſolet, irruat in chriſtianos, omni ſtudio damus operam, ut cruciata ubique publicetur, & Chriſtiani potentatus nobiſcum conveniant ad exterminationem Mahometicæ nationis. Mittimus itaque ad tuam ſerenitatem, & in regnum tuum dilectum filium Marinum de Fregeno præſentium exhibitorem, qui in Lituania & archiepiſcopatu Leopolienſi noſter & ſedis Apoſtolicæ executor cruciatam hujuſmodi publicet, & fideles hortetur & inducat, ut tam piæ cauſæ velint adeſſe. Ab eo enim intelliget tua celſitudo apparatum claſſis noſtræ quam omnibus viribus noſtris accelerari fecimus. Ipſum itaque ex corde tuæ ſerenitati commendamus, ut eidem pro executione commiſſionis noſtræ opportunis favoribus aſſiſtere velis, ut nos vere eſſe inveniamus, quæ nomine ſerenitatis tuæ oratores nobis polliciti ſunt: quod proculdubio te facturum rati ſumus pro innata ſerenitati tuæ fide & religione catholica. Commiſimus etiam ſuper præmiſſis præfato Marino aliqua ſerenitati tuæ referenda, cui tamquam nobis fidem habebis. Dat. &c. xv. aprilis MCDLVII. anno ſecundo.

Miſſus in Lituaniam internuntius pro cogenda cruceſignata militia.

XXXV. (c) Ib. poſt eand. ep.

Conceptæ eadem formula literæ (c) ad Chriſtiernum Daniæ, Sueciæ, & Norvvegiæ Regem, tum ad ſeniorem & juniorem duces Saxoniæ fuere miſſæ, atque ideo legati in ea regna nuntii ad Saxones, Danos, Gothos, Norvvegios, ad religioſam militiam alliciendos, tum ſolicitati (d) eorumdem regnorum Poloniæ, Daniæ Sueciæ, & Norvvegiæ, atque etiam Gothiæ (e), Pruſſiæ, Lituaniæ, aliorumque principatuum archiepiſcopi & epiſcopi excitari, ut apud Reges, principes & populos religionis cauſam in Turcos proveherent. Præter hos autem ſeptentrionales Reges, antea Fridericum Imperatorem, Hungariæ, Bohemiæ, Luſitaniæ, Aragonum & utriuſque Siciliæ Reges, tum plures alios principes ad ſacram expeditionem in Turcos conficiendam ſolicitatos vidimus: ſed otio deliciiſve dediti in ſe mutuo vertebant oculos, qui id onus ſuſciperent, qua de re Pontifex, ita queritur (f).

(d) Ibid. Sollicitati alii ſeptentrionales ut Chriſto arma conferrent.
(e) Ib. p. 79.

(f) Ib. p. 60.
Pontificis conatibus Regum conſilio non conſentiunt.

Calliſtus, &c. Defeſſi quaſi ſumus ad principes, & prælatos & communitates ſcribere, & tamen nil, vel parum adhuc utilitatis aut præſidii in hac impreſia noſtra debellandi ac penitus exterminandi Turchi ab aliquibus ſentimus: Et infra. *Clarum eſſe debet apud omnes Chriſtifideles, nos non ſufficere poſſe ad tantum onus ſuſtinendum, niſi aliorum habeamus auxilium & patrocinium; nec ſolum res noſtra agitur ſed univerſum populum Chriſtianum hoc negotium reſpicit; cur igitur ſeſe ſubtrahant, cogitare non poſſumus. Dat. &c.*

XXXVI.

Decrevit porro idem Pontifex, ut Chriſtiani nominis cauſam promoveret, ſolemnes cœtus celebrare, ad quos omnium Regum principumque oratores convocaret, ut in iis certa conſilia ad bellum cum hoſte fidei gerendum expediri poſſent: de quo Cardinalem Strigonienſem certiorem factum inſtare juſſit (g), ut ab Imperatore

(g) Ib. p. 131.

tore aliiſque Regibus oratores Romam mitterentur.

Indicti ſolemnes Chriſtianorum cœtus.

Calliſtus, &c. Imperatoris, univerſorumque Regum, principum, dominorum, & potentum, populorum, communitatum Chriſtianitatis oratores ad nos convocamus, ut cum eis tractemus, & concluſionem capiamus ſuper proſecutione empriſiæ contra perfidos Turcos; quæ res quoniam ſecundum cordis noſtri ardorem non proſequitur, incredibiliter nos angit. Itaque ſi Imperator, Reges, & alii ipſarum partium, quibus ſuper hoc ſcripſimus, nondum miſerunt oratores, quos petimus, laborabis ut eos ad nos omnino ſtatuto termino mittant, ſperamus enim in Deo talem cum eis concluſionem facere, & ita negotium hoc divinum dirigere, ut quod ante omnia nobis cordi eſt, Chriſtianorum auxiliis & opibus nobiſcum collatis perfidam nationem Turcorum & cæterorum infidelium perdere, & exterminare poſſimus. Dat. die penultima novembris MCCCCLVII. anno III.

XXXVII. Dedit etiam Calliſtus (a) mandata B. Jacobo Piceno Minoritæ nuntio apoſtolico, ut Imperatorem, & electores imperii, Regeſque, Boſnæ, Pannoniæ, Poloniæ, ac Daniæ ad mittendos oratores ad pontificios cœtus pro re Chriſtiana amplificanda urgeret.

(a) *Apud Vvading. hoc anno n. 11.*

Immenſus Calliſti ardor pro tuenda Chriſti gloria.

Calliſtus, &c. Etſi putabamus fieri non poſſe, cum in proſecutione maximum ſemper habuerimus animum, in dies tamen ardentiores circa hæc efficimur, angitque animum noſtrum cura quotidiana, quod cæteros, ad quos etiam pertinet, non noſtri animi ſectatores, ſed negligentes & pigros, & invicem ad guerram proclives vidimus. Hortati fuimus omnes ſæpe, monuimus, ferè accuſavimus, ut in hoc negotio Chriſti, a quo potentias habent, auxilia darent opportuna; ſed nihil adhuc [quod cum dolore dicimus] effici potuit. Itaque revolventes ſæpenumero in animo noſtro hujuſmodi rem, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberavimus, univerſis Imperatori, Regibus, principibus, & communitatibus potentum populorum, aliiſque dominiis Chriſtianitatis ſcribere, ut ad diem per nos eorum ſingulis aſſignatum, huc ad nos ſuos mittant oratores idoneos, ſuffultos plena poteſtate, ut ſimul cum eis pro exigentia & celeritate negotiorum fidei conſilium & auxilium, quod cito exequi poſſit, capiamus. Itaque, fili dilecte, ſollicitabis eundem Imperatorem, Reges Hungariæ, Boſnæ, Poloniæ, & Daniæ, electoreſque imperii, quibus ſcribimus, ſi eos potes commode adire, ut ſuos ad nos ad diem aſſignatum mittant oratores, hocque opportune & importune inſtare non deſinas. Dat. &c. Reperira (b) etiam eadem, miſſaque ad Joannem Cardinalem legatum mandata, ut eoſdem principes ad id promoveret. Excitati quoque Carolus Francorum, Renatus Siciliæ, Henricus Angliæ; tum Scotiæ, Luſitaniæ, & Aragonum Reges, duceſque Britanniæ, Burgundiæ, Sabaudiæ, Mediolani; tum Veneti, Genuenſes ac Florentini, ut oratores ſuos mitterent, ſperabatque Calliſtus ex communi omnium decreto ingentes exercitus terra marique in Turcas conflatum iri: quas conceptas ſpes Ludovico Cardinali claſſis pontificiæ præfecto his literis expoſuit (c).

Adhibitus interpres B. Jacobus Picenus.

(b) *Lib. 1. brev. p. 130.*

Angli, Hiſpani, Galli, Belgæ ad facers belli ſocietatem vocati.

(c) *Ib. p. 132.*

Patriarchæ camerario legato claſſis, &c.

XXXVIII. *Nos de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio diebus ſuperioribus ſcripſimus Imperatori, Regi Hungariæ, Regi Boſnæ, Regi Daciæ, Regi Sueciæ, electoribus imperii; item Regi Angliæ, Regi Scotiæ, Regi Poloniæ, Regi Portugalliæ, ut per totum menſem februarium proximo futurum ſuos ad nos huc Romam debeant miſiſſe oratores idoneos, & poteſtate plena ſuffultos: Regi autem Franciæ, Renato Regi Siciliæ, & Burgundiæ, Britanniæ, & Sabaudiæ ducibus, ut per totum menſem januarii: in Italia vero Regi Aragonum, duci Mediolani, Venetorum, Januenſium, & Florentinorum *, ut per totum menſem decembris ſperamus, oratores principum & dominorum præfatorum ſtatutis per nos terminis hic Romæ affuturos: jamque ex eiſdem principibus nonnulli nobis reſponderunt ſe, uti mandavimus, miſſuros oratores. Expectamus eos avide; nam cum eis & eorum ſingulis talem * facere concluſionem, quod proximo futura vere & æſtate talis fiet expeditio taliſque potentia Chriſtianorum comparabitur & per mare & per terram, quod non modo recuperabitur Conſtantinopolis, ſed immortalis & glorioſa victoria de perfidis Turchis conſequetur. Jam enim Rex Aragonum nobis pollicetur ad omnes voluntates noſtras claſſem ſuam non mediocrem, quam magnifice tenet in ordine, habemus & multorum aliorum pollicitationes. Itaque ſis forti magnoque animo, nam empriſia hujuſmodi, plusquam dici poteſt, cordi noſtro fixa hæret, nec eam niſi ſimul cum vita deſeremus, donec optatam de hoſtibus Chriſtiani nominis victoriam habuerimus: quam indubie Domino nobis & hoc tempore dari ſperamus; &c. Dat. die xv. decemb. MCDLVII. anno III.*

* rebus publicis

* ſperamus

Conceptæ ſpes ſubiiciendi Chriſto orientis.

Pollicitus Aragonius conjunctuium claſſem ſuam.

XXXIX. Vertere hac induſtria omnium Regum ac principum occidentalium arma in Turcas ad abolendum ſuperſtitionem Mahometicam annitebatur Calliſtus, atque etiam, ut dicetur inferius, Uſumcaſſanum Perſidis, Conſtantinum Zarajacob Æthiopum Reges, ac Georgianos & Francos qui in oriente verſabantur in Mahometem concitabat, ſed parum profuere pontificii conatus, Germani enim non ſtrinxere ferrum in Turcas, ſed in Dei vi-

Abignavis principibus calumniis oppetitus Calliſtus.

caſloni exacuere linguas, atque eum primum per calumniam inſimularunt, quaſi ſacrum aurum in uſus ſuos, non in ſacram expeditionem inſumeret. A qua labe quam purus eſſet Calliſtus, ex his verbis, quæ ad S. Antoninum archiepiſcopum Florentinum ſcripſit (*a*), intelligi poteſt: *Non ignorare debes quantis affligimur expenſis in ſuſtinendo armatam, & eam fortificando cum legato noſtro in partibus orientalibus, & in Albania, Hungaria, & alibi, ita quod vix ſuperſunt nobis neceſſaria vitæ;* purgavitque ſe de falſo ejuſmodi ſibi objecto crimine apud nonnullos Germaniæ populos, & Salatrenſes, Friburgenſes (*b*), ac Bernenſes (*c*), profeſſuſque eſt non modo aurum ex ſacri belli promulgatione coactum in claſſis ſumptus abſumpſiſſe, verum & theſauros pontificios exhauſiſſe, atque ad profundendum in ea nominis Chriſtiani cauſa ſanguinem ſe paratiſſimum; tum addidit: *Nobis perſuaſum eſt, quod ob negligentiam Chriſtifidelium, niſi Deus ſua mirabili virtute juviſſet cauſam ſuam, concedendo victorias legato noſtro in partibus orientis, certo oportuiſſet deſiſtere ab empriſa iſta divina.* Eluit præterea aſperſam illam a Germanis avaritiæ ſordium maculam ampliſſimis firmiſſimiſque argumentis Calliſtus in literis ad Fredericum Imperatorem ſcriptis (*d*).

Vix neceſſaria ad vitam ſibi reſervabat.

(*a*) *Ib. p.* 68.

(*b*) *Ib. p.* 47.

(*c*) *Ib. p.* 143.

(*d*) *Ext. apud Æn. Sylv. ep.* 371.

Chariſſimo in Chriſto filio Friderico Romanorum Imperatori ſemper auguſto.

XL. Confutata Germanorum querelæ.

Audivimus rumorem eſſe tanquam nos aurum ex natione tua ſupra quam decent extorqueamus: injuriantur profecto nobis & a vero longe recedunt qui talia dicunt: nihil unquam noſtro nomine ab his extortum eſt, quibus beneficia contulimus, ut illi garriunt, nihil exactum, nihil petitum præter annatam vetuſto jure debitam. At ſi qua contra Turcos pecuniaria nobis ſubſidia obtulerunt, non recuſavimus, nec recuſare quidem debemus pro tanta Chriſtianæ religionis neceſſitate: pecunias autem hujuſmodi & alios undecumque venientes non uſurpamus nobis, non recondimus in area, non exponimus in jocalibus, non conſumimus in deliciis, ſed in defenſionem fidei convertimus, & in oppreſſione perfidæ Turcorum gentis ad noſtrum exterminium ſemper intentæ. Innumerabiles ſunt & intolerabiles nobis quas in dies ſubimus expenſæ, nunc in orientem legato claſſis noſtræ, nunc in Albaniam Scanderbecho fortiſſimo Chriſti athletæ indefeſſoque bellatori, nunc legatis & oratoribus in diverſas mundi partes emiſſis nunc iſtis nunc illis per Græciam & Aſiam laborantibus, ne deſtituti periclitarentur, pecunias mittimus. Nec fuerunt inanes hujuſcemodi ſumptus: licet enim nobis in Domino gloriari, qui per miniſtros ſuos, torpentibus ac pene dormitantibus cunctis ferme Chriſtianis principibus, nobis tantummodo inſtantibus atque urgentibus Turcorum ſuperbiſſima cornua & inſolentiſſimas acies apud Hungariam confregit, magnumque illum & potentiſſimum exercitum proſtravit, qui ſibi non Hungariam modo ſed Germaniam totam, Galliam atque Italiam proterere, legemque Chriſti funditus evertere promittebat. Itaque liberavit Dominus populum ſuum præſulatu noſtro, plebemque ſuam ex ipſis quodammodo faucibus crudeliſſimi ſive immaniſſimi draconis eripuit.

Reddita conſumptorum pro Chriſti cauſa opum ratio.

Pannonia & Germania ab faucibus Mahometis erepta.

XLI. Inſulæ orientales defenſæ.

Nunc quoque claſſis noſtra Rhodum tuetur, Cyprum, Mytilenem, Chium, & omnes in oriente Chriſtiani nominis inſulas, quæ ſine tali præſidio haudquaquam Turcorum navibus in dies incurſantibus reſiſtere potuiſſet. Quodque laudabilius eſt, ac divino nobis munere conceſſum, non tantum quas diximus inſulas legatus noſter ſua prudentia & armorum robore tutatus eſt, ſed alias pleraſque Turcorum domino ſervientes ad Apoſtolicæ ſedis devotionem obedientiamque redegit, noviſſimeque non pauca eorundem Turcorum navigia ad oppugnandas Chriſtianorum inſulas excuntia potenter invaſit, debellavit, in poteſtatem recepit. Nec Albania ingruentes barbarorum impetus proximis diebus declinare potuiſſet, niſi noſtrarum interveniſſent pecuniarum auxilia, quæ Scanderbecho miſimus. In his nos rebus pecunias conſumimus: in his profundimus quidquid undecumque corradere poſſumus auri vel argenti: honorem Dei non noſtrum quærimus pro ſalute populi nobis commiſſi laboramus non pro privata utilitate noſtra curamus, ne noſtro tempore Chriſtianum nomen ſpurciſſimi Turcarum pedes conculcare poſſint. Sed non ſunt hæc onera, quæ nos ſoli portare queamus, vel ſedes Apoſtolica valeat per ſe ipſam tolerare, facimus tamen, quod poſſumus, & quieſcentibus aliis, qui nobis auxilio eſſe deberent, inſtamus, acceleramus, urgemus, nihil omittimus ex his, quæ facultates noſtræ permittunt: neceſſaria nobis detrahimus, ut incumbenti neceſſitati pro parte nobis poſſibili ſubveniamus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum pridie kal. ſeptembris anno MCDLVII.

Fracta Turcica claſſis.

Macedonia ob miſſa Scanderbegho ſubſidia ſuſtentata.

XLII. Conatus principum electorum adverſus Apoſt. ſedis auctoritatem.

Præter falſas haſce criminationes temere in Pontificem jactatos, nonnulli electores imperii arcanas coitiones ad apoſtolicam authoritatem labefactandam torpites ſecere, ad quas diſſolvendas Joannes Carvajal Cardinalis legatus juſſus (*e*) incumbere: *Ne juſtitiam*, ſunt Calliſti verba, *noſtram & ſedis Apoſtolicæ negligamus, qui aliorum ſumus valde defenſores, videbis in cedula præſentibus interclaſa, quæ nobis in natione Germaniæ & partibus legationis tuæ tractantur, & fere concluduntur contra nos & ſedem Apoſtolicam falſis ſuggeſtionibus & aemulis procu-*

(*e*) *Lib.* 1. *brev. p.* 130.

curantibus, ſatere zizania invidentes de bonis operibus noſtris. Nefarias illas in Pontificem molitiones agitarant Germani principes inſcio & inconſulto Friderico Imperatore, quem ne improbi calumniatores ſubornarent, Calliſtus B. Jacobo Piceni nuncio navare operam juſſit (a), ut eliſis improborum hominum conatibus, iræ in communem fidei hoſtem verterentur.

(a) Ext. ejus lit. apud Vvading. hoc ann. n. 12.

Dilecto filio Jacobo de Marchia ordinis Minorum profeſſori nuncio noſtro.

Inconſulto Cæsare agitatæ.

Ex multiplici fama literiſque & relatu fidedignorum intelleximus, per electores imperii & quoſdam eorum ſequaces non cogitantes quantum ſedi apoſtolicæ, a qua gratias & beneficia ſuſceperunt, debeant, nonnulla tractata fuiſſe in præjudicium & læſionem auctoritatis noſtræ & ſedis Apoſtolicæ; in eis tamen neque aſſenſum neque auctoritatem Imperatoris intervenisſe. Scribimus ſuper hoc legato noſtro, & plurimis aliis, quos noſtri & ſedis Apoſtolicæ devotos putamus, ut efficiant quod Imperator, & ſi qui alii erunt, non ſolum aſſentiant tractatis prædictis quemadmodum eum minime deceret, ſed etiam illis contraveniat, ac reque repellat, erit nobis gratum ut ſuper his adeas legatum noſtrum & prout eidem & tibi videbitur, malignitatibus hujuſmodi accurratur, & temerarii conatus fruſtrentur; maxime nobis indefeſſe intendentibus in eorum ſecuritatem contra Turcos & alios infideles, & ſine culpa contra nos inſurgere. Caveant ab ira Dei, nos enim officium noſtrum exercere non ceſſabimus opportune, eſtque officium noſtrum, ut loquamur cum B. Ambroſio (b), nulli nocere, omnibus velle prodeſſe *poſſe ſolius Dei eſt. Clama, ne ceſſes, & ſcias ſenium iſtum paratum pro defenſione evangelii & fide catholica pati utinam martyrium, ſi ſit opus. Ecce completum deſiderium tuum nobis aliquando perſuaſum de convocando Italicos, & alios contra Turcum & infideles ad tantum incendium extinguendum: & ſic viriliter age & confortetur cor tuum, etiam ad Bohemos & alios devios a fide reducendos: ſcis enim quod omnia expoſuimus & exponimus, in his vix nobis vita neceſſariis remanentibus; & qui nobiſcum non eſt, profecto eſt non Chriſti ſed antichriſti eſt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXV. *octobris anno MCCCCLVII. pontificatus noſtri anno* III. De B. Jacobo Minorita extant literæ (c) Calliſti ad Joannem Carvaial Cardinalem legatum, in quibus ita de eo loquitur: *Quem ſervum Dei fidelem tibi miſimus non ſolum pro cruciata, ſed etiam contra hæreſes Bohemorum, quarum extirpationem, ut pupillam oculi optamus.*

Pro noſtra factione diſſolvenda adhibitus B. Jacobus Picenus.

(b) Ambr. l. 3. de offic. c. 4.

(c) Lib. 1. brev. p. 130.

Cura excindendæ e Bohemia hæreticos eidem demandata.

XLIII. Sed ad inſtitutam de calumniis Pontifici impoſitis narrationem redeamus. Obtrivit eas pluribus literis Æneas Sylvius Cardinalis: nos ex iis nonnulla delibabimus, in quibus ille Calliſti integritatem ita illuſtrat (d).

(d) Æn. Sylv. ep. 338.

Æneas Cardinalis Senenſis Martino cancellario archiepiſcopi Moguntini S. P. D.

Apologia pro Calliſto adverſus murmura German.

Conſideravimus in primis, quæ dicuntur contra ſummum Pontificem, apud Germanos fieri murmura: nec miramur, ſiquidem nullus unquam locum B. Petri tenuit, qui non latrantium dentibus impeteretur; nec magnum putamus ſi quis detrahit Calliſto, cum magiſtro ejus ſciamus detractum fuiſſe Chriſto: verax eſt enim Salvator ipſe, nec poterit veritas noſtra mentiri, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus major domino. Germani tamen, ſi verum fateri velint, ſimiliterque reliqui Chriſtiani, nihil habent cur de Calliſto murmurare poſſint, niſi quod eum Pontificem tradidit nobis Deus, quo digni non fuimus: neque enim hujus ſanctiſſimi præſulis mores plebi ſuæ conformes exiſtunt, qui cum divinam in terris agat vitam, angelis potius debuit præfici, quam hominibus: nihil pius pater, quod ſuum eſt, quærit: cogitatus ſuos omnes jactavit in Domino: honorem Chriſti ſalvatoris noſtri, defenſionem fidei, decus Eccleſiæ, ſalutem plebis toto conatu, toto ſtudio, tota mente perquirit. Niſi fuiſſet exacta ipſius ſolertia & incredibilis ad commune bonum, jam Turcorum feritas non Hungariam modo proſtraviſſet, ſed ipſam quoque Alemanniam infeſtis armis petens Chriſtianis omnibus terrorem ſimul ac laborem incuſſiſſet: nam ſi victi apud Hungariam & proſtrati magni Turcorum exercitus, non eſt cui poſt Deum alteri gratias, quam Calliſto Chriſtiani debeant: ipſe enim ſolus fuit qui, torpentibus ac pene dormientibus Chriſtiani orbis principibus, legatum in Hungariam miſit, Hungaros cum Turcis induciarum fœdera quærentes prohibuit, labentes animos erexit, copias congregavit, bellumque illud committere ſuaſit, in quo primum ætate noſtra Turcorum dominus turpiſſime fugere viſus eſt, & ſalus Chriſtiano populo parta. Tacemus quæ geſta ſunt in oriente per claſſem apoſtolicam, & quæ in Albania, & aliis quampluribus locis ipſius Domini noſtri pecuniis pro tutela fidei in dies geruntur.

Conquiſita omni ſtudio ab eo divina gloria.

Proſtrati in Pannonia Mahometis beneficium debuit Calliſto Germania.

Orienti & Albaniæ opitulatus eſt.

XLIV. *Nihil aliud ſua ſanctitas in animo gerit, quam ſuo tempore ita inimicos ſalutiferæ crucis humiliare, ut tandem vocatus a Domino creditam ſibi Eccleſiam in ſtatu ſecuro ac tranquilla relinquat: ob quam rem neſcimus profecto, quid ſibi velint, qui tam ſanctum præſulem, & tantum de communi utilitate ſollicitum, calumniari præſumunt. Nam quod aurum a vobis extorqueat, iniqua eſt prorſus accuſatio; nihil enim præter conſueta jura recipit, niſi for-*

taſſe ſponte ſua nonnulli in claſſem contra Turcos offerant, quos pauciſſimos eſſe conſtat. Utinam tot eſſent, qui tantæ rei ac neceſſariæ optime ſubvenirent. Eccleſiarum electiones canonicas, qui dicunt a ſua ſanctitate contemni, aut eccleſias metropoliticas ſeu cathedrales in Alemannia reſervari, longe a veritate recedunt. Nulla electio rejecta eſt, quam conſtitit fuiſſe canonicam pontificalis eccleſiæ: in Alemannia nulla reſervata eſt ſpecialiter a Domino noſtro contra concordata veſtra, nec eſt ejus propoſitum, neque fuit hactenus quidquam agere.

Iniquæ Germanor. circa electiones querelæ.

Et quamvis nemo imputare poſſit, ſi ſua ſanctitas dignitates principales in collegiatis Eccleſiis, ſive primas poſt pontificales reſervaverit, neque enim concordata in hoc adverſantur; non tamen invenientur facile reſervationes beneficiorum, niſi pro Cardinalibus, aut aliquibus fortaſſe maximis viris ab eadem ſanctitate emanaſſe. Itaque neſcimus, quo vultu, quo ore, qua denique audacia præſumant aliqui ſanctiſſimo præſuli noſtro detrahere, tamquam nationi veſtræ oneroſus exiſtat, qui profecto non tantum nationi Hiſpaniæ, unde ſibi origo eſt, quantum Germanicæ affectus eſſe videtur, & qui divinitus nobis datus eſt, ut hoc periculoſo tempore ab infidelium incurſione, maximeque Turcorum impetu, orthodoxam Chriſti religionem, non ſolum tueretur, ſed etiam elevaret & propagaret. Laudamus igitur, & omni honore dignum reputamus archiepiſcopum Moguntinum, qui rejectis malignantium inſidiis apud ipſum dominum noſtrum, ſanctamque ſedem Apoſtolicam omnium fidelium matrem, atque magiſtram permanere decrevit. Facit quod doctum, quod prudentem, quod bonum prælatum decet, qui peregrinas reſpuens opiniones, in ſolida ſancta Romanæ eccleſiæ doctrina, & in ipſa Chriſti petra pedes figit. Facit modo quod fecit, dum alias quærerentur, quæ modo tentantur: numquam enim Eugenio ſanctæ memoriæ ſummo Pontifici defuit, quamvis multi ex Germanis in illum deſævirent. Novit omnia noſter Pontifex, ejuſque probitati miro modo afficitur, nec umquam ejus meminit abſque ſingulari laude meminit, ita ut certiſſimi ſimus numquam ipſius petitiones in conſpectu hujus præſulis vanas fore, quæ digne audiri videantur.

Iniquæ calumniæ Calliſto aſperſæ.

Commendata Moguntini arch. conſtantia.

XLV. *Cæterum quod ſecundo loco ſecretarius antedictus expoſuit nobis, alienum viſum eſt, quod ex viro docto, ex juris interprete, & magnis verſato cauſis prodire debet: noviſti enim Romanum præſulem unicum eſſe principem, cui omnes obedire tenentur, Petri & Pauli locum tenere, qui ſedet in apoſtolico throno; Chriſti vicarius eſt, qui Romanæ præſidet urbi. Non eſt igitur qui ſe cuipiam intelligentiæ nomine, vel fœderis obliget, neque ſubditorum eſt cum dominis ſuis fœdera quærere: nec tamen fortaſſe ita loqueris, ut Romanorum præſulem ex intelligentia quæras obligare, qui noſti quantum jura permittant; ſed advertimus, quæ petis de intelligentia mutua profecto, nos aliquantulum de te compulerunt admirari. Scimus quia cum amico omnia confidenter agis: idem & nos facimus: utimur reſpondendo ea fiducia, qua tu interrogando es uſus. Equidem indignum putavimus, quæ nomine archiepiſcopi petere
ntur, nec arbitramur eos bene agere, qui archiepiſcopo ea petenda ſuadent: quamvis nec ſuæ menti, quæ ſemper modeſtiſſima fuit talia credimus eſſe perſuaſa: ſuæ namque dignationi id ſatis eſſe debet, ut anteceſſoribus ſuis æqualis exiſtat, atque illa quærat, quæ ante centum annos nullus obtinuit archiepiſcopus. Rectum & laudabile fuit propoſitum ejus, ſi neque Romanorum pontificem minorem, nec ſe majorem ſuis anteceſſoribus eſſe velit. Illud quoque attente conſiderabit quiſquis eccleſiæ Maguntinæ præfuerit, ut neque Romana ſedes conculcetur, aut quovis modo damnetur: certum eſt enim quia languente capite, nequeunt membra conſiſtere, neque poſſunt rivuli non areſcere fonte ſiccato. Salus eccleſiarum omnium profecto ex Romanæ ſedis præcellentia, & ſumma auctoritate dependet. Quibus ex rebus non eſſemus auſi ea quoquo modo aperire domino noſtro, quæ nobis pro intelligentia contrahenda ſignificaſti. Sunt enim enervativa apoſtolici juris, & non minus profecto præjudicii præſeferentia; ac illa præſertim, quæ de confirmationibus pontificalium eccleſiarum attigiſti.*

Quantum ſit Rom. Pont. faſtigium.

Non poſtulandus Pont. de fœdere, ſed illi obſequium deferendum eſt.

Depreſſa ſede Romana aliæ deprimentur eccleſiæ.

Non ignoras, ut credimus, qualis ſit ipſe dominus noſter, quanta eſt in eo circumſpectio, quanta omnium rerum notitia, quanta gravitas atque conſtantia. Et ſi enim omnes laudandi ſunt, quos novimus, Romanos præſules; hunc tamen omnibus præferendum putamus, qui cum vitæ mundiſſimæ ſit, & omnia gerat commendatione digna, tum vero his conditionibus præditus eſt, ut falli non queat. Eſt enim ætate grandævus. Verſatus eſt in arduis & magnis negotiis: doctrina ea præfulget, cui ſimilis nemo eſt, qui audierit in anteceſſore fuiſſe. Itaque non facile decipiendus, qui cum multa per ætatem viderit, tamen conſcientiæ lumen cum rerum magnarum experientia conjunxerit. Rideret nos ſua ſanctitas, ſi quid ei proponeremus doctiſſimis ejus auribus quoquo modo indignum, atque ob hanc cauſam non præſumpſimus ea ſibi referre, quæ tuo nomine expoſita ſunt: neque enim ſua pietas eos probare ſolet, qui res minus juſtas ſibi proponunt. XLVI.

Calliſti commendatio.

Verum ut ad gravamina nationis veſtræ redeamus, ſiquid eſt, quod emendatione egeat; laudamus id ſanctiſſimo domino noſtro

ſtro ſignificari, nec dubitamus, quin ſua ſanctitas debito modo provideat. Illud autem nobis exploratiſſimum eſt, archiepiſcopum ſcilicet præfatum in optima reputatione apud ſanctiſſimum dominum noſtrum eſſe, favoremque ſibi, & opportunum præſidium ab eo nunquam defuturum certo ſcimus adverſus omnes, qui ſibi moleſti fuerint.

Si putent Germani ſe gravatos mittant oratores.

Quod ſi eorum oratores huc venerint, recipientur benigne, & humaniter tractabuntur, nec duras invenient apoſtolicas aures in his, quæ conceſſu digna petierint. Quod vero dicis ſereniſſimum Imperatorem & ipſum archiepiſcopum, ſi ſe cum ſancta ſede Apoſtolica intellexerint, facile impedituros adverſantium machinamenta, id quidem credimus, & ita factum eſſe novimus in ſuperioribus annis. At cum Imperator præfatus cum ſanctiſſimo domino noſtro unanimis ſit, nec unquam ab hujus ſanctæ ſedis devotione declinaverit, curandum eſt, ut ipſe archiepiſcopus idem agat.

Fredericus Pontifici conjunctiſſimus.

In qua re cum multa tua conſilia poſſint, rogamus ut in hoc tuos intendas nervos, veliſque doctrinæ tuæ nomen in defendenda Romanæ eccleſiæ auctoritate potius, quam impugnanda, clarum facere. Sic enim, & Moguntinæ eccleſiæ recte conſules, & tibi, & tuis amicis utilitates creſcent, & accumulabuntur honores. Dat. Romæ XII. kal. octobris anno MCCCCLVII. Hactenus Æneas ad Martinum Meyerum archiepiſcopi Moguntini, ut diximus, cancellarium, a quo ſingula objecta aliis literis (a) diluit. Erant illa quatuor diſtincta capitibus, nimirum decreta concilii Baſileenſis infringi; non confirmari electiones canonicas; extorqueri plurimam vim auri ab iis, qui ſacerdotia aſſequerentur; tum Germaniam indulgentiarum decumarumque occaſione exinaniri, Æneas ita reſpondit.

(a) Id. ep. 369.

Æneas Cardinalis Senenſis Martino Meyer, &c.

XLVII. Quanta ſit pontificatus dignitas.

Cogimur ad hæc nonnihil reſpondere, & in primis quidem fatemur quod ſcribis, inclytam ſcilicet nationem veſtram olim fuiſſe florentem, & ſuis virtutibus Romanum imperium meruiſſe: adjicimus tamen & illud, excellentiſſimam B. Petri ſedem, poſtquam ille martyrio coronatus eſt, ſemper Romæ fuiſſe, in qua qui ſederunt vicariatum Chriſti tenuere, claveſque ligandi atque ſolvendi penes ſe habuere ſive Græci, ſive Itali, ſive Germani, aut ex alia gente fuere, nec unquam regni cæleſtis introire januam potuiſſe, qui Romanorum Pontificum auctoritatem contumaciter contempſere; nec hodie illis gloriandum eſſe, qui auctoritate propria leges ſibi conſtituunt, quibus pro ſuo libito Romanæ ſedis juſſiones ſpernere poſſint: hos enim catholica veritas, niſi reſipuerint ante obitum, ignis æterni mancipio ſine intermiſſione deputat.

Pontificum contemptores ſervari non poſſunt.

Exceſſus fiunt in curia quia homines in ea verſantur.

Fatemur inſuper aliquando in Romana curia, quam regunt homines, aliqua fieri, quæ digna eſſent emendatione: nec dubitamus ipſos Romanæ urbis præſules etiam in quantum homines falli, errore, labi, ac decipi poſſe.

Sed ut ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi dignum eſſe ut compactata cum veſtra natione ſerventur, idque ſemper prædicavimus, & in futurum prædicare non omittemus. Siquidem nationi tuæ, a qua plurimum ſumus honorati, non minus quam noſtræ afficimur: verum cum dicis decreta Baſileenſis concilii non cuſtodiri, idque putas injurioſum eſſe nationi, indignam dicimus eſſe querelam tuam; propter decreta enim Baſileenſis concilii inter ſedem Apoſtolicam & nationem veſtram diſſidium cœpit, cum vos illa prorſus tenenda diceretis, Apoſtolica vero ſedes omnia rejiceret: itaque fuit denique compoſitio facta, in qua nos imperatorio nomine interfuimus, eam certam legem dedit deinde inviolabiliter obſervandam, per quam aliqua ex decretis concilii prædicti recepta videntur, aliqua rejecta; itaque non juſte agis, ſi per omnia ſervanda eſſe decreta contendis.

Male conqueſtus Meyer non ſervari decreta Baſileenſ. conciliabuli.

Pars eorum conſenſu imperii rejecta.

Sed venio ad electiones, quas paſſim contemni refers, hoc nos non invenimus ita eſſe, ut aſſeveras; nam poſtquam ex Alamania huc venimus, plures eccleſiæ cathedrales ejuſdem nationis vacaverunt, in quibus vel poſtulationes factæ, vel electiones fuere. De poſtulationibus nihil eſt quod objici poſſit, nam illæ ex gratia pendent etiam vetuſto jure, liberumque eſt Pontefici maximo eas vel admittere vel rejicere. Electiones autem, ſi canonicæ fuerint compactatorum vigore confirmationem merentur; nec repelli poſſunt, niſi de utiliore perſona Romanus Pontifex de conſilio fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium duxerit providendum, ſed neque hic eſt aliquid quod reprehendi merito poſſit.

De electionibus & poſtulationibus.

XLVIII. Querelæ de extorſione auri refellitur.

Quod deinde ſubjungis, extorqueri multum auri ab his, qui dignitates vel alia beneficia aſſequuntur, non eſt cur de hac ſede conqueramini, ſed potius de cupiditate & ambitione veſtrorum hominum, qui currenter pro epiſcopatibus inveniuntur competitores, his quibus palatium patet, certatim pecunias offerunt: illi vero, qui alloqui Pontificem poſſunt, non ſunt ſimiles angelis, ſed quales in Alemania Galliaque multos reperias, recipiunt enim quod offertur, non extorquent: Romanus autem præſul ſolus in thalamo ſuo nunc hos, nunc illos audit, & illos promovere ſolet, qui magis commendantur: nec ſcit, nec etiam arbitratur pecuniæ cauſa hos aut illos commendatione præferri, nec ſibi plus auri datur, quam concordata permittant, niſi fortaſſe aliquando occaſione expeditionis contra Turcos [quod ſibi profecto non fuit in tanta neceſſitate negandum] aliquando ſuper annatas recepit. Habes ergo in hoc parte reſponſionem noſtram. Et infra.

Par eſt apoſtolicorum adminiſtrorum ubique conditio.

Verum quia dicis Germaniam veſtram quondam ditiſſimam fuiſſe, nunc vero prorſus

ſus

Germania ſua gentilitate pauperrima.

ſit exhauſtam & omni ære vacuam eſſe, nos contra ſentimus, illudque indubie dicimus numquam Germaniam ditiorem fuiſſe quam hodie, numquam ornatiorem, numquam armis potentiorem, ſi uni domino paruerit. Namque ſi legamus vetuſta tempora, inveniemus Germanos olim ritu vixiſſe barbaro, veſtibus uſos laceris, venationi tantum & agrorum culturæ dediſſe operam, feroces quidem homines & belli appetentes, ſed argenti prorſus inopes, quibus quippe nec vini uſus erat: Et infra: Verum hanc mutationem quis fecit in vobis niſi religio Chriſti? cultus quippe Chriſtianæ religionis a vobis barbariem omnem expulit, atque ita expolivit, ut jam Græci ipſi barbari, vos autem recte Latini appellari mereamini. Cultum autem ſaluiferæ religionis, ſi verum fateri vultis, Roma vobis & apoſtolica ſedes dedit, quæ prædicatores ad vos mittens idolorum relinquere cultum, & verum Deum colere docuit. Plus eſt hoc, Martine, quam aurum & argentum, plus eſt quod accipitis quam quod datis. Itaque decet vos accepti beneficii memores eſſe, quod quidem tantum eſt, ut nulla poſſit theſauro compenſari. Hactenus Æneas.

Cum Chriſti fide omnibus bonis cumulatiſſima.

A Romanis Pontificibus fidem accepit. Decet Germanos beneficii memores eſſe.

XLIX. Habitus eſt harum turbarum in Pontificem author inter alios Theodoricus archiepiſcopus Moguntinus, quem idem Pontifex a nefaria illa molitione abducere, ſibique conciliare niſus eſt (a), præſertim eum ob fidei cauſam propugnatam is calumniarum turbo in ſe concitatus fuiſſet.

Archiepiſcopus Mogunt. factioſorum infectus partibus.
(a) Lib. 1. brev. p. 146.

Callistus, &c. In mentem noſtram cadere non potuit, te contra authoritatem S. R. E. ſedis Apoſtolicæ, atque noſtræ aliquod perpetrare, cum te ſciamus paſtorem ſcientificum & prudentem, ac Dei timoratum, quæ ſunt contraria aſſendentibus authoritatem & poteſtatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſummi Pontificis, cum quicumque hæc attentare valens, nedum in pœnas a jure divino & humano inſtitutas incideret, ſed etiam crimen hæreſis atrociter committeret. Tu quidem authoritate & maturitate, experientiaque præſul ſingularis in numerum electorum ſacri imperii vocatus es, quis ergo plus authoritatem ſummi Pontificis defendere tenetur, quam tu? quis protegere, quis ampliare magis, certe tu, in quo eſt confidentia noſtra, & permaxime, ubi vides & ſcis pro veritate nos affligi pro rebus fidei, pro quibus exponimus & nedum bona, ſed ſanguinem & perſonam. Dat. &c.

Pontificium auctoritatem labefactat.

L. Extant aliæ (b) ad eum, tum ad Treverenſem & Colonienſem archiepiſcopos eadem verborum formula conceptæ literæ, quibus Calliſtus proponit, quantum ab ipſorum dignitate abhorreat ad Romani Pontificis authoritatem deterendam conſpirare, profiteturque ſibi non aliam curam cogitationemque hærere animo, quam ut Chriſtianam rem tueatur & amplificet, ſeque libenter pro ea cauſa martyrium ſubiturum.

(b) Ib. p. 142.
Oſtenſa illi rei indignitas.

Venerabili fratri archiepiſcopo Moguntino electori imperii ſalutem, &c.

Et ſi de tua fraternitate conſtans ſemper fuerit judicium & ſententia noſtra, te ſcilicet prælatum eſſe cum integerrimum & prudentem, tum etiam honoris ac ſtatus ſedis Apoſtolicæ amantiſſimum; tamen permoleſte intelleximus nonnulla, quæ de ipſa fraternitate tua nobis perlata ſunt, quæ ſi vera eſſent [quod nobis difficillime perſuaderi poſſit] certe deteſtanda & omni abominatione digna merito judicarentur: nam quid immanius dici, aut excogitari poſſet, quam prælatum tantum, quantus tu es, abjecta reverentia ſedis Apoſtolicæ cum illis ſentire, qui ipſius ſedis honorem & authoritatem pervertere machinantur? Hoc itaque numquam nobis venit in mentem de tua fraternitate credere: nec credemus quidem: quinimmo priſtina noſtra opinio immutata permanet, teque dignum præſulem & maturitate experientiaque præditum exiſtimamus, & eum qui merito unus ex ſacri Romani imperii electoribus exiſtat: quod nomen fraternitatem tuam omnibus ſtimulis excitare debet, ut omnibus viribus & ſenſibus tuis ſemper ſtudeas de ſancta Romana eccleſia ac ſede præfata benemereri; præſertim cum in ipſa ſede is nunc divina voluntate, quamquam immeritus ſedeat, qui non immemor emiſſi voti ſanctam fidem orthodoxam religionemque Chriſtianam prope ſolus, & deſtitutus omni ſubſidio Chriſtifidelium potentatuum, omni ratione, conſilio, ſenſu, orationibus denique ac lachrymis protegere pergit: de nobis loquimur non jactantes: orbi enim univerſo jam nota ſunt opera noſtra, qui pro defenſione dominici gregis cum opes & facultates cunctas cautione exhauriamus, devoto animo etiam ſanguinem proprii corporis effundere non recuſamus, quod utinam tanto incendio extinguendo ſufficeret. Novit Deus quam libenter omni martyrio acquieſceremus. Quod ſi qui maligni ſpiritus aut dæmones humanam effigiem induti ſuis practicis & ſophiſmatis aliter putant, & aliis non vera perſuadere conantur, ii audiendi non ſunt: ſed decet fraternitatem tuam eum talem intelligere defenſioni noſtræ, & dictæ ſedis animum intendere, nec pati, ut ii qui indigne & in præjudicium animarum ſuarum honorem & authoritatem noſtram, & negotia fidei Chriſtianæ turbare tentant, de ſua nequitia & malignitate glorientur. Dat. &c. Graſſati fuere inſigni flagitio in ſacrum aurum pro Turcico bello collectum, qui in Pontificem ejuſmodi querelas de corraſa pecunia (c) ex Germanis protulerunt: inter quos Joannes epiſcopus Her-

Revocare eum benigne ad officium nititur Calliſtus.

Non opes tantum ſed ſanguinem pro Chriſto effundere paratum ſe profitetur.

Aliqui Germaniæ præſules ſacrum pro Turcico bello aurum diripiunt.
(c) Ext. in lit. apud Æn. Sylv. ep. 327.

bipo-

bipolenſis, cum ſubſidiarias illas pecunias latrocinio invaſiſſet, quæſtores pontificios eas repetentes provincia abegit. Cum autem illum merita pœna percellere pararet Calliſtus, & archiepiſcopus Moguntinus pro Herbipolenſi epiſcopo deprecator acceſſiſſet, reſpondit Pontifex uſurum ſe clementia, ſi ille capiaret ſcelus, raptaque reſtitueret.

LI. Galli vires opeſve in Turcas conferre nolunt.

Nec Germani modo Pontifici ſacram pro amplificando Chriſti cultu expeditionem conficere annitenti adverſati ſunt, verum etiam Galli nec vires, nec opes ad religionis hoſtes debellandos conferre voluerunt: quocirca graviſſime queſtus eſt (a) Calliſtus apud Alenum Cardinalem in Galliis legatum, Carolum Regem cruceſignatæ expeditionis in Turcas abjeciſſe curas, neque clerum ad perſolvendas imperatas decumas perpellere: *Cum*, inquit, *omnipotens Deus, viam ſalutis patefecerit, & victoria ſit in manibus, dolemus & graviſſime angimur, quod catholici principes tam lente & ſegniter cauſam publicam amplectantur: quæ enim peſtis major, quis acrior dolor extimari poteſt, quam in tam gravi re tamque neceſſaria tantam videre ſocordiam?* Et infra: *Vides enim quod ex tua legatione, neque ex decima, quæ [ut dicitur] per te colligitur denarium unum, aut ſubſidium minime habemus.* Præferebat (b) quidem Caroli Regis filius Ludovicus major natu Delphinus Viennenſis ingentem belli in Turcos gerendi ardorem; ſed Carolus graves in illum iras conceperat, ſeque in libidinis cœno volutans ad divinam cauſam ſuſcipiendam aſſurgere nequibat: illum tamen Pontifex excitare tranſmiſſo aureæ roſæ munere conatus eſt (c), ut militarem virtutem, qua Gallici nominis hoſtes propulſaverat, adhiberet in Turcas, laborantique rei Chriſtianæ opitularetur; addidit etiam preces, ut ex decumis, quæ a clero coactæ fuerant, ſubſidiariam vim auri ad faciendos belli ſacri ſumptus ſubmittendam curaret.

(a) Lib. c. brev. p. 74.

(b) Ib. p. 143. Monſtrel. vol. 3. p. 68. & Gaguin. in Carol. VII.

Delphinus pium gerendi Turcici belli ardorem praefert. Carolus Rex meretriciis amoribus illaqueatus.

(c) Ib. p. 93.

Carolo Francorum Regi illuſtri.

LII. *Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Vetus conſuetudo, chariſſime fili, moſque ſanctiſſimus eſt, ut Romanus Pontifex peracta ſacrorum celebratione, die qui quartus eſt dominicus in quadrageſima auream roſam illuſtri cuipiam principi pro munere donet. Magnum profecto & dignum divina laude myſterium, in quo non muneris æſtimanda eſt quantitas, ſed altioris ſignificationis qualitas interpretanda. Nobis autem qui divina voluntate, quanquam immeriti, paſtorale culmen Romanæ eccleſiæ tenemus, cum vellemus hoc præclarum munus in tempore proxima quadrageſimæ implere, occurriſti quem potiſſimum hoc dono dignum exiſtimaremus. Nam ad nobilitatem ſanguinis, qua humanum ferme faſtigium exuperas; tot adjeciſti proprias in omni genere virtutes, ut tantum divis progenitoribus tuis gloria ſis æmulatus, quantum illi ſeris quadam & ſplendore maximarum rerum, cæteris orbis Regibus ac principibus excelluerunt.*

Tranſmiſſa ad Carolum Regem roſa aurea.

En igitur accipe pignus & monumentum noſtri in tuam ſerenitatem amoris. Roſam hanc lætiſſimo corde ſuſcipe: nec te auri fulgor, ſed contemplatio divinæ ſignificationis teneat. Sancta enim Eccleſia hoc donum per manus ſummi Pontificis ad demonſtrandam lætitiam ordinavit, & gaudium Iſraelitici populi, dum omnipotens Deus miſeratus diuturnam ipſius ſervitutem ex Babylonica captivitate eum liberavit. Nullus flos enim omnium, quos alma mater terra producit, roſæ comparandus eſt, nec qui aſpectu jucundior appareat, aut odoris ſuavitate ſit fragantior. Utinam, chariſſime fili, divinus odor penetret in tuos ſenſus, ut eo repletus explices generoſitatem cordis tui, atque hoc divinum opus defendendæ fidei totis viribus amplectare, & Chriſtianus populus, exceſſo & exterminato immaniſſimo genere Turcorum & infidelium, pacem & tranquillitatem in Domino aſſequatur. Hac enim cura dies ac noctes nos ſollicitat, & ſtimulis pungit acutis ſenſus noſtros, & cum molem hanc prope ſoli ſuſtineamus, nulla ratione eam diutius ferre poſſe cernimus, niſi Chriſtianorum ope principum, tuaque præſertim tua ad tantam rem vires nobiſcum depromat.

Myſtica ejus interpretatio.

Rogatus Rex ut Chriſtianum populum e Turcica tyrannide eripiat.

Illud enim maxime ad noſtras moleſtias accedit, quod videmus antiqui hoſtis in tantum prævaluiſſe fallacias, ut multorum Chriſtifidelium principum, & eorum quidem, qui defenſandæ fidei primas & debent & ſoliti ſunt gerere partes, mentem a tam neceſſario opere abſtraxerit, & novis ſcandalis implicaverit. Putamus enim intellexiſſe tuam ſerenitatem mala, quæ in Hungaria & Germania, propter diſſenſiones, ſuborta ſunt: ad quæ ſedanda omni ſtudio incumbimus, ſcripſimuſque propterea Imperatori & Regi Hungariæ, & nunc noviſſime legato noſtro, ut videbit tua ſerenitas in copia, quam hic includi fecimus; nec propterea deſiſtimus, quamvis ſumma penuria pecuniarum gravemur, quin omni ratione claſſem noſtram augere & corroborare curemus. Sed cum admodum exiles ſint facultates noſtræ ad tantam rem, accedentibus etiam his malis, quæ ſupra memoravimus, periculum eſt ne ſub hoc faſce opprimamur, & in medio curſu ſuccumbamus, niſi tua ſerenitas more ſuorum avorum afflictis fidei orthodoxæ rebus ſubveniat. LIII.

Quare per regiam tuam ſublimitatem, per gloriam tuorum progenitorum, qui ob ſingularem fidei amorem Chriſtianiſſimi vocari meruerunt, denique per reſperſionem ſanguinis & paſſionem Salvatoris te hortamur & obſecramus, ut tandem optato ſuc-

car-

Suſceptum ob conceptas Gallicæ opis ſpes bellum.

curſu fidei Chriſtianæ ſubvenias; & de pecuniis & decimis & oblationibus Chriſtifidelium in regno tuo collectis, & colligendis nobis ſuccurras: nos enim ea ſpe adducti hoc tantum onus maxime ſubivimus, quibus deficientibus, procul dubio & nos a ſanctiſſimis incœptis quod abſit deficere cogeremur. Sed nobis nullo modo perſuadere poſſumus, at tua celſitudo deinde in hoc cunctatura ſit; & nos hæc potiſſima ſpes nutrit. Quod ſi eadem celſitudo tua auxilium nobis ſubminiſtrabit, & vires ſuas in hoſtem converterit, victoria & triumpho potiemur. Datum &c. die xxiv. maii MCCCCLVII.

LIV. (a) Ib. p. 518. De triginta triremibus inſtruendis violata pacta. Impia provocatio a Pontifice ad concilium a Gallis facta.

Conventum eſt (a) inter Carolum Regem & Pontificem, ut triginta triremes ex decumano auro in Galliis colligendo inſtruerentur, quamquam poſtea illæ in Turcas ſubmiſſæ non fuerunt: plures vero ex Gallicano clero cum decumas pendere juberentur, pernicioſo diffugio nefarium Germanorum exemplum imitati, a Pontifice ad futurum concilium provocarunt, non prodentes modo religionis cauſam ob avaritiæ ſordes, verum & pontificia authoritate oppugnata Baſileenſe ſchiſma ab inferis revocare ſatagentes: quorum perduellionem cum Ludovicus Narnienſis, qui Pontifici a ſecretis erat, ſignificaſſet non ſine dolore Callisto, is miſeratus infelicem rei Chriſtianæ ſortem ac deplorans religionis cauſam a ſacerdotibus adeo contemni, hæc reſcripſit (b).

(b) Ib. p. 204. Damnata ut hæretica.

Calliſtus, &c. Inter alia cor noſtrum penetravit verbum in tua litera poſitum, admirati Deum non ulciſci in tam temeraria, immo hæretica inobedientia & rebellione dolemus & valde dolemus, quod peculiare nomen Chriſtianiſſimum Regis & regni Franciæ merito ab antiquo acquiſitum, hoc regnante Rege, cui tantum Deus præ cæteris atoris noſtræ favet, ut de prava factione, nimirum pragmatica, cum tanta amaritudine cordis tacemus ad præſens tulta in regno ipſo tolerentur, exiſtente Rege bono & catholico. Deficiunt nobis miniſtri ad ea, quæ Dei ſunt, ſecundum ſanctum propoſitum noſtrum exequenda; meſſis enim multa, operarii vero pauci: Rogamus igitur dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam, ut ait Dominus omnipotens, & indubie faciet & væ væ, væ illis, qui nos non juvant etiam cum ſanguine proprio ſi ſit opus, & nos vincemus, Deo juvante. Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus. Dat. ultima junii MCDLVII. anno III. Non fruſtra tertio repetitum væ fuit adverſus Carolum Regem, quem ſe fame infeliciter peremiſſe ferunt; ut ſuo loco dicetur.

Francor. Rex Chriſti cauſam deſerit.

Pontificia interminatio memoranda.

LV. Impia appellatio Pariſienſis academiæ.

Moliti inter alios erant pernicioſo exemplo ad concilium provocationem Pariſienſes doctores, & provinciæ Rothomagenſis clerici, quam mox Calliſtus, ut temerariam atque impiam, ut quæ ſummam Romani Pontificis authoritatem everteret, diffugia ſceleratis omnibus ad eludendam eccleſiaſticam ſeveritatem pararet, eccleſiaſticam hierarchiam peſſumdaret, indictum denique in Turcas bellum diſturbaret, reſcidit (c), cenſuitque animadvertendum in flagitii auctores. Alano itaque Cardinali legato e Galliis diſcedenti dedit mandata, (d), ut Pariſios reverteretur, & academicos clericos ad provocationem, quam ad futurum concilium conceperant, revocandam cogeret, nec rem impune abire pateretur, cum pernicies illius exempli in univerſam Eccleſiam dimanatura eſſet: addiditque querelas, clerum adeo deditum ſordibus ut Chriſti cauſam deſereret, neque ex opum ſuarum affluentia in ſacri belli ſumptus aliquid vellet conferre, dum Pontifex Romanus vix ſuſtentandæ vitæ neceſſaria ſibi reſervabat, noctesque inſomnes in religionis defendendæ cura & cogitatione ducebat; legatum denique ad animi conſtantiam in juſſis perficiendis eſt cohortatus.

(c) Lib. 25. p. 134.

(d) Lib. 1. brev. p. 103.

Dilecto filio Alano tit. S. Praxedis presbytero Cardinali Avenionenſi noſtro & A. S. L.

LVI. Increpitus legatus inertiæ.

Non admiraberis ſi parumper commoveri videamur, quod rebus inexpletis regnum Franciæ deſerueris; parum enim prodeſſet agendis negotiis bona dediſſe principia, niſi recto fine clauderentur; nam quod antea pro tua circumſpectione & providentia exactionem decimæ obtinueris, id tibi magnam tribuit laudem & commendationem; verum cum nobis ſignificaveris ab univerſitate Pariſienſi & provincialibus Rothomagenſibus atque aliis quibuſdam diverſas appellationes fuiſſe interpoſitas ad turbandam ipſius decimæ exactionem, quæ pro tanta fidei neceſſitate, & tam ſalutari Chriſtianorum remedio impoſita eſt, ut hæreticum ſit & deteſtabile illi in aliquo contravenire, ferre non debueras auſus tam temerarios, utpote de poteſtate ſedis Apoſtolicæ male ſentientes, cum ad futurum generale concilium quaſi ad aliquod majus tribunal appellare viderentur, nam quid agant variæ præſertim in ipſa univerſitate nationes, ſi te diſcedentem audiverint, niſi ut omnes Chriſtianitatis provinciæ eorum exemplo in hunc labantur errorem, cum nemo ſit, qui eorum temeritatem melius compeſcere poſſit; habes enim brachii ſæcularis aſſiſtentiam regio promiſſo ac literis firmatam: mandatae es etiam ad id, ultra tuæ legationis poteſtatis plenas literas, ſuper his & aliis & expreſſe noſtra facultate, quam pridem tibi tranſmiſimus contra Pariſienſes & alios, ut petiiſti, & de præſenti replicamus: noviſti præterea mores eorum hominum & conditiones rerum omnium a te geſtarum, quæ nunquam alteri mittendo unquam poſſent ac-

Errant qui majus tribunal pontificio exiſtimant.

ci-

Digitized by Google

cidere. Quare volumus & circumſpectioni tuæ harum ſerie in virtute ſanctæ obedientiæ committimus & mandamus, ut ſtatim redeas ad ipſum Regem, & opportunis ab eo receptis ſuffragiis &, ſi opus ſit, Pariſius te conferas, ac univerſitatem prædictam & quoſlibet alios modis omnibus cogas & compellas ad revocandum appellationes hujuſmodi, & reprimendum eorum audaciam, nec aliqua utaris excuſatione, quin ante tuum reditum hoc perficias; quoniam nullatenus pati decrevimus, quod tales appellationes ſuſpenſæ maneant & impunitæ, certificantes te nihil eſſe, quod in viſceribus cordis noſtri magis fixum habeamus, adeo ut dies noctesque nihil fere aliud cogitemus, voluiſſemuſque quod poſteaquam morbum ſignificaveris, medicinam huic morbo aptam per te exhibitam & executioni mandatam, ubi de tanto & enormi præjudicio agitur, ut præfertur, ad tui honorem & noſtri ac ſedis Apoſtolicæ conſolationem notificaſſes: decet enim, & maxime legatum de latere, potius remedium, proviſionem, & vindictam, quam factum abſque medela exhibita congruenti principi apoſtolico intimare: ad hoc pulcher textus beati Gregorii Papæ, & valde ad propoſitum XXVII. q. 1. Si homo eſſet; quem legas & memoriæ commendes: cui optime concordat quædam lex Imperatoris, inquientis: Prius vindictam criminis, quam crimen nobis ſignificare debuiſſet.

Juſſus legatus cogere Pariſienſes academicos ad revocandam appellationem.

Nunquam eam impune paſſurum profeſſus Calliſtus.

LVII. Eandem reſcindit auctoritate Apoſt.

Supplendo igitur quæ tu facere debueras, ne penuria debitæ proviſionis & canonicæ reſponſionis videamur declinare certamen, & jus noſtrum & ſedis Apoſtolicæ, qui ſubditorum jura defendimus, negligere videamur, revocatis, caſſis, & nullis declaratis, argutis & malivolis illis aſſertis, appellationibus, & provocationibus, & quibuſvis inde ſecutis, de fratrum noſtrorum conſilio opportunas bullas expediri mandavimus, tibique eas mittimus, ut debitæ executioni, prout tibi videbitur expedire, & in eis contenta demandes, & demandari facias ubique juxta ipſarum ſeriem & tenorem: providetur enim generaliter contra tales, & ſi acrius meruiſſent, ſatis civiliter exhortamur etiam Regem, ut in brevi, cujus copiam mittimus, ut tibi aſſiſtat ſuffragiis opportunis, ne in regno tam catholico & Rege Chriſtianiſſimo macula ponatur in gloria ſua: nam quod ratione caret, & peſtilens morbus, præſertim contagioſus, radicitus exterminari neceſſe eſt; nam & ſi cupiamus decimam ſolvi, & cruciatam exigi in regno ipſo, magis ac magis cupimus tam peſtiferam appellandi, & verius profanandi malitiam evellere, & penitus eliminare: tolerabilius enim videtur nihil indulgeri, quam & obtentu commodi honori noſtro & ſedi Apoſtolicæ tam turpiter detrahi: laboramus enim ad perditionem Turchi & infidelium, & hæc in legatione tibi decreta tam nefanda ante tuum receſſum remanere impunita, aut ſaltem per te improviſa & non publicata, ut præfertur, nefas eſt: tam enim affligit cor noſtrum & ſuppoſitorum S. R. E. quod plus extimamus ſuper his per te opportune provideri, ut præmittitur, quam de decima ſeu galeis & aliis per te geſtis obtinendis. Et, ſi bene conſideratur, ſatis tangit peſtis iſta regium culmen. Arrius modica ſcintilla fuit, quæ a principio non compreſſa eſt: ferro abſcindenda ſunt vulnera ne ſerpant: ſicque ſanctius fuiſſet non te miſiſſe ad ipſum regnum pro decimo & cruciata, quam iſta dimittere incorrecta. Etiam prout tibi videbitur mittas bullam Cardinali Æduenſi. Ecce quomodo ſtat ſancta Romana eccleſia: nobis pro defenſione fidei catholicæ, & ſacri evangelii vix remanent vitæ neceſſaria, exponendo quidquid habemus; & pro grege dominico nobis commiſſo invigilando & quandoque noctes tranſeundo inſomnes, ex quo primum debetur, & non diſpendium, inobedientia, indevotio, immo infidelitas contra nos & ſedem Apoſtolicam: ad quid & de quo ſervit cap. nulli fas, & cap. omnis & cætera jura divina pariter & humana. Si ſub diſſimulatione & oculis conniventibus abſque debita acrimonia talia multa tranſmiſimus & ſuſtinemus, exurge Deus & judica cauſam tuam, & juva nos & legatum noſtrum Cardinalem Avinionenſem, fortemque & robuſtum reddas ſuper præmiſſis, ut de eo prædicari valeat de latere noſtro miniſtrum & glorioſum athletam miſimus ad plantandum & inferendum bona, & ad evellendum & diſſipandum mala contra illum præcipuum articulum orthodoxæ fidei: In unam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. *Abſit, abſit legationem ipſam deſerere his infectis & improviſis. Datum die XXVIII. junii MCCCCLVII. anno III.*

Ut malorum ingentium initium execratur.

Dolet de hominum perfidia rem Chriſtianam aſpernantium.

LVIII. Quod ad Cardinalem Æduenſem, cui Alanus diploma pontificium mittere juſſus eſt, attinet; is erat Joannes tit. S. Stephani in Cælio monte presbyter, cui Æduenſis eccleſiæ adminiſtratio fuerat commendata, cujus procurator Henricus e Maya, cum ab Antonio quæſtore pontificio ad pendendas decumas urgeretur, ejuſdem Joannis & eccleſiæ Æduenſis nomine primum ad Pontificem, ac ſi quæſtor auctoritate pontificia inſiſteret exigendis decumis, ad futurum concilium appellavit; quæ provocatio dicto diplomate ad Cardinalem Æduenſem tranſmiſſo convulſa eſt: Joannem vero perſtrinxit ob nefariam eam molitionem Calliſtus (a), & ingrati in ſedem Apoſtolicam animi vitium ei objecit; de ipſius enim procuratore locutus addidit.

Joannes Card. Æduen. male de Eccleſia meritus.

(a) *Ib. p.* 104.

Calliſtus, &c. Ad nos & ſedem Apoſtolicam appellavit: & ſi dictus Antonius appel-

appellationi hujuſmodi non deferret, vel per promotionem ut alias ſententiae occaſione dicta decima procedere vellet, ab ipſo Antonio & illius poteſtate, ac ab eo quod ſequi poſſet ad futurum generale concilium Eccleſia militantis ad illum vel illos ad quem, vel ad quos eadem provocatio & appellatio interponi deberet, & illius cognitio pertineret in noſtrum & Apoſtolica ſedis contemptum auſu temerario etiam provocare & appellare præſumpſit. Eſt hac recompenſa beneficiorum, qua ab eadem ſede obtinuiſti? Eſt hac obſervatio juramenti fidelitatis debita, quod Romano Pontifici præſtitiſti? Eſt hac promiſſio per te facta, dum ad honorem cardinalatus aſſumptus eſſes? Eſt hac denique ſpes, quam nos & fratres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in te habebamus? O ingratitudinis damnabile vitium omni ſupplicio dignum. Expertus eſt Pontifex graves has in eliciendis ex Gallis adverſas Turcas auxiliis difficultates.

Quem ingratum ejus animus.

LIX. Angli bellum in Gallia inſtaurare moliti.

Neque Angli ad bellum ſacrum conſurrexere; cum vel ad domeſticas ſeditiones proni eſſent, vel ad amiſſa in Galliis recuperanda anhelarent. Nec defuere Galli, qui ſe ab eis ſubornari promiſſis finerent: inter quos Alenconii dux poſtulatus de conflata cum Anglia coitione damnatus(a) eſt, legumque ſeveritas adhibita in nonnullos Burdegalenſes, qui Burdegalam Anglis prodere conſtituerant: cumque illius conjurationis ſocietate implicitii eſſent quidam eccleſiaſtici viri, Calliſtus Blaſio archiepiſcopo Burdegalenſi, & Pictavienſi Conſtantienſique epiſcopis dedit mandata (b) ut in eos animadverterent. Eas vero Anglorum pro repetenda Aquitania molitiones alti ſunt Galli aperto bello: ea inteſtinis enim Angliæ ſeditionibus, quas Richardus Eboracenſis in Regem concitarat, occaſionem aucupati (c), claſſe quam ad tuendam Normanniæ oram inſtructam habebant, in Angliam invecti Cantianos agros maritimos rapinis, ferro, flammiſque fœdarunt (d). Tradit vero S. Antoninus (e) eam claſſem contra Turcas decimano auro, quod Rex Carolus e regno educi non erat paſſus, ſed crucesignatis Gallis in ſtipendium locati paſtus erat, comparatam ac deinde non in Turcas ſed Anglos impetus vertiſſe. Ut ut res fuerit ea Anglorum diſſenſione, de qua paulo ante memoravi, Jacobus etiam Scotiæ Rex incurrendi in Angliam occaſionem ſumpſit, ſprevitque pontificis preces, ut vires ſuas pro religione tuenda contra Turcas converteret; populatas vero late Angliæ agros Roxburgum obſidione cinxit (f), quam dum urgebat diſſilientis anius tormenti bellici ſtaſtis petitus interiit; nec tamen Scoti ſolvere obſidionem, donec Roxburgo potiti ſunt: ad regium vero ſolium Jacobi filium ejuſdem nominis extulerunt. Acceptæ porro ab exteris clades Anglos perpulere, ut depoſitis odiis priſtinum inter ſe amicitiæ fœdus redintegrarent.

(a) Paul. Æmil. in Car. VII.
(b) L. 24. p. 143.
(c) Polydor. Verg. l. 23. in Henr. VI.
(d) Monſtr. vol. 3. hoc ann. p. 70. & Polyd. ubi ſup.

Gallorum in Angliam irruptio.

(e) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1.

Carol. Rex non in Turcas ſed Anglos eccleſiaſticum aurum evertit.

Rex Scotiæ contempta Chriſtiana re in Angliam irruit.

(f) Polyd. ſup. l. 23.

Violentæ necis pœnam refert.

LX. Suecia concuſſa bellis.

In Suecia maximæ rerum converſiones ex inteſtinis ſeditionibus factæ: Carolus enim Rex, qui a Suecis & Gothis, ſoluto decreto de non creando Rege niſi Norvegiorum Danorumque conſenſu, quibus conjuncti eidem ſceptro paruerant ad regiam dignitatem evectus fuerat, poſt geſta plura cum Chriſtierno Daniæ Rege bella, cum ſolium firmatum putaret, ſortis abjectæ immemor, ex qua fuerat excitatus, populorum odia incurrit (g), quod eos graviori jugo premeret, nobiles temneret, manus in ſacras opes injiceret, ordinis eccleſiaſtici jura libertatemque opprimeret, ſeque impia etiam ſuperſtitione contaminaret. Inde conjuratio in eum conflata eſt, ac Joannes archiepiſcopus Upſalenſis Sueciæ primas belli dux ad excutiendum tyranni jugum renuntiatus (h): qui commiſſis aliquot prælis Carolum regno depulit. Ejecto ita tyranno Sueciæ & Gothiæ ordines univerſi, Pontifici converſiones, quæ in iis regnis acciderant, ſignificarunt, ſeque ob ſævos ac damnatos Caroli mores ad tuendam populorum ſalutem cepiſſe arma, illumque pepuliſſe [1]. Quibus auditis Calliſtus indoluit Carolum tantis ſe inquinaſſe flagitiis, ut ipſos neceſſitas ad illum ſolio detrahendum adegerit, cohortationemque addidit, ut in iis inteſtinis motibus populorum ſalutem eccleſiaſticique ordinis dignitatem tuerentur.

(g) Magn. hiſt. Sueon. l. 23. c. 6. & 7. Crantz. l. 8. Dan. c. 28. & l. 5. Suec. c. 39. & ſeqq. Gobelin. in Comment. Pii II. l. 1. & alii.
(h) Lib. 26. p. 28.

Carolus Rex ob tyrannidem exutus regno. Significant Sueci rem geſtam Pontifici.

Venerabili fratri Joanni archiepiſcopo Upſalenſi & dilectis filiis nobilibus viris univerſis baronibus, proceribus, conſiliariis, & militibus regni Sueciæ & Gothorum ſalutem, &c.

LXI.

Ex tenore literarum veſtrarum intelleximus novitates, quæ ſuperioribus menſibus in regno veſtro Sueciæ & Gothorum fuerunt, videlicet quemadmodum vos cha-

NOTÆ [1] RES illas Danicas, quas hic narrandas ſuſcipit annaliſta, ſuo anno recte conſignari ex chronologicis Danis apud Ludevvig Reliquiar. to. 9. diſcimus. Sed ex illis noſcimus etiam certum illud tempus, quo tanta rerum ſubverſio accidit. Carolus enim rex a Suecis expulſus *circa medium quadrageſima ad civitatem Danske navigio vectus aufugit. In feſto vero S. Joannis Baptiſta* communi ſuffragio Chriſtiernus in regem aſſumptus fuit, teſte anonymo in chronico ibidem num. VIII. relato. MANSI

Crimina Carolo objecta.

charisſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum olim Suetiæ & Gothorum Regem propter peſſumdatam ab eo immunitatem eccleſiaſticam, & prælatorum & reliquorum ipſius regni eccleſiaſticorum & ſæcularium oppreſſiones, & de eorum rebus factas extorſiones, ac cœnobiorum aliorumque piorum locorum ſpoliationes, prælatorum exilia, & alia varia mala per eum pleriſque veſtrum reliquiſque incolis dicti regni illata, nec non ob quorumdam obſervationem rituum hæreticam pravitatem ſapientium, & denique propter ejus inſolentiam ac inſupportabiles & incorrigibiles mores, quibus ſe nimium inſolentem ac gravem totius regni populis præſtiterat; tandem cupientes tot & tanta veſtris quaſi jam imminentia cervicibus vitare flagella, ſuſcepto per te frater archiepiſcope, tamquam ipſius regni primatem & caput, ac extirpandæ tyrannidis principem gentium armigerarum ducatu, denique vos omnes concorditer manu potenti poſt varios conflictus eumdem Regem ab ipſo regno tamquam indignum & inutilem ejeciſtis. Quapropter nos intellectis hujuſmodi nunciis condoluimus ſane ac condolemus, quod ipſe Rex adeo hujuſmodi exceſſibus inſorduerit, ut aſſeritis, quod talem vobis proviſionem fieri oportuerit, & in eo potiſſimum non mediocriter vobis & dicto regno compatientes, quod cognoſcimus in ipſo utpote in confinibus illic prope infidelium terras ſito, exemplaris vitæ Regem fore decere, Deum timentem, pietatis & juſtitiæ zelatorem, eccleſiarum & piorum locorum nec non prælatorum omnium defenſorem, liberalem, omnibus beneficum, nemini nocentem, facilem atque humanum & magna modeſtia præditum. Sed ex quo ita diſponente aut permittente Deo ſecutum eſt, hortamur te frater archiepiſcope, voſque filii dilecti, ut in hujuſmodi tumultibus communem totius populi ſalutem rebus omnibus anteponentes, eccleſiarum, cœnobiorum, & reliquorum piorum locorum jura eccleſiaſticamque libertatem ita viriliter tueri & defendere ſtudeatis, ut præter æternæ retributionis præmium etiam cum humanæ laudis præconio a nobis & ſede Apoſtolica condigna vobis proveniat retributio meritorum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo quartodecimo kal. novembris pontificatus noſtri anno III.

Hæreſeos ſuſpicione perſtrictus.

Pluribus præliis victus electus.

Juſſi præſules pium Regem præficere.

LXII. Popoſcere iidem regnorum illorum ordines a Calliſto, ut Joannem archiepiſcopum Upſalenſem, qui exercitus imperium, ut diximus, geſſerat adverſus Carolum pro deſtruenda ejus tyrannide, priſtinaque libertate reſtituenda, cenſurarum eccleſiaſticarum, ſi quas ob cædes in pluribus certaminibus a milite patratas contraxiſſet, nexu ſolveret: quorum precibus aſſenſit (a) Pontifex. Porro ejecto Carolo a Suecis & Gothis Chriſtiernus (b) Danorum & Norvvegiæ Rex in ſolio Gothico poſitus eſt, ac tria iterum regna ſub uno principe coaluere, de quo hæc Joannes Gobelinus (c) in commentariis: *Per hoc tempus Carolus Rex Suetiæ cum ſæviret in Chriſti ſacerdotes, & avaritiæ libidinique ſerviret, annitente Upſalenſi archiepiſcopo, qui duxit exercitum, regno dejectus eſt, & Chriſtiernus ei ſuffectus, qui uſque hodie regnat.*

Chriſtiernus Suedicum regnum Daniæ Norvegiæque conjungit.

Cæterum Chriſtiernus, qui antea, dum cum Carolo de Sueciæ regno decertabat, ſollicitatuſque fuerat ad expeditionem in Turcas pro tuenda religione conficiendam, reſponderat (d) Gothico ſe diſtineri bello, eoque confecto arma in fidei hoſtes lubentiſſime verſurum, compos votorum factus, ſceptroque Gothico potitus, quamvis a Calliſto urgeretur (e), fidei cauſam defendendam non ſuſcepit, aliorum Regum principum more, qui cum nomen Chriſtianum contra Turcicam impietatem vindicaturos polliciti eſſent, promiſſa tantum ad oſtentationem facta non ſervarunt.

Confecto bello Chriſti cauſam ſpernit.

LXIII. Ex his Alfonſus Aragonum & Siciliæ Rex, voto obſtrictus ad ſuſcipiendum adverſus Turcas bellum, concepta in Genuenſes odia exercuit, ac ne eam ob cauſam vires in Turcas effunderent diſtraxit, plurimam jam antea Calliſtus operam navarat ad ſedandum id bellum Genuenſiumque oratores ad ſe vocare conſtituit, ut cum ipſis de componendo fœdere ageret, de quo has ad Genuenſes literas dedit (f).

Inveterata Regum pietatem oſtentantium fraus. Alfon. Rex Arag. devota Chriſto arma vertit in Genuenſes.

Calliſtus, &c. Dolemus vehementer antiqui hoſtis prævaluiſſe fallacias, & ex eis pleroſque avertere a defenſione ſanctæ religionis, ut deſerta publica cauſa in perniciem domeſticam armet: cum itaque pro his turbulentiis ſedandis omnem curam ſuperioribus annis adhibuerimus, & noviſſime intellecta diſcordia & diſſenſione prædicta continue regiam celſitudinem ad pacis & concordiæ ſtudium traducere conati ſimus: videmur ſedulitate interceſſionum noſtrarum hoc aſſequuti ut eadem celſitudo jam incipiat lenire & aures præbere optimis adhortationibus noſtris, ſperamuſque in dies divina cooperante gratia animum regium ad ea conſilia deſcenſurum, quæ famæ & honori ſuo conveniant, & vobis quietem afferant; pro cujus rei concluſione, cum nos indefeſſe quantum cum Deo poterimus operari & laborare intendamus, cupimus vehementer aliquem ex veſtris de mente & voluntate veſtra plene informatum apud nos habere, cum quo multa, quæ pro rei proſecutione occurrere poterunt, conferre valeamus. Dat. v. aprilis anno ſecundo.

Genuenſes ad pacem conficiendam parati.

LXIV. Morem geſſere Pontifici Genuenſes (g), ac duos oratores viros prudentiæ laude

(a) *Ibid. p.29.*
(b) *Magnus l.23. c.7. & Crantz. l.5. Suec. c.40.*
(c) *Gobelin. in comm. Pii II. l. 1.*
(d) *Ext. ejus lit. apud Æn. Sylv.*
(e) *Lib. 9. brev. poſt ep.78.*
(f) *L.1. brev. p. 85.*
(g) *Bizar. hiſt. Gen. l.12.*

præſtantes ſenatus decreto miſere, ut de ſanciendo fœdere cum Alſonſo interprete Calliſtn, agitarent; ſeque ad concordiam confirmandam, vertendaque in Turcas arma paratiſſimos oſtendere. Quibus gratulatus Pontifex, ſignificavit (a) ſe omni ſtudio, opera, cura, & cogitatione ad Turcicum bellum augendamque claſſem ſacram incumbere.

(a) L. 1. brev. p. 89.

Calliſtus &c. Gratiſſimum nobis fuit, dilecti filii, intellexiſſe ex veſtris literis eum animum & voluntatem vobis eſſe, ut ſuaſu noſtro ad pacem cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rege Aragonum illuſtri ineundam optime vos animatos eſſe oſtenditis, nec minus [quantum in vobis ſit] promptiſſimo animo ad ſuccurrendum fidei Chriſtianæ paratos polliceamini. Laudamus itaque & meritis laudibus promptitudinem & devotionem veſtram extollimus, &c. (Nonnullis interjectis, addit :) *Hoc vobis certiſſime volumus perſuaſum eſſe, nos tanta hujus concordiæ ſtudio flagrare, ut nihil intentatum relicturi ſimus earum rerum, quas, pro votiva rei expeditione opportunas eſſe cognoverimus; tantus enim ardor ſuccurrendi fidei urit cor noſtrum, ut nullum nobis ſpatium quietis, nullum ſolatium hujus vivacis curæ nobis præſtetur: claſſem emiſimus ad reprimendum impetum furibundi canis: augemus eam in dies & fortificamus. Deus novit quanta difficultate & quantis impenſis iſta faciamus. Profudimus jam non ſolum theſaurum, & quidquid pecuniarum nobis erat, ſed domeſticas ſuppellectiles, aurum, argentum, jocalia omnia expoſuimus, vixque neceſſaria ad vitam nobis reliquimus. Dat. die ix. maii MCCCCLVII. pontificatus noſtri anno III.* Redintegrari non potuit pax inter Alfonſum ac Genuenſes, quorum oratores infecta re digredi Roma coacti (b): inſtructa vero a Genuenſibus claſſis ad tuendam contra Aragonios oram Liguſticam triremem onerariam Alfonſi cepit (c). Et licet is devexo anno Pontificis voluntati aſſenſurum ſe polliceretur, atque etiam tertio votum de bello Turcis inferendo repeteret (d), abreptus tamen ulciſcendi cupidine majori impetu in Petrum a Campofregoſo bellum inſtauravit (e): quare is Gallos in Regem ipſum, dedita eis Genua, concitavit (f); qua de re dicetur inferius.

Exciteti ad eam ſanciendam a Calliſto.

(b) Bizar. l. 12.
(c) Id. ib.
Odia in Genuenſes iterum ab Alfonſ. exercita.
(d) Plat. in Calliſt.
(e) S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1.
(f) Bizar. l. 13. Foliett. l. 10. & 11. Surit. lib. annal. 16. c. 44. Paul. Æmil. in Car. VII. & alii.

LXV. Videndum nunc eſt, ut alii principes ſe geſſerint. Luſitanus Rex, qui ingentem ſui expectationem concitaverat, eam eluſit; quocirca Calliſtus exeunte anno de injecta ab illo ejuſmodi mora conqueſtus, epiſcopo Silvenſi legato a ſuo præcepit (g), ut niſi ille excurrente aprili proximi anni vela in orientem verſus ventis daret, abſcederet e Luſitania, ac decumas a clero exactas, & quidquid auri ex ſacrarum indulgentiarum promulgatione coegiſſet, ſecum afferret. Contra vero Ludovicus Sabaudiæ dux, quamvis hujus anni exordio erga ſacrum bellum parum affectus (h) videretur, ac præſules Sabaudiæ decumas exigi vetuiſſent (i) (de qua re a Calliſto graviter perſtricti ſunt, cum non modo opes ſed etiam ſanguinem pro abolenda Mahometana ſuperſtitione profundere deberent) at poſtea mutato conſilio pium concepit ardorem, & alterum e filiis præficere cum imperio ſubſidiariis copiis Cyprii, ut videtur, regni cauſa meditatus eſt; de quo Pontifex ipſi eſt gratulatus (k).

Luſitanus expeditionem in Turcam dimittit.
(g) L. 1. brev. p. 136.
(h) Ib. p. 60.
(i) Ib.
(k) Ib. p. 145.

Calliſtus, &c. Intelleximus quemadmodum per totum dominium tuum mandaſti publicari cruciatam, & prædicari in ſubſidium univerſæ religionis Chriſtianæ, & quemadmodum propoſuiſti unum ex filiis tuis contra Turcos infideles, ſi opus fuerit, & quandocumque voluerimus deſtinare ad honorem Dei, auxilium fidei catholicæ, & ſingularem commendationem, ad quod ſanctiſſimum opus te & omnes catholicos principes invitare non deſinimus. His addimus Honoratum comitem Fundorum onerariam navim Pontifici contra Turcas obtuliſſe (l): tum Leodienſes (m) pontificiis votis obſequentes ſe præbuiſſe, profeſſoſque una cum cæteris Chriſtianis contra Turcas religionem ſe turaturos; quibus Calliſtus hiſce verbis gratias egit. *Voluntatem bonam veſtram plurimum in Domino commendamus, qui ſicut obedientes filii & veri cultores religionis Chriſtianæ adjuvare communem cauſam velitis. Confirmet omnipotens Deus propoſitum veſtrum, quod ſanctum eſt, & corda veſtra in dies magis accendat: habebitis autem adjutores & conſortes veſtri ardoris plures principes & poteſtates, quorum partim apparent opera, partim ex literis & oratoribus eorum promiſſa firma habemus, nec deerit adjutor Deus præſtiturus populo ſuo plenam victoriam. Dat. xx. decembris MCCCCLVII.*

Sabaudus in Turcam unum e filiis mittere meditatur.
(l) L. 11. p. 88. & l. 1. brev. p. 63. 68.
(m) Lib. 1. brev. p. 57.
Leodienſes de prompto ſtudio ad arma jungenda in Turcas commendati.

LXVI. Neque occidentales modo, verum orientales etiam & Aſiæ Reges ad petendos bello Turcas accendit Dei vicarius, atque in primis, ut plures referunt ſcriptores (n), Uſumcaſſanum Perſidis & Armeniæ Regem adduxit, ut in Mahometem arma verteret, quæ Ægypto & Syriæ inferre decreverat, atque ideo Mahometes a Perſis bello petitus conceptam in Chriſtianos ſævitiam hoc anno adhibere non potuit. Fuiſſe vero Regem illum concitatum in Turcas a Calliſto, confirmat Joannes Fiſcherus (o) Cardinalis Roffenſis & martyr, dum Lutherum prohibentem bellum geri cum Turchis confutat, ait enim: *Caſſanus (quem Calliſtus auctoritate ſua movit, ut bellum in Turcas verteret) prælia multa proſpere geſſit cum Othomanus ducibus: nam uno prælio triginta millia Turcarum, & altero* qua-

(n) Plat. in Calliſt. Naucler. vol. 2. generat 49. Bon. hiſt. Perſid. l. 9. & 10. & alii.
(o) Card. Fiſcher. art. 34.

quadraginta millia cæſa ſunt. Multis interjectis hæc addit: *Caſſanus, qui Calliſti juſſu bellum contra Turcas iniit, poſt egregias partas victorias ad Pontificem ſcripſit, ſe tantum de Turcis reportaſſe ſucceſſum ob preces a Chriſtianis ad Deum habitas,* quibus conſentanea a Platina (a) in Calliſti vita traduntur. Illam autem apud Uſumcaſſanem legationem obivit Ludovicus Bononienſis Minorita, qui plures alios Reges principeſque ad ſacram expeditionem commovit, ipſumque inter alios Tartarorum Regem junxiſſe fœdere Chriſtianis, refert idem Platina (b): cum vero in Æthiopiam per Ægyptum penetrare non potuiſſet, ut Conſtantinum Zaraiacob Æthiopum Regem, ad quem præcipue mittebatur, ut ipſum in Saracenos ad elidendas eorumdem vires incitaret, reverſus ad Pontificem, iterum in Æthiopiam cum ampliſſimis mandatis legatus eſt (c).

(a) Plat. in vit. Call. III.

Minorita ad Uſumcaſſanum in Turcas concitandum miſſus a Calliſto.

(b) Plat. in Calliſt.

(c) Lib. 15. p. 122.

Dilecto filio Ludovico de Bononia fratri ordinis beati Franciſci de obſervantia regulari nuncio noſtro ſalutem, &c.

LXVII. *Exigit fervor devotionis tuæ in rebus honorem Dei & fidei Chriſtianæ amplitudinem concernentibus certa experimenta comprobatus, ut majora quæcumque abſque aliqua hæſitatione aut diffidentia committere audeamus, & gratias quaſcumque ad ea pro viribus exequenda neceſſarias liberaliter concedamus. Cum itaque tu nunc iterum ſecunda ad partes orientales a nobis miſſus, ut ſi quo fieri poſſet modo, ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Conſtantinum Zaraiacob Regum Æthiopiæ Regem illuſtrem Chriſtianum accederes, auxilia ab eo, & favores contra barbaros infideles ſpurciſſimos Machometanos impetrares, & ſi abſque tua culpa ad dictum Regem pervenire non potuiſti, ad propinqua tamen Perſarum & alia regna acceſſeris, multoſque allocutus Reges, principes, & populos Chriſtianos, gratiſſimas nobis, & ſicut in Deo confidimus, utiles manui Chriſtianæ feceris relationes: perlectis etiam ad nos nonnullorum ex dictis principibus literis plurimi faciendis, & demum acto religioſos Æthiopes in Ægypti regione repertos cupientes ad ſedem Apoſtolicam, inviſendaque Apoſtolorum limina venire, tecum duxeris, qui a nobis honore affecti, tecum redire, & te ad ſupradictum Regem Conſtantinum ducere contentantur, atque promittunt, nos attenta utilitate maxima, quam tunc hujuſmodi acceſſus, non ſolum apud prædictum Regem Æthiopum, ſed apud diverſos principes & populos aliorum provinciarum, & regionum quas eundo, & redeundo peragrabis, concedente Domino, facere poteris, devotioni tuæ omnes & ſingulas gratias, commiſſiones, & facultates tibi alias per nos conceſſas, & quibus in prima peregrinatione*

Cum Perſis & aliis populis de gerendo in Mahometem bello agit.

Ad Conſtantinum Æthiopiæ Regem iterum miſſus.

prædicta es uſus, tenore præſentium auctoritate apoſtolica confirmamus.

Inſuper volentes, ut literas noſtras cruciatæ tecum deferens, eis in omnibus & per omnia ubique in partibus fidelium, ac infidelium & pariter gratiis omnibus & ſingulis per nos conceſſis fratribus tui ordinis apud Jeruſalem, & montem Sion habitantibus cum tale facies fratribus tui ordinis uti poſſis & valeas: & ut tanta, tamque varia & periculoſa itinera peragrare, ac factas tibi commiſſiones, et commodius implere, ac exequi valeas, quo majorem & meliorem tuorum ſocietatem habebis, eidem devotioni tuæ, ut fratribus tui ordinis ubique in Italia & extra repertis præcipere etiam noſtro nomine poſſis, ut pro auxilio in prædictis ea faciant, & operentur, quæ tu eis duxeris ordinanda; quodque omnes cupientes & petentes ordinis tui habitum in partibus orientalibus, ad quas te confers, poſſis induere, & loca etiam dicti ordinis tui in dictis partibus, & præſertim in India & Æthiopiæ terris capere, ædificare, & fratribus neceſſariis fulcire valeas, pariter tenore, & auctoritate prædictis concedimus poteſtatem. Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c. MCDLVII. III. kal. januarii pontificatus noſtri anno III.

Adierat idem internuntius Georgianos & Francos Perſidis, qui fidem orthodoxam colebant, iique ut Romanæ eccleſiæ conjunctiſſimi ſemper adhæreſcerent, flagitarunt, ut quem Aſiaticum vel Europæum ſibi præfeciſſent epiſcopum, Romanus Pontifex confirmaret: quorum votis libenter annuit Calliſtus (d), ea tamen lege, ut ille, cum primum poſſet, ad Apoſtolicam ſedem ſe conferret. LXVIII.

Georgianos idem adiit.

(d) L. 14. p. 267.

Dilectis filiis populis & univerſitatibus Chriſtianorum, qui Franchi appellantur, in regnis Perſiæ & Giorgianiæ conſiſtentibus ſalutem, &c.

Reverſus ad nos dilectus filius Ludovicus de Bononia frater ordinis B. Franciſci nuncius noſter qui apud vos anno præterito fuit, nobis retulit, vos populos numero multos, fidem Chriſtianam catholice tenentes, ſedi Apoſtolicæ, cujus locum, licet immeriti, tenemus, devotiſſimos eſſe, & fidei catholicæ ritus tenere, & obſervare, quos fratres ſupradicti ordinis dudum edocuerunt; adeo ut a traditionibus & inſtitutis Romanæ eccleſiæ nullatenus devietis. Quæ quidem audita nobis ſumme placuerunt, & Deum benediximus, qui vobis dedit, ut in tanta barbarorum infidelium, a quibus undique circumvallati eſtis, multitudine, viam veritatis & ſalutis æternæ & acceperitis, & conſtanter retineatis. Unum vero a vobis deſiderari dixit idem nuncius noſter, in quo vobis duximus complacendum, ut quempiam ex noſtris, vel veſtris virum probum, & inſtitutis, ritibus, moribuſque Chriſtianis

Calliſti ad Francos Perſidis & Georgiæ literæ.

nis bene inſtructum, in veſtrum omnium caput & directorem eligere poſſitis, cujus electionem a vobis factam, cum nobis præſentabitur confirmabimus, ea conditione, ut quamprimum commode fieri poterit, ipſe ad viſitandum ſedem Apoſtolicam & limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli cum aliquot ex veſtris veniet, qui omnes profecto melius inſtructi ædificati, & de nomine ac fide Chriſtiana contenti in patriam ad vos redibunt. Cæterum commendamus vobis prædictum fratrem Ludovicum nuncium noſtrum, qui pro cauſis fidei Chriſtianæ ad diverſas partes acceſſurus eſt, ut veſtro conſilio, favore, & auxilio, commiſſiones ſibi factas per nos exequi poſſit. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLVII. quatuordecimo kal. januarii pontificatus noſtri anno III.

LXIX. Conjunxerat cum Ludovico nuntio apoſtolico operam ſuam pro fide amplificanda Bartholomæus Fulginas pariter Minorita, qui cum operam ſuam divino nomini latius circumferendo egregie navaret, plurimis prærogativis a Calliſto (a) exornatus eſt. Cæterum Dei vicarius non modo Turcicam impietatem funditus delere annitebatur, & Conſtantinopolim Chriſtianis reſtituere, verum etiam Syriam ea infidelium tyrannide vindicare: atque ob id etiam Ludovicum, de quo memoratum eſt, ad Æthiopas legarat, ut in Ægyptum ex Æthiopia cum exercitu cruceſignato irrumperent; Perſas ſibi fœdere junxerat, Druſos, Macademos, & alios principes, qui maritimas oras imperii ſultani Babylonii incolentes, miſſo Antiocheno archidiacono, permovere ad excutiendum Babylonium jugum conatus eſt, ac propterea claſſem pontificiam in Rhodio portu tenuit, ut iis principibus contra ſultanum ſuppetias ferret, intermiſſumque tot annis Syriacum bellum redintegraret: id vero tentatum a Calliſto, cum jam ante iidem principes Eugenio Palæſtinam ad Chriſti cultum reducere meditanti armorum ſocietatem adverſus ſultanum polliciti eſſent, ut hæ literæ (b) docent.

(a) Lib. 25. p. 160.

Babylonici imperii principes ſolicitati ad defectionem.

(b) Lib. 14. p. 205.

Nobilibus viris nationis Druſorum, Macademiæ, aliiſque ducibus, per loca maritima ſoldani commorantibus, conſilium, & veræ religionis agnitionem.

Omnibus gentibus, quæ a veri Dei religione ſunt alienæ, charitatem Chriſti notam fieri cupientes, qui pro redemptione totius generis humani paſſus, omnibus ſe communem præſtitit, ac ſuam gratiam minime denegare conſuevit his, qui pro eo pia bella ſuſceperint, vobis & veſtrum cuilibet noſtras literas duximus dirigendas. Cum tempore felicis recordationis Eugenii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, qui tunc Dei fervore incenſus ad liberationem terræ Jeruſalem de impiorum manibus animum applicuerat, vanas vires ſuas non ſatis eſſe ad repellendum hoſtem, omnium religionum cunctorum ſibi præſidia duxerat convocanda; inter quæ [ut accepimus] per vos auxilia, Deo miniſtrante, ſibi oblata fuerunt. Cum vero id, per ipſius obitum perfici minime potuiſſet, nos in præſentiarum ſanctæ Romanæ eccleſiæ [Deo authore] præſidentes, quia noſtri gregis in omnibus ultores eſſe cupimus, ac veſtrum præcipui adjutores, ſummo ſtudio nitimur contra omnes terrarum & locorum fidelium occupatores, paravimus claſſem præſidiumque, firmiſſime ſperantes aliorum Chriſtianorum, cum quibus facile credimus habere ab hoſtibus occupata, nec tamen labores ullos aut ſumptus effugimus ad hoc exequendum. Cum autem vos ſæpe ſoldanus in dominiis veſtris vexare conſueverit, ac vos in dies magis offendere nitatur, non dubitare debetis adverſus communem inimicum veſtras vires noſtris adjungere; qui ſi mutuo opitulabimur, validiores erimus ad obterendum validiſſimum hoſtem. Summam militiæ laudem inter alios eſſe perhibent, quæ ab inferentibus propulſat injuriam, ſumma militia merita ab occupatoribus vendicare quæ illicite ſunt occupata; nam fortitudo, quæ patriam tuetur, juſtitia eſt. Cum autem ſoldanus, ſive Dei permiſſu, qui ſuos vexari ſinit interdum, ut pax aliquando reſtituta gratior fiat; ſive ut delictorum puniat, civitatem Jeruſalem occupatam tenet, vos quoque ſuo imperio adhærentes bella vexare non deſinit, conſiderantes nobis ab eo pariter injuriam fieri, communem hoſtem viribus repellendum fore cenſemus: nam ſi idem vobis eſt animus, qui olim fuit, contra ſoldanum bella ſuſcipere, nos claſſem tenemus apud Rhodum noſtris ſumptibus comparatam, quam in dies validiorem reddere curamus, quæ illum offendere, & vobis præſidia eſſe poterit, ſi vos veſtris opibus accedere curabitis. Super qua quidem re, dilectus filius noſter Moyſes archidiaconus Antiochenus, vobis ſermonem faciet, cui fidem indubiam præſtare, ac de veſtra voluntate ſive per eum, vel nuncios veſtros nos certiores reddere velitis. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCDLVII. kalend. ſeptembris pontificatus noſtri anno III.

Egerant cum Eugenio IV. de excutiendo jugo.

Claſſis in Rhodio Portu ad ferendas auxilium ſuſtentata.

LXX. Dum hæc ardua conſilia agitabat Calliſtus, atque in portu Rhodio claſſem tenebat, magiſtrum Rhodiorum equitum omneſque orientis principes & antiſtites monuit (c), ut quæ poſſent ſubſidia claſſi mitterent. Interea ad coercendos etiam Saracenos Afros, edomandoſque Granatenſes intentus, archiepiſcopo Hiſpalenſi provinciam dedit (d), ut Henricum Caſtellæ Regem ejuſque ſigna ſecuturos crucis ſymbolo inſigniret.

(c) Lib. 25. p. 116.
(d) Ib. p. 165.

Caſtellani in Granatenſes crucis ſymbolo inſigniri juſſi.

Calliſtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri archiepiſcopo Iſpalenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Calliſti ea de re lit.

Cum chariſſimus in Chriſto filius Henricus Caſtellæ & legionis Rex illuſtris ampliſſimæ nominis ſui gloria, noſtroque ſummo gaudio, ac totius populi Chriſtiani alacritate admirabili orthodoxæ fidei zelo inflammatus, vehementer ut decet indignans, Chriſti & nominis Chriſtiani etiam ſacri trophei ſalutiferæ crucis, unde fidelium vita emanavit, decus, ab illis barbaris & perfidis canibus Saracenis Granatæ & Africæ ore execrabili pollui, horribilibuſque flagitiis, ac omni denique ſcelere & parricidio contaminari; more progenitorum ſuorum ſit auxilium flagitanti mundo, ac nunc maxime latenti, oblatis corporis ſui antemurali, atque invicto propugnaculo viribuſque totius inclytæ ſuæ ditionis efferatis illis belluis occurſurus, ut feliciter incepit, & ſanctæ Crucis defenſurus majeſtatem, ideoque nobis votis piis ſupplicaverit, ut ejus ſanctæ crucis, cujus numen ſemper veneratur, atque adorat, in humeris ſignaculum eidem ac munimentum præberemus; nos ſanctam & Deo acceptam mentem plurimum in Domino commendantes, ipſius honeſtiſſimæ & nobis ac Chriſti fidelium populo optatiſſimæ petitioni promptiſſime annuentes, fraternitati tuæ, de cujus ſapientia & providentia in his & cæteris quibuſvis etiam arduis negotiis ſpecialem fiduciam gerimus, de Apoſtolicæ ſedis plenitudine poteſtatis omnimodam damus authoritatem, atque tenore præſentium concedimus facultatem, quam primum regio digniſſimo deſiderio ſatisfaciendi. Igitur omnipotentis Dei feliciſſimo ac ſanctiſſimo nomine invocato, quod nobis ac nomini toti Chriſtiano, atque huic Regi Henrico florentiſſimo ac regnorum ſuorum coronæ candidiſſimum perpetuo bonum, felix, ac fauſtum ſit venerandi trophei crucis præas eidem petenti Regi confer inſignia, atque feliciter infige, & vice noſtra aſſigna: deinde omni prorſus amota differentia quibuſcunque devote petentibus regnicolis & forenſibus pro Chriſtiani populi ſalute & dignitate, ac ſuarum animarum æterna gloria militaturis hominibus quorumque præeminentiæ ac dignitatis præfulgeant gradu eccleſiaſtico militari, & mundano eadem authoritate conferas, imprimas, & aſſignes, quibus omnibus & ſingulis nos ipſi ex nunc animo deſideriaque jam Deo propitiante conferimus, inſignimus, & efficaciter aſſignamus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, quinto kalend. martii pontificatus noſtri anno ſecundo.

LXXI. (a) *Marian. l. 22. c. 18.*

Ornavit (a) eundem Henricum Regem ſuſcipientem fidei cauſam, attollentemque cruceſignata vexilla in barbaros myſtico munere enſis & pilei, quos de more pervigilio natalis Domini apoſtolica prece luſtrarat: tum Alfonſum Spinam ſacris concionibus ad fideles de Granatenſi gerendo bello, tribuendiſque indulgentiarum præmiis habendis præfecit, coactaque trecenta ducatorum millia ex ære ſubſidiario a Chriſti cultoribus collato Mariana refert; ſed exiguam illius auri partem in ſacro impenſam bello queritur. Narrat autem Henricum vere ineunte exercitu maximo ſuccinctum ad Granatam uſque excurriſſe, hoſtiumque agros vaſtaſſe; ſed aliquot noſtrorum agmina in tumultuario prælio a barbaris Granatenſibus cæſa, eamque ob cauſam Henricum non modo ſata, ut antea, concremari, verum & vites arboreſque ferro flammave deleri juſſiſſe: qua vaſtitate perculſi Granatenſes de induciis egere, eaſque in aliquot annos impetrarunt, pacti annuum vectigal duodecim millium nummorum Henrico ſe penſitaturos, ſexcentis Chriſtianis libertatem daturos: ſi vero is Chriſtianorum deeſſet numerus, in eorum locum Granatenſes ſuffecturos. Excluſi fuere fœderis beneficio Giennenſes, quos domare bello Henricus conſtituerat: ad eos autem interim fatigandos Garcias Manriques Caſtanedæ comes duobus millibus equitum præfectus eſt; ſed is Maurorum inſidiis circumventus ingentem accepit cladem, atque ab hoſte captus eſt, multo tamen poſtea auro redemptus, & pax cum Granatenſibus firmata.

Trecenta ducatorum millia redacta ex indulgentiis.

Evaſtatus ab Henrico ager Granatenſis.

Equeſtres copiæ circumventæ inſidiis.

LXXII. (b) *Id. ib.*

De Navarræis autem rebus tradit idem Mariana (b), Henricum Regem tueri armis meditatum Carolum Vianæ principem fœderatum, ad quem materno jure ſceptrum hereditarium ſpectabat, cœptiſque deſtitiſſe, cum Navarra diſceſſiſſet idem Carolus Vianæ princeps paternis & comitis Fuxenſis viribus impar, ad Stellam enim victus attritiſque viribus (c) fugerat: inierat vero cum Fuxenſi armorum ſocietatem Joannes Navarræ Rex & Carolo ejuſque ſorore Blancha ex judiciorum ritu ut perduellibus exheredatis (d), ſceptrum in Fuxenſem tranſmittendum fauxerat: quod fœdus, ut iniquum poſtea annitente Caſtellano reſciſſum (e) eſt, & controverſia Alfonſo Regi Aragonum, ut dirimeretur permiſſa. Interea Carolus princeps ad Carolum Francorum Regem, deinde ad Pontificem, tum Neapolim ad patruum Alfonſum Regem ſe contulit, atque ab eo veluti regnorum juſtum heredem exceptum ferunt: quo tempore, dum pacis rationes conquiruntur, novæ rerum converſiones in Navarra accidere (f), cum ii, qui Caroli partes tuebantur, Pampelonæ ipſum Regem pronuntiaſſent, profeſſi uni tantum Regi non duobus ſe parituros. At de

Carolus Vianæ princeps Navarra fugere coactus.

(c) *Garibai hiſt. Nav. lib. 28. cap. 26.*

(d) *Sur. lib. 16. annal. c. 40.*

Regum opem implorat adverſus injuſtum parentem.

(e) *Marian. ſup. c. 18.*

(f) *Id. ibid. & Surit. cap. 41.*

de his turbis ſatis, nunc ad pie geſta a Pontifice narrationem convertamus.

LXXIII. Feſtum transfigurat. Chriſti inſtitutum a Calliſto. Hoc anno Calliſtus ad memoriam divinitus conceſſæ Chriſti fidelibus anno ſuperiori victoriæ recolendam, eccleſiaſticum de transfiguratione Domini in monte Thabor diem feſtum agi juſſit (a) ſexta auguſti die, recurrentibus in poſterum ſingulis annis celebrandum: quod ab eodem Pontifice conceptum teſtatur Platina (b) ac promulgatum, propoſitis iiſdem indulgentiarum præmiis, quæ in ſinem Corporis celebritate ſunt conceſſa. Porro feſtivitas non tam inſtituta, quam inſtaurata a Calliſto fuit, cum eam longe ante hæc tempora celebratam in ſuis ad martyrologium Romanum notis adjectis oſtendat Cardinalis Baronius (c) ex vetuſtiſſimis cum Græcorum, tum Latinorum monumentis, ex quibus eorum error refellitur, qui feſtum hoc a Calliſto III. primo inſtitutum affirmarunt. [1] Editum porro hoc anno ea de re pontificium diploma (d) infraſcriptum eſt.

(a) *S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.*
(b) *Plat. in Calliſt. & alii.*
(c) *Baron. in not. ad martyrol. die 6. aug.*
(d) *Lib. 13. p. 240.*

Pontificium ea de re diploma.

Ad perpetuam rei memoriam.

*Inter divinæ diſpenſationis arcana, quæ inſcrutabilis providentia conditoris in hominibus operata eſt, hodierna feſtivitas, in qua unigenitus Dei Filius pro humani generis reparatione, trabea noſtræ mortalitatis indutus, claritatis ſuæ, divinitatiſque potentiam demonſtravit, ſtupendi & admirandi nobis non indigna cauſa exiſtit: nam & ſi ejuſdem Redemptoris noſtri præclara miracula, erudimenta pariter, & exempla pene innumera ad noſtram doctrinam noſtramque profecto ſalutem edita omnium admiratione atque veneratione digniſſima ſint; admirandam tamen ejuſdem Salvatoris noſtri transfigurationem, ſingularibus inſignitam myſteriis, & ſacramentis ineffabilibus coruſcantem, eo devotius pro univerſorum ſalute fidelium, nos convenit celebrare, atque devotis annuis, pia devotione recolere, quo inter ipſius Redemptoris ſalutiferas actiones, hac eadem præſentis diei * viſio redemptis mortalibus in una eademque perſona dei-*

* Dei

NOTÆ [1] Feſtum transfigurationis D. N. J. C. hoc anno pontificio Calliſti diplomate ab Annaliſta relato edicitur. Idem Annaliſta ex cardinali Baronio in notis ad martyrologium animadvertit veteri apud Latinos, Græcoſque religione feſtum illud jamdiu obtinuiſſe; quare a Calliſto inſtauratum, non vero primitus inſtitutum haberi oportere. Wadingus in Annal. Minor. ad A. 1456. LXIX. a Calliſto reipſa inſtitutum defendit; quamquam enim in nonnullis eccleſiis receptum jam ante Calliſtum agnoſcit; id tamen, nec ab omnibus ſervatum, nec adeo veteri ex origine, ac Baronius contendit, deductum opinatur. Quam in rem ſilentium omnium fere veterum martyrologiorum Rabani, Uſuardi, Adonis &c. expendit. Quæ vero illius meminere martyrologia hæc forte ex Græcis, & Syris id repetiiſſe cenſet. Patrum homilias non quidem occaſione feſti, ſed evangelii quod in dominica quadrageſimæ II. legitur, in eccleſia habitas recte judicat. Sed Durandus, & Belethus ambo Calliſto antiquiores, feſti illius meminerunt quem die feſta S. Sixti celebrari, ſcilicet VI. auguſti affirmant. Utrumque opus interpolationis inſimulat vir doctus; ex quibus demum concludit feſti illius per univerſam eccleſiam inſtitutorem authoremque antiquiorem Calliſto neminem haberi potuiſſe. Fruſtra tamen ille nititur, cum P. Martene in egregio opere de antiqua eccleſiæ diſciplina in divinis celebrandis officiis, præter ea omnia documenta, quæ Wadingus diſcutit, teſtimonium afferat vetuſtiſſimi miſſalis Turonenſis ante 800. annos ſcripti, in quo idem feſtum cum miſſa in vigilia legitur. Ex quo intelligimus non apud Græcos tantummodo, ſed & apud Latinos feſtum illud ante Calliſtum obtinuiſſe. Antiqua vero origine cœptum ritum ad tempore uſque Calliſto viciniora perſeveraſſe ex eo deduco, quod apud Belethum & Durandum occurrat. Nec eſt cur interpolatum utrumque opus ſuſpicemus, cum Durandi vetuſtiſſimi codices, quorum unum ſervo typis editum Romæ anno 1476. idem exhibeant, quamquam de feſtis poſt authorem illum inſtitutis nihil ferunt, ut de feſto Viſitationis B. M. V. perſpicuum eſt. Cum vero idem Durandus feſtum hoc inter cætera ab univerſa eccleſia ſervata recenſeat, non inani conjecture deduco Calliſti etiam ætate univerſam eccleſiam cultum illum diei religioſum non ignoraſſe. Quid ergo egit Calliſtus? Id unum arbitror, ut dies illa officio ſub ritu duplici ſolemnis haberetur, ſervandumque omnibus ut feſta reliqua, quæ nos *de præcepto* appellamus ediceret. Id ego colligo ex conſtitutionibus concilii provincialis Avenionenſis, quod hoc anno die VII. ſeptembris cœptum, uſque ad ſequentem annum prorogatum fuit, deſiitque die XXIII. ejuſdem anni. In canone enim concilii XIII. dies recenſentur quos patres ſtatuunt *fore venerandos, ita quod in eis mercatus, vel nundinæ minime fiant;* atque inter eos *dies Transfigurationis Domini* recenſetur. Hæc forte patres ſanxerunt ut conſtitutioni pontificis tunc promulgatæ obſequerentur.

Concilium vero Avenionenſe, cujus memini, legitur in to. XIX. collectionis Veneto-Labbeanæ ex Martene anecdot. to. IV. petitum. Celebrari cœptum fuit hoc anno die VII. ſeptembris præſidentibus Petro Albanenſi epiſcopo S. R. E. cardinali Fuxenſi, & Alano tit. S. Praxedis S. R. E. cardinali apoſtolicæ ſedis legatis, aſſidentibuſque Aquenſi archiepiſcopo cum epiſcopis XII. Poſt editos vero canones XI. quibus varia diſciplinæ capita ſancita ſunt, patribus ad alia diſtractis, viſum fuit reliquas ſeſſiones in ſequentem annum differre. Quare vertente anno die XXIII. martii coeuntes iterum reliquos canones uſque ad XXVIII. abſolverunt. In his actis ſermo fit de concilio *provinciali Arelatenſi ultimo celebrato*, de quo nihil in collectionibus. Animadverſione digna ſunt quæ ſupra indicavi de duplici cardinali legato in Gallia tunc agente. Ex annalibus enim Gallicanam legationem tunc egiſſe diſcimus Alanum S. Praxedis, & Joannem S. Stephani in Cœlio monte cardinalem Æduenſem, nihil vero de cardinali Albanenſi ſcimus. Forte igitur pontifex legationem utriuſque cardinalis parum probans cardinalem alterum miſit, qui in Gallia res pontificias ageret, revocatis forte prioribus illis legatis, cum reipſa in ſeconda concilii ſeſſione, anno ſequenti celebrata, nonniſi cardinalis Albanenſis adfuerit, ut ex actis ejuſdem concilii planum eſt. Mansi

In transfiguratione Dei potentia & vera hominis natura oſtenſa.

deitatis potentiam & veram hominis naturam oſtendit, ac in nubis fidei, ſpei, & charitatis dona confirmans, æternæ beatitudinis præſtitit cautionem. Hæc eſt enim illa cunctis Chriſticolis veneranda feſtivitas, quæ immenſam Dei noſtri clementiam, & miſericordiam erga nos, qui Chriſtum induimus, & ipſius ſumus inſigniti caractere, demonſtravit; ſed & ſacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ fundamenta non ſolum ſupra petram Chriſtum fundavit, verum etiam ſtabilivit: nam, cum interrogante Domino & quem dicerent homines eſſe filium hominis requirente, diſcipuli alios Joannem Baptiſtam, alios quidem Eliam, alios vero Jeremiam, aut unum ex prophetis, homines dicere reſpondiſſent, atque iterum eos Dominus interrogaret: Vos autem, quem me eſſe dicitis? *& Petrus pro ſe & aliis inquiens affirmaret:* Tu es Chriſtus filius Dei vivi: *hæc ipſa veriſſima, ſalutiferaque Petri confeſſio in hac admirabili Salvatoris noſtri transfiguratione per vocem Patris dicentis:*

Petri confeſſio per eam confirmate.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, *confirmata, ſtabilita, & multimodis approbata eſt, & Judæorum perfidia, qui ipſum eſſe Eliam, aut Jeremiam, vel ex prophetis aliquem falſa aſſeveratione contendebant, penitus confutata; aliorum vero ipſum tanquam legis tranſgreſſorem, & blaſphemum ſibi Dei gloriam uſurpantem mendaciter accuſantium, fuit excluſa calumnia, cum illic Moyſes legiſlator, & Elias pro gloria Dei æmulator, atque propheta eximius aſtantes Chriſto teſtimonium perhiberent.*

LXXIV. *Quanta igitur veneratione colenda, ac ſolemnitate præcipua celebranda eſt hodierna feſtivitas, in qua Pater voce & teſtimonio proprio, Petri confeſſionem manifeſte confirmat, roboratur Apoſtolorum fides atque confeſſio, quæ Eccleſiæ catholicæ extitit fundamentum, in ipſo Salvatore & redemptore noſtro firmiter ſtabilitum, Chriſtus namque verum fundamentum Eccleſiæ eſt, præter quod aliud poni non poteſt, cui ipſe apoſtolorum princeps, Spiritu Sancto afflatus, ad confutandas perfidorum fallacias, veluti teſtis fidelis, Chriſto teſtimonium perhibet, dicens:* Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam voce delapſa ad eum hujuſmodi a magnifica gloria: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cum eſſemus cum eo in monte ſancto. *Intellexerunt namque Petrus & comites, quod fide tenebant, majeſtatem Filii Dei per luminis claritatem, ac in eo divinam & humanam convenisse naturam, ut & paterna vox & immenſa velut ſolis claritas, quæ omnem ſenſum, & mortalium facultatem excedit, Moyſi quoque & Eliæ præſentia cum veneratione debita majeſtati divinæ exhibitione de futura ipſius paſſione*

Moyſes & Elias cum Chriſto de ejus paſſione locuti.

loquentium, cum verum Dei Filium nuntiarent, quod evangeliſta Joannes affirmans inquit. Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a Patre plenum gratiæ & veritatis. *Voluit etiam Salvator noſter, qui ex paſſione ſua trepidantia diſcipulorum corda intellexerat perturbari, transfigurationis hujuſmodi myſterio, ne in fide deficerent, roborare, ut cujus transfigurati gloriam vidiſſent, paſſionem nequaquam potentia Judæorum illatam, ſed voluntate propria crederent fuiſſe aſſumptam; neque a fide dominicæ reſurrectionis deciderent, quam eis poſt viſionem tantæ majeſtatis & gloriæ intimavit, dicens:* Viſionem hanc nemini dixeritis, donec a mortuis filius hominis reſurgat. *Per hujus otiam admirandæ transfigurationis myſterium, ad perferendas præſentis caliginoſi ſæculi procellas animantur fideles in perſona Apoſtolorum, ut qui claritatis æternæ fieri participes toto animi intentione concupiſcunt, ab ipſo rupite, duce, & Salvatore noſtro humiliter diſcant, & pro ejus nomine, ipſius imitando veſtigia, paſſiones & mortes minime reformidare. Per ipſius itaque myſterii intelligentiam, ad conformationem Chriſti Jeſu, ipſius imitatione ad fidei, ſpei, charitatis, pietatis, & miſericordiæ erga Deum & proximos, ac opera quæcumque meritoria exercenda inſtruimur, ad pœnitentiam invitamur, & ad martyrium & tolerantiam paſſionum hoc propoſita præmio, quod reformabit corpus humilitatis noſtræ, & configurabit illud corpori claritatis ſuæ.*

Confirmati diſcipuli ne fide deficerent in paſſione.

Et ne putarent Judæorum potentia illatam ſed ſuſceptam ſponte.

Et transfiguratione docemur mortem non pertimeſcere.

LXXV. O *ſingularis & excellens Salvatoris noſtri doctrina! O ineffabile ſacramentum, in quo tanta & pene innumerabilia, præcipuaque ſunt concluſa miracula, pro ſalute noſtra alto conſilio inſtituta quaſi quiſque fidelis, quemadmodum deberet, attenderet pro æterna gloria aſſequutione, gaudiis profuſis exultaret, ſimul & lacrymas in medium fundere cogeretur. Magnum enim erat ac ſtupendum profecto miraculum, faciem humanam ad inſtar ſolis ſplendere, veſtitumque ejus candidum & fulgentem ſubito fieri tanta albedine, quantam fullo ſuper terram (teſte evangeliſta) facere nequiviſſet, fulgoremque ipſum pro ſuæ voluntatis libito diſparuiſſe, ut recte ſignificaretur eam claritatem ab anima ipſius, quæ ſecundum ſuperiorem portionem glorioſa erat, & verbum facie ad faciem videbat, in corpus ipſum per ſuæ voluntatis imperium profluere, & redundare. In Moyſi vero & Eliæ præſentia, quorum alter vita exciderat, pulchre manifeſteque oſtenditur, illum mortis & vitæ poteſtatem habere, & vivorum judicem ac pariter mortuorum eſſe merito conſtitutum, qui æternam propterea in terris beatitudinem quodammodo deſignavit, & qualis apparitarus ſit in ſecundo adventu, eis oſtendit*

LXXV. Hoc uno miraculo plura continentur.

Mortis & vitæ poteſtatem ſe habere in Moyſe & Elia oſtendit Chriſtus.

Totius Trinitatis teſtimonium concurrit. *dit. Hæc quidem omnia, & prophetarum, & Apoſtolorum dicta, vox paterna miraculoſe formata confirmat, nubes lucida obumbrat, totiuſque trinitatis teſtimonium in hunc diem concurrit, Pater intonans, Filius ſplendens, Spiritus Sanctus in nube protegens & illuſtrans: confirmatur denique teſtamentum novum, lex evangelica, Chriſtique doctrina, cum paterna vox ſubdidit:* Ipſum audite.

LXXVI. *Felix igitur, ac inter mortales beatus judicari potuit, cui tantarum rerum myſteria ſub humano corpore capere, intueri, & contemplari licuit, quæ angelicis beatiſque ſpiritibus magno privilegio conceduntur. Quis igitur tantarum rerum magnitudine pro generis humani ſalute ab Auctore noſtro mirum in modum geſtis non ſtupeat in hodiernæ feſtivitatis inſtitutione ſalubri?*

Prophetæ etiam teſtimonium perhibuere Chriſto. *Quis in hac ſacratiſſima die in qua tot & tanta ſunt ſignata myſteria, in qua Chriſtus divinitatis ſuæ potentiam prophetarum teſtimonium, atque præſtantiam, ſeque vitæ, & mortis poteſtatem habere, ac vivorum & mortuorum judicem conſtitutum eſſe oſtendit: in qua cœleſtis quodammodo beatitudo, & humanitas in forma glorioſa, terrenis hominibus exhibetur, in qua prophetarum, & Apoſtolorum dicta paterna voce firmantur, & totius Trinitatis, atque hominum novi & veteris teſtamenti teſtimonium perhibetur, lex evangelica roboratur, in ejuſdem Salvatoris honore lætari, & hymnis & canticis Redemptorem ipſum laudare, benedicere, & magnificare non debeat, cum per ea, quæ recenſita ſunt, & alia hodiernæ feſtivitati incluſa myſteria, plane*

Oſtenſum tunc qua gloria Chriſti membra myſtica ſint radiatura. *intelligamus glorificationem corporis myſtici in reſurrectione noviſſima, quando mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptionem induerit, & quod ſeminatum eſt in ignobilitate, reſurget in gloria? Tunc enim facies lucida vere apparebit, Chriſtus enim eſt caput noſtrum, veſtimenta alba, quæ ſignant corpus ejus myſticum, quod eſt univerſalis Eccleſia; fulgebunt enim juſti ſicut ſol in conſpectu Dei: tunc denique patebit transfigurationis myſterium, cum ipſius Redemptoris noſtri imitantes veſtigia, in æterna beatitudine ipſius glorioſa perfruemur.*

Ad confirmandam igitur fidei noſtræ, ac legis & prophetarum confeſſionem, nec non plurima & maxima divinæ myſteria, ſtupendaque miracula hujus ſacratiſſimæ transfigurationis, celeberrimam diem hanc non immerito divina inſpiratione inducimur, eamque celebrem denuntiare fidelibus invitamur, ut qui viſitationis, & nativitatis, ac purificationis Virginis glorioſæ Mariæ, & præſentationis in templo, in qua Salvator noſter ſe filium hominis oſtendit, circumciſionis quoque, in qua legalia obſervavit, ac nonnullas alias noviſſimis temporibus inſtitutas feſtivitates ſanctorum devote recolimus, digne & hunc ſacratiſſimum diem in quo ſe legis, & prophetarum dominum eſſe in quo non infirmitatem carnis, ſed virtutem glorificationis patefecit, & in quo tot & tanta claruere myſteria, annua devotione piiſſime veneremur, ſolet enim ſacroſancta Romana eccleſia, permiſſione Altiſſimi, Petri interdum fluctuante navicula, divina potius quam humana implorare præſidia, & ab eodem Salvatore noſtro, utpote ipſius eccleſiæ ſponſo, fundatore, atque magiſtro optimo, ſolita remedia, & opportuna ſubſidia cum lachrymis, & humilitate expoſcere, ipſiuſque clementiam, peccatorum noſtrorum mole offenſam, pœnitentiæ, & orationum remediis mitigare.

Ea propter nos ejuſdem Salvatoris noſtri, cujus vices gerimus, & locum quamvis indigni tenemus in terris, qui cum multa de periculis, de paſſione, & morte, ac futuris perſecutionibus, & diſcipulorum cæde locutus fuiſſet, ad extremum LXXVII.

Futuræ gloriæ ſpe mortem contemnendam demonſtratum. *ea omnia æquanimiter toleranda futuræ vitæ gloria promiſſa adhortatur, doctrinam imitantes, ipſiuſque ſalutaribus monitis & veſtigiis inhærentes; ac illa ſolemniter colere, & a Chriſti fidelibus colenda inſtituere cupientes, per quæ ejuſdem Salvatoris altitudo ſapientiæ, rectitudo juſtitiæ, potentiæ immenſitas, & bonitatis largitas demonſtratur; & per quæ in cordibus noſtris roboretur fides, ſpes erigatur, & charitas excitetur; & ad tribulationes, & perſecutiones hoc potiſſimum tempore perferendas, quo rabidus hoſtis, videlicet Turcus Machometus, qui os ſuum in blaſphemiam Altiſſimi relaxavit, & ſtragem Chri-*

In ſacro bello adverſus Turcas occaſionem eximiam affulgere. *ſti fidelibus inferre, tabernaculum Dei profanare, eccleſias violare, & Chriſti fidem, nomen, & ſubditos ejus delere molitur; nec non ad ſuam, ſuorumque ſatellitum confringendas inſanias arctius invitemus, Chriſtianorum accuſandam cenſentes non immerito tarditatem, ex qua quod non optamus flagellis, & plagis contritis probabiliter hæſitatur a multis, & præcipue timoratis ejus, ſub cujus vexillo & nomine militamus, devotiſſime implorantes auxilium, licet tantæ rei excellentiam, dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſæpius mente volventes, eam viribus noſtris imparem eſſe plane intelligamus, ne tamen Spiritui Sancto contradicere, aut divinæ voluntatis contempſiſſe videamur imperium, maturo ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in ſecreto prius, & deinde in publico conſiſtoriis cum eiſdem & aliis in Romana curia reſidentibus prælatis deliberatione præhabita, hujus ſacratiſſimæ ſolemnitatis diem, de fratrum eorumdem conſilio inſtituimus a cunctis Chriſti fidelibus perpetuo celebrandum, profecto credentes, quod idem Redemptor, cujus res*

ge-

geritur, & qui Eccleſiam ſuam pretioſo ejus ſanguine rubricatam protegit & ſuſtentat, & quæ illi profutura eſſe prævidet, per eundem Spiritum Sanctum, in tempore opportuno manifeſtat, noſtram & plurimorum devotorum hominum mentes hujuſmodi ſæviente procella, divinitus inſpiraverit ad tanti myſterii celebritatem, quæ ad corroborationem & confirmationem fidei catholicæ cedit pariter & honorem, ut præter communem, quam de ipſo excellenti miraculo ſabato primæ hebdomadæ quadrageſimalis jejunii, & ſequenti dominica, commemorationem univerſalis facit Eccleſia, propria in honorem ejuſdem Salvatoris ſolemnior per univerſum orbem, videlicet octavo idus auguſti, quæ eſt ſexta dies ejuſdem annuatim ab univerſis fidelibus hæc ſacroſancta feſtivitas celebretur, quoniam pater ille miſericordiarum, ac piiſſimus Chriſtianorum protector, & vita noſtra defenſor omnipotens Deus, poſtquam in die celebri beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, dum ſacra miſſarum ſolemnia in eorum baſilica ageremus, literas noſtras ſuper generali oratione per univerſos Chriſticolas facienda lectas, & favente Domino, ubique obſervatas fecimus publicari, ut piis orationibus, & operibus ſuis afflicti populi, aliquantulum mitigatus, feritatem ipſius impii & immaniſſimi Turchi cultoris execrabilis Machometi, proxima æſtate decurſa, cum ſuo pene innumerabili, in quo plurimum confidebat, exercitu infidelium, & Turcorum contrivit, & caſtri Belgradi in regno Hungariæ ad ripam Danubii ſituati, quod undique obſeſſum & coanguſtatum eripere ſatagebat, obſidione ſoluta per cruceſignatos & Hungaros admodum populares, quamvis pauciores numero & fere inermes ex noſtra ordinatione & inſtructione, dilecto filio legato noſtro de latere illuc deſtinato injuncta, ac nuntiis & literis ſæpius repetita, ex ſincera fide quam geſſimus in ipſo Salvatore noſtro, cujus eſt res adunare diſperſas, & deſperatas protegere, & ſuperborum præcipue infidelium, & Chriſtianæ fidei inimicorum potentiam conterere, & etiam debellare, ſub ſtrenuo Joanne vayvoda celebris memoriæ fidei noſtræ catholicæ acerrimo defenſore, & pro ea, atque fidelibus propugnatore, Chriſtianæque cohortis duce digniſſimo, cui nec fides neque ſpes potiendæ victoriæ defuere, militantes, præſente pariter quondam Joanne de Capiſtrano ordinis fratrum Minorum profeſſore, viro quidem optimo, & meritorum apud Deum & homines eximio, & nomen Chriſti Jeſu, in quo ſalus noſtra conſiſtit, fiducialiter & aſſidue cum omni populo circumſepto, voce unanimi invocante, vexillo quoque ſacratiſſimæ crucis cum magnis clamoribus & lachrymis elevato ad cœlum, unde infallibile, uti a cunctis dari ſperabatur, advenit auxilium. Mira res! die memorabili beatæ Mariæ Magdalenæ cœleſti præſidio communitus populus, fidelium impetu in hoſtes viriliter facto, eundem ferum Turcum cum ſuis ſacrilegis complicibus in turpem & damnoſam fugam convertit, deditque ipſe miſerator Dominus, & fidelis, in manu paucorum, tam ferocis muniti, & innumerabilis exercitus, cum maxima ſtrage victoriam, ultra quam mens æſtimare poſſit humana, Dominus enim potens, & ſuper omnes exercitus & tyrannos, qui Madian & orientales populos ad numerum locuſtarum, in manu tradidit Gedeonis; Oniæ etiam ſacerdoti contra Heliodorum, civitatem ſanctam Jeruſalem profanare molientem, præſidium præbuit & juvamen, pro nobis contra inſolentiſſimos hoſtes miraculoſe pugnavit.

Sexta dies auguſti ſacræ celebritati dicata.

Decretæ publicæ preces.

Ut parta fuerit divinitus victoria de Mahamete.

Die S. Magdalenæ commiſſa pugna.

LXXVIII. O bone Jeſu dux & ſalvator noſter, fortitudo vera, & tutiſſimum certumque præſidium ad te confugientium Chriſtianorum, ea pietate qua ipſos proprio ſanguine redemiſti, gladium tuum ſuper inimicorum capita fugientium intromittens non pauciores ſeſe mutua cæde necarunt, quam a noſtris in prælio interempti fuiſſent: nam, ut a fidedignis accepimus, in ea pugna quadraginta millia occiſi, totidemque ſuperſtites in turpem fugam verſi, ſeſe mutuo trucidantes defecerunt, caſtra incenſa, machinæ & inſtrumenta bellica omnia, aqua & terra direpta ſunt, ut confuſus abiens ipſe tyrannus, & præ timore jam multis menſibus non apparens, inter latebras, ſeu munita oppida ſe recepiſſe dicatur, & divinam præſentiens ultionem in ſuam perditionem futuram, intra Conſtantinopolitanam Peramque civitates ſe recluſerit, illaſque muris & antemuralibus munire fruſtra decertet, minus attendens, quod, niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, ſuperbiæ ejus frænum imponens ipſe Salvator, ſolum nomen vicarii Jeſu Chriſti inhumanitatem ejus deterret, ita ut oſſa in ſuo corpore contremiſcant, concutianturque, ut Hadriano accidit Imperatori, qui poſt immaniſſimam perſecutionem Chriſtianorum, Tiburtinam civitatem ingreſſus, per annum ejus oſſa in ſuo corpore concuſſa ſunt, & tandem putrefactus emoritur.

Cæſorum numerus ex accuratiore relatione.

Munita a Mahamete Conſtantinopolis.

LXXIX. Igitur cuncti per orbem terrarum conſtituti fideles animas & corpora pro fidei Chriſtianæ munimine præparare, & debitas gratias Salvatori noſtro pro tantis beneficiis ab eo ſuſceptis exolvere, diemque victoriæ e cœlo nobis conceſſæ, diem lætitiæ, & liberationis a filio ſuperbiæ, venenoſo ſerpente Turco fœdiſſimo, annis ſingulis celebrare ſtudeant pie, ſolemniter, & devote, quemadmodum filii Iſrael de ſervitute Ægyptiaca liberati, ſempiternum diem celebrem recolentes Deo laudes reddebant, & gratiarum debitas actiones; ita & cuncti po-

populi in hac ſolemnitate, & feſtivitate præcipua transfigurationis domini noſtri Jeſu Chriſti recolentes myſteria, miracula, ac legis naturæ & gratiæ, totiuſque ſanctæ & individuæ Trinitatis teſtimonia etiam pro habita victoria: hunc diem lætitia perpetuis laudibus, obſequiis, & gratiarum actionibus, in confuſionem hoſtium, & populi Chriſtiani victoriam ſtudeant venerari, ac etiam celebrare.

LXXX. *Et ut Chriſtifideles ad tanta feſtivitatis venerationem devote & affectuoſe conveniant, & quiſque pro ſuæ imbecillitatis modulo eidem Redemptori laudes, ac pro ſuſceptis beneficiis, gratiarum debitas actiones exolvat, atque ipſe verus paſtor atque redemptor gregem ſuum protegat, & conſervet, ac ipſorum mentes ad totalem æmulorum fidei humiliationem & exterminium corroboret, & inducat, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui vigiliæ, & feſtivitatis hujuſmodi veſperis, matutinaliſque, & miſſæ officiis, in eccleſia in qua inſtitutum noviſſime officium celebrabitur, interfuerint, pro qualibet horarum & miſſæ centum, qui vero primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, & completorii officiis aderunt, ſingulis horarum earundem quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis relaxamus: qui vero devotionis cauſa, hujuſmodi feſtivitatis octavas duxerint celebrandas, & maxime in eccleſiis ſub ipſius Salvatoris invocatione fundatis, & qui horis canonicis, ac miſſis octavarum hujuſmodi interfuerint, illas omnino indulgentias conſequantur, quas in octava feſti ſacratiſſimi corporis Chriſti horis hujuſmodi intereſſentibus prædeceſſores noſtri, pia largitione conceſſerunt. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris univerſis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis electis, ac patriarchalium, metropolitanarum, & cathedralium eccleſiarum capitulis ubilibet conſtitutis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ad æternorum præmiorum augmentum, harum ſerie injungimus, & mandamus, quatenus præſentes literas noſtras, cleris, & populis ſuis, authoritate noſtra ſolemniter publicantes, ſacratiſſimum transfigurationis hujuſmodi feſtum, quod vulgariter Salvatoris dicitur, ſub ſolemnis duplicis officio, quod una cum præſentibus deſtinamus anno quolibet, ut præfertur, celebrent, & faciant etiam ab eorum ſubditis celebrari; ipſum Salvatorem noſtrum totis cordis affectibus humiliter deprecantes, ut ſolita clementia Eccleſiæ ſuæ, univerſiſque fidelibus antedictis aſſiſtere, & auxiliari dignetur, ac ſublata hoſtium formidine illamquam mundus dare non poteſt, pacem, ac tempora nobis tranquilla concedat, ut una cum commiſſo nobis grege pervenire ad ſempiterna gaudia mereamur.*

Sacræ indulgentiæ feſtum transfigurationis celebraturis propoſitæ.

Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis, relaxationis, & mandati infringere, &c. ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo octavo id. auguſti pontificatus noſtri anno tertio. Meminit de his literis Monſtreletus (a) atque decretas inſtructo agmine religioſo ſolemnes ſupplicationes, peractaſque ubique divino Numini laudes grateſque; tum inſtitutum, ut inter ſecundam & tertiam promeridianam horam, qua cœleſti virtute parta victoria fuerat, campanæ ad angelicam precationem repetendam pulſarentur, cumque morem in nonnullis eccleſiis Galliarum perſtitiſſe. Optaſſet Calliſtus in hac celebritate rem divinam peragere, ſed cum graviori incommodo implicitus eſſet, Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali jus tribuit (b), ut in principe ara baſilicæ S. Petri ſacris operaretur: quod ad indicandum eccleſiæ Romanæ veterem ritum non prætermiſimus. Dictum porro diploma Calliſtus miſit ad Joannem Carvajal Cardinalem legatum inter alios, ipſumque dare operam juſſit: ut ea celebritas in Hungaria Germaniaque fieret: *Bullam*, inquit (c), *feſtivitatis glorioſiſſimæ transfigurationis ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quam edidimus ſimul cum officio jam nuper tibi miſimus, ut eam per civitates & loca decentia tuæ legationis ſolemniter faceres publicari & obſervari.*

(a) *Monſtr. vol. 3. pag. 68.*

(b) *Lib. 26. pag. 289.*

(c) *Lib. 1. brev. pag. 130.*

LXXXI. Eodem anno decrevit Chriſti vicarius ſolemni ritu ſanctorum honores Oſmondo epiſcopo Sariſberienſi, qui vitæ ſanctitate, & miraculis inſignibus in Anglia floruerat; de quo hæc tradit S. Antoninus (d) de Calliſto locutus: *In tertio anno ſui pontificatus*, ſcilicet *MCCCCLVII. alterum nempe a B. Vincentio Ferrerio ſanctum virum, de communi conſilio & aſſenſu prælatorum in curia exiſtentium, ſanctorum ordini aſcripſit.* His conſentanea ſcribit Baptiſta Platina (e), & ſanctum illum epiſcopum Emundum vocat, de quo in notis (f) ad martyrologium Romanum, atque in annalibus (g) meminit magna cum laude Cardinalis Baronius, ipſumque ſanctitati & doctrinæ conjunxiſſe miraculorum gloriam refert, obſervatque (h) eundem ſanctum alterius ſancti epiſcopi nimirum Anſelmi geſta conſcripſiſſe: adducendum vero arbitramur Calliſti diploma (i) de relato in ſanctorum numerum B. Emundo ex quo perſpicuum & illuſtre fit id, quod alibi etiam obſervavimus, quanta cum maturitate ac gravitate conſilii Romani Pontifices in decernendis cuipiam ſanctorum honoribus uti conſueverint.

Oſmundus epiſc. in ſanctorum albo repoſitus.

(d) *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.*

(e) *Plat. in Call. III.*

(f) *Baron. in not. ad martyr. Rom. die 4. dec.*

(g) *Annal. tom. XI. MLXVII. n. XVI.*

(h) *Baron. in not. eod. die.*

(i) *Lib. 11. p. 59.*

Ad perpetuam rei memoriam.

In diplomatis exordio de Chriſti majeſtate, deque Eccleſia veluti regina variis

ſan-

ſanctorum diſtincta ordinibus, atque inſtar vineæ diligentiſſime exculta præfatus, addit: *Ab extremis terrarum inſulis & remotiſſimis, totoque orbe diviſis partibus cœleſtis agricola more ſuo piiſſimo eandem vineam novo germine, novo præſule, & cultore digniſſimo viſitavit, ac ad novellas virgulas inſerendas, vetuſtaſque purgandas, fovendas, regendaſve tranſmiſit probatiſſimæ ac exemplaris vitæ virum mirabilem Oſmundum Sareſberienſem antiſtitem, in hac tam mira Reginæ hujus varietate, ſanctarumque cohorte merita collocandum, ac beatorum ſpirituum cœtui ſuis excellentibus meritis ſociandum, immo verius ſociatum, cujus quidem originem, vitæ actus, mores, ac merita, & quæ ſummus idem Pontifex Deus in ipſius ſanctitatis præmium monſtrare dignatus eſt, ſplendida quoque ipſius miracula, omni pene genti Anglorum, præſertim regni notiſſima, ne præſens ſæculum & noſtri temporis ætas ſilentio omnino prætermiſſa ignoret, breve ſub compendio complectenda, ac a multis & maximis pauca non reticenda eſſe cenſuimus, ut pro ipſius glorioſi præſulis & confeſſionis operum gloria cunctis fidelibus innoteſcant.*

LXXXII. B. Oſmundi genus. *Vir namque ſanctiſſimus Oſmundus generoſitate præclarus ex ſtirpe regia, ac etiam ducali nobiliſſima ortus proſapia, poſtquam pueriles annos laudabiliter, & ſuper quam illa ætas pateretur, exegerat, bonæ indolis adoleſcens non laſciviam complexus eſt mundi, non ſæculi oblectamentis & voluptatibus, dum libere uti poſſet, applicuit animum: ſed cor gerens ſenile, ac omnes ſui cordis cogitationes ad ipſum Creatorem ſuum & opera pietatis charitatiſque convertens, in Dei timore & proximi charitate eo magis fervebat in dies, quo majori utens pro qualitate temporis ratione, cuncta ſub ſole vanitati ſubjecta, tranſitoria, & caduca juxta ſapientis ſententiam fore cognovit. In virum deinde perductus, & evangelicæ doctrinæ verus imitator exiſtens, ac illud Salvatoris noſtri ſemper ante oculos ſui cordis fixum tenens:* Niſi quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus; *ut theſauros incomparabiles ſibi in cœlo reconderet, ubi fures nequaquam effodiunt, nec furantur, ubi tinea corrodere aut demoliri non poteſt, de bonis a Deo ſibi collatis in regno Angliæ Sareſberienſem eccleſiam tunc in ſuis primordiis tenuem & exilem nova* Sariſberienſis eccleſia ab eo locupletata. *quadam fundatione, ac ampla ſui patrimonii dote & largitione ditavit, prædia ſcilicet, terras, & poſſeſſiones ſui comitatus Dorſetiæ, & quæ ad ipſum alias legitime pertinebant, libros quoque, calices, cruces, paramenta, & quæque alia optima ornamenta, ceu cathedralem decebat eccleſiam, ſibi pia liberalitate donavit, ac ultra primitus inſtitutas quatuor alias dignitates, triginta duos canonicatus, totidemque præbendas; alios quoque archidiaconatus, & officia in ea erexit, ita ut qui ſuis exigentibus meritis ipſius, quam dotavit ornavitque Sariſberienſis eccleſiæ, poſt deceſſum primi epiſcopi, fuit ordinatus antiſtes, incredibili perfectione & gratia, nec non ſancti Spiritus lumine illuſtratus, non ſolum doctrina verbi, ac operibus optimis pariter & exemplis commiſſum ſibi gregem dominicum informaret, ipſamque eccleſiam cui digne præerat, illiuſque capitulum & perſonas ſacris dogmatibus inſigniret, & nuſquam magis quam ſuo in tempore diſciplinæ cenſura, morum honeſtas, & gravitas perſonarum in ea vigeret; ſed ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia, & in divinis aliqua poſſet in antea ſuboriri confuſio, librum quendam perutilem & proficuum ordinalem alias conſuetudinalem appellatum, quo fere univerſæ ipſius Angliæ, Walliæ, & Hiberniæ, ac aliorum quamplurium locorum utuntur eccleſiæ, nec non ſanctorum vitas pro eorum gloria & cleri inſtructione compoſuit, atque alia quamplurima imitanda poſteris exempla continuo præbuit, ita ut divinum potius quam humanum eum cuncti putarent, quem divina miſeratio tot gratiarum muneribus illuſtrabat.* Sanctorum geſta conſcripſit.

LXXXIII. Virtutibus in vita effulſit. *Erat enim vir totius prudentiæ, humilitatis, & patientiæ, pietate magnificus, pudicitia & caſtitate ornatus, ſobrietate & abſtinentia præditus, bonitate conſpicuus, laudabilis ſanctitate, morum honeſtate, virtutibuſque præclarus, ſemper in fide conſtantior, præſtantior ſpe, charitate ardentior, juſtitiæ & æquitatis amator, qui carnis illecebras, jactantiam, pompam, & arrogantiam, ac cætera vitia mira animi magnitudine contempſit atque calcavit, & ſancte uſque ad conſummationem corporis continuatis operibus, ac ſacramentis eccleſiaſticis demum rite perceptis, in confeſſione veræ fidei & æternæ Trinitatis firmiter perſeverans, puram & immaculatam animam reddidit Creatori.*

Miraculis poſt mortem claruit. *Cujus quidem meritis ſummus & omnipotens creator omnium Deus, remunerator animarum fidelium, cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelæ officium, claudis greſſum, naufragis periclitantibuſque portum ſalutis reſtituit & indulſit: ab immundis quoque ſpiritibus obſeſſos, furioſos, rabidos, & amentes atque diabolica fraude oppreſſos penitus liberavit. Diverſarum quoque ægritudinum incurabilium mole ſubactis, paralyticis, contractis, tremulis, languidis, invalidis, & infirmis ſanitatem reſtituit, & quod admiratione maxima dignum eſt, plures mortuos ſuſcitavit. Alia etiam multa miracula, quæ ipſius ſancti meritis & precibus ſublimis Deus operatus eſt, & operatur in dies, ſi per ſingula recenſere vellemus, longius nimium in ipſorum*

rum recitatione prolixitas reſultaret. Sed ne quidem ea quæ præclara & admiranda ſunt, devotis fidelibus, illius ſingula geſta legere cupientibus, abſcondita fiant; libellum, in quo omnia fideliter annotari curavimus, una cum proceſſibus ſuper præmiſſis confectis, quos in archivio ipſius Eccleſiæ ad perpetuam rei memoriam conſervari mandavimus, poterunt lectitari.

Verum quia paraclitus Spiritus, qui mentem hujus præſulis ſui luminis claritate replevit, & qui ſacroſanctæ Eccleſiæ catholicæ futura prævidet, diu latere non ſinit, bonæ memoriæ Richardum epiſcopum, nec non decanum, & capitulum dictæ eccleſiæ Sariſberienſis, ac alios plurimos graves, Deoque devotos viros inſpiravit divinitus, ut ſanctæ ſedi Apoſtolicæ præmiſſa omnia nota facerent, ac eidem ſedi, cui tunc felicis recordationis Gregorius Papa IX. prædeceſſor noſter præſidebat, humiliter ſupplicarent, ut prius per illos viros graves & expertos, quibus id duceret committendum, de ſanctimonia vitæ, virtutibus, ac miraculis ejuſdem epiſcopi receptis informationibus & teſtibus fidedignis, prout tantæ rei gravitas exigebat, cum ſanctorum Dei catalogo aſcribere dignaretur; idem prædeceſſor intendens in hujuſmodi cauſa juxta rei magnitudinem cum debita deliberatione & maturitate procedere, bonæ memoriæ Bathonienſi & Conventrenſi epiſcopis, ac abbati monaſterii de Seauley, eorum propriis nominibus non expreſſis ſuis literis dedit in mandatis, ut ſuper vita & miraculis hujuſmodi diligenter inquirerent & ſe informarent, ac quidquid per inquiſitionem & informationem hujuſmodi de ſanctimonia atque miraculis ejuſdem antiſtitis invenirent, veritate fulciri, & totum exinde formatum proceſſum eorum ſigillis munitum ad eumdem prædeceſſorem remitterent, per eum examinandum, ſecundum exigentiam & continentiam meritorum.

A Greg. IX. inſtituta fuerat de iis excutiendis actio.

LXXXIV. *Poſtmodum vero commiſſarii ad executionem literarum dicti prædeceſſoris juxta commiſſionis formam eis traditam ſuper his, quæ pro hujuſmodi veritate inveſtiganda neceſſaria erant, legitime procedentes, ac de ſanctimonia vitæ & miraculis dicti Oſmundi epiſcopi diligentius inquirentes, nonnullos teſtes bonæ opinionis & famæ, cum ea qua decebat attentione & diligentia examinarunt, quorum depoſitiones & atteſtationes in authenticis ſcripturis redacta in archivio dictæ eccleſiæ conſervata per certa tempora remanſerunt: & licet ex poſt varietate temporum, ac pleriſque aliis cauſantibus impedimentis in hujuſmodi cauſa ulterius proceſſum non fuiſſet, nihilominus poſtmodum canonizationis cauſa prædicta coram bonæ memoriæ Angelo Corario in univerſali Eccleſia epiſcopo tunc Gregorio XII. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant nuncupato primo, & ſucceſſive pro parte bonæ memoriæ Joannis epiſcopi, ac dilectorum filiorum decani & capituli Sariſberienſis, coram piæ memoriæ Martino Papa V. etiam prædeceſſore noſtro propoſita, ac præmiſſis omnibus & ſingulis ex ordine recenſitis, & etiam pro eorum parte ſubjuncto, quod ipſi, qui dignum exiſtimantes theſaurum longo tempore abſconditum Chriſti fidelibus debere oſtendi, ut tamquam lucerna lucens ad aliorum exempla & inſtructionem pateret, cupiebant pro exaltatione nominis Chriſti ac ſplendore, gloria, & honore ipſius Sariſberienſis eccleſiæ, ut ſuper præmiſſis ad examinationem ejuſdem proceſſus & alia dictam cauſam concernentia atque ad canonizationem ejuſdem ſancti viri procederetur, idem Martinus prædeceſſor, prout rei gravitas & magnitudo poſcebat, bonæ memoriæ Jacobo Tergeſtino in regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis nuncio, & Wintonienſi ac Herfordenſi epiſcopis ſuis literis dedit in mandatis, ut proceſſus ſuper præmiſſis vita & miraculis per eoſdem commiſſarios habitos & formatos authoritate ſua cum debita maturitate & gravitate, prout tantæ rei conveniret recenſentes ac examinantes, ac in formam authenticam redigentes, de præmiſſis omnibus & eorum circumſtantiis univerſis ſe informarent, & inquirerent diligentius veritatem, & nihilominus ad receptionem teſtium, probationum, & informationum fidedignorum, prout expedire eſſe cognoſcerent, in ipſa cauſa ad ulteriora procederent, prout eorum diſcretioni videretur, voluit tamen quod totum in ipſa cauſa tam per eoſdem primos judices formatum, quam ſecundos authoritate ſua formandum proceſſus in publica & authentica forma eorum ſigillis munitos per proprium nuntium ad eumdem Martinum prædeceſſorem deſtinare curarent, ut veris exiſtentibus ſupradictis, ipſe prædeceſſor ſuper canonizatione hujuſmodi in forma Eccleſiæ conſueta ſervatis de more ſolemnitatibus deliberare valeret.*

Inſtaurata juſſu Martini V.

Qui quidem commiſſarii mandata apoſtolica in ſingulis diligentius exequentes, altra primos aliis quampluribus teſtibus idoneis diligenter examinatis, eorum dicta & atteſtationes, ac per eos habitos, alioſque priores proceſſus prædictos ad Romanam curiam tranſmiſerunt: eidemque Martinus prædeceſſor ad humiles preces epiſcopi, decani, & capituli prædictorum, Gabrieli tit. S. Clementis, poſtea Eugenio Papæ IV. ac Petro tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyteris, & Lucido S. Mariæ in Coſmedin diacono Cardinalibus, etiam in ſuo conſiſtorio publico vivæ vocis oraculo commiſit, ut in dicta cauſa procederent, & apertis proceſſibus eos diligenter examinarent, ſibique poſtea ex more referrent

rent

rent ad effectum canonizationis prædictæ. Qui ſervatis ſervandis, recognitiſque ſigillis, proceſſus hujuſmodi aperuerunt, monentes omnes & ſingulos, qui in his intereſſe aliquod habere prætenderent, ut ad diem certum tunc expreſſum legitime comparerent aliaque deinde facerent, quæ circa ea fuerent opportuna. Cumque rei hujus veritate comperta, idem Martinus prædeceſſor votis poſcentium cogitaret annuere, ſicut Altiſſimo placuit, e medio ſublatus eſt: & licet recolendæ memoriæ Eugenius præfatus ſimiliter prædeceſſor noſter rem hanc ut accepimus, optato fine concludere velle aſſereret, morte antea interceptus, quod propoſuerat non implevit.

LXXXV. Iterumque a Nicolao V. repetita.

Denique felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor etiam noſter immediatus plurimorum ſupplicationibus inclinatus, quod in ſimilibus ſedes Apoſtolica obſervare conſuevit, & rei qualitas exigebat, nobis tunc in minoribus conſtitutis, ac dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Jeruſalem presbytero Cardinali negotium ipſum examinandum, inveſtigandum, diſcutiendumque commiſit, in quo debita cum diligentia procedentes, cuncta quæ in præmiſſis & circa ea quomodolibet opportuna erant, cum omni attentione & maturitate rimari & inveſtigare curavimus: ac poſtremo eodem Nicolao prædeceſſore, vocante Domino, ſimiliter rebus ab humanis exempto; nos qui eidem, licet inſufficientibus meritis, in univerſalis Eccleſiæ gubernatione ſucceſſimus, iteratis vicibus pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici VI. Angliæ Regis illuſtris, ac chariſſimæ in Chriſto filiæ Margaretæ Reginæ Angliæ illius contoralis, nec non prælatorum, principum, & Chriſtifidelium dicti regni, ac etiam venerabilis fratris noſtri Richardi moderni epiſcopi, dilectorumque filiorum Gilberti Kimarum decani & capituli Sariſberienſis eccleſiæ memoratæ, fuimus debita cum inſtantia requiſiti, ut quod iidem noſtri prædeceſſores minime adimpleverant, & nobis faciendum Altiſſimus reſervavit, perficere annuente Domino dignaremur. Quorum omnium tam efficax aſſertio, & crebra dilecti filii magiſtri Joannis Lax legum doctoris & ſecretarii noſtri, ac dictorum epiſcopi & capituli procuratoris interceſſio fuit, ut non immerito nos, qui licet tantæ rei excellentiam ſæpenumero mente volverimus, eamque humeris noſtris imparem eſſe plane conſpexerimus ne tamen vocationi divinæ contradicere videremur, præmiſſa omnia & ſingula ponderantes; nec non ejuſdem antiſtitis fidem, vitæ integritatem, mores, actus caſtiſſimos, humilitatem, ſimplicitatem, doctrinam, liberalitatem maxime erga Sariſberienſem eccleſiam memoratam, illiuſque perſonas, & quæ a trecentis & pluribus annis citra coruſcarunt miracula plurima, aliaque miracula non minora tum per authenticas ſcripturas, quam per fidedignorum etiam ſeptuaginta quinque teſtium depoſitiones manifeſte probata, famam quoque publicam, ac præterea triginta famoſiſſimorum ſacræ paginæ & utriuſque juris doctorum, quorum nonnulli epiſcopi, quidam referendarii, cæteri vero palatii apoſtolici auditores, advocati conſiſtoriales, ac magnæ authoritatis viri extiterunt conſilia, quæ omnia in unam eandemque ſententiam pro ipſius canonizatione antiſtitis convenirent, merito attendentes, ut tanto viro gloriam, quam divina teſtificatione jam in triumphante obtinebat Eccleſia, in militante nequaquam negaremus in terris; præmiſſa omnia in conſiſtorio noſtro per dilectum filium noſtrum Guillelmum tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem, quem loco noſtro, quoad hoc ſubſtituimus, feceramus particulariter recitari; ſcrutanteſque deinde in eodem conſiſtorio vota omnium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac omnibus debite recenſitis, iidem fratres noſtri in eandem ſententiam convenerunt. Quorum ſecuti conſilium, ut illud plurimorum ſententiis firmaretur, omnes alios in Romana curia reſidentes prælatos in palatio noſtro juſſimus congregari: qui poſt propoſitionem publicam omnium præmiſſorum votis etiam ſingulorum ex more ſcrutatis, nemine diſcrepante una nobiſcum & fratribus antedictis conſuluerunt & cenſuerunt, ad canonizationem dicti viri optimi fore procedendum; in quorum præſentia de eorumdem conſilio & aſſenſu decrevimus & declaravimus eundem Oſmundum epiſcopum eſſe canonizandum, ad quod publice & ſolemniter faciendum diem ſtatuimus hodiernam.

Guillelmus tit. S. Martini Card. illi præfectus.

LXXXVI. Et quoniam per excellentia merita vir iſte inſignis almi Spiritus gratia operante in ipſius ſummi patris gloria collocatus hanc eamdem militantem illuſtrat Eccleſiam, prout omnibus, qui ejus geſta didicerant, debet eſſe notiſſimum, nos qui ex debito paſtoralis officii cunctis fidelibus debitores exiſtimus, per ea, quæ de Gregorii, Martini, & Nicolai prædeceſſorum eorumdem, ac noſtro poſtremo mandatis ſuper his inquiſita, inveſtigata, & examinata fuerunt, & quæ in minoribus conſtituti præ cæteris ſingulari devotione & attentione iteratis vicibus relegimus, inveſtigavimus, examinavimus, & diligentius fuimus perſcrutati tum per ipſorum teſtium fidedignorum depoſitiones, quam probationes alias legitimas, præmiſſis omnibus veris exiſtentibus compertis, ac etiam comprobatis, de ipſius Oſmundi epiſcopi ſanctimonia pleniſſime informati, certioreſque effecti, quod optima fuit negotiatio ejus, & talenta ſibi credita cum multiplicato fructu ſuo reſtituit Creatori, de quibus ſibi etiam fidele teſtimonium perhibemus, ut pro-

pterea

pterea ac ex multis aliis excellentibus donis & gratiis, quibus extitit inſignitus ſuper candelabrum domus Domini poſitus in universali Eccleſia inextinguibili lumine, & ſplendore rutilet, eam quoque ſuæ claritate exornet: in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti præfatum Oſmundum epiſcopum celeberrimum benedicentes benedicamus in ſæcula, floreatque ſuper eum ſanctificatio noſtra, & ad honorem ſempiternæ Deitatis, ac triumphantis & militantis Eccleſiæ exaltationem, orthodoxæ quoque Chriſtianæ fidei felicem ſtatum & augmentum, authoritate omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus atque noſtra de ipſorum fratrum coepiſcoporum & prælatorum unanimi conſilio & aſſenſu pronunciamus, declaramus, decernimus, & etiam deffinimus piæ memoriæ B. Oſmundum epiſcopum antedictum ſanctum eſſe, & tamquam ſanctum ab universali Eccleſia & cunctis fidelibus venerari, ac ſanctorum catalogo aſcribendum fore & aſcribi: quem ipſi in præſentiarum aſcribimus & ſanctorum cœtui aggregamus, ſtatuentes, ac etiam venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filiis electis & patriarchalium, metropolitanarum, & cathedralium eccleſiarum capitulis ubilibet conſtitutis, tenore præſentium injungentes, ut anno quolibet in die, qua ipſum poſt conſummationem laborum triumphatumque mundum in æternitates perpetuas præſens vita tranſmiſit, videlicet pridie nonas decembris feſtum ipſius & officium veluti pro uno confeſſore pontifice devote & ſolemniter celebrent, & ab aliis celebrari, ac univerſis eccleſiis & Chriſtifidelibus faciant venerari.

Quo ritu Sanctorum honos B. Oſmundo decretus.

LXXXVII. *Et ut ad Sariſberienſem eccleſiam prædictam ipſiuſque venerabilem tumulum, quem in digniori loco volumus præparari, eo libentius Chriſtifidelium confluat multitudo, ejuſque memoria recolatur, & feſtivitas celebretur decentius in futurum, eiſdem fidelibus univerſis utriuſque ſexus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eccleſiam Sariſberienſem præfatam & ipſius glorioſi confeſſoris tumulum in feſtivitate ejus & per totam octavam immediate ſequentem devote viſitaverint annuatim, & ad ipſius eccleſiæ atque tumuli reparationem, ornamentum, & conſervationem, ſeu dictæ eccleſiæ fabricam manus porrexerint adjutrices; in feſtivitate prædicta a primis veſperis illius vigiliæ uſque ad ſecundas veſperas ejuſdem feſtivitatis decem, in ſingulis vero octavæ diebus tres annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, &c.* Præcipit præſulibus omnibus, ut diploma hoc in eccleſiis divulgent, hortenturque populos, ut S. Oſmundi ſuffragia apud Deum implorent; quo eccleſiam ab infidelium irruptionibus vindicet. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLVI. kal. januarii pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Indulgentiæ viri ſancti ſepulcrum veneraturis propoſitæ.

Dantur alio diplomate (a) mandata Richardo, qui eccleſiæ Sariſberienſi tum præerat, & canonicorum collegio, ut S. Oſmundi memoriam quo par erat cultu celebrarent; corpuſque humili jam ante tumulo tectum Pontifex in honorificentiore atque ornatiore loco reponi juſſit: utque populos ad pietatis cultum pelliceret, iis qui tranſlationis celebritati interfuiſſent, ſtipemve ad feretrum exornandum, in quo pignus reponendum erat, contuliſſent, noxarum, quas ſacra exomologeſi expiaſſent, veniam impertitus eſt. (b)

Tranſlatio reliquiarum celebrata.

(a) Ibid. p. 64.

(b) Ead. pag.

Ad futuram rei memoriam.

LXXXVIII. *Quoniam, ut accepimus, ipſius pontificis,* (nimirum Oſmundi,) *ſacræ reliquiæ, quemadmodum ipſe, dum mortalis corporis ſui carcere teneretur incluſus, ſub maxima humilitate fundatus optabat, humili conditæ ſunt ſepulchro, nos cupientes, ſicuti dignum eſt, reliquias tanti præſulis convenienti loco decentique tumulo collocari, venerabili fratri noſtro Richardo Sariſberienſi epiſcopo, ac dilectis filiis decano & capitulo eccleſiæ Sariſberienſis in virtute ſanctæ obedientiæ præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus locum celebrem & inſignem in præfata eccleſia, ad quem una cum vicinis prælatis, & aliis eccleſiaſticis perſonis, ſicut talibus fieri convenit, eædem reliquiæ devotiſſime transferantur, præparare; ac deinde illas de loco & tumulo, in quo requieſcunt ad præſens, cum pſalmis, hymnis, & canticis in jubilo transferre ſtudeant, & procurent, ubi fideles Chriſti cum debita reverentia & honore ad illius ſacrum convenientes habitaculum commode ſe recipere, ac precibus & orationibus inſtare apud Altiſſimum conſueta ſanitatis remedia ipſius glorioſi confeſſoris interceſſione, & poſtremo vitam conſequi mereantur æternam, ſtatuentes quod tam principalis ipſius confeſſoris feſtivitas, quam tranſlationis hujuſmodi dies in civitate & diœceſi Sareſberienſi celebres ab omnibus habeantur. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi univerſis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in die tranſlationis hujuſmodi ad eandem eccleſiam devote acceſſerint, annuatim, & ad ornatum ſeu conſtructionem ipſius loci, in quo eædem reliquiæ venerabiliter collocari debeant, aut ipſius eccleſiæ fabricam manus porrexerint adjutrices, ſeptem, in ſingulis vero octavæ diebus tres annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus præſentibus per-*

perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno dominicæ incarnationis MCD. LVI. VI. non. januarii pontificatus noſtri an. ſecundo.

LXXXIX. Hoc anno apud Rhodios inſigne miraculum populorum pietatem auxit (a), ſacratiſſima enim ſpina, quæ olim Chriſti domini caput transfixerat, cum ſpinea corona redimitus fuit, atque a Rhodiis equitibus magna diligentia ſervata ſingulis annis recurrente feria ſexta hebdomadæ, qua dominicæ paſſionis memoria recolitur, efflorеſcere ipſa meridie, ac deinde areſcere conſueverat, maximo inſpectantium ſtupore viridiores flores tribus ante meridiem horis præter conſuetudinem reddidit, magno equitum & civium Rhodiorum concurſu & admiratione. Ut autem miraculi fides extaret, maneretque ad poſteros, Jacobus Millius ordinis magiſter publicum de ea re monumentum, adhibitis teſtium nominibus, confecit; quod in Italicum ſermonem Jacobus Boſius converſum hiſtoriæ mandavit (b).

(a) *Boſius p. 2. l. 7. hiſt. equit. S. Jo. Jeroſ.*

Spina dominica maximo miraculo flores producit.

Publica de ea re monumenta edita.

(b) *Ext. ibid.*

XC. Vindicandæ etiam fidei orthodoxæ a novatorum exorientium impietate religionis ſtudio incitatus Pontifex, cum nonnulli in Inſubria viri nefarii infandas hæreſeon peſtes revocarent ab inferis, ſacras patrum traditiones reſpuerent, conciliorum auctoritatem temnerent, pravaſque ad evertendam religionem Chriſti opiniones ſimplicibus infeerent, eos coerciturus, Bernardum e Boſcho ampliſſimis mandatis inſtructum in eandem provinciam miſit (c), ut novos emergentes hæreticos ſacra cenſura percelleret.

Exorti in Longobardia hæretici.

(c) *Lib. 14. p. 255.*

Dilecto filio magiſtro Bernardo de Boſcho canonico & Sacriſtæ eccleſiæ Ilerdenſis capellano noſtro, & in Veronenſi, Brixienſi, & Pergamenſi civitatibus & diœceſibus, ac terra, ſive oppido Cremæ Placentinæ, Laudenſis, & Cremonenſis diœceſum nuntio & commiſſario noſtro ſalutem, &c.

*Ad noſtrum, non ſine admiratione & mentis amaritudine, plurimorum fidedignis relatibus pervenit auditum, quod in Brixienſi & Pergamenſi civitatibus & diœceſibus nonnulli tam eccleſiaſtici quam ſæculares, ſe inaniter Chriſtiana profeſſione cenſentes, ac neſcientes per ſemitas veritatis greſſus ſuos dirigere, damnabilibus, & temerariis auſibus, tam de ſalvatore noſtro domino Jeſu Chriſto Dei patris unigenito, quam de ejus genitrice virgine glorioſa Maria, ac militante Eccleſia ſacroſancta, & alia falſiſſima quædam conficta mendacia polluto ore aſſerere, ac quamplura catholicæ fidei & ſanctorum patrum canonicis inſtitutis manifeſte repugnantia, contraria, & adverſa, propter quæ ſeipſos, & nonnullos alios ſimplices ſecum trahunt damnabiliter in gehennam, aſtruere & dogmatizare, ac in ejuſdem fidei everſionem pariter & contemptum, ſuorum quoque errorum, ſchiſmatiſque fomentum, ſanctorum patrum determinationes ſalubres Sancti Spiritus infuſione firmatas, callidis ſuggeſtionibus, verbo, & opere impugnare, novaſque ſectas, ritusque probibitos, & a Chriſtiana veritate diverſos, quos ſaltem in privato ingerunt, & perſonis indoctis prædicant adinvenire, animaſque fidelium tanquam miniſtri ſathanæ a veritate avertere, in perditionemque deducere moliuntur. Nonnulli vero alii etiam illic degentes, a quorum oculis ſimiliter Dei timor abſceſſit, invocationibus, carminibus, & * conjurationibus ſuperſtitioſis, ac magicis & nefariis artibus inſervientes, ſuis illuſionibus illos ex Chriſtiano populo, quos ſimplices & incautos eſſe cognoverint, ſecum participare, & a ſuo Creatore deviare, eorumque fallaciſſimis artibus inſordeſcere docent, ſuadent, & pro poſſe inducunt, in animarum ſuarum periculum, pernicioſum exemplum fidelium, & ſcandalum plurimorum.*

De Chriſto & B. Virgine blaſpheme fingunt.

* adjurationibus Magicæ artes ab aliis propagatæ.

XCI. *Nos igitur, qui pro tuitione fidei catholicæ, ad exterminandas hæreſes hujuſmodi potiſſime peſtiferas atque damnabiles, majeſtatem Altiſſimi offendentes, ſi divinam effugere volumus ultionem, totis nixibus aſſurgere, & animarum periculis obviare tenemur, præmiſſis quæ adeo manifeſta dicuntur, ut non poſſimus, nec debeamus ſub diſſimulatione inulta præterire ne eorum contagione quotidie ſerpente, alios fideles inficiant, ac ſiniſtros caſus parturiant, vel eventus, de opportuno remedio providere cupientes, ac omnes & ſingulas cauſas, etiam per appellationes ad nos interpoſitas, coram quibuſvis prælatis, auditoribus, aut judicibus, tam in Romana curia, quam extra pendentes ad nos advocantes, tibi qui etiam cauſarum palatii apoſtolici auditor exiſtis, & de cujus integritate, providentia, & probitate fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad exterpationem præmiſſorum & quorumcunque aliorum errorum, hæreſum, ac pravitatum in eiſdem civitatibus, & diœceſibus, ac etiamſi fuerit expediens in civitate, & diœceſi Veronenſi & terra, ſive oppido Cremæ Placentinæ, Laudenſis & Cremonenſis diœceſum vigilanter inſiſtens; poſtquam cum locorum ordinariis, & inquiſitore hæreticæ pravitatis in illis partibus deputato; ſi tibi expediens videatur ſuper præmiſſis conſilium, & plenam informationem habueris, contra omnes & ſingulas utriuſque ſexus, tam eccleſiaſticas, quam ſæculares perſonas cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui hujuſmodi damnabiles errores fovere, ſeu aſtruere, vel defendere, ſeu alias ſequi præſumunt, aut eorum fautores, receptores, & defenſores, ac ſequaces, & con-*

Præſules iis excindendis dare operam juſſi.

Digitized by Google

contra novorum ſectarum & rituum inventores, ſectatores, ac eos, qui palam, & in privato, aliud contra fidem catholicam dogmatizant, & generaliter contra quoſcunque, qui fidei noſtræ orthodoxæ maculam non haberent, publice, vel occulte contradicunt, & ab ea deviant, ut præfertur, omnium perſonarum acceptione ceſſante, prout canonicæ ſanctiones, & ſanctorum patrum inſtituta perſuadent, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, uſque ad definitivam ſententiam & illius executionem incluſive auctoritate noſtra procedas; nec non perſonas ipſas, ad locum tutum, in quo hujuſmodi hæreſes, crimina, & errores libere examinare valeas, cites, ac illas ex perſonis ipſis, quas per inquiſitionem dictam culpabiles ac erroribus & criminibus implicatas fore, ſive alias pravitates hujuſmodi exercuiſſe, & exercere repereris, punias juxta eorundem delinquentium demerita, & exceſſus, ac eorundem canonum inſtituta; nec non eccleſiaſticas perſonas quibuſvis dignitatibus, honoribus, officiis, & beneficiis eccleſiaſticis, niſi hæreſim hujuſmodi alias per vos non abjuraverint, prout juſtum fuerit prives, omnique honore & dignitate exuas clericali, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLVII. quarto kal. novembris anno tertio.

Judicioria ſeveritas exerceri juſſa.

XCII. In Anglia quoque Reginaldus Pekopius in hæreſim lapſus (a) quatuor articulos ex ſymbolo eradere auſus eſt, quem tamen reſipuiſſe narrat Nicolaus Harpsfeldius (b), ait enim: *Ex epiſcopis neminem reperio qui ſe Vvicleffianis hæreſibus hoc ſæculo implicuit præter Reginaldum Pecokium Ciceſtrenſem, qui præter Vvicleffi dogmata, quibus erat irretitus, quatuor articulos ex ſacroſancto ſymbolo ſuſtulit: ſed ſubductis tandem melius rationibus coram archiepiſcopo Cantuarenſi & aliis ex clero errores illos ſuos agnovit &, deteſtatus eſt, & palam apud divum Paulum Londini illos revocavit: qui epiſcopatu ſpoliatus privatus poſtea vixit. Libri autem ejus, quibus dogmata illa ſua aſperſit tum Londini, tum in Oxonienſi academia, vulcano commiſſi ſunt.*

(a) *Chron. Stala & ex eo. Harpſeld. in hiſt. Vvicleſ. c. 16.*
(b) *Id. Harpſel. ib.*

Reginal. Pecokius epiſcop. Laceſtr. Damnatæ hæreſes.

XCIII. Abſolvimus hunc annum Calliſti edicto, quo vetuit lapides & marmora ex baſilicis urbis detrahi, inſtauravitque (c) Eugenii IV. & Nicolai V. ſancita, quibus anathema incuſſum erat ea vetera decora ex eccleſiis rapientibus, & ſacrorum interdictum locis, ad quæ transferrentur, indictum, ac præterea mulctam viginti quinque aureorum impoſuit.

Marmora ex eccleſiis extrahi vetita.

(c) *Lib. 12. p. 36.*

Anno

I. Michael Zilagius in Ladiſlaum Regem rebellat. (a) Thuroſ. chron. c. 61. Occupat Tranſylvaniam. (b) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1. Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 61. Thuroſ. chron. c. 63. Ranzan. indice 28. Corl. hiſt. Huſſ. l. 10. Dub. l. 30. Bonfin. dec. 3. l. 8. & alii.

ANno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo indictione ſexta Calliſtus univerſa Chriſtiani orbis regna apoſtolico complexus ſtudio, dum religionem a Turcica ſuperſtitione vindicare, Chriſtianumque nomen latius proferre molitur, præcipuas curas in regnum Hungariæ convertit. Aſſerat quidem illud inteſtino bello poſtquam Ladiſlaus Rex Joannis Huniadis filios Ladiſlaum comitem ſupplicio affici, ac Matthiam in vinculis eſſe juſſerat: Michael enim Zilagius horum avunculus generoſi ſpiritus animique princeps, indignam nepotum ſortem ulturus, Tranſilvaniam contracto exercitu occuparat (a), & turbas graves invexerat; demum vero extincto anno ſuperiori Ladiſlao Hungariæ ac Bohemiæ Rege Michael Hungaricum regnum, ut Georgius Podiebratius Bohemicum adminiſtrandum ſuſcepit, celebratiſque ordinum regni comitiis, perſuaſit Hungaris, ut cum Joannes Huniades Pannoniam ab irruentium Turcarum tyrannide eripuiſſet, ad rependendam illi gratiam ipſius filium Matthiam eveherent ad regium ſolium, qui paterna imitatus exempla patriam contra hoſtes tutaturus eſſet; nec diſſenſere Hungari, cum in omnium pectore vigeret Huniadis memoria, eorumque ſtudia in filium ob acceptam indigne calamitatem proniora eſſent. Communibus itaque ſuffragiis Pannoniæ Rex Matthias renunciatus (b) eſt, [1] cujus rei non obſcura præſagia ediderat B. Joannes e Capiſtrano dum quoties cum Huniadis filiis Ladiſlao & Matthia obambulabat, majorem natu Ladiſlaum a ſiniſtris, a dextris alterum, cui Hungarica corona erat reſervata, præter morem collocaret (c). At qui vocabatur ad ſolium Matthias, aſſervabatur in carcere, atque ex Viennenſi cuſtodia Pragam abreptus fuerat Georgii Podiebratii aſtu & improbitate; quippe cum ſciret Viennenſis arcis præfecto imperatum fuiſſe a Ladiſlao Rege, ne Matthiam laxaret vinculis, etiamſi regio nomine poſtularetur, niſi literas arcano ſigillo obſignatas acciperet, Ladiſlai ſigillum ſubripuerat, eoque literis obſignatis Viennenſes cuſtodes deluſit adduxitque Matthiam (d) in Bohemiam, ut pro eo liberando ingentem auri vim abraderet. At Calliſtus cum Matthiam ipſum in Bohemico verſari carcere didiciſſet, & ad Hungaricum ſolium unanimi ordinum conſenſu vocatum, mox apoſtolica intendit ſtudia: ut ille vinculis abſolveretur, ac Joanni Carvajal Cardinali legato præcepit (e), ut pontificio nomine ad id perficiendum incumberet.

Matthias Jo. Huniadis filius Rex Hungariæ renunciatus. Prædictum illud fuerat a B. Jo. Capiſtrano. Georgius Podiebratius correpto Bohemiæ regno Matthiam ſervat in vinculis.

Navata a Calliſto pro illo liberando opera. (c) Vadin. an. 1456. (d) Ranzan. ind. 30. & alii. (e) Lib. 1. brev. p. 151.

Cardinali S. Angeli legato.

II. Ejus ad legatum apoſt. literæ.

Dilecte fili, &c. Ad graviſſimas curas, quibus pro defenſione fidei orthodoxæ jam a principio aſſumptionis noſtræ ſine intermiſſione dies noctesque gravati ſumus, acceſſit quod nos inenarrabili dolore affecit, ut in regno Hungariæ tot turbulentiæ & tempeſtates ſubito ortæ ſint, ut inteſtina ipſius regni mala non mediocrem turbationem proſecutioni hujus felicis appriſiæ attulerint. Notum eſt circumſpectioni tuæ, quam graviter tulerimus caſum filiorum illius invicti & glorioſi militis Chriſti Joannis de Huniad vayvodæ, & quam impenſe curavimus, ut ſcandala, quæ exurgere videbantur, ceſſarent: videbamus enim quantum audaciæ ex turbatione allatura eſſet peſſimo Turco, ſi regnum illud diviſum & diſſenſionibus implicatum cerneret, cujus occupandi diuturna libido & rabies eum tenuit, & quo inito & ad reſiſtandum parato peſſimum ſuum propoſitum fruſtrari ſciebat, providit Omnipotens, non meritis hominum, qui [quantum in illis fuit] haud multum reliquerunt, quin hoſti ſæviſſimo aditum ad extremam cladem Chriſtianitatis patefacerent, ſed ſua clementia & pietate non eſt paſſus tantum mali in ſuum populum re-

Inſignis de Matthia prædictio.

NOTÆ [1] HUngariæ illæ turbæ, ac vices Matthiæ, qui dein regni illius ſolium aſcendit, quamquam hoc anno ab Annaliſta narrantur, partim tamen anno præcedenti, partim vero præſenti acciderunt, nec eo, quo geſta ſunt ordine ab eodem ſcriptore narrantur. Ladiſlaus Hungariæ, & Bohemiæ rex acerbo funere extinctus eſt anno ſuperiori die XXIII. novembris, eademque ipſa die &c. *qua die rex abiit*, ut Æneas Sylvius in hiſt. Bohem. cap. LXXI. ſcribit, Matthias Viennenſem carcerem cum Pragenſi commutavit, *nec diu poſt*, ut ſcriptor idem tradit, eodemque, vel in ejuſdem anni exitu, vel in exordio præſentis rex Hungariæ deſignatur. Profecto februario anni hujus ineunte, rex jam renunciatus & a vinculis expeditus fuerat, ut ex literis ejus apud Balbinum in epit. rerum Bohem. intelligimus. Hinc falli Annaliſtam conſtat, qui e carcere Pragenſi dimiſſum Matthiam ſcribit precibus legati apoſtolici, cum literæ pontificis quibus id muneris injungebatur legato ſignatæ die VIII. februarii, ipſa regis dimiſſione poſteriores ſint.

Quoad electionem vero regis Bohemiæ diem indicat Balbinus, de quo ſupra, ſignans diem VI. maii, ut ex publico documento idem ſcriptor evincit. Quare corrigendus Annaliſta, qui a Dubravio deceptus una die ſerius rem conſignat; cum præſertim dies VI. maii; non vero dies VII. ejuſdem anno illo inciderit in dominicam, qua pleramque ritus illi ſolemnes agebantur. MANSI

duadare. Nos vere dilecte fili [ne præterita quæ tibi ſatis nota ſunt recenſeamus] percupimus, ut liberetur dilectus filius nobilis vir Matthias dicti Joannis de Huniad filius, qui poſt necem alterius fratris a Rege Hungariæ in vincula conjectus, nunc poſt dicti Regis obitum a Juzethi gubernatore regni Bohemiæ aſſervatur, & in carceribus manet. Credimus enim ipſius Matthiæ liberationem ad pacem & tranquillitatem illius regni, & uſum fidei Chriſtianæ ceſſuram, cum [ut ſæpe audivimus] juvenis ſit clarus, & qui paternis veſtigiis haud dubie inhærebit: quapropter circumſpectioni tuæ committimus & mandamus, ut hanc tota pectore amplectaris, parteſque noſtro nomine tuas diligenter apud quos opus eſſe videbis interponas & nuntiis, literis, ac interceſſionibus opportunis agas authoritate noſtra, ut nihil prætermittatur, quod pro conficienda re videbitur neceſſarium, etiam ſi opus fuerit, te ad eos conferendo, qui ope, auxilio, conſilio, vel poteſtate uſui eſſe videbuntur. Quod ſi propter urgentiores occupationes tibi commodum non eſſet accedere; volumus ut per venerabiles fratres noſtros Vvaradienſem & Vvaccienſem epiſcopos, qui ſua ſponte ad hoc ſatis, ut intelleximus, animati ſunt, omnia pro hujuſmodi liberatione opportuna tractes & conficias, &c. Datum die IX. februarii MCDLVIII. anno III.

III. Matthias carcere emiſſus.

Apoſtolici legati ac Pannoniæ ordinum precibus adductus Georgius Podiebrarius felicemque Matthiæ ſortem miratus, eum ex cuſtodia educere decrevit: quem tamen ad rerum ſuarum amplitudinem firmandam adegit (a), ut affinitatem cum ipſo, ducti in uxorem Catharina filia, paciſceretur; atque ita ſibi devinctum cum ornatiſſimo comitatu in Hungariam demiſit, ut delato ſceptro potiretur. Creditum vulgo eſt Joannis Huniadis virtutem in filio merito præmio affectam fuiſſe; ac Pontifex (qui Huniadem, ſi vitæ ſuperſtes manſiſſet, inſignire, ut vidimus, diademate conſtituerat, ut extremum pene periculum, quod Pannoniæ, immo & reipublicæ Chriſtianæ imminebat propulſaret, dumque adverſos caſus, quibus ejus familia proſtrata fuerat audiverat; ſæpius aperte pronuntiarat, Deum invicti ſui militis Huniadis poſteros ad ſummum gloriæ apicem evecturum, laniatæque inteſtinis diſſidiis Hungariæ calamitatem planxerat) ubi in eodem regno redintegratam pacem, & Matthiam e vinculis ad ſceptrum vocatum accepit; palam magis ex ingenti lætitia prædicavit Huniadis virtutes, ac Deum ob illius merita filium ad regios apices extuliſſe affirmavit, de quibus hæc ad Cardinalem S. Angeli ſcripſit (b).

(a) *Ranzan. ind. 30. Dubrav. lib. 30. & alii.*

Huniadis poſteri ob rem Chriſtianam defenſam regia dignitate donati.

(b) *Lib. I. brev. pag. 163.*

Cardinali S. Angeli A. S L. IV.

Immortalis Deus miſeratus populum ſuum non eſt paſſus regnum illud, in quo tot certatim turbulentiæ obortis ſol propemodum lucere deſiiſſe videbatur, in tantis jacere & caligare tenebris, ſed ſua clementia & inenarrabili pietate afflictis rebus eum reſtituit Regem, quo neque commodius quiſquam propulſandis periculis fidei orthodoxæ, neque in quem omnium Hungarorum ſtudia magis accenſa eſſe potuiſſent: illi quidem [ut cætera omittamus] quæ ampla ſunt, quæ ad capeſſendum fidei defenſionem eum non ſolum animare, ſed acriter excitare debent, propoſitus eſt ſtimulus paternæ gloriæ, & veneratio gentè Hungarorum ingeſta ex tot rebus, quas ductu illius clariſſimi ducis feliciſſime pro fidei tutela geſſerunt. Itaque credibile eſt animam ipſius invicti athletæ, nimirum Joannis Huniadis, *quam in æternam ſedem pro ſuis meritis haud dubie receptam eſſe confidimus, exoraſſe immortalem Deum, ut patriam & regnum illud, pro quibus ipſe tot annos indefeſſe pugnaſſet, & a quibus tot inſignibus cladibus, Turcorum averteſſet furorem, non pateretur domeſticis diſſenſionibus lacerari, ſed ſuis eximiis factis eum daret ſucceſſorem, qui ab ipſo non degeneraret, tutelamque Chriſtiani nominis ea conſtantia ſuſciperet, quam ipſe cum ſumma gloria antea ab ineunte ætate ſuſcepiſſet, & ſuſceptam numquam niſi cum vita ſimul amiſiſſet. Quapropter ex tanto beneficio merito divinæ clementiæ gratias agimus:* Et infra. *Solebamus dicere dolenter, audiendo de infortuniis procuratis ab invidis & æmulis, ne dicamus ad dolendum, maculandum, & offuſcandum inclytam domum illius dicti militis Chriſti, ejus filium ultima ſupplicia damnanda, alium capiendo, matrem, & progeniem gravibus perſecutionibus proſtratis, ut revulſis vepribus exaltaret, & in quiete poneret, cum Deus miſericors pro ſuis ſit faciens mirabilia ſolus, & hoc publice, & privatim a diu prædiximus, ut his & alibi eſt notum, quid enim mirabilius, quam ejus filium ab Hungaris in Regem unanimiter eſſe electum, quod admirabile eſt.* Repertia (c) eadem a Calliſto fuere in literis datis ad Elizabetham Huniadis viduam, quæ filio ad ſolium eve[illegible] ſedi Apoſtolicæ ſtudia & obſequia ſua addixerat.

Egregia Calliſti de calu admitando ſententia.

Prædicta a Calliſto Matthiæ e carcere in ſolium evectio.

(c) *Ibid. pag. 176.*

Calliſtus, &c. Certiſſimam ſpem ſemper habuimus, prædicavimuſque palam, quod Deus omnipotens in ſuis judex & miſerator non pateretur domum præfati Joannis in tantis tenebris jacere: ſed eam erigeret & propter merita illius, quæ orbi nota ſunt, ad lucem claritatemque reduceret: rata fuit prædicatio noſtra & vidimus repentinam mutationem divino myſterio factam, cum una eodemque tempore filium V.

tuum

tuum illuſtrem Matthiam in Regem, & Michaelem fratrem in gubernatorem regni iſtius electos fuiſſe vidimus, ex quo nemini dubium eſſe poteſt, immortalem Deum ſuam in hoc admirabilem potentiam oſtendiſſe in oculos cunctis: nemo tamen divinæ voluntati reſiſtere valet. Nec dubitet aliquis quin anima præfati genitoris ſui cum aliis concomitantiis a piiſſimo Deo omnium bonorum remuneratore hoc de filio ſuo obtinuerit, & ſit exaudita, & ita addendo prius per nos dictis hæc vera & multa alia hic & ubique ad animandum cunctos diximus & prædiximus, &c. Dat. xiv. martii anno MCDLVIII. pontificatus noſtri anno III.

VI. Explicuit conceptam illam ex Matthiæ ad regios apices vocatione lætitiam Calliſtus literis (a) ad novum Regem miſſis, in quibus primum expoſuit magnas ſe, ſupplicesque Deo fudiſſe preces pro illius ſalute & amplitudine, dum ſuperiores calamitates, quibus Huniadum domus oppreſſa erat, acceperat, poſtea vero egiſſe Deo, qui illum ad tantum evexiſſet faſtigium gratias: neque ambigere ſe ullatenus, quin cœleſti munere orbi Chriſtiano datus eſſet ad Mahometicam ſuperſtitionem excindendam; parentis itaque virtutes pie æmularetur, frangendas eſſe Turcarum vires, recuperandam Conſtantinopolim, Palæſtinam liberandam: arridere rei gerendæ occaſionem pluries Scanderbeghum in Macedoniæ, legatum apoſtolicum in mari Turcas deleviſſe: reſpueret igitur oblatam a Mahomete pacem, in quem, donec vita ſupereſſet, bellum ſacrum urgere, Regesque incitare decreverat: principum propterea oratores ad ſedem Apoſtolicam vocari, atque ideo, ut ſuos mitteret, conſuluit, ac fœdere Imperatori ſe jungeret: Serviam vero quæ apoſtolico patrocinio a deſpota moriente concredita fuerat, ei commendavit.

(a) *Ibid. pag.* 166.

Calliſti ad illum maternæ literæ.

Matthiæ Regi Hungariæ illuſtri.

VII. *Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum graviſſimæ curæ, quibus jam a principio aſſumptionis noſtræ affecti fuimus, aucti in dies urgerent ſenſus noſtros propter pericula, quæ populo Chriſtiano inſtare ex nefariis conatibus peſſimi Turcorum tyranni videbamus, eoque vehementior eſſet anxietas noſtra, quod re in extremum diſcrimen adducta, ſummam Chriſti fidelium potentatuum negligentiam cernebamus, illuxit tandem feliciſſimus dies, quo te divina pietate Regem Hungariæ electum eſſe percepimus, domumque tuam exaltatam, quod futurum & prædixeramus & credebamus, Deumque pro quo totaque Chriſtianitate bonæ memoriæ genitor tuus tam glorioſe ſtrenueque decertavit, minime paſſurum, ut domus tua calamitatibus offuſcaretur. Nuntio igitur hujus tuæ electionis tanto gaudio elatum eſt cor noſtrum, tantaque lætitia repleti ſumus, ut vix dum conſiſtere mente potuerimus unde ſerenitati tuæ potiſſimum ſcriberemus, aut quibus verbis digne conceptam lætitiam ſignificaremus, quæ quidem tanta eſt, ut nullius linguæ exprimi merito poſſit: immortali Deo gratias agimus, qui hujus gaudii tempus nos fecit, teque ineffabili potentia ad illius inclyti & memorandi regni culmen evexit, ut eſſes, qui laſſis rebus ſuccurreres, & ut tua excellens indoles jam a pueritia omnibus ſollicita eſt ſingulare ſpecimen probitatis & virtutum, ita ſuccedens felicitas expectationem hominum votaque impleret: in quo animi noſtri gaudia tanto aliorum lætitiam antecellunt, quanto acriores erant ſtimuli ſolicitudinum, quibus propemodum ſoli præ omnibus pungebamur; & quanto hoc ipſum divina fiducia repleti expectabamus prænunciationem quandam pectoris noſtri impletum iri, & fore, ut omnipotens brachium extenderet ſuper plebem ſuam: etenim de tua ſerenitate, ut debemus, cogitantes, tuamque felicem promotionem jucunda conſideratione animo revolventes, credimus haud dubie ex hoc jam fructum orationum & lachrymarum noſtrarum percepiſſe, teque cœleſti munere quoſi divinum aliquem hominem non ſolum iſti regno, ſed univerſo orbi Chriſtiano miſſum eſſe, qui regni ipſius florida ætate gubernacula exorſus, ſublatis inteſtinis ſeditionibus, animum adhibeat ad glorioſum certamen Mahometicæ ſectæ exterminandæ; in quo cum ineffabilis fuerit & ſit ardor mentis noſtræ, nullaque alia acrior pectori cura inſideat, omnes exiſtimare poſſint quanta ſit noſtra lætitia, cum te tali tantaque indole & expectatione opportuniſſimo tempore rebus Chriſtianis cœlitus accommodatum eſſe videamus. Equidem cum patris tui inviſtiſſimi militis & athletæ Chriſti nobis in mentem cogitatio venit, cujus æternæ ſunt in univerſam Chriſtianitatem fœliciſſimum geſtorum monumenta, æterna laus, & præconium; exiſtimamus poſt illius lugendam mortem te alterum illius regni firmum columen & præſidium eſſe futurum, & eo firmius quo ante oculos patris ipſius tui gloria propoſita eſt, quam non dubitamus ſerenitatem tuam eſſe non adæquaturam ſolum, ſed omni conatu ſuperaturam: quod eo facilius tibi erit, quo major eſt tua, quam illius fuerit fœlicitas, & tu Rex, ille miniſter regni fuit.*

Aliæ ad Matthiam ipſum datæ.

Fuderat pro eo ad Deum Calliſtus plures lachrymas.

Propoſita excindendæ Mahometicæ ſuperſtitionis gloria.

VIII. *Quare ſerenitati tuæ, nobis, univerſæque Chriſtianitati congratulantes hortamur eandem, ut tantum animi concipias pro fidei orthodoxæ defenſione & infidelium extirpatione, quantum eum Regem concipere decet, in quo quaſi divino nutu creato omnium Chriſtianorum & præcipue noſtra fides collocata eſt. Non enim dubitamus im-*

Concepta de eo ſpes.

mor-

mortalem Deum pari pietate ſerenitatem tuam directurum, ut eadem felicitate, qua juveni tibi tantum regnum adminiſtrandum dedit, hoſtes fidei contoras, & æternam gloriam conſequare. Debellandi autem Turchi, & Conſtantinopolis non ſolum ſed Terræ ſanctæ recuperandæ, & ſectæ Machometicæ exterminandæ nunquam tanta occaſio aut opportunitas oblata eſt, cum poſt inclytam illam victoriam ductu patris tui Chriſtianis conceſſam, aliaſque tum per claſſem, quam in oriente cum legato continue tenuimus & tenemus, quam per dilectum filium nobilem virum Scanderbechum in Albania contra eundem Turcum habitas maxime attenuatæ ſint eorumdem hoſtium vires, in quos ſi ſerenitas tua vires regni iſtius concitabit, proculdubio victoria in manibus eſt. Oblationes vero & petitiones fœderum ſive pacis, quam Turchi poſtulare dicuntur, omnino ſunt non modo ſpernendæ & rejiciendæ, ſed nec audiendæ, abſitque ut tam pernicioſo exemplo ſerenitas tua animum inducat, ut apud ſe de pace aut fœdere cum hoſtibus Dei verbum fieri patiatur, quod abſque maxima offenſa Dei, tuaque, ac regni tui perpetua infamia, & ignominia fieri non poſſet, ſed ſtabilitis regni ipſius rebus in illos viriliter inſurgat, eoſque omni conatu exterminet.

Plura a Scanderbego & legato apoſtol. fortiter geſta in Turcas.

IX. Divinum de Turcica expeditione conſilium niſi cum vita dimiſſurum ſe Calliſtus profitetur.

Nos vero pro hoc ſancto opere, ad quod continue admodum accenſi ſumus, parati ſumus non modo facultates noſtras, & quidquid habemus, ſicut hactenus fecimus, conſumere; ſed etiam proprium ſanguinem effundere, nec unquam niſi cum vita hoc divinum impreſſiam dimittemus, pro cujus proſecutione continuo majores facimus apparatus, claſſem eandem noſtram orientalem, quæ non mediocriter huic impreſiæ utilis eſt, continuis ſubſidiis ſuſtentando, roborando, & augendo, convocavimuſque Imperatoris & univerſorum Regum, principum, & potentatuum Chriſtianorum oratores ad nos, ut conſilia & auxilia opportuna de proſecutione impriſiæ præfatæ contra Turcum capiamus, quorum aliqui ad nos jam venerunt, tuaque ſerenitas non differat ſuos ad nos etiam mittere, quemadmodum tuo prædeceſſori, quos ſibi præſentari præcipimus, per noſtras literas mandabamus: ſtudeatque tua ſerenitas maxime pro tuis fidei & Chriſtianitatis negotiis taliter ſibi Imperatorem & alios principes Alamanniæ conciliare, ut eiſdem fidei negotiis omni ex parte conſulatur.

X. Boſna Hungaro commendata.

Poſtremo, quamvis neceſſarium non putemus, tamen ex corde & animo commendamus ſerenitati tuæ dilectam in Chriſto filiam relictam deſpoti, ejuſque fratrem, & totum dominium illud, ut tua gratia & humanitate eos foveas, & in cunctis tuearis & defendas, quos nos ſimul cum dicto dominio ſub noſtra & B. Petri protectione ſuſcipi per legatum noſtrum mandamus: ipſi autem legato noſtro, quem ſcimus ſtatus tui fore amantiſſimum, pro tua erga nos & ſedem Apoſtolicam devotione & reverentia, ac pro fidei negotiis, quæ ardentiſſime proſequitur propitium & benignum te in omnibus præbeas, & in referendis noſtro nomine fidem ei habeas tanquam nobis. Dat. XIV. martii MCCCCLVIII. anno III. De eadem electione gratulatus (a) eſt Pontifex Pannoniæ procerum ordini, Michael Zilagy (b) regiæ procuratori, Cardinali Strigonienſi (c), utque ad ſacram expeditionem conficiendam incumberent hortatus eſt.

(a) Ib. p. 167.
(b) Ib. p. 168.
(c) Ib. p. 165.

XI.

Dedit etiam legato mandata (d), ut Matthiam ad pangendum cum Friderico Imperatore amicitiæ fœdus adduceret, neque inducias cum Mahomete ab Hungaris iniri fineret, cum ex iis infideles collecturi vires eſſent in Chriſtianos, principum vero, qui ad ſacrum bellum exciti erant, ardor refrigeſceret; quæ imperia aliis repetiit literis (e) XXIII. maii exaratis: *Curam*, inquit, *adhibeas, ut Rex & gubernator præfati chariſſimos in Chriſto filios noſtros Imperatorem & Reges Poloniæ, Boſnæ, cæteroſque Chriſtianos potentatus illarum partium ſibi conciliare, & optimam cum eis concordiam habere ſtudeant, ut unitis viribus firmius & cum majori potentia progredi poſſint in excidium deteſtandi generis Machometi.*

(d) Ib. p. 169.
(e) Ibid. p. 168.

Hungarum Boſnenſem & Germanos ad ſacrum fœdus ſollicitat.

Cum itaque id maximi referret ad res Chriſtiani imperii firmandas debilitandumque hoſtem, Calliſtus curam, ut id perficeret, omni ſtudio contendit: & quod Joanni Carvajal Card. legato commendarat, etiam Eliſabethæ Reginæ (f) & Michaeli Zilagy (g) regni Hungariæ præfecto, tum Cardinali (h) Strigonienſi coram commendavit: *Duabus*, inquit, *rebus admodum anxii & ſoliciti ſumus; optamus enim pro facilior obtinenda victoria de perfidiſſimis Turchis, ut inter Imperatorem & Regem Hungariæ, & alios iſtarum partium principes Chriſtianos ſit unitas, bonaque concordia & pax: ſecundo quod ab eiſdem principibus nullæ conditiones pacis ſeu treugarum cum Turco acceptentur.* De eodem ad epiſcopum Waradienſem, qui in regia Hungarica pollebat auctoritate hæc ſcripſit Calliſtus (i): *Per eos, nempe Chriſtianos, nullæ conditiones pacis ſeu treugarum, quæ non niſi inſidioſæ eſſe poſſunt, cum perfido & nefario Turca acceptentur prout eiſdem principibus ſcribimus, & ſub interminatione anathematis & maledictionis perpetuæ prohibemus.*

(f) Ib. p. 176.
(g) Ib. p. 175.
(h) Ib. p. 174.

Inducias cum Turca pangi vetat.

(i) Ead. pag.

XII.

Expetebat Mahometes II. inducias cum Hungaris, ut ejus belli cura vacuus univerſos vires in Aſiam adverſus Uſumcaſſanum Regem Perſidis, a quo acri erat petitus bello, transferret: quod cum non lateret Pontificem, qui Uſumcaſſanum ſpe ſacræ expeditionis a Chriſtianis

in

in Turciam conficiendæ in Mahometem concitarat, principibus inducias eas admiſſuris anathema intentavit, ipſoſque ad bellum gerendum icto armorum fœdere urſit, qua de re hæc ad Matthiam ſcripſit (a).

(a) Ib. p. 171. & 175.

Calliſtus, &c. Facillimum erit ſi unitas & concordia inter Chriſtifideles potentatus ſit & collocatis viribus hanc ſanctam expeditionem proſequantur. Hortamur tuam celſitudinem, quam non dubitamus in hoc divino opere fore ferventiſſimam, ut unire & conciliare ſibi velit Imperatorem, Regem Poloniæ, Regem Boſnæ, cæteroſque iſtarum partium Chriſtianos principes ac cum eis pacem, concordiam, & unitatem habere, & multum inſurgere in hoſtes crucis, in quorum totale exterminium omnibus facultatibus pergat, nec eorum fallaces & inſidioſas poſtulationes pacis & fœderum admittas, ſed aſpernaris & abiicias: & ita celſitudini tuæ authoritate Dei, & ſub anathemate & maledictione æterno præcipimus & mandamus, non enim pax petitur ab illis, quam inſita animis perfidia numquam ſervarent, ſed obtentu pacis occaſionem ſibi parare tentant, ut improviſos & inopinatos Chriſtianos adoriantur, & ſitim expleant ſanguine Chriſti fidelium, &c. Dat. die XIII. maii MCDLVIII.

XIII. (b) Eod. lib. brev. p. 171. Regem Polon. inducias cum Turco facere vetat.

Præcepit pariter Calliſtus (b) objecta ſacrorum interdictione Caſimiro Regi Poloniæ, ut inducias a Turca oblatas reſpueret: cauſaſque addidit jam a nobis indicatas, cum nimirum inde hoſtis arrogantia magis augeretur, ac deinde occaſionem ad opprimendum Chriſtianum nomen aucupaturus eſſet. Adjecit vero adhortationem, ut armorum ſocietatem cum Hungariæ Rege atque Imperatore conflaret ad fidem cultumque Chriſti latius circumferendum, ad quod Caſimirus regiis literis, egregie ſe comparatum profeſſus erat.

Regi Poloniæ.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Delectarunt nos mirandum in modum literæ, quas ad nos miſiſti, ex quibus intelleximus tuam ſingularem laudandamque devotionem erga nos & Apoſtolicam ſedem: offers enim te obſequentiſſimum ad ea, quæ nos & ſedes Apoſtolica ordinabit, maxime ſi negotia fidei & factum perditiſſimi perfidique Turchi concernant, ob quod tuam ſerenitatem plurimum in Domino commendamus, eique benedicimus, hortamurque eam, ut in hujuſmodi devotione & ſancta voluntate firmo conſtantique ſit animo, & Deus omnipotens, qui quos vult humiliat & exaltat, ſtatum tuum de bono in melius ſecundabit. Quod in præſentiarum a tua ſerenitate petenda eſſe exiſtimamus duo præcipua ſunt, unum eſt, ut te omni benevolentia & charitate cum principibus Chriſtianis tibi finitimis, & præſertim cum Imperatore & Rege Hungariæ te jungas, eoſque tibi concilies. Secundo, ut pacis ſeu treugarum faciendarum cum perfido Turco conditiones nullas acceptes; ſed ne verbum quidem de eis faciendis patiaris fieri, idque ſub anathematis & maledictionis perpetuæ pœna tuæ ſerenitati præcipimus: nam inire fœdera, aut firmare inducias cum hoſte Chriſtiani nominis nil plane aliud eſſet, quam formidinem quamdam & deſperationem oſtendere, ex quo duo Chriſtianitati pernicioſiſſima ſequerentur, unum quod idem perfidus Turcus longe altius erigeret cornua ſui deteſtandi furoris; arbitraretur enim ſe nactum opportunitatem opprimendi Chriſtianitatem, ad quod toto poſſe anhelat: nec credendum eſt, quod alia de cauſa inducias hujuſmodi petat, niſi ut earum obtentu incautos & inopinatos Chriſtianos invadat. Alterum quod, ſi Chriſtiani potentatus, qui aſſiduis implorationibus noſtris ad hoc divinum certamen continue magis excitantur, intelligerent pacem aut inducias cum hoſtibus fidei initas eſſe, e veſtigio eorum animi relanguerent, & torpeſcerent corda bene diſpoſita: quocirca ne tam pernicioſa fiant omni ſtudio & conatu procures obviare, rejectis quibuſvis oblationibus & pollicitationibus perfidi hoſtis, qui ut eſt omni feritate & rabie accenſus, ad effuſionem ſanguinis Chriſtiani ita inſidioſis illecebris & fallacibus oblationibus nititur decipere eos, quos ſuo nefario propoſito maxime obſtare poſſe cognoſcit. Melius itaque & laudabilius erit, ſi vires tuas excitaveris, & ut catholicum Regem decet, cum chariſſimo in Chriſto filio Rege Hungariæ illuſtri, cæteriſque Chriſtianis potentatibus unanimi conſilio & unitis viribus in hoſtes fidei viriliter pergas, de quibus certiſſimam victoriam Omnipotens concedet. Significabit tuæ ſerenitati noſtro nomine hæc & alia dilectus filius Jo. Cardinalis S. Angeli in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatus. Dat. die XIII. maii anno MCCCCLVIII.

Cum Germanis & Hungaris pacem conficiat.

Turcici dolos caveat.

XIV.

Veritos etiam plures alios principes anathematis intentata ſententia cum Turcis inducias pangere, ex literis ad epiſcopum Waradienſem jam ante oſtenſum eſt; id unum enim moliebantur Turcæ, ut Chriſtianos invicem ſegregatos opprimerent: atque ideo iis in Hungaria, Polonia, Germaniaque torpentibus otio, partem copiarum miſit in Macedoniam ad obruendum Scanderbeghum: qui tamen animo non defecit, ſed magnis cladibus invicta virtute attrivit Chriſti hoſtes, atque inſtar munitiſſimi propugnaculi coercuit (c). In medio hujus belli ardore idem Scanderbeghus Pontificem de omnibus certiorem fecit: cui Calliſtus animos, ut hoſtes contunderet, addidit & conſueta auxilia ſpopondit.

Turcæ diſſociatos Chriſtianos opprimere meditati.

(c) Lib. 1. brev. p. 140.

Geor.

Georgio Caſtriotti Scanderbech Albaniæ domino.

Calliſti ad Scanderbeghum literæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Fuerunt apud nos, dilecte fili, oratores tui, quos ad nos miſiſti, quibus accurate & prudenter quæ a nobilitate tua in mandatis habeat referentibus, intelleximus clades, quæ a ſæviſſimis Turcis & tuis terris & partibus iſtis illatæ fuerunt & admirandam animi tui magnitudinem, quam contra eos ut decet principem catholicum, ad compeſcendum eorum furorem adhibes, & labores continuos, quos propterea ſuſtines. Agimus Deo gratias, quod partibus iſtis, per quas quaſi per portam ad irrumpendum in Chriſtianitatem hoſti perfido & ſæviſſimo aditus patere poſſet, te quaſi obicem & murum firmiſſimum ad reſiſtendum oppoſuerit, & hoſtem eumdem, cum quo tibi conſerta manu ſæpe depugnare oportet per te crebris cladibus cum tua maxima laude & gloria afficiat. Utinam tui animi ex ceteris principibus Chriſtianis multos haberemus, non quidem pro fidei tutela tam anxii & ſolliciti eſſemus. Perſevera, fili chariſſime, in devotione, & in ſancto & ſalubri propoſito tuo: nam cum pro fide Chriſti certes, ſperare debes eum, cui nihil eſt impoſſibile, & fortia quæque parvis confundit, quod te non deſeret ſed victoriam glorioſam de ſuis hoſtibus tibi dabit.

Chriſtiani imperii propugnatorem eum eſſe collaudat. Plures Scanderbeghos Calliſtus optat.

XV. *Nos vero, & ſi pro ſuſtinenda claſſe in partibus orientalibus & alibi, illaque roboranda & augenda vix facultates noſtræ ſufficiant, & aliis incredibilibus gravemur impenſis; tamen ut pro laboribus & periculis ſuſtinendis, quæ te cum tuis pene continue ſubire oportet, plus facultatis habere poſſis, facimus tibi ſubventionem opportunam, & quam poſſumus quinque millium florenorum de camera, facturi majorem in dies, ut ſperamus, ut ex tuis oratoribus præfatis, quibus ſuper præmiſſis fidem habebis, plenius intelligas.*

Convocationem, quam facimus oratorum Imperatoris, Regum, & principum Chriſtianorum ſuper proſequenda impreſia contra Turcum, jam tuæ nobilitati per alias literas ſignificavimus. Venerunt jam aliqui ex eiſdem. Speramus, Domino adjuvante, rem taliter ſucceſſuram, quod parabitur opportunum, auxilium ad proſecutionem hujus feliciſſimæ impreſiæ per omnes partes. Sis igitur, ut es, animo forti & magno, nec te alli metus terreant: nam Dominus erit protector tuus, qui vires tibi ſubminiſtrabit, ut cum ſumma tua laude & gloria victoriam de hoſtibus conſequaris. Dat. die ſexta februarii MCCCCLVIII. Hortatus (*a*) præterea eſt Calliſtus Alfonſum Regem Aragonum, a quo commendatitias literas acceperat, ut auxilia illi ſubmitteret.

Ingentium illi auxiliorum ſpem injicit.

(*a*) *Ib. p.* 140.

Calliſtus, &c. Intelleximus, quanta affectione dilectum filium nobilem virum Scanderbech Albaniæ dominum nobis commendaris, quod nobis fuit jucundiſſimum; tametſi noſtra propria voluntate illum pro ſuis virtutibus & ingentibus factis, quibus non ſolum de nobis, ſed de univerſa Chriſtianitate optime meretur, arctiori, quam dici poſſit, charitate complectamur: videmus enim eum prope ſolum furori ſæviſſimorum Turcorum quaſi murum quemdam firmiſſimum eſſe oppoſitum, qui ipſorum aditum præcludit, ne in Chriſtianitatem irrumpant: nec nos latet quot cladibus ipſe cum ſuis ſubditis affectus fuerit. (Paucisque interjectis de miſſa illi auri vi ſubſidiaria, addidit:) *Hortamur ſerenitatem tuam, ut eidem Scanderbech, uti etiam conſuevisti, opportunis ſubſidiis ſubvenire, eumque tot anguſtiis circumſeptum adjuvare velis. Dat. VIII. februarii anno MCDLVIII.*

Teſtatur Calliſtus prope ſolum Scanderbeghum reſtitiſſe Mahometi.

XVI. Adorti interea ſunt Turcæ magno molimine Scandarbegum, cui opportunas ſuppetias tulit (*b*) pontificio juſſu Michael Borgia nepos Pontificis, ad quem ſcripta hæc in literis tertia die junii exaratis: *Adventus tuus ad Scandarbechum, qui conſtitutus erat in neceſſitate maxima, placuit nobis multum, quod opportuno tempore a nobis per te ſuccurſum habuerit, cum feceris id quod maxime ei opus fuit.* Partam autem de Turcis florentiſſimam victoriam a Scanderbego deſcribit pluribus Marinus Barletius (*c*). Dum enim Aſiaticis rebus diſtineretur Mahometes, ducum qui limitem Macedoniæ inſidebant opera, Ameſam Scanderbegi nepotem, promiſſo diademate Epirotico, in illum concitavit, ratus Epirotas Turcicæ vis timore perterritos facile in eius fidem ac poteſtatem venturos: verum præcipuam illi exercitus curam non commiſit, ſed Iſaaco Romaniæ baſſæ: ne tamen ſine imperio prorſus eſſet quinque millia equitum eidem Ameſæ apoſtatæ tradidit. At Scanderbeghus coactis undecim armatorum millibus pulcherrimam victoriam de iiſdem baſſa & Ameſa, quem non trucidari, ſed vivum capi juſſit, reportavit: *Signa,* Barletii verba ſunt, *militaria præcipua magnitudinis & formæ viginti capta, homines vivi mille quingenti: equorum ac reliquarum rerum incredibilis præda fuit, de numero occiſorum varia afferuntur, qui enim plus triginta millia cæſa referunt, qui vero minus viginti commemorant. De noſtris ſexaginta ſolummodo aut paulo minus deſideratos fuiſſe narrant. Tam amplam victoriam ſic exiguo pretio ſtetiſſe, ſed nec ipſe mirabilem nego, dummodo audientium aures rara hæc res omnino non offendat.* Ejuſmodi cladis Turcicæ aliqua præſagia præcurriſſe refert author, videlicet exeunte vere ſanguine pluiſſe, & innumeram vulturum & aliarum id genus avium, quæ ſordes cadaverum appetunt, Turci-

(*b*) *Ib. p.* 174.

Nepotem ad ferendas ſuppetias mittit.

(*c*) *Marin. Barl. l.* 9.

Scanderbeghi nepos in eum cum Turcis conjurat.

Turcæ maxima ſtrage cæſi.

cum

Præſagia cladis Turcicæ.

cum exercitum per eos dies ſupervolitaſſe; quin etiam (quod humano caſui tributum eſt) ſignoiferum Turcici exercitus offenſo equo maceriæ cadentis ruinis obrutum fuiſſe.

Mahometes pacem petit a Scanderbegho.

Hac porro clade depreſſus Mahometes, tum propter acceptum in Pannonia ignominiam novoſque ex Myſia tumultus, pacem a Scanderbegho petiit Meſſit Sanzachi opera, qui in acie captus plurimo auro libertatem redimebat, cui Scanderbegus hoc reſponſum dedit: *Fœdiſſimum omne amicitiæ genus vobiſcum reputamus, ſtantibus tam undique Chriſtianorum injuriis, tot cladibus, ac ſanguine adhuc recenti pie Græcia jam emuit ac Hungaricum ſolum madet, ſic ne Peloponeſiaci imperii jacturam hodierna pace compenſabimus? Sic ne novam Belgradenſem victoriam ac Hungaricam gloriam novis vobiſcum induciis dehoneſtabimus? Habeat quæ poteſt ipſe Mahometes fœdera: nos armis ferroque emptam ſemel pacem & otium quæremus.*

Hujus reſponſum.

XVII. Ex captivis Turcis nonnullos dimiſſos cum eorum duce refert author, aliquos Chriſtianam religionem amplexos in Epiro remanſiſſe, alios ad varios Reges ut teſtes victoriæ, miſſos: *Tum Hiſpaniæ,* inquit, *tum Gallorum Regi præter captivorum ſat magnum numerum, equi & ſpolia omnis generis miſſa, atque ad alios identidem alia. Urbs Roma fere ſicut fama ita ornamentis ejus victoriæ repleta. Ita ſtatuerat pro virili Scanderbeghus totam pene orbem eleganti ea liberalitate ſibi devincire. Adjunxit præterea bis donis legatos, & frequentes adhortationes ad concordiam, ac preces ſedulas, ut jam ex diutino ſomno expergiſcerentur, atque creſcentem ſibi in viſceribus peſtem, paulatim ad cor ſubire non paterentur. Dona in Apuliam, ut neque hoc omittamus, ad ſuum Alfonſum decreta ſpecioſi triumphi cujuſdam formam præ ſe ſerere. Ameſa etiam Neapolim ductus in carceribus juſſu patrui in magna cuſtodia habendus.* Extincto paulo poſt Alfonſo reductus in Macedoniam Ameſa, & vita & libertate a Scanderbegho eſt donatus: qui cum Conſtantinopolim ſimulatu fuga petiiſſet, ut uxorem ac liberos, quos dederat obſides redimeret, a Mahomete veneno extinctus fertur.

Miſſi ab eo ad varios Reges victoriarum teſtes.

Ameſa proditor Neapolim miſſus in vincula.

XVIII. Cæterum Pontifex Michaeli Borgiæ dedit mandata, ut e Macedonia ad claſſem Pontificiam reverteretur, ad quam ſex naves commeatu onuſtas ſe mittere ſignificavit, ac brevi alias quatuor triremes optime munitas ſubmiſſurum: extant de eodem miſſo ſubſidio literæ (a) ad Ludovicum patriarcham Aquilejenſem Cardinalem legatum in oriente, & pontificiæ claſſis præfectum: qui cum ob principum Chriſtianorum conceptam expectationem fallentium, neque crucis ſigna in Turcas ſequentium inertiam ſatiſceret ſub legationis onere, neque arduum quid in hoſtem qui impigre vires omnes ſuas cogebat, gerere poſſet, a Calliſto excitatus eſt ad conſtantiam (b), ac meliorum rerum ſpe confirmatus, Matthiam quippe Huniadis filium creatum Pannoniæ Regem invictumque Chriſti pugilem futurum: Raſſiam ſedi Apoſtolicæ teſtamento relictam: ſedata Germaniæ diſſidia; Luſitanum Regem cum claſſe florentiſſima ſe ipſi conjuncturum; Batavos ſeptem naves optime inſtructas adducturos; neque Francorum & Aragonum Reges in mittendis auxiliis defuturos.

(a) Ib. p. 172.

Legatus apoſtolicus ad conſtantiam excitatus.

(b) Ib. p. 152.

Calliſtus, &c. In Hungaria filius illius invicti militis & Chriſti athletæ Joannis vayvodæ nutu divino Rex factus eſt, & ejus avunculus gubernator, qui incredibiliter ad proſecutionem hujuſmodi negotii dicuntur eſſe animati, diſcordiæque & diſſenſiones privatæ primatum in eodem regno & Alamanniæ ſedata ſunt, deſpotuſque Raſſiæ, qui nulla relicto herede mortuus eſt, terras ſuas Cardinali S. Angeli legato noſtro pro nobis & apoſtolica ſede tradi, & conſignari mandavit, &, ut credimus, jam illas nominibus prædictis accepit. Itaque Deus bene rem ad habendum certam victoriam & recuperandam non modo Conſtantinopolim, ſed totam Terram ſanctam, quo noſtra tempore futurum omnino credimus, parat, & adaptat, & diſponit. Interjectiſque pluribus quibus mœrentem ſolatur, ſubjicit: *Quanto gaudia nos affecit & continue afficit dilectus filius Cardinalis S. Angeli, qui licet ætate gravis, ſic tamen in maximis laboribus pro fide verſatur? quæ æquo animo ſuſtinet, & ſumma diligentia & ſolertia in partibus legationis ſuæ ſubortas turbulentias ſedare curavit, & Chriſtifideles excitare non ceſſat in perditionem inimicorum crucis, nobis etiam, qui incitatiſſimi & ardentiſſimi ſumus, calcaria addendo.* Et infra: *Et ne credas, quod Rex Franciæ, Portugalliæ, & Aragonum, & cæteri potentatus rem iſtam negligant, ut in hac æſtate ſenties, &c.* Addit ex Hollandia ſeptem naves præfecto Antonio Ferrario vela feciſſe, quas miſſurus ſit, pergitque: *Et Rex Portugalliæ nunc de novo nobis ſcripſit, ſe executurum viriliter & potenter nunc quæ obtulit contra Turchum: ſcimus enim ipſum claſſem fortem præparare, &c. Dat. xv. martii anno MCDLVIII. pontificatus noſtri anno III.*

Germanica & Hungarica diſſidia ſedata. Raſcia a Rege teſtamento Pontifici relicta.

XIX. Eadem ſpe Calliſtus aliis literis (c), legati animum redintegrare niſus eſt, ne claſſem ob incommoda, quæ patiebatur, diſſolveret.

(c) Ib. p. 56.

Calliſtus, &c. Ut tibi notum eſſe jam debet, convocavimus oratores Regum: Et infra. *Conſidera quanto fervore & perſeverantia dilectus filius Cardinalis S. Angeli*

Pro Raſcia eccleſiæ aſſerenda pugnatum.

geli legatus in Hungaria & ad fines perfidi Turchi acquirenda terras deſpoti Raſsia defuncti pro nobis & ſancta Romana eccleſia omni timore poſtpoſito laboribus & periculis legationem ſuam exercet, impavide, viriliter, & potenter nos confortando continue ſuper impriſia iſta, & ad ſuſtinendam claſſem, & ſi non magnam, in partibus ipſis orientalibus. Dat. &c. III. aprilis anno MCCCCLVIII. Cum vero increbeſceret fama Mahometem in Pannoniam irruptionem facturum, Pontifex Ludovicum Cardinalem vehementius eſt adhortatus (a), ne claſſis imperium abjiceret, atque etiam addidit, ut Cypro, quam Caramanus invadere minitabatur, ſuccurreret.

(a) Ib. p. 172. – Caramanus Cypriis intentat exitium. Pannoniis inſidiatur Mahometes.

Calliſtus, &c. Hortamur tuam circumſpectionem, ut hoc tam neceſſario tempore, quo perfidum Turcum cum ingenti exercitu in Hungariam eſſe venturum ajunt, ubi etiam tota poſſe, ut eidem occurratur, laboramus. Velis legationem hanc noſtræ claſſis ſuſtinere, ne ex illius deſertione animoſior Turchus fiat. Nonnulliſque interjectis de Cypria re, adjungit: *De perfido Caramano, quod Regi Cypri minetur dolemus; quid pro ejuſdem regni tutela claſſis noſtra poſſit efficere videat tua circumſpectio, & eidem ſuccurrat. Dat. XIV. maii anno MCCCCLVIII.* Sed de iis hactenus nunc ad res Bohemicas traducenda eſt narratio.

XX. In Bohemico interregno poſt Ladiſlai lugubrem obitum plurimi Reges ac principes ad ſolium Bohemicum aſpirarunt, (b) Francorum Rex Carolus, qui filiam Ladiſlao deſponderat, petiit a Bohemis, ut vel uni ex filiis, vel ei principi, cui filiam matrimonio jungeret, ſceptrum deferrent: Fridericus Imperator illud ad ſe ut ſupremum Bohemiæ dominum legibus devolutum contendebat, cum Ladiſlaus ſolemni ritu ſe imperii fiduciarium non eſſet profeſſus, neque clientis officia exhibuiſſet: Caſimirus Rex Poloniæ uxori ſuæ demortui Regis Ladiſlai ſorori debitum diſceptabat. Potiori ſe jure nitì affirmabat, Guilielmus dux Saxoniæ, cum majori natu Ladiſlai ſorori nupſiſſet: Sigiſmundus & Albertus Auſtriaci principes monebant Bohemos antiqui fœderis, quo erat ſancitum, extincta Regum Bohemorum ſobole, ex Auſtria principem perendum.

(b) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 62. Papienſ. in comm. Coel. l. 12. Naucler. vol. 2. gen. 49. Dube. hiſt. Bohem. l. 30. Bohemicum ſceptrum a pluribus principibus exambitum.

His omnibus opponebat ſe Jerſico ſive Guorgius de Cunſtad & de Podiebrat, vulgo Podiebratius, regni Bohemici adminiſtrator, artemque & vim jungebat, ut ſolium conſcenderet: cui favebat Rokyzana, de cujus impietate ac pervicacia plura diximus ſupra, aut Regem profanæ ſuæ ſectæ deligendum, aut ſi nullus ex ea tanto faſtigio dignus cenſeretur, Hebræorum more populo Bohemico judices præficiendos jactabat. Denique coactis regni ordinum comitiis quadrageſimali tempore Georgius partim alios ad ipſum renunciandum Regem pellexit, partim coegit, cum & forum & pleraſque domos militibus compleri, & ſubtenſos laqueos intellectum eſſet, de qua electione hæc tradit Æneas Sylvius (c).

*Ubi dies conſtituta illuxit, auditis legationibus in conventu procerum utilitate regni diſcuſſo, Georgius Poggiebratius Rex pronuntiatur militia domique apprime clarus, cui ad res gerendas nec conſilium nec ætas deeſſet: ea res necati Regis maxime ſuſpicionem auxit. Ipſe ex oratorio primum, in ædem B. Mariæ, ubi Rochezana præſidet; ſolemni pompa deductus Deo gratias egit: ibique novello Regi publica ſalutatio exhibita. Mira rerum mutatio, & novus ſyderum influxus: duo potentiſſima regna eodem tempore Rege orbata ex nobiliſſimo atque altiſſimo ſanguine ad mediocris *... homines pervenere, ſic Deo placuit. Ludere fortunam dixiſſet antiquitas, nos divinæ providentiæ cuncta tribuimus utriuſque Regis electionem. Nonnulli vim adhibitam dicunt, neque jure valere quod metus extorſerit. Nobis perſuaſum eſt armis acquiri regna, non legibus.* Quibus verbis hiſtoriæ Bohemicæ finem impoſuit.

(c) Æn. Syl. hiſt. Bohem. c. 72. & in ipſo Coel. hiſt. Huſſ. l. 12. & aliis. Georgius Podiebr. Rex Bohemiæ delectus.

* fortis

Porro queſtus eſt Pontifex, in ea Georgii ad regnum Bohemicum, tum in alia Matthiæ ad Hungaricum electione conſultum non fuiſſe, ut apoſtolica authoritate celebraretur, cum eorum regnorum ſupremum imperium juris eſſet Romanæ eccleſiæ: curas vero intendit, ut in Bohemia vetus religionis cultus refloreſceret, de quo hæc Joanni Carvajal Cardinali legato mandata dedit (e).

(d) Lib. 1. p. 169. Sine pontificia auctoritate Reges Hungariæ & Bohemiæ deligi non debent.

Calliſtus, &c. Satis miramur quod a multis, cum regna Hungariæ & Bohemiæ peculiariter ſint B. Petri, ut noſti & antiqua geſta authentice docent, tam modica mentio facta fuerit mortuo Rege Ladiſlao ſuper proviſione ipſorum regnorum de noſtra & ſedis Apoſtolicæ authoritate; nobis enim & ſi grata ſit eorum felix concordia & bona expeditio novæ proviſionis ſive electionis, non minus (maxime te ibi exiſtente legato de latere noſtro) conſervare cupimus, & ex corde deſideramus noſtrum in præmiſſis & ſedis Apoſtolicæ decorem & ſuperioritatem, prudentiæ tuæ & providentiæ, prout tibi videbitur, & temporis qualitas expoſcit, remittendo: & labora quantum poteris ſuper reductione Bohemorum ad fidem & unitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, noſtramque ac ſedis Apoſtolicæ obedientiam: nam ſi unquam ad eam rem efficiendam tempus aptum ſeu diſpoſitum fuit, hoc præſens eſt propter eum qui in Regem electus fuit, quemque ad hoc inclinatum eſſe novimus. Dat. die XIII. maii anno MCDLVIII. Non norat Calliſtus

(e) Ibid. Supremum eorum imperium ad ſedem Apoſt. ſpectat.

hy-

Pietas ſimulata a Podiebratio.

hypocriſim Georgii, qui ut firmaret ſolium, præferebat larvam religionis ad catholicos ea ſpecie ſibi devinciendos, ducendoſque ſub jugum: cum enim veteris moris & instituti eſſet, ut Bohemiæ Rex a Pragenſi archiepiſcopo, aut, ſi is deeſſet, ab Epiſcopo Olomucenſi ſacro oleo liniretur, ac diadema acciperet; jam diu vero Pragenſis eccleſia paſtore vacaret, Olomucenſis autem præſul tantum deſignatus eſſet, nec dum ſacris pontificalibus initiatus, cæterive Germani epiſcopi illi ſe muneri ingerere detrectarent, Georgius in Pannoniam oratores miſit, qui a Matthia genero epiſcopos peterent ad regiam inunctionem, cæteraque perficienda. Miſſi itaque fuere Jaurienſis & Vacienſis epiſcopi, qui ritu veteri ipſum ante celebritatem ad obtemperandum Pontifici, colendam fidem orthodoxam, hæreſeſque excindendas ſacramento adegerunt, quibus de rebus hæc Dubravius ſcriptis mandavit (a).

(a) Dubr. hiſt. Bohem. lib. 30.

Poſtquam patuit Georgium præſeferre nolle niſi per actiam, more videlicet aliorum Regum Chriſtianorum in aulam regiam ingredi, præſtito prius jurejurando a Romano Pontifice Calliſto ſibi oblato, miſſi ex Hungaria ſunt a Matthia genero duo epiſcopi Jaurinus & Vaznodienſis in Bohemiam, qui munere illo coronandi fungerentur. Affuit & Prothaſius Olomucii electus, ut teſtimonium de juramento perhiberet, juramentum Latine primum recitatum palam fuit, dein vernacula lingua Georgio per regni cancellarium, ut vocant, perlectum: quo audita ſchedam ille in manus ſumit, nec dubitat in omnia illa verba, quæ ibi concepta & ſcripta fuerant, ore ſuo jurare, obedientiam videlicet ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ in unitate fidei, quam eodem Romana catholicaque & apoſtolica eccleſia profitetur, prædicat, ac retinet cuſtodire, & illam tueri & propugnare pro virili enixe velle, ac populum ſibi ſubjectum ab omnibus erroribus, ſectis, hæreſibus, atque ab aliis articulis Romanæ atque fidei catholicæ contrariis revocare, & ad ritum cultumque veterem reducere ac reſtituere. Confirmat Dubravii dicta Matthias Hungariæ Rex, qui aliquot poſt annis, cum Georgius detracta fucatæ pietatis larva in hæreſi obſordeſceret, ad purgandum de miſſis epiſcopis errorem, damnandam Georgii perfidiam, ac perjuria patefacienda publicis tabulis profeſſus eſt, ſe epiſcopis & proceribus ad illum regia inunctione liniendum profecturis dediſſe mandata, ut antea ipſum ad religionem catholicam pie colendam ſacramento obligarent; ejuſque juris jurandi a Georgio exacti & redditi formulam penes ſe, ne aliquo caſu interiret, in regio tabulario conditam ſervare, cujus exempla publicorum tabellariorum fide & ſigillo firmata vulgavit, de quo in libro (b) privilegiorum Romanæ eccleſiæ tabularii Vatican. & in ms. Vallicellano extat hoc regium diploma.

Sacramento ſolita de colenda fide ab eo nuncupata.

(b) Lib. priv. Rom. eccl. to. 2. pag. 237. & MS. Vall. ſign. lit. B. n. 12. pag. 194.

XXIII. Matthiæ Hungar. Regis de eo publicæ literæ.

Litera Matthiæ Regis Hungariæ.

Nos Matthias Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Memoriæ commendamus omnibus præſentes literas inſpectris, quod, cum in anno Domini MCCCCLVIII. dominus Georgius Rex, alias vero gubernator regni Bohemiæ, poſt electionem & regimen ejuſdem regni de ſe a regnicolis habitam, poſtularet a nobis certos epiſcopos & barones regni noſtri pro ſua coronatione mitti, nos id bona ratione utile factu rati, certos idoneos epiſcopos & barones regni noſtri pro ea re miſimus: ne tamen tamquam immemores Chriſtianæ religionis cuipiam hæreſi faveremus, injunximus, & mandavimus ipſis epiſcopis & baronibus, ut priuſquam dictus dominus Georgius Rex coronaretur, debitum juramentum & literas de obſervanda catholica religione & obedientia Romanæ eccleſiæ ab ipſo domino Georgio Rege exigerent; quod & exactum eſt. Quarum quidem literarum tenorem una cum ſubſcriptionibus teſtium idoneorum & notarii publici de verba ad verbum ſine diminutione & augmento aliquali, quoad omnes continentias, & clauſulas ſuas ad mandatum ſanctiſſimi noſtri ſummi Pontificis ſuperius inſeri fecimus, ac fideliter conſcribi, ut & forma juramenti hujuſmodi, & teſtificationes deſuper factæ etiam ipſis literis abſentibus cunctis quorum intereſt, liquido pateat, originale autem propter viarum pericula & alias rationabiles cauſas apud nos retinentes. In quorum omnium præmiſſorum fidem præſentes literas noſtras ſecreto ſigillo noſtro impendenti, ac ſubſcriptionibus, & ſignis duorum idoneorum notariorum publicorum in evidens teſtimonium veritatis conſignari fecimus. Dat. in deſcenſu noſtro exercituali in oppido noſtro Samuria x. die menſis novembris anno Domini MCCCCLXVI. regni noſtri anno IX. coronationis vero tertio. Adjecta ſunt tabellariorum regiorum nomina & ſigna, quæ ſtudio brevitatis prætermittimus.

XXIV. Quod ad formulam illius juriſjurandi a Georgio nuncupati attinet; ea præfixa eſt ejuſdem Regis literis hiſce concepta (c) verbis.

(c) Eod. lib. priv. Rom. eccl. to. 2. pag. 236. & MS. Vallicell. pag. 193.

Formula Sacramenti a Georgio concepti.

In nomine Domini, Patris ſcilicet & Filii & Spiritus ſancti. Amen.

Ego Georgius electus Rex Bohemiæ in proxima coronandus promitto, ſpondeo, polliceor, atque juro coram Deo & Angelis ejus in manibus patrum in Chriſto reverendorum dominorum Auguſtini Jaurienſis & Vincentii Vacienſis epiſcoporum, ac in præſentia venerabilium Prothaſii electi Olomucenſis, Przibiſlai abbatis Lucenſis, item ſpectabilium & magnificorum ac egregiorum virorum Nicolai de Vyllak, Vayvodæ

Tranſylvani, Oſualdi de Rezgon comitis Syculorum Hungariæ, Zbinkonis Leporis de Hazemburg judicis regni, Procopii de Raberſterni cancellarii Bohemiæ regiorum baronum, ac Michaelis de ſancto Nicolao archidiaconi Neuvogradienſis Vuacienſis, & Thomæ de Thrutnis cantoris Jaurienſis eccleſiarum canonicorum decretorum doctorum, quod ab hinc & in antea & deinceps fidelis & obediens ero ſacroſanctæ Romanæ & catholicæ eccleſiæ, ac ſanctiſſimo domino noſtro domino Calliſto divina providentia Papæ III. ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, & eis obedientiam & conformitatem, more aliorum catholicorum & Chriſtianorum Regum, in unitate orthodoxæ fidei, quam ipſa ſancta Romana catholica & Apoſtolica eccleſia confitetur, prædicat, & tenet fideliter obſervabo, ipſamque catholicam & orthodoxam fidem protegere, tueri, & defendere volo toto poſſe, populumque mihi ſubjectum ſecundam prudentiam a Deo mihi datam ab omnibus erroribus, ſectis, & hereſibus, & ab aliis articulis ſanctæ Romanæ eccleſiæ & fidei catholicæ contrariis, revocare & ad veræ catholicæ & orthodoxæ fidei obſervationem ac obedientiam, conformitatem, & unionem, ac ritum cultumque ſanctæ Romanæ eccleſiæ reducere & reſtituere volo, & laborabo, daboque & adhibebo omnem diligentiam, ut omnia præſcripta compleantur toto meo poſſe & conamine ad laudem, gloriam, & honorem Dei, & ad exaltationem ſanctæ & catholicæ fidei. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia manibus meis corporaliter tacta. In fidem autem, & teſtimonium omnium præſcriptorum, Ego Georgius electus Rex prædictus hic infra ſigillum meum bona & propria voluntate, & ex certa ſcientia appendi mandavi. Dat. Pragæ die VI. menſis maii anno Domini MCCCCLVIII. Adjuncta ſunt teſtium ſuperiorum nomina, ac ſigilla, quorum poſtremus hæc verba a ſe lecta & audita teſtatur.

Chriſtianorum Regum inſtituta ſequi pollicetur.

Damnat omnes hæreſes.

XXV. *Et ego Petrus natus Pauli Forgach de Gara clericus Quinqueeccleſienſis diœceſis publicus imperiali authoritate notarius anno, menſe, die, & hora quibus ſupra, indictione VI. pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Calliſti divina providentia Papæ III. anno ejuſdem IV. Pragæ in camera ſecreta regali ſolitæ habitationis ſuæ conſtitutus perſonaliter princeps dominus Georgius electus Rex præſcriptas, ſibi & ad latus ejus corporali præſentia aſſiſtente ſereniſſima domina Joanna conthorali ſua jurisjurandi, & profeſſionis formam præſcriptam cum primum in Latino legi audiret, & tandem in Bohemicum tranſlatam legeret, & ore proprio pronuntiaret, ac in manibus ſupradictorum reverendorum in Chriſto patrum dominorum Jaurienſis & Vuacienſis epiſcoporum, tandem manibus ſuis ſacroſanctis evangeliis, & charta profeſſionis per eum lecta tactis, obedientiam, reverentiam, fidelitatem, & conformitatem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ſanctiſſimo in Chriſto patri & domino noſtro domino Calliſto Papæ III. ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus obſervare juraret, & profeſſionem expreſſam faceret ſereniſſima etiam domina Joanna prædicta conthoralis ſua formam præſcriptæ profeſſionis primum in manibus dictorum dominorum epiſcoporum, & poſt tactis manibus ſuis ſacroſanctis evangeliis & charta profeſſionis omnia, quæ ſibi per prænotatum Jaurienſem epiſcopum proponebantur, ore proprio & voce intelligibili pronuntiaret & exprimeret, quia omnibus & ſingulis præmiſſis, dum ſic; ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum ſupraſcriptis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ideo me manu propria hic ſubſcripſi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignavi in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum & præmiſſorum rogatus & requiſitus.*

Delata ab eodem Romanæ eccleſiæ obſequia.

XXVI. Obſtrinxiſſe ſe ideo clanculum hoc ſacramento Georgium, ne Huſſitica lue inquinatos populos a ſe abalienaret, obſervat Jacobus Cardinalis Papienſis (a), ad catholicos vero deludendos palam ob epiſcopis corona redimiri voluiſſe: quam celebritatem VII. maji, nimirum proximo a jurejurando de obſervanda fide orthodoxa, delendaque hæreſi die, peractam refert Dubravius (b), apud quem in conſignando anno inſequenti error eſt in marginali pagina, ut ex dictis conſtat.

(a) *Card. Papienſis in comment.*

(b) *Dubrav. l.30.*

Cinctus itaque Bohemica corona Georgius, cum plures catholicos a ſe averſos videret, nam & præter nonnulla Bohemiæ oppida provinciæ finitimæ Moravia, Luſacia, Sileſia, Bohemiæ contributæ illius, utpote hæretici, jugum ſubire pio ardore renuebant (c), novas artes adhibuit, ſubornatis (d) Bohemis proceribus a quibus fuerat Rex ſalutatus, qui provinciarum earum populos literis hortati ſunt, ut parerent Georgio, illum enim fidem orthodoxam amplexum, & Romanæ eccleſiæ ſemper conſenſurum: cumque commenta ad irritum caderent, vim admonuit, & quos in armis expeditiſſimos habebat Huſſitas adduxit ad Iglaviam Moraviæ arcem obſidendam, eamque ad deditionem compulit, necatis mulctatiſve exilio iis, qui ipſi adverſati fuerant. Redactæ dein ſub jugum Bruna & Olomuca Moraviæ metropolis, in qua ſubjicienda plurimum operæ contulit Prothaſius deſignatus epiſcopus Olomucenſis, qui interfuerat dum Georgius hæreſim damnavit, ac prædicabat eum vere catholicum, nec ſine crimine ejus imperium detrectari poſſe.

Plures provinciæ Podiebratium ob hæreſim agnoſcere recuſant.

(c) *Cocl. lib. 12. & Card. Papien. in comment.*

(d) *Id. Papien. ibid.*

Ad-

XXVII. Addit Cardinalis Papienſis uſum arte alia Georgium ad conſtabiliendum ſolium, & catholicos ſibi devinciendos, ſcilicet Romanum Pontificem literis plenis officiorum & pietatis notis deluſiſſe, atque ab eo apoſtolica diplomata elicuiſſe, quibus Bohemi juſſi ſunt Georgio ut vere catholico Regi obtemperare, atque illico omnes ei ſe ſubmiſiſſe. Sed ipſa authoris verba audire præſtat: *Cum*, inquit, *ad Calliſtum III. Romanum Pontificem probanda mentis eliciendique reſponſi cauſa plenas religionis dediſſet literas, in quibus ſe filium Romanæ ſedis docebat, & profeſſionem obedientiæ pollicebatur, & grandia in Turcos moturum ſpondebat, ſi modo delatum ad ſe regnum pacaret. Senex artis illius ignarus, cui tunc de bello Turcorum ingens ſtudium eſſet, ampliſſimis verbis reſpondit mentem illius probans pro iis, quæ offerret gratias agens; ad expedienda quoque mox abluta integrum quietumque regnum eſſe illi deſiderans. Diplomæ autem, ut de Regibus noſter mos eſt, a terga erat uſceiptum: Georgio Bohemorum Regi chariſſimo filio. Compoſ in hunc modum dolt Georgius Pogiebratius diplomata hæc, ut plumbo erant ſignata, quoque verſus inſpiciendo populis circummiſit, probari tandem poſſe docens Romani præſulis teſtimonio fidem ejus, ſanamque de religione ſententiam, nec reliquum incredulis locum ſine protervia crimine defugienda ditionis ejus. Mirum dictu quanta hinc animorum ſit facta converſio. Illico toparcha omnes & urbes & oppida poteſtati ejus ſe permiſere, concurſumque toto regno eſt ad cognoſcenda nova imperia. Præſul quoque Voludiſlavienſis Judæus magna nobilitatis vir, qui ante ad mutiſterium coronationis vocatus, non niſi voluntate Pontificis iturum ſe dixerat, nunc diplomatum fiducia acceſſit, & Regem pro more eſt veneratus; Germani etiam principes exempla eodem amicitia illius ſe certatim inſinuant, ineunt ſedera, nuptiiſque confirmant. Cum Cæſare demum & Polonorum Rege & Matthia Hungarorum regnum tum primum adepto, data in uxorem filia, ſocietas coitur. Quibus ſupra votum fluentibus ignarat venturi dixiſſe in conventu procerum fertur: Ex tam multis tamque proſperis rebus ſane quid primum eligam neſcio.*

Fallaces ab eo literæ ad Calliſtum datæ. Vertere adverſus Turcas arma ſpopondit.

Elicit a Calliſto diploma.

Omnes catholici pontificio decreto obſecuti.

XXVIII. Subdit Papienſis Georgium, cum cerneret ſe Calliſti ſuffragiis res ſuas plurimum evexiſſe, omnibus artibus & lenociniis ejus voluntatem benevolentiamque ad ſe allicere conatum, miſiſſeque impoſtorem Romam ad procuranda Romæ negotia, qui multis dolis pollicebatur Pontifici, Rochyzanam ad ipſum venturum, cujus ope omnes religionis controverſiæ ſedandæ eſſent, fideſque orthodoxa Bohemiæ reſtituenda foret: exoptabat enim Calliſtus Rochyzanam cum aliis oratoribus propterea legari, eaque de re ad Georgium, dum vivo Rege Ladiſlao regiæ Bohemicæ præerat, miſſas literas vidimus: ſed Georgium promiſſis defuiſſe. Cum autem de concepta ea ſpe ſibi abblandiretur Pontifex, eamque expoſuiſſet Gabrieli Minoritæ Veronenſi, qui e Bohemia redierat, Gabriel Georgii, & ejus procuratoris fraudes ipſi detexit, docuitque numquam Romam acceſſurum hæreſiarcham Rochyzanam, niſi vinctus traheretur; tum pontificia diplomata hæretico Regi ad religionis cauſam proterendam uſui fuiſſe demonſtravit, quod Calliſto acerbiſſimum dolorem attulit. Ut vero Georgius poſtquam diu impietatem variis fucis & artibus texit, demum firmato ſolio eam fœde evomuerit, ac publice hæreſim ſit profeſſus, dicetur inferius. Fuiſſet ſane egregiis dotibus ad gerendum Bohemicum ſceptrum inſtructus, niſi illarum decus hæreſi inquinaſſet, ut refert Coclæus (a): *Quis enim*, inquit, *fuit vel in conſiliis circumſpectior, vel in armis expeditior, vel in judiciis æquior, vel in regia poteſtate moderatior*; ſed eum potius perfidum ac flagitioſiſſimum Rochyzanam, quam Chriſti vicarium audiendum cenſuiſſet, ſe ac ſuos Bohemos innumeris malis immerſit. At de Bohemicis rebus ſatis; nunc Italicas aggredimur.

Podiebrati orator Pontificem circumvenit.

Detectæ demum Calliſto Rochyzanæ & Georgii fraudes.

(a) *Cocl. hiſt. Huſſ. l.12.*

Podiebrati infelicitas in Rochizane audita.

XXIX. Urgebat exitioſum bellum in Genuenſes, ſpreta religione, Alfonſo Aragonum & utriuſque Siciliæ Rege, Petrus e Campofregoſo, qui nullis precibus, vel adhibito etiam deprecatore Pontifice, illum ad pacis conſilia amplectenda potuerat flectere, cum diffideret principatum ſe diu tenere poſſe, Genuenſis reipublicæ imperium, captis jam ab hoſte nonnullis arcibus, Carolo VII. (b) Francorum Regi detulit communi ſenatus decreto, ut illius clientela ab Alfonſi vexatione tuta eſſet: Joannes itaque dux Lotharingiæ filius Renati Regis, qui Neapolitanum ſceptrum ſibi injuſte ereptum contendebat, e Carolo ad Liguriam adminiſtrandam miſſus, Saonam menſe aprili applicuit, deinde Genuam ſe contulit, ex cujus adventu in Italiam perturbatus Aragonius graviori efferatus ira vires omnes ad Genuenſes opprimendos intendit, & inſtructa claſſe (quam ſi in Turcas ut vota jam ante a ſe nuncupata perſolveret, immiſiſſet: Chriſtiana religio latius amplificata fuiſſet) eique præfecto Bernardo Villamarino Genuam mari obſedit (c); terra vero ipſi, utmet Alfonſi fœderati Joannes Philippus Fliſcus, Petrus Spinula, & Andreas ac Barnabas Adurnii comparato exercitu caſtra poſuere. Excepit horum impetus republicque communito egregie porta Joannes Andegavenſis; cui ſalutiſ fuit Alfonſi mors, quæ in medio illius belli ardore con-

Genuenſes Alfonſi metu Gallorum Regis clientelæ ſe committunt.

(b) *Foliet. l.10. Bizar. l.13. Surit. annal. l.16. c.44. & 47. Marian. l.22. cap.18. Paul. Æmil. in Car. VII. & alii.*

Joannes dux Lotharingiæ Genuam appellit. Alfonſus Genuenſes opprimere conatur.

(c) *Foliet. l.11. Bizar. l.13.*

In [illegible] belli ardore moritur.

contigit; ſtatim enim, ea audita, Aragonia claſſis diſſipata eſt, & exules Genuenſes diſſolvere exercitum ſunt coacti. Ex Alfonſi autem interitu, ac ſecuta rerum converſione ingentia poſtea conſurrexere bella, de quibus ſuo loco dicendum erit. Cæterum illius obitus in XXVII. junii diem incidit (*a*), quod tempus conſignat etiam Æneas Sylvius (*b*) in calce hiſtoriæ.

(*a*) Monſtr. vol. 3. p. 75.
(*b*) Æn. Sylv. hiſt. Bohem. c. 71. Sabellic. Ennead. 10. l. 6.

XXX. Aſſentatores eloquentes coluiſſe fertur. Plurimis ſceleribus inquinaſſe vitam.

Dum, inquit, *hæc ſcribo, Alfonſi Regis Aragonum, cui præſentem hiſtoriam dedicaveram multis formidatus, pluribus expectatus, mihi quidem mihi acerbiſſimus nuntiatus eſt obitus: v. kal. julii clauſiſſe oculos traditur, Hiſpania atque Italia rebus aliam formam præbiturus.* Ipſum gloriæ avidum extitiſſe ferunt, ac viros doctos, qui ejus dicta geſtaque panegyrico ſtylo conſcripſere, ornarunt que ſermonis elegantia charos habuiſſe, interque alios Æneam Sylvium, Laurentium Vallam, & Antonium Panormitanum. Nec deſunt (*c*) qui ipſum perſtringant proferendi imperii libidine non humanum modo, ſed divinum quoque jus proterere conſueviſſe: ſedi Apoſtolicæ atroces injurias intuliſſe: tum in affecta etiam ætate inſerviiſſe amoribus, & clerum populumque iniquis vectigalibus oppreſſiſſe: antequam tamen diem obiret, anteactæ vitæ culpas planxit, ac rite ſacramentis communitus (*d*) eſt; jamque humanum deſpiciens faſtum humili ſepulchro ante fores eccleſiæ Populeti condi (*e*) voluit: inique vero Neapolitanum regnum devolvendum legibus ad jus Romanæ eccleſiæ Ferdinando ex adultera ſuſcepto teſtamento reliquit, præcepitque ad firmandum ſolium inſtruxit, de quo hæc S. Antoninus (*f*): *Ante mortem Ferdinandum filium ſuum, & ſi illegitimum, jam uxoratum & filios habentem dimiſit heredem, & regni Apuliæ ſucceſſorem cum maximo theſauro congregato: quem etiam, ut regnare poſſet quietius, & obſtacula non haberet admonuit, ut viam, quam in regno tenuerat, non ſequeretur in tribus; ſed oppoſitam. Primo quidem ut omnes Aragonenſes & Catalanos, quos ipſe exaltaverat, & totum ſe eis crediderat exoſos hominibus a ſe abiiceret, & in curia ſua Italicos & præcipue regnicolas diligere oſtenderet, & ad officia promoveret, quos tamen ipſe ut ſuſpectos non læta facie reſpiciebat. Secundo ut nova gravamina & exactiones, quas inſtituerat, & antiqua auxerat, quæ tanta erant, ut homines reſpirare non poſſent, omnia removeret, & ad morem antiquum deduceret. Nimiæ enim hæ fuerunt extorſiones ejus ab hominibus regni: & ut de cæteris taceam, beneficia vacantia etiam minora nullus obtinere valebat in curia, niſi prius manus Regis impleſſet, & quantitate non modica. Tertio ut pacem confectam per ſe cum Eccleſia & aliis communitatibus & principatibus ipſe ſervaret, nec a pacis fœderibus declinaret.* Præterea Alfonſum oneraſſe Ferdinandum ut ſexaginta millia nummum Romano Pontifici in expeditione contra Turcas collocanda traderet, aliaque multa ad pias cauſas legaſſe, Gobelinus refert (*g*). Alia regna Inſulæ Siciliæ, Sardiniæ, Aragoniæ, Valentiæ, fratri Joanni Regi Navarræ hereditaria ex teſtamento Ferdinandi patris ipſum reliquiſſe docent (*h*) hiſtorici Hiſpani.

(*c*) Gobelin. in comm. l. 1. Sur. l. 16. ann. c. 47. Marian. l. 22. c. 18.
(*d*) Id. ib.
(*e*) Jovian. Pont. de bell. Neap. l. 1. Gobel. in comm. l. 6. Marian. l. 22. c. 18. Sur. l. 16. cap. 17.
(*f*) S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. 1.

Quibus præceptis nothum inſtruxerit.

(*g*) Gobel. in comm. lib. 1.
(*h*) Sur. ſup. c. 47.

Excepto Neapolitano regno cætera Joanni fratri reliquit.

XXXI. Calliſtus Neapolitanum regnum ad Rom. eccleſiam devolutum pronuntiat.

Accepto de Alfonſi Regis obitu nuntio Calliſtus, tueri Romanæ eccleſiæ jura decrevit, regnumque Neapolitanum ad ſedem Apoſtolicam devolutum pronuntiavit, cum Alfonſus illud transmittere in ſpurium jure non potuiſſet, quod vi & armis rapuerat: prohibuiſſe autem Ferdinando intentato anathemate, ne ſibi regios titulos arrogaret, edixiſſeque, ut ſi quam controverſiam haberet, diſceptaret jure & æquitate, narrat Monſtreletus (*i*) confirmatque S. Antoninus (*k*), qui Calliſtum plures epiſcopatus, quos Alfonſo juris ſacri oppreſſore ſuperſtite conferre non potuerat, contuliſſe addit hiſce verbis: *Pontifex ipſe Calliſtus, morte Regis percepta, ſubito contulit quadam magna beneficia epiſcopatuum, quæ prius conferre non voluerat ipſo Rege contradicente & impediente; & quod plus eſt per bullas patentes regnum Apuliæ vacans ut feudum eccleſiæ ad eum ſolum pertinere, & de ipſo diſponere aſſerebat, mandans Ferdinando, ut illud dimitteret, nec ipſe vel alius quicumque ſub pœna anathematis ſe illius regni Regem vocaret, ſed ſi quis jus aliquod ſibi prætenderet, prius per eum diſcuteretur negotium, omniaque juramenta diſſolvit in illis, qui fidelitatem ſeu homagium ipſi præſtitiſſent.* Eadem ferme narrat Surita (*l*). Extat quidem Calliſti edictum (*m*), quo Neapolitanum regnum, quod jure fiduciario Alfonſo traditum fuerat, eo ſine liberis juſto connubio procreatis defuncto, ad Romanæ eccleſiæ ditionem devolutum promulgavit vetuitque, tacito Ferdinandi nomine, in quem cum nothus eſſet, ſceptrum transferri non poterat, nec Joannis Alfonſi demortui fratris, vel Renati, qui etiam tum regios Siciliæ titulos geſſerat, facta mentione duces, equites, magiſtratus, ac populos regni Neapolitani cuivis principi fidei ſacramentum addicere, & contra obtinentes eccleſiaſtica execratione perculit: ſi qui vero illud jam dixiſſent, irritum eſſe pronuntiavit; de jure vero controverſuris æquam ſe laturum ſententiam profeſſus eſt.

(*i*) Monſtrel. vol. 3. pag. 75.
(*k*) S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 16. §. alt.

Ferdinandum illud dimittere jubet.

(*l*) Surit. annal. lib. 16. c. 48.
(*m*) Lib. 18. pag. 138.

In ejus regni controverſia jus dicturum ſe profeſſus Calliſtus.

Calliſtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam.

XXXII. Ejuſdem ea de re diploma.

Regis æterni, per cujus inſcrutabilem providentiam Reges regnant; vices quamvis immeriti gerentes in terris, ſi de ſingu-

gulorum Chriſtianorum regnorum regiminibus, ut in ſpiritualibus ſalubriter regantur cogitare debeamus, de illorum etiam regnorum, quæ ad Romanam eccleſiam immediate pertinent, & quæ per prædeceſſores noſtros in ſacra Petri ſede ſedentes in feudum interdum conceſſa fuerunt, cum conceſſio hujuſmodi ceſſat, ſalubri nedum in eiſdem ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus gubernaculo cogitare nos convenit, ut Petri hereditas nullo modo diſtrahatur, ſed ad manus ejuſdem eccleſiæ omnium regnorum matris & dominæ reducantur, & perſonis, de quibus præſidentis in ſpecula circumſpectioni viſum fuerit, prudenti ac matura deliberatione prævia, regenda committatur, & ſubditi ſub Regis pacifici quieta gubernatione lætentur.

Sane cum regnum Siciliæ citra pharum, quod de patrimonio B. Petri exiſtit, & quod olim per nonnullos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros diverſis Regibus & aliis dominis temporalibus ſucceſſive in feudum ſub certis modis & formis, quos præſentibus haberi volumus pro expreſſis, conceſſum extitit, quodque nuper claræ memoriæ Alfonſus Rex Aragonum a Romana eccleſia in feudum obtinebat per obitum ejuſdem Alfonſi Regis qui, ſicut Domino placuit, debitum naturæ perſolvit, infeudatione hujuſmodi per ipſius obitum ceſſante, ſit ad eandem eccleſiam legitime devolutum, atque in ipſum regnum quod ad nos pertinet, nemo ſe intromittere quoquomodo debeat, ſive poſſit; nos cupientes ſingulos ipſius regni regnicolas tanquam nobis & nulli alteri immediate ſubditos per noſtræ proviſionis miniſterium ſub noſtro felici regimine in pacis & quietis amœnitate gratulari, univerſis & ſingulis ipſius regni patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis prælatis; nec non ducibus, marchionibus, principibus, communitatibus, univerſitatibus, baronibus, militibus, civibus, regnicolis, & habitatoribus quibuſcumque tam eccleſiaſticis ſæcularibus & ordinum quorumcumque regularibus quam laicis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant ſub interminatione divini judicii, nec non anathematis, maledictionis æternæ, excommunicationis in ſingulos, & interdicti in communitates, univerſitates, capitula, conventus, & collegia pœnis, quas ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, in ſingulos contrafacientes proferimus ipſo facto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine diſtrictius inhibemus, ne ipſi aut eorum aliquis per ſe, vel alium ſeu alios directe, vel indirecte quovis quæſito ingenio, vel colore, alicui præterquam nobis aliquod fidelitatis

Veriti populi cuiquam principi ſacramento ſe aſtringere.

juramentum ratione civitatum, terrarum, caſtrorum, oppidorum, villarum, locorum, aut feudorum, quæ in dicto regno obtinent, præſtare præſumant ſeu præſumat.

XXXIII.

Quod ſi forte ipſi aut eorum aliquis hujuſmodi juramentum hactenus præſtiterint ſeu præſtiterit, nos omnes & ſingulos, qui juramentum ipſum præſtiterint, ut præfertur, ab hujuſmodi juramentis & temeritate jurandi auctoritate apoſtolica tenore præſentium abſolvimus, ipſaque juramenta eis & eorum cuilibet relaxamus, ipſoſque & quemlibet eorundem ad hujuſmodi juramentorum obſervationem minime teneri, dictumque regnum per obitum hujuſmodi ad nos & Romanam eccleſiam prædictam devolutum fuiſſe & eſſe, ac ad nos & dictam eccleſiam immediate & nullum alium pertinere, & de illo per alium quam per nos ordinari ſeu diſponi nullo modo potuiſſe ſive poſſe auctoritate & tenore prædictis decernimus & declaramus.

Promulgatum de regno Neapolitano Alfonſum decernere teſtamento non potuiſſe.

Si vero aliquis in ipſo regno vel ad illud jus habere prætenderit, aut ſuper eo ſua intereſſe quoquomodo putaverit, nos ad juſtitiam cuilibet deſuper miniſtrandum, cum in eo ſingulis debitores ſimus, offerimus nos paratos. Eſt denique officium paſtorale noſtrum ſic utiliter providere, ne regnum ipſum tyrannide devaſtetur, aut vepribus laceretur, ſive in prædam detur, ut oves gregis dominici regni noſtri illæſæ & integræ conſerventur in pace & quieto vivendo; juſtitia enim & pax oſculatæ ſunt.

Jus de eo regno cuique dictum iri.

Præterea, ne quis de præmiſſis ignorantiam prætendere poſſit, ſeu quomodolibet allegare, præſentes literas in valvis baſilicæ B. Petri Apoſtolorum principis de urbe, ad quam de diverſis mundi partibus quamplurimi continue confluunt, affigi publice mandamus, ita ut minime ſit ambigendum, quin ad patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, prælatorum, ducum, marchionum, principum, comitum, baronum, communitatum, univerſitatum, militum, procerum, civium, regnicolarum & habitatorum, aliorumque ſupradictorum notitiam quantocyus deveniat, &c. Addit alia imperia, ut hoc edictum divulgetur in Neapolitano regno, ac publicis in locis affigatur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLVIII. 10. id. julii pontificatus noſtri anno 10.*

Ferdinandus a pontificia ſententia provocat.

Provocavit (a) ab ea ſententia Ferdinandus, regioſque titulos invaſit: tum habitis Capuæ comitiis regni procerum, eos ad fidem ſibi præſtandam jurejurando obſtrinxit (b). Franciſcum etiam Sfortiam Mediolani ducem affinitate conjunctum Ferdinando illius cauſam tuendam ſuſcepiſſe, conqueſtumque de Calliſto narrat S. Antoninus (c), quaſi prædeceſſorum ſuorum, qui Ferdinando conceſſiſſent, ut Alfonſo ſuccederet, ſancita

XXXIV. Neapolitani principes in varias factiones diſciſſi.

(a) S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. ult. Surit. l. 16. annal. c. 50. & alii.

(b) Pontan. de bello Neap. l. 1.

(c) S. Ant. ſup. §. ult.

fine

Digitized by Google

ſine cauſa convelleret. At conſtabat regnum Neapolitanum ſummo jure ad ſedem Apoſtolicam devolutum eſſe, cum ipſe Alfonſus in literis (a), quibus regnum Eugenio acceptum retulit, hæc juraſſet: *In regno & terra prædictis nullus ſuccedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.* Adde quod Ferdinando potiora jura Joannes Rex Alfonſi Regis frater & Renatus Andegavenſis obtinebant, atque adeo alii indignati ſpurio ſubiici, duce principe Tarentino Joannem Regem (b), alii Andegavenſium partium Renatum (c) ad accipiendum ſceptrum ſollicitarunt.

(a) *Sur. l. 16. cap. 49.*
(b) *Extant an. Chriſt. 1445. nu. 2.*
Calliſtus inique a politicis Hiſpanis laceratus.
(c) *Paul. Æmil. in Carol. VII.*
(d) *Sur. c. 48. & 50.*
Juſte eccleſiæ jura adverſus vim Alfonſi aſſerere niſus eſt.
(e) *Pontan. de bello Neapol.*

In qua narratione Surita (d), Jovianus Pontanus (e), nonullique alii factionis Ferdinandi ſtudio perciti adverſus Calliſtum multa perperam effutiunt, eumque ingrati in Alfonſum animi vitio perſtringunt, geſſiſſe nimirum cum eo inimicitias ac perverſa plenaque perfidiæ conſilia, quorum finis morte exciterit, adverſus Ferdinandum agitaſſe. Verum hæc a veritate prorſus abhorrent; non enim ingrati animi labes Calliſto poteſt inferri, dum Alfonſo eccleſiaſticæ ditionis partem contra fas poſtulanti juſte adverſatus eſt, dum graviter tulit ſacra jura ab eo invadi, dum flagitanti, ut notho filio Ferdinando ſceptrum Neapolitanum conferret, non aſſenſit, quod id ſine Joannis ipſius Alfonſi fratris, aut Renati, aut Romanæ eccleſiæ, ad quam regnum devolvendum erat, injuria fieri non poſſet: dum poſtulanti, ut ſoluto juſto connubio adulteram ducere permitteret, negavit (f) ejus culpæ futurum participem. Neque in Alfonſum odia exercuit, ſed paterno illum ſtudio ſemper eſt complexus, ejuſque flagitia, dum in eccleſiaſticum ordinem graſſabantur, ac vota de ſacra conficienda expeditione perjuriis infringebat (g) juſta cenſura non perculit. Si vero, ut refert Surita (h), Alfonſus defectionem a Calliſto, & ſchiſma novum conflare mente conceperat, quod Ferdinandum Neapolitani ſceptri jure donare recuſaret, fuerunt eæ veteres ipſius artes, nec minus iniquæ, quam cum Eugenium intentata ad Amedeum antipapam defectione ad regnum ſibi concedendum adegit. Non denique in repetendo Neapolitano regno perverſa & plena perfidiæ, ut Pontanus intemperanter dixit, agitabat Calliſtus conſilia, ſi eo regno ditioni eccleſiaſticæ legibus conjuncto augere vires ad Turcicam tyrannidem comprimendam, amplificandumque Chriſti cultum meditabatur, quem pium ardorem cum ſuperiora geſta demonſtrarint, tum hæ ad ducem Venetorum literæ non leviter indicant (i).

(f) *Sur. c. 47.*
(g) *Plat. in Call. III.*
(h) *Sur. ſup. l. 48.*
Chriſti gloria a Calliſto tantum ſpectata eſt.
(i) *Lib. 1. brev. pag. 172.*

XXXV. *Duci Venetiarum.*

Credimus non latere nobilitatem tuam quam incitatus & ardens ſit animus noſter ad vindicandum injurias fidei Chriſtianæ a ſæviſſimis Turcis illatas, quamque ferventius ad proſecutionem hujus feliciſſimæ expeditionis contra infideles incumbamus: ad quam non deſiuimus continuis implorationibus excitare Chriſtianos potentatus & principes, ut nobiſcum vires conferant, & oratores mittant ad hunc communem ignem extinguendum, ex quibus jam aliqui ab aliis principibus adveniunt & ſcimus in itinere eſſe plures ex ipſis & præcipue a Rege Franciæ, qui gratiſſime ad nos ſuos mittit oratores. Super his & vos differtis mittere, quamvis plures pulſati, ex quo Deum offenditis, & nos & ſedem Apoſtolicam, cum quilibet Chriſtianus in cauſa fidei ſic vocatus, obligatus ad hoc exiſtat jure noto: ſcimus enim Deum iratum his, qui nobis in his non aſſiſtunt: cavendum eſt ab ira Dei, noſque officium noſtrum canonice non ceſſabimus exercere, & qui nos conturbat judicium portabit quicumque ſit ille. Hæ ſunt præcipue curæ & ſolicitudines noſtræ, quæ nullam quietem aut vitæ dulcedinem capere nos ſinunt: ita affixæ ſunt exulcerato cordi & acutis ſtimulis pungunt animam noſtram, unde non parvum hactenus Chriſtianitas fructum conſecuta eſt, & majorem in dies conſecuturam ſperamus, Deo adjutore, qui pro ſua miſericordia votis noſtris jam annuit & annuet, & gratiam infundet Chriſti fidelium animis, ut laſſis rebus tandem nobiſcum aſſiſtant, ſuccurrant, atque juvent, & fidei orthodoxæ patrocinium juxta noſtras adhortationes feliciter amplectantur, non ſolis nobis, ut hactenus feciſſe videntur, onus hoc facultatibus noſtris importabile dimittant.

Increpiti Veneti quod negent arma jungere in Turcas.

Deſertum ſe ab omnibus principibus queritur Call.

Nos, dilecte fili, per univerſum orbem Chriſtianum jamdudum ſanctam cruciatam publicari & prædicari fecimus, decimas induximus, aliaque ordinavimus, quæ ſtatus reipublicæ chriſtianæ in diſcrimen adductus fieri poſtulabat, nec ea noſtræ ordinationes & ſanctæ proviſiones omittuntur, ſed efficacius eas & ferventius facimus continuari quoad vita ſit nobis comes, &c. Commendat Marranum Minoritam ſanctimonia vitæ & gratia evangelizandi verbi divini, ut ait, præſtantem, ut e ſacro ſuggeſtu Venetiis bellum ſacrum promulget, & decumas ac fidelium ſtipem colligat. *Dat. xxviii. maii an. MCDLVIII.*

XXXVI. Vertendis itaque Chriſtianorum Regum ac principum armis in Turcas intentus Chriſti vicarius inteſtina bella ſedare omni ſtudio nitebatur: cumque jam diuturnis diſſenſionibus attrita eſſet Navarra, aliis ab Joannis Regis, aliis ab Caroli Vianæ principis materno jure ſceptri Navarræi heredis cauſa ſtantibus needum pax inter illos conciliari potuiſſet, novum legatum ad eam conficiendam creavit,

Terraconenſis archiep. ad pacand. Navarram miſſus.

(a) Lib. 28. p. 163.

vit, idque munus Petro archiepiſcopo Tarraconenſi cum ampliſſimis mandatis injunxit (a), ut impetratas jam inducias ſervare eos cogeret, ac ſi ad pacem redintegrandam diſſentientes inducere non poſſet, propoſita anathematis pœna illos ab armis juberet pontificio nomine abſiſtere, ac finitimorum Regum arma conjungeret in eum, qui juſſis non pareret.

Venerabili fratri Petro archiepiſcopo Tarraconenſi in Aragonum & Navarræ regnis cæteriſque Cataloniæ partibus A. S. L. ſalutem, &c.

Inter Regem & filium inducias imperare juſſus.

Cum te ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Joannem Navarræ Regem illuſtrem ipſiuſque dominia & principatus pro ſedanda componendoque diſcordia, quæ inter Regem ipſum & dilectum filium nobilem virum Carolum principem Vianæ ejus primogenitum maxima & periculoſa hactenus viguit, tanquam pacis angelum deſtinemus ea potiſſimum ſpe fiduciaque freti, quod ea, quæ tuæ fidei commiſerimus, fideliter & prudenter exequeris, ac illis tanto diligentius incumbendum curabis, quanto fueris a nobis majori poteſtate fulcitus. Idcirco fraternitati tuæ Regem & principes præfatos aliosque omnes & ſingulos, prout expedire videbis, noſtro nomine adeundi, ipſoſque monendi, hortandi, ac requirendi, ut inprimis treugas inter ipſos Regem & principem filium indictas obſervent, & illas ubi venerint, ſub pœnis & cenſuris obſervari faciendi, & prout tuæ prudentiæ videbitur, ad effectum concordiæ prorogandi, ac demum cum eis pacem & concordiam juxta prudentiam tibi deſuper datam omnibus quibus poteris modis tractandi & componendi, atque ubi pax ſequi non poſſet [quod abſit] auctoritatem noſtram interponendi, ipſiſque Regi & aliis ſupradictis inhibendi, ac ſub excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ pœnis eis mandandi, eorumque ac aliorum loca, ad quæ eos vel eorum aliquem declinare contigerit, eccleſiaſtico interdicto ſubjiciendi, contradictores quoſlibet & rebelles per pœnas ſimiles compeſcendi; nec non ſi opus fuerit chariſſimorum in Chriſto filiorum Regum illuſtrium & aliorum principum quorumcumque finitimorum brachium ſæculare implorandi, ac coram illis præſtandi, proceſſuſque formandi, ac illos citandi, excommunicandi, aggravandi, aliaque in præmiſſis & circa hæc neceſſaria faciendi & exequendi, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem, ac plenarie committimus vices noſtras. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVIII. IV. non. auguſti pontificatus noſtri anno IV. Ex ea vero dignitate legati apoſtolici collata archiepiſcopo Tarraconenſi liquet illum, poſtquam exauctoratus fuit ob claſſem pontificiam male adminiſtratam, in gratiam cum Calliſto rediiſſe.

Tuendi etiam juris eccleſiaſtici ſtudio, Pontifex Bracharenſem archiepiſcopum contra ducis Bragantini vim defendendum ſuſcepit; datis hiſce ad Luſitaniæ Regem literis.

Chariſſimo in Chriſto filio Alfonſo Regi Portugaliæ illuſtri ſalutem, &c.

Nuper ſiquidem venerabilis frater noſter Fernandus archiepiſcopus Bracharenſis per ſuas literas nobis ſignificavit, quod poſtquam ipſe quaſdam monitoriales literas a felicis recordationis Nicolao Papa V. Prædeceſſore noſtro contra omnes & ſingulos, qui bona eccleſiæ Bracharenſis & illius jura occupabant, nec non perſonas eccleſiaſticas vexabant, & perturbabant emanatas, in ſua diœceſi Bracharenſi publicare fecit, dilectus filius nobilis vir Alfonſus dux Bragantiæ id ægre ferens præfatum archiepiſcopum odio & rancore mirum in modum proſecutus, & proſequitur de præſenti, & non ſolum auſus eſt dicere eundem archiepiſcopum eſſe fornicatorem, & homicidam, ac pluribus enormibus delictis, criminibus & exceſſibus irretitum, & ſuper hic nulla cauſa cognita certos in publicum exhibere articulos diffamatorios, verum etiam prætendens id ſibi ac ſuis ſubditis licere, eidem archiepiſcopo obedientiam ſubtraxit & reverentiam, ac compluribus ſuis juriſdictionibus & bonis ad ſuam eccleſiam Bracharenſem ſpectantibus ſpoliavit, & illa nec non ſancti Petri de Goſten caſtrum de ſuyos, & S. Stephani ac Interroſeso ſive certias de thevec & aquarum rebellium & Hervededo & Buſtelo cameras ad eandem eccleſiam, pleno jure pertinentes prætextu cujuſdam invalidæ conceſſionis ſibi per dictum archiepiſcopum dudum abſque ſedis apoſtolicæ licentia ad vitam ulterius archiepiſcopi & ducis prædictorum ſub annuo cenſu quinquaginta marcharum argenti puri, quas idem dux in alia moneta longe deteriore ſolvere nititur factæ occupavit, & occupat de præſenti in damnationem animæ ſuæ ac grave præjudicium præfatæ eccleſiæ; & quamquam ſerenitas tua ipſi archiepiſcopo ſuper hic aliqualem favorem præſtiterit, nihilominus, ut accepimus, propter ea quæ dux ipſe contra præfatum archiepiſcopum objecit dubitatione motus, an forſan ipſi duci præmiſſa facere licuerit, non adeo diligenter & efficaciter ſicuti potuiſſes archiepiſcopo præfato auxilium præſtitiſti vel favorem, quare ut omnis dubietatis ſcrupulus a mente tua penitus removeatur, tenore præſentium celſitudini tuæ notificamus eundem ducem ac omnes & ſingulos fautores & ſequaces ſuos pœnas & ſententias in literis monitorialibus hujuſmodi ac proceſſibus deſuper habitis contentas incurriſſe, ſibique nec etiam fautoribus & ſequacibus ſuis licuiſſe vel licere eidem archiepiſcopo valetudinario vi-

Digitized by Google

ro juſto ſedi Apoſtolicæ devota bonorum eccleſiæ ſuæ defenſori, authori, & conſervatori, cauſa non cognita, contra omnem honeſtatem & diſpoſitionem juris canonici obedientiam ſubtrahere, nec ejus bona, juriſdictiones, & cameras prædictas occupare, nec etiam eoſdem articulos exhibere omnes & ſingulas appellationes, exceptiones, & proteſtationes per eundem ducem, ſeu ejus nomine præmiſſorum occaſione, vel alias in detrimentum ipſius archiepiſcopi, & ejuſdem eccleſiæ, aut bonorum, juriſdictionum, ac camerarum hujuſmodi factas interpoſitas & exhibitas fuiſſe & eſſe irritas & inanes, ac de facto contra debitum juſtitiæ & honeſtatis præſumptas penitus reprobamus, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. nimirum incarnationis, *MCDLVII. kal. januarii pontificatus noſtri anno III.*

XXXVII. Inter Rothomagenſem & Lugdun. archiepiſcopos certatum de primatu.

In Galliis nonnullorum regiorum judicum eo prorupit protervia, ut de eccleſiarum Gallicarum primatu controverſia jam ante a ſede Apoſtolica diremta cognoſcere fuerint aggreſſi. Contenderat diu multumque Lugdunenſis archiepiſcopus archiepiſcopum Rothomagenſem ſibi metropolitico jure obnoxium, eaque lis Dominico e Capranica Cardinali, ut dirimeretur, fuerat a Calliſto commiſſa, ac dein decretoria ſententiæ ab eodem Cardinale pronuntiatum, Rothomagenſem archiepiſcopum ab imperio Lugdunenſis liberum eſſe. Cum vero nullum tribunal apoſtolico in eccleſiaſticis controverſiis, in quibus præcipue de primatu ſedium & Pontificum privilegiis agitur, auguſtius ſit, Lugdunenſis tamen eccleſiæ cauſarum procuratores deciſam litem inſtaurare apud Galliarum Regis tribunalia auſi ſunt: in quo cum Romani Pontificis peteretur authoritas, Calliſtus hoc decretum edidit. (a)

(a) Ibid. p. 46.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum exortas controverſias ſuper primatiali jure, quod Lugdunenſis archiepiſcopus in Rothomagenſem coarchiepiſcopum ſuum habere prætendebat, graves & ambiguas, cum de authoritate ſedium, de vi apoſtolicorum privilegiorum, & de intereſſe Apoſtolicæ ſedis agi videretur, merito exiſtimantes, & divinæ legis præcepta ſequentes, alicui ex levitico ordine demandandas, & apud ſedem Apoſtolicam examinandas terminandaſque cenſuimus, & dilecto filio noſtro Dominico tit. S. Crucis in Jeruſalem presbytero Cardinali commiſimus fine debito terminandas: qui in eiſdem rite & recte procedens per definitivam ſententiam Rothomagenſem eccleſiam ejuſque ſuffraganeos atque ſuppoſitos Romanæ eccleſiæ immediate, & nulli alteri, primatiali jure ſubeſſe, ipſo archiepiſcopo Lugdunenſi ſuper prætenſo primatiali jure perpetuum ſilentium imponendo pronuntiavit; quæ quidem ſententia nulla ſaltem legitima provocatione ſuſpenſa, in rem tranſivit judicatam.

Verum, ſicut accepimus, quidam eccleſiaſtici atque ſæculares magiſtratus regni Franciæ veterum traditionum & ſacrorum canonum immemores, vel [ut verius diximus] contemptores, prætextu improbatæ conſuetudinis vel cujuſlibet privilegii denuo prædictas controverſias extinctas ſuſcitare, & earum ſibi cognitionem vendicare, & [quod gravius eſt] in præjudicium rei apud ſedem Apoſtolicam judicatæ atque finitæ, procurantibus etiam, ut aſſeritur archiepiſcopo ſeu commendatario & adminiſtratore, officialibus, ſindicis, ac procuratoribus dictæ Lugdunenſis eccleſiæ, qui legitimo victi judicio in opprobrium matris ſuæ, Apoſtolicæ ſedis, ac ſacrorum canonum contemptum, ad peregrina & ſæcularia judicia audent convolare, inhibitiones & mandata pœnalia decernere ac fulminare, & decerni facere, ac procurare præſumunt, & executionem dictæ ſententiæ ac libertatem Rothomagenſis eccleſiæ, immo jus & auctoritatem Romanæ & Apoſtolicæ ſedis perſequentes, Rothomagenſem archiepiſcopum ac ejus ſuffraganeos, officiales, & procuratores eorundem exquiſitis artibus moleſtant atque perturbant, non intelligentes ſe ſine crimine ſacrilegii huic ſedi conceſſa uſurpare, aut illius privilegia ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite tradita non poſſe præfingere [a] *: quod procuI dubio faciunt tum de primatu metropolitanarum, cathedralium, ſeu provincialium ſedium ſibi cognitionem uſurpant, in illius ſedis præjudicium, quæ omnium ſedium ſive metropolitanarum, ſive provincialium, aut epiſcopalium jura ac dignitates inſtituit; quæ etiam ſingulis eccleſiis ſicut terminos atque diœceſes, ſic præeminentiæ ac juriſdictionis legem impoſuit.*

Lugdunenſes ad Regium tribunal de re ſacra provocare auſi.

[a] perſtringere.

XXXVIII.

Attendentes quoque de vi privilegiorum apoſtolicorum, præſertim ubi Romanæ eccleſiæ vertitur intereſſe, juxta canonicas ſanctiones a nemine inferiori poſſe judicari, ſed ejus eſſe interpretari, cujus & condere; admirantes quoque hujuſcemodi judicum inſolentiam, cum & lex eorum, quam ſub nomine pragmaticæ ſanctionis licet minus legitime præſcripſerunt, dum cauſas eccleſiaſticas in partibus terminare vult, majores cauſas nominatim excipit, nec valentes tantam Apoſtolicæ ſedis injuriam ſub diſſimulatione tranſire; auctoritate apoſtolica ſub interminatione divini judicii & ſub excommunicationis pœna, quam contravenientes incurrere volumus ipſo facto, omnibus & ſingulis tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus judicibus, quocumque nomine cenſeantur, regiis quoque conſiliariis, curiis judicialibus, collegiis, conſiliis, univerſitatibus, ſed & ipſis archiepiſcopo ſeu commendatario atque adminiſtratori, capitulo quoque, officialibus, procuratoribus, &

Intentatum iis anathema.

ſin-

ſindicis ejuſdem Lugdunenſis eccleſiæ tam præſentibus, quam futuris ſub pœna excommunicationis in ſingulos, & interdicti in ipſas univerſitates, conſilia, ſive collegia, quam ſimiliter ipſo facto incurrere volumus; diſtrictius inhibemus, ne de ipſo prætenſo primatiali jure aut de cauſis prædictis in præjudicium præſertim eas judicata ſe directe vel indirecte quovis quæſito colore intromittant, aut impediri ſeu intromitti procurent, vel proſequentes executionem dictæ ſententiæ, videlicet Rothomagenſem archiepiſcopum, ſuffraganeos ipſius, aut procuratores vel ſubditos eorundem realiter aut perſonaliter moleſtent, ſeu quomodolibet inquietent: eadem auctoritate & ſub pœna ſimili præcipientes, ut inhibitiones, citationes, & quæcumque mandata ſive arreſta ab ipſis vel ad eorum inſtantiam forſitan decreta & emanata tollant, caſſent, & Regii edicti vis diſſoluta. *revocent, ac prorſus aboleant, quæ etiam nos tenore præſentium caſſamus, irritamus, nulla, caſſa, irrita, temere & de facto præſumpta decernimus, & declaramus, nihilque ſibi in cauſa hujuſmodi in petitorio ſeu poſſeſſorio auctoritate coercitionis aut juriſdictionis vendicent vel uſurpent, proceſſuri nihilominus contra inobedientes atque rebelles mandatorum noſtrorum hujuſmodi ad graviores pœnas, prout ſecundum Deum & juſtitiam viderimus expedire, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVIII. VIII. id. julii pontificatus noſtri anno IV.*

XXXIX. Sedata etiam eſt a Calliſto alia eccleſiaſtica controverſia, quæ Florentiæ graviora etiam populo offendicula invexerat. Cum enim recurrente feſto corporis Chriſti clerus Florentinus ſolemnis ſupplicationis pompam e principe eccleſia duceret, etiam aliam inſtruebant Dominicani S. Mariæ novellæ, atque in earum adverſo concurſu variæ exoriebantur lites, pugnæque committebantur: ad quas componendas lata eſt a Pontifice hæc ſententia (*a*).

(*a*) *Lib. 16. p. 183.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Sub virtute ſanctæ obedientiæ ac excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus quatenus perpetuis futuris temporibus in die feſtivitatis præfatæ, nempe Corporis Chriſti, *univerſus clerus, videlicet tam ſæculares quam religioſi etiam mendicantes dictæ civitatis,* nimirum Florentinæ, *exempti, & non exempti, præcipue dicti fratres S. Mariæ novellæ parati & ordinati proceſſionaliter cum crucibus eo modo, quem in feſto S. Joannis Baptiſtæ obſervare conſueverunt, in præfata majori eccleſia conveniant, in qua ſtatuta hora per eoſdem præpoſitum & capitulum proceſſio ſolemniter ordinetur, & præferente ſacratiſſimum Corpus Domini venerabili fratre noſtro archiepiſcopo Florentino, vel altero, cui id ex ordinatione dictorum præpoſiti & capituli demandatum fuerit, clerus per vias* Dirempta inter epiſcopum Florentinum & Dominicanos controverſia. *publicas civitatis proceſſionaliter incedens benedicentes Domino cum hymnis & canticis, ut in talibus fieri conſuevit: redeunte vero proceſſione iter faciant univerſi per eccleſiam S. Mariæ novellæ, in qua depoſito ſuper altari majori dominico corpore, & oblatione ceræ conſueta per magiſtratus civitatis & alios, ut moris eſt, inibi facta, idem archiepiſcopus, vel alter loco ſui, prout ipſi præpoſitus & capitulum duxerint ordinandum, miſſam majorem ſeu conventualem ſolemniter celebrabit: qua finita univerſus clerus & fratres dictæ domus, qui ad eamdem proceſſionem convenerint, ut præfertur, ſimili modo ſub excommunicationis pœna proceſſionem ipſam continuando ad majorem eccleſiam comitantes corpus dominicum revertantur, in quo, ſi qui ſæculares clerici vel religioſi defecerint, noverint ſe de tranſgreſſione ejuſdem obedientiæ apud diſtrictum judicem rationem fore proculdubio reddituros, &c.* Ad alliciendos Chriſtifideles, ut in ea religioſa celebritate ſanctiſſimam Euchariſtiam venerentur, ſacrum agmen cohoneſtaturis, præter indulgentiarum præmia ab Urbano IV. & ab aliis Romanis Pontificibus conceſſa, decem annos totidemque quadragenas impertitur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLVII. x. kal. aprilis pontificatus noſtri anno III.*

XL. Calliſti mors. Inter tot Chriſtianæ rei adminiſtrandæ curas Calliſtus ſenio & ægritudine quadraginta dierum confectus e vita exceſſit octavo idus auguſti (*b*), quo feſtum transfigurationis Chriſti recolitur, quod ipſe ob Turcas divino prodigio victos celebrari ritu ſolemni in Eccleſia juſſerat, quique cœleſti gloria coruſcantem Chriſtum ſingulari pietate coluerat, die Transfigurationis vocatus eſt, ut in cœlo (quod par eſt credere) æternam transfiguratíonem Chriſti gloriæ intueretur, ut ex pontificio regeſto, & ſucceſſoris encyclicis literis (*c*) & ejus ævi ſcriptoribus (*d*) conſtat, cum ſediſſet annos tres menſes quatuor, duobus minus diebus: cujus corpus conditum eſt ſepulchro in baſilicæ Vaticanæ ædicula ſacra, cui S. Mariæ febris nomen inditum erat, quam olim, dum gentilitia vigebat ſuperſtitio, Apollini poſitam fuiſſe tradit Gobelinus (*e*). Nec prætermittendas laudes putamus, quibus illum Baptiſta Platina (*f*), qui Romæ tum agebat, exornat.

(*b*) *S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 16. §. ult.*
(*c*) *Lib. 2. brev. Call. III. p. 28.*
(*d*) *Æn. Sylv. ep. 384. Steph. Infeſſur. mſ. arch. Vat. ſign. num. 111. Nic. de Tuccia mſ. eod. n. 111. Paul. Ben. Cola. mſ. ejuſd. arch ſign. n. 190.*
(*e*) *Gobel. in comm. Pii II. l. 1.*

Ejus elogium. *Calliſtus in omni vita vir integerrimus eſt habitus: ſed hæc ejus præcipua laus eſt, quod, dum epiſcopus eſſet aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam voluit, dicens ſe una ſponſa, & quidem virgine contentum eſſe, hoc eſt eccleſia Valentina, ut jus pontificium mandat: eleemoſynas præterea pauperibus Chriſti & ſervis Dei frequentes dabat tum publice tum privatim: virgines pauperes collata*

(*f*) *Plat. in Call. III.*

Digitized by Google

dote maritis collocabat : nobiles ad inopiam redactos ſua impenſa in vita retinebat. Utebatur & munificentia erga principes quando apus erat, maxime vero erga eos, qui nomen Chriſtianum authoritate & opibus ſuis juvare poterant.

XLI. Interjectiſque nonnullis de Uſumcaſſano fœdere Chriſtianis adverſus Turcas conjuncto, de quo antea dictum eſt, reſtituto S. Priſcæ templo, & urbis mœnibus, quæ diruptu & fere ſolo æquata erant refectis, ſubdit : *In victu ſuo parcus eſt habitus : in ſermone modeſtiſſimus : facilis aditu quoatum ei per ætatem licebat, jam enim octogeſimum attigerat annum*, diſſenſit S. Antoninus, qui illi octogeſimum quartum tribuit, *nec tamen de ſtudiis ſuis quidquam remiſerat. Legebat ipſe aut legentes audiebat, ſi quid in tanta rerum faſtidia ei temporis ſupereſſet.* Et infra : *Oratores ad ſe venientes mira benevolentia complectebatur, quorum precibus aut poſtulatis ab honeſta diſcedere nunquam voluit. Hanc ob rem cum Alfonſo ſimultates exercuit, quod is peteret epiſcopatus interdum his dari, quibus vel propter ætatem, vel ignorationem tum literarum tum rerum humanarum committi nequaquam debebant. Moriens autem Calliſtus centum & quindecim millia nummum aureorum reliquit, quos in uſus bellicos contra Turcas comparaverat.* Hæc Platina. Verum S. Antoninus tradit centum & quinquaginta aureorum millia in ſcrinio ſub ejus cubili reperta. Memorat Ægidius Cardinalis Viterbienſis in ejus vita, ipſum inſignes has ſententias frequenter uſurpare ſolitum : ignavorum eſſe pericula formidare ; illa eſſe agrum ex quo meſſis & fructus gloriæ colligantur : ſe natura liberum eſſe, adulandi ſtudio ſervum non futurum : falſa affingentes hominibus ſervire ; vera referentes imperare, ac principes ſuas quidem laudes amare, ut falſos laudatores irridere [1].

Nullis Regum precibus ab honeſto diſceſſit. Simultates cum Alfonſo geſſit Rege ob denſum jus.

Moriens teſtamento ſumptus bello Turcico reliquit.

Inſignes ſententiæ ab eo uſurpari ſolitæ.

Cæterum plures id in Calliſto urguent, ipſum propinquorum augendæ amplitudini nimis ſtuduiſſe, atque una die duos ſororum filios ſacro purpuratorum collegio aggregaſſe, nimirum Joannem Ludovicum Milum, & Rodericum Lenzuolium, cui ac Patro illius fratri gentilitia inſignia, & Borgiæ cognomen tribuit. Tradunt (a) vero, contradicente illi aperte & conſtantiſſime Dominico Capraolca Cardinale Firmano, Petrum Spoleti ducem in Umbria creaſſe, ac urbi & copiis pontificiis præfeciſſe, virum cæteroqui vitiis inquinatum, qui avunculo Pontifice defuncto, haud ita multo poſt extinctus eſt, cum arce S. Angeli collegio Cardinalium receptis viginti millibus aureis reſtituta, in Civitatam veterem arcem munitiſſimam, ut Urſinæ familiæ, cujus odia contraxerat, vim declinaret, confugiſſet (b). Nec longe diſpar moribus Rodericus, qui arcano Dei judicio pontificios poſt Innocentium VIII. apices accepto Alexandri VI. nomina conſecutus eſt ; hoc vero anno a Calliſto epiſcopus Valentinus eſt renuntiatus (c).

(a) Poggius in vita mr. Card. Firmani.

Ejus propinqui dedecus ipſi intulere.

(b) Platin. in Call. III. Gobel. in comment. Pii II. l. 2. & alii.

XLII. Dum juſtu funebria demortuo Pontifici perſolvebuntur, Dominicus Capranica, de quo paulo ante memoravi, Romanus tit. S. Crucis in Jeruſalem presbyter Cardinalis ac Firmanus epiſcopus ſummuſque pœnitentiarius, doctrina ac virtutibus inſignis, qui Calliſto ſucceſſurus putabatur, ab hominibus demigravit, ejus obitum bonos omnes luxiſſe teſtatur Baptiſta Platina (d), atque in templo S. Mariæ ſupra Minervam ipſum ſepultum quem etiam Gobelinus (e) morum exemplo præluxiſſe affirmat, additque : *Fuit enim vitæ mundiſſimæ & rerum experientia magnus* ; proniorem porro ad iras arguit ; ſed iras etiam ſine peccato eſſe ſubjicit recentior auctor (f). At de tanto viro præclarum elogium, quo illum S. Antoninus decoravit (g), non prætermittendum viſum eſt : *Reverendiſſimus*, inquit *Cardinalis Firmanus dominus Dominicus de Capranica ejuſdem menſis*, ſcilicet auguſti XIV. *die ex infirmitate fluxus, appoſitus eſt ad patres ſuos, cum multa devotione ex hoc mundo, tranſitum faciens, in aſpera repertus cilicio, quod ad carnem ferebat aſſidue ; Multum triſtitiæ, & doloris mœs ejus intulit, cunctis qui noverunt eum propter eminentes virtutes ejus. Vere hic homo juſtus erat propter rectitudinem ejus, a cunctis dilectus, prudentia & conſilio magnus : in jure peritus, & re-*

(c) Calliſt. lib. 18. cap. 25.

Dominici Card. Capranicæ obitus.

(d) Plat. in. in Calliſt. III.

(e) Gobel. comment. lib. 1.

(f) Spond. hoc ann. nu. 7.

(g) S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 16. §. ult.

In aſpero cilicio defunctus. Ejus elogium.

NOTÆ [1] Calliſtus III. hoc anno diem clauſit extremum, ut in annalibus accurate deſcribitur. Studium ejus in re chriſtiana adverſus Turcas defendenda dignum Romano pontifice habitum fuit, quod etiam meritis laudibus effert Æneas Sylvius, tum alibi ſæpe, cum pariter in epiſtola 352. ad Martinum cancellarium Moguntinum. Literas quamvis excoluit, & alios tradidit diſcendas, nullo tamen ingenii ſui monumento relicto illuſtravit. De viri literatura præclarum eſt teſtimonium Pii II. in reſponſione ad Gallicanos oratores in conventu Mantuano habita. *Fuit doctrina ſingulari præditus, & ſuo tempore civilis ſapientia facile princeps.* Reprehenditur in eo nimium in ſanguine conjunctos ſtudium, cui ea de cauſa, & tunc quidem cum viveret, nonnullos ſibi adverſantes nactus eſt viros graves & doctos, ut de Cardinali Capranica refert Poggius in ejus vita ; & poſt obitum longe plures tulit. Peſſundatam ab eo, vel eo ſaltem permittente Vaticanam bibliothecam queritur, literis ad illum datis, Franciſcus Philelphus apud Spondanum ad hunc annum num. VII. qua de re pluries Beſſarionem cardinalem cum pontifice expoſtulaſſe idem Philelphus affirmat.

Calliſto ſucceſſor datus Æneas Silvius, quem die XIX. auguſti electum, die vero III. ſeptembris coronatum inter ſcriptores conſtat. Mansi.

Digitized by Google

& religioſorum pater & refugium manus eb-pioſe extendebat ad pauperes : ſobrietate & ſanctimonia praclarus, ex devotione non modica frequenter celebrans, ſtudioſus a lectione non ceſſans, in diverſis partibus legationem eleganter exercens, honorifice vita functus traditus eſt ſepultura in conventu S. Mariæ ſupra Minervam ordinis Prædicatorum.

XLIII.

(a) Pogg. in vit. mt. Card. Firmani.

Conſcripſit ejus vitam Poggius (a), ac de ſingulari ejus liberalitate in pauperes hæc narrat : *Illud in eo homine prædicatione dignum fuit & optimi viri indicium, quod multitudini honeſtorum hominum, quos premi inopia ſcivit, pro facultatibus ſubvenit : quamvis ea illi eſſent pertenues : Percontabatur amicos diverſorum ordinum qui domum ſuam frequentarent de urbis ac civium conditione, deinde ſingulorum neceſſitate perſpecta, aut iis ſalaria ad vitæ ſuſtentationem ſuppeditavit, aut alia ope juvit : multis victum ac veſtitum præbuit quamplurimorum etiam filias ſua pecunia collocavit & quam frequentius nil æque pium ſibi videri inquiens, quam injuria & turpitudini expoſitos propter inopiam & naturæ imbecillitatem ad honeſtam vitam traducere, quod etiam in adoleſcentibus obſervavit, in quibus aut ingenii aut virtutis indoles appareret, ut res eorum anguſtæ efficerent, quo minus bona ſibi a natura data exercere poſſent : ſed id aut ipſe per ſe fecit, aut quam occultiſſime curari per ſuos voluit, quos fides ſibi delegerat, ac captandæ popularis auræ cauſa facere judicaretur. Nemo autem unquam ab eo fruſtra quidquam petiit ; quare aliquando ſibi calceos detraxit, ut cuipiam largiretur : quandoque etiam cum offenſum fortuna quemquam vidit minus bene veſtitum, ſuum amiculum dedit & cum pecunia ad erogandum non ſufficeret, ſæpius vaſa argentea, quæ habebat conflari & petentibus diſtribui juſſit : cumque ob eam rem ab amicis argueretur reſpondere conſuevit hominis proprium ſibi videri quamplurimis benefacere, quod adeo in communi vita fuit, ut plerumque neceſſariis ad victum deficientibus pecuniam ſumere mutuo ab amicis cogeretur.* De ejuſdem autem conſtantia in tutandis inique oppreſſis, deque integritate animi & corporis hæc addit idem author.

Singularis ejuſdem in pauperes liberalitas.

XLIV.

Conſtantia in tuendis inique oppreſſis.

Quos opibus aut potentia per vim opprimi vidit, iis maxime nulla aut benevolentiæ aut amicitiæ habita reſpectu, auxilio fuit, nihil omnino prætermittens, quod ad illius ſalutem & ſuam fidem ſpectare arbitraretur, ita ut nec potentum inimicitias extimeſceret, quare multis ſaluti fuit gloriari ſæpe ſolitus, neminem fruſtra patrocinium ſuum implorasse, avertiſſe etiam a cervicibus multorum maximas calamitates. Beneficium vero nec vendidit unquam, nec vendi paſſus eſt, ideo ne in ſuſpicionem aliquam incideret, nunquam a privato etiam amico munus accepit, quin par aut majus redderet : aliquando annulum digito extractum dono mittenti quippiam dedit : a civitatibus & provinciis nonniſi edulia accepit. In omni autem vita ea conſtantia & gravitate fuit, quæ non ſolum gratiæ reſiſteret, verum etiam ſuſpicioni. Feminam nullam domum ſuam ingredi eſt paſſus, ſive ea aliena, ſive conjunctæ aliqua cognatione eſſent : quod ſi forte aliquam ſua opera indigere aut conjunctarum ullam ad ſe venire contigiſſet, in veſtibulum domus deſcendens aut propinquam ædem illam audiebat, dimittebatque, &c.

Integritas ab avaritia ſordibus.

Studio eximio coluit caſtitatem.

XLV.

Joannis Cyprii Regis obitus.

(b) Steph. Luſinian. in hiſt. Cypri.

Obiit hoc anno (b) menſe julio Joannes Rex Cypri, qui non Cyprios modo, ſed Jeroſolymitanos & Armenios etiam regios titulos præferebat, ob ignaviam conſpicuus ; nam, cum ſecundis nuptiis Helenam Palæologam deſpoti Moreæ filiam duxiſſet uxorem, ab ea regnum adminiſtrari permiſerat, a qua utpote ſchiſmatica catholici oppreſſi fuere ; quippeque Cyprios a Latino ritu ad Græcum veteremque perfidiam reducere annitebatur, ſchiſmaticoſque in ſcelere confirmabat : quod facinus tanto furore patravit ut cum Joannem Luſitani Regis filium ejuſdemque generum, qui regnandi ſpe Carolam ipſius Helenæ filiam Cyprii regni heredem ſecum matrimonio junxerat, ad inſtaurandum Latinum ritum & ſchiſmati Græcanico excindendo generoſe incumbentem videret, ipſum veneno ſuſtulerit, ut vulgo creditum fuit. Præter Carolam vero regnorum heredem, quæ Ludovicum Sabaudum in thori throníque ſocietatem aſſumpſit, reliquit Joannes nothum filium impudicitiæ paternæ teſtem, & Cyprii regni facem ac peſtem, nimirum Jacobum, qui ne regnum affectaret, Nicoſienſis archiepiſcopus deſignatus fuerat ; quique contractis cum Carola inimicitiis ad ſultanum Ægypti confugit, contendens Mahometica lege, in qua ſpurii feminis, quamvis legitimis nuptiis procreatis præferuntur, ſibi Cyprium ſceptrum debitum eſſe, Mahumetaniſque armis regnum Carolæ ademit, ut in proximo tomo dicetur.

Ejus ignavia inſignis.

Succedit Carola filia.

Reliquit nothum futurum Cyprii regni facem.

I.

Hic incipit ſeptimus Raynaldi tomus in prioribus editionibus.

Annalium eccleſiaſticorum tomum decimum nonum ſuperna ſiſi ope aggredimur, in quo divinæ providentiæ conſilia adoranda emicant, quæ Turcica impietate latius in Græcia diffuſa ad plectendam ſchiſmaticorum perfidiam, qui nullis monitis in Romanæ eccleſiæ ſinum revocari potuerant, Mahometicæ ſuperſtitionis reliquias ex Hiſpania evulſit, ac nonnullas ignotas Africæ gentes, tum plures Indiæ populos evangelica luce colluſtravit, novumque orbem, quem nec Aſſyriorum, nec Græcorum, nec Romanorum tenuiſſima

fama

fama pervaſerat, aperuit ut in eo Chriſti gloria depulſis dæmonibus poſtrataque idololatria efflોreſceret, de quibus ſuo loco agetur. Nunc de Pio II. Pontifice ejuſque geſtis ſermonem inſtituamus.

Æneas Sylvius Calliſto ſuffectus. Juſtis funeribus Calliſto ex majeſtate pontificali perſolutis, duodeviginti Cardinales, qui tunc in urbe ſuperſtites erant, conclave ingreſſi xiv. kal. ſeptembris Æneam Sylvium tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem & Senenſem epiſcopum, de quo ſæpiſſime memoravimus, ſummum Pontificem renuntiarunt, natum nobilibus parentibus nimirum patre Sylvio Piccolomineo, matre Victoria Forriguerra, de qua refert Platina (a), viſam ſibi per quietem infantem cum mithra parere, ac vetitam, ne ſomnium puero & familiæ ignominiam præſagiret, neque antea etiam ſuſpicionem reliquiſſe, quam intellexiſſet filium deſignatum eſſe Tergeſtinum epiſcopum: ſed auguſtior apex illi reſervatus erat. Ut vero res geſta ſit, refert accuratiſſime in ejus commentariis Gobelinus (b), cujus narrationem non injucundam lectori futuram arbitror.

(a) Plat. in Calliſt. Præſagium de illius pontificatu matri oſtenſum.

(b) Gobel. in comm. Pii II. l. 1.

Cardinales, inquit, *duodeviginti decima die poſt Calliſti obitum conclave ingreſſi ſunt tota civitate ſuſpenſa in eventum rerum, quamvis fama communis Æneæ Cardinali Senenſi pontificatum maximum attribueret, neque enim quiſquam fuit de quo major eſſet opinio. Conclave in apoſtolico palatio apud S. Petrum perſtructum eſt, in quo duæ clauſæ ſunt aulæ, & ſacella duo: in majori cellulas fecere, in queis Cardinales ederent dormirentque: minus, quod S. Nicolai appellatur, conſultationi electionique Pontificis aſſervaverunt, deambulationi omnium aulas. Ipſa die ingreſſus nihil actum eſt circa electionem: ſequenti capitula quædam edita ſunt, quæ obſervari a novo præſule ſtatuerunt, juraruntque ſinguli ea ſeſe ſervaturos, ſi electio ſuper ſe caderet.* Quænam autem hæc fuerint, non prodit Gobelinus, ſed nos ex MS. tabularii (c) Vaticani Nicolai Cardinalis Aragonii paulo poſt afferemus.

(c) Id. ibid.

II. Subdit author: *Tertia die facta re divina, cum ventum eſſet ad ſcrutinium inventum eſt Philippum Cardinalem Bononienſem & Æneam Senenſem paribus vocibus ad ſummum pontificatum præſtolari, utroque vocibus quinque vocato, ex reliquis nemo tres ſuperavit. Sequenti die itum eſt de more ad rem divinam, qua peracta ſcrutinium incœptum: calix aureus in ara poſitus eſt, & tres Cardinales eum obſervavere, Ruthenus epiſcopus, Rothomagenſis presbyter, & Columnenſis diaconus, ſuſpicionem ne qua fraus intercederet: reliqui Cardinales in ſuis locis conſederunt, & ſurgentes ex ordine dignitatis ac ſenii, accedentes ad altare, ſchedulas in calicem mittebant, in quibus nomina eorum ſcripta erant, quos ad pontificatum eligebant: cumque hoc omnes feciſſent, menſa in medio adiit poſita eſt, & tres Cardinales memorati ſupra eam ſchedularum calicem everterunt, ſchedulaſque legentes ſingulas alta voce nomina eorum annotaverunt, qui erant in illis conſcripti, nec quiſquam erat Cardinalium, qui non pari modo nominatos annotaret, ne qua poſſit intervenire fraus & deceptio. Schedularum modus hic erat, ſcripſerat quilibet manu propria: Ego Petrus, ſive Joannes, ſive alio nomine fuerit, in Romanum Pontificem eligo Æneam Cardinalem Senenſem, & Jacobum Ulyſſiponenſem; nam & unum, & duos, & plures eligere permiſſum eſt, tacita conditione, ut prior nominatus præferatur; quod ſi non habeat vota, quæ ſufficiant, ſuccedat proximus, ut eo facilius in unum conveniatur publicato ſcrutinio. Compertum eſt novem Cardinales Æneam elegiſſe Genuenſem, Urſinum, Ilerdenſem, Bononienſem, S. Marci, SS. Quatuor coronatorum, Zamorenſem, Papienſem, & Portugalenſem; Rothomagenſem vero tantum ſex, reliquos longe inferius reſediſſe. Cardinales omnes admirati ſunt, neque enim memoria hominum in tam parvo Cardinalium numero ad novem voces per ſcrutinium quiſquam aſcenderat. Cum nemo ſatis votorum haberet placuit conſedere, & viam, quam vocant per acceſſum, experiri, ſi forte ea die poſſet haberi Pontifex.*

III. Acceſſionis modus quis uſurpatus.

Sedebant omnes ſuis in locis taciti pallidique & tanquam a Spiritu Sancto rapti eſſent, nemo aliquandiu loqui, nemo hiſcere, nemo partem corporis movere præter oculos, quos varias in partes jactabant: mirum erat ſilentium, & mira hominum effigies, neque vox audiebatur, neque motus cernebatur ullus. Manſere in eum modum aliquantiſper expectantibus inferioribus, ut ſuperiores acceſſum inchoarent. Exinde Rodericus vicecancellarius aſſurgens ad Senenſem Cardinalem accedo, inquit. Subſequutum eſt ſilentium, & alter alterum intuens ſuos nutibus indicabat affectus. Jam prope erat, ut Æneam Pontificem videre viderentur: quod verentes aliqui e loco abierunt, ut ejus diei creationem eluderent: hi fuerunt Ruthenus, & S. Sixti Cardinales: ſed cum nulli eos ſequerentur mox rediere. Tum Jacobus Cardinalis S. Anaſtaſiæ: Et ego, inquit, Senenſi accedo. Una jam Æneæ tantum vox deerat, duodecim ſiquidem Pontificem efficiebant, quod animadvertens Proſper Cardinalis Columnenſis eam ſibi gloriam acquirendam putavit, ut Pontificem ipſe pronuntiaret. Cumque eſſet Æneæ veteri benevolentia conjunctus verſus ad reliquos Cardinales: Et ego, inquit, Senenſi accedo, eumque Papam facio. Quo audito Cardinales univerſi nihil morati ad pedes Æneæ ſeſe projecerunt,

Diſturbare ejus electionem aliqui nituntur.

Digitized by Google

runt, eumque Pontificem ſalutaverunt, & rurſus in ſuis locis reſidentes electionem factum approbaverunt nullo prorſus adverſante: ibique Beſſarion Cardinalis Nicænus ſuo, & eorum nomine, qui Rothomagenſi faverant: Laudamus, inquit, *Pontifex maxime tuam aſſumptionem, quam ex Deo eſſe non dubitamus & ſane dignum te hoc munere, & cenſuimus antea, & nunc cenſemus, quod autem te non elegimus id fecit ægritudo tua, nam cum pedibus ægrotares hoc tantum ſufficientiæ tuæ deeſſe putavimus; eſt enim Eccleſia egens viro activo, qui poſſit itineribus corpus exercere, & imminentibus periculis occurrere, quæ a Turcis formidamus, tu contra quietis eges, hoc nos ad Rothomagenſem traxit; quod ſi fuiſſes corpore validus nullus erat, quem tibi præferendum exiſtimaremus. At cum Deo placuerit, & nobis placet, nos te Pontificem veneramur, & denuo quantum in nobis eſt eligimus, tibique fideliter ſerviemus.*

Omnium ſuffragia demum in eum concurrunt.

Interjecto novi Pontificis demiſſe de ſe ſentientis, atque electionem divino Numini & univerſo collegio purpurato aſcribentis, modeſto reſponſo, addit author: *Priora exuit indumenta & albam Chriſti tunicam accepit, & interrogatur, quo nomine vellet vocari, Pio, reſpondit: & mox Pius II. appellatus eſt: & juratis quibuſdam capitulis audiens tertius in collegio editis, in altari poſitus rurſus a Cardinalibus adoratus eſt, pedes ejus, & manus, & ora oſculantibus: atque eo facto publicata eſt populo Pontificis electio ex alta feneſtra, acclamatumque Pium II. Pontificem haberi, qui fuerat Cardinalis Senenſis.*

Pii II. nomen accipit.

IV. Prænuntiatum olim illi pontificatum a Nicolao V. dum privatam vitam agebat memorat Philelphus (*a*) his verbis: *Cum intra alpes eodem itinere obviam habuiſſet Æneam Sylvium integerrimum & eloquentiſſimum epiſcopum Trigeſtinum, qui a Friderico Auſtrio Romanorum Rege orator veniebat ad Philippum Mariam inclytum Mediolanenſium ducem, ſimulque uterque veſpere divertiſſent in quandam cauponulam, & Æneas parcius ſumptus faceret (utpote qui ab eo Rege legaretur, qui Stoica eruditus inſtructuſque diſciplina non minus parcimoniæ nummorum, quam vitæ frugalitati continenter ſtudet) tum ad Æneam converſus Thomas: Reverendiſſime pater, inquit, quid opus eſt tanta utamur parſimonia cum uterque in eccleſia Romana Pontifices maximi futuri ſimus? quam quidem rem non ſerio minus quam joco eum prædixiſſe, certius oſtendit eventus; videmus enim alterum ſumma cum laude ſummum pontificatum conceſſiſſe naturæ: At Æneam (cui nunc Pio II. nomen eſt) non ſecus fortiter quam conſtanter pontificatum gerere.*

(*a*) *Philel. in orat. ad Jac. Ant. Marcell. patrit. Ven.*

Illi a Nicolao V. diu ante prænuntiatus pontificatus.

V. Quod ad ea rerum capita attinet, ad quæ Cardinales jurejurando obſtrictos, ſi pontificatum aſſequerentur, indicat Gobelinus, & quæ Pius jurejurando in conclavi firmavit, ea fuere præcipua de urgenda ſacra expeditione in Turcas, revocanda ſanctitate morum in curiam Romanam, non transferenda ſede ſine purpuratorum conſilio, ſervando in creandis Cardinalibus Conſtantienſis concilii decreto, tribuendis quolibet menſe Cardinalibus centum aureis ad vitam ſuſtentandam, conferendis rite ſacerdotiis, non abalienandis Eccleſiæ juribus, non inferendo cuiquam principi bello niſi cauſa in conciſtorio pro æquitate librata, non occupandis in curia obeuntium bonis, non augendis vectigalibus, adigendis præfectis provinciarum urbium & arcium interpontificii tempore Cardinalium cœtui pariturus: at conceptam de his formulam ex prædicto mſ. codice (*b*) tabularii Vaticani afferre præſtat.

Pactiones inter Cardinales initæ.

Capitula infraſcripta ſtatui univerſalis Eccleſiæ plurimum neceſſaria, juret & promittat Deo omnipotenti, & beatis Apoſtolis Petro & Paulo quilibet dominus Cardinalis ſingulariter, ſi contingat eum aſſumi ad dignitatem Summi Pontificis, quod ſervabit & adimplebit realiter & cum effectu abſque aliqua tergiverſatione & excuſatione.

(*b*) *MS. Vat. Nic. Card. Arag. ſign. lit. C. pag. 164. & alio mſ. ſign. lit. E. pag. 180. & in mſ. Alex. VII. pag. 158.*

Primo jurabit & promittet expeditionem inceptam contra infideles inimicos crucis Chriſti pro ampliatione & dilatatione fidei totis viribus uſque ad felicem exitum proſequi ſecundum facultatem Romanæ eccleſiæ juxta conſilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium vel majoris partis eorum. Item quod quantum in ſe fuerit conſilium prædictum intendet reformationi curiæ Romanæ. Item quod non transferet ſive educet curiam Romanam de provincia ad provinciam ſine conſilio & conſenſu dominorum Cardinalium aut majoris partis ipſorum. Item quod non creabit ſeu aſſumet aliquos Cardinales etiam precibus quorumcumque Imperatorum, Regum, ducum, aut principum niſi de conſilio & conſenſu majoris partis dominorum Cardinalium, quodque exquiſitio hujuſmodi votorum fiet conſiſtorialiter & non auricularıter, fietque dicta creatio novorum Cardinalium juxta ordinationem factum in concilio Conſtantienſi tum quoad quantitatem, quam quoad qualitatem. Item quod providebit de centum florenis cameræ omni menſe cuilibet Cardinali non habenti integre de beneficiis & capella quatuor millia florenorum, quouſque ei proviſum ſit de dicta ſumma in redditibus, & quod Cardinales omnes habentes quæcumque beneficia etiam incompatibilia in titulum, vel in commendam manutenebit, & defendet in poſſeſſione eorum.

De Romanæ curiæ tollendis corruptelis.

De ſuſtentandis inopibus Cardinalibus.

VI. De conferendorum ſacerdotiorum modo.

Item quod nullam proviſionem faciet de eccleſiis cathedralibus, abbatiis, & magiſtratibus & aliis quibuſcumque in camera apoſtolica taxatis etiam ſub titulo commendæ adminiſtrationis, vel alio quocumque titulo ſive modo, niſi conſiſtorialiter & interveniente conſenſu ſaltem majoris partis Cardinalium, præterquam de iis, quos conferet dominis Cardinalibus, & præterquam de abbatiis, quæ non excedent valorem ducentorum ducatorum; & quod, nihil ultra taxam recipiatur. Item quod nullam bullam unquam expediri, conſentiet, in qua ponatur aut inſeratur clauſula illa: De conſilio, fratrum, &c. niſi prius realiter, & cum effectu conſiſtorialiter vota fratrum ſuper contentis in ea ſint exquiſita & major pars conſenſerit.

Item quod nullam facultatem præſentandi aut nominandi ad eccleſias cathedrales, collegiatas, ſive monaſteria, dignitates, ſeu alia quæcumque beneficia concedet principibus ſæcularibus, aut prælatis eccleſiaſticis cujuſcumque conditionis, ſtatus, aut qualitatis exiſtant ſive imperialis, regalis, ducalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, vel cujuſvis alterius præeminentiæ, niſi de expreſſo conſilio & aſſenſu majoris partis dominorum Cardinalium. Item quod nullam bullam unquam expediri permittet ſeu alicui concedet, per quam ſe aſtringat principibus, vel alicui ipſorum, aut eos certificet quod nullas eccleſias cathedrales collegiatas, monaſteria, ſeu alia beneficia conferet niſi de ipſorum beneplacito aut voluntate, & omnes conceſſas revocabit.

VII.

Item quod nullam infeudationem de regnis, caſtris, civitatibus & terris etiam de rebus, quæ conſueverunt infeudari: ſive alienationem, ſub quocumque titulo etiam vicariatus, pignoris, emphiteoſis, vel alterius contractus faciet in quamcumque perſonam eccleſiaſticam, vel ſæcularem, aut communitatem de rebus & bonis ſpectantibus ad patrimonium Eccleſiæ, niſi deliberatione prius habita conſiſtoriali & conſentiente majori parte Cardinalium cum eorum ſubſcriptionibus. Item quod nulli Regi, domino, principi, aut communitati non ſubditis ſibi movebit guerram, aut cum eis ligam aliquam faciet ad inferendam alicui guerram ſine expreſſo conſenſu majoris partis dominorum Cardinalium. Item quod bona Cardinalium etiam religioſorum, aliorumque prælatorum, nec non omnium corteſanorum in curia decedentium nullo modo occupabit vel occupari patietur, ſed permittet juxta juris diſpoſitionem & voluntatis decedentium, ut iidem decedentes de bonis quoquomodo ad ipſos pertinentibus, prout eis placuerit diſponant, aliis religioſis, qui propriam voluntatem abdicarunt tantummodo exceptis, quorum bona devolvantur ad illum vel illos, ad quem vel ad quos pertinent de jure, conſuetudine, vel privilegio, nec de juribus capelli Cardinalium decedentium aliquod occupabit, vel occupari faciet aut permittet; immo ſit liberum Cardinalibus etiam religioſis de ejuſdem juribus teſtari, aut facere prout eis videbitur.

Conventum nullo bella movenda ſine majoris Cardinalium partis conſenſu.

VIII. Quid circa vectigalia ſancitum.

*Item quod nullas novas gabellas, aut alias exactiones imponet, nec antiquas augmentabit in urbe Romana, nec in aliis terris eccleſiæ Romanæ, nec gabellas jam poſitas auferet, aut diminuet, nec concedet alicui Regi, domino temporali, ſeu communitati propter vel contra libertatem eccleſiaſticam exactionem ſuper clerum, vel eccleſias ſive bona ad eccleſias & loca pia pertinentia ſine cauſa rationabili, ex tunc de ſimili eorumdem dominorum Cardinalium conſenſu *. Item quod feudatarios regnorum & alios vicarios, capitaneos, gubernatorem, ſenatorem, caſtellanos, omneſque alios & ſingulos officiarios urbis Romæ & aliarum terrarum patrimonii eccleſiæ Romanæ faciet jurare in eorum inſtitutione obedientiam & fidelitatem Romanæ eccleſiæ videlicet ſibi & ſucceſſoribus. Faciet inſuper jurare ſupradictos feudatarios & officiales cæteroſque in hoc capitulo nominatos, quod ſede vacante ad mandatum ipſorum dominorum Cardinalium civitates, terras, loca, arces, fortalitia, & caſtra eccleſiæ Romanæ immediate tradent cœtui dominorum Cardinalium & expedient libere, & ſine contradictione quacumque. Item quod domini Cardinales omni anno ſemel in unum congregati cogitent & examinent utrum iſta per Pontificem ſerventur: quod ſi non ſerventur admoneant eum charitative, & eum ad illorum obſervationem adhortentur uſque ad tertiam admonitionem. Item quod de his omnibus fiat una bulla authentica, quæ ſervetur in aliquo loco communi ad petitionem collegii. Item quod hæc omnia ratificabit, & approbabit ante publicationem electionis ſuæ mediante promiſſione & juramento. Item in fine erit ſubſcriptio ſanctiſſimi domini noſtri in hunc modum videlicet. Ego Pius II. præmiſſa omnia, & ſingula promitto & juro ſervare, quantum cum Deo & honeſtate & juſtitia ſedis Apoſtolicæ potero; & hoc cum ſigni ſui impreſſione.*

* alienabit

Vacuo ſolio pontificio ad Cardinales imperium eccleſiaſt. devolvitur.

IX. Sententia pontificio emblemati adjecta. Pii II. primitiæ.

Inſcripſit (a) poſtea Pius ſigillo ſuo pontificio hoc ſymbolum: *Protector noſter aſpice Deus & reſpice in faciem Chriſti tui.* De cujus primordiis pauca hæc perſtringit S. Antoninus (b): *Hic natione Senenſis, nobilis & antiqua familia ortus, ſtudiis ab adoleſcentia deditus, juris ſcientia peritus, ac literis gentilium valde eruditus, eloquentiſſimus, vir bonus & juſtus reputatus eſt amator pacis, & zelator fidei.* Primitias eaſdem accuratius Pius ipſe deſcribit (c) graphice in literis ad

(a) Plat. in Pio II.

(b) S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ.

(c) Æn. Sylv. ep. 188.

Pe.

Ut adierit concilium Baſileenſe.

Petrum Noxetanum equitem paucis ante annis datis, in quibus divinam providentiam adorat, quæ ipſum per varios honorum gradus evexerit: *Annos*, inquit, *ſex & viginti natus, cum darem jure civile operam, exorto bello patriam, & ſtudium coactus ſum relinquere, acceſſi tamen grande illud Baſileenſe concilium, invenique gratiam in oculis patrum: ſcriba in ſynodo fui, & literarum abbreviator, & unus de duodecim viris, qui magiſtratus illic quaſi cenſorius videbatur, neque enim ſine duodecim viris ad conſultandum de rebus conciliaribus quiſquam admittebatur, & admiſſi, qui non inveniebantur idonei, his jubentibus amovebantur.*

Quæ munera in eo geſſerit. Amadeo antipapæ, dein Imperatori fuit a ſecretis.

Erant in concilio quatuor conventus, qui deputationes appellabantur de fide & pace, de reformatorio, de communibus, præſidentes hæ ſuos ſingulæ ſingules elegerunt: in deputatione fidei, in qua eram inſcriptus, ſæpe præſedi; inter collatores quoque beneficiorum bis ſum electus; legatus ab ipſo concilio ad complures principes miſſus. Cum pontificatum Amedeus dux Sabaudiæ ſuſcepiſſet Felix nuncupatus, in ſecretarium ſuum ab eo accitus, nec diu poſt vocatus ad Fredericum Imperatorem protonotariatus officium ab eo ſum adeptus [*ſic Germani ſecretarium appellant.*] *Dum legatione Cæſaris obeo univerſam ferme Germaniam circuivi.*

X.
Germanicæ nationis nomine obſequium Eugenio detulit.

Diſſidebant Theutones cum Eugenio maximo Pontifice; ut neque illi neque Felici obedientiam neutrales vocabantur. Concordia pluribus in conventibus agitata eſt, quibus jubente Cæſare ſemper interfui. Bis cum tractatu pacis ad Eugenium veni: tertio nationis illius apoſtolicæ Sedi obedientiam attuli. Secretariatus & ſubdiaconatus honorem ab Eugenio, & mox illo defuncto a Nicolao ſuſcepi, cujus conclavis cum eligeretur, cum cæteris principum legatis cuſtodiæ præfui.

Poſt Eugenii mortem conclavis cuſtodiæ præfuit. Tergeſtinus, dein Senenſis epiſcopus creatus. Nuptiarum inter Cæſarem & Leonoram proxeneta.

Lapſum eſt poſtea breve tempus, in quo me Nicolaus Tergeſtinæ eccleſiæ nihil tale merentem præfecit epiſcopum, quadriennioque ab inde decurſo Senenſis urbis, unde mihi origo eſt, pontificatum ad me detulit. Cæſar vero, a quo cum in conſiliariorum ordine ſuſceptus eſſem, Neapolim me petere juſſit: quo in loco matrimonium inter ipſum Cæſarem, & Leonoram Portugaliæ Regis ſororem, Alfonſique neptem contraxi, eamdemque Imperatricem anno poſt navigio vectam a Piſis ad Imperatorem Senis agentem conduxi, cum id mihi uni committeretur.

XI.
Coronati Imperatoris nomine orationem habuit ad Pontificem.

In coronatione Cæſaris, quæ Romæ celebrata eſt, noſti quæ meæ partes fuerint, quippe qui me ſæpius imperatorio nomine apud Romanum Pontificem, & publice, & privatim loquentem audiviſti. Reverſo in Germaniam legatio mihi Apoſtolicæ ſedis per Bohemiam, & omnes provincias Auſtriæ ducum commiſſa eſt. In conventu Germanorum, qui Ratiſponæ habitus eſt, quo & Philippus Burgundiæ, & Ludovicus Bavariæ duces, & alii quamplures principes & reguli convenerant de ſalute Chriſtianæ republicæ agentes, imperatorias vices tenui. Simili modo, & in Frankfordienſi concilio, ubi & Germanos adverſus Turcas decernere bellum dicta oratione ſuaſimus, quamvis poſtea negligentia, & inertia eorum, qui cuncta ſe decere putant, Germani tepuerunt.

In pluribus Germaniæ conventibus nomine Cæſareo præfuit.

Calliſto Cæſaris nomine obſequium detulit.

Mortuo Nicolao Calliſtum ſucceſſorem, ejus quem nunc imperatorio nomine tanquam ſucceſſorem verum Chriſti vicarium recognovimus. In hiſce nos honoribus, Petre, verſati ſumus, nec tamen intelligimus cur adeo divina pietas noſtram parvitatem extulerit, non doctrina, non vitæ bonitas hæc meruit. Cognoſcimus imperfectum noſtrum, & nos ipſos ſæpe cogitantes non extollimur quidem, ſed magis erubeſcimus, & confundimur, qui pro tantis beneficiis non ſumus grati: reſpicimus aliquando retro, & quomodo multi viri nobilibus ornati natalibus, virtute, & doctrina præſtabiles, abjecti & incogniti jaceant conſideramus, fateor quamplurimi ſunt, qui opibus & honoribus antecedunt, ſed multo plures ſequuntur, pluribus commiſereri quam invidere poſſum; & illi quidem qui me dignitate præcedunt etiam virtute ſuperant; ego his, qui ſequuntur nulla ratione ſum melior. O quot viri ſunt, qui non centum aureos annuis ex beneficiis eccleſiaſticis haurire poſſunt, juris divini atque humani interpretes, quorum non eſſem dignus corrigiam calceamenti ſolvere! atque ego ignarus, hebes, atque vitiorum mole preſſus, atque iniquitate circumdatus, qui uſquo beneficiolo contentus extitiſſem, vel minimo, jam annuos mille aureos poſſideo, quodque magis mirere, dum Germaniam petii epiſcopatum in patria conſequor. Magna hæc, mi Petre, in quibus non ſolum mea parvitas, ſed magna virtus quieſcere poſſit.

Divinam in eo extollendo providentiam adorat.

De ſe demiſſe ſentit.

XII.
Pluribus epiſcopis Cardinalibus & Pontificibus a ſecretis fuit.

Apud tres epiſcopos, & totidem Cardinales dictandarum epiſtolarum officium exercui. Hi tres quoque Pontifices maximi ſecretariorum collegio me aſcripſerunt, Eugenius, Nicolaus, & Felix quamvis hunc adulterinum dixerim. Apud Cæſarem non ſecretariatus modo, ſed conſiliariatus, & principatus honore auctus ſum: neque ego iſta fortunæ imputo, quamvis neſcio cauſam; ſed ipſius rectori, & dominatori omnium Deo, cujus eſt in quemcumque voluerit uſum vaſa formare, neque humanæ correctioni ſubiiciuntur, quæ libera ſunt, ejuſque liberalitati gratias agere debeo, qui dat omnibus abundanter, & non improperat. An nos igitur tanta miſeratione præventi Cardinalatum noxii expectavimus, atque hunc quoque nobis honorem deberi putavimus? Utinam dignitati, quam conſecuti ſumus pares inveniamur, & ita

Indignum ſe Cardinalatu putat.

quod ſupereſt ævi traducamus, ne qua poſſit in nobis ingratitudo notari. Porro cardinalatus faſtigium majus exiſtimamus quam noſtris humeris committi debeat : utinam ea dignitas his credatur, qui afferre illi potius quam ab ea recipere gloriam poſſint, quales nos eſſe nullo pacto cognoſcimus, &c. Vale ex Neapoli nonas maii anno MCCCCLVI. indictione .... pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini Calixti Papæ III. an. II. Exeunte eodem anno, quo hæc ſcripſeras, cardinaliria purpura a Calliſto donatus eſt, ac pontificiam dignitatem adverſus nonnullos novatores, qui pragmaticam iniquam inducere, ac ſchiſma abjecto Calliſti Pontificis obſequio conflare moliebantur, ſcriptis eximiis commentariis pro apoſtolica auctoritate tutatus eſt : ad quam demum hoc anno, ut diximus, evectus ſacroſanctis infulis redimitus eſt apud S. Petrum III. nonas ſeptembris, ut Gobelinus (a) aliique (b) teſtantur : eademque die equeſtri pompa ducta veteri inſtituto baſilicam Lateranenſem adiit. Tum Chriſtifideles omnes encyclicis literis de Calliſti obitu, ſuaque electione certiores fecit, excitavitque, ut pias pro ipſo preces Deo funderent, quo Eccleſiæ gubernacula probe moderaretur : extantque typis cuſæ eo argumento ad academiam Pariſienſem hæ literæ (c).

Illum cōſequitur ac dein pontificatum. Tuetur ſcriptis pontificiam auctoritatem. Quo die hujus anni corona redimitus.

(a) Gobel. in comm. l. 2.

(b) Plat. in eod. Steph. Inf. & Nic. e Turcia ſuper MS. Vat. ſign. n. 111. & alii.

(c) Æn. Syl. ep. 384.

XIII. Encyclicæ Pii II. literæ.

Pius Papa II. dilectis filiis ſtudii Pariſienſis &c.

Felicis recordationis Calixto Papa III. prædeceſſore noſtro de hujus mortalis vitæ valle VIII. idus auguſti ad cœleſtem patriam evocato, & ipſius funeris, ac exequiarum celebratione ſolemni ac debita, ſubſecuta, nos una cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tum eramus, Romæ in apoſtolico palatio apud S. Petri Apoſtolorum principis baſilicam, in quo dictus prædeceſſor habitaverat, ac debitum naturæ perſolverat, modo ac tempore congruis pro futuri creatione Pontificis curavimus convenire, nobiſque cum eiſdem fratribus ſub deliberationis magnæ negotio, quam tanta rei qualitas exigebat, aliquandiu tractantibus, tandem ipſi fratres, licet potuiſſent in alios majoris meriti conſentire, tamen Sancti Spiritus, a quo ſancta Romana & univerſalis Eccleſia Chriſti ſponſa regitur, infuſione ipſorum animos ſic afflante, ad perſonam noſtram dirigentes unanimiter vota ſua, nos tunc tituli S. Sabinæ presbyterum Cardinalem, neſcimus quo occulto & nobis tremendo judicio ad celſitudinis apoſtolicæ faſtigium concorditer elegerunt.

Nos autem imbecillitatis noſtræ conſcii noſtrarum parvitatem virium ad tanti oneris ſarcinam digne perferendam agnoſcentes, poſtquam diu quid agendum foret cogitavimus, tandem conſiderantes Romani Pontificis electionem non ab hominibus, ſed a divina inſpiratione procedere, cujus non licet reſiſtere voluntati, ſperanteſque eum, qui ab initio fundationis Eccleſiæ infirma mundi elegit, ut confunderet fortia, vires ſuas nobis ad tanta gubernacula ſubminiſtraturum, cupidi bene agere, & prodeſſe potius, quam præeſſe, in ſpiritu humilitatis colla ſubmiſimus jugo apoſtolicæ ſervitutis. Quapropter devotionem veſtram precamur, ut omnipotentem Deum inſtantius exoretis, a veſtriſque omnibus exorari curetis, ut nos per ſuam gratiam roboret, & dirigat in agendis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLVIII. pridie non. ſeptembris pontificatus noſtri anno I.

XIV.

Nec mora, univerſas curas pontificatu inito ad Eccleſiæ reſtituendum ſplendorem, religionemque adverſus Turcas defendendam convertit (d), cumque tantæ rei moli par eſſe non poſſet, niſi adverſus formidabilem hoſtem Chriſtianorum principum copiæ fœdere jungerentur, celebres indicendos conventus Mantuæ cenſuit ; qua de re hæc in ſua commentaria retulit Gobelinus (e) : *Vincere Turcas non hujus aut illius regni opus, ſed totius Chriſtianæ reipublicæ videbatur. Neceſſaria igitur eorum conſilia exiſtimavit, quorum auxilia requireret, conſiliumque principum, & liberorum populorum convocare decrevit, in quo de communi ſalute communiter ageret : ſed ubi concilium habendum eſſet in conſultationem venit. Cardinalium alii Romæ, alii trans alpes aut in Germania, aut in Gallia conventum habendum eſſe dicebant. Pio nihil horum placuit, neque enim ex honeſtate arbitrabatur Reges, qui trans alpes morabantur, Romam vocari, neque in Gallia, aut in Germania utile concilium futurum, ad quod propter valetudinem Pontifex ipſe tranſire non poſſet. Antiquius viſum eſt non procul ab alpibus conventum cogere in loco, qui medius inter Romanum præſulem, & tranſalpinos Reges exiſtimaretur. Duo nominata ſunt loca, Utinum in Forojulii ſubjectum Venetis, & Mantua in Gallia Ciſalpina, ut ſi alter negaretur, alter præſto adeſſet ; verſus eſt enim Pontifex id, quod poſtea ſucceſſit, ne Veneti Turcarum arma timentes Utinum clauderent, & hac de cauſa Mantua electa fuit a præſule etiam ob loci commoditatem.*

(d) S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princip.

Indicti ab eo Mantuæ Chriſtianorum conventus.

(e) Gobel. in comm. l. 2.

XV. Ægre latus diſceſſus ex urbe.

Addit idem auctor plures Cardinales adverſatos, ne Mantuam ad cœtus ſolemnes celebrandos decerneret, quippe qui ex urbe diſceſſum ægre ferrent, viciſſe tamen Pii conſtantiam, ac demum univerſos ei aſſenſiſſe : deinde vocatos in ſacrarium pontificium omnes epiſcopos, præſules, abbates, Regumque oratores, qui in urbe erant, illiſque Pium expoſuiſſe quantas Turcæ clades religioni Chriſtianæ in-

tu-

tuliſſent, atque ad eam evertendam aſpirarent: horum vero obſiſtendum impio furori, ſociandaſque propterea principum vires, neque id præſtari poſſe niſi frequentes conventus haberentur, atque ideo Mantuam ſe deſignaſſe, paratumque eſſe pro tuendo Chriſti evangelio, & ditionem eccleſiaſticam, vitamque incommodis, & periculis omnibus objicere. Commendatum eſt novi Pontificis pium religionis ſtudium, & decretum ea de re mox editum adjungit Gobelinus (a): *Exin, inquit, publicum de more conſiſtorium eſt habitum, & literæ Apoſtolicæ recitatæ ſunt in quibus ſtatuta dies conventionis eſt: & principes ad alteram ex duobus locis vocati: epiſtola ejus rei ab ipſo Pontifice dictata in aliarum volumine continetur.* Extant eo argumento in libro brevium Pii II. tum inter alias typis cuſas ſubjectæ ad Francorum Regem datæ literæ (b), quibus illum ad Chriſtiani amplificationem nominis adhortatur.

(a) *Id. ibid.*

(b) *Lib. brev. pag. 1. & apud Æn. Sylv. ep. 385.*

Pius Papa II. chariſſimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri ſalutem.

XVI. *Ut perſolvamus omnipotenti Deo, & fideli populo vim ab infidelibus patienti id, cujus cauſa ad hanc ſedem ſumus aſſumpti, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu per certas noſtras patentes literas, quas celſitudini tuæ cum præſentibus annexas mittimus, omnes Reges, & principes catholicos ad ſolemnem dietam Mantuæ, vel Utini in proximis kal. junii celebrandam apoſtolica voce duximus convocandos, ſtatuentes, concedente Altiſſimo, eo loci eodemque tempore ibidem perſonaliter adeſſe, impedimentis poſthabitis, quæ circumſtant nos undique. Etſi ergo ea mens tua fuerit ſemper ad tuendum nomen ſanctum Dei, ut neque Apoſtolicæ ſedis, nec cujuſquam alterius exhortatione multum egueris, tamen quia hæc res non ſolum nobis cordi eſt, ſed gregi dominico in primis neceſſaria, ſublimitatem tuam hortamur in Domino, & per ſanctum illud baptiſma, in quo in Chriſto renatus es, & nomen Chriſtianiſſimi, quod geris, requirimus, ut velis per os noſtrum vocatus, abjectis reſpectibus omnibus, qui pro honore Dei non ſunt, attendendo ad ſacrum vota, ad præſcriptam diem perſonaliter intereſſe: etenim cum vicarius Jeſu Chriſti in terris hoc agat, quem recte volentem ſequi Chriſtianus populus debet, non ſibi debent principes terræ grave ducere, laborem ab illo ſuſceptum amplecti. Habitus es ſemper, chariſſime fili, devotiſſimus princeps, fidei & religionis cultor præcipuus, nec immerito ob Chriſtianum nomen egregie a progenitoribus tuis defenſum nomen Chriſtianiſſimi ab illis habes hereditarium. Accedit potentia ſingularis, qua ideo omnipotens Deus inſignire te voluit, ut eſſet qui tempore neceſſario, quale nunc imminet, illam ad protectionem gregis ſui conferret. Erit, ut in Domino confidimus, adventus tuus maxime ad hoc ſalutare opus utilis, non ſolum quod ſapienti conſilio tuo dirigere tantam molem glorioſiſſime poteris, ſed quia gentes, & regna audientes Chriſtianiſſimum Regem Francorum relictis ſedibus ejus ad agendam, & tuendam communem cauſam Altiſſimi cum Romano Pontifice conveniſſe, erubeſcent & ipſi exemplum tuum non ſectari.*

Per ſacrum baptiſma Gallus in Turcas adjuratus.

Admonitus ne ſequi Pontificem detrectet.

Pro Deo igitur, chariſſime fili, pro æterna commendatione nominis tui, pro compaſſione fidelis populi quotidie ſeviſſimi Turcarum ſanguinem ſuum crudeliter dantis, exaudire clementer velis pias noſtras hujuſmodi preces, a fletu, & lacrymis oppreſſorum nobis impoſitas. Hæc enim vera ſunt opera Regum, hic campus in quo honeſte decertare, & triumphum veræ ſalutis reportare cum gloria poſſint: cætera fluxa & caduca ſunt, nil ſolidæ laudis in ſe habentia, Altiſſimo etiam perſæpe ingrata. Quod ſi caſu aliquo, quod Deo non placeat, carendum nobis erit præſentia tua & per oratores implere hoc munus conſtitues, requirimus ſaltem celſitudinem tuam, ut cum plena mandato illos tranſmittere velis non ad decernenda ſolum ea, quorum cauſa vocatus es, ſed ad componendam pacem, vel ad indicendas treugas cum illis, cum quibus eſſet tibi forſan contentio, ut demum pacatis ubique fidelibus concorditer cœptum opus proſequi valeamus: ſperamus tamen conceſſurum omnipotentem Deum, ut ſerenitas tua potius per ſe ipſum, quam per oratores ſuos ſit affutura, attento quod loca prædicta tui potiſſimum cauſa delegimus, ut ſerenitas tua, quod primum expetimus, vel ſaltem principes aliquos de latere tuo, illuc accedere facilius valeant. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die xxiv. octobris MCDLVIII. pontificatus noſtri anno 1.

Vera ſalus in promovenda Chriſti gloria ſita eſt.

Rogatus Gall. Rex ut oratores mittat.

XVII. Accepti iis literis Carolus Francorum Rex pium illius ardorem pro amplificanda religione, & Mahometica ſuperſtitione evertenda commendavit: cum vero ea res maximi eſſet ponderis, reſpondit (c) a ſe ordinum regni cœtus coactum iri ante conventus Mantuanos, & deinde oratores ſuos ampliſſimis fretos mandatis ad ea, quæ in Galliis decernerentur provehenda legaturum. Cæterum Carolum ſpreta Chriſti & Eccleſiæ cauſa ſuis tantum commodis ſtuduiſſe indicat Monſtreletus (d) qui Anglos ab eo inducias, affinitatemque poſtulantes in conſpectum admittere detrectarit.

Quid a Carolo VII. reſponſum.

(c) *Extant ejus lit. apud Æn. Sylv. ep. 386.*

Hortatus (e) etiam eſt Chriſti vicarius Fridericum Imperatorem, ac Matthiam Hungariæ, & Caſimirum Poloniæ Reges ut in Turcas conflarent exercitus, atque ad indictos conventus Mantuæ agendos ora-

(d) *Monſt. vol. 2.*

(e) *Lib. brev. pag. 3.*

oratores mitterent, de quo ad Joannem Carvajalem S. Angeli Cardinalem legatum in Pannonia Germaniaeque hæc ſcripſit.

Germaniæ, Bohemiæ, & Ungariæ Reges ad ſacrum bellum ſollicitati.

Cum chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Frederico Romanorum Imperatori, Matthia Hungariæ, Caſimiro Poloniæ Regibus illuſtribus in præſentiarum ſcribamus, requirentes eos, ut cum vicario Jeſu Chriſti per ſe, ſi poſſint, ſin minus per principes de latere conveniant, hortamur circumſpectionem tuam in Domino, & rogamus, ut Poloniæ Regi prædicto ſuas literas mittens & reſponſa expoſcens illas, quæ Hungariæ Regi ſcribuntur, manibus propriis præſentes.

XVIII. (a) *Ibid. pag. 2.* Septemviri rogati, ut Sfortiæ Mediolanenſis principatus jus aſſeratur. (b) *Gobel. in comm. l. 2.* (c) *Id. ibid.*

Sollicitati (a) etiam fuere a Pio principes electores imperii, ut Mantuam pro decernendo bello ſacro accederent, tum Frederico Imperatori ſuaderent (b), ut Galeatio Mariæ majori natu filio Franciſci Sfortiæ Mediolanenſis principatus jus beneficiarium traderet: quæ literæ xxiv. octobris hujus anni conſignatæ. Cæteros pariter Reges ad eoſdem cœtus ad expedienda pro tuendo nomine Chriſtiano vocatos indicat Gobelinus (c), neque inter eos poſtremum fuiſſe Georgium Podiebratium, qui ſceptrum Bohemicum corripuerat, dubium vero hæſitaſſe, an in literis regio nomine Georgium ornaret, cum ingens lis fieret, an ad Imperatorem de creando Rege Bohemiæ jus ſpectaſſet, cum id regnum imperii beneficiarium eſſet: placuiſſe demum vocare Regem Georgium, ſed eas ipſum literas Imperatori miſiſſe, ut ſi e re ſua id æſtimaret, literas Georgio traderet, retineretve; at Fredericum eas miſiſſe ad Georgium, qui exinde non ſtruendi dolos occaſionem captavit, eas quippe in celeberrimis regni ſui urbibus divulgari juſſit, non ut ſuos Bohemos in Turcas accenderet; ſed ut catholicos deluderet ſubigeretque, cum in iis regio nomine, tamquam orthodoxus eſſet, decoraretur. Afferuntur eæ literæ a Cocleo (d), parumque diſcrepat earum formula ab iis, quas ad Regem Francorum datas attulimus. Reſpondiſſe autem Georgium Mantuam ſe accedere non poſſe, cum Sileſii ſibi repugnarent, miſſurum tamen oratores ſubdit author, ac non illum ornaſſe expeditionem in Moraviam, & catholicos ſubegiſſe.

Bohemus pontificiis literis ad confirmandam hæreſim abuſus.

(d) *Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12.*

XIX. (e) *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ.* S. Antoninus a Florentinis orator decretus ad Pium II.

In hoc pontificatus Pii II. exordio plures Regum principumque oratores ad novum Pontificem de ſumma dignitate ab ipſo accepta gratulaturi, riteque obedientiam ei delaturi acceſſere (e): inter quos etiam Florentini ſuo officio non defuerunt: Legationis princeps erat S. Antoninus archiepiſcopus Florentinus, qui elegantem ad Pium in conſiſtorio orationem habuit, in qua expreſſa lætitia ab univerſis Eccleſiæ ordinibus in novi Pontificis electione concepta, & ſacræ monarchiæ illuſtrata dignitate, ad Pium converſus ejus laudationem ex patria, ſcientia literarum, geſtiſque ante pontificatum muneribus amplificavit: *In ea*, inquit (f), *civitate*, ſcilicet Senenſi, *magnifica enutritus ſtudiis die noctuque avidiſſime intentus ad juris peritiam non mediocriter profeciſti, literis quoque ſæcularibus, & eloquentia inſignis effectus lauream in concilio meruiſti, quod in vita raro conceditur. Exinde virtutibus tuis clarus effectus in tuæ civitatis antiſtitem es aſſumptus: prudentia tua quoque, & rerum experientia copioſus plurima inter conſiliarios Sereniſſimi principis Frederici tertii fuiſti connumeratus, a quo ad felicis recordationis Nicolaum V. cum eſſes deſtinatus orator pro corona imperiali poſtulanda exaudita eſt oratio tua, ea ipſi collata: Poſt quæ reverendiſſimis dominis Cardinalibus, ut inter patres orbis es conſcriptus. Demum Petri vacante ſede deliberatione matura, proviſione non ſera, vocatione divina, & electione canonica ad ſummum pontificii apicem aſſumptus exiſtis.*

(f) *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. §. 1.*

Egregiam deinde ad gerendum ſtrenue pontificatum, conficiendam in Turcas expeditionem, pietatem latius circumferendam adhortationem addidit; tum Florentinæ reipublicæ nomine ſacrato obſequio ita peroravit: *Ad rem igitur ab inclyto Florentinorum populo mihi injunctam venio, qui ut optimi filii tibi patri, ac domino ingenti devotione ſtudioque ſe aſſignant commendantes, & beatitudinem tuam omni obſequio, omnique affectu complectentes, eorum omnium nomine ſanctitatis tuæ pedes beatos oſculati ſumus. Eorum erga ſanctitatem tuam deſideria ſunt tam ardentia, tam prompta, tam grandia, ut non ſolum a te recipi, ſed diligi, amari, foverique ſumma ope, totiſque viribus mereantur. Eodem rurſum pacto eademque ratione me minimum famulum tuum, clerumque meum tuo obſequio deditiſſimum plurimum recommendo, eademque opera beatitudini tuæ coram plane nomine offero. Dominium inclytum Florentinum, & omnes ejus magiſtratus, denique te patrem, te paſtorem recognoſcens, ut filiorum tuorum operam pollicetur, ſi opus fuerit, & exequetur, ſi unquam forſitan oportebit. Mihi quoque, pater beatiſſime, ſupplico parcas, ſi prolixus fui, vel ſi non recte, non apte, non idonee pronuntiaverim injuncta: ſed quidquid a me omiſſum eſt ſociorum meorum ſpectabilium civium ſapientia prudentius, & copioſius ſupplere volebit, de quibuſdam aliis nobis injunctis ab ipſa magnifica republica ſanctitati tuæ explicandis, cum opportunitas dabitur, & tibi placuerit, ſermo erit.* Hactenus S. Antoninus, qui hiſce verbis hiſtoriæ ſuæ, ſeu chronicis in tres diſtinctis partes finem impoſuit.

Pia ejuſdem cohortatio.

In-

XX. Inter cæteros Reges ac principes, qui ad Pium eandem ob cauſam oratores miſere, Ferdinandus, qui Neapolitanum ſceptrum invaſerat, mox ſuos decrevit (a), ut Pii benevolentiam ſibi conciliaret, cum ex ea conſtabiliendæ illius res eſſent. Excepti vero ii benevole a Pontifice fuere, cum Regi Alfonſo fuiſſet addictiſſimus, illiuſque partes ſemper extuliſſet: & mox propoſitæ ab ipſo leges Ferdinando, quibus apoſtolica liberalitate beneficiarium Romanæ eccleſiæ regnum adipiſceretur. Deſcribit eas Gobelinus (b), quarum præcipuæ erant, ut Beneventum reſtitueretur, penderetur a Ferdinando octo millium aureorum vectigal, ac Piccininus, qui ad ditionem eccleſiaſticam invadendam fuerat concitatus, revocaretur: *Inter hæc, inquit, legati Ferdinandi Pium adeuntes memoriam Alfonſi præ ſe tulerunt, qui Pium apprime dilexiſſet cum Senenſis eccleſiæ pontifex legatione apud ſe Cæſaris fungeretur, oraverunt ne filium amici ſperneret, neve paternum regnum ei negaret, quem populi omnes peterent. Ad quos Pius Alfonſum, inquit, pro ſua præſtanti virtute, & diliximus, & admirati ſumus, idque Ferdinandi rebus admodum conducet, ſi erga Romanam eccleſiam quod ſuum eſt fecerit. Interrogatus quid ei faciendum eſſet, cenſum ei apoſtolica camera debitum a Regina Joanna in hunc uſque diem non ſolutum quotannis exolvet Pontifici Romano: quoties auxilium petierit libenter afferet: eccleſiarum jura non attinget: Piccininum ex agro Eccleſiæ jubebit excedere, niſi paruerit, armis coget: Sigiſmundo Malateſtæ eam pacem largietur, quam Pontifex dixerit: Beneventum Eccleſiæ reſtituet: Terracinam in annos decem ſub cenſu tenebit; exin Romano præſuli tradet. Dura leges Ferdinando viſæ, ſæpeque oratores miſſi, ac remiſſi ſunt, qui mentem Pontificis ad pauciora deflecterent. Quibus reſponſum eſt, Pium haud quaquam mercatorem eſſe, qui multa petat, ut vel pauca reportet: dixiſſe illum in primo colloquio quod in ultimo dicendum erat, nec Regi conditionem ſperandam fore meliorem, quamvis Pontifex Roma ſit abiturus: aut his legibus regnum obtinendum, aut eo carendum eſſe.* Parum adeo gratum Ferdinandus ſe præbuit Pontifici, qui pronioribus ſtudiis non ſine Joannis Aragonum Regis & Renati Andegavenſis offenſione illi regnum Neapolitanum aſſerere nitebatur, ut in tanta æmulorum controverſia ſua Romanæ eccleſiæ jura reſtituere denegaret: atque in primis annuum cenſum, quem Galli, dum ſceptrum Neapolitanum tenebant, pendere conſueverant, imminuendum contendit, ac demum illius oratores cum pontificis procuratoribus haſce pactiones (c) firmarunt.

(a) Gobel. in comm. l. 2. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ. Sur. l. 16. c. 50. Jovian. Pontan. de bello Neap. l. 1. Mar. l. 22. c. 19. & alii.

Ferdinandus in regno Neapolit. a Pio confirmatus.

(b) Gobelin. eod. l. 2.

Dictæ Ferdinando leges.

Aut iis regno potiturum aut ſpretis cariturum.

(c) Ext. in mſ. cod. bibl. Vall. ſig. lit. B. n. 19. p. 95.

Capitula, conventiones, & pacta inita & firmata inter reverendum in Chriſto patrem dominum Berardum epiſcopum Spoletanum, & venerabilem dominum Agapitum Cencii de Ruſticis, juris utriuſque doctorem nomine ac pro parte ſanctiſſimi ac beatiſſimi domini noſtri Pii Papæ II. parte ex una, & magnificos viros dominos Matthæum Joannem apoſtolicum, & regium ſecretarium, & Antonium de Alexandro juris utriuſque doctores, oratores & procuratores ſereniſſimi atque illuſtriſſimi Regis domini Ferdinandi Regis Siciliæ, &c. nomine atque parte dicti domini Regis ex altera.

XXI. *In primis præfatus reverendus epiſcopus, & dominus Agapitus nomine & pro parte dicti Sereniſſimi domini noſtri promiſerunt, quod ſanctitas ſua cum conſilio, & aſſenſu ſacri collegii dominorum Cardinalium ſublatis literis, & cenſuris per anteceſſorem ſuum Calliſtum adverſus dictum Regem, & regnicolas, &c. noviter promulgatis infeudabit, & de novo concedet infeudationem, & novam inveſtituram dicto Sereniſſimo domino Regi Ferdinando de regno Siciliæ & terra citra Pharum in forma ſolita, & conſueta, & de infeudatione ipſa literas debitas expediri mandabit, atque ipſi domino Regi ſeu ſuo procuratori tradi faciet realiter, & cum effectu, omni exceptione remota, hoc tantum intendunt, quod faciat dominus noſter ſine præjudicio juris alieni. Item & promiſerunt pro parte ſanctiſſimi domini noſtri, quod ſanctitas ſua per ſe, vel legatum de latere ad omnem requiſitionem dicti domini Regis coronabit ipſum dominum Ferdinandum Regem Siciliæ juxta formam & conſuetudinem in coronandis Regibus Siciliæ prædeceſſoribus ſuis hactenus ſervatas. Et viceverſa dicti regii oratores & procuratores promiſerunt pro parte dicti domini Regis, quod præfatus dominus Rex ſingulis annis loco, & tempore contentis in literis infeudationis, & novæ inveſtituræ concedi ſolitis pure, & ſimpliciter omni exceptione, & compenſatione remota, ſolvet manualiter in pecuniis Romano Pontifici pro tempore exiſtenti cenſum octo millium unciarum in literis inveſtituræ contentum in ſignum recognitionis, proprietatis, & dominii ipſius regni apud Romanam eccleſiam exiſtentis.*

Solutus cenſuris Ferdinandus.

Fiduciarium jus illi traditum.

Conſtitutum vetus vectigal.

XXII. *Et quia pro parte dicti domini Regis prætenditur, quod certis ex cauſis prædictus cenſus minui debeat, & moderari, convenerunt partes præfatæ nominibus quibus ſupra, quod hoc remittatur judicio, cognitioni, & arbitrio, ac determinationi duorum ex reverendiſſimis dominis Cardinalibus ſacri collegii, unius ſcilicet eligendis per præfatum dominum noſtrum, & alterius per præfatum dominum Regem, qui hanc cauſam auditis partibus de jure, & de facto, ſive de jure tantum, prout eis melius videbitur, poſſint & debeant terminare, & in caſu quo prædicti domini Cardinales con-*

cor-

cordari non poſſent, & in aliquo eſſent diſcordes, tunc & eo caſu per eoſdem dominos Cardinales commiſſarios eligatur tertius ? quibus non concordantibus in electione tertii, ille debeat eſſe tertius, quem dominus noſter judicabit ; ex hoc tamen determinetur, vel non ex quavis cauſa ſolutio præfati cenſus in quantitate prædicta ſuis locis, & tempore fienda non debeat retardari in totum, vel in partem, ſeu aliquatenus impediri.

Beneventum Pontifici reſtitutum iri conventum eſt.

Promiſerunt etiam dicti procuratores pro parte præfati dicti domini Regis, quod civitas Beneventana, quæ in literis infeudationis concedi ſolitis excipitur, ab infeudatione regni, ac Romanæ eccleſiæ ſpecialiter reſervatur, per præfatum dominum Regem libere dimittetur, ac Sanctiſſimo domino noſtro actualiter per realem poſſeſſionis traditionem reſtituetur cum omnibus juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis, ac etiam cum libertatibus, privilegiis, immunitatibus, ac aliis in literis infeudationis contentis, & declaratis ſine aliqua reſervatione, & impedimento in poſſeſſione, & uſu præfatorum jurium præſtando.

XXIII. Actum de Piccinino tyranno ditione eccleſiaſtica ejiciendo.

Item præfatus reverendus dominus epiſcopus, & dominus Agapitus nomine, & pro parte dicti ſanctiſſimi domini noſtri promiſerunt, & in pactum deduxerunt, quod civitas Terracinæ remaneat apud dominum Regem, iis modis & formis videlicet, quod ſanctiſſimus dominus noſter incontinenti concedat præfatam civitatem præfato domino Regi in vicariatum ad quinquennium nomine, & pro parte dicti domini noſtri tenenda, incipiendo a tempore datarum literarum dicti vicariatus cum annuo cenſu unius equi albi in feſto penteceſtes in loco ubi Romanus Pontifex reſidebit ſingulis annis tranſmittendi, & ſolvendi : quo quidem quinquennio finito præfatus dominus Rex teneatur a præfato domino noſtro renovationem dicti vicariatus petere, & dictus dominus noſter ad aliud quinquennium concedere : quibus finitis dictus dominus Rex teneatur dimittere eccleſiæ Romanæ civitatem ipſam, vel aliud de ea facere ad voluntatem dicti domini noſtri : & in caſu non ſoluti, vel tranſmiſſi equi ſingulis annis in tempore debito incurrat ipſa regia majeſtas pœnam unciarum quinquaginta.

XXIV. Actum de Piccinino tyranno ditione eccleſiaſtica ejiciendo.

Item promiſerunt dicti procuratores, quod præfatus dominus Rex mandabit, & operabitur effectualiter, quod comes Jacobus Piccininus infra terminum unius menſis, a tempore acceptationis præſentium capitulorum per ipſum dominum Regem facienda, inchoando reſtituet ſanctiſſimo domino noſtro civitatem Aſſiſii, Nuceriam, Gualdum, & terras, caſtraque & quæcumque alia loca, quæ de bonis eccleſiæ Romanæ violenter, aut alio modo per ſe vel alium recepit, vel occupavit : & quod ab incurſionibus violentiis, quas huc uſque in terris Eccleſiæ fecit, omnino deſiſtat : quod ſi infra præfatum terminum non fecerit, & a prædictis comes ipſe deſtiterit, præfatus dominus Rex ipſum, ut hoſtem diffidet, & a ſuis ſtipendiis amoveat, & deſinat illi dare ſubventiones, & contra eum bellum indicat, & ſecundum pacta, & capitula in confœderatione, & liga Italiæ, & etiam in literis infeudationis contenta contra eum inſurgat, & ad defenſionem Eccleſiæ veniat cum armigeris, & equitibus, de quibus in capitulis, & literis ſupradictus fit mentio ſpecialis. De voluntate tamen dicti domini noſtri equites ad VIIII. mille, & pedites ad mille quingentos limitantur, cum quibus ad requiſitionem dicti domini noſtri ad ipſius domini Regis ſumptus contra dictum comitem continue per ſe vel alium, prout dominus noſter requiſiverit, procedat uſque ad finem guerræ, ſalvis & reſervatis iis omnibus, quæ in capitulis ligæ, & in literis infeudationis continentur, niſi major neceſſitas ſupervenerit, vel Sanctiſſimo domino noſtro aliter viſum fuerit ſeu requiſierit.

Qui copiarum numerus a Neapolitano Pontifici promiſſus.

XXV.

Quod ad Jacobum Piccininum attinet ; refert Simoneta (a) hujus belli cauſas, nimirum Calliſtum nimio amore in ſuos efferri ſe ſoliſſe, eam Ludovicum Borgiam ex ſorore nepotem opibus, & principatibus augere contendiſſe, ac Spoletanæ provinciæ ducem, ut extremo tomo ſuperiori dictum eſt (b), conſtituiſſe. At defuncto Calliſto, cum provincia ſpectante ad Eccleſiam jure pelleretur, Borgiæ Aſſiſinæ arcis præfectus Piccinino eam parvo auro corruptus tradidit : itaque Piccininus cum copiis, quas pro Ferdinando in Malateſtam ducebat, profectus non modo Aſſiſium receperat, ſed etiam Gualdum, Nuceriam, aliaque oppida, & municipia eccleſiæ eripuerat. Additur inter fœderis ſuperiora capita.

(a) Simonet. l. 27.

Spoletanus ducatus male a Calliſto nepoti collatus.

(b) A. C. 1458. n. 41.

Aſſiſium a Piccinino occupatum.

XXVI.

Item eſt conventum, quod cauſas, & differentias, quæ ſunt inter dominum Regem ex una, & dominum Sigiſmundum de Malateſtis ex altera, ipſa regia majeſtas ponat pro parte ſua in manibus domini noſtri libere, & abſolute, qui cauſas ipſas de jure, vel de facto auditis partibus terminet ; & quod ſtabit atque parebit ſententiæ dicti domini noſtri ſub pœnis, de quibus eidem ſanctiſſimo domino noſtro videbitur : & quod dictus dominus noſter poſſit indicere, & ponere treuguas, & tollere offenſas quandocumque ſibi placuerit, dummodo prius per dictum dominum Sigiſmundum ſit plene, ac ſufficientiſſime cautum de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo ad arbitrium dicti domini noſtri.

Item prædicti oratores, & procuratores dicti domini Regis promiſerunt, quod omnia, & ſingula in literis infeudationis contenta, quæ ſingulariter prolixum foret exprimere, regia majeſtas realiter, & cum effecta adimplebit, exequetur & faciet, om-

ni

ni exceptione, & excuſatione remotis, etiamſi per prædeceſſores ſuos in dicto regno ſervata non fuerint, & ſic jurabit. Firmata fuerunt, & expedita præſentia capitula Romæ apud S. Petrum & in palatio domini noſtri, & in camera ipſius domini epiſcopi die xvII. octobris MCCCC. LVIII. pontificatus ejuſdem domini noſtri anno I.

XXVII. (a) Ext. ibid. Reſciſſum a Pio Calliſti adverſus Ferdinandum decretum.

Has pactiones Ferdinandus ad ſe delatas admiſit (a), quas mox confirmavit Pius edito diplomate Iv. id. novembris: tum etiam Calliſti decretum de Neapolitano regno ad jus ſedis Apoſtolicæ revocato reſcidit, ac proceres regni, urbium magiſtratus, præfectos arcium, ac populos, qui ob ſacramentum fidei contra apoſtolica ſancita Ferdinando præſtitum cenſuris eccleſiaſticis ſe irretierant, ab iis ſolutos, ac liberos renunciavit. Indictum etiam ſacrorum inſtitium in locis, quæ illi parerent, diſſolvit: cujus diplomatis (b) hanc præcipuam partem afferendam cenſui.

(b) Ext. in MS. Vall. ſign. lit. B. n. 19. pag. 94.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum juxta occurentium negotiorum, & ingruentium temporum qualitatem oporteat ea ſingulis matura deliberatione prodere, & mutare conſilia ac inhibita revocare, & quæ altas viſa non ſunt concedere, & ordinare: nos qui pro pace, & quiete omnium regnicolarum dicti regni, ac ejuſdem Romanæ eccleſiæ commodo conceſſionem, confirmationem, & novam infeudationem fecimus antedictas, cogitantes præfatas literas non modo ad ſtatum dicti Regis Ferdinandi, verum etiam totius ipſius regni perturbationem, adempta ſubditorum fidelitate, & obedientia poſſe procul dubio procedente tempore redundare: ne [quod abſit] præmiſſa evenire contingat, habito ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus diutino tractatu, & deliberatione matura, tandem de eorum conſilio pariter, & aſſenſu, & apoſtolica plenitudine poteſtatis inhibitionem, abſolutionem, relaxationem, decretum, declarationem, mandatum, & alia quælibet in præmiſſis literis contenta, & inde ſecuta quæcumque, ipſas quoque literas in quantum in præjudicium juris præfati Ferdinandi Regis emanaverint, & non aliter, ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium revocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro infectis haberi decernimus. Et inſuper omnes & ſingulos prælatos, principes, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, & incolas utriuſque ſexus eccleſiaſticos, vel ſæculares, nec non communitates, univerſitates, & collegia dicti regni, quod contra inhibitionem eis per eaſdem literas a præfato Callixto prædeceſſore factam eidem Ferdinando Regi homagium aut fidelitatis juramentum quavis ratione, occaſione, vel cauſa præſtiterint; & præterea

Juſſi proceres ac populi illi obſequentes eſſe.

anathematis, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti aut alias ſententias, cenſuras & pœnas ſpirituales, & temporales quomodolibet incurrerint, etiamſi deſuper opportune publicationes ſeu denunciationes fuerint ſubſecutæ, videlicet ab illis de plenitudine poteſtatis hujuſmodi penitus abſolvimus, & abſolutos reddimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLVIII &c. pontificatus noſtri anno I.

XXVIII.

Evehente ita ad ſolium Neapolitanum Pio Ferdinandum Alfonſi nothum filium graviſſime conqueſti (c) ſunt Caroli Francorum & Renati Regum oratores, quorum alter decanus Carnotenſis a Carolo miſſus ad Calliſtum, ut conſilia de expeditione Turcica cum illo agitaret, palam edixit Francorum Regem ejuſmodi injuriam a Pio illatam ulturum. Maſſilienſis etiam epiſcopus pro Renato Rege, qui jam multo temporis curſu regios geſſerat apices pulſuſque ab Alfonſo fuerat, acerbe peroravit, ſed Pium ab ipſo ſciſcitatum eſſe refert Gobelinus, num Renatus Piccininum Romanæ eccleſiæ cervicibus imminentem, quique jam Aſſiſium, Nuceriam, Gualdamque occuparat, propulſare poſſet; eoque negante, reſpondiſſe: *Quid ergo eſt, quod expectemus ab eo, ſi nobis pereuntibus opem nullam valet afferre? nobis in regno neceſſarius, qui & ſua poſſit & noſtra tueri. Vos regno jampridem caruiſtis, ac tamdiu carebitis, donec vires adſint, quibus hoſtem nobis indulgentibus poſſitis ejicere.* Subdit author: *Atque ita verboſæ legationi verbis occurrit. Ferdinando regnum conceſſum eſt decreto Senatus,* Cardinalium nimirum, & *Latinus Cardinalis Urſinus, qui Regem ex verba Pii, ac ſucceſſorum ejus jurantem coronâ donaret, in Apuliam miſſus, & cum eo Nicolaus Theanenſis electus, qui poſtea Cardinalatum conſecutus eſt, iter fecit, ut occultiora quædam cum Rege tranſigeret.* Extant in pontificio regeſto ea mandata apoſtolica data Latino de Ferdinando regni Neapolitani juribus induendo, regiiſque inſignibus conferendis hiſce concepta verbis (d).

(c) Gobel. in com. l. 2.

Ægerrime Galli ferunt Ferdinandum a Pio aſſertum regno.

Reſpondet Pius neceſſariam fuiſſe illius amicitiam.

Latinus Card. Urſinus ad Ferdin. corona cingendum miſſus.

(d) Lib. bull. 31. p. 18.

Dilecto filio Latino tit. SS. Joannis, & Pauli presbytero Cardinali
A. S. L. ſalutem.

XXIX. Pii II. ea de re diploma.

Cum nos ſuper regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra pharum, quæ de jure, & proprietate ſanctæ Romanæ eccleſiæ fore noſcuntur, uſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta civitate Beneventana cum territorio & diſtrictu ac juribus & pertinentiis ſuis, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando de Aragonia Regi Siciliæ citra pharum, illuſtris claræ memoriæ Alfonſi Aragonum & dicti regni Regis primogenito, & in ipſo regno & terra ſucceſſori, pro ſe ſuiſque liberis de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu conceſſerimus,

con-

conſirmaverimus, & de novo in feudum dederimus, ac elargiti fuerimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur; nos intendentes, ut dictus Ferdinandus Rex juris regni & terræ prædictorum, ac regalium inſignium plenitudine gratulari, ac ſtatum ſuum firmum ſtabilire valeat, circumſpectioni tuæ tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus ad dictum regnum te perſonaliter conferens præfatum Ferdinandum Regem, præſtito ab eo & per te accepto noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine ſub forma, quam in eiſdem inſeri fecimus, corporali juramento per impenſionem vexilli ejuſdem Romanæ eccleſiæ in ſuis manibus, de regno & terra prædictis ac omnibus juribus & pertinentiis eorundem auctoritate apoſtolica inveſtias ipſumque in illorum realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem inducas.

Et nihilominus cum Reges Siciliæ, qui fuerunt pro tempore, ad mandatum Romani Pontificis inungi & coronari conſueverint, præfatum Ferdinandum Regem, poſtquam illum inveſtieris & in poſſeſſionem hujuſmodi induxeris, ut præfertur, ſolemniter inungas, ipſumque in ſignum pleni juris atque dominii regni & terræ prædictorum ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei & glorioſæ virginis Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & totius curiæ cœleſtis, ſtatumque noſtrum & Sanctæ Romanæ eccleſiæ, ac regni & terræ prædictorum ſalubrem & felicem de dictis regno & terra eadem authoritate corones. Privilegium quoque ſeu literas dicti Ferdinandi Regis ejus aurea bulla bullatas, in quibus præfatus Ferdinandus Rex fateatur & expreſſe recognoſcat regnum & terram prædicta ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ ſibi ſuiſque liberis, ut præfertur, confirmata fore, donata, atque conceſſa, ac formam ipſius juramenti continentes, prout in dictis literis continetur, ab eo poſtules, ac nobis & præfatæ eccleſiæ in tuo reditu reportare, & præſentare procures. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLVIII. IV. non. decembris pontificatus noſtri anno 1.

XXX. Quod ad traditi Ferdinando jure fiduciario regni leges attinet; eæ fermæ ſunt quas jam longe ante Carolo I. præſcriptas ſæpiuſque repetitas vidimus, inſertæque ſunt diplomati apoſtolico (a), quo Pius Ferdinando regnum ipſum Neapolitanum contulit.

(a) *Ext. in mſ. cod. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 97.*

Pius epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando de Aragonia Regi Siciliæ illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Divina diſponente clementia, per quam Reges regnant & principes imperant in eminenti ſpecula & ſuper gentes & regna, licet immeriti, conſtituti, neceſſe habemus interdum de regnis & terris illis, & præſertim quæ Romanæ eccleſiæ juris & proprietatis ſpecialiter exiſtunt, cum fratribus noſtris ad pacem & juſtitiam populorum perpetua ſtabilitate diſponere, ac in eorum ſoliis ad gubernationem & regimen gentium ſubditarum, quos dignos novimus ſublimare, ut gladii poteſtate eis ad vindictam malorum, laudemque bonorum cœlitus attributa, ipſo aſſumpto dominandi officio, judicent in æquitate populos, & dirigant in terris ſubditas illis gentes & nationes, voluntaſque eorum ſit in executione juſtitiæ, & meditatio in lege rectitudinis, & obſervantia ſanctæ pacis. Sane ex parte tua nuper fuit expoſitum coram nobis, quod dudum claræ memoriæ Alfonſus Aragonum & utriuſque Siciliæ Rex genitor tuus, poſt conceſſionem, infeudationem, & inveſtituram ſibi de præfatis regno Siciliæ & terra citra pharum per felicis recordationis Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum authoritate apoſtolica de ſuorum fratrum conſilio factas, te primogenitum filium ſuum, jam antea ad ſucceſſionem regni & terræ citra pharum hujuſmodi per eundem Eugenium, ac piæ memoriæ Nicolaum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, habilem & capacem factum in ipſis regno & terra citra pharum poſt mortem ſuam ſucceſſorem ſuum dictorumque regni & terræ legitimum heredem fore ſtatuit & etiam declaravit: pro quorum quidem ſtatus & declarationis robore ac de ſuo futura ſucceſſione firmiori certitudine dilecti filii nobiles viri principes, comites, barones, magnates, & populi regni, & terræ prædictorum in tuis manibus, dum adhuc ipſe Alfonſus Rex ageret in humanis, homagium & fidelitatis ſolitæ juramentum præſtiterant.

Deinde vero, dum in ultimis dictus Alfonſus in eadem voluntate perſiſtens, te ſuo ultimo teſtamento in dictis regno & terra ſuum heredem & univerſalem ſucceſſorem inſtituit; in qua quidem inſtitutione & diſpoſitione perſeverans Alfonſus ipſe, ſicut Domino placuit, extitit vita functus. Poſt obitum quoque ipſius Alfonſi Regis univerſi principes, comites, barones, populi, & magnates antedicti in eadem voluntate firmiter perſiſtentes, teque ſolum in ipſorum legitimum Regem habere volentes, communi omnium voluntate unanimique conſenſu te in ipſorum Regem pacifice cognoverunt, & iterato ſimili homagio & juramento tibi præſtito, te talem cenſuerunt & reputarunt, prout cenſent & reputant de præſenti. Et cum tu Dei fretus auxilio ac procerum & populorum benevolentia circumfultus ob ſummam authoritatem, quam tu in ipſo regno non ſine magna induſtria vendicaſti, ultra pleraque alia adminicula, plane confidas regnum ipſum a quibuſcunque poſſe defendere, ſolamque reſtet ad

Diploma Pii de translato in Ferdinandum jure regio.

Ab Eugenio & Nicolao V. ſucceſſionis jure donatus fuerat.

Teſtamento hæres relictus ab Alfonſo.

Delatum poſt ejus mortem Ferdinando obſequium.

res

res tuas componendas quietemque perpetuam fundandam, ut nos pro eadem Romana eccleſia, quam tu in veram ipſius regni & terræ citra pharum dominam & proprietariam recognoſcere intendis, te uti Regis ipſius Alfonſi heredem ſucceſſoremque legitimum, ſicuti a prædeceſſoribus noſtris tibi ad ſucceſſionem patefactus eſt aditus, de eodem regno & terra citra Pharum infeudemus, & inveſtiamus, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum tu ejuſdem Romanæ eccleſiæ devotiſſimus filius, & quoad ſe tuæ vires extendere poterunt, pro ea pugil & propugnator eximius poſſis & perpetuo ſis futurus, eidem quieti tuæ ſuper his benigne conſulere dignaremur.

Nos igitur attendentes immenſam devotionem, quam tu & progenitores tui ad eamdem ſemper geſſiſtis eccleſiam, ac volentes eiſdem regno & terræ utiliter diſponere ac ſalubriter ordinare, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & glorioſæ ſemper virginis Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ad honorem quoque, pacem, & tranquillum ſtatum noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ, & regni prædictorum; ſalutem quoque eorumdem principum, ducum, comitum, procerum, & populorum, præfatum regnum Siciliæ cum tota dicta terra citra pharum uſque ad confinia terrarum dictæ Romanæ eccleſiæ, excepta civitate noſtra Beneventana cum ejus territorio, diſtrictibus, & pertinentiis: ſive regnum cum terra hujuſmodi per obitum dicti Alfonſi Regis, ſive alias qualitercumque ad eamdem eccleſiam legitime reverſum & devolutum ſit, ſive tu in eo legitime ſucceſſeris, tibi Regi Ferdinando tamquam dicti Alfonſi Regis filio primogenito, & in dictis regno & terra ſucceſſori, pro te, tuiſque liberis ex recta linea, & tuo corpore legitime deſcendentibus, natis, & naſcituris, cum cenſu annuo, aliiſque conditionibus, modis, & formis, adjectionibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, voluntatibus, & ordinationibus inferius annotatis, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium in feudum perpetuum concedimus, confirmamus, & de novo largimur, volentes & intendentes te de ipſis regno & terra citra pharum per vexillum Romanæ eccleſiæ tibi per dilectum filium noſtrum Latinum tituli SS. Joannis & Pauli presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum noſtrum, & ejuſdem Romanæ eccleſiæ nomine conferendum & exhibendum de proximo inveſtiri: ita tamen, ut tu juxta formam inferius annotatam fidelitatis debitæ juramentum & homagium, nec non ſervitium, vaſſalagium, & ligium in manibus ipſius Cardinalis, noſtro, & dictæ eccleſiæ nomine recipientis, præſtes, pro hujuſmodi feudo præſtari debita ac etiam conſueta. Civitatem autem Benevenianam prædictam, cum ejus territorio, diſtrictibus, & pertinentiis, per nos ſeu Romanum Pontificem diſtinctis, vel diſtinguendis cum eorum incolis, prout illam ſibi dudum præfata Romana eccleſia ſpecialiter retinuit, & reſervavit, nos quoque horum ſerie ſpecialiter reſervamus. Conditiones vero prædictæ ſunt hæ, videlicet.

Quamvis regni jus devolutum eſſet ad eccleſiam illi conceſſum.

XXXI. Quæ leges illi imperatæ.

Promittetis, & jurabitis tam tu in manibus ipſius Cardinalis, quam in ſingulis inveſtituris eorum tui in dicto regno heredes juxta formam infraſcriptam, quod tu vel illi nullas unquam conſpirationes, colligationes, vel conjurationes cum quibuſcumque Regibus, principibus, ſeu magnatibus, communitatibus, univerſitatibus, aut perſonis aliis fidelibus, vel infidelibus contra nos, vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices canonice intrantes, aut dictam Romanam eccleſiam, ſeu in eorum damnum facietis, nec fieri conſentietis, ſeu permittetis, quantum in te, vel illis erit, nec factas ratas habebitis, & quod numquam a noſtra, & dictæ eccleſiæ obedientia recedetis, nec aliquod ſchiſma contra nos, aut ſucceſſores noſtros, aut Romanam eccleſiam facietis, aut cujuſcumque ſchiſmatis vel hæreſis imitatores eritis aut fautores; nec hujuſmodi conſpirationes, colligationes, conjurationes, ſeu ſchiſma contra nos, vel ſucceſſores noſtros, aut eccleſiam prædictam facientes, aut ſchiſmaticos, vel hæreticos receptabitis, ſeu quocumque modo eis favebitis, aut eis, vel eorum alteri aliquod conſilium, auxilium, vel favorem præſtabitis; nec aliquos nobis aut dictæ eccleſiæ rebelles, aut noſtros ſeu dictæ eccleſiæ hoſtes, vel inimicos, ſeu rerum aut bonorum ipſius eccleſiæ invaſores, aut occupatores in regno, vel terra prædictis, aut in aliqua ipſorum parte, vel alio quovis loco, in quo temporalem poteſtatem habebitis, receptabitis, aut per alios receptari quoquomodo patiemini, ſeu permittetis ſcienter; ſed illos efficaciter perſequemini. Quod autem ſupra dicitur de inimicis, & rebellibus extra regnum, & terram prædictam non receptandis, intelligatur de notoriis, vel declaratis ſeu declarandis, aut alias nominandis per Romanum Pontificem. In regno autem, & terra prædictis intelligitur prout ſuperius eſt expreſſum.

De fide ſervanda Pontifici.

Nunquam ineundo fœdere cum ejus hoſtibus.

XXXII. Quo caſu regnum ad eccleſiam devolvendum.

Si vero in tui, vel tuorum in dicto regno heredum obitu legitimum, prout ſubſequitur, heredem te, aut ipſos, [quod abſit] non habere contigerit, regnum ipſum ad prædictam Romanam eccleſiam & ejus diſpoſitionem libere revertatur. Deſcendentes autem ex te, vel ipſis tuis heredibus, dicti regni Regibus mares, & fœminæ in eo-

eodem regno ſuccedant, ita tamen, quod ſtantibus maribus ſive ex directo, ſive ex tranſverſali linea uſque ad quartum gradum, fœminæ non ſuccedant, ſed mares duntaxat, inter quos gradus lineæ prærogativa ſervata ſecundum juris diſpoſitionem, & duobus aut pluribus liberis maribus in eodem gradu per eamdem lineam concurrentibus, primogenitus aliis præferatur: extantibus vero fœminis tantum, in eis eadem forma, quæ in maribus ſervetur. In regno vero, & terra prædictis nullus ſuccedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hæc tam tu, quam tui in dicto regno heredes regnum, & terram prædictam nullatenus dividetis, ſed ſemper unus tantum veſtrum ſub hujuſmodi conditionibus immediate, & in capite, nomine Romanæ eccleſiæ illa tenebit, & tam tu, quam prædicti tui in dicto regno heredes ſub propriis nominibus nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romanæ eccleſiæ, expreſſis veſtro, & heredum ipſorum nominibus ligium & homagium facietis, & dictum juramentum fidelitatis, mentionem expreſſam de præſentibus litteris faciendo, præſtabitis, ut præfertur. Hujuſmodi autem ligium, & homagium tu, & dicti tui heredes facere, & juramentum fidelitatis præſtare juxta ſubſcriptam formam; tu videlicet de proximo in manibus præfati Cardinalis; iidem vero heredes, ſi Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra ſex menſes, ſi vero extra Italiam eſſet infra annum, poſtquam regni dominium adepti fuerint, teneamini. Et ſingulis ſucceſſoribus, ac eidem Romanæ eccleſiæ renovabitis tum ipſum ligium, & homagium, quam etiam hujuſmodi juramentum. In optione autem & beneplacito erit Romani Pontificis, ſeu prædictæ eccleſiæ, te & heredes tuos prædictos vocare ad præſtandum perſonaliter juramentum fidelitatis, ac ligium, & homagium hujuſmodi Romano Pontifici, ac eidem eccleſiæ, dummodo ad hoc illis tutum locum ſtatuat, & aſſignet, vel aliquem Cardinalem ipſius eccleſiæ, aut alium, qui vice Romani Pontificis juramentum juxta eamdem formam, & homagium hujuſmodi recipiat, deſtinare.

XXXIII. De præſtando fidelitatis juramento.

Tu quoque in ipſius Latini Cardinalis manibus jurabis de proximo, te ad hoc ſpecialiter obligatum, & tam tu quam tui in dicto regno heredes nobis & ſingulis ſucceſſoribus prædictis, atque eidem eccleſiæ, quando præſtabitis, & præſtabunt hujuſmodi fidelitatis juramentum, jurabitis vos ad hoc ſpecialiter obligatos, quod videlicet nunquam tu aut ipſi heredes per vos, vel alium, ſeu alios procurabis quocumque modo, vel procurabunt, ut tu eligaris, vel nomineris aut aliquis eorum eligatur, vel nominetur in Regem vel Imperatorem Romanum vel in Regem Teutoniæ aut dominum Lombardiæ vel Tuſciæ: vel majoris partis earundem Lombardiæ vel Tuſciæ: & ſi electionem, vel nominationem ad Imperium, vel regnum Romanum, ſeu ad regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu majoris partis hujuſmodi de te, vel illis celebrari contigerit, nullam hujuſmodi nominationi, vel electioni aſſenſum præſtabitis, nec ipſi præſtabunt, aut te intromittes, vel illi ſe intromittent ulla modo in regimine ipſius imperii, vel Regni Romani, ſeu regni Teutoniæ, aut dominii Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel majoris partis earundem, ad quodcumque eorum tu, vel illi nominati fueritis, vel electi. Quod ſi tu, vel aliquis tuorum in dicto regno heredum ſtudentibus, & procurantibus, te aut eis in Imperium ipſum, ſive dictum regnum Romanum, ſive regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ aut majoris partis earum electi ſeu nominati fueritis, aut ſi poſt talem electionem in imperii, vel regni Romani, ſeu regni Teutoniæ, aut dominii Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut majoris partis ipſorum regimine tu te, vel ipſi ſe manifeſte intromiſeritis ſine expreſſo noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum mandato, eo ipſo a jure prædictorum regni Siciliæ, & terræ cadas, ipſique heredes cadant ex toto, illaque prorſus amittant, & eadem regnum Siciliæ, & terra ad Romanam eccleſiam libere revertantur. Si autem tu, vel aliquis ex dictis heredibus electioni, vel nominationi pro tempore factæ, non procurantibus te, vel ipſis, aut etiam palam, vel occulte procurantibus, forſan conſenſeris, vel conſenſerint, & quod hujuſmodi electioni, vel nominationi, ſeu juri omnino renuntiet, ſeu renuntient, & quod de imperio, ſeu aliquo præmiſſorum, ad quod electus, ſeu electi, nominatus, ſeu nominati fueris, ſeu fuerint, nullatenus te intromittas, vel ipſi ſe intromittant moniti niſi infra quatuor menſium ſpatium poſt monitionem hujuſmodi tali electioni, vel nominationi, aut juri renuntiaveris, ſeu renuntiaverint, vel ſi de ipſo imperio, vel aliquo præmiſſorum, ad quod electus, vel nominatus, electi vel nominati fueris, vel fuerint, te intromiſeris, vel ipſi ſe intromiſerint quoquomodo, ex hoc ſis, vel ſint eiſdem regno Siciliæ, & terra, & omni prorſus eorum jure privatus atque privati, &, ut dictum eſt, eadem regnum, & terra ad Romanam eccleſiam, libere devolvantur. Si vero ad te, vel tuos in eodem regno heredes non poſſit commode talis monitio pervenire, ſuper quo utique impedimento, videlicet quod moneri commode nequeas, vel nequeant, creditur & ſtabitur aſſertioni dumtaxat Romani Pontificis, ſufficiat monitio publica, & ſolemnis, ita quod, ſi infra ſex menſes non renuntiaveris, vel heredes ipſi non renuntiaverint, aut de imperio, ſeu aliquo alio prædictorum, ad quod tu electus ſeu nominatus, vel heredes tui ele-

De non affectando imperio vel Inſubriæ aut Hetruriæ dominatu.

Si affectet imperium Rex Siculus regni jure excidat.

electi ſeu nominati fueris, vel fuerint, quomodolibet, te intromiſeris, ſeu illi ſe intromiſerint, ex hoc cades, & ipſi cadant ab omni jure ipſorum regni, & terræ, ac regnum, & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere devolvantur.

XXXIV. Imperator ſucceſſionis jure cadat.

Cæterum ſi contigerit aliquem de prædictis heredibus, qui deberet in prædictis regno, & terra ſuccedere, in Regem, vel imperatorem Romanum, ſeu Regem Teutoniæ, vel dominum Lombardiæ, aut Tuſciæ, ſeu majoris partis earum nominari, ſeu eligi, vel aſſumi, nullatenus eorum regni, & terræ poſſeſſionem nanciſcatur, vel habeat, nec ſe de illorum cura, ſeu dominio aut regimine per ſe vel alios aliquatenus intromittat, niſi prius imperio ſeu regno Romano, ſeu regno Teutoniæ, aut dominio Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, ſeu majoris partis earum, ad quodcumque eorum electus, ſeu nominatus fuerit, vel aſſumptus, & omni jure ſibi in illis competente omnino renuntiet: etſi illorum aliquod ſive de jure, ſive de facto tenere voluerit, regnum Siciliæ omnino dimittat, ipſum nullo umquam tempore reſumpturus, cadatque ab omni ſucceſſione & jure, quæ in regno Siciliæ, & terra prædictis ſibi competerent ipſo facto, ita quod eadem regnum, & terra ad Romanam eccleſiam ejuſque diſpoſitionem plenarie, & libere devolvantur.

Lex de fœmina ſucceſſura.

Quod ſi non extantibus maſculis, fœmina in eiſdem regno, & Siciliæ terra ſucceſſerit, illa Regi vel Imperatori Romano, ſeu in Regem, vel Imperatorem Romanum electo, aut Regi, vel electo in Regem Teutoniæ, ſeu domino Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel majoris partis earum, ſeu electo ad earum, vel majoris partis earum dominium, numquam matrimonialiter copuletur: & ſi contrarium fecerit, eo ipſo cadat a Siciliæ regno, & terra prædictis, atque prorſus ipſorum jure privata ſit, ipſis regno, & terra ad eamdem eccleſiam devolutis. Si autem tu, vel aliquis tuorum in regno prædicto heredum contraveneris, vel contravenerit, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe, & reatu perjurii reſperſi, & notati exiſtatis. In hujuſmodi quoque juramento etiam per te de proximo faciendo, tu expreſſe addes, te tam per te, quam per tuos in dicto regno heredes, quoties illud præſtiteritis, addetur expreſſe, quod nullo umquam tempore regnum ſeu Imperium Romanum, aut regnum Teutoniæ, vel dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut earum majoris partis, ſeu eaſdem Lombardiam, vel

De regno nunquam cum imperio, vel Etruria, vel Inſubria conjungendo.

Tuſciam, aut majorem partem earum per te, vel alium, ſeu alios occupabis, capies, vel acquires, aut tibi alias quomodolibet vendicabis, vel dicti heredes, per ſe, vel alium, ſeu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt ſine noſtra, aut ſucceſſorum noſtrorum voluntate, & aſſenſu: & ſi ſecus feceris, ſive fecerint ſecundum prædictam formam, pœnas ſimiles incurras, & incurrant. Quod autem dicitur de majori parte dominii Lombardiæ ſeu Tuſciæ, intelligitur ſcienter: ſi vero ignoranter, eadem ad mandatum Eccleſiæ dimittere tenearis, & ipſi heredes teneantur. Etſi ea ad mandatum Eccleſiæ dimittas ſeu dimittant, non incidas, nec ipſi incidant in pœnam in iſto articulo, & ſimilibus conſtitutam: ſi vero monitus aut moniti non dimittas aut dimittant, incurras aut incurrant pœnam, prout eſt in hoc articulo, & in aliis conſtituta.

XXXV.

Quod ſi forte in poſterum Regem Siciliæ contingat in Imperatorem eligi poſtquam regni Siciliæ fuerit poſſeſſionem adeptus, non tranſeat ad imperium, alioquin in pœnas incidat in hoc articulo, & aliis ſimilibus comprehenſas. Quod ſi dicti regni Siciliæ poſſeſſione nondum habita, vel obtenta in Imperatorem, electus tranſire voluerit ad imperium, in manus prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit deſtinandum, filium ſucceſſurum in regno, & terra prædictis, cujuſcumque fuerit ætatis, emancipet

De conferendo regno in filium emancipandum.

ac regno, & terra præfatis renuntiet, nihil juris in eis retinens clam, vel palam, nec etiam cujaſlibet patriæ, vel alterius poteſtatis occaſione, nec ipſum filium ad ſubſidium, vel aliquod ſervitium faciendum juramento, vel voto, ſtipulatione, vel facto ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis aſtringat, ſicque factus filius ſui juris ab eodem Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab ipſo protinus inveſtiatur de regno Siciliæ & terra præfatis, ad cujus Regis ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, nullo umquam tempore pater veniat Imperator exiſtens, ſed ſi imperio & omnibus, quæ ad ipſum imperium pertinent, idem pater renuntiare voluerit, & ipſis regno Siciliæ, & terra tantum eſſe contentus, poſt renunciationem hujuſmodi ad illius ſucceſſionem libere admittatur. Et tunc ab ipſo Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab eo inveſtituram recipiat regni, & terræ prædictorum. Idem vero filius ſic ad regnum aſſumptus, ſi major decem, vel octo annis fuerit libere adminiſtret, ſed quamdiu minor extiterit, tam ipſe, quam regnum, & terra prædicta in cuſtodia Romanæ eccleſiæ remaneat, donec Rex ipſe ætatem compleverit antedictam, fructibus nihilominus, & obventionibus ipſorum regni, & terræ, ex quibus ſumptus neceſſarii faciendo pro eorumdem regni & terræ cuſtodia deducuntur Regi conſervandis eidem, & lucro alterâ ratione ipſius cuſtodiæ non ceſſuris. Quæ vero de filio dicuntur, ut ei videlicet regnum poſſit ſub obſervatione præmiſſa a patre ad imperium tranſeunte dimitti, de filia etiam duximus ſtatuendam, ſalvis aliis conditionibus ſupradictis. Et ſi Rex non habens filios in Imperatorem electus ad im-

perium tranſire voluerit, de perſonis, quas ſupra diximus, liberis non extantibus, in regno idem de aliis, qui ſuperſtites fuerint, quæ de filio, & filia prærordinavimus, obſerventur in illis, excepto emancipationis articulo, qui in ſolis illis procedere poterit, qui capaces emancipationis extiſtant ratione patriæ poteſtatis.

XXXVI. De fœminis in ſucceſſionem admittendis.

Declaramus etiam quod ſi Regi Siciliæ ſine filio decedenti ſuperſtes ſit filia, vel mulier alia, quæ juxta præfatam formam debeat ad hujuſmodi ſucceſſionem admitti, & quæ Imperatori, dum Rex ipſe viveret, fuerat deſponſata, vel nupta, illa non ſuccedat in regno, ut præmittitur. Et ſi regno ſibi delato Imperatori nupſerit, cadat protinus ab eodem, niſi vir ejus imperio prorſus renuntians, ipſis regno, & terra ſolummodo ſit contentus. In primo autem caſu repulſis filia, & aliis prædictis ad perſonas alias ſervatis gradibus regnum Siciliæ perveniant, quæ prænotata ſunt, quod in eodem regno poſſint ſuccedere, ſi Regi præmortuo liberi non ſuperſint. In ſecundo autem caſu regnum, & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere devolvantur, regnumque Siciliæ, & terra prædicta imperio nullo modo ſubdantur, ſeu ſibi nullo unquam tempore in eadem perſona quomodolibet uniantur, & præciſe ſuper hoc articulo tam per pœnas ſpirituales, quam alias cautiones cavebitur juxta Eccleſiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorſus ſit intentionis Romanæ eccleſiæ, ut regnum, & & terra prædicta nulla unquam tempore uniantur, ut ſcilicet unus Romanus Imperator, & Siciliæ Rex exiſtat. Quod autem circa unionem regni, & terræ hujuſmodi cum imperio diximus, hoc ipſum circa unionem regni & terræ prædictorum cum regno Romano, & regno Teutoniæ, ſeu cum Lombardia, vel Tuſcia, ſive cum majori parte ipſarum Lombardiæ, & Tuſciæ intelligimus, & volumus eſſe dictum.

XXXVII. Cenſus annuus octo millium unciarum auri impoſitus.

Pro toto vero generali cenſu ipſius regni & terræ octo millia unciarum auri ad pondus ipſius regni in feſto beati Petri Apoſtoli de menſe junii, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipſi Romano Pontifici, & Romanæ eccleſiæ per te & tuos in dictis regno, & terra heredes annis ſingulis perſolventur. Si vero tu vel iidem tui in dicto regno heredes quocumque termino non ſolveritis integre cenſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediate ſequentem de illo ad plenum non ſatisfeceritis, eo ipſo eritis excommunicationis vinculis innodati. Quod ſi ſecundo termino infra alios ſubſequentes duos menſes ſine diminutione qualibet non perſolveritis, totum regnum Siciliæ, & tota terra prædicta eccleſiaſtico erunt interdicto ſuppoſita. Si vero nec in tertio termino, nec infra duos alios menſes proximos per plenum ſatisfactionem illius ejuſdem cenſus vobis duxeritis conſulendum, ita quod tranſactis eodem tertio termino, & duobus proximis ſequentibus menſibus non ſit de octo millibus unciarum auri hujuſmodi primi termini ipſi Romanæ eccleſiæ integre ſatisfactum, ab eiſdem regno Siciliæ, & terra citra pharum ipſorumque jure cadatis ex toto, regnumque & terra prædicta ex tunc ad Romanam eccleſiam integre, & libere revertantur. Si autem de cenſu octo millium unciarum hujuſmodi primi termini infra dictum terminum, & duos ſubſequentes menſes plenarie ſatisfeceritis, nihilominus ſemper pro octo millibus unciarum ſingulorum terminorum ſimili modo, ſi in earum ſolutione ceſſaveritis, vel illas non ſolveritis, ſimiles pœnas incurratis, ſalvis aliis pœnis, & proceſſibus, quæ vel qui de jure inferri, vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc caſu.

Non penitenti regni abdicatio intentata.

XXXVIII. De equo ſingulis triennis dando.

In quolibet etiam triennio dabis tu, & tui in dicto regno heredes nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus unum palofredum album, pulchrum, & bonum in recognitionem veri dominii eorundem regni, & terræ. Ad hæc tum regnum Siciliæ, & terram poſſideas antedicta, & in iis plenam obedientiam habeas, ac ipſius regni verus Rex cenſearis, ut præfertur, pro inveſtitura hujuſmodi ex nunc ſub infraſcriptis terminis ſolves nobis & præfatæ Romanæ eccleſiæ quinquaginta millia marcharum ſterlingorum, videlicet infra ſex menſes proxime venturos decem millia, & infra ſingulos alios ſex menſes poſt eoſdem primos ſex menſes ſucceſſive computandos ſingula alia decem millia marcharum uſque ad totam ſummam quinquaginta millium marcharum ſterlingorum hujuſmodi, donec tota ipſa ſumma per te aut nomine tuo nobis & eidem eccleſiæ fuerit perſoluta. Quod ſi in eiſdem terminis illas non ſolveris, liberum erit nobis, vel eidem Romano Pontifici contra te pro ſingulis terminis ad pœnas ſpirituales, & temporales procedere, prout nobis, vel ipſi videbitur expedire.

Quinquaginta millia marcharum pro beneficiario jure dato exacto.

XXXIX. Vectigal militum imperatum.

Quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit vel dixerit Romanam eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia hujuſmodi Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur, tu vel tui in dicto regno heredes requiſiti ab eo in urbem, in Campaniam, in Patrimonium B. Petri, in Tuſciam, in ducatum Spoletanum, in marchiam Anconitanam, in præmiſſam civitatem Beneventanam, & ejus territorium, ac pertinentias, quæ ut præfertur eidem remanebunt Eccleſiæ, ac in civitates noſtras Peruſinam, civitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, & Avinionenſem, ac comitatum Venayſini, & in omnes alias terras ipſius eccleſiæ ubicumque conſiſtentes, trecentos milites, equis & armis

de.

decenter munitos & paratos, ita quod unuſquiſque eorum habeat quatuor equitatu-ras, vel tres ad minus, in eccleſiæ prælibatæ obſequium & ſubſidium transmitteres per tres menſes integros, tuis & dictorum tuorum in dictis regno & terra heredum ſumptibus & ſtipendiis ſemel tantum in anno, in ſervitiis ejuſdem eccleſiæ moraturos, menſibus ipſis a die qua iidem milites terram tui dominii, vel fines tui diſtrictus egreſſi fuerint, per vulgares dietas & ſolitas computandis: etſi maluerit Eccleſia eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, ut dictum eſt, navali exercitu juvari, prædicti milites debita taxatione, & recompenſatione prabita in navale ſubſidium commutentur.

XL. Beneventum reſervatum Pontifici.

*Verum quia prædicta civitas Beneventana, quam hactenus eccleſia Romana ſibi retinuit, & in ſuum demanium, ſeu dominium cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis reſervavit, & totum tenimentum civitatis ejuſdem, confinibus ejus antiquis quos Romanus Pontifex quandocumque, ſemel tamen, ſibi placuerit bona fide ſibi diſtinguat, eidem eccleſiæ, & in ejus proprietate libere remanebit, nullo jure tuo-
ri tibi, vel cuicumque alii de regno prædicto retento, ſeu quomodolibet reſervato. Diſtinctioni quoque per Romanum Pontificem ſemel faciendæ, ut dictum eſt, ſtabitis tu & prædicti tui in dictis regno, & terra heredes abſque contradictione ſeu refragatione quacumque, prout ipſa diſtinctio per literas apoſtolicas apparebit. Pro dicta quoque civitate Beneventana reparanda, reficienda, & fortificanda per Romanam eccleſiam expenſis per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora ipſorum regni, & terræ, & omnem materiam ad ædificia opportunam, ut puta lapides, & arenam, quæ puteolana vocatur, cementum, & ſimilia ſine præjudicio juris ſingulorum perſonarum, ad unam dietam prope Beneventum. Præſtabitis etiam ipſis Beneventanis ſecuritatem per totum regnum, & terram prædicta. Privilegia inſuper dictæ civitatis a Regibus, & a principibus conceſſa illibata ſervabitis. Omnia ſtatuta per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, ſeu quoſcumque alios Reges, & per quondam Joannam olim Reginam prædictam facta contra libertatem civitatis ejuſdem revocabitis, & in omnibus, & per omnia, quæ libertates fuerint, cæteris regnicolis pacificabitis illa, nec alia ſtatuta, ſeu aliquas leges condetis in poſterum, per quæ dictæ civitati directe, vel indirecte poſſit præjudicium generari: & pro Apoſtolicæ ſedis, ac beati Bartholomæi patroni civitatis ejuſdem reverentia, fidantias ab omnibus remittetis, & remittetis eiſdem. Fidantiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatis, ut cives Beneventani poſſint vineas libere, & terras excolere, ac ipſarum fructus, & fruges recolligere, ac eaſdem vineas & terras vendere, & de ipſis pro ſua voluntate diſponere ſine aliqua exactione, vel muneris donatione.*

Tu autem & dicti tui in eiſdem regno, & terra heredes in dicta civitate, & ejus territorio, ac pertinentiis ſuis, quæ Romanæ eccleſiæ remanebunt, vel in urbe, ſeu in Campania, vel Maritima, ſeu ducatu Spoletano, aut marchia Anconitana, vel in Patrimonio B. Petri, in Tuſcia, in civitatibus Peruſina, civitate Caſtelli, Bononienſi, Avinionenſi, & comitatu Venayſini, ſeu in aliis quibuſcumque, aut demaniis, ſeu feudis ipſius eccleſiæ ubilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, aut donatione, ſeu venditione, aut aliorum jure, ſive titulo, ſeu contractu, nihil umquam vobis acquiretis, vel vendicabitis, ſeu poteritis acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil umquam recipietis, vel habebitis, aut retinebitis; ſeu poteritis habere, recipere, vel etiam retinere, aut nullam poteſtariam, capitaniam vel rectoriam, nullumque alium honorem, nullam dignitatem, ſeu poteſtatem ſenatoriam, vel quamcumque aliam adminiſtrationem, ſeu commendam, nec quodcumque aliud officium recipietis, ſeu recipere poteritis in eiſdem. Hoc autem intelligimus de illis heredibus tuis, & tuorum in dicto regno, & terra heredum, qui in eiſdem regno Siciliæ, & terra ſuccedent. Nolumus enim quod delictum aliorum heredum, qui ſuccedent tibi, vel illis, in civitatibus, & aliis terris tuis, vel ipſorum in pœna heredis, qui eſt tibi, vel ipſis ſucceſſurus in regno, & terra præfatis, aliquatenus extendatur. Ne vero hujuſmodi alii heredes tui, vel ipſorum, contra ea, quæ in iſto continentur articulo, aliquo forſitan tempore venire præſumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, ſeu retinendo ſibi aliquid in terris in articulo ipſo expreſſis, ſeu comprehenſis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in terris eiſdem poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquid aliud de his, quæ in articulo continentur eodem, ſicut ſuper his duximus providendum, ut videlicet nulli etiam hujuſmodi aliorum heredum tuorum, vel ipſorum ullo umquam tempore liceat ſibi quidquam in eiſdem terris acquirere, ſeu vendicare, percipere, habere, vel etiam retinere poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquod aliud in his, quæ [prout dictum eſt] in eodem articulo plenius continetur. Quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe, nec ejus poſteri in perpetuum poſſint in eodem regno ſuccedere, ſi eis in aliquo caſu hujuſmodi ſucceſſio deferretur, ſed ab illa repellantur omnino: & nihilominus ille, qui

XLI. Prohibitum Regibus Siculis ne quid inditione pontificia acquirere poſſint.

Magiſtratum in ea comprehenti intentatum anathema.

tunc

tunc ejuſdem regni gubernacula præſidebit, Romano Pontifici patenter aſſiſtere teneatur. Si vero tui in ipſis regno, & terra heredes prædictam civitatem Beneventanam, territorium, pertinentias ejus, quæ remanebunt Eccleſiæ, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam, vel Maritimam, ſeu urbem; vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, ſeu Patrimonium B. Petri in Tuſcia, aut civitate Peruſina, civitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Avinionenſi, aut comitatu Venoyſini, ſeu alias quaſcumque terras Romanæ eccleſiæ ubilibet conſtitutas, vel ipſarum aliquam partem occupaveritis, ſeu occupari feceritis, aut ſuper his offenderitis, vel moleſtaveritis Eccleſiam, ſeu feceritis moleſtare, & poſtquam ſuper his a Romano Pontifice moniti, & requiſiti fueritis, vel ſi commode moneri aut requiri nequiveritis, juxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem, vel dictum poſtquam ad hoc ſolemniter te, vel heredes ipſos monuerit, infra tres menſes non reſtitueritis integre omnia occupata, eo ipſo ab ipſorum regni Siciliæ, & terræ jure cadatis totaliter, ipſaque regnum, & terram prorſus amittatis, & ad Romanam eccleſiam libere devolvantur. Quod ſi etiam retinueritis occupata, nihilominus ad plenum de univerſis injuriis, & damnis illatis ad mandatum ejuſdem Romani Pontificis ſatisfacere teneamini: alii quoque heredes tui, videlicet qui tibi non ſuccedent in regno, occupare vel occupari facere ſuper illis eamdem Eccleſiam non attentent: illi vero, qui ſecus fecerint, præmiſſas pœnas incurrant, ut videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi, quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem regni, & terræ prædictorum, ſi in aliquo forte caſu eadem ſucceſſio devolveretur ad illos, nullatenus admittantur, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, ut ſuperius eſt expreſſum.

XLII. De reſtituendis bonis eccleſiis. Sane omnibus eccleſiis tum cathedralibus quam aliis etiam regularibus, ſæcularibus, nec non omnibus prælatis, & clericis, ac univerſis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, & quibuſcumque religioſis locis regni, & terræ prædictorum plenarie remittentur, & reſtituentur integre omnia bona eorum immobilia a quibuſcumque ablata, vel occupata ſint, & per quoſcumque detineantur: mobilia vero, quæ extant, & poterunt inveniri, ſimili modo reſtituentur eiſdem. Hæc autem reſtitutio fiet abſque contradictione, vel difficultate qualibet, ſicut nanciſcemini prædictorum regni Siciliæ, & terræ poſſeſſionem, hoc modo, ſcilicet quod ſtatim in illa parte ipſorum regni & terræ, quæ tibi vel ipſis heredibus obediet, reſtitutio ipſa fiet, ipſa poſtmodum ſucceſſive conſummabitur, ſicut eadem regnum, & terra habebuntur. Ne autem ſuper his rebus reſtituendis oriri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur a Romanis Pontificibus aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum & arbitrium bonorum, & rerum mobilium & immobilium, quæ extant, reſtitutio plena fiat, ita quod eadem, de quorum dominio, vel proprietate ſeu poſſeſſione notorium fuerit, ad eorum arbitrium, & mandatum mox reddentur: in dubiis vero per ipſos de plano, & abſque judicii ſtrepitu diligentius veritas inquiretur. Sufficiat autem vocare camerarium, vel procuratorem, vel baillivum, in cujus juriſdictione, vel baillivia ſeu territorio bona de quibus agetur conſiſtent, ad videndum jurare teſtes, qui in hujuſmodi diſpoſitione deponant.

Omnes inſuper eccleſiæ tam cathedrales, quam aliæ regulares, & ſæculares, nec non omnes prælati & clerici, ac univerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares, & religioſæ, & quæcumque religioſa loca in regno, & terra prædictis conſiſtentia, cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, proviſionibus, quas [ſalvis reſervationibus apoſtolicis] fieri contigerit, & omnibus aliis, plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, ſive in electionem, vel poſt Regis aſſenſus vel conſilium aliquatenus requiretur. Quam utique libertatem tu & tui in dicto regno heredes ſemper manutenebitis & conſervabitis, ac manuteneri & conſervari facietis ab omnibus ſubditis veſtris, dictæque eccleſiæ & perſonæ utantur libere bonis & juribus ſuis omnibus, ſalvo tibi & tuis in hujuſmodi regno heredibus jure patronatus in eccleſiis tantum quantum in hac parte patronis eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, ubi antiqui Reges Siciliæ hujuſmodi juſpatronatus in ipſis eccleſiis habuerunt. De conſervandis immunitatibus Eccleſ.

Omnes etiam cauſæ ad forum eccleſiaſticum in regno & terra prædictis pertinentes libere & abſque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur, ac ventilabuntur coram ordinariis, & aliis eccleſiaſticis judicibus, & terminabuntur per eos. XLIII. De foro eccl.

Etſi ad ſedem Apoſtolicam pro hujuſmodi cauſis appellari contigerit, tam appellantes, quam appellati ad eamdem venire ſedem pro appellationum proſecutionibus libere, & abſque inhibitione aliqua permittentur. Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſores antiquis illis Siciliæ Regibus præſtiterunt, ab illis autem prælatis, & eccleſiis, qui regalia ſive temporalia bona tenent. De appel. ad ſed. Apoſtol. De ſacr. fidelit. præſtando eccl.

Si qui tamen ſunt, qui hujuſmodi bona teneant a domino regni, & aliis dominis temporalibus, & qui ratione hujuſmodi bonorum ab antiquo conſueverunt Regibus & ip-

& ipſis dominis temporalibus ſervitia exhibere, hujuſmodi honeſta & antiqua ſervitia ſecundum rationabilem & antiquam conſuetudinem, & ſicut inſtituta patiuntur canonica impendentur, ſalva tamen Romani Pontificis, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & juriſdictione plenaria, & libera poteſtate circa eccleſias, & alias regulares (Quid in jure patron. ſervandum.) & ſæculares perſonas, & loca eccleſiaſtica prædicta, tam in faciendis proviſionibus, & electionibus confirmandis, quam quibuſcumque aliis conceſſionibus, & gratiis, ac ſuper eis conficiendis literis apoſtolicis, quas ceſſante omni impedimento per vos, ſeu officiales & ſubditos veſtros præſtando, permittetis libere & abſolute executioni debitæ demandari: quinimmo præſtantes impedimentum, aut retinentes, & inobedientes comprimetis, & punietis, & ad obedientiam, & reverentiam literis Apoſtolicis exhibendam compelletis & conſtringetis, & requiſiti manu militari, prout ipſorum literarum apoſtolicarum executori, judici, ſeu nuntio videbitur, aſſiſtetis remediis opportunis.

XLIV. (Datæ leges pro libertate eccleſiaſtica.) Revocabitis etiam tu & dicti tui heredes in ipſo regno omnes conſtitutiones & leges per dictum Federicum Regem Siciliæ, ſive per Conradum ipſius Frederici filium, aut Manfredum quondam principem Tarentinum, ſeu per dictam quondam Joannam Reginam, vel alios Reges aut Reginas regni & terræ præfatorum, ſeu alios quoſcumque editas contra eccleſiaſticam libertatem: nec ſtatuta edetis, aut conſuetudines introducetis, ſeu etiam promulgabitis, per quæ juri, & libertati eccleſiaſticæ in aliquo derogetur.

(Ne Clericos ad forum ſæc. trahatur.) Promittetis etiam, quod nullus clericus aut perſona eccleſiaſtica eorumdem regni & terræ in civili vel criminali cauſa ad faciendam fidem de titulo vel poſſeſſione clericatus convenietur coram judice ſæculari, niſi ſuper feudis judicio petitorio conveniatur civiliter: ſed omnes eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, & alia pia & religioſa loca, & beneficia ac perſonæ eccleſiaſticæ regni & terræ prædictorum omnimode erunt liberæ & libera, & in nullo Regi aut principi ſubjacebunt.

(Vetita omnis exactio.) Nullas inſuper tallias, ſeu collectas imponetis Eccleſiis, monaſteriis, locis, vel beneficiis prædictis, aut clericis & perſonis eccleſiaſticis; ſeu rebus eorum, & in eccleſiis in dictis regno & terra vacantibus tu, vel prædicti tui in regno heredes nulla habebitis regalia, nulloſque fructus, redditus, & proventus, nullaſque etiam obventiones, ac nulla prorſus alia recipietis ab eiſdem, cuſtodia eccleſiarum earundem interim libera remanente penes perſonas eccleſiaſticas, juxta canonicas ſanctiones.

XLV. Comites vero, barones, milites, & univerſi homines totius regni & terræ prædictæ vivent in ea libertate, & habebunt illas immunitates illaque privilegia, & eis gaudebunt, quas & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi II. Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus habuerunt.

Omnes exules regni Siciliæ & terræ prædictorum cujuſcumque conditionis exiſtant ad mandatum Romanæ eccleſiæ reducentur (De reſtituendis exulibus.) ad regnum & terram prædicta, ipſiſque de bonis & juribus eis debitis reſtitutio plena fiet. In hujuſmodi autem reſtitutione ſecundum præſcriptam formam in capitulo de bonis eccleſiarum reſtituendis contentam tum in notoriis quam in dubiis procedetur, omneſque captivos & obſides, qui tenentur in regno & terra prædictis Romanos, & regnicolas, alios quoſcumque reſtituetis eorum libertati pro poſſe.

Jus etiam quod quicumque de terris Eccleſiæ, ſeu Tuſcia, vel Lombardia, aut (Jura ſuo cuncti illæſa ſervanda.) Romanæ eccleſiæ fideles in comitatibus, civitatibus, terris, caſtris, villis, ſeu locis a ſede Apoſtolica ſeu a Regibus ſeu principibus ſibi conceſſum obtinent, nec non jus, quod privati a jure, vel per proceſſus apoſtolicos olim habebant, ſi eos ad illud apoſtolica auctoritate legitime reſtitui contingat, etiam penitus ſalvum erit, nec per præſentem regni & terræ conceſſionem comitatuum, ſeu aliorum conceſſorum hujuſmodi cuiquam quoad proprietatem & poſſeſſionem præjudicium aliquod generetur, regio jure in his omnibus ſemper ſalvo.

Nullam etiam confœderationem, ſeu pactionem, vel ſocietatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, ſeu principe, vel barone, Chriſtiano, Græco, vel Sarraceno, aut (Vetitum fœdus contra ſed. Ap.) cum aliqua provincia, ſeu civitate, aut communitate, ſeu aliquo loco ſcienter contra Romanam eccleſiam, vel in ejus damnum facietis: etſi ſecus fieret, quod factum fuerit, ſit ipſo jure nullum, etſi eum feceritis ignoranter, nihilominus quatenus de facto feceritis, indilate tentamini ad mandatum Eccleſiæ revocare.

Denique omnes præmiſſas conditiones, quæ in perſona tua apponuntur, circa tuos etiam in dictis regno & terra heredes & (XLVI. Hæredes & ſucceſſores omnes obſtricti.) ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas, ſalvis omnibus, quæ circa alios tuos heredes ordinata ſunt prout ſuperius eſt expreſſum. Cæterum quoniam in quibuſcumque articulis ſeu capitulis prædictarum conditionum continetur expreſſe, quod in certis caſibus tu, & prædicti tui heredes excommunicationis ſententiam incurratis, & dictum regnum, & terra, & tua & ipſorum heredum terræ ſint eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, & ad Romanam eccleſiam regnum & terra prædicta libere devolvantur, nos hujuſmodi ſententias videlicet excommunicationum in te, & eoſdem heredes, ac interdicti in regnum & terram prædicta, ſi tua, vel ipſorum culpa hu-

juſ-

Digitized by Google

ejuſmodi caſus emerſerint de prædictorum fratrum conſilio ex nunc auctoritate apoſtolica tenore præſentium promulgamus.

XLVII. Formula ſacramenti a Rege nuncupandi. *Forma autem juramenti prædicti per te de proximo in manibus dicti Latini Cardinalis, & per tuos in dicto regno heredes præſtandi, talis eſt:* Ego Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, *plenum homagium, ligium, & vaſſelagium faciens, vobis domino meo, domino Pio Papæ II. &c. eccleſiæ Romanæ pro regno Siciliæ, & tota terra, quæ eſt citra pharum uſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta civitate Beneventana cum toto territorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentiis ſuis ſecundum antiquos fines territorii, pertinentiarum, & diſtrictus civitatis ejuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, & vobis domino Pio Papæ II. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ſanctæque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ. Non ero in conſilio, vel conſenſu, ſeu facto ut vitam perdatis, ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini, vel capiantur mala captione. Conſilium quod mihi credituri eſtis per vos aut nuntios veſtros, vel per litteras, ad veſtrum vel eorum damnum ſcienter nemini pandam, etſi ſcivero fieri, vel procurari, ſeu tractari aliquid, quod ſit in veſtrum, vel ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam, etſi hoc impedire non poſſem, illud vobis vel eis ſignificare curabo. Papatum Romanum, & regalia S. Petri, tam in regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi conſiſtentia adjutor vobis & eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem.*

Univerſas & ſingulas conditiones ſuprascriptas, & contentas in præſentibus litteris apoſtolicis, ſeu ipſorum regni & terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula quæ in eis continentur literis, plenarie adimplebo & inviolabiliter obſervabo, & nullo umquam tempore veniam contra ea. Non procurabo per me, vel alium, ſeu alios quoquo modo, ut eligar, vel nominer in Regem, vel Imperatorem Romanum, ſeu Regem Teutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, etſi electionem vel nominationem ad imperium, vel regnum Romanum, ſeu regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ vel Tuſciæ, ſeu majoris partis earumdem de me celebrari contigerit, nullum hujuſmodi electioni, ſeu nominationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicujus ipſorum regimine.

Neque etiam de civitate Beneventana, & ſuis territorio, diſtrictibus, & pertinentiis, ſeu Campania, neque de Maritima, ducatu Spoletano, marchia Anconitana, Patrimonio B. Petri in Tuſcia, Maſſa, Trabaria, Romandiola, alma urbe, in civitatibus Peruſina, civitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Avinionenſi, aut comitatu Venayſini, ſeu aliis terris quibuſcumque veſtris, & demaniis, ſeu feudis ipſius eccleſiæ ubilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, ſeu donatione, aut venditione, vel alio quovis titulo, vel contractu, nihil umquam mihi acquiram, vel vendicabo ſeu potero acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil umquam recipiam, vel habebo, ſeu retinebo, vel potero recipere, habere, aut etiam retinere in illis. Neque ullum poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam, ſeu recipere potero in eiſdem, aut ipſorum aliquo. Nec etiam occupabo, aut occupare permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorumdem. Nec illa offendam, vel moleſtabo, nec etiam Romanam eccleſiam quoquomodo ſub cenſuris, pœniſque ſpiritualibus & temporalibus in ſupradictis conditionibus & infeudatione contentis, quas hic haberi volo ac ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice repetitis, & expreſſis. Schiſmatico, aut hæretico cuicumque, vel a fide devio, & ab ipſa eccleſia præciſo, ejuſque ſequacibus, aut dantibus eis auxilium, conſilium, vel favorem non dabo quovis modo per me, vel alium, ſeu alios, directe vel indirecte publice vel occulte, auxilium, conſilium, vel favorem, nec ab aliis quantum in me fuerit, ſi impedire potero dari permittam, ſed eos juxta poſſe meum, donec convertantur, perſequar & invadam. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia.

Tu etiam & dicti tui in eiſdem regno, & Siciliæ terra heredes dabitis privilegium veſtrum nobis, & dictæ Romanæ eccleſiæ aurea bulla bullatum, in quo proprio juramento fatebimini, & recognoſcetis expreſſe, regnum Siciliæ, & totam terram ipſius, quæ eſt citra pharum uſque ad confinia ejuſdem Romanæ eccleſiæ, excepta civitate Beneventana cum territorio, & pertinentiis ſuis, quæ eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ & noſtra tibi tuiſque heredibus fuiſſe conceſſa, voſque recepiſſe & tenere regnum & terram hujuſmodi a nobis, & dicta Romana eccleſia ſub pactis, modis & conditionibus ſupradictis. Nolumus autem per præſentes tuis, vel aliorum quorumcumque juribus, ſi qua tibi & illis in regno & terra prædictis quomodolibet competunt, nullatenus derogari. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, confirmationis, & novæ largitionis, inveſtituræ, infeudationis, decreti, reſervationis, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. ſi quis, &c. Cunctis vero præmiſſa ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præ- XLVIII. Imperatum ut illud ſcriptum bulla aurea obſignent.

mia

mia æternæ pacis inveniant. Amen. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLVIII. IV. id. novembris pontificatus noſtri anno I.

Ego Pius catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Cardinalium decreto conſentientium nomina.

Ego Iſidorus epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Ruthenus conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego B. epiſcopus Tuſculanenſis Cardinalis Nicenus conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Joannes Cardinalis S. Sixti conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Antonius S. Chryſogoni presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Philippus tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis Bononienſis conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus tit. S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Petrus tit. SS. Marci presbyter Cardinalis Venetiarum epiſcopus Vicentinus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Ludovicus Joannes tit. SS. Quatuor coronatorum presbyter Cardinalis Segobienſis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Joannes tit. S. Priſcæ presbyter Cardinalis Zamorenſis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi me.

Ego Jacobus tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Proſper S. Georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis de Columna conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Jacobus S. Euſtachii diaconus Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.

Admiſſæ ſuperiores leges a Ferdinando.

Ego Rodericus Cardinalis diaconus S. Nicolai S. R. E. vicecancellarius conſenſi, & manu propria ſubſcripſi. Paruit Ferdinandus Rex, ac regias literas de admiſſis legibus dedit, quarum hoc eſt exordium.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Jeruſalem & Hungariæ.

XLIX. *Omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis notum facimus, quod cum S. D. N. Pius divina providentia Papa II. anno a nativitate domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo, quarto idus novembris pontificatus anno primo bullam inveſtituræ regni Siciliæ, & terræ citra Pharum nobis, & filiis, ſui noſtris utriuſque ſexus, tam natis quam naſcituris, licet abſenti conceſſerit, & per vexilli Romanæ eccleſiæ traditionem de regno & terra prædictis nos inveſtiri mandavit, & reverendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Latino tituli ſanctorum Joannis & Pauli presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ipſius S. D. N. & ſanctæ Romanæ eccleſiæ nomine ad infraſcripta per ejus ſanctitatem ſpecialiter deputato fidelitatis juramentum præſtiterimus, ad perpetuam rei memoriam, ipſiuſque ſummi Pontificis, & Romanæ eccleſiæ expreſſam legitimam, & conſuetam cautionem & fidem, & omnia & ſingula capitula, promiſſiones, conditiones, conventiones, & juramenta, in præfata bulla inveſtituræ regni Siciliæ & terræ citra pharum expreſſa, & ſpecificata per præſentes literas noſtras regias ſub bulla aurea ſigillatas ſervare, implere, manutenere, & nihil omnino omittere ſpondemus, & ſub regia fide noſtra expreſſe promittimus; quorum conditiones capitulorum & juramenti præſtiti tenor ſequitur de verbo ad verbum & eſt talis. Conditiones vero prædictæ ſunt, hæ videlicet: Promittetis & jurabitis tam tu in manibus ipſius Cardinalis, quam in ſingulis inveſtituris, &c.* Iiſdem omnino verbis eæ leges repetitæ ſunt, quibus eas Pontifex conceperat atque ideo ſunt prætermiſſæ. [1] Illius ea de re literæ.

Trinitarii tres martyrio Conſtantinopoli affecti.

L. Hoc anno effectus (a) eſt martyrio Eugenius ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis una cum duobus ſociis, cum ſe antea pro liberando ſacerdote ſervituti addixiſſet, de quo ejuſdem ordinis annales hæc referunt: *B. Eugenius Macſeixan Hybernus doctor theologus*, & infra, *cum duobus ſuæ religionis ſociis profeſſoribus ad Chriſtianos redimendos Conſtantinopolim adiit, ubi cum a perfidis tota pecunia expoliati in ignem vivi conjicerentur, corporibus in cinerem verſis, immortales animæ in cœlum celeriter demigrarunt. Sequente nocte candidis veſtibus induti, capita coronis redimiti, manibus palmas gerentes & pe-*

(a) *Gonzal. Davila in compendio hiſt. ord. Trin. Joan. de Figueras in chron. p.* 185.

Poſt mortem cæleſti viſo edicunt judici damnatum iri ni fiat Chriſtianus.

NOTÆ [1] Quamquam literæ Pii paragrapho ſuperiori in annalibus relatæ ad annum hunc pertinent; quas tamen Ferdinandus reſcripſit, hic num. 49. recitatas ad ſequentem ſpectare mihi penitus exploratum eſt. Datæ ſunt enim illæ a Ferdinando, eum rex non amplius electus, ſed abſolutus jam, & confirmatus eſſet. Quin & palam teſtantur juratum fuiſſe a Ferdinando in verba pontificis juxta præſcriptam ſibi ab eodem pontifice, & a Latino cardinali traditam formulam; id vero ipſa coronationis die præſtitum aliorum regum conſuetudo demonſtrat. Coronatum vero Ferdinandum a Latino cardinali anno ſequenti die XI. februarii ſcribit de Raimo in annalibus Neapolitanis. Sed quoad diem authorem hunc falli ex eo conſtat, quod anno ſequenti Pius ea literis a Latino acceptis certior factus de inveſtitura regni Neapolitani Ferdinando tradita, ipſe pontifex die I. februarii reſponderit. Legendum eſt igitur forte die XI. Januarii. De anno vero apud de Raimo nihil erratum ex eo diſcimus, quod etiam in ephemeridibus Neapolitanis ab anonymo ejus ætatis digeſtis, corona donatus rex anno 1459. ſcribitur. Mansi

& pectora crucibus ornati ad oſtium domus judicis, a quo judicati fuerant, conſiſtentes, illum juſſerunt impium vitæ inſtitutum mutare, Chriſtianorumque religionem amplecti, confirmantes, aliter in æternum damnatum iri. Anno Domini MCDLVIII. *die nona ſeptembris.*

Anno

I. ANno hujus ſæculi ineunte quinquageſimo nono indictione ſeptima Pius Papa Mantuam profecturus, ut ſolemnes ex omnibus Chriſtiani Imperii ordinibus conventus ad expeditionem ex univerſis occidentalibus regnis adverſus Turcas conficiendam celebraret, eo primum curas vertit, ut ſi ab urbe abſentem ſe obire diem contingeret, ſucceſſuri Pontificis electio fieret legibus, ne inexpectato aliquo caſu novum aliquod in Eccleſia ſchiſma, ſi Cardinales locorum intervallis ſententiiſque diſcreparent, conflaretur: edita itaque ſanctione ſtatuit, (a) quid in eo rerum diſcrimine agendum foret.

Conſultum a Pio ne eo extincto aliquod ſchiſma oriatur.

(a) *Lib. 2. p. 261.*

Ad futuram rei memoriam.

Cum, concedente Deo, poſt feſtum inſtantis epiphaniæ profecturi ſimus ad dietam per nos Mantuæ dudum indictam, & curiam Romanam, quoad aliud ordinandum duxerimus, in hac alma urbe dimiſſuri, prout in aliis noſtris ſuper inde confectis litteris latius continetur, cogitantes mortali conditioni nos ſubditos eſſe, & interim forte placiturum eſſe Altiſſimo, vitæ ſuæ creatoſque noſtri auctori, nos ex hac luce ſubtrahere, ad omnia providenda, per quæ ad electionem novi Pontificis ſucceſſoris noſtri unanimiter & cum facilitate poſſit procedi, nec non ad omnia juris dubia ſubmovenda, quæcumque in electione hujuſmodi poſſent forte oriri, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod ſi nos ultra civitatem Florentiæ contingat decedere, condito prius, donec aliud fuerit ordinatum, in cathedrali eccleſia ejus civitatis, in qua obitum ejuſmodi evenire contigerit, corpore noſtro, aut ad propinquiorem cathedralem delato, ſi locus ipſe deceſſus non fuerit civitas, Cardinales qui in curia prædicta remanſerint alios Cardinales, qui nobiſcum ad memoratam dietam exierint tregenta, ſi vero citra eandem civitatem aut in eadem mors ipſa acciderit, quindecim tantum dies a die obitus antedicti in hujuſmodi fienda electione expectare teneantur, & debeant; nec non poſtquam omnes ſimul ad hanc ipſam urbem convenerint, finitis prius de more exequiis eundem dierum numerum reſtringere, ſi eis videbitur, libere & licite valeant, ac mox conclave ad celebrandam electionem ingredi ſimiliter teneantur & debeant; decernentes irritum & inane quidquid in contrarium forſitan factum fuerit & attentatum, conſtitutionibus apoſtolicis de brevioris tempore ad invicem conveniendum, & ad electionem hujuſmodi procedendum loquentibus, per quas hac vice dumtaxat præſenti ordinationi nullum præ-

Præſcriptus dierum numerus pro conclavi ineundo.

judicium volumus generari, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ anno MCCCCLIX. non. januarii pontificatus noſtri anno I.

II. Ne autem interea Turcæ orientales Chriſtianos, & Græcorum reliquias opprimerent, dum Mantuani conventus pro decernendis parandiſque auxiliis agerentur, ſacrum equeſtrem ordinem creavit (b), qui in inſula Lemno, ac finitimis inſulis Ægæi maris præcipuas ſedes locarent, atque eorundem Turcarum comprimerent impetus, ne ex Helleſponto in Ægæum mare excurrerent, atque etiam inde facilius bellum inferri Turciæ poſſet: paribus vero hoſce religioſos equites prærogativis, & inſignibus decoravit, quibus Rhodia militia ornata fuerat: tum plures domos, prædia, vectigalia aliorum ordinum, qui obſoleverant, attribuit.

Nove militiæ in Turcas inſtitura.

(b) *Lib. 3. p. 4.*

Ad futuram rei memoriam.

Licet olim nonnullæ ex Chriſtianis religionibus, quibus tamquam variis gemmis ornata Chriſti ſponſa gloriabatur Eccleſia, in pretio ac magna fidelium devotione eſſe conſueverint, tamen partim aliorum ſupervenientium ordinum origine, partim ipſa temporum diuturnitate, ac fidelium populorum diminutione religiones ipſæ a veteri ſtatu ita defluxerunt, ut (quod maxime dolendum eſt) vix in quibuſdam ex eis tot perſonæ quot loca valeant reperiri, ipſæque jam religiones ſine ullo prope fructu nomen dumtaxat ſuæ fundationis nuncupationiſque obtineant: ex quo animum noſtrum non indigne ſubiit meditatio, indecens eſſe eos in Eccleſia tolerari, qui talentum ſibi creditum in terra abſcondentes, ſi non plura, unum aliud tamen domino in lucrum non curaverint cumulare. Itaque in hac noſtra, quæ animum noſtrum dies noctesque angit, vehementi cura principes & populos Chriſtianos in unum congregandi locum, ubi reſiſtendi impiis Chriſtiani nominis hoſtibus Turcis, vel potius eos, dante Domino, exterminandi, fiat apparatus, neceſſarii, id etiam cogitamus non parvo futurum Chriſtianorum provinciis adjumento, ſi ad Helleſponti ſive, ut dicunt, ſtrecti Callipolitani fauces, per quas infidelibus in Chriſtianorum Ægæi pelagi inſulas, & maritimas regiones navigio eſt diſcurſus, præſidium imponatur, a quo tranſitus illis impeditior difficiliorque reddatur: cum tamen noſter eo ex loco invadendi illos facultatem maximam fiat habituri, habitaque cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus conſultatione novam religionem unam in Lemno & aliis inſulis inſtituere decrevimus, quæ ſicut Rhodienſium quingentis inde ſimcta milliaribus a Mancis & parter

Quibus cauſis Pius permotus fuerit.

In Lemno illius ſedes fixa.

tes a Turcis in amplum mare diſcurrentibus Chriſtianos protegit, ita partim Turcas ad ipſam navigaturas maris amplitudinem impediat, & detineat, partim in littoreis regionibus, & ipſo in Callipolitano canali dies noctesque infeſtet.

III. *Cum tamen interea non parum eſſe videatur eamdem Lemnum aliaſque inſulas Chriſtianis frequentatam habitatoribus ita omni ſtudio, & animi ardore a Turcis defenſare, ſicut illius habitatores ſeſe dilecto filio Ludovico Cardinali Aquilejenſi camerario noſtro, ſedis Apoſtolicæ legato poſtquam recepti per arma fuerunt, fideliſſimos exhibuerunt; pro hujuſque noſtri*

B. Mariæ Bethlemitanæ illi nomen inditum. *propoſiti conſummatione ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ Filii ſui unigeniti, genitricis Mariæ nova hæc militaris religio ipſius B. Mariæ Bethlemitanæ vocabulo appellabitur, hoſpitale ſicut & Rhodienſe Lemni inſula habitura. Pro fundamento autem, ac ſubſiſtentia dictæ religionis novæ alias religiones, ſive militias, ac hoſpitalia infraſcripta, videlicet S. Lazari ubilibet conſiſtentia, S. Mariæ de Caſtello Britonum de Bononia, ac ſancti Sepulchri, nec non Sancti Spi-*

Aſcripta illi ingentia vectigalia. *ritus in Saxia de urbe, & omnia ab eo dependentia, aut illius habitum ſeu crucem duplicem deferentia ubilibet exiſtentia, & B. Mariæ cruciferorum, nec non hoſpitale S. Jacobi de Altopaſſu Lucanæ diœceſis, cum eorum domibus, prioratibus, hoſpitalibus, & membris quocumque nomine cenſeantur præfatæ novæ religioni de conſilio, auctoritate, & poteſtate prædictis tenore præſentium dedicamus, applicamus, appropriamus, & annectimus, & incorporamus: nec non priores ordines, & nomina religionum ipſarum, ac prioratus, & alias dignitates in eiſdem omnino ſupprimimus, & extinguimus, illaque de cætero ejuſdem religionis militaris, ac hoſ-*

Quænam inſignia data. *pitalis B. Mariæ Bethlemitanæ nuncupati eſſe, cenſeri, ac appellari volumus. Hujus autem religionis erunt fratres, ac milites etiam Sacerdotes, ſicut & in Rhodienſi prædictis, quorum ac dicti hoſpitalis B. Mariæ Bethlemitanæ caput erit magiſter, ab eiſdem fratribus pariformiter eligendus. Pro habitu quoque regulari deferent crucem rubeam in campo albo, ac in cæteris omnibus omnino parem fratribus Rhodienſibus, &c.* Plura alia decernis ad novum equeſtrem ordinem conſtituendum pluribuſque privilegiis eum exornat. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis*

Pii II. verſus Mantuam iter. *dominicæ MCDLIX. xv. kal. februarii pontificatus noſtri anno 2.*

IV. Ex aſcripta hiſce literis Romæ exaratis die emendandi ii, qui Pontificem xv. kal. febr. urbe exceſſiſſe Mantuam aditurum referunt; tum ex ms. codice tabularii Vaticani (a), in quo dies profectionis his verbis deſignata eſt: *Die xxii. januarii MCCCCLIX. dominus Pius receſſit de urbe*, quibus etiam conſentit Gobelinus, qui Pii iter accurate deſcribit hiſce verbis (b): *Pontifex maximus ad tertiodecimo kalendas februarii, quæ dies profectionis dicta eſt, ex palatio apoſtolico, quod eſt apud S. Petrum in Vaticano intempeſta nocte ad ædem S. Mariæ majoris in Exquilino monte ſe contulit, ibique ſequenti die commoratus frequenti populo ac vehementer lacrymanti lacrymans ipſe benedixit: & poſtridie ſole nondum orto per thermas Diocletiani, & collem Suburræ ad portam Flaminiam nunc populi vocant & deinde ad pontem Milvium deſcendit. Cardinales eo*

Qui Cardinales eum ſtiparint. *uſque ſecuti ſunt, & optimatum urbis plebiſque maxima pars. Ibi equitum in armis expectabant turmæ, quæ Pontificem tutum deducerent. Tum dimiſſo populo ſex Cardinales delecti ſunt, qui Papæ ſervirent iter agenti, Vilhelmus Rothomagenſis e regia ſtirpe natus, Alanus Avinionenſis nobilis Brito, Philippus Bononienſis Nicolai Pontificis quondam frater, Petrus S. Marci, Proſper Columnenſis, Rodericus vicecancellarius, qui Romanorum Pontificum nepotes fuerunt, Eugenii, Martini, Calliſti. Cardinales reliqui, ex quibus nonnulli valetudinarii fuerunt, juſſi ſunt Ro-*

Suæ saluti rem Chriſtianam prætulit. *mæ manere, aut mitius veris tempus expectare, ac tum propere ſequi, &, cum aliorum ægritudinibus Pontifex ignoſceret, ſuæ nequaquam pepercit, qui podagræ dolore, & pluribus affectus morbis ſubire mortis periculum maluit, quam conſtitutam profectionis diem negligere. Obſtabant amici multiſque artibus remorari præſulem adnitebantur, horridam hyemem, & rigidas Apennini alpes, & itineris mille pericula memorantes: quæ cum fruſtra objectarentur, non defuere qui dicerent: En, Pontifex, ſi nulla tui corporis tenimet cura, reſpice ſaltem, quæ tibi commiſſa eſt Romanam eccleſiam, & quot ei inſidiæ præparentur animadverte. Et quis patrimonium B. Petri te abſente tuebitur? quamprimum Padum tranſmiſeris invadent regnum tuum lupi rapaces, nam quæ terra eſt tyrannis, ne dicam latronibus magis fœcunda, quam tua? Piſanum alii, Umbriam alii, alias alii provincias dilacerabunt, nudabuntque prorſus ſponſam tuam.*

Objectus plurium diſcriminum terror. *Cum redieris non invenies locum, ubi reclines caput, quem poſſis tuum dicere. Ad hæc Pontifex: Meliora, inquit, præſtabit Deus, cujus nos cauſam peregre proficiſcimur: quod ſi permiſerit divina miſeratio id fieri, quod timetis, privari his temporalibus bonis Eccleſiam, quam fidem malumus: niſi ſervamus, quod promiſſum eſt, perit fides noſtra; & quis amplius crederet nobis? Religio quoque in diſcrimine poſita, quam Turca oppugnant, adverſus quos conventus indictus eſt, ſi non pergimus, nutat. Temporale regnum Eccleſiæ & hoc*

ſæpe

(a) Apud regeſt. ss. brev. Coll. III. p.28.

(b) Gobel. in comm. Pii II. l. 2.

ſæpe amiſſam eſt & ſæpe recuperatam: ſpirituali ſi ſemel exciderimus difficile vendicari aliquando poterit. Pereant hæc fluxa dum ſolidiora illa retineamus. Nec plura loquutus iter ingreſſus eſt.

V. Subdit author pernoctaſſe primum Pontificem apud Campanianum Urſinorum oppidum ſextodecimo ab urbe milliari diſtans, ibique archiepiſcopum Tranenſem Latini Cardinalis fratrem ſummo cum apparatu Pontificem omnemque curiam excepiſſe; inde cum Tifernum iter haberet, allatæ ſunt literæ, quæ Aſſiſium a Jacobo Piccinino Romanæ eccleſiæ reſtitutum, ut pactus antea erat Ferdinandus Neapolitanus Rex, nunciabant; cum vero eas vix legiſſet, concitato curſu veniſſe nuncium ab Everſo Anguiliariæ comite, qui labores viæ prænunciabat, ac pluru ex illius diſceſſu imminentia diſcrimina, & uniequam kal. auguſti adeſſent, ingentes turbas in eccleſiaſtica ditione excitandas, ac tum demum ipſum cogniturum qui nam fidi ſibi extitiſſent. At nec his moveri ſe Pius eſt paſſus, nuntioque dedit mandata, ut receptum Aſſiſium Everſo referret. Graviori vero cura ſolutus eſt Pius ex illius arcis deditione, cum propterea quingentos equites a Franciſco Sfortia Mediolanenſi duce poſtulaſſet, qui ipſum in Aſſiſinate agro ſtiparent, ac tuto deducerent: cum vero jam iis non egeret, hæc Mediolanenſi reſcripſit (a): *Recuperata Aſſiſio, & comite præfato*, nempe Piccinino, *ad devotionem noſtram converſo*, & infra, *hortamur, ut laborem quingentos illos equites nobis mittendi ultra non ſuſcipias, ſed proinde nobis ſatisfactum exiſtimes ac ſi & miſſi, & acceptati a nobis fuiſſent.*

(a) Lib. brev p.9.

At non Aſſiſium modo, verum & Nuceriam Gualdumque, tum Civitatem veterem redditam Pio ipſe teſtatur (b) his verbis ad Baptiſtam Brendam in Germania oratorem ſuum: *Civitas vetus, & Aſſiſium quod teneri per comitem Jacobum Piccininum non ignorabas, beneficio Dei ſine ullu contentione libere eſt redditum, idemque de Noceria factum, & Gualdo; quod tibi ad conſolationem tuam nunciandum putavimus.* Cæterum Pius Tifernum profectus ingenti gaudio ab epiſcopo acceptus eſt in palatio, quod Nicolaus ut tutum Pontificibus, ſi qua perſecutionis tempeſtas ingrueret, aſylum extruxerat, cum locus natura, & opere muniriſſimus eſſet. Ut vero Tyberi per pontem trajecto Pontifex, dum Narniam & Interamnam Spoletum contendebat, vicis ubique feſta fronde exornatis, maxima pompa & gratulatione effuſis obviam populis ſit acceptus deſcribit hiſce verbis Gobelinus (c): *Quacumque iter fecit, populi obviam effuſi Pontificem ſalutare ſacerdotes ſacra ferentes felicem vitam eunti precari, pueri innuptæque puellæ redimite tempora lauro, & olivarum ramos manu geſtantes vitam & felicitatem magno præſuli optare, qui fimbrias veſtimentorum contingere poſſent beatos ſeſe arbitrari. Plena ubique populis itinera & ſtrata virentibus herbis, oppidorum & urbium plateæ pretioſioribus opertæ pannis, domos civium templaque magni Dei præcipuis ornata modis. Sic per Narniam & Interamnam Spoletum uſque ventum eſt, neque hic minor Pontifici honor exhibitus.* Biduo moratum Pium in ea urbe addit author, cui conſentiunt notæ regeſto de quo paulo ante memoravi, adjectæ: *Die*, inquiunt, XXVI. *dicti menſis* (d) *nimirum januarii intravit Spoletum, & exivit* XXIX. *ejuſdem.*

(b) Lib. brev. p. 4.

Ex comite Piccinino recuperatæ aliquæ urbes.

(c) Gobel. in comm. l.2.

Exceptus ubique Pius magnifice.

(d) Reg. 2. bull. Caliſt. III. p.28.

VI. Iis conſonant quoque apoſtolicæ literæ (e) Interamnæ ad Albertum marchionem Brandemburgenſem XXV. januarii datæ, quibus eum rogat, ut ad indictos Mantuanos conventus accedat, Imperatoremque etiam ad eos ſua cohoneſtandos præſentia alliciat. *Non ſolum*, inquit, *tu perſonaliter ad memoratam dietam, quæ Mantuæ tenebitur accedere velis, ſed pro honore, & gloria Germanici nominis cum Imperatore ita efficere, ut ipſe quoque cæteris poſſibilitatis idem hoc faciat, non dubitantes ſuum & cæterorum Alamaniæ principum exemplum reliquos ad conveniendum moturum: eſſet autem imperiali excellentiæ & toti Germaniæ nota non levis, ſi ea natio, de qua ſpem prope exploratam omnibus dedimus, in cauſa fidei Chriſtianæ ſibi deeſſet, præſertim cum nos in hac noſtra ætate nulli defatigationi aut labori parcentes eiſdem obviam procedamus. Dat. Interamnæ die XXV januarii pontificatus noſtri anno I.* Deinde Spoleti die proximo Joanni Carvajal Cardinali S. Angeli præcepit (f), impelleret marchionem eumdem, & Fridericum Imperatorem, ut Mantuanis cœtibus intereſſent: quo etiam argumento (g) ſcripſit ad Henricum Viennenſem epiſcopum, & Henricum Ritdear præpoſitum Friſingenſem, qui a Friderico arcanis conſiliis adhiberi erant ſoliti, ut ipſum ad id adducerent, tum Fridericum ipſum cohortatus eſt (h), ne imperatorio muneri in ea Chriſtiani nominis cauſa deeſſet; tum Argentinenſes, Baſileenſes, Conſtantienſes, earumque urbium epiſcopos, nec non Eiſtetenſem, Herbipolenſem, & Argentinenſem oratores Mantuam legare juſſit (i).

(e) Pius lib. brev. p.7.

Rogatus Cæſar ut Mantuam ſe conferat.

Solicitati principes ut ad eoſdem conventus accedant.

(f) Ib. p. 6.

(g) Ib. p. 8.

(h) Ib. p. 5. & 6.

(i) Ead. pag.

VII. De hortativis ad Fridericum datis literis, ut ad Mantuanos conventus accederet, meminit Gobelinus (k), ſubditque jam ante Pium miſiſſe ad illum Baptiſtam Brendam juriſconſultum civemque Romanum, ut ipſum ad hujuſmodi iter ineundum ſolicitaret, ut Fridericum plures ad declinandam conventum cauſas, quaſi multas ſibi in Auſtria rerum moles

(k) Gobel. in comm. l.2.

Fridericus Cæſar inertem ſe gerit.

io-

incumberet, prætexuiſſe; tum alias inanes argutias, quod Mantua, vel Utinum alternatim deſignata fuiſſent, de quibus a Baptiſta Brenda, miſſo Matthæo collega, certiorem fecit Pium, cui permoleſtum fuit refrixiſſe adeo in principe fidei defendendæ ardorem, ſuiſque commodis ita addictum, reſcripſitque oratori ſuo, Fridericum Pontificis ſua pro communi ſalute ſpernentis exemplum ſequi debuiſſe.

Monitus ut pontificium exemplum ſequatur.

(a) Lib. brev. p. 4.

Nos, inquit (a), *jam iter ſumus ingreſſi, quod etſi propter multas difficultates domeſticas nobis ſit grave, omnia tamen pro Deo, & ſalute fidelium patienter perferimus.* Hæc Brendæ: *Friderico vero*, inquit Gobelinus, *Pontifex remiſſo Matthæo in hanc ſententiam reſcripſit: Quamvis in Auſtria multa eſſent, quæ præſentiam Imperatoris exigerent, non tamen idcirco fidei orthodoxæ negligenda negotia, nam etſi Romæ Pontificis præſentia egeret, reliquiſſe ſe tamen & urbem, & omne regnum Eccleſiæ, ut conventum peteret pro chriſtiana ſalute indictum: nec minus a nominatis locis Romam diſtare, quam vel Græciam vel civitatem Auſtriæ novam Imperatoris ſedem, Pontificem annis plenum, & morbis gravem longius iter acturum; indecorum videri Cæſarem validum, & florenti ætate recuſare breviorem viam. Conſulat honori ſuo, conſulat chriſtianæ religioni, neque committat, ut ſua negligentia Chriſtianam rempublicam periiſſe aliquando dici poſſit: neque cauſidicorum ineptias audiat, qui ſubtilitate quadam juris negant eum obedire oportere, qui ad ea loca vocetur alternatim nominata ſciat ſummum jus ſummam eſſe injuriam, neque utendum cavillationibus, ubi bona fides requiritur, & Chriſtiana res in diſcrimine ſita eſt, neque ad incertum locum ſe fuiſſe vocatum, qui prius quam domum relinqueret edocendus erat ex duobus locis quem deberet accedere: parceret his excuſationibus, quæ apud viros graves ridiculæ viderentur, neque Ulricum audiret juris interpretem magis, quam ſuam conſcientiam.*

Cavillis non utendum ubi Chriſti res geritur.

VIII. Abſtulit vero Pius mox occaſionem levibus iis argutiis de loco alternatim deſignato, cum enim Veneti, qui poſt excidium Conſtantinopolitanum ſuis diffiſi viribus fœdus cum Mahomete pepigerant, Utini conventus haberi nollent, ne illum in ſe incitarent, Mantua deſignata eſt, deque ea re certiores facti omnes principes, tum Fridericus ipſe literas ad principes electores rogatu Pontificis dederat (b), quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

Cur Mantua delecta ſit ad celebrandos cœtus.

(b) Ext. inter Pii II. lit. brev. p. 13.

Copia literæ imperialis ad unum ex electoribus ſacri imperii.

Venerabilis dilecte nepos, & princeps elector. Sicut alias ſanctiſſimus dominus noſter Papa propoſuit, & civitatem Mantuanam, vel Utinum in Forojulii in bulla ſua ſanctitatis nominavit pro una dieta principaliter propter factam & cauſam Turcarum per ſemetipſum in medio maii proxime venturum tenenda, ita ſua ſanctitas per alias ſuas literas, quæ nobis in hac hebdomada præſentatæ fuerunt, declaravit & nobis intimavit, quod curiam papalem ad prædictam civitatem Mantuanam tranſtulit, & in propoſito & voluntate talem antedictam dietam ac cauſam in Mantua ipſemet celebrare vellet & expedire, ac nos ſuper hoc rogavit, & etiam a nobis poſtulavit, ut ibidem ad ſuam ſanctitatem veniremus; nec non etiam quod tibi & aliis noſtris principibus intimaremus, ut tu & alii antedicti perſonaliter ad prædictam electam dietam Mantuanam venire deberetis. Propterea cogitavimus, quod nobis bene decet in iis ſuam ſanctitatem præ oculis habere & volumus, ſi Deo placuerit, nos in his ita decenter tenere, ut non ſit aliquis defectus in nobis. Quare cupimus & te etiam rogamus cum ſpeciali diligentia, quod ad laudem omnipotentis Dei, ſuæ ſanctitatis & Apoſtolicæ ſedis gloriam, & nobis ad honorem & obedientiam, juxta poſtulationem & requiſitionem ſuæ ſanctitatis, ac ſecundum tenorem literarum apoſtolicarum & literarum miſſarum, ad Mantuam te transferas, & in hoc voluntarium invenire permittas, in hoc nobis ſingulariter complacendo: ac volumus id circa te & tuam diœceſim una cum ſua ſanctitate glorioſe recognoſcere. Cupimus ſuper his celeriter nobis tuam reſponſionem, in ſcriptis ſine dilatione deſtinare. Ex Vienna. Has literas ubi accepit Pontifex, ad Joannem Carvalal Cardinalem legatum Peruſio miſit, juſſitque ad ſingulos principes electores ab eo tranſmitti, ut imperatoriis pontificiiſque hortationibus ſolicitati ſolemnibus Chriſtianorum cœtibus non deeſſent.

Cæſaris literæ ad ſeptemviros.

Solicitati ut Mantuam accederent.

IX. Quod vero ad Pontificis Peruſium profectionem attinet; deſcribit eam hiſce verbis Gobelinus: *Peruſium profectus eſt, ubi honores hi ei ſunt exhibiti, qui humano ingenio potuerant excogitari: nam quamvis aſpera ſæviret hyems, non tamen aliter adornata civitas fuit, quam ſi vernum tempus adeſſet: virere totam urbem, geſtire viros ac mulieres, qui Romanum Pontificem intuerentur, nam ante annos octoginta nemo illic Chriſti vicarium viderat: pendere per omnes urbis vias inſignia Pontificis, & lana aurea nondum plena, ludi militares exhiberi: omnes profuſam oſtendere lætitiam Cardinales, & univerſos curiales humane ac benigne tractari.* Nonnullis de viris illuſtribus illius urbis interjectis, addit Gobelinus: *Venit in hanc urbem Pius Pontifex in vigilia purificationis B. Mariæ virginis matris Domini, & in die feſto de more candelas largitus eſt.* Et infra: *Manſit Peruſii Pontifex*

ſex tribus hebdomadis. Iis reſpondent, quæ in prædicto pontificio regeſto(*a*) ſunt adnotata: *Die prima februarii MCDLIX. intravit Peruſium, & exivit* XIX. Porro adventus die primo Pius Latino Cardinali Urſino, a quo certior factus erat Neapolitano regno Ferdinandum ſolemni ritu beneficentia apoſtolica indutum fuiſſe, hæc reſcripſit (*b*): *Ex literis tuæ circumſpectionis cognovimus inveſtituram regni Neapolitani ſolemni more factam jam eſſe, quod nobis ſummopere placuit, & tuam diligentiam in Domino commendamus, quæ autem de voluntate Regis ſignificas omnia grata habuimus credentes re ipſa eſſe, ut ſcribis, præſertim cum nos tales erga ſerenitatem ſuam fuerimus, ut merito nobis affici debeat, &c. Dat. Peruſii* 2. *Februarii pontificatus noſtri anno* 1.

(*a*) *Reg.* 2. *bull. Caliſt. III. p.* 28.

(*b*) *Lib. brev. p.* 9.

Ferdinandus Neapolitano regno a Pio II. donatus.

X. Diſceſſurus Peruſio Florentiam petere cogitabat deflexo Senarum itinere, quod illius urbis civibus ob nobilium ordinem gubernaculis reipublicæ dejectum ſubiratus eſſet: cum vero Senenſes vererentur, ne qua inde ignominiæ labes ipſis adhæreſceret, decrevere oratores, qui Pium ad cohoneſtandas ſuo aditu Senas comiter vocarent; qua de re hæc tradit Gobelinus (*c*): *Senenſes Pontificis indignatione cognita atque admodum veriti, ne ſe poſthabitis Florentia peteret Mantuam, molliores facti legatos decreverunt, qui benigne Pontificem ſalutantes iter ei per patriam ſuaderent*. Accepit eos humaniter Pius, ſextaque februarii die ad Senenſes ſcripſit (*d*), ſui non eſſe conſilii quippiam in eorum urbe novare; cumque iter Senas verſus aggredi appropinquante vigeſimo februarii die decreviſſet, ea de re Cardinalem S. Petri ad vincula legati apoſtolici munere in urbe fungentem certiorem fecit (*e*): *ad* XX. *Februarii*, inquit, *hinc diſcedemus Senas petituri, de transferenda autem curia nihil in hanc diem decrevimus*, & infra, *circumſpectioni tuæ injungimus, ut Almannum illum, cui inſtante Cardinali Nicæno conceſſum eſt decem millia bellatorum in ſubſidium fidei congregare, ad nos antequam alio divertat Peruſium mittas, intendimus enim hoc initio fervoris conatuſque ſui et de aliquo ſubventionis auxilio providere. Datum Peruſii* IX. *februarii pontificatus noſtri anno* 1.

Senenſes rogant Pium ut ad ipſos divertat.

(*c*) *Gobel. in comm. l.* 2.

(*d*) *Lib. brev. p.* 10.

(*e*) *Ibid. pag.* 11.

Duce germano equite decem millia bellatorum in Turcas inſtructa.

XI. Conſtituta diſceſſus die Pontifex, *non ſine mærore*, inquit Gobelinus (*f*), *civium, qui longiorem ſui domini moram optabant, viam Senas verſus corripuit, & ad lacum Traſymenum pervenit, Romanorum clade & Hannibalis victoria nobilitatum*. Paucíſque interjectis, addit: *Exagitaverat pluribus diebus cum eo pervenit Pontifex aquas lacus valida tempeſtas, ita ut naviganti nulla pateret facultas: tum vero quaſi divino nutu repente vis omnium ventorum conquievit, & intranti navigium præſuli velut animal domitum ſeſe præbuit mare, & undique ſedatis fluctibus mira tranquillitas oborta, adeo ut ingens captura piſcium facta ſit. Dum navigatur in inſulam, in qua Pontifex apud religioſos S. Franciſci monachos pernoctavit, ſiluerunt fluctus veſperi & nocte tota & mane, quod ſecutum eſt, donec navigium Pii ad littus pervenit, exin iterum ſævire & inter ſe colluctari vehementes venti cœperunt, ita ut qui Pontificem ſequebantur vix periculum ſubmerſionis evaſerint, admirantibus accolis, quod per univerſam hyemem procelloſus & intractabilis Traſymenus Pontifici navigabilem ſe præbuerit*.

(*f*) *Gobelin. l.* 2.

Pii per Traſimenum lacum navigatio.

Subjungit idem Gobelinus uti Pontificem in agrum Senenſem ingredientem exceperint ingenti lætitia Senenſium oratores, Clauſiumque, inde Sarteanum, & Corſinianum, Pii natale ſolum deduxerint: *Fuit oppidum*, inquit ille, *mirifice ornatum geſtiente populo & nimium feſtive ob præſentiam maximi præſulis, quem apud ſe natum gloriabantur, nec ſatis aut intueri aut conſalutare eum poterant. Manſit hic Pius in feſto, quod B. Petri cathedram appellant, ac rem divinam peregit, ſtatuitque hoc in loco novam eccleſiam & palatium ædificare, conduxitque architectos & operarios non parva mercede, ut memoriale ſuæ originis diuturnum relinqueret. Conceſſit & indulgentias plenarias quotannis in feſto inventionis S. Crucis bis, qui parochialem eccleſiam viſitarent, quæ poſtea cathedralis effecta eſt*. Nonnullis interpoſitis de Petro Cardinale S. Marci e Vicentina ad Patavinam ſedem traducto, deque Pontificis Bonconventum adventu, ubi conciſtorium celebravit, ſubdit: *Sequenti die maximo civium comitatu, & incredibili plebis alacritate pulcherrime ornatam, & feſtivantem ingreſſus eſt patriam, nec uſquam major oſtentatio lætitiæ viſa eſt*. Perveniſſe Pontificem Senas XXIV. februarii die affirmatur in notis apud prædictum Vaticanum Caliſti literarum volumen his verbis: *Die* XXIV. *februarii intravit Senas, & exivit* XXIII. *aprilis* MCCCCLIX.

Corſinianum oppidum eccleſia & palatio nobilitatum e Pio II.

XII. *Ingreſſo igitur Senas Pontifice*, inquit Gobelinus (*g*), *ſecuta eſt paulo poſt ſolemnitas in medio majoris jejunii dominica dies, cui roſæ vocabulum impoſuere, Pontifex, ut civitatem honeſtaret, roſam auream, quæ quotannis dari conſueverat, priori dominorum urbis, cujus magiſtratus triduanus eſt, tradidit adhibita oratione, in qua de Senenſium laudibus diſſeruit, juſſitque Cardinales deferentem roſam ad palatium uſque comitari medium inter ultimos euntem, quæ ſors in familiam reformatoriam incidit, cui Boninſigni cognomentum dedere. Poſthæc de reſtitutione ordinis nobilium gentiles homines appellati*

(*g*) *Gobel. l.* 2. *Malav. vol. l.* 4. *par.* 3.

Magiſtratus Senenſis roſa aurea donatus.

agro

agere cœpit, & acceſſito ad ſe urbis ſenatu in hunc modum locutus eſt. Habitam ea de te, nimirum de equitum ordine, cujus pars civitate exacta fuerat, in patriam & publica munia reſtituendo orationem refert idem anthor, additque in Senenſi ſenatu ſententiis diu certatum, cum aliis pontificiis poſtulatis parendum, aliis autem nobiles honorum participes fieri non debere videretur, ſed demum aſſenſiſſe (*a*), ut in patriam ac dignitatum ſocietatem revocarentur, ac propterea feſtos ignes aliaque publicæ lætitiæ ſigna per totam urbem emicuiſſe: tumque Pontificem, ut Senenſes beneficio devinciret, Radicofanum a Romanæ eccleſiæ ditione abalienaſſe, ac metropolitica dignitate Senas inſigniviſſe, creato archiepiſcopo Senenſi Antonio Piccolomineo. Præterea ſepulcbrum e candido marmore parentibus Senis ſtatuiſſe inciſo hoc epitaphio.

(*a*) *Id. ib.*

Radicophan. abalienatum a Pio.

Sylvius hic jaceo conjux: Victoria mecum eſt.
Filius hoc clauſit marmore Papa Pius.

Mox addit anthor (*b*) de Regum principumque oratoribus, qui Senas, ut illorum nomine fidem ei obligarent, confluxere.

(*b*) *Gobel. in comm. l.2. Campan. in vita Pii II. & Malavol. l.4. p.3.*

XIII. *Dum*, inquit, *Senis moratur præſul Imperatores Federici legati, & Henrici Caſtellæ, & Matthiæ Hungariæ, & Alfonſi Portugaliæ, & Georgii Bohemiæ Regis, & Philippi Burgundiæ, & Alberti Auſtriæ ducis & Federici atque Alberti marchionum Brandeburgenſium adventarunt, Chriſti vicarium pro veteri more adoraturi. Inter quos magni & præſtantes viri fuerunt, ex quois duo paulo poſt ad cardinalatus honorem aſſumpti ſunt, Joannes epiſcopus Atrebas, & Broccbardus præpoſitus Saltzburgenſis, alter ab Imperatore miſſus, alter a Burgundo. Verum Broccbardus, & ejus collega Joannes Inderbachius, & Arthongus cognomento Capel jureconſulti cum Florentiam applicuiſſent, aliquandiu illic remorati ſunt indigne ferentes Matthiam Hungariæ Regem a Romano Pontifice appellatum eſſe, ejuſque oratores eos in curia conſecutos honores, qui Regum legatis exhiberi conſuevere, cum barones Hungariæ Imperatorem ſupra ſe Regem elegiſſent, atque ipſe delatum titulum accepiſſet. Pontifex ea re cognita injuſtam eſſe querelam dixit, quando mos eſſet Apoſtolicæ ſedis eum Regem appellare, qui regnum teneret, & prior ante ſe Calliſtus Matthiam Regem appellaſſet, atque hoc modo Imperatoris legationi ſatisfactum eſt, quæ deinde in templo divæ Mariæ virginis publice præſtitit obedientiam.* De admiſſis Matthiæ Pannoniæ Regis oratoribus extant Pii ad Fridericum literæ (*c*) Senis datæ.

Conveniitur Pius a pluribus Regum oratoribus.

Promulgat eum Regem a ſede Apoſtolica veteri more agnoſci qui regnum teneat.

(*c*) *Pius lib. brev. p.29.*

XIV. Affectare jam cœperat Fridericus Imperator Hungaricum ſceptrum, atque a Pio, dum Spoleti verſabatur, conſilium popoſcerat, an admiſſurus eſſet, ſi regni proceres, ut non levis affulgebat ſpes, ipſum Regem renunciarent, cui Pontifex in hanc ſententiam reſpondiſſe refert Gobelinus (*d*): *Qui te Regem Hungariæ ſunt electuri, ſi fides iis habenda eſt & regnum dare poſſunt, non diſſuademus accingere, quod offertur: ſin litem offerant & belli materiam, contra ſentimus, maximeque cavendum cenſemus ne quid agas, quod expeditioni adverſus Turcas inſtituendæ impedimento ſit.* Iterum etiam a Friderico conſultus an ad Hungaricum ſceptrum corripiendum proſiliret, reſpondit Pius (*e*) exaratis Senis xxvi. februarii die literis, non id ſuſcipiendum temere, ſed conſilium loco & tempori & rebus ab ipſo exploratis aptandum. Nihilominus tamen dominandi cupidine flagrans Fridericus, maximo rei chriſtianæ detrimento ſuique dedecore, diſcordias nonnullorum procerum, qui in Pannonia adverſus Matthiam Regem conjuraverant, aluit (*f*), inani ſcilicet ſpe illectus, eorum opera Hungarici regni, cujus ſacram coronam, quam olim Stephanus geſſerat, penes ſe retinebat, quaſi Matthias ea ipſa non redimitus regium faſtigium ſibi nondum peperiſſet. Cum autem cognoviſſet Pius Hungaros non unanimi conſenſu ad Fridericum inclinare, ſed tantummodo aliquos ſeditioſos, ut privatas res ſuas efferrent, ad iniquum bellum ipſum allicere; ac præterea Turcas formidandam expeditionem ad expugnandam Pannoniam conficere, indeque periculum imminere, ne Matthias Rex, compoſito cum barbaris exitiabili Chriſtiano nomini fœdere, arma ad infringendos Friderici conatus vertere cogeretur, eidem Friderico conſuluit (*g*), ne ſeditioſorum Hungarorum ſuſurros audire vellet, ac potius divinæ gloriæ tuendæque ſuæ inter fideles exiſtimationi ſtuderet.

(*d*) *Gobel. ſup. l.2.*

Quid a Pio reſponſum Friderico an regnum Ungaricum admiſſurus eſſet.

(*e*) *Lib. brev. p. 15.*

Ungarici regni diſſenſiones alit Fridericus.

(*f*) *Bonfin. decad. 3. l.9.*

Retinet ſacram coronam.

(*g*) *Pius lib. brev. p.25.*

Pius Papa II. Imperatori.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Quotidianis nuntiis nobis affertur ſæviſſimum fidei noſtræ hoſtem Turcum magnis apparatibus, quibus per hoſce annos indeſinenter ſtuduit, ſtatuiſſe ventura æſtate tranſmiſſo Danubio Hungariæ regnum, & quæcumque Chriſtianorum loca poterit, violenter invadere. Ipſum autem Hungariæ Regem, quoniam in ea eſt, continuo ſe ad defenſionem parare, ſed vehementer ſolicitum eſſe ne Chriſtianorum moleſtiis impeditus propoſito ſuo minus poſſit libere uti. Propterea, cum audiamus, eſſe in ipſo regno barones nonnullos, qui celſitudinem tuam ad novas ibidem contra illum res exhortentur, idque veriſimile ſit magis privata ex cauſa quam charitate tui tentari, ne ex hoc XV.

ea-

capite ſcandalum gravius oriatur, pro honore ſerenitatis tuæ & charitate fidelium quæ nobis eſt debita, pio requirimus, ut cogitare interius velis, unde hoc tempore ad honorem tuum, & conſervationem Chriſtianæ plebis conducat inquietorum conſilia audire: etenim ſi invaleſcente diſſenſione, ut ea adjuvante facile poſſet, idem Rex inteſtino malo externoque ſimul oppreſſus in concordia aliqua cum Turcis ſaluti ſuæ conſuleret, non tam ipſe a cunctis fidelibus videtur culpandus, cujus bonum propoſitum patet, quam qui eum ad damnoſam conventionem neceſſario compuliſſet. Hoc accedit, quod cum id regnum totius Chriſtianitatis clypeus eſſe ante hac conſueverit, noſque illo pugnante otioſam ſemper ſecuritatem egerimus, ſi aditus ille immanitati barbarorum multitudinique pateret, non dubie ingens calamitas in omnes deſcenderet, authorique hujus damnoſi conſilii imputaret Deus quidquid inde eſſet ſecutum. Nos qui & æſtimatione tui nominis ſumus affecti, & præter cæteros gloria & amplitudine te augeri exoptamus, videntes nihilominus quanta offenſione Dei, & quanto populi ſui damno hæc incerta ſpes poſſit conſtare, ſuaderemus ſemper tuæ ſublimitati, ut malles totius orbis judicium tutueri, quam paucorum ſeditioſa promiſſa audire: & propterea bonitas tua chariſſime fili, quæ ſemper ad ſalutem in omnibus valuit, valeat nunc ad conſervationem gregis dominici, ne unde patrocinium ex gradu, quem tenet, expectat, inde cauſam everſionis ſuæ accipiat. Præcidendæ ſunt malignandi omnes occaſiones, & opera danda, ut ſaluti communi conſulatur; in quo ſerenitas tua rem dignam imperio faciet, fidelibus utilem, & nobis unice gratam, qui cum te intimo affectu amemus, credere debes omnia hæc a fideli corde procedere de conſervatione laudis tuæ ſemper ſolicite. Dat. Senis 21. aprilis an. 1.

Monitus Fridericus ne Mathiam ad iniquum cum Turca fœdus adigat.

Conſulat Chriſtiano gregi.

XVI. Deterrebat his Pius Fridericum, ne injuſto funeſtoque bello ſe implicaret, ut vero Hungaros ad propulſandos Turcarum impetus accenderet, vexillum apoſtolica luſtratam prece in Pannoniam miſit; de quo ad Joannem Carvaial Cardinalem, quem in Hungaricæ legationis munere confirmarat (a), ut vel in exercitu crucefignato attollendum curaret, vel Mathiæ Regi conferret, hæc ſcripſit. (b)

(a) Ib. p. 24.
(b) Ib. p. 26.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Dilecte fili ſalutem, &c. Audientes chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Mathiam Regem Hungariæ illuſtrem exercitum Chriſti fidelium magno ſtudio in diem parare, ut Turcis, quos fama eſt ingentibus copiis ventura æſtate in regnum Hungariæ irrupturis, quantum in eo erit reſiſtat; putavimus huic ſancto propoſito ſuo, quantum poſſumus, auctoritatis adjicere, & ſignum aliquod in acie eſſe, in quod intuentes auſpicio ſanctæ Romanæ eccleſiæ bellum hoc geri, conſtentius diſcrimina ſubeunda ſibi exiſtimant. Mittimus itaque & præſentem nuntium, qui tuæ circumſpectioni vexillum antedictæ eccleſiæ ſacris conſuetis a nobis benedictum tradat, volentes atque mandantes, ut ſi totis regni viribus exercitum ipſum contra infideles, ut præfertur, parare contingat, illud ad laudem omnipotentis Dei, & confuſionem perſequentium nomen ſanctum ſuum, vel tua circumſpectio erigat, vel Regi ad hoc tam ſanctum opus erigendum conſignes, ſicut noſtro & Apoſtolicæ ſedis honori tuæ ſapientiæ videbitur expedire, &c. Datum Senis 21. aprilis.

Paratus a Mathia exercitus in Turcas.

Perferri illi juſſum Eccleſiæ vexillum.

Ne vero Hungaricæ vires ex inteſtinis diſſenſionibus diſtractæ debilitarentur, eidem legato ampliſſima dedit mandata (c), ut omnes, qui Hungariam turbarent, cum Turcicus immineret terror, eccleſiaſticis cenſuris ſine ullo dignitatis diſcrimine percelleret. Quod vero ad Imperatoris cum Matthia Rege controverſiam attineret; nihil adverſus Fridericum moliri vetuit (d), cum is jus ſibi in Pannoniam aſciſceret, ſed ad ambos conciliandos mutuoque adſtringendos fœdere incumbere.

(c) Ib. p. 25.
Perturbatoribus Hungariæ cenſuræ incuſſæ.
(d) Ib. p. 29.

XVII. Interpoſuit (e) legatus Cardinalis omnia ſua ſtudia, ut ejuſmodi controverſiam ſedaret; & Hungaros ſeditioſos ad Matthiæ obſequium reduceret: quocirca Fridericus de illo, utpote rerum ſuarum amplificationi adverſante queſtus eſt apud Pium: qui legatum ipſum monuit, ut in neutram partem inclinaret, cum illius controverſiæ cognitio ad ſedem Apoſtolicam pertineret: *Quamquam*, inquit, *ea ſemper ſapientia in tuis omnibus actionibus fueris, ut quid ſedem Apoſtolicam, quid te etiam deceat acutiſſime videris; nihilominus quia, ut novit circumſpectio tua, judicium ſuper contentionibus regni Hungariæ noſtrum eſt & ad nos illarum cognitio pertinet, danda tibi & nobis eſt opera, ne in facto dictove ullo videamur affectu, non ratione, in hanc magis, quam illam partem eſſe inclinati: quod a te in omnibus iſtis tractatibus obſervatum iri non dubitamus.* Adhibuit Pontifex, qui ſupremum in Hungariam ſedis Apoſtolicæ beneficiarium imperium obtinebat, ut ex vetuſtis monumentis conſtat, ad controverſiam dirimendam ſtudium; ſed illud eluſit ambitio Friderici, qui a perduellibus Hungaris ſolicitatus ex Auſtria hoſtiles acies in Pannoniam effudit (f), quæ ſe conjuratis jungerent, unde maxima clades illata (g) eſt eidem regno: parte alia Mahometes imminebat; ſicque uno eodemque tempore duorum Imperatorum impetus a Matthia ſuſtinendi fuerunt: quæ pericula reformidans Pontifex Matthiam ipſum hortatus (h) eſt, ut fortem animum gereret, ſuam ei operam non defuturam hiſce literis ſpopondit.

(e) Ib. p. 41.
Dare operam legatus juſſus ut controverſias ſedet.
Reſponſum Federico controverſiæ dirimendæ jus ſpectare ad ſedem Apoſt.
Germanicæ vires a Friderico effuſæ in Hungariam.
(f) Bonfin. dec. 3. l. 10.
(g) Ibid.
(h) Lib. brev. pag. 52.

Pius Papa II. Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Teſtis eſt Deus quanto dolore nos conturbarunt, quæ inter ſerenitatem tuam & celſitudinem imperialem proxime evenerunt; teſtes etiam, qui nos de hac re audierunt loquentes: certe ex illo tempore nulla fuit nobis hora jucunda. Vidimus continuo quantum impedimentum ad executionem pii deſiderii noſtri eſſet appoſitum, quantaque facilitas per hunc modum daretur adverſus religionem Chriſtianam: ſimul doluimus non eſſe ſublatam hujuſcemodi controverſiam, & utinam in hoc articulo temporis, in quo conatus omnes noſtros ad cauſam fidei Chriſtianæ attulimus, poſſet ſedari. Innotuerat nobis egregia voluntas tua ad ſanctam hanc expeditionem, & quotidianis literis legati apud te noſtri ſignificati erant continui apparatus, ad quos te fortiter accingebas. Non igitur his ſupervenientibus malis tu magis doles, quam nos doleamus, neque omnes veſtra diſſenſio minus flenda eſt nobis, quam tibi: in eadem ambo ſumus mentis & animi anxietate, teque licet abſentem cogitatione continua comitamur, Deum orantes, ut fortem tibi animum præbeat, & contra hoſtes nominis ſui manum miſericorditer porrigat. Quamvis, chariſſime fili, hæc ita evenerint, eoque tempore tot te difficultates circumſtent; noli tamen mente tua deficere, aut murum iſtum totius Chriſtianitatis deſerere, quo cadente ad miſerabilem ruinam dominici gregis pateat aditus. Si, ut in Domino confidimus, perferre hoc ſola æſtate has ingruentes moleſtias poteris, ſperamus venturo anno non defutura ſerenitati tuæ debita adjumenta; nos enim hac una ex cauſa hic ſumus, & non deſinimus dies ac noctes cogitatus omnes noſtros atque conſilia ad hunc curſum dirigere, perſonæ & rerum noſtrarum nullam rationem habentes.

Solicitatus ad conſtantiam Mathias Rex Ungariæ.

Multi jam ex locis oratores ad nos convenire cœperunt, & brevi plures affuturos certum habemus, cum quibus pro ſubventione fidelium totis conatibus noſtris agetur. Quod ſi tales noſtræ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ vires eſſent, quæ tanto oneri ſufficere per ſe poſſent, ſentires tu prius, chariſſime fili, animum noſtrum, nec tantam moram interponi oporteret: verum cum omnium rerum egeni præter voluntatem egregiam, parum ad hoc opus poſſimus afferre, cogimur principes catholicos noſtris precibus fatigare, quibus alias libentiſſime parceremus. Honor tuus regius, & ſalus regni, quod regis cum memoria paterna, quæ optimum exemplo ſuo fidelibus prodeſt, ſerenitatem tuam ad fortiter & glorioſe agendum invitent. Redemptor quoque noſter Jeſus Chriſtus, in cujus manu corda ſunt Regum, oculo miſericordiæ te hoc tempore aſpiciat, & gratiam largiatur, ut ad gloriam nominis ſui ſancti victoriam de impia Turcarum gente copiat. Nos etiam, chariſſime fili, tibi ut charitatis & devotionis noſtræ filio toto corde noſtro benedicimus. Dat. VI. Julii. In præcedenti vero epiſtola pontificatus annus primus conſignatus legitur. Ut vero Fridericus dominatus ambitum ingentibus poſtea damnis luerit, dicetur inferius: nunc ad Bohemicas res traducenda eſt narratio.

Chriſti cauſam ingentibus animis tuetur.

XVIII. Bohemi catholici a Georgio Podiebratio oppreſſi.

Afferendi ſibi Bohemiæ ſceptri avidus Georgius, cum plures proceres ſibi adverſari ob hæreſim Huſſiticam, qua erat inquinatus, videret, ementita pietatis larva plures decepit (a), partim vi attrivit, partim fœderibus ſibi adjunxit, utque antea erat expertus, res ſuas plurimum auxiſſe delata ex arcano Calliſto III. obedientia, ita ſi illius ſucceſſori Pio clam eam præſtaret partes ſuas ſe amplificaturum ſperans, oratores ea de cauſa ad ipſum miſit (b). Egiſſe id illum ex trium imperii electorum principum conſilio, qui in conventu Ægræ celebrato ſignificaverant, ſolium eum egregie firmaturum, ſi religionem illius baſim poſuiſſet, neque a Romanæ eccleſiæ fœdere, & obſequio diſcederet, refert Dubravius (c): *Alia, inquit, via contra adverſarios ſe muniit, conjunctione videlicet Germaniæ principum per mutuam benevolentiam amicitiamque & affinitatem, uteratque mirificam occaſio frequen ibus tunc principibus Ægram ad fines Bohemiæ convenientibus, atque illis præſertim, qui arces & oppida regno Bohemiæ jure, quod vocant, feudatario poſſidebant, inter quos tres electores imperii erant Ludovicus Bavariæ, Fridericus Saxoniæ principes, & marchio Brandeburgenſis, qui Pragam, non ſatis per religionem pacatam, venire gravabantur, rogabatque Georgium, ut Ægram civitatem ſuam ingredi ne dedignaretur: quorum ille precibus libenter acquievit, habuitque hoſpites Ægræ lautiſſime. Rerum, quas ibi gerebant, ſumma in hoc conſiſtebat, ut Rex, ſi dignitatem ſuam incolumem retinere cuperet, a Romana eccleſia ne diſcederet, a qua ipſi omnes cum toto imperio penderent: ſed, quemadmodum ſemel juravit, ita deinceps obedientiam Romano Pontifici reverentiamque cum univerſis ſuis ſubditis perpetuo exhiberet: cætera illi expedita fore, ad eaque expedienda conſilia ſtudiaque ſua & opes ſe polliceri. Grato animo a Georgio accepta, pollicente viciſſim ſe ita facturum, ut ſuaderent.* Paucis interjectis de Georgii filia Alberto Miſniæ principis ducis Saxoniæ Friderici filio deſponſa, ſubdit: *Georgius memor eorum, quæ ſibi a principibus electoribus dicta erant, oratores ad Romanum Pontificem Pium delegit, obedientiam ei renovaturos.*

(a) Gobel. in comm. Pii II. l. 2.

(b) Cocl. l. 12. hiſt. Huſſit.

(c) Dubr. hiſt. Bohem. l. 30.

Fingit Georgius Romanæ Eccleſiæ oddixiſſe obſequium.

Principum Germanorum monitus externa ſpecie obſequitur.

XIX. Georgius in publico conſiſtorio obſequium profiteri ſubterfugit.

Adhibitus eſt a Georgio illi muneri Procopius Bohemiæ protonotarius, qui fidem publice novo Pontifici Georgii nomine, cæterorum oratorum more, obligare detre-

tractavit, ſed in arcano conſiſtorio addixit (a), ne in Georgium, ut ajebat Bohemos Huſſitas concitaret. Exceptus is eſt perhumaniter, & petenti pro Bohemis ad Mantuanos conventus venturis fidei publicæ ſyngrapham tradidit Pius; non tamen Georgium publice Regem appellavit, cum publice obſequium non detuliſſet: ac Procopio poſtulanti quid Georgio, ut publice regios titulos aſſequeretur, agendum eſſet, reſpondit illum potiturum votis, ſi hæreſes ex Bohemia excinderet, indeque ſcriptis tradidit (b).

(a) Gobel. l. 2. Campan. Card. l. 12.

(b) Lib. brev. pag. 90.

Pius Papa II. Protonotario Bohemiæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum ad nos veneris nomine chariſſimi in Chriſto filii domini tui Regis reverentiam & obedientiam præſtans, noſti quam benigne ejus nuntium te vidimus, audivimus, & recepimus: cumque pro ejuſdem domini tui oratoribus ſalvum conductum pro Mantuano conventu a nobis eadem itineris ſuis nos prompto, ac liberali animo eo, quo honeſte, ac licite fieri poterat, modo, ut ex literis noſtris deſuper confectis conſtat, libenter conceſſimus. Quæſiſti deinde quonam modo Regem præfatum agere oporteat, ut regium nomen favore ſedis Apoſtolicæ publice conſequi poſſet. Ad quod tibi reſpondemus, id eſſe nobis ſummo deſiderio, nam ob multa ejus merita ſemper eum dileximus: verumtamen, ut ſcis, non decet Romanum Pontificem eum Regem publice appellare, qui non ea publice efficit, quæ catholico principi conveniunt. Hortare igitur eum, ut regnum Bohemiæ, cui præeſt, ad ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ devotionem, quibus poteſt, ſtudiis convertat. Tollantur de medio errores, præceptis Eccleſiæ pareatur, ita enim efficiet primum ab omnipotenti Deo præmium, deinde a nobis omnes, quos pro regio nomine favores impertiri poſſumus, conſequetur. Dat. xv. aprilis Senis MCCCCLIX. anno 1.

Negat eum propterea Regem Pontifex appellare.

XX. Cum vero Bohemo oratori honores facti non eſſent, quibus Regum oratores affici conſueverc, Pius aliis literis profeſſus eſt (c) ea omnino inter ſe pugnaſſe, ut qui publice regio nomine miſſum ſe non diceret, ut orator regius exciperetur.

(c) Ead. pag.

Procopio oratori Bohemiæ.

Pius, &c. Quia in mandatis habuit non publice, ſed privatim ac ſecreto nomine Regis præfati nos adire, & reverentiam & obedientiam præſtare, non decebat nos eum publice ut Regis oratorem ſuſcipere, &, prout intentionis erat noſtræ honorare qui nomine regio publice ad nos venire prohibitus eſt. Proinde ſi alıter forte, quam cupiebat, aut ſibi viſum fuerat minus ſublimiore loco poſitus ſit, intelligas non ex mera voluntate noſtra, ſed ex ipſius rei natura proceſſiſſe, adverſari enim hæc invicem videbantur, ut ſecreto obedientiam præſtaret, & publice regii oratoris locum obtinere vellet. Dat. Senis xv. aprilis MCDLIX. anno 1.

Cur non ſit exceptus publice ejus orator ut regius.

Dediſſe præterea Georgium alia ſuis oratoribus mandata refert Dubravius (d), ut nimirum ab ipſo confirmari pactiones ex poſcerent, quæ de calicis uſu Bohemis laicis permiſſo a concilio Baſileenſi confectæ fuerant, ſed repulſam eſſe paſſum, quod ea indulgentia plerique Bohemi abuterentur, nec ſancita concilii obſervarent: *Oratores*, inquit, *ad Romanum Pontificem Pium delegit, obedientiam ei renovaturos, & ſimul petituros, ut pacta concilii Baſileenſis ab eo confirmarentur. Legatione functos collaudat ore ſuo Pontifex quod Rex eam portam Domini videatur inquirere, per quam juſti intrarent, & ſine qua iter ad cælum non pateret. Cæterum quod ad pacta, & ad communionem utriuſque ſpeciei idiotis communicandam attineret; de hac concilium Baſileenſe verbis disertis definiiſſe, illam non eſſe de neceſſitate ſalutis, nec aliis conceſſum, niſi iis, qui in uſu ejus & uſurpatione ætate jam matura fuiſſent, quique a cæteris ritibus & cerimoniis ab Eccleſia catholica inſtitutis non diſcrepaſſent, contra præſcriptum concilii non videre æquum quidquam aliud concedi, ſed monendum Bohemis eſſe, ne plus pars eorum ſapere velit, quam totus fere orbis Chriſtianus; at ut quid ad declarandam pactorum illorum ſententiam deſideretur, miſſurum ſe in Bohemiam oratores ſuos, qui mandata ſua perferant, & ita ut ſe res habet totam negotium exponant, denique operam, ut cum bona potius gratia, cauſa Vratiſlavienſium quam cum mala componatur.* Detrectabant Vratiſlavienſes cæterique Sileſii Georgii jugum ſubire, cum noſſent illum Huſſitica lue pollutum; quocirca Georgius exercitus in eos duxit, & ſuburbana cœpit, a mœnibus tamen fuit propulſatus, quos narrat Dubravius (e) profeſſos, tunc Georgio ſe obſequentes futuros, cum ille ſacramento promiſſa Pontifici implevıſſet: *Si*, inquit, *Georgius ſe regnumque ſuum in ſtatu regio aſſervare, ſubditoſque ſibi dicto audientes habere cupiat, eo intendat animum, ut ipſe obedientiam, quam paulo ante Pio Romano Pontifici, qui Calixto ſucceſſit per legatos obtulit adimpleat. Omnia ei abſque ulla dubitatione pro voto ſucceſſura apud omnes, quæ ad regnum pertinent: unde namque tot mala, quæ fiunt & quotidie inſtant, niſi ex inobedientia, & contemptu religionis Romanæ conflantur? a qua illis ſalva ipſorum conſcientia ſalvoque honore nullo pacto diſcedere liceat, ne de albo principum civitatumque Chriſtianarum velut inepti deleantur.*

(d) Dubr. l. 30.

Commonet Bohemi ne plus ſapiant quam reliqui populi.

Vratiſlavienſes appetiti bello.

(e) Dubr. l. 30.

Admonitus Georgius ut obſequentem ſe Pontifici publice profiteatur.

XXI. Miſiſſe eoſdem Wratiſlavienſes ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui de Georgio conquererentur; illum hæretica labe contaminatum, & injuria regios illi apices

Obtendunt ii Georgium a B. Capiſtrano anathemate percuſſum.

(a) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12. & alii.

(b) Lib. brev. p. 67.

aſſertos eſſe, cum jam ante a B. Joanne de Capiſtrano internuncio apoſtolico anathemate ob impietatem ſuam perculſus fuiſſet, narrant authores (a): cum vero ii blande ac benigne, ut par erat, ob ardens religionis ſtudium eſſent excepti, concepit Georgius iniquam ſuſpicionem in Pontificem, quaſi eos ad detrectandum ejus jugum animaſſet petiitque, ut ipſos apoſtolicis imperiis ad ei obtemperandum adigeret: cui reſpondit Pius (b) imperialium eſſe partium, cum Bohemiam imperii fiduciariam eſſe agnoſceret Georgius, id præſtare; pontificiarum vero pacem conciliare, cæterum numquam Sileſios ad dejiciendum a cervicibus illius jugum a ſe excitatos.

Pius Papa II. Regi Bohemiæ.

Sileſitas, cum quibus contentionem tibi eſſe affirmas, nunquam verbo aut literis ad non obediendum tuæ ſerenitati induximus, neque hujus rei dictum aut factum ullum extare in contrarium credimus; quin, ſi quid ad eos ſcripſimus, paterna potius conſolatio in eorum anguſtiis fuit, quam ad rebellionem ſuaſio; etenim cum in fide catholica, & devotione Apoſtolicæ ſedis conſtanter ſemper perſeveraverint, illos ad nos venientes atque mittentes non æquum erat inconſolatos dimittere, continue tamen optavimus, ut ſalva fidei veritate tuæ animo eſſent, & tibi in cunctis parerent; neque vero, cum te per oliat noſtras ſumus hortati, ut a via facti deſiſtens diſſenſionem hanc poteris componi, judices inter te & illos nos

Quid circa Sileſios Georgio reſponſum.

declaravimus, neque alio modo, quam per concordiam conſiliare nos poſtulavimus, tunique etiam in Sileſitas, quodcumque jus habes, tollere nullo modo intendimus: mandare autem iiſdem, ut in iis, quæ dominium temporale concernunt, tuæ celſitudini pareant, officii noſtri eſſe non duximus, ad Imperatorem, cujus nomen ſedemque recognoſcit, totum hoc pertinet, & ab illo implorare ſuper iis remedium poteſt: nos autem, quos charitas fidelium ex officio paſtorali aſtringit, pacem inter eos, quantum poſſumus, curare debemus, Scripſimus tamen eiſdem, ut pro his ipſis componendis oratores ſuos ad nos deſtinarent; & nunc etiam literis tuis adducti juxta copiam (c) præſentibus interclusam ſcripta noſtra iteramus, celſitudinem tuam in Domino exhortantes, ut tuis huc venturis oratoribus mandatum ad hæc ipſa ſufficiens tradas, & interim ab armis, & violentia temperes Chriſtianoque ſanguini, qui ſatis ab infidelibus funditur pro honore Dei eoque etiam parcas, Dat. &c. Mantuæ XXIV. auguſti anno I.

(c) Ext. ead. p. 67.

XXII. (d) Ext. ejus ea lit. apud Cocl. l. 12.

Cæterum poſtulatis precibuſque Georgii, qui ſe catholicum eſſe affirmabat, morem gerens ad Wratiſlavienſes (d), quod Georgio hæreſeos notam inurerent, nuntios miſit ad ipſos in concordiam cum Georgio redigendos quorum meminit Dubravius (e) ſic inquiens: *Miſſi cum pleno mandato Hieronymus archiepiſcopus Cretenſis, & Franciſcus Toletanus ſacrarum literarum profeſſor.* Extat ad hos Pii diploma (f), quo juſſi ſunt poriſſimum paciſcendo Georgium inter, ac Wratiſlavienſes fœderi operam navare, ut omnium arma in Turcas verterentur.

Miſſi a Pio internuntii pro concilianda concordia.

(e) Dubrav. l. 30.

(f) Pius l. 6. p. 5.

Venerabili fratri Hieronymo archiepiſcopo Cretenſi, ac dilecto filio Franciſco de Toleto ſacræ Theologiæ profeſſori in eccleſia Hiſpalenſi archidiacono de Aſtigia nunciis, & oratoribus noſtris.

Cum non ſine diſplicentia ſenſerimus inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Georgium Bohemiæ Regem illuſtrem ex una, & dilectos filios nobiles viros nonnullos duces, & clerum ac univerſitatem provinciæ Sileſiæ parte ex altera, diſcordias dudum exortas in diem magis continuare, & illis in hunc modum vigentibus nihil inde ad publicam fidei cauſam contra impios Turcas opportunum poſſe ſperari; nos volentes, quantum cum Deo poſſumus, iis malis, ne gravius invaleſcant, obviam ire, & id agere ne ad mutuam ſanguinis effuſionem utrinque deveniatur, cum perſonaliter ad illos conferre nos non valeamus, ad vos converſi, de quorum fide, diligentia, & rerum gerendarum uſu, atque ad hoc ſanctiſſimum opus fervente zelo præcipuam in Domino fiduciam gerimus, ad Regem, duces, clerum, & univerſitatem prædictos, ſequaceſque & adherentes eorum, nec non quoſcumque alios, ſi qui ſint, in eodem regno inter ſe diſſidentes, noſtros & Apoſtolicæ ſedis nuntios & oratores perſonaliter deſtinamus, &c. (Inſtruit authoritate, ut pacem inter diſſentientes conciliare, fœdera armorum diſſolvere, tumultuantes compeſcere poſſint. *Dat. Mantuæ anno MCDLIX. XII. kal. octobris pontificatus noſtri anno II.*

XXIII. Data iis provincia ut controverſia de calice uſu ſedent.

(g) Dubr. l. 30.

Datam præterea illis provinciam, ut controverſiam de calicis uſu ſedarent, narrat Dubravius (g), ſed non permiſſos a Georgio ea de re verba facere, ſed tantummodo adire Wratiſlavienſes, ut eos ipſi conciliarent, quos aperta vi proterere non potuerat: *Eos, inquit, Georgius ne loqui quidem paſſus eſt de pactis concilii, quæ Bohemi compactata vocant, poſtquam a ſuis oratoribus comperit illa a Pontifice non eſſe comprobata, unde omnis exiſtimationis dignitatiſque ſuæ incolumitatem ſperabat, nam ſi Pontifex illa rata habuiſſet, Regis quoque ſectam ratificaſſe videbatur. Aliter igitur ſpem cecidiſſe cum magno videlicet animi dolore accepit; facile tamen permiſit, ut ſe illi Wratiſlaviam conferrent, atque ita eam pacificationem darent, qua ſalva Regis majeſtate coleretur poſſet. Quam induſtria ſua & authoritate ita ex ſententia utriuſque*

Induciæ triennales initæ.

par-

Digitized by Google

partis confecerunt, ut induciæ præterea triennii Vratiſlavienſibus conceſſa eſſent poſtquam in verba Georgii jurarent. Hæc de Bohemis partim Senis, partim Mantuæ, vel in Bohemia geſta hoc anno conjungenda duximus, ne eadem ſæpius repeteremus; nunc de aliis Regum principumque oratoribus, qui Senis Pium convenere, dicere pergimus.

XXIV. Henricus Rex Caſtellæ ad Chriſtianam rem amplificandam paratum ſe exhibet. (a) Lib. brev. p. 17.

Legati ab Henrico Caſtellæ Rege fuere Rodericus epiſcopus Ovetenſis, & Alfonſus regiorum conſiliorum particeps, qui conceptam ab Henrico lætitiam ob pontificias infulas Pio delatas ſolemnibus verbis expreſſere; tum ſpes ingentes de Mahometica ſuperſtitione delenda. Quos cum in Caſtellam dimitteret Pius viciſſim Henrico ſacrum, quo ardebat, fidei amplificandæ ſtudium ei aperuit (a), comparari propterea maritimum terreſtremque exercitum, ſeque Mantuam iter adornare, ut celeberrima expeditio in hoſtes Chriſtiani nominis conficeretur.

Pius Papa II. chariſſimo in Chriſto filio Henrico Caſtellæ, & Legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Gratulatur Pio de partu pontificatu.

Venerabilis frater noſter Rodericus epiſcopus Ovetenſis, & dilectus filius frater Alfonſus de Palencuela conſiliarii, & oratores tui literas tuæ ſerenitatis ingenti fide, & devotione plenas nobis humiliter præſentarunt, & procuratorium tuum regio ſigillo munitum facunde ac graviter nobis in generali conſiſtorio permanentibus peroravrunt, tuam integerrimam fidem & devotionem erga nos & Apoſtolicam ſedem, ac ardentiſſimum animum circa exaltationem fidei catholicæ cum præcipua virtutum & meritorum tuorum commendatione expreſſerunt. Verum licet per nos viva voce ſatis copioſe reſponſum fuerit, tamen quia maxime delectamur per noſtras literas cum tua ſerenitate proloqui, tanquam noſtra & eccleſiæ peculiari filio, utique reſpondere inſtituimus. Putamus, fili chariſſime, bonum eſſe divinæ voluntatis auſpicium, quod tua ſublimitas ingens gaudium ex noſtro ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptione ſuſceperit, & quod bene concipiat, & ſperet de nobis; quamvis enim imbecillitatem noſtram ad tantam ſarcinam ſentimus, confidimus tamen in Domino, qui debiles fortes facit, quod ſuperatis horum temporum difficultatibus, in quibus fides Chriſti maximis periculis conflictatur, tandem divina ſuffragante clementia perditiſſimi hoſtes fidei ſectæ Mahometicæ cultores, a quibuſcumque plagis tam orientalibus, quam occidentalibus partibus per Chriſtianos exterminabuntur, tuque catholicus, & glorioſiſſimus princeps ſpurciſſimos Saracenos, cum quibus bella aſſidua non ſine celſitudinis tuæ maxima laude geris, vi & potentia tua repelles, & interim exercitus catholicus tam terreſtris, quam maritimus,

Significata illi expeditio indicenda in Mahometanos.

ad cujus præparationem feſtinamus procedet adverſus immaniſſimos Turcas victoriam reportaturus, quod ut fiat temporibus noſtris Dominum orare non ceſſabimus, & noſtras operas, & conatus noſtros exponere decrevimus, prout alias tuæ ſerenitati per noſtras literas ſignificavimus; pro quarum rerum complemento iter noſtrum, Deo concedente, ad dictam Mantuæ indictam præparamus. Ceterum, chariſſime fili, devotas commendationes, & oblationes tuas paterna charitate recepimus, & habemus acceptas, nec deficiemus in omnibus, quæ concernunt honorem tuæ coronæ, & regnorum & ſubditorum tuorum, teque uti chariſſimum peculiarem noſtrum, & Romanæ eccleſiæ filium habemus, & in charitatis noſtræ viſceribus conſervare intendimus, tuamque regiam perſonam clariſſimis virtutibus eminentem, ac omnes, quos nobis commendatis, & pro quibus ſupplicatis, gratiis & favoribus apoſtolicis fovere curabimus, &c. Dat. Senis MCCCCLIX. xxvii. februarii anno 1.

Querente autem eodem Henrico Rege plures in Caſtella collocatis in locis ſacris aſylis freros ingentia flagitia admittere, cumque furtis, cædibus, & adulteriis ſe contaminarint, confugere ad eccleſias, a quibus cum judicum imperio ad tribunalia rapiantur, præſules de violata eccleſiaſtica libertate agere, cenſuraſque eccleſiaſticas incutere: has vero ut irritas haberi a judicibus, cum ea eo ſceleratis hominibus addatur audacia, & reſpublica evertatur: oboriri exinde plerumque graves contentiones, an cenſuræ jure, vel injuria inflictæ ſint: cumque ob locorum intervalla difficile & arduum eſſet ſedem Apoſtolicam conſulere, flagitante Rege, Pius archiepiſcopo Hiſpalenſi jus, & authoritatem contulit (b), ut de cenſuris magiſtratibus publicis irrogatis cognoſceret, eaſque vel firmas, vel irritas renuntiaret. Territos hoc anno nonnullis prodigiis Hiſpanos fuiſſe, ac puerum triennem prædixiſſe; graviſſima Hiſpaniæ mala impendere, ni homines divinas iras piis operibus a ſe averterent, refert Joannes Mariana (c); habitaſque propterea plures ſolemnes ſupplicationes. Sed de calamitatibus, quæ poſtea Hiſpanias afflixere, agetur inferius: nunc de Philippi ducis Burgundiæ oratoribus, quorum ſupra meminimus, dicendum eſt. XXV.

Controverſum an impiis perfugium in ſacra loca ſit permittendum.

(b) Lib. 3. p. 446.

Territi prodigiis Hiſpani.

(c) Marian. l. 22. c. 20.

Detulere ii Burgundi nomine Pontifici ducalia ſtudia, vireſque univerſas ad comprimendos Mahometanos, fidemque Chriſtianam latius proferendam: legarat enim ille propterea in orientem ad Davidem Trapezi Imperatorem, & alios principes oratores ſuos, ut communi juncto fœdere ab orientalibus occidentalibuſque Mahometani opprimerentur: ſed de his poſtea ſermo erit. Interea pium Philippi conſilium commendavit (d) Pontifex, cumque XXVI.

Trapezuntinus Imp. ſollicitatus ut arma jungat in Turcas.

(d) Lib. brev. p. 23.

que

que ad conſtantiam in ſuſcepta ſententia hortatus, preces addidit, ut ſtudia ſua ad ſedanda nata inter Germanos diſſidia converteret.

Pius Papa II. duci Burgundiæ.

Burgundus ut German. diſſidia compeſcat rogatus.

Hortamur, quamquam opus non ſit, ut in glorioſo propoſito perſeveres, potentiamque a Deo acceptam, ſicut ſemper es ſolitus, ad ornamentum Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & ſalutem fidelium ſedulo conferas, hoc præſertim tempore, in quo ſapientia tua intelligit, quod ſit opus ad ſervandam Chriſtianam rempublicam toti auxilio. Cæterum cum intelligimus principes nonnullos Alamaniæ variis diſcordiis inter ſe diſſidere, quæ nec pauca ſunt nec contemnenda, & ab his ad tuam nobilitatem haberi confugium, nos etſi ſentiamus quod tali tempore te illorum paci & unioni quantum potes ſtudere, nec noſtris exhortationibus ulla in parte egere; tamen quia opus noſtrum pro fide ſuſceptum nos vehementer ſollicitat, & videmus quanto impedimento ad perturbandas rationes conſilii noſtri talium principum diſſenſio eſſe poſſit, hortamur eandem generoſitatem tuam in Domino, & quanto ſtudio poſſumus requirimus, ut tua fideli opera hoc adjumenti genus conatui noſtro præſtetur, &c. Dat. Senis XX. martii MCCCCLIX. pontificatus noſtri anno I.

XXVII. Marchionum Brandeb. poſtulata de Euchariſtia in Oſtheim urbe circumferenda.

De oratore quoque a marchionibus Brandeburgenſibus ad ſedem Apoſtolicam miſſo, de quo ſupra cum Gobelino memoravimus, id ſilentio prætereundum non eſt. Hertindum Friderici, & Alberti principum nomine flagitaſſe, ut dominici corporis Sacramentum in theca pretioſa nullo tectum velamine compoſito religioſo agmine per urbem Oſtein celeberrimis feſtivis diebus, & eccleſiarum encæniis, uti ante Nicolai Cardinalis legati ſanctionem mos priſtinus tulerat, circumferretur: quorum precibus aſſenſit Pontifex (a), ut fidelium pietas in Euchariſtiæ ſacramentum magis incaleſceret.

(a) Lib. 32. p. 104.

Ad futuram rei memoriam.

Quanto ſacratiſſimi corporis domini noſtri Jeſu Chriſti, qui de mundo tranſiturus ad patrem carnem ſuam in cibum, & ſanguinem in potum Chriſtiano populo exhibuit, Sacramentum, quod ad paſſionis & mortis ſuæ commemorationem reliquit, cunctis aliis excellentius fore dignoſcitur ſacramentis, tanto decet ipſum a cunctis fidelibus devotius venerari. Et ne ea, quæ pro tanti Sacramenti laude per Chriſti fideles obſervata ſunt, in diſcordiæ & contentionis materiam deducantur, convenit attentius præcavere. Cum itaque, ſicut nuper dilectus filius Hertindus de Lapide legum doctor dilectorum filiorum nobilium virorum Friderici ſenioris ſacri Romani imperii electoris, & Alberti marchionum Brandeburgenſium orator ad nos miſſus nobis expoſuit quod, licet in villa Oſtheim Sacramentum dominicæ paſſionis in ſolemnibus feſtivitatibus ac dedicationibus eccleſiarum, nec non etiam per octavas corporis Chriſti incluſive abſque velamento publice deferri conſueverit, nihilominus dilectus filius noſter Nicolaus tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis tunc in partibus Alamaniæ apoſtolicæ Sedis legatus ſtatuit, ut ſacramentum Euchariſtiæ abſque velamento ipſo, die corporis Chriſti dumtaxat excepto, publice deferri non deberet, unde fidelium devotio ad præfatum Sacramentum tepeſcit in dies, divinus cultus diminuitur, & ſcandala interdum propter hoc ſtatutum ſunt ſubſecuta, quare pro parte dicti oratoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur,

Decretum a Pio ea de re editum.

Nos igitur, qui devotionem fidelium, ac cultum divinum noſtris potiſſime temporibus ubique vigere, & augeri ſupremis affectibus deſideramus, ac ſcandalis, ne illa eveniant, quantum cum Deo poſſumus, obviare ſtudemus, hujuſmodi ſupplicationibus præfati Hertindi de Lapide legum doctoris marchionum Brandeburgenſium oratoris inclinati, auctoritate apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod præfatum Euchariſtiæ Sacramentum in præfata villa Oſtein ſingulis feſtivitatibus ſolemnibus, & dedicationis, ac per octavas feſtivitatis corporis Chriſti hujuſmodi publice abſque velamento, prout ante ſtatutum dicti Cardinalis conſuetum erat, libere & licite deferri poſſit, &c. Dat. Senis anno incarnationis dominicæ MCCCCLIX. pridie kal. aprilis pontificatus noſtri anno I. Pudeat jam Brandeburgenſes a progenitorum religione defeciſſe, quorum potius pia exempla, quam impoſtorum impietatem amplecti debuerunt.

Veterum Saxonum pietas in Euchar.

XXVIII. Reginaldus pſeudoepiſc. Ciceſtren. hæreſiarcha.

Porro hic adjungendum videtur Pontificem, dum Senis agebat, in aſſerenda orthodoxa fide ac recentiorum hæreſiarcharum frangendis conatibus apoſtolicas curas intendiſſe. In primis in Anglia Reginaldus Pecoli pſeudoepiſcopus Ciceſtrenſis plures infandas hæreſes commentus eſt, atque ad eas diſſeminandas plurima Latino, & Anglico idiomate volumina conſcripſit: convictuſque impietatis in celebri antiſtitum conventu, cui archiepiſcopus Cantuarienſis præerat, ſe reſipuiſſe finxit, ac librorum, quos ediderat partem protulit damnavitque, partem recondidit: cujus miſerti patres, ſpondentem ſacram jurejurando orthodoxam fidem ſemper ſe culturum in epiſcopalem reſtituerunt honorem. Qui tamen poſtea per ſummam perfidiam quos potuit infecit hæreſi, ac libros impia doctrina reſperſit; quæ cum Henricus Angliæ Rex præſuleſque Pontifici ſignificaſſent, Pius archiepiſcopo Cantuarienſi præcepit (b), ut illum coacto antiſtitum cœtu pontificali ſacerdotalique digni-

Palinodiam canit.

Relapſus ad vomitum.

(b) Lib. 32. p. 63.

gni-

gnitate ritu eccleſiaſtico exueret, ac pœnis ſacris canonibus conſtitutis afficeret.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopo Cantuarienſi, & Londinenſi ac Vvintonienſi epiſcopis ſalutem, &c.

XXIX. *Significatio chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Margaritæ Reginæ Angliæ illuſtrium, nec non venerabilium fratrum noſtrorum prælatorum, ac dilectorum filiorum nobilium virorum procerum regni Angliæ noſtrum nuper majorem in modum perturbavit auditum, amaricavit & mentem; quod ſcilicet iniquitatis, & perditionis alumnus Reginaldus Pecoli olim reputatus epiſcopus Cieeſtrenſis, qui in pleriſque articulis de fide catholica damnabiliter ſentiebat, & contra eamdem fidem quoſdam codices ſeu epiſtola in idiomate Anglico & Latino conſcripſerat, & per illos, ac cum illis plures ſimplices in profundum ſecum perduxerat, illaque etiam publice & palam aſtruere interdum præſumpſerat, & coram te, frater archiepiſcope, & pluribus aliis epiſcopis, & perſonis eccleſiaſticis ſe in præfatis erroribus per viginti annos perſtitiſſe, & præmiſſa perpetraſſe confeſſus fuerat, pœnitens, ut videbatur, de exceſſibus antedictis coram te & eiſdem epiſcopis, & perſonis literatis ſuas hujuſmodi publice abjuraverit; & quod in eaſdem de cætero minime relaberetur, & de illis pœnitentiam agere voverit & promiſerit, & quoſdam ex eiſdem libris, quos & non plures ſe in eadem materia edidiſſe conceſſit coram produxerit, ac in eventum reincidentiæ ſe ſanctorum canonum, ac legum ſeveritati ſubjecerit; tamen idem Reginaldus protervo, & nefario ſpiritu inſtigatus, & priſtinarum tenebrarum cæcitate obſeſſus, etiam poſtquam ipſe pœnitens, ut videbatur, & indignus regimine, & adminiſtratione dictæ eccleſiæ Cieeſtrenſis ſeu omni juri ſibi in illis, vel ad ea quomodolibet competenti ſponte & libere ceſſerat, nonnullos ex prædictis libris manifeſtam hæreſim continentes in Latino, ac etiam in dicto idiomate a ſe compoſitos, & per eum minime tunc patefactos, ut perpetuo extare poſſent occultare, ac ſic ficte pœnitens in errorem priſtinum, quem ſimulate abjuraverat, relabi, & tamquam nefarius & incorrigibilis ſervus quædam alia, quæ contra orthodoxam fidem ſunt, & contra ea, quæ Sacroſancta tenet Eccleſia machinari minime formidavit, propter quæ omnia maximum imminet periculum, ne dictæ hæreſes taliter in dicto regno diſſeminatæ magnorum portent fomenta ſcandalorum, & plurimum ingenia ſubvertant, & animarum pericula generent.*

Pont. de co lis.

Latinis & Anglicis libris hæreſim diſſeminat.

Nos igitur attendentes, quod morbus iſte contagioſus & diſcriminis plenus exiſtit, & quod antiquus & verſutus humani generis hoſtis quærens quem devoret hujuſmodi laqueis ſæpenumero ſimplicium corda contaminat, ac recenſentes ſani eſſe conſilii, ut morbida beſtia ovile non inficiat, congruam celeriter huic morbo adhibere medelam, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus viriliter in fidei negotio, ubi præſertim hæc ex tota regno querela perducitur procedentes vos, vel tu frater Londinenſis epiſcope cum altero collegarum tuorum, & ſi venerabilis frater noſter Franciſcus epiſcopus Interamnenſis tunc in regno Angliæ ſe comperiret, & præmiſſis de facili poterit intereſſe, etiam cum ipſis fratribus epiſcopis vocato & diligenter perquiſito atque detento dicto Reginaldo ſuper præmiſſis inquiratis auctoritate noſtra diligentius veritatem: & ſi per inquiſitionem hujuſmodi reperieritis ipſum Reginaldum poſt abjurationem hæreſis antedictæ illam per occultationem dictorum librorum, vel alicujus eorum, ſi de jure fuerit aut alias relapſum, aut ficte pœnitentem fuiſſe, ut præfertur, illum, ſi commode mitti poſſit, ad nos & Romanam curiam ſub bona & certa cuſtodia, juxta ejus demerita puniendum, & corrigendum tranſmittatis: alioquin vos illum, ut cæteris tali labe reſperſis exemplo ſit adhibitis vobis cum aliis coepiſcopis veſtris uſque ad ſufficientem numerum, inſula pontificali, ac reliquis epiſcopalibus inſignibus privetis, illumque tam ab epiſcopali quam ſacerdotali ac reliquis eccleſiaſticis ordinibus deponatis & degradetis, ac alias de eo ſtatuatis & decernatis, prout ſecundum ſacrorum canonum ſtatuta fuerit faciendum; & nihilominus omnes, & ſingulos incolas regni Angliæ, & alios quoſcumque, qui aliquos ex prædictis codicibus, vel illorum copias, aut tranſumpta habent, cujuſcumque fuerint præeminentiæ, nobilitatis, ac ſtatus, etiam ſi pontificali, aut alia quavis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, per vos vel alium ſeu alios, ubicumque per totum dictum regnum & alibi, ubi opus fuerit, & præſertim in civitate, & diœceſi Ciceſtrenſi, & in illis locis, in quibus dictus Reginaldus per amplius converſabatur, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & ſub hæretici erroris declarationibus, aliiſque gravioribus pœnis, ſententiis, & cenſuris, de quibus vobis videbitur, moneatis & moneri faciatis, ut eoſdem libros & codices, ſeu opuſcula, copias, vel tranſumpta infra certum competentem eis per vos præfigendum terminum, vobis vel perſonis ad hoc deputandis præſentare, tradere, & aſſignare debeant. Alioquin, ſi id infra eumdem terminum non adimpleverint, ex tunc vos in eos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi proferatis, nec non excommunicatos & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis hujuſmodi obvolutos, & irretitos eadem auctoritate declaretis, & declarari faciatis

Actio illi intendi juſſa.

Defixi anathemate qui ejus libros tenuerint.

ciatis, & eos, apud quos codices ſeu opuſcula, aut copia, vel tranſumpta hujuſmodi poſt lapſum dicti termini reperta fuerint, tamquam de hæreſi ſuſpectos ſuper articulis fidei examinari, & hæreſim abjurare, vel tamquam hæreticos puniri faciatis, prout in eo caſu fuerit faciendum: illa vero ex eiſdem codicibus, ſeu opuſculis, copiis, vel tranſumptis, quæ ad manus veſtras pervenerunt, ut cum damnato authore depereant, publica judicia coram populo concremetis, aut concremari & comburi faciatis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, &c. Datum Senis anno incarnationis dominicæ MCCCCLIX. VII. id. aprilis pontificatus noſtri anno I.

XXX. Novi hæretici in Britannia matrimonium damnant. (a) Lib. 35. p. 232.

In Britannia quoque minori exorti (a) ſunt novi hæretici, qui effutirent matrimonium divinis vetitum legibus, nec quempiam felicem immortalitatem poſſe adipiſci niſi virginitatem, viduitatemve, aut cœlibatum coleret. Nec deerant qui magicas artes exercerent: de quibus a Franciſco duce Britanniæ certior factus Pontifex ad eam excindendam peſtem fidei cenſores ibi creavit edito hoc diplomate, (b) in quo eorum nequitia deſcribitur.

(b) Ib.

Dilectis filiis abbati monaſterii B. Mariæ de Beari Treorenſis diœceſis, & Brixiano Meriadet, ac Joanni Barlimis canonicis eccleſiæ Treorenſis ſalutem, &c.

Ad noſtrum, non ſine mentis turbatione, & gravi dolore pervenit auditum, quod pleroſque ducatus Britanniæ habitatores Chriſti ſanguine mercatos adeo tenebrarum princeps involvit, ut eos ſuæ damnationis lapſuſque participes efficeret, ejus decepti aſtutiis, quod ipſi deteſtabiles, illiuſque ſuorum ſatellitum illuſiones cæcitate noxia ſectantes, mortis tempora aliaque futura hominibus prædicere nituntur, & per incantationes alias infirmitates, & languores inferunt, nefariaque perpetrantes, ac viris & mulieribus virginitatem, viduitatem, cælibatumque de neceſſitate ſalutis æternæ ſuadentes, varios errores in Chriſtiana fide ſeminare non pavent, in gravem atque divinæ majeſtatis offenſam, ac ſuarum & aliarum plurium periculum animarum, perniciosiſſimum exemplum, & ſcandalum.

Iidem magicis artibus dediti.

Fingunt conſignatos damnandos.

Nos hujuſmodi peſtiferos, quibus grex dominicus inficitur contagione, morbos propellere cunctoſque populos a præcipitiis & veteris, quantum in nobis exiſtit, cohibere ſummis affectibus geſtientes, ac etiam dilecti filii nobilis viri Franciſci Britanniæ ducis ſupplicationibus inclinati vobis, &c. Provinciam imponit, ut in artium magicarum ſtudioſos inquirant, inque eos & alios novorum errorum diſſeminatores apoſtolica authoritate animadvertant. *Dat. Mantuæ anno incarnationis dominicæ* MCDLIX. *xvi. kal. januarii pontificatus noſtri an.* II.

XXXI. Novus in Longobardia hæreſiarcha.

Inſignis etiam hæreſiarcha hoc anno in vincula eſt conjectus, qui omnes Chriſtianos ſalutem adepturos confinxerat, mundi machinam ſua ſponte diſſolutum iri, alium etiam ab iſto orbem conditum aliudque humanum genus efformatum, Chriſtum ſyderum vi paſſum, in hoſtia divinitatem ejus tantum verſari, Moyſem & Mahometem cum Chriſto conferebat, luxuriam furtumque noxas lethales eſſe negabat, tum legem Chriſtianam novæ promulgatione abolitum iri: in Judicium vero vocatus damnavit impietatem: ſed ne in poſterum aliis tam peſtiferum virus aſpergeret, in carcerem condi a Pio juſſus eſt (c).

(b) Lib. 6. p. 248.

Ad futuram rei memoriam.

Cum ſicut accepimus dilecti filii Bernardus de Boſco capellanus noſter, ac palatii apoſtolici cauſarum auditor, dudum per felicis recordationis Calliſtum Papam III. prædeceſſorem noſtrum ad nonnullas Lombardiæ partes pro extirpatione hæreſum illic pullulantium deſtinatus, & Jacobus de Brixia ordinis fratrum Prædicatorum, & ſacræ theologiæ profeſſor, in dictis partibus pravitatis hæreticæ inquiſitor, Zaninum de Solcia tunc canonicum Pergomenſem & utriuſque juris doctorem, qui auſu ſacrilego contra ſanctorum patrum dogmata mundum naturaliter conſumi & finiri debere, humiditatem terræ & aeris calore ſolis conſumente, ita ut elementa accendantur, & omnes Chriſtianos ſalvandos eſſe; Deum quoque alium mundum ab iſto creaſſe, & in ejus tempore multos alios viros & mulieres extitiſſe, & per conſequens Adam primum hominem non fuiſſe; item Jeſum Chriſtum non pro redemptione ob amorem humani generis, ſed ſtellarum neceſſitate paſſum, & mortuum eſſe; item Jeſum Chriſtum, Moyſen, & Mahometem mundum pro ſuarum libito voluntatum rexiſſe: nec non eumdem dominum noſtrum Jeſum illegitimum, & in hoſtia conſecrata non quoad humanitatem, ſed divinitatem dumtaxat exiſtere, & extra matrimonium luxuriam non eſſe peccatum, niſi legum poſitivarum prohibitione, eaſque propterea minus bene diſpoſuiſſe, & ſola prohibitione eccleſiaſtica ſe frænari, quoniam Epicuri opinionem, ut veram ſectaretur; præterea rem auferre alienam non eſſe peccatum mortale etiam domino invito; & legem denique Chriſtianam per ſucceſſionem alterius legis finem habituram, quemadmodum lex Moyſi per legem Chriſti terminata fuit; affirmare & temere polluto ore aſſerere præſumebat. Præterea ad ipſorum auditoris, & inquiſitoris præſentiam evocatum, ac legitime & judicialiter examinatum, poſtquam prædictis perniciosiſſimis erroribus ſponte renuntiaverat, & omnem hæreſim damnatam in manibus ejuſdem Bernardi abjuraverat contra eum definitivam

Fingit alium mundum & alios homines antea fuiſſe.

Chriſtum neceſſitate ſtellarum paſſum.

Ab eodem Mahometes Chriſto adæquatur.

Negata in Euchariſtia Chriſti præſentia.

Laxata luxuriæ licentia.

Chriſti legem abolitum iri falſo prædicit.

nitivum, per quam eumdem Zaninum omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis, quæ obtinebat, nec non doctoralibus inſigniis & honore privaverat, ac perpetuis carceribus mancipandum fore decreverat & declaraverat; nonnullis aliis pœnitentiis, prout delicti atrocitas, & inſtituta canonica exigebant, ſententiam promulgavit. His compertis Pontifex ad ſerpens malum reprimendum hæc decernit: Mancipatur perpetuo carceri. Mandamus quatenus idem Zaninus ex nunc in arcto monaſterio, quod duxerimus declarandum, ad agendum pœnitentiam pro commiſſis uſque ad noſtrum & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum includatur; in aliis vero ſententiam antedictam ex juſtis cauſis reſervamus in poſterum moderandam. *Datum Mantuæ anno, &c. MCCCCLIX. XVIII. kal. decembris pontificatus noſtri anno II.* Hactenus de geſtis a Pio partim Senis, partim Mantuæ ad excludendas hæreſes: nunc Pium Florentiam euntem ſequetur narratio.

XXXII. Pii iter verſus Florentiam. Abeunti Senis, & Florentinum agrum ingreſſo, obviam prodiere Florentinorum oratores dignitate & opibus præſtantes, cumque Carthuſianorum monachorum ædes peteret, Faventinus, Forolivienſis, & Cornelienſis præfecti, elientes imperii eccleſiaſtici ei obviam fuere, ac paulo poſt Galeatius Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſium natu major filius, cujus eximias dotes virtutumque ſigna primis illis annis micantia effert inſigni commendatione Gobelinus (a), deque eo addit. *Hunc genitor ex Mediolano cum quingentis equitibus ſplendida, & ornatiſſimo comitatu Florentiam eoſque miſit Pontifici obviam: qui ad tertium lapidem paulo citra Carthuſiam ei occurrens, & ab equo deſiliens, ſacros de more pedes exoſculatus eſt. Pontifici prandium in monaſterio Carthuſienſi apparatum, atque eo peracto in urbem properanti extra portam duobus circiter ſtadiis Guelpharum duces partium occurrere, & prætor urbis, & multi magiſtratus: in porta priores, quos vocant dominos, qui Pontifice verbis humilibus ſalutato, & pedibus oſculatis urbem & populum ei commendarunt. Propter ægritudinem pedum non poterat equo Pontifex vehi: ſella ſedens aurea humeris hominum portabatur. In ipſo urbis ingreſſu, poſtquam ſacerdotes ſacra ferentes benedictionem Pontificis acceperunt, & pompam ducentes præceſſerunt, Sigiſmundus Malateſta & alii Eccleſiæ vicarii, quorum ſupra meminimus, ſellam Pontificis ſubiere ſummoque dominum honestis aliquandiu portavere. Galeatius, qui minor eſſet, & cruribus paululum invalidus, quamvis onus ferre non poſſet, manum tamen appoſuit quaſi adjutor unus cupiens videri portantium. Priores urbis hinc atque inde pedibus incedebant. Mutabantur autem portantes per dimenſa loca, & honoratiores eo vel id ſibi muneris expetebant. Galeatius cum aliquantiſper pedibus ambulaſſet, juſſu Pontificis equum aſcendit, & paulo poſt Eccleſiæ vicarii. Urbs plena populo fuit, & ſuo, & alieno. Vicini ex oppidis & agris novum viſuri præſulem undique concurrerant, fœminarumque dives ornatus viſebatur, miro veſtium varietas, domeſticus ſimul & peregrinus cultus. Ingreſſus eccleſiam S. Reparatæ, & ſacellum B. Joannis utrobique populo benedixit. Diverſorium ei apud S. Mariam fuit, cui Novella cognomen eſt, ubi & Martinus, & Eugenius ſui prædeceſſores collocati fuerunt.* Luſtratus ſacra prece & ſigno crucis populus. Plura addit author de Florentinæ urbis origine atque amplificatione, tum Guelpharum partium ſtudio, ac demum de Coſimi Medicæi, qui poſteris viam ad Florentinum imperium ſtruxit, divitiis, potentia, peritia rerum, eximiis geſtis, authoritateque, & magnificentia plura enarrat, adjungitque ut Antoninus archiepiſcopus Florentinus maxima ſanctitatis excitata fama ad meliorem vitam evolarit.

XXXIII. S. Antonini pius obitus. *Per idem*, inquit, *tempus migravit in Domino Antoninus eccleſiæ Florentinæ archiepiſcopus ordinis Prædicatorum profeſſor, vir memoria dignus. Domuit avaritiam, conculcavit ſuperbiam, libidinem prorſus ignoravit: potu ciboque parciſſime uſus eſt: non iræ, non invidiæ, non alteri paſſioni ſuccubuit: doctrina theologica emicuit. Scripſit plura volumina, quæ docti laudant: prædicator acceptus in populo, quamvis ſcelerum inſectator vehemens.* Ejus elogium. *Correxit cleri, & populi mores: lites diligenter compoſuit: inimicitias quoad potuit ex urbe pepulit: proventus eccleſiæ inter Chriſti pauperes diſtribuit: in cognatos & affines ſuos, niſi admodum inopes eſſent, nihil contulit: vitreis ac fictilibus tantum vaſis eſt uſus: familiam, quæ parva illi fuit contentari modico voluit, & ad philoſophiæ leges vivere. Mortuo nobile funus ex publico ductum: in domo nihil repertum eſt præter mulam, quo inſidere ſolitus erat, & vilem ſupellectilem, cætera manus pauperum aſportavere. Civitas [nec vana putanda opinio eſt] ad vitam illam migraſſe beatam putavit. Magiſtratus urbis, ubi ſe tanto privatum patre, & orphanorum tutore, viduarumque vindice defeciſſe animadvertit, accedens Pium Pontificem non iſtum aut illum ſed aliquem ex civibus ſuis in ejus locum ſubrogari petiit. Laudavit Pontifex Florentinos, qui obſtinate unum aliquem non petiiſſent, auditurumque ſeſe ait honeſtas preces.* Juſtiſſimis ex cauſis conceptam illam a Florentinis de Antonini ſanctitate exiſtimationem docet Franciſcus Caſtellonienſis (b), qui ejuſdem mores, ac vitam ſanctiſſimam deſcribit: *Omni ſexta feria quadrageſimalibus cibis pro ſe omnique familia ute, jejuniumque ſer-*

(a) Gobel. in comm. l. 2.

(b) Caſtell. ap. Leand. l. 3.

Margin notes: A Florentinis magnifice exceptus. — Proceres geſtandæ illius ſellæ colla ſupponunt.

vari mandabat. Jejunium quoque adventus Domini ſingulis annis, velut in religione faciebat, ſervare conſueverat, quo etiam tempore nonnunquam ovis ingraveſcente ætate pro corporis imbecillitate utebatur: jejunia vero Eccleſiæ nulla penitus niſi morbi graviſſimi cauſa reliquiſſet. Lectioni divinæ, quam ad menſam ſemper habebat, ita erat intentus, ut nullum poſſet lector verbum minus recte proferre, quod non ſtatim ejus correctione emendaretur: diceres hominem non ad cibum ſed ad lectionem acceſſiſſe: Cœna ejus aut nulla erat, aut breviſſima. Surgebat noctu ſemper, adeoque ſolicite, ut ſignum matutini officii cathedralis eccleſiæ præveniret: cumque divinum officium cum ſuis clericis magna cum attentione, ac mentis devotione perſolviſſet, reliquum, quod erat, temporis uſque ad horam diei tertiam lectioni ſacræ, aut ſcribendis libris, de quibus paulo poſt verba faciam, tribuebat. Hora tertia miſſam celebrabat, quam nunquam niſi magna urgente neceſſitate reliquiſſet. Celebrata miſſa, quod reliquum erat diei totum in curæ paſtoralis ſolicitudine, in audiendiſque his, qui multi diverſis de cauſis ad eum ibant, uſque ad ſeram noctem, præter id temporis, quod neceſſitati corporis condonabatur, conſumebat: neminem inauditum, nec viliſſimum quemque a ſe dimittebat: ſatisfaciebat omnibus quantum in ſe erat, quippe qui audiendo patientiſſimus, ac reſpondendo mitiſſimus eſſet. Adjicit multa idem author de illius æquitate animi, humanitate in dandis conſiliis, pietate in ſocris precibus fundendis, macerandi corpuſculi ſtudio, rerum divinarum contemplandarum amore, revocandi a vitiis cleri induſtria, abolendæ artis fœneratoriæ diligentia, tolerantia laborum, concilianda civium benevolentia, tuendæ eccleſiaſticæ libertatis pio ardore; adeo ut Nicolaus V. cum perſpectas ejus haberet virtutes has uſurparit voces: *Non minus ego archiepiſcopum Florentinum ſanctorum catalogo adhuc vivum adſcribendum putarem, quam Bernardinum mortuum quem ego multis veriſſimiſque teſtimoniis omni approbante Eccleſia canonica celebratione decravi.* Eminuiſſe fragrans ejus ſtudium tradit Gobellinus in ludis nefariis abolendis, ut etiam cruce præeunte ad eos ſubvertendos intrepidus perrexerit, interceptamque cujuſdam ſacerdotis mille aureorum vim ludo ſortium partam pauperibus erogarit: ita vero perſpectam fuiſſe ipſius ſanctitatem Coſmæ Medicæo, ex cujus nutu, & imperio Florentia pendebat, ut hanc ſententiam protulerit (a): *Magnæ fuerunt hoc tempeſtate noſtræ civitatis calamitates majora pericula bellorum, peſtis, inediæ, terræ motuum, ac primiſque occultarum ſeditionum, quæ omnia meo judicio noſtram everteſſent civitatem, niſi pontificis noſtri*

Pius vitæ illius quotidianæ ordo.

Nicolai V. de eo inſigne teſtimonium.

(a) Franciſc. Caſtellion. apud Leand. l. 3.

Coſmæ Medicæi de eo ſententia.

merita orationeſque reſtitiſſent.

XXXIV. Ut autem vitam ſanctiſſime duxerat, ita plurimis ſanctitatis argumentis obitum illuſtravit, quem prædictus auctor hiſce verbis deſcribit (b): *Cum jam ſeptuageſimum ætatis annum attigiſſet, tredecim enim annis pontificatum geſſit, ad quem cum quinquageſimum ſeptimum ageret annum aſſumptus eſt, febri quadam lenta correptus, quam flegmaticam phyſici appellant, non vehementi ſed longa ægritudine laboravit: Cumque cœpiſſet morbus ingraveſcere, vehementiorque eum febris vexaret, acceſſi ego ad lectum, in quo jacebat, conabarque, ut fit ægrotis, hominem conſolari, ſimulque bonam ſpem & convaleſcentiam pollicebar. Ad quod vir ſanctus: Fiat, inquit, voluntas Dei. Et paulo poſt ſubjunxit prophetæ verba, quæ ſcribuntur in pſalmo. Dies, inquit, annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis, quaſi prævidiſſet vitæ ſuæ terminum, cum ad eam jam ætatem, ut paulo ſuperius diximus, perveniſſet. Impoſuerat etiam non multo antea extremam manum ingenti libro magnoque volumini, quam ſummam appellavit, quam longo tempore, magno labore, multoque artificio conſcriptam, ut paulo poſt docebo, non ad motus ſyderum naturæque occultas vires demonſtrandas, ſed ad dandam edocendamque eam ſalutis ſcientiam ediderat, quæ in timore Domini edocendo cum perceptione mandatorum ejus, ac operis conſummatione poſita eſt.* Enumeratis deinde illius operibus, de quibus etiam Sixtus Senenſis, Joannes Trithemius, Robertus Cardinalis Bellarminus, & Poſſevinus in ſuis ſcriptorum eccleſiaſticorum catalogis meminere, ſubjungit auctor, qui morituro interfuit.

(b) Id. ib.

Præclara pietatis exempla in extremo vitæ acta ob eo edita.

XXXV. *In ea igitur poſitus ægritudine curavit primo omnia Eccleſiæ, quod omnibus mandatur fidelibus, ſacramenta ſuſcipere: cumque in die Apoſtolorum Philippi, & Jacobi ante crepuſculum extremam unctionem, ſimulque plenariam indulgentiam aſtantibus fratribus ſuis, qui ſanctum virum in ea ægritudine aſſidue ac frequentes magna cum charitate obſervarunt, ſuſcepiſſet, cumque illi circumfuſi lecto matutinum officium decantarent perveniſſentque ad laudes, tum vir ſanctus in ipſa jam mortis anxietate poſitus magno conatu in fervore ſpiritus ignitum alios faciens dixit: Deus in adjutorium meum intende; quod immenſæ pietatis ſignum magno fuit gemituum nobis aſtantibus ac lachrymarum reintegratio. Cum vero quaſi ad ipſum vitæ terminum deveniſſet, nec jam ulla niſi pauca admodum atque ea ſemimortua verba proferret, hoc ſæpius ex ore ejus verbum auſcultantibus audiebatur: Servire Deo regnare eſt; quaſi jam laboris ſui præmium paratamque ante oculos mercedem intueretur. Aliud hoc item verbum ſæpius proferebat: Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus eſ-*

Poſtremæ ejus voces.

ſe.

ferant neſcio; cumque fratres, qui totum jam pſalterium legerant, eoſdem pſalmos reiterarent, perveniſſentque ad eum verſum pſalmi xxiv. qui dicit: Oculi mei ſemper ad Dominum; ipſe elevatis tunc oculis, erectiſque ad cœlum manibus, eundem repetiit verſum; Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos; ſimulque ex continuo labiorum motu, & ex nonnullis perceptis ex ore ejus verbis intelligebatur illum in continua tacitaque pſalmodia detineri, maximeque eum pſalmum ſæpius iterare videbatur, qui in ultimis matutinis laudibus decantatur: Laudate Dominum de cœlis; & reliqua, quæ etiam in vita, ut ſui fratres aſſerunt, delectare plurimum conſueverat. Nonnunquam etiam porrectam a fratribus brevem Domini Crucifixi imaginem complexus tanto dilectionis deoſculabatur affectu, ut aſtantes omnes nullo pacto lacrymas continere valeremus. Sequenti igitur die poſt feſtum Apoſtolorum hoc eſt ſecunda maii, & in vigilia aſcenſionis Domini poſt longam anxietatem ſpiritus ille ſanctiſſimus ſolutis corporeis vinculis, ad æthereas ſedes evolavit.

Crucifixi imaginem ardenter oſculatus expirat.

XXXVI. Addit idem author aliqua quæ id probarent argumenta, nempe viſum a viro ſancto illius animam eadem, qua diſceſſit e corpore, hora in cœlum evolare, pluraque miracula contacto ſacro pignore vel ejuſdem apud Deum implorata ope, effulſiſſe: Fertur, inquit, quidam ſui ordinis frater Conſtantinus nomine, vir magnæ ſanctitatis, tum eſſet in civitate Æſculana, & vigilans oraret in eccleſia, vidiſſe manifeſte Antoninum eadem ipſa ora qua ex hac vita migravit glorioſum ad cœleſtem patriam evolaſſe, atque illud ita eſſe majori confirmaretur argumento, vidit eadem hora alium fratrem, qui etiam in alia civitate tunc obierat, non jam ad cœlum, ſed ad purgatorias ſedes deſcendere: quod cum ille aliquandiu reticens ex lætitia ac inſueta vultus hilaritate diſſimulare non poſſet, pulſatus precibus diu a fratribus, tandem id quod vidit magno cum gaudio enarravit: & de morte utrorumque poſt aliquot dies id ita eſſe certa rei experientia compertum eſt. In ipſa quoque exequiorum die, dum corpus in eccleſia S. Marci poſitum eſſet, acceſſit mulier, quæ altero latere debilitato ac ſtupido diu manca fuerat, tactoque ſacro corpore antequam de eccleſia recederet integritatem virium in toto corpore ſe recepiſſe percepit.

Oſteuſum pio viro ejus animam cælos conſcendere.

Juſſiſſe Pium, qui tum Florentiæ Mantuam profecturus ſubſtiterat, illius funus magnifice curari, ac plures epiſcopos id cohoneſtare, refert author, atque etiam ob exiſtimationem ſanctitatis, qua floruerat Antoninus, aliqua indulgentiarum præmia manus defuncti deoſculaturis contuliſſe: Addiderat etiam, inquit, ſummus Pontifex maximum ejus viri ſanctitati teſtimonium, ut quicumque ad ſanctum corpus benedictaſque manus deoſculandas acceſſiſſet ſeptem annos ſeptemque quadragenas indulgentiæ, ac culparum remiſſionis factumque ex nova ſemper ſuperveniente populi, atque advenarum multitudine, ut ſanctum corpus in ipſa eccleſia aliquot dies videndum omnibus deoſculandumque neceſſario poneretur, nec niſi octava die poſt ejus obitum ſepulchro condi potuiſſe, illudque ſane multa admiratione dignum eſt, tanto tempore reſervatum corpus exanimem nullum tetrum odorem edidiſſe, quin potius mirabili ſemper fragrantia redolebat, videbaturque omnium judicio venuſtior lætiorque in mortuo facies, quam fuerat in vivo. Inſuper manus pedeſque nullo rigore contracti nulloque maculati livore cernebantur, quod certe omnibus id cernentibus magnum ſanctitatis ſignum eſſe ducebatur.

Pontifex manus viri ſancti deoſculaturis indulgentias confert.

Niſi octavo die potuit ſepulchro condi.

Poſt tot dies ſuavem odorem ſpirat.

Interjectis multis miraculis, quæ vivus defunctuſque patravit de populorum in eum ſtudio adjungit: Illud ſane inauditum atque multa admiratione dignum eſt, quod dum ejus funus ad eccleſiam S. Marci deferretur, ab animadvertentibus cernebatur ut enim dum viveret concurrebant univerſi viri, ac mulieres ad locum, quo illum tranſeuntem intelligebant, ſubmiſſique in terram, ac proni ſanctum præſulem adorare conſueverant, ſic exanimi tunc corpori, ac feretro inclinati, poſitiſque in terra genibus non curantes etiam pluviam, quæ tunc forte ingruebat, omnes non tantum cives, verum & advenæ, qui tum multi in noſtram civitatem propter præſentiam ſummi Pontificis advenerant, tamquam conſuetam ab eo benedictionem accepturi, conſuetam adorationem licet mortuo humiliter ac devote præſtabant, magnum de ſua erga eum fide ac reverentia teſtimonium reddentes, majorem de tali jactura luctum oſtendentes. Ut vero curſu temporum majora Antonini implorantibus opem collata ſint a Deo beneficia vario morborum genere implicitis, inſigniaque ad ejuſdem ſepulchrum radiarint miracula, ac demum ipſi ſanctorum honores a Romana eccleſia decreti fuerint, dicetur inferius: nunc reliqua Florentiæ geſta dum in ea Pius verſabatur proſequamur.

XXXVII. Claruit vivus & defunctus miraculis.

Poſtea ſolemni ritu Sanctorum catalogo adſcitus.

Narrat in primis Gobelinus; exoratum multis precibus Pontificem fuiſſe, antequam abiret Florentia, a Sigiſmundo Malateſta, ut ipſum Ferdinando Regi Siciliæ conciliaret. Motum antea bellum fuerat (a) ab Alfonſo cum Jacobo Piccinino vindictam ab eo expeteret, quod ſtipendia olim accepiſſet, ut accenſo in Etruria bello inferret Florentinis arma: is vero cauſatus non ſolutam omnem ſibi promiſſam pecuniam ad Florentinos ipſos defecit, multo ab iiſdem conductus auro, quam ob rem Alfonſi partes fuerant ad-

XXXVIII.

(a) Pigna l. 4.

Ferdinandus Rex ſolicitatus ut Malateſtam ad pacem admittat.

admodum depreſſæ; ſolicitus itaque ſedandi illius veteris diſſidii Pius jam ante Ferdinandum erat adhortatus (a), ut cum Malateſta pacem conficeret, ad quam componendam Mediolanum delegerat, quo a Sigiſmundo oratorem (b) ampliſſimis fretum mandatis mitti juſſerat, Urbinique comitem (c) concordiæ interpretem adhibuerat: Deſcribit porro improbos ejuſdem Sigiſmundi Malateſtæ mores Gobelinus (d), atque illum odio habuiſſe ſacerdotes, & in tantam impietatem collapſum, ut animam interire cum corpore ſibi fingeret; Deo tamen in honorem B. Franciſci templum poſuiſſe, ſed illud profanis ſimulacris polluiſſe, excitatoque concubinæ ſepulchro, ſuperſtitione veteri hanc inſcriptionem inſculpſiſſe: *Divæ Iſottæ ſacrum*. Subdit Gobelinus, non potuiſſe Pontificem Florentiæ ad concordiam rem adducere; poſtea vero Mantuæ feliciori exitu eoſdem tractatus inſtauraſſe; quamquam haud diu poſt Malateſta fœdus violavit, inſignique perfidia nonnulla Romanæ eccleſiæ oppida occupavit.

(a) Pius lib. brev. p. 20.
(b) Ib. p. 28.
(c) Ib. p. 21.
Malateſtæ mores impii.
(d) Gobel. in comm. Pii II. l. 2.
Gentilitios ritus ſectatos.

XXXIX. Moratum Pontificem Florentiæ diebus octo addit author (e), verum apud prædictum Calliſti III. regeſtum hæc de Pio adnotantur (f): *Die* XXV. *aprilis intravit Florentiam, & exivit quinta maii*; tum ſubditur: *Die nona maii intravit Bononiam, & exivit* XVI. *ejuſdem*. De pontificis Bononiam adventu deque pompa, & gratulatione, qua a Bononienſibus exceptus fuit, plura ſcribit Gobelinus (g), utque geſtandæ pontificiæ ſellæ urbis primores colla ſuppoſuerint, ac Pius ſex diebus Bononiæ manſerit. Cujus temporis ſpatio, ſcilicet duodecimo maii die datæ fuere literæ apoſtolicæ (h) ad Joannem Regem Aragonum, ut ad indictos Mantuæ conventus accederet, pridieque ejus diei rogatus (i) Carolus Francorum Rex, ut comitem e Duraclo conſiliarium ſuum mitteret: quo etiam die exaratis literis de Renato Rege, qui adverſus Pium ob traditum Ferdinando regni Neapolitani jus maxima, ut ipſe interpretabatur, ſui & nominis Gallici injuria exulceratus apoſtolicas literas in Provincia admitti vetuerat, graviter queſtus eſt, geſtaque a ſe in re Neapolitana excuſavit.

(e) Id. ib.
(f) Lib. 2. brev. Call. III. p. 28.
Pii iter per Æmiliam.
Bononiæ exceptus Pius honorificentiſſime.
(g) Gobel. ſuper. l. 2.
(h) Pius lib. brev. p. 34.
(i) Ib. p. 33.
Renatus adverſus Pium exulceratus.

Pius Papa II. Regi Renato.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem. Non poſſumus ſatis mirari, princeps ſereniſſime, quod ea in tuis dominiis fieri patiares, quæ non ſolum a bono & catholico principe, ſed etiam a tua ipſa natura & conſuetudine aliena eſſe videantur: nam cum Romanæ eccleſiæ, & illius ſummis Pontificibus ita obſequens filius fueris, & inter cæteros Chriſtianos principes ſemper ab eis in honore habitus, neſcimus quomodo fieri potuerit, ut in terris & dominiis tuis publico mandato tuo vetitum ſit, ut quis denique noſtris & apoſtolicis literis parere præſumat. Quod quantum detrahat famæ & virtuti tuæ, potes & debes tu ipſe per te judicare, & noſſe quod a nobis ne minima quidem in re offenſus petieris nomen noſtrum deleri de literis venerabilis fratris noſtri Petri epiſcopi Albanenſis Cardinalis de Fuxo noſtri & Apoſtolicæ ſedis legati de latere, quemadmodum ipſe nobis paulo antea per ſuas literas ſignificavit: Dolemus profecto hæc non tam noſtra quam tuæ ſerenitatis cauſa, cui ſemper ex corde fuimus affecti, & optavimus rem gratam & honorificam facere, & feciſſemus in negotio regni, niſi conditio temporum, & ipſa urgens neceſſitas, ac rerum noſtrarum, & Eccleſiæ ſtatus & ratio prohibuiſſent, ſicut oratoribus tuæ ſerenitatis cumulatiſſime retulimus. Nec certe ob id tua celſitudo nobis ſuccenſere debet, quando nihil egimus, quod tu ipſe pro tua prudentia ſingulari, & devotione ad ſedem Apoſtolicam non fuiſſes probaturus; potiſſimum cum nec tuæ ſerenitati nec alteri cuipiam jus per noſtram conceſſionem ſuſtulerimus. Itaque hortamur & rogamus tuam celſitudinem, ut circa hanc rem ita ſuo honori proſpiciat, & ſuæ conſcientiæ conſulat, ut ſi quando ſe cauſus & opportunitas offerant, quibus tuo honori, & commodis in ſervitio dum ſit ſicut maxime cupimus, poſſit tua ſerenitas facile intelligere quantum a nobis, & ſede Apoſtolica diligatur. Dat. Bononiæ XI. *maii anno* 2.

In Provincia literas Apoſt. non excipit.
Monetur jus in regnum illi non ſublatum.

XL. Bononia Ferrariam contendit Pius per Rhenum & Padum flumina, quem Borſius Aeſtinus in ea urbe Romanæ eccleſiæ nomine princeps fiduciarius, in agri Ferrarienſis limite obviam factus, honorificentiſſime excepit; *Summis*, inquit (k), *honoribus Pium excepit, aduexuſque eos ſuperiore, per quos iter fuerat habitum. In porta claves urbis Pontifici obtulit, pedeſtriſque ad ſellam ejus inter portantes tandiu profectus eſt, quoad equum aſcendere juberetur. Tecta pannis omnis via fuit, & ſtrata floribus, per quam itum eſt ad majorem eccleſiam: adornatæ domus, & omnia plena cantibus, ac perſonantibus erant, acclamante populo: Pio Pontifici ovita. Cardinalibus & univerſæ curiæ miniſtrata cibaria e palatio; ludi multiplices exhibiti, orationes complures ab oratoribus diſertiſſimis habitæ. Celebritas hic ſanctiſſimi corporis Domini acta eſt, ſolemnis pompa per forum ducta, Pontifice populo benedicente, & hoſtiam immaculatam portante. Manſum eſt hic octo diebus*. De tempore, quo Pontifex Ferrariæ moratus eſt conſentiunt notæ (l) ad Calliſti III. regeſtum adjectæ: *Die*, inquiunt, XVII. *dicti menſis*, nimirum maii, *intravit Ferrariam, & exivit* XXV. *ejuſdem*: Extant in eodem ms. codice pontificia diplomata (m) XXII. & XXIII. menſis maii Ferrariæ exarata.

Diverſia Ferrariam.
(k) Gobel. ſuper. l. 2.
(l) Lib. brev. Call. III. p. 28.
(m) Ibid. pag. 57. & 58.

Sub.

Subdit Gobelinus, conventum fuiſſe Pontificem in ea urbe a nonnullis viris doctrina inſignibus, inter quos Guarinum Veronenſem, & Aurispam Siculum recenſet, additque extinctum eodem anno Poggium, cujus hiſtoria pluribus in locis ſuperius uſi ſumus.

XLI. Mantuam ingreditur. Ferraria Pontifex profectus eſt Mantuam, cujus imperium per id tempus obtinebat Ludovicus Gonzaga marchio, *armorum*, inquit Gobelinus (a), *& litterarum peritia clarus, mitis ingenii, & juſtitiæ obſervantiſſimus*. Ingreſſum Pontificem Mantuam VI. kal. junii teſtatur auctor; cui Calliſti III. regeſto additæ notæ conſonant: *Die*, inquiunt (b), XXVII. *maii MCCCCLIX. intravit Mantuam*; idemque ipſemet Pontifex pluribus ſignificavit (c). Celeberrimos vero undique ad viſendum Pontificem populorum concurſus fuiſſe narrat Gobelinus (d), atque inter alios adfuiſſe Blancam ducis Mediolanenſis conjugem una cum liberis, e quibus Hippolita Regis Ferdinandi filio fuerat deſponſa: tum ſervatum in Mantuæ ingreſſu pontificio pompæ ordinem deſcribit, ſic inquiens: *Pompam hujuſcemodi ducens intravit urbem: præceſſerunt ſervitia curiæ, & Cardinalium miniſtri, tum minoris ordinis curiales: exin equi candidi abſque ſeſſoribus duodecim frænis ſelliſque aureis ornati: tum vexilla tria, in primo ſignum crucis reſplendet, in altero clavium Eccleſiæ, in tertio quinque lunarum, quod eſt Piccolominæorum inſigne, & ea viri nobiles armis tecti, & phaleratis inſidentes equis portavere. Mox umbella ſecuta eſt rubro, & croceo colore diſtincta, proximi ſacerdotes urbis devite apparata ſacra ferebant. Poſt hos Regum, & principum legati: tum crucem auream comitantes ſubdiaconi apoſtolici, auditores palatii, ſcretarii, & advocati.*

(a) Gob. ſup. l. 2.
(b) Ubi ſupr.
(c) Pius lib. brev. p.35. & 37.
(d) Gobelin. ſup. l. 2.

Quis pompæ ordo inſtructus ſit.

His arcula jungebatur aurea equo albo vecta & multis luminaribus circumdata, in qua condita fuit Eucharistia, id eſt hoſtia Salvatoris ſacrata, & ſericum deſuper umbraculum. Huic proxime Galeatius Mediolanenſis, & Ludovicus marchio, & poſt eos Cardinalium venerabilis ordo: tum Pontifex ipſe ſella ſublimi ſedens ſacerdotali paludamento, & onuſta divitibus gemmis mitra fulgens, nobilium procerum portatus humeris benedicens populo incedebat, & juxta eum cubicularii, & corporis cuſtodes, epiſcopi, & notarii, & abbates, & ingens prælatorum turba Pontificem ſequebantur. In porta urbis Ludovicus equo deſiliens claves civitatis Pontifici obtulit: idem fecere omnes ad quos Pius in itinere declinavit præter Senenſes, & Florentinos. A porta urbis uſque ad eccleſiam S. Petri, quæ cathedralis eſt, nihil non tectum pannis fuit, & parietes undique & floribus & aulæis ornati: mulieres, pueri, ac puellæ feneſtras ac tecta compleverunt, nec tamen preſſura defuit cunctis aditibus populo occupatis. Altaria multis in locis incenſo thura fumabant, nec alia vox audiebatur, quam populi clamantis: Pio Pontifici maximo vita. Ubi ad eccleſiam ventum eſt, ſupplicationibus Deo factis, & hymno decantato, & annunciata cunctis, qui aderant plenaria peccatorum remiſſione, Pontifex in ampliſſimo palatio exceptus eſt.

Civitatis claves ipſi delatæ.

XLII. Kalendis junii Pontifex una cum Cardinalibus, epiſcopis, & univerſo clero ad eccleſiam deſcendit (e), ubi re divina ſolemni apparatu ingentique aſtantium pietate peracta, epiſcopus Coronenſis de Pontificis ſuſcepto conſilio, & conventus cauſa, & tyrannidis Turcicæ atterendæ neceſſitate pro concione diſſeruit. Tum Pius ipſe brevem orationem habuit, in qua tuendi nominis Chriſtiani curas a Regibus, qui ſuos oratores maxima ex parte non miſiſſent, abiici conqueſtus eſt: ſic inquiens: *Vocavimus principes, ac populos, ut communi conſilio rem Chriſtianam tueremur. Venimus ſpe pleni, quam vanam fuiſſe dolemus. Pudet nos tantam eſſe Chriſtianorum negligentiam: alios deliciis indulgent, alios avaritia retinet: Turcæ pro ſua damnatiſſima ſecta non recuſant mortem, nos pro ſancto Chriſti evangelio nec ſubire ſumptus, nec labores perferre vel minimos poſſumus. Si ſic pergimus actum de nobis fuerit, peribimus brevi niſi alios aſſumimus ſpiritus, ob quæ res vos hortamur, viri religioſi, ut orationibus aſſiduis Deum precemini, chriſtianis Regibus aliam mentem præbeat, ſui populi animos excitet, corda fidelium incendat, ut jam tandem arma ſumentes injurias ulciſcantur, quibus religionem noſtram in dies Turcæ afficiunt.* Demum Pius profeſſus eſt tandiu ſe moraturum Mantuæ, donec principum animos exploraret, ac ſi venirent una cum iis Chriſtianæ rei conſultorum, ſin minus, Romam infecta re, ad quam venerat, repetiturum, numquam tamen ſuſceptum de religione defendenda propagandaque conſilium, dum vita ſuperſtes eſſet, ſe abjecturum. Deinde omnibus, qui ſacra exomologeſi conſcientiam expiaſſent, gratuitam noxarum veniam tribuit (f), ac principes Chriſtianos de ſuo Mantuam adventu certiores factos hortatus eſt (g), ut vel ipſi venirent, vel oratores ſuos ſine mora legarent.

(e) Gobel. l.3.

Conqueritur de Regibus qui oratores non miſerint.

Incuſat ſegnitiem in deſugienda expeditione.

(f) Lib. brev. p.34.
(g) Ead. pag.

Pius Papa II. Regibus, principibus, & communitatibus.

XLIII. *Chariſſime in Chriſto fili, &c. Jam dante Altiſſimo ad civitatem Mantuanam pervenimus, ad quam cum antea per literas noſtras kalen. junii dietæ tenendæ cauſa venturos promiſiſſemus, quinto ante hunc terminum die perſonaliter affuimus. Venimus autem non ſine magnis perſonæ & re-*

rum

rum noſtrarum incommodis, ſiquidem ætas noſtra jam ingraveſcens quietem deſiderat & patrimonium etiam Pontificis præſentia deſtitutum manifeſtis periculis quotidie ſubjacet: omnia hæc tamen pro Deo magni facienda non duximus, ſcientes fidelium populorum ſalutem, & cauſam ſacroſanctæ fidei catholicæ anteferenda eſſe cunctis laboribus atque periculis. Sperabamus præſentiam tuam, vel ſi id non poſſes, oratores ſaltem tuæ celſitudinis hic invenire: inventi a nobis non ſunt, & dolemus fuiſſe nos primos, qui ad opus æque omnibus pro ſuis juribus debitum huc convenerimus. Hortamur itaque in Domino, & toto affectu noſtra ſerenitatem tuam requirimus, ut cogitans quid a te omnipotens Deus hoc tempore neceſſario quærat, quid ſalus communis omnium poſtulet, quid denique conveniat debito tuo, velis per te ipſum quod in primis optamus vel per oratores antedictos viros præſtantes, & tantæ ſolemnitati idoneos celeriter convenire, nec pati ut in communi principum Chriſtianorum conventu præſidente vicario Chriſti vox tua Altiſſimo deſit: ſunt enim, ſi propoſito noſtro adjutores non deerunt, quamplurima ad felicem proſecutionem parata; nunc præſertim cum Peloponeſus ferme tota, quæ Morea dicitur, ab impietate Turcorum rebellans ad Chriſtianam devotionem redierit, & piis votis opem ex his locis expectet. Eſt autem is locus tantæ ad omnia bene gerenda terra marique opportunitatis, ut nulla orientalis regio majorem facultatem tuendi noſtros, & vires Turcorum conterendi poſſit præſtare: quin certe in antiquam ſervitutem, & cladem redire neceſſe habebit, niſi matura ſubventio adſit. Nos quando principes antedictos, vel eorum oratores hic non invenimus, expectare adhuc eorundem adventum aliquod tempus decrevimus: ſi venient, tota mente ad complendum opus inceptum intendemus: ſi minus, cum per nos ferre tantam molem non valeamus, excuſata erit, ut confidimus, Deo & hominibus neceſſitas noſtra, videndumque erit principibus ipſis, quorum ope ſtare Chriſtianam rempublicam decet, ne Redemptori ſuo & ſibi cum ſempiterna ignominia & clade eorum, qui quotidie dant ſanguinem ſuum pro fide defuiſſe appareant. Dat. Mantuæ.

Hortatur ut communibus animis rem Chriſtianam tueantur.

Exponit Peloponeſum ferme totam recuperatam.

Amiſſum iri niſi mittantur ſubſidia.

XLIV. Miſſæ eo argumento ad Fridericum Imperatorem (a), ad Carolum Francorum Regem (b), ad Sabaudiæ (c), & Bavariæ (d) duces, Venetos (e), Florentinos (f), & alios (g) literæ fuere. Et quidem cum Frideelcus ob imperiales apices Eccleſiam ab infidelium graſſationibus tuerl, & barbarorum caſtra ferro demetere in prlmis teneretur, illum Pius tranſmiſſo pilel & enſis, quos apoſtolica prece ſacrat, myſtico munere additis his literis excitare ad religionis cauſam defendendam adverſus Turcas eniſus eſt.

(a) Ib. p. 38. 71. & 92.
(b) Ib. p. 58. & 8e.
(c) Ib. p. 39. & 80.
(d) Pag. 46.
(e) Pag. 68.
(f) Ead. pag. & 65.
(g) Pag. 35. 46. & 83.

Pius Papa II. chariſſimo in Chriſto filio Friderico Romanorum Imperatori ſemper auguſto ſalutem, &c.

Sollicitatur ad ineundam ſacram militiam Imp.

Conſuevit Romanus Pontifex ex inſtitutione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ alicui Chriſtiano Regi, vel principi bene de fide catholica merito enſem, ac pileum quotannis dono tranſmittere: cujus conſuetudinis memores ſerenitatem tuam præſenti anno, qui apoſtolatui noſtro initium dedit, in primis delegimus, quam tali munere ornaremus, ſcientes nulli poſſe convenientius dari, quam ei, cui ex officio ſuo Apoſtolicæ ſedis, & totius Chriſtianitatis protectio eſt propria. Accipe igitur chariſſime fili hunc enſem de B. Petri Apoſtoli corpore ſumptum, munus quidem pretio exiguum, ſed devotione & dantis animo magnum, illoque ſupra femur tuum in defenſionem ſacroſanctæ catholicæ fidei potenter accingere, ut quando Chriſtiana reſpublica præſidio tuæ celſitudinis nunc maxime eget, quaſi ſignum aliquod officii tui ad te miſſum intelligas, in illo confidens, qui per angelum ſuum (h) centum octoginta quinque millia de exercitu ſuperbiſſimi Senacherib una eademque nocte trucidavit, & manum conſtantiſſimæ Judith in cervicem Holofernis direxit. Hoc quoque munus in pignus noſtræ perpetuæ erga te voluntatis devote ſuſcipies, quæ profecto eſt talis & profecto talem futuram confidimus, qualem merita in nos tua digne merentur. Dat. &c. [1].

Enſis ſacra prece luſtratus ad eum miſſus.

(h) 4. Reg. 19.

XLV. Excepit munus ſacrum Fridericus, ſed ferrum non in Turcas, ſed in Hungaros, ut antea indicatum eſt diſtrinxit; maximuſque aliorum principum torpor extitit, de quo apud Carolum Francorum Regem Pius

NOTÆ [1] Pius pontifex in ipſo pontificatus ſui exordio enſe & pileo Fridericum imperatorem donavit, additis ad eum literis quas Annaliſta hic, ſed extra ſuum locum recitat. Cum enim ſermo ſit de gladio & pileo, quem pro conſueto more *ex inſtitutione S. R. E.* Romani pontifices ad principes tranſmittere *quotannis* ſolebant, ut in literis illis legitur; neque id præſtari niſi in pervigilio Natalitii D. N. J. C. mos eſſet, ut inferius conſtabit; literæ illæ pontificis, non quidem in ipſo Mantuani conventus exordio, ſed vel præcedente anno, vel in anni hujus exitu, nempe poſt pervigilium Natalis Chriſti, vel forte ineunte ſequenti dari potuerunt.

Quod vero ad ritum hunc pertinet, ſunt qui jam obtinuiſſe cenſent ſub Urbano V. a quo enſe aurato a ſe rite benedicto donatam ſcribunt Joannam reginam Siciliæ, cum anno 1368. pontifici in feſto paſchali ſacrum operanti aſſiſteret; id vero in libro diverſorum chronicorum regni Siciliæ in codice Vaticano legiſſe ſe Bzovius ad A. 1368. num. 4. teſtatur. Sed alium eſſe ritum hunc, cujus hic meminit in ſuis literis Pius, ſuſpicor. Quamquam illam tunc gladii largitionem ab Urbano expreſſam fuiſſe ad imitationem gladii illius, qui in pervigilio Natalis Domini dabatur

(a) Ib. p. 55.

Pius vehementer expoſtulavit (a), cum Peloponeſus quæ conficiendæ in occidente cruceſignatæ adverſus Turcas expeditionis ſpe & expectatione barbarorum jugum exueret, in pejorem ſervitutem mittenda eſſet, ſi oſtentatæ ſuppetiæ evaneſcerent: *Velis inquit, hanc excellentiam majorum tuorum gloriam hoc tempore retinere, nec pati ut in reliquorum fidelium conventu pro Chriſtianorum ſalute indicto oratores ejus non eſſe, qui Chriſtianiſſimi Regis gerit cognomen: hoc & honor tuus regius, & temporis præſentis conditio, & noſtræ quoque preces toties iteratæ ſuo jure expoſtulant. Accedunt nuntii pene quotidiani ex Hungaria, Boſna, & Albania, & Peloponeſo, multiſque aliis fidelium locis ad nos venientes, quorum teſtimonio ſatis certum habemus nihil rebus Chriſtianorum eſſe calamitoſius, quam tarditatem hanc tantam ferendi auxilii interponi; ſiquidem & hoſtibus vires, & noſtris detrimenta in diem accumulat, &c. Dat. Mantuæ* XIV. *Julii anno* I.

Monitus Francorum Rex ut Chriſtianiſſimi nomen factis exornet. Ob non præſtita auxilia rem Chriſtianam cadendi in Oriente.

XLVI. Thomas deſpota auxilia implorat adverſus Mahometem.

(b) Gobel. in comm. l. 2.

De miſſis a Thoma deſpota Peloponeſi principe ad Pium oratoribus pro eliciendis auxiliis adverſus Turcas, utque Thomas ipſe adverſus fratrem Demetrium, qui cum Mahomete Græci imperii everſore infandum fœdus pepigerat, arma ceperit, ſeque adjunxerit catholicis, hæc narrat Gobelinus (b): *orto inter eos diſſidio Demetrius Turcarum partes ſecutus eſt, filiam ſuam Mahometi deſpondit: Thomas auxilio Albanorum, qui Peloponeſum frequentes incolunt, & fratrem magna regni parte mulctavit, & Turcas, qui arma in ſe verterant, prælio fudit, captivoſque multos cepit, ex quibus ſexdecim per legatos, quos diximus, Pontifici dono miſit, auxilium ſecundis rebus efflagitans, nec magno exercitu opus eſſe dicebat, Italorum parvam manum ſufficere ad ejiciendos peninſula Turcas. Re in Senatu diſcuſſa placuit trecentos illuc pedites mittere: Blanca Mediolanenſium centum ſuo ære conduxit, Pius reliquos, quamvis non probaret cœptis ingentibus tam debile fundamentum, apponi Beſſarioni noluit denegare, cui ea res cordi erat.* Miſſæ hæ tenues copiæ duce Jannono Cremonenſi in Peloponeſum, de quibus in literis ad Senenſes meminit Pius (c), atque ad loca, quæ ad Chriſtianum imperium depulſo Turcico jugo redierant, propugnanda conſtitutæ ſit, tum injectæ ſpes de ampliſſimis auxiliis ſubmittendis ubi Mantuani conventus celebrari eſſent.

Submiſſæ illi leves copiæ auxiliares.

(c) Pius lib. brev. p. 50.

XLVII. (d) Lib. 4. p. 281.

Excitati præterea aliis literis (d) Peloponeſiaci, ut poſita in Chriſto ſpe pro fide tuenda ſtrenue, ac fortiter adverſus Turcas dimicarent.

Dilectis filiis nobilibus viris baronibus Conſtantinopolitanis, ac Peloponenſibus, nec non capitaneis Albanenſibus, cæteriſque omnibus tam Græcis quam Albanenſibus Peloponeſum inhabitantibus.

Nuper non ſine magno cordis gaudio per relationem dilecti filii Theodori aliorumque nonnullorum fidedignorum ad noſtram devenit notitiam, quatenus vos tamquam optimi fideles ab impio Turco tyranno, in cujus poteſtatem, proh dolor! ſuperiore anno non valentes ejus ferocitati reſiſtere inviti devenerans, rebellantes ad veſtrum catholicum principem dilectum filium noſtrum Thomam Palæologum deſpotum porphyrogenitum excellentem reverſi eſtis, Chriſto potius & Chriſtiano principi, quam ſeductori Mahometi, & ejus ſequacibus fidem, uti par eſt, ſervare volentes. Lætatur

Commendati Peloponenſes ob defenſam Chriſti cauſam.

NOTÆ tur, facile conceſſerim; gladii tamen hujus in pervigilio diei Natalis J. C. largiendi uſum indicari cenſeo ab authore itinerarii Benedicti XIII. vel ſi mavis, Petri de Luna papæ, cum anno 1406. Genua egreſſus, Liguria & Maſſilienſia litora luſtraret; de quo ſcriptore vide adnotationes meas ad eumdem annum. Hæc igitur ille, poſtquam geſta pontificis in pervigilio Natalis Domini narraſſet. *Attende quod hic nulla mentio fiat de enſe, & cappello, quæ conſueverunt dari nobili ibidem exiſtenti, legenti quintam, aut quartam* (lectionem) *& interdum evangelium:* Ecce editum &c. *per camerarium, aut ſuum locumtenentem de mandato domini noſtri Papæ.* Munus ergo erat a pontifice honoris gratia datum viro alicui digniſſimo, quem ad recitandam lectionem officii matutini invitabat. Nihil hic erat ſacrum, nihil quod ritum eccleſiaſticum referret. Munus erat, quo vir aliquis princeps diſtinguebatur. Urbanus VI. anno 1386. hic in patria mea Lucæ agens, ſupremum reipublicæ magiſtratum quem vexilliferum noſtrates appellant, nocte illa pervigilii Natalis Domini invitatum ut pontifici ſacrum operanti miniſtraret, enſe, & pileo donavit. Si forte vero nullus adeſſet vir dignitate ſatis conſpicuus, tunc largitio illa omittebatur, ut ex teſtimonio anonymi, quod dedi, ſatis conſtare arbitror. Hæc pontificis largitio, cum nihil ſacri in ortu ſuo haberet, nulla ſolemnis precationis formula diſtinguebatur, quod Auguſtinus Patritius ſcriptor libri de ſacris cæremoniis editi Venetiis typis Gregorii de Gregoriis anno 1516. animadvertit, ſcribens lib. I. Sect. VII. cap. 6. *quamvis enſis benedictus vocatur, non tamen reperi ejus benedictionem. Sixtus papa IV. aliqua verba ordinavit, cum enſis datur dicenda.* Succeſſu temporis auguſtior res effecta eſt; nam & enſis, ac pileus ad abſentes principes ſummos tranſmitti cœperunt; & enſis ſuper corpus S. Petri depoſitus, dein pontificis manu levatus, neſcio quid ſacri ex religioſo illo contactu retuliſſe viſus eſt. Lege literas hic in annalibus recitatas. Denique ſub Sixto IV. ut mox vidimus ex Patritio, ſolemnes inſtituta preces, luſtralis aqua aſperſa, ac pontifex ſacris veſtibus indutus rem profanam in ſacram cæremoniam transformarunt. Ex his diſcas erraſſe Annaliſta, cum enſem a Pio II. ad imperatorem tranſmiſſum *ſacra prece luſtratum* fuiſſe affirmat; nondum enim ætate illa preces acceſſerant. Mansi

tur profecto anima noſtra, atque exultat ex talium filiorum virtute, fide, religione, pietate, magnanimitate, & conſtantia: nec quidquam gratius auribus noſtris hoc tempore intimari poterat, quam intelligere oves pridem violenter abductas ad propriam caulam eſſe reverſas: proinde hæc ſancta ſedes Apoſtolica, cui Domino diſponente præſidemus, quæ quemadmodum eſt bene gerendarum rerum hortatrix, ita debet eſſe bene geſtarum collaudatrix, veſtram probat fidem, laudat pietatem, atque commendat devotionem.

Cum ergo præfatum principem Thomam, tum maxime erga Deum omnipotentem bonorum operum auctorem atque remuneratorem, ipſe enim eſt, qui probat hominibus bene agendi ſcientiam & virtutem, idemque ipſe pro benefactis præmia reddit æterna: unde minime ambigendum eſt quin ipſe Dominus, qui nihil ſinit irremuneratum abire, vobis poſt hujus vitæ gloriam rependat etiam gaudia ſempiterna. Sed quandoquidem Dominus in evangelio illum laudat, non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit, dilectionem veſtram in Domino hortamur, requirimus, atque monemus, quatenus ipſi principi veſtra ſemper intemeratam fidem ſervantes, Turcorum tyrannidi viriliter, & ſtrenue obſiſtatis, pugnantes pro patria, pro conjugibus, liberis, pro propriis laribus, templis, ſepulchris, ac ipſa inprimis domini noſtri Jeſu Chriſti religione ſuo pretioſiſſimo ſanguine conſtituta: nec dubitetis pro illo animam effundere vitam & ſanguinem, qui pro nobis & pro noſtra ſalute ſuo proprio ſanguini, illum tradens perfidis Judæis effundendum, non pepercit. Hæc ſi feceritis nos, quibus univerſi gregis cura verbo Domini commiſſa eſt, qui pro communi omnium Chriſtianorum ſtatu urbem Romam, ſedem, & ſponſam noſtram reliquimus, nullis parcentes ſumptibus, nulla incommoda atque pericula devitantes, ſi auxiliante Domino, ut ſperamus, inchoata per nos perficere poterimus, dabimus operam poſſibilem, ut vos quoque veſtrorum laborum fructum pro veſtra rata ſentiatis, & quod veſtra natio ab occidentalibus principibus diligatur & foveatur operam dabimus continuam & efficacem. Dat. Mantuæ anno MCCCCLIX. I. id. julii pontificatus noſtri anno I.

Propoſita præmia æterna.

Promiſſæ ſuppetiæ.

XLVIII. Patræ a Thoma recuperatæ.

Confirmati pontificiis promiſſis Peloponeſiaci, tum ſubmiſſis Italicis auxiliis, quamvis tenuiſſima eſſent, erexerunt ſeſe, & Patræ, quæ antea a Thoma Turcis deditæ fuerant, auxiliarium Italorum opera recuperatæ (a) plura etiam geſta (b) adverſus Demetrium deſpotam, qui Turcico terrore perculſus Mahometis II. affinitatem erat amplexus: demum Italicæ (c) copiæ ſubſidiariæ partim ſubortis ex æmulatione novis diſſidiis ſolutæ, partim hoſtium ingruentium multitudine perterritæ Peloponeſo non ſine dedecore abierunt, ac Peloponeſus nullo auxiliari Chriſtianorum exercitu ſuſtentata Turcica tyrannide attrita eſt. Deſcribit pluribus Phrantzes ſuperiorem inter Thomam & Demetrium Peloponeſi deſpotas ultimique Imperatoris Conſtantinopolitani fratres diſſenſionem, utque plures a Demetrio, qui filiam ut dixi Mahometi uxorem ſpoponderat, ad Thomam defecerint: quod cernens Mahometes ex amborum fratrum diſſidio utriuſque opprimendi occaſionem arripuit (d), quæ amiſſa eſt a Chriſtianis occidentalibus, qui ex Peloponeſo in Turcas exercitus facile in expeditionem educere ad recuperandam Conſtantinopolim potuiſſent: ſed eam calamitatem ſolutus ſine fructu Mantuanus conventus, ut dicetur inferius, peperit. Tanta porro de indictis illis occidentalium cœtibus concepta expectatio fuerat, ut orientis Reges Trapezuntinus ſcilicet Imperator, Uſumcaſſanus majoris Armeniæ princeps, Georgius Rex Perſarum, tum Georgiæ, Mingreliæ, Githorum, & Aranorum principes, adverſus Mahometem armorum ſocietatem coiverint: cumque Philippum ducem Burgundiæ ſolemni jamdiu voto ad crucesignata vexilla in Turcos attollenda aſtrictum occidentalium exercitus ducturum fama eſſet, Trapezuntinus Imperator illum de ſociorum principum orientalium adverſus Mahometem conſiliis, paratiſque exercitibus certiorem fecit (e).

(a) Gobel. in comm. l. 3.
(b) Phrantzes l. 9. c. 22.
(c) Gobel. ſup. l. 3.

Demetrius propter fœdus cum Mahomete Græcis exoſus.

(d) Phrantz. l. 3. c. 23. & 24.

Orientales Reges in Mahometem jungere arma auxiliaria pollicentur.

(e) Ext. ejus lit. inter ep. Pii II. n. 377. & apud Meyer. hiſt. Fland. l. 16. in Phil. Burgund.

XLIX. Trapezuntini Imp. lit. ad Burgundiæ ducem.

Illuſtriſſime dux Burgundiæ.

*Ego David Imperator Trapezundarum poſt plurimam ſalutem libenter ad te ſcribo de his, quæ hic apud nos occurrunt, ut cum certior factus pro tua religione & amore erga fidem noſtram poſſis deliberare quid tibi agendum ſit: nuper enim ego, & reliqui Chriſtiani principes, qui in iſtis ſummis regionibus, fœdus atque ligam inivimus inter nos bellum gerendi contra Turcos, & ego filiam Gathojoannis * fratris & prædeceſſoris mei uxorem dedi Aſembech, qui filius fuit Carailuch potentiſſimi principis, & hoc feci, ut ipſe firmus ſit & fidelis in liga, quam nobiſcum fecit, & ut perſeveret in bello gerendo contra Turcum, qui tenet Conſtantinopolim: cum quo bellum jam gerere incœpit, multaſque illi regiones & oppida pugnando cepit, quæ prope confinia ſua erant nunc vero reverſus eſt in patriam ſuam. Itaque nos, & ipſi parati ſumus, & expectamus adventum veſtrum contra infideles quemadmodum dominus Papa ad nos ſcripſit, & per ſuum oratorem nobis ſignificavit, quod vos Latini principes debeatis inire concilium in civitate Mantuana, ut faceretis exercitum contra infideles, quod ſi facietis nos parati ſumus ego cum triginta biremibus, & cum viginti millibus ho-*

* Caiojoannis

mi-

minum. Aſambech promptus eſt exire ad bellum iſtud cum quinquaginta millibus hominum, ad bellandam & ſubigendam Burſiam, & totam Natolcam. Quapropter rogo illuminatiſſimam dominationem tuam, ut placeat tibi dare aliquod principium huic bello ex partibus Hungariæ: nam ſi vos aliquod impedimentum etiam parvum Turco inferetis, ut ipſe ad diverſas partes diſtrahatur, nos adeo ipſum urgebimus ex latere noſtro, ut facile deſtrui, & debellari poſſit. Etſi dominatio tua deliberat ad hoc intendere & venire, & aliquem tuorum mittere, nos omnes orientales principes promittimus tibi praſtare omne auxilium, opem, & quidquid in nobis erit ad recuperandam Ieruſalem, & te illius Regem conſtituemus, & ut ſcias qui ſimus, qui confœderati ſumus, & hoc tibi promittimus.

Quantas copias conficere ſpoponderint Reges Orientales.

*Ego in primis, qui paratus ſum, ut dixi, cum triginta biremibus, & viginti millibus hominum: Georgius Rex Perſarum promptus eſt cum ſexaginta * millibus hominum: Gorgora dux Georgiana paratus eſt cum viginti millibus equitum: Bendia Rex Mingreliæ cum ſuo filio promptus eſt cum ſexaginta millibus hominum, quod illi facile erit: Rabia cum ſuo fratre, & ſuis baronibus cum triginta millibus hominum: natio Githorum, & Araniorum promittunt militare ſub vexillo Regis Perſarum: Dardebech dominus Armeniæ minoris cum decem millibus hominum: Aſambech affinis meus, ut dixi, infidelis promiſit nobis dare tranſitum, & perſonaliter venire cum quinquaginta millibus hominum. Sunt etiam nobiſcum confœderati duo alii infideles domini, Caramanus, & dominus Sinoppi, qui continuo quærunt quomodo poſſint ſe vindicare de Turco Conſtantinopolitano, & terras ſuas recuperare. Aliud impræſentiarum ad dominationem tuam non ſcribo, niſi quod commendo tibi Michaelem de Algeorii baronem, & oratorem meum, quem ad te mitto cui fidem plenam ſuper iſtis rebus adhibeas, qui verbis omnem intentionem, & deliberationem noſtram exponet. Iterum te oro, ut ne permittas hoc noſtrum pium negotium, & inceptum fruſtra fieri, quoniam a Deo factum credimus. Ego ex illo tempore, quo amicitiam contraxi cum hominibus tuis, qui ad has partes pervenerunt, ſemper tibi amicus et tuique honoris, & dignitatis fautor ſemper fui, eroque. Vale in Chriſto. Dat. Trapeſunda in palatio noſtræ reſidentiæ anno Domini MCDLIX. die xxii. aprilis.*

* al. quadraginta

Sinopenſis & Caramanus parati accedere eidem fœderi.

L.

His conſentanea ad Philippum ducem Burgundiæ ſcripſit hoc anno Gorgora Georgianæ dux (a), ac primum profeſſus ſe orthodoxam fidem colere, addidit nil unquam acturum lubentius, quam ſi ſanguinem pro Chriſto funderet: geſſiſſe jam plura poſt obitum patris cum iis bella, plures reportaſſe victorias, ac ni inteſtinæ cum aliquibus principibus Chriſtianis diſſenſiones illum detinuiſſent, majora in eos facinora fuiſſe editurum: ſacro autem Ludovici Georgianorum patriarchæ imperio pacem cum finitimis Chriſtianis feciſſe, ut adverſus Mahometem Imperatorem arma verrat: ducturum viginti equitum millia, ac belli ſocios habiturum Georgium Regem Perſarum, Davidem Trapezuntium Imperatorem, Bendiam Regem Mingreliæ, Rabiam ducem Anocaſiæ, Bedeberh Armeniæ minoris principem, tum plures etiam alios principes orientales; accedere præterea fœderi tres alios potentiſſimos principes, quamvis Mahometicæ ſuperſtitionis ſectatores, Caramanem, Aſmailberchum, & Aſſembechum, alias Uſumcaſſanum, qui viam Georgianis ad Natoliam invadendam ſit præbiturus, ſeque jurejurando aſtrinxerit Latinis fœdere junctorum cum ad recuperandam Jeroſolymam expeditionem conſecerint: cauſas vero tam inſignis initi fœderis ea Mantuani conventus maxima expectatione petitas attulit ſic inquiens.

(a) Ext. ejus lit. apud Æn. Sylv. lib. ep. un. 378. & apud Meyer lib. 16.

Georgiæ Rex profeſſus ſanguinem ſe pro Chriſto profuſurum.

Id fecimus perſuaſi tum auctoritate domini patriarchæ noſtri, tum literis domini Papæ, quibus ad nos ſcripſit, ſe & omnes principes Latinos in civitate Mantua debere convenire, & ibi congregato concilio, exercitum præparare contra infideles: nos vero, quia id vehementer cupimus, ut poſſitis vos una nobiſcum venire ad hanc rem perficiendam, mittimus noſtros oratores cum domino patriarcha noſtro ad vos omnes principes Latinos, & præſertim ad te, quoniam accepimus te & omnes de domo tua diu multumque deſideraſſe terram ſanctam recuperare: & ut poſſitis ex ipſis noſtris oratoribus intelligere quem animum habeamus omnes ad hoc negotium fidei, & quid per nos actum ſit hoc tempore. Cupimus etiam & rogamus, ut noſtros oratores certiores faciatis, ut ipſi poſtea referre poſſint, an parati ſitis, & prompti ſumere hoc bellum juſtiſſimum, ut ſciamus quo tempore ad arma progredi debeamus. Nos unum vobis pollicemur in una æſtate debellare & auferre totam Natoliam, & quidquid dominus Othomannorum, id eſt ipſe Turca Conſtantinopolitanus poſſidet ex noſtra latere: alteram vero partem domini ſui, quæ Græcia eſt, quam mare Euxinum dividit, vobis expugnandam relinquimus, quod vobis facile erit, nam ipſe Turca in medio poſitus duorum exercituum cum reſiſtere minime poterit cito ſuccumbet, & nomen ſuum e terra delebimus.

Mantuani conventus fama maximos in Oriente motus peperit.

Sumpta conſilia de Natolia eripienda Turcis.

Quas ob res te ante omnes alios principes Latinos oro, ut ſuper hoc velis cogitationem, & curam ſuſcipere, & non ſinas hanc commoditatem, quam vobis offerimus præterire, nec dedigneris nos imitari, qui omnibus rebus poſtpoſitis fidei utilitati

litati intendimus, & vacamus. Quod ſi hanc rem [quod abſit] neglexeris, nihil a nobis actum eſſet, nam hac conditione nos obligati ſumus ad hoc bellum, ſi vos domine Latini una nobiſcum eritis, alioquin ſoluti ſumus ab iſta lega, & confœderatione, omnia enim noſtra concilia & rationes dependent a literis domini Papæ per dominum patriarcham ad nos allatis.

LI. Admonet Georgianus Latinos ſi deſint occaſioni, nunquam adfuturam.

Addidit Georgianus princeps (quod poſtea ſecuta rerum experientia edocuit) ni Latini fœderis orientalium, a quibus armis juvandi eſſent, ad proterendum Turcam occaſione uterentur, tantas vires illum collecturum, ut poſtea etiam ſi maxime vellent, ejus contribus impares futuri eſſent, pariterque Georgianorum aliorumque orientalium expeditiones in Turcam futuras irritas, ni Latini adverſa parte in ipſum irruant: fieri autem non poſſe, ut orientales conjunctiores umquam animis ſint ad hoſtem communi bello opprimendum. Quæ literæ hoc anno in Catcheche exaratæ. Confirmata hæc univerſa fuere a Georgio Alexandro, qui Perſici regni titulos ſibi tribuebat, fidemque Chriſtianam colebat, profeſſuſque eſt ſe prædicto adverſus Mahometem II. fœderi, quod David Imperator Trapezuntinus, Bendia Mingreliæ Rex, Gorgora Georgiæ, Rabia Anocaſiæ duces, Berdebech Armeniæ minoris princeps, tum Githiatani & Saſoni populi, nec non tres infideles principes Caramanus, Iſmailbechus Aſſembech ſive Uſumcaſſanus, quem Meſopotamiæ Regem vocat, inierant patriarchæ ſui imperio & opera, adjunxiſſe, ducturumque adverſus Turcas quadraginta * militum millia pollicitus eſt.

* al. ſexaginta

Patriarcha a Callisto miſſus commoverat Orientem.

Addidit etiam ſe oratorem & patriarcham ad ipſum mittere, ut de belli gerendi ratione cum ipſo conferant. Erat vero is patriarcha Ludovicus Antiochenus in oriente nuntius apoſtolicus, qui jam ante a Calliſto III. ut vidimus, ad commovendos in Turcam orientales miſſus, Chriſtianos earum partium ad arma pro tuenda religione ſocianda concitarat. Veniſſe ad Philippum ducem Burgundiæ earum principum oratores anno hujus ſæculi ſexageſimo primo, refert ex Engerranno Meyerus (*a*), ac ſeptemdecim menſes in itinere conſumpſiſſe: ſed de eorum ad Burgundum legatione dicetur inferius. Videamus nunc quid in Mantuano cœtu actum ſit.

(*a*) *Meyer lib. 16. in Philip.*

LII.

(*b*) *Gobel. in comm. Pii II. l. 3.*

Propoſita a Burgundi ducis oratore in conventu Mantuano.

Decrevit (*b*) Philippus dux Burgundiæ Mantuam oratores Joannem ducem Cliveneſem ſuum ex ſorore nepotem, & Joannem Atrebatenſem epiſcopum, qui magnis honoribus excepti, cum de afferendis contra Turcas auxiliis eſſent interrogati, reſpondere, diffidere Philippum de expeditionis ſacræ in Turcas indicendæ felici exitu; cum maxime omnium Chriſtianorum vires conjunctæ eſſe deberent in communem hoſtem, qui victoriis pluribus inſoleſcens terrorem ingentem Chriſtianis longe lateque incuſſiſſet; quoties vero majores cruceſignata extuliſſent in barbaros vexilla, ex Gallia, Germania, & Anglia copias eduxiſſe: ea autem regna inteſtinis ardere bellis, ac prius mutuo eſſe ſocianda fœdere, quam in externos hoſtes ferrum ſtringeretur. Preterea addidere iidem oratores, Burgundum pontificia ſecuturum imperia, ut bellum communibus principum votis decerneretur. Quæ vero ad hæc Pius reſponderit ita narrat Gobelinus (*c*).

(*c*) *Gob. ſup. lib. 3.*

Pii reſponſum.

Pius ad hæc non ſe ignorare ait ad ſuperandos Turcas magnis viribus opus eſſe: atque idcirco evocatos ad concilium Chriſtianos Reges, ut communibus auxiliis expeditio fiat: valere Turcas & armis & ingenio, aliquanto tamen minus, quam fama ferret, qui cum una Hungarorum gente per annos ſeptuaginta varia victoria contenderint: claritatem adeptos Græcorum ignavia, quos inermes atque effœminatos vicerint: quod ſi Germanorum, Gallorum, Italorum, aut Hiſpanorum arma contuerint, cum viris ſibi pugnandum intellecturos; pudere ſe tam fœdam gentem Chriſtianis eſſe timori, qui omnibus olim timorem incuſſiſſent: ſalubre conſilium Philippi, qui componendas ante cenſeret regiones, ex quibus legendi eſſent milites: fateri quod diceretur raras in orientem pro tutela religionis expeditiones ſine Francia ductas, propriumque Francorum videri bellare pro fide, daturum ſe operam ut lites inter Francos & Anglos componantur, ut Germanorum quieti conſulturum: verum hæc longum expoſcere tempus: mittendos legatos, vocandos ad communem locum diſſidentes ex longinquis regionibus tractandum, ſuadendum, artibus diverſis utendum: nam quo pacto diebus paucis multorum annorum tollerentur odia, interea Hungaros pro tempore dum exhauſtos bello perituros, his Turcas imminere; neque dubium quin proxima æſtate omnes conatus in eos ducant: jam Raſcianos ſentire cum eis, & Boſnenſium defectione Sinderoviam occupatam, qua copiæ per Danubium facile trajiciuntur. Si cedat Hungaria Turcis, & in Germaniam, & in Italiam patere illis apertam januam, vireſque pene adduplicare, nec ambigendum quin Hungari a reliquis deſerti Chriſtianis, aut deleantur, aut ſocietatem cum hoſte jungant: utrumque pernicioſum.

Sublata omni mora Ungaris ferendam opem.

Sinderoviam occupatam.

Ponenda ante oculos exempla veterum Hunnorum, Gothorum, Longobardorum, aliorumque barbarorum innumerabiles ferro irruptiones per Pannoniam, quæ nunc appellatur Hungaria, ſæpenumero in Italiam, ac Germaniam factas, quæ deinceps ad Gallias atque Hiſpanias penetrarunt: cavendum ne hac tempeſtate idem fiat, quando

cer-

certiſſimum ſit Turcas ad occidentis imperium aſpirare, occurrendum eſſe dum vinci poſſunt, & antequam Hungaros ſibi ſubjiciant, neque tanti faciendos, ut inſuperabiles videantur: occidiſſe apud Albam triennio ante ipſorum Exercitum, Chriſtianoramque impetum ferre non potuiſſe; cum tamen armati adverſus inermes, & multi adverſus paucos cruceſignatos præliarentur: virtutem Chriſtianam ſemper Turcis fuiſſe formidini, neque unquam ſuccubuiſſe, niſi aut fraude deceptam, aut vincendo defatigatam nimia multitudine circumventam, aut domino Deo noſtro ſuper noſtris iniquitatibus indignato, quod ſi comparentur vires, non ſolum Chriſtianitatem, quæ tot latiſſimis provinciis continetur, ſed Italiam ſolam, ſi concors fuerit, ad delendos Turcas ſufficere: nihil tam illis prodeſſe quam Chriſtianorum inter ſe odia, qui ſe invicem laceſſentes privatas potius injurias, quam publicas ulciſcerentur: & domeſticos fidei acrius quam hoſtes perſequerentur: neque jam hoc tempore ſperandam, vel Francos, vel Teutonicos, aut alios collectis copiis expeditionem in Turcas ducere qualem aut Gotfredus, aut Corradus, aut alii complures in hoſtes fidei duxere, quando nemo Regum inveniatur, qui non vicinum, & relinquere vacuam domum timeat: quæ quamvis ita ſe haberent, non tamen de communi ſalute deſperandum, neque ſociis auxilia deneganda: patere viam, qua poſſit Hungaris ſubveniri, modo principes velint: conandum eſſe ſummo ſtudio, ut diſſidentes inter ſe Reges miſſis legationibus in pacem coeant, eoque facto generalis expeditio decernatur: interea cum id longum eſſet, Hungaris auxilia mittenda ex milite, qui æquali contributione facta deligeretur: neque cuim aut Burgundo, aut Franco, aut Anglo timendum hoſte ſuo æque atque ipſo conferente, neque, ut ipſi & alii multi exiſtimarent, ducenta aut trecenta armatorum millia ad id operis neceſſaria, nam qui res Turcarum noſcerent, non amplius pugnatorum quam aut quinquaginta, aut ad ſummum ſexaginta millia cogenda dicerent: majores copias neque regi neque oli facile poſſe neque in acie explicari: hunc numerum Chriſtiano populo non eſſe magnum, citoque colligendum, ſi qualibet provincia, vel paucos milites daret: poſſent autem Reges aurum conferre, quo milites ex Hungaria, Teutonia, Bohemia, ac Polonia conducerentur, qui duce legato apoſtolico, & Hungariam tueatur, & proximas provincias, donec viribus unitis, ſi tandem placuerit, majores parentur exercitus: niſi horum alterum fiat, verendum ne amiſſa Hungaria Chriſtiana res peſſumdetur: debere Philippum hac animo volvere, qui quanto potentior eſſet, tanto ſervire Deo magis ac teneretur: bellum Turcarum ſibi hereditarium eſſe cujus pater ab illis in prælio captus

Cur vincant Chriſtianos Turcæ.

Ex mutuis Chriſtianorum odiis aucti.

Qui militum numerus in Turcas conſcribendus.

non niſi auri magno pondere libertatem obtinuerit: meminiſſe ſui voti debere, qui audita Conſtantinopolitana clade ducere in Turcos Deo promiſerit: niſi voto ſatisfecerit ultionem ei divinam imminere.

LIII. Culpa a Burgundo in Reges tranſlata.

Ad hæc Burgundi ducis oratores reſpondere Philippum ducem quidem ſe bello ſacro devoviſſe, ſed ea tacita lege, modo Imperator, aut Francorum Rex, vel alius præpotens princeps ſe non inferior militiam piam ſuſciperet: devoviſſe quidem illi ſe Luſitaniæ & Aragoniæ Reges, ſed omnium expectationem fefelliſſe; nec Burgundas Belgicaſque vires Turcicis pares eſſe. Poſt varios demum tractatus Philippi ducis oratores ſpopondere Philippum in Hungaria duo equitum, quatuor peditum millia conducturum ad bellum in Turcas gerendum, dum reliqui Chriſtiani cum Turcis decertarent. Ut vero inteſtinis diſſenſionibus exaſperati principes Chriſti cauſam turpiter deſeruerint, proſequamur.

LIV. Germania miſere laniata bellis.

Majora ex Germania elicienda adverſus Turcas auxilia ſperabantur, cum Fridericus Imperator Pontifici eſſet addictiſſimus; ſed is Hungaros, quibus ſubſidio eſſe debuerat laceſſivit (a), ac viciſſim Germani bello Fridericum petiere. Ludovicus enim dux Bavariæ opibus, clientelis, ditioniſque amplitudine florens, Verdam ſacri Imperii fiduciariam urbem occupavit, ad quam propulſandam injuriam Cæſar Albertum marchionem Brandeburgenſem bellum illi inferre juſſit. Junxere ſeſe Alberto Saxoniæ duces, Wirembergenſes comites, Maguntinus, Bambergenſis, & Herbipolenſis antiſtites, tum urbium imperii clientelarium pars maxima. At Ludovicum adverſum hos tuebantur Fridericus comes Palatinus atque alii Bavariæ ſtirpis affines principes, quamobrem maxima in Germania futuram cladem timebatur, ad quam avertendam Pontifex antequam Mantuam perveniret Siffridum Spitenſem epiſcopum, & Henricum decanum Wratiſlavienſem nuntios creavit (b), ut in priſtinam concordiam reductis diſſidentibus principibus, imminens bellum repellerent.

(a) *Gobel. in comm. lib.* 3.

(b) *Pius l.* 32. *pag.* 21.

Venerabili fratri Siffrido epiſcopo Spirenſi, ac dilecto filio Henrico Senfelem eccleſiæ Wratiſlavienſis decano cubiculario noſtro ſecreto nuncio, & oratoribus noſtris.

Cum non ſine amaritudine cordis ſenſerimus inter venerabilem fratrem noſtrum Theodericum archiepiſcopum Maguntinum electorem imperii pluresque alios ſibi adhærentes principes ex una, & dilectum filium nobilem virum Fridericum comitem Palatinum Rheni cum ſuis eorum nonnullis ſequacibus & adhærentibus principibus & nobilibus parte ex altera non leves diſcordias, agente id pacis inimico, nuper exortas, & illis in hunc modum continuantibus, magnam Alemanniæ partem poſſe in-

apertum bellum adduci, vos, qui in illis ipſis perſonis, & locis primam ſpem feliciter proſequendæ expeditionis dudum locavimus, animadvertentes per hujuſmodi inteſtinum diſſidium facultatem præfatis principibus eripi ſe ad defenſionem Chriſtianæ reipublicæ convertendi, nec non rationem omnem conſilii noſtri penitus impediri, & infra, *vos noſtros, & Apoſtolicæ ſedis ſpeciales nuntios, & oratores noſtros perſonaliter deſtinamus, devotioni veſtræ committentes atque mandantes, ut præfatos omnes & ſingulos noſtro & dictæ ſedis nomine iis rationibus, & perſuaſionibus, quas vobis veſtra ſapientia ſuggeret, ad concordiam & pacem, vel ſaltem biennales trienналeſve treuguas ineundas inſtar formæ pacis habentes, interveniente conſenſu eorum, conemini inducere, ita ut medio tempore ipſis treugis manentibus, & ad dietam Mantuæ indictam per ſe, vel oratores ſuos accedere, & contra ſolertiſſimum confeſſionis noſtræ hoſtem Turcam arma glorioſe valeant expedire; præſertim cum & ex Hungaria, & pleriſque aliis ex locis certiſſimis nuntiis habeamus, illum magnis apparatibus ſtatuiſſe ventura æſtate in populum Chriſtianum toto conatu impetum facere, & ad declinandam hujuſmodi tempeſtatem celeri remedio in primis ſit opus,* &c. Inſtruit eos auctoritate, ut imperent inducias, & pactiones concordiæ tractent firmentve. *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ MCCCCLVIII. XII kal. aprilis pontificatus noſtri anno I.*

Pro iis componendis a Pio miſſi internuntii.

LV. Adjunxit paulo poſt his oratoribus Pius Stephanum Nardinum, ut una cum iis Norembergenſes conventus pro ſopiendis Germanicis motibus adiret. Sedaverat is vero bellum, quod pluribus annis inter Helvetios ducesque Auſtriæ ductum fuerat, habito apud Conſtantiam ſolemni congreſſu, compoſitæque iis legibus res (*a*), ut Alberto & Sigiſmundo ducibus reſtituta Rapiſuilla in quinquageſimum annum antea decreta pax ſervaretur, cujus intervalli tres anni ſupereſſent; quibus excurrentibus Caroli Francorum Regis oratores cum pontificiis legatis controverſias dirempturi eſſent; gratulatus vero eſt Stephano nuntio ſuo Pius hiſce verbis (*b*): *Salutares fructus, qui ex dieta Conſtantienſi ſecuti ſunt plene cognovimus, agimus gratias omnipotenti Deo, qui ſuorum fidelium mentes hoc noſtro tempore ad pacem, & unionem diſpoſuit.* Et infra: *Concedat pietas divina, ut in reliquis ſit idem ſucceſſus, videamuſque uno tempore nationem Germaniæ totam pacatam, & ad defenſionem nominis ſui contra infideles converſam,* &c. *Dat. VI. julii.*

(*a*) *Gobel. in comm. l. 3.*
Bellum inter Helveticos & Auſtriacos compoſitum.
(*b*) *Pius lib. brev. pag. 51.*

Adiere (*c*) Norimbergenſes conventus pontificii nuntii, cum quibus etiam ſentiebant Joannes epiſcopus Eiſtetenſis, & Prutenorum equitum magiſter pacis interpretes. At primum exaſperati adeo animi viſi, ut pacis conſilia reſpuerent: Albertus enim marchio, de quo paulo ante memoravi, vigintiquatuor hominum millia in armis expedita contraxerat, ſibique de victoriæ ſpe bellique præmiis lenocinabatur, fretique munitionum firmitate Bavari ad excipiendos ejus impetus parati erant, cum legati apoſtolici hac eos oratione, tum intentatis cenſuris lenierunt: *Furore atque ira pleni non cernitis Chriſtianæ reipublicæ vulnera, quæ veſtra inferunt odia. Pius Pontifex maximus melius intuetur, qui nobiles Germaniæ miſertus, ferre non poteſt tot viros illuſtres, tot fortia pectora, tantum Chriſtiani roboris exercitus in ſeſe ferrum ſtringere. Intelligit ſapiens præſul Germanorum calamitatem Turcarum felicitatem eſſe, tantumque vires illorum creſcere, quantum veſtræ diminuantur, atque illorum ferocitati veſtro diſſidio portas in Chriſtianos aperiri dolet: vicem veſtram dolet: communem cladem dolet, hoc pacto Chriſtianam fidem conculcatum iri. Facit quod ſui officii eſt: Chriſtianos in concordiam revocat, ne ſanctum evangelium detrimentum ſuſtineat: ſuumque eſt providere. Veſter eſt communis pater & judex, & catholicæ caput Eccleſiæ, cui qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & mancipium ſe diaboli facit. Cupidus Chriſtianæ quietis jubet vos Pius arma deponere, quæ veſtra in viſcera ſtringere paratis, & fraterna pace compoſita, adverſus fidei hoſtes de bello cogitare: niſi hæc agitis extra Eccleſiam vos faciet, & in omni ditione veſtra ſacris interdicet: eritis gehennæ filii, Deo & hominibus infeſti, & omnis veſtra poſteritas infamia notabitur. Diximus quæ ſedes Apoſtolica juſſit: deinceps innoxii ſumus a veſtro ſanguine.* Auditis pontificiis imperiis Ludovicus dux Bavariæ: (*d*) & Albertus Brandeburgenſis marchio diſſolvere exercitus, & aſſenſere paci, quæ compoſita eſt hiſce præcipue legibus, ut Verdam reſtitueret Imperatori Ludovicus, ſubiretve pœnam ab eo ſibi irrogandam, vel Pontificis rogatu noxa ſolveretur.

(*c*) *Id. ibid.*
Norimbergenſes conventus.

In iis a pontificio oratore pax reſtituta inter Bavarum & Brandeburgenſem.

(*d*) *Gob. ubi ſup.*

LVI. Accepto ea de re nuntio Pius ingenti lætitia affectus eſt, meliori inde concepta ſpe, Germanorum arma converti poſſe in Turcas, qui in Ruſſiam irruperant, arcemque munitiſſimam; cui Zendren nomen eſt ſubegerant. Albertum itaque marchionem de pace confecta laudavit (*e*), utque pulſa omni mora Mantuam accederet pro conficienda in fidei hoſtes ſacra expeditione hortatus eſt.

Turcarum in Raſciam irruptio.

(*e*) *Pius lib. brev. pag. 57.*

Pius Papa II. marchioni Brandeburgenſi.

Dilecte fili, &c. *Non poterunt aures noſtræ lætius quidquam audire, quam pacem inter principes communitateſque Alamanniæ compoſitam eſſe: nam, ut omittamus quod nationis charitas antiqua nos trahet, videbamus rationem omnem propoſiti*

noſtri

noſtri penitus impediri, & unde ab initio prima nobis ſpes erat, inde primum deſperationem oriri. Agimus itaque omnipotenti Deo gratias, qui nos eſt conſolatus, agimus & tibi quem non dubitamus concordiam libenter eſſe amplexum, & adjumentum etiam dediſſe, ut cæteri amplecterentur, hortamurque & requirimus, ut quæcumque ad illius incrementum & perpetuitatem vides ſpectare, pari animo proſequaris, accepturus ex hoc domeſticæ conſolationis fructus in diem gratiores. Quoniam vero nobilitas tua intellexiſſe jam debuit, oppidum Zendren in Raſſia conſti-
Zendren ab iis occupata.
tutum inſignis cuſtodiæ locum nuper in poteſtatem Turcorum devenit, ejuſque amiſſione non minor quam ex Conſtantinopoli creditur clades accepta; quoniam etiam majoribus, quam umquam, copiis ad noſtram ruinam eoſdem accelerare notiſſimum eſt, neque res ipſa dilationes & procraſtinationes ultra requirit, iterum atque iterum eamdem nobilitatem tuam precamur, ut cum nunc impedimentum domeſticum nullum ſuperſit, ad nos quam primum perſonaliter venire non differas, neque patiaris vocem
Brandeburgenſis ſollicitatus ut Mantuam accedat.
tuam in hoc ſacro conventu Chriſta deficere, nos enim cum deſiderio te expectamus, & frui tua præſentia cupimus, quam ad omnia bene gerenda profuturam non dubitamus. Ad hoc autem ſi requiſitio noſtra, & honor proprius nobilitatem tuam parum accendit, accendat ſaltem tot fidelium pietas, qui quotidie vel in ſervitutem ducuntur, vel ſub gladio lacrymabiliter pereunt. Non eſt profecto talis qui te adhortatur, neque cauſa etiam talis, quæ agitur, ut honeſte abſit excuſare te poſſis. Dat. Mantuæ xxiv. julii MCDLIX.

LVII. Conſcriptæ eadem verborum formula
Vocati etiam alii principes. literæ fuere ad Sigiſmundum Auſtriæ, Ludovicum Bavariæ, Fridericum & Guillelmum Saxoniæ duces, Carolum marchionem Badenſem, ac Palatinum & Wi-
(a) Ead. pag. tembergenſem comites. Commendavit (a)
(b) Ib. p. 56. etiam Pontifex (b) nuntium ſuum Stephanum Nardinum de re feliciter geſta: *Probis*, inquit, *quæ in Conſtantienſi, & nunc in Nurembergenſi dieta geſta ſunt agimus gratias Deo, qui pietate ſua bella graviſſima ſuſtulit, &c.* At Nurimbergenſem pacem novi tumultus brevi confudere.
(c) Gobel. l. 3. Præpoſitæ (c) fuerant Friderico comiti Palatino Rheni Bavaro in iis conventibus aliquæ leges de pendenda fratris ſui viduæ nonnulla auri vi. Berzabrenſi oppido dimittendo: liberando Stephardo comite, & chirographo novem millium aureorum eccleſiæ Moguntinæ reſtituendo:
Pax Norimbergenſis repudiata a Friderico Palatino. eas vero leges Palatinus non admiſit, quamquam eo abſente Albertus Auſtriæ & Ludovicus Bavariæ duces, tum Joannes epiſcopus Eiſtetenſis obſtrinxerant curaturos Fridericum imperata facturum. Conqueſtus itaque graviter Fridericus illatam ſibi in Norimbergenſi conventu injuriam, Ludovico duci Bavariæ, ni pacta reſcinderet, bellum indixit: miſſoque ad Pium oratore cauſas repudiati fœderis expoſuit, litiſque arbitros Pontificem ipſum atque Imperatorem delegit. Pius itaque his auditis ad redintegrandam concordiam apoſtolica ſtudia convertit, (d) Lib. brev. p. 83.
(d) atque Albertum marchionem Brandeburgenſem, ut in tollenda controverſia facilem ſe præberet, his literis eſt adhortatus.

Pius Papa II. Alberto marchioni Brandeburgenſi.

Dilecte fili, &c. Niſi auctoritas tua imminenti diſſenſioni occurras, videmus ſeminarium ſpargi alicujus ſcandali gravioris. Miſit ad nos dilectus filius Fridericus comes Palatinus Rheni, elector imperii, gravatum valde ſe dolens ob ea, quæ Profitetur iniquis legibus adſtrictum fuiſſe ipſo inconſulto.
in Norembergenſi dicta per nonnullos principes utriuſque ſine mandato & conſenſu ſuo, ſine rati etiam habitione de ſe promiſſa fuerunt, offerens ulterius coram nobis, ſeu imperiale celſitudine, ſeu electoribus, ſeu etiam aliis principibus non ſuſpectis, jure velle ſe ſtare: quo ab adverſariis ſibi negato ſolemniter eſt proteſtatus, ſi ad dietam hanc Mantuanam non veniret, ſi etiam jus ſuum bello tentabit, ſi denique hoc ſanctum fidei opus impedimentum acciperet, per ſe non ſtetiſſe, quo minus conſilium pacis juſtitia mediante ſit hinc inde receptum. His novis ſi remedium velox non adhibeatur, videt nobilitas tua laborem pene omnem pacis nuper confectæ perire, & in antiquas moleſtias recidi. Propterea cum nos oratorem noſtrum ad te & illos ſuper his componendis mittamus, hortamur & requirimus etiam nobilitatem tuam in Domino, Refarciendæ paci data a Pio opera.
ut ſolita ſapientia tua provideas, & infra, *ita operetis, ut ruptura illa pacis non fiat, & venire ſine impedimento huc poſſit, &c. Dat. &c. x. octobris anno 2.*

Miſſus eſt ad ea ſedanda diſſidia Bernardus Krayburg apoſtolicus nuntius, in- LVIII.
ſtructuſque ampliſſimis mandatis (e), ut (e) L. 6. p. 49. & l. 31. p. 132.
biennales triennaleſve inducias inter Fridericum comitem Palatinum Rheni, ac Miſſus induciarum interpres.
principes Germanos adverſæ factionis, præſuleſve, ac populos eorum fœderatos paciſceretur, quo excurrente medio tempore ſacræ expeditioni parandæ opera navaretur. Conciliatam pacem inter Ludovicum Bavarum, & Albertum Brandeburgenſem, quem ſocii deſeruerunt, refert Gobelinus (f), ac redintegrato dein bello ipſos in concordiam interprete archiepiſcopo Cretenſi iterum redactos fuiſſe: (f) Gobel. l. 3.
exeunte autem anno Albertum Mantuam ad Pontificem acceſſiſſe, ut de ſacra expeditione conſilia agitaret. At de iis iterum recurret narratio. Redintegrata concordia.

LIX. Cœptos fuiſſe Mantuæ univerſi Chriſtiani imperii cœtus non. ſeptembris die Pius

in

in litteris ad Joannem Carvaial in Hungaria legatum datis ſignificavit (a): *Tractatum*, inquit, *dicta duce Altiſſimo cras incipere intendimus; adſunt enim ex omnibus ferme Chriſtifidelium nationibus, & ex tota Italia oratores, conventuroſque ante medium præſentem menſem Mediolani, & Mutinæ duces ſperamus; ex Gallia quoque & Anglia & Britannia ſolemnes legationes propediem aderunt. Concedat divina pietas ut quod pro augmento catholicæ fidei, & Chriſtianorum conſervatione optamus perficere cum his valeamus, &c.*

(a) Pius lib. brev. p. 76.

(Aliqui principes Mantuam accedunt.)

His conſentiunt, quæ fuſe Gobelinus ſcribit, dum univerſas Regum, ac principum legationes Mantuam miſſas hiſtorica oratione percurrit, ac ſingula cum iis a Pio geſta enarrat. Acceſſiſſe quidem omnium primos legatos orientales ex Cypro, Rhodo, Lesbo, nonnullos ex Aſia, tum Macedonia, Epiro, Boſnia, Illyrico ad flagitandam opem adverſus Turcam, & Abuſacum Sultanum Ægyptium, a quibus in ſummum diſcrimen erant adducti (b), diſſoluta poſt Calliſti mortem pontificia claſſe, cui Ludovicus patriarcha præfuerat; cum vero etiam occidentalium principum confluerent oratores, eos in contentionem veniſſe de honorificentioris ſedis ordine: *Magna*, inquit Gobelinus (c), *de ſedibus orta contentio eſt, nec Reges Regibus, nec duces ducibus cedere locum? ſibi quiſque in conſeſſu primum arrogare, verbis nutibuſque contendere, quod ne rebus gerendis officeret Pontifex legem edidit, ne vel poſt poſiti detrimentum, vel prælati lucrum honoris juriſve aliquod ferrent.* Extat ea in regeſto pontificio (d), ex quo ipſam exſcripſimus, tum in bullario (e) typis cuſa.

(Variæ Orientalium ad Pium legationes.)

(b) Æn. Sylv. hiſt. de Aſia c. 88.

(c) Gobel. l. 3.

(Moræ lites in Mantuano conventu de ſeſſionis honore.)

(d) Lib. 5. p. 72.

(e) Bull. tom. 1. Pii II. conſt. 4.

Ad futuram rei memoriam.

Conventum in nomine domini Jeſu Chriſti pro tuitione fidei catholicæ, & infidelium hoſtium impugnatione celebrantes in hac civitate Mantuæ, ne quid emergat, quod ſanctum hoc & neceſſarium opus poſſit turbare, quemadmodum proculdubio fieret, & ſi de præſidentia inter ſe contendentes legationes, quæ adſunt & quæ venturæ ſunt ſeu principales ipſæ publicis actibus libere intervenire non poſſent, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, cum quibus matura prius deliberatio eſt habita præſentium tenore apoſtolica auctoritate decernimus, & declaramus, per quamvis digniorem ſeu minus dignum locum tam principalium quam legatorum oratorum, ſeu nunciorum, & procuratorum quorumcumque Regum, principum, univerſitatum, & aliorum quovis nomine cenſeantur, quem toto hoc durante conventu inter eundum, ſtandum, aut ſedendum, ſive in capella noſtra, ſive in eccleſiis, ſive in conſiſtoriis, ſive in aliis locis in actibus publicis, ac privatis teneri contigerit, principalibus dominis tam præſentibus quam illis, a quibus iidem oratores ſunt miſſi, nullum prorſus aut præjudicium fieri aut prærogativam acquiri: ſed perinde in honoribus, dignitatibus, & præeminentiis haberi & reputari debere, ac ſi hujuſmodi receptio, vel aſſignatio nullatenus interveniſſet. Nulli ergo. &c. Dat. Mantuæ anno MCCCCLIX. XVIII. kal. ſeptembres pontificatus noſtri anno I.

(Sedatæ pontificio decreto.)

LX. Non ita hoc decreto pontificio ſublatæ contentiones de ſedilium honorificentia, quin aliqua ſint jurgia ſuborta (f), præcipue inter Sabaudiæ ducis Venetoſumque oratores, quæ ita ablatæ fuere, ut Veneti poſt ducis Burgundiæ oratores, Sabaudi ad ſcabellum ſolii pontificii ſedere juſſi ſint. In ſolemni vero cœtu habito antequam Francorum oratores venirent, cuique Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, ac Imperatoris Friderici, & Caſimiri Poloniæ, Ferdinandi Neapolis, Joannis Aragonum, Matthiæ Hungariæ, Stephani Boſnæ Regum; nec non plurium aliorum principum, tum Genuenſium, Florentinorum, orientaliumque legati intererant. Pius, horis tribus, ut narrat Gobelinus, de bello ſacro in Turcas gerendo peroravit. Extat ea oratio inter alia Pii opera in lucem edita (g), in qua vice Chriſti ſe fari iiſce verbis profeſſus eſt: *Aperite Deo interiora veſtra, qui mox volentibus vobis in animas veſtras illabetur, & vos ſibi templum atque habitaculum faciet. Audite nos ſua vice loquentes: verba noſtra verba Dei ſunt, qui filii ſui Jeſu Chriſti, quamvis indigni vices in terris gerimus, ipſe nos fari jubet, ipſe in ore noſtro verba poſuit, ipſe nos bellum ſuadere in Turcos imperat.*

(f) Gobel. l. 3.

(Oratio prolixa habita a Pio.)

(g) Ext. inter ep. n. 397.

Ad cauſas belli movendi digreſſus duas præcipuas, & maximas attulit; primam, ut ſuſceptas injurias ulciſcentes Chriſtiani amiſſa regna provinciaſque recuperarent: alteram, ut imminentia pericula averterent, ac primum inflicta a Mahumetanis Chriſtiano nomini damna explicare orſus: quam late olim univerſo orbi evangelica lex gentilium deleta ſuperſtitione dominaretur, ut tunc perſpicue emicaret Danielis vaticinium de Chriſto, omnes Reges, omnes tribus, omnes linguæ ſervient ei; tum vocem Romani præſulis tamquam Jeſu Chriſti vicarii maria, & terras penetraſſe: non tuliſſe vero eam Chriſtianorum pacem dæmonem, ac ſuum ſatellitem Mahometem impiæ latorem legis Heraclio Imperante concitaſſe: redactam ab ejus ſectatoribus in anguſtias rem Chriſtianam Aſiam, & Africam defeciſſe a Chriſto: laborare jam Europam occupato Conſtantinopolitano imperio, & hoſtem cervicibus impendere, magnitudinem vero periculi his verbis expoſuit.

(Cauſæ inferendi Turcis belli propoſitæ a Pio.)

Poſ-

Digitized by Google

LXI. Mahumeticam tyrannidem semper ingravescere. *Poſſent fortaſſe aliquo modo tolerari præterita, ſi finis malorum eſſet, & non majora impenderent diſcrimina. Sed quo pacto ſperare quietem ab ea gente poſſumus, quæ ſanguinem noſtrum ſitit? quæ occupata Græcia in Hungariam, id eſt in viſcera noſtra, gladium adegit? juvenis eſt adverſarius noſter ætate florida, robuſto corpore, animo vaſto, tumido curſu victoriarum, quas ſibi noſtra negligentia peperit. Vanus eſt, deceptus eſt, ſi quis arbitratur adoleſcentem quieturum eſſe, tanto abundantem, armis aſſuetum, & dominandi cupiditate inflammatum. Ponite hanc*

Quamque victoriam gradum eſſe ad proximam. *ſpem: nunquam ille arma deponet niſi aut victus, aut omnium victor extiterit. Proxima illi quæque victoria gradus erit alterius, donec ſubactis occidentalibus Regibus, deleto Chriſti evangelio Mahometicam legem ubique gentium inſerat. Neque arbitremini longam moram priuſquam vos adeat, nam vicinæ illæ gentes tot bellis attritæ, niſi opem ſentiant, amplius arma capere non audebunt. Soli fideles Hungari perſeverant, non tamen diu ſtabunt, niſi adjuti, & hi quidem muri loco vobis*

Subacta Ungaria irrupturos Turcas in Germaniam. *ad orientem remanſerunt, quo diruto neque Teutones, atque Bohemi, neque Poloni, ſatis tuti erunt: non aſperi montes, non alta flumina iter impedient, nihil erit victa Hungaria Turcis invium, nihil inſuperabile orbis imperium quærentibus per Coracos, & Forumjulii terreſtribus copiis facilis in Italiam patebit tranſitus: navali extremitate*

E Valona Brunduſium petituros. *ex Vallona, quam Turca poſſident, unius noctis navigatione Brunduſium patet, & in ſuperiori parte & inferiori aperta eſt Turcis Italia. Utinam mendaces, & falſi prophetæ ſimus in hac parte.* Addidit occupanda eſſe Turcarum conſilia, gerendum potius in Turcico quam Chriſtiano ſolo bellum, ac deinde ad facilitatem belli ſpemque victoriæ, quæ a divino Numine placato fidelibus pro Ipſo certaturis conferretur converſa oratione Mahumeticæ ſuperſtitionis, ad quam abolendam jungendæ erant vires expediendaque arma, impietatem his verbis deſcripſit.

LXII. Mahumeticæ legis fœdi errores expoſiti. *Sceleratiſſima eſt Mahometica lex, quæ non ſolum Chriſti divinitatem reſpuit, ſed innumerabilibus aliis ſcatet erroribus: namque [ut prætereamus deliramenta, & turpitudines illas, quibus angelos corporeos de flamma ignis creatos affirmat, & Origenis conſentiens dæmones aliquando ſalvandos tradit, & cœlum de fumo factum, & lunam aque ſplenduiſſe cum ſole, ſed volitantis angeli Gabrielis ala tactam fulgorem amiſiſſe, quis illud tolerare queat, quod mundum, cum Democrito ſentiens, fortunæ caſuique ſubmittit, & divinam providentiam*

Negata a Mahom. divina providentia. *aufert? Quid quod ſacroſanctam Trinitatem reſpuit, & impoſſibile ait Deum habere filium? & quamvis Chriſtum ex Virgine natum conſentit, juſtum & ſanctum hominem, qui cunctas curaverit ægritudines, Deum tamen eſſe cum Arrio negat, nec pro nobis obiiſſe cenſet, ſed ſublatum a Deo in fine ſæculi moriturum, & tum denique ſurrecturum, Judæos autem alium ſibi ſimilem crucifixiſſe delirat, nec Sancti Spiritus dignitati gloriæque conſentit,*

Arrii & Manetis impietas inſtaurata.

Et Neſtorii & Macedonii.

quem creaturam cum Neſtorio Macedonioque mentitur, & omne fidei meritum auferens in ſua quemque ſecta ſalvari hominem perhibet, alioquin recte viventem, niſi a ſua lege abierit. Et quia non conſtant inter ſe mendacia, alio loco neminem ſalvari aſſerit extra legem a ſe traditam,

Sibi opertem locis veriis legis contradicit.

in qua B. Paulo contradicens circumciſionem ſervari præcipit, & vini tantum concupiſcentiam prohibeat, cæteras voluptates indulget, ſtupra & adulteria cum captivis & emptis mulieribus admittit: uxores plurimas, & cum his divortia paſſim concedit, nec concubitus naturæ adverſos inhibet.

Vinum prohibet & adulteria probat.

Poſtremo homo beſtialis futuræ vitæ beatitudinem ſola carnis voluptate metitur. En ſapientem hominem, qui ſe Dei prophetam audet nominare, temerator antiquæ legis, corruptor novæ, proſtitutor animarum, verus procurator orci, & primus ſatanæ ſatelles, cujus auditores inferni mancipia ſunt, quales Turcos eſſe non dubitamus, adverſus quos armis contendere ſacrificium Deo fuerit, & acceptiſſimum ſpectaculum.

Cæleſtem beatitudinem carnis voluptatibus definit.

LXIII. Probata Christi divinitas. Deſinit mox Pii oratio ad confirmandam Chriſti divinitatem, graviſſimaque argumenta petita ex ejus miraculis, quibus ſe naturæ dominum demonſtraras, Chriſtique ipſius teſtimonio, cum fieri non poſſet, ut divina prodigia ad mendacis probanda dicta patrarentur: alia ex martyrum ſanctorumque patrum teſtimoniis, univerſarum orbis gentium protritis idolis converſionem, Chriſtianæ legis ſanctitate, divinis oraculis, redemptoque humano genere cumulavit, addiditque: *O homo, o Chriſtiane, a qui fidelis videri vis, & cur iſta Chriſtum taliſſe exiſtimas? juſtus erat & dolus inventus non eſt in ore ejus. Cur tot ſupplicis ſubiectus tumoreas? pro te doluit, homo, peccata tua ipſe portavit homo, & in ſuo livore ſanatus es homo, bonus paſtor animam ſuam poſuit pro ſuis, & mortem tuam morte ſua redemit. Et quas tu illi gratias reddis? quid facis? quid cogitas, ut gratus inveniaris? Turcæ nomen ſuum blaſphemant, altaria ſua diruunt, legem ſuam, hæreditatem tuam perdere conantur, & tu domi jaces in otio? O Reges, o duces, o viri potentes ſurgite jam tandem, & Chriſti Dei veſtri religionem, ac honorem defendite, quando nec opes, nec vires vobis, quam Turcis minores ſunt, & certiſſime eſtis pugnaturis vobis pro lege Domini divinum auxilium implorantibus minime defuturum, &c.* Præmia demum pro fide pugnaturis propoſita attulit, non humanas modo opes gentium more expectandas

Hortatoria ad principes ut Chriſto reponant vicem.

das, ſed regnum cœleſte levis vitæ periculo comparandum: nil denique felicius ea pugna, in qua victos victureſve certiſſimus triumphus maneret.

Beſſario Card. pro Græcia perorat.

Cum peroraſſet Pontifex, Beſſarion Cardinalis Græcus ſacri collegii nomine de ſacro bello decernendo plura dixit, quantaque a Turcis inflicta eſſent mala, & quanta adeſſent atque impenderent: propoſuitque generoſis animis victoriæ præmia. Probata fuere ab univerſis Regum oratoribus pontificia conſilia: Hungari vero de Imperatore queſti ſunt, qui Turcis imminentibus regnum novis tumultibus impleviſſet.

Ungari de illato a Frid. bello conqueſti.

LXIV.

Poſtridie celebratum alium conventum, Italorum dumtaxat, de copiarum contrahendarum numero, refert Gobelinus (a): *Poſtridie, inquit, cuncti qui aderant Italici nominis oratores, ac principes ad præſentiam Pontificis accerſiti ſunt. Convenere in palatio Franciſcus Mediolanenſium dux, Ludovicus Mantuanus, & Voilhelmus Montisferrati marchio, ac Sigiſmundus Malateſta: & quoniam Rex Aragonum Siciliam, Corſicam, ac Sardiniam Italici juris inſulas poſſideret, oratores ejus interfuere: tum Regis Ferdinandi legati archiepiſcopus Beneventanus, & Andria dux: deinde Veneti, Florentini, Senenſes, Ferrarienſes, Lucenſes, ac Bononienſes: Sabaudienſes, quamvis cis alpes late dominentur, ad Francos inclinantes cum Italicis adnumerari noluerunt: Genuenſes nondum publice aderant, clam tamen auxilia pollicebantur. Cardinales ſiniſtrum dextrumque latus pontificis obtinebant, principes ac legati e regione ſedebant. Quibus audire paratis decrevimus, inquit Pontifex, veſtro conſilio, filii, bellum Turcis inferre, nec dubitamus quin arma, equi, homines, naves, pecunia abunde ſuppetant, ſi Chriſtiani ſuæ ſaluti affuerint. Nunc cogitandum eſt mari an terra, an utrobique aggrediendus ſit hoſtis, & qua claſſis, quiſve terreſtris exercitus ſit neceſſarius, & quibus ex populis legendi ſint milites, utrum pecunia Hungari an milite ſint adjuvandi, conſulite in medium, & quæ promittitis auxilia palam proponite.*

(a) Gobel. l. 3.

Habita a Pont. cum Italis militaria conſilia.

Locutus omnium primus Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſium: conſuluit terra marique invadendum hoſtem, milites vero e regionibus finitimis Turcico imperio deligendos, ne tumultus cum indigenis oborirentur. Aragonius orator epiſcopus Clivenſis Sfortiæ conſilium laudavit. Veneti, qui Turcicas vires noverant, de copiarum terreſtrium & maritimarum numero hoc conſilium prompſere, ut ait Gobelinus: *Claſſem triginta triremium & octo navium cetearum in mari ſufficere, quæ in Helleſpontum traiiceret ac littora hinc Græciæ, inde Aſiæ infeſtaret: ſic fieri ut multi Turcarum ad cuſtodienda maritima loca deſtinarentur, terreſtres copias ex Hungaria vicinisque locis cogendas eſſe, equitum quadraginta millium, peditum viginti millium, nec minores eſſe oportere, argentum bello neceſſarium ex reliquis Chriſtianorum provinciis hauriendum.* Eam ſententiam univerſi præter Sigiſmundum Malateſtum, qui Italos in Turcam educendos cenſuit, amplexi ſunt: ac tum Pontifex de copiis, unde cogendæ eſſent fari orſus, eum militem legendum ait, qui haberi poſſet, Gallos, Anglos, Germanos, Bohemos, Polonos polliceri copias: ex his bellum terreſtre poſſe inſtrui; Catalanos vero, Aragonenſes, Luſitanos maritima auxilia ſuffecturos: hoc opus futurum diſcrepantes gentes in caſtris unis continere: plures duces, & plura caſtra conſtitutum iri ea lege, ut ſibi invicem opem ferant; unum autem ſupremum ducem legatum apoſtolicum agnituros, & unum ſignum vivificæ crucis ſecuturos. De exercituum numero hæc cenſuit, Turcas ultra ducenta millia educere non poſſe, atque in Genizaris, qui quadraginta millium numerum non ſuperent, robur exercitus ſtare: adverſum hos pro reportanda victoria non amplius quam quinquaginta millia colligenda, ſed quorum pars maxima equis inſtructa ſit: ad tenendum vero maris imperium & inhibendos ex Aſia in Europam Turcarum trajectus quadraginta triremes, & octo naves onerarias abunde valituras: diſtractis ita ad loca maritima tutanda Turcis minores exercitus ab iis conflatum iri.

Terra marique hoſtem invadendum a Sfortia conſultum.

Quæ claſſis viſa eſt conflanda.

Quæ legendæ copiæ.

Ex quibus populis inſtruendæ.

Quantum exercitus Turcici ſit robur.

LXV.

Cæterum ad ſuſtentandos bellicos ſumptus ſuam expoſuit ſententiam Pontifex, ut clero triennales decumæ, laicis trigeſima, Judæis vigeſima omnium obventionum imperarentur, eam omnes Itali habuere ratam, ac decretum de ea re editum chirographo, Venetis ac Florentinis exceptis, munierunt: interjecto temporis intervallo Florentini ab omnibus increpiti ob ſpretam nominis Chriſtiani tutelam, clandeſtina pactione ſe obſtrinxere, reverſis Conſtantinopoli navibus mercibus onuſtis, quarum adventus brevi expectandus erat, decretum ſervaturos. Veneti vero oratores cum diu rem verbis extruxiſſent, ne bellum cum Turcis ſuſciperent, has leges propoſuere: *Dixerunt*, inquit author, *Venetos ita demum ſocios futuros, ſi rem nauticam ſoli adminiſtrare permitterentur, ſi ſua facerent ex hoſte rapienda, ſi claſſis impenſa levarentur, ſi exercitus ex Hungaria contra Turcas quinquaginta millium equitum, & viginti millium peditum proficiſceretur: claſſem aut ſexaginta triremium, & navium viginti cetearum neceſſariam eſſe ajebant, & in hic ultra remiges & reliquos nautas octo millia militum requirebantur: corpora navium & armamenta tantum ſe gratis exhibituros promittentes: pro cæteris rebus pecuniam exquirebant.*

De militari auro comparando actum.

Quid a Venetis propoſitum.

Repudiata eorum oblata. Prædictum eos maxime armis Turcicis exercitum in.

rebunt, atque in hunc uſum decimas, vigeſimas, ac trigeſimas ſua dedicarent, quæ centum quinquaginta millia auri nummum conferre arbitrabantur, neque his contenti amplius auri quindecies centena millia ex publico poſtulabant, & hujuſcemodi Venetorum oblatio fuit. Reſpuit oblata a Venetis Pontifex, queſtus ipſos non tam belli in Turcas gerendi partiri onera velle cum cæteris Chriſtianis, quam præmia ob ineundum fœdus quærere; nullum autem principem prius furoris Turcici impetus quam ipſos excepturum.

LXVI. Oratores a Rege Gallo Mantuam miſſi.

Advenerunt deinde Caroli Francorum Regis oratores archiepiſcopus Turonenſis, epiſcopus Pariſienſis, duoque alii una cum Renati Siciliæ Regis oratoribus epiſcopo Maſſilienſi atque ejus militiæ magiſtro, ſecutique ſunt ducis Britanniæ legati nepos ejus, & Macloviensis epiſcopus atque alii complures viri præſtantes. Hi vero cum animadverterent Francos moras varias nectere in deferenda Pontifici obedientia, cum prius elicere ab eo de rebus Neapolitanis, nec Ferdinandi partibus efferendis reſponſum vellent: impetrata a Pontifice dicendi venia Macloviensis epiſcopus ſociorum nomine his verbis peroravit (a): *Adſumus Britanniæ ducis legati filii tui obſequentiſſimi, obedientiam tibi & reverentiam more majorum exhibemus, te Chriſti vicarium profitemur, verum beati Petri ſucceſſorem, militantis Eccleſiæ caput & magiſtrum: Chriſtiani ſumus, & te ducem ſequimur Chriſti exercitus. Majores noſtri poſt accepta ſemel Chriſti ſacra nunquam apoſtaturunt, vixere Romanis legibus, nec unquam primæ ſedis mandatis adverſati ſunt: pragmaticam ſanctionem Gallicæ gentis inventum reſpuere: prædeceſſoribus tuis conſtanti animo adhæſerunt. Sequitur princeps noſter ſuorum veſtigia progenitorum; te jubente nos hunc adire conventum voluit, audituros facturuſque mandata tua. Accepit te velle in Turcas expeditionem ducere; laudat propoſitum tuum, & neceſſarium ſanctumque opus eſſe affirmat quod meditaris: non deerit tibi; cupit eſſe particeps præclari hujus operis: arma, equos, naves, viros apparabit cum juſſeris pro ſuis facultatibus, teque ſequetur: tantum curato ut adverſus potentiſſimum hoſtem potenter proficiſcaris.* Hæc Macloviensis epiſcopus apud Gobelinum, qui ſubdit, Pontificem legatione Britannica admodum recreatum ducem ac gentem ampliſſimis verbis collaudaſſe.

(a) *Apud Gobel. l. 3.*

Delatum a Britanno Pontifici obſequium.

Promiſſa etiam auxilia pro bello turcico.

LXVII. Extat diploma Franciſci ducis Britanniæ pontificiis literis inſertum de obſequio deferendo Pontifici, fideque Romanæ eccleſiæ obſtringenda, quod ex Pii regeſto (b) ſubjicimus.

(b) L. 35. p. 183.

Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Quia pium eſt, & æquitas exigit: rationis veritati teſtimonium perhibere, notum facimus, ac univerſitati veſtræ atteſtamur, quod hodie quaſdam patentes, & authenticas literas dilecti filii nobilis viri Franciſci ducis Britanniæ manu propria ſignatas, ejuſque ſigillo munitas ſuper obedientia & fidelitate nobis & Romanæ eccleſiæ per ipſum ducem, quemadmodum claræ memoriæ duces & Reges Britanniæ progenitores ſui retroactis temporibus tamquam veri filii obedientiam fecerant & præſtiterunt, factis & præſtitis: ſic per venerabilem fratrem noſtrum Joannem epiſcopum Macloviensem, & dilectos filios nobiles viros (interjectiſque eorum nominibus) *ipſius ducis oratores, & legatos ad nos etiam propterea ſpecialiter deſtinatos in conſpectu noſtro, ac in venerabilium fratrum noſtrorum ejuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium præſentia, & quampluribus aliis venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac diverſis prælatis, & perſonis tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, in conſiſtorio publico & generale; ut moris eſt propterea congregatis, ac in multitudine copioſa ibidem præſentibus & exhibitis & præſentatis vidimus, palpavimus, ac matura deliberatione præhabita inſpici, & earum tranſcriptum ex vulgare in latinum fideliter factum publice altaque voce ſolemniter perlegi fecimus, & ipſarum lecturam audivimus quarum literarum tenor ſequitur & eſt talis.* Conceptæ ſunt verbis Gallicis, quarum præcipua hæc eſt ſententia.

Pii de ea re lit.

Franciſcus Dei gratia dux Britanniæ, comes Montisfortis, Richemundiæ, Stamparum, & virtutum. Notum facimus omnibus præſentibus, & futuris, quod cum principes claræ memoriæ, & catholici Reges, duces, & alii primogenitores noſtri Britanniæ domini fideliſſima obſequia ſanctiſſimis patribus glorioſæ recordationis Romanis Pontificibus præſtiterint, nos dictorum progenitorum noſtrorum egregiis factis pietatis, ac bonis moribus inſiſtere cupientes, ut legitimus eorum ſucceſſor catholicus humilis & pius filius Eccleſiæ, ac certiores facti de vera unica, & canonica aſſumptione ad ſanctiſſimi patris & verendi domini Papæ Pii II. ad auguſtiſſimam pontificiam dignitatem, & ſupremum papatus dominium a Britannici principatus ergo præſentibus exhibemus ſingularem, & eccleſiaſticam obedientiam cum omni, qua par eſt, demiſſione & obſervantia ſanctiſſimo patri Pio in pontificatu regnanti, illum tenentes & recognoſcentes verum, & unicum Dei vicarium, dominum, caput, & ſupremum paſtorem univerſæ Eccleſiæ militantis. Spondemus & pollicemur ea fide ac ſinceritate, qua par eſt pollere principem, quandiu vixerit & prævis ſedi Apoſtolicæ, omnibus ſanctiſſimis illius imperiis ad decus, libertatem

Franciſci ducis profeſſio de obſequiis erga Pontificem conſtantia.

tatem, prærogativas, immunitatem, amplificationem, tuitionem ordinis eccleſiaſtici noſtræ ditioni obnoxii ſpectantibus, parituros, ac in vera lege, & fide catholica, ut obſequentem & pium Eccleſiæ filium vivere, ac mori paratos, &c. (Subdit ſe inſtruxiſſe authoritate Britannicos oratores, ut obſequia debita, ac literas ducales exhibeant, agantque cum ſummo Pontifice de iis, quæ ad publicæ rei Britannicæ dignitatem pertineant). *Datum in Venetienſi urbe* xxv. *auguſti anno gratiæ* MCCCCLIX. (His addunt Pii literæ), *Quibus quidem literis ſic, ut præmittitur, viſis & auditis, ac poſt propoſitionem laudabilem deſuper factam ambaxiatores & oratores præfati in conſpectu noſtro conſtituti obedientiam plenariam hujuſmodi juxta formam, & tenorem literarum præinſertorum eorumdem*

Admiſſa a Pio II.

præſtiterunt, quam gratam & ratam habentes gratioſe duximus admittendam, ita quod proinde præfatus dux tamquam verus filius obedientiæ præmia conſequatur æterna, & nos nobilitatem ſuam dignis in Domino laudibus commendamus. Et ne ab aliquibus ſuper iis valeant quomodolibet haſitari in futurum, volumus & apoſtolica authoritate decernimus, quod præſentes literæ ad probandum plene obedientiam præſtitam hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum quomodolibet requiratur. Dat. Mantuæ anno MCDLIX. *VI. kal. decembris pontificatus noſtri anno* II.

LXVIII. Quod ad Regis Gallorum oratores attinet, cum illi optaſent prius, ut ſupra indicavimus, ut prius pontificia de rebus Neapolitanis ſententia exprimeretur, ut videlicet Ferdinandi contra Gallos tueri partes firmum fixumque animo haberet, fidei Regis ſui nomine ei obligandi tempus eatenacere, cum vero Pius, uti erat politicis artibus apprime inſtructus, negaret audiendos Regum oratores, ni ſe obſequentes futuros eſſent profeſſi, demum vicit ipſius ſententia, ac Pariſienſis epiſcopus Caroli Francorum Regis nomine id præſtitit habita oratione ea Davidicis propoſitis verbis: *Secundum nomen tuum ita & laus tua in fines terræ: juſtitia plena eſt dextera tua*: ac tum de Pontificis laudibus, ſedis Apoſtolicæ dignitate, Francorum regni Regiſque gloria eleganter

Renatum commendat adverſus Ferdinandum.

differuit, ac Renatum, & Genuenſes commendavit: interjectiſque aliquot diebus iidem oratores de Neapolitanis rebus præſentibus cæteris principum oratoribus expoſuere quanta pro religione a Francis edita eſſent facinora, quot in Apoſtolicam ſedem collata beneficia, quanto ſanguine ex impiorum & Saracenorum tyranni de Sicilia a Francis erepta eſſet: Alfonſum vi, & injuria regnum Neapolitanum invaſiſſe, ejuſque ſpurio indigne a Pio collatum.

LXIX. Plura ad hæc in alio conventu Pius, qui Ferdinandi partes a ſe ſuſceptas tueri decreverat, reſpondit: de quibus fuſe Gobelinus. Quæ vero geſta eſſent Pontifex, Regis Francorum iram lenire cupiens, blandis verbis ei expoſuit (a) ipſumque ne calumniatoribus aures daret hortatus eſt.

(a) *Lib. brev. pag.* 90.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum audivimus oratores tuæ ſublimitatis ad dietam hanc Mantuanam venire, vehementer Deo teſte ſumus lætati. Poſtquam etiam Mantuam attigerunt, in eorum ingreſſu & cum publice ſunt auditi tot eos honoribus accumulavimus, quod potuerunt a nobis excogitari: nihil protinus omittentes, quod ad honorandum tuum regium nomen ac ad declarandam noſtram in te charitatem ſpectaret. Sequentibus vero diebus cum iidem oratores commendatum veniſſent chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Renatum Regem illuſtrem, & dilectos filios communitatem tuæ civitatis Januenſis, præter expectationem noſtram nonnullos principes, & oratores ex iis, qui dicta cauſa hic ſunt, vel teſtes vel ſpectatores expoſitionis ſuæ ſecum duxerunt; auditi nihilominus a nobis patienter benigneque ſunt. Verum quia omnis eorum oratio non tam prædictorum commendationem, quam accuſationem noſtram, & Apoſtolicæ ſedis continere eſt viſa, ob id præcipue, quod chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando de Aragonia Neapolitanum regnum, &

Excuſat ſe Pius ſi regnum Ferdinando aſſeruerit.

regni coronam conceſſimus, non judicavimus maculam hanc per eos impoſitam eidem ſedi, cujus defenſores ſumus, tacendo relinquere, præſertim cum nos ſibi, & clariſſimæ domui tuæ graviter injuriatos aſſererent.

Exemplum itaque ipſorum ſecuti, die reſponſionis noſtræ convocari & nos aliquos fecimus, qui defenſæ innocentiæ noſtræ auditores adeſſent: purgavimus in reſpondendo, quantum Deus largitus eſt nobis, objecta: oſtendimus quæ tuo nomine nobis imputabantur non tibi nos imputare, ſed detractoribus, noſtris qui tuæ pietati non vera inculcaſſent: aperuimus quoque præſentem neceſſitatem, quæ petitionibus eorum non aſſentiri nos pateretur: denique nullum verbum fuit, nulla particula noſtræ reſponſionis, quæ non ſummam gloriam progenitorum tuorum & tuam, atque adeo totius gentis Gallicæ reſonaret, factum ſemper noſtrum, in quo notati maxime eramus, cum modeſtia excuſantes, ut apud juſtos judices ſolam innocentiam ejuſdem ſedis niſi fuerimus velle probare. Quod ſi ſecus tuæ celſitudini relatum jam eſſet, vel forſitan referretur, ſciat longe a vero eſſe quidquid aliter dicitur, nec nos, qui nomen tuum privatim, & publice dignis continue laudibus celebravimus, potuiſſe in hoc con-

ventu

ventu Chriſtiano, ubi de tota religione noſtra tractatur, in diverſum ſentire, & loqui. Affuerunt principes nonnulli, & principum oratores, affuerunt prælati quamplures hujus noſtræ excuſationis locupletiſſimi teſtes, ex quibus bonitas tua integram veritatem poterit, cum volet, cognoſcere. Hæc duplici ex cauſa ad te ſcribenda putavimus, primum quia malignantium & detractorum plena omnia etiam noverımus, quibus more ſathanæ omnis conjunctio moleſta eſt, & charitas odioſa; deinde quia ſerenitatem tuam magni facimus plurimumque ſicut debemus, & tormenti inſtar nobis eſſet, ſi cauſa alieniori animo a ſede prædicta melorum artificiis eſſe intelligeremus, &c. Dat. Mantuæ XII. decembris anno II.

Gallium Regem hortatur ne detrectoribus aures præbeat.

LXX. Quod ad auxilia in ſacrum bellum adverſus Turcas ferenda ſpectat, interrogati Franci, ut petita eluderent reſpondere (a), prius conciliandos pontificia induſtria cum Gallis Anglos, atque ad id legatum apoſtolicum mittendum videri: porro honorificam parum legationem decreverat ad Mantuanos cœtus Henricus Anglorum Rex, cum proceres, & epiſcopi rogati ea de re civili bello implicitı parere detrectaſſent. Funeſtus rerum Anglicarum erat ſtatus, Joannes enim Warvici comes, nuntio apoſtolico pontificii nominis proditore fretus commiſſa pugna Henricum Regem cepit (b), duxque Eboracenſis Regem ſe dixit, quod Richardo olim per nefas interfecto ſanguine conjunctiſſimus ſuccedere deberet: moxque ſedata eſt controverſia, ea nimirum lege ut Henricus in reliquam vitam potiretur ſceptro, quod vel Eboracenſi aut illius filio tranſmittendum foret. Ceterum de ſecutis gravioribus motibus dicetur inferius.

(a) Gobel. l.3.

Anglia civili bello lacerata.

Dux Eboracenſis Henricum regno pellit.

(b) Id. eod. lib. Polyd. Verg. l.23. & alii.

His ergo civilibus bellis ardente Anglia & Francis ad recuperandum regnum Neapolitanum aſpirantibus, convertit ſe Dei vicarius ad Germanos (c) vocatiſque Imperatoris, electorum imperii, ac plurium in Germania principum, & liberarum civitatum legatis, quid contra Turcas offerrent auxilii ſciſcitatus eſt: qui tandem omnes Pii ſtudio victi in eam convenere ſententiam, ut auxiliatem exercitum pollicerentur eo numero militum, qui antea Nicolao V. Pontifici Frankfordiæ decretus fuerat, nempe pedites triginta duo millia, equites decem millia, duoſque eam ob cauſam conventus celebrandos edixere, alterum Norimbergæ in Franconia, alterum apud Cæſarem in Auſtria, legatumque e latere mittendum qui conventa ad exitum perducenda curaret: quam provinciam Pontifex Beſſarioni Cardinali Niceno dedit, ducemque exercitus Fridericum Imperatorem dixit, qui ſi id munus obire nequiret, alium principem copiis præficeret. Hæc itaque feliciter ſancita Pius eidem Friderico, qui oratores ſuos ampliſſimis fretos mandatis legaverat, Mantuam his literis ſignificavit (d).

A Gallis & Anglis deſertus Pius ad Germanos ſe convertit.

(c) Gob. ſup. l.3.

Germani quadraginta duo millia armatorum polliciti.

Imperator earum dux creatus.

(d) Lib. brev. p. 92.

Pius Papa II. Imperatori.

Poſtquam majeſtatis tuæ digniſſimi oratores cum mandato ad cuncta, propter quæ dietæ Mantuanæ per nos congregata fuit, comparuerunt cum optimis inſtructionibus, res dicta ſecundum noſtra deſideria tum ipſis, & aliis principum Alemanorum oratoribus ad concluſionem perducta eſt, quam nos celſitudini tuæ mittimus interclusam; de qua quidem felici concluſione Deo inprimis, & deinde tuæ majeſtati gratias ingentes agimus cum nemini niſi tuæ ſerenitati hujuſmodi expeditio attribui poſſit, &c. Datum Mantuæ XXII. decembris anno II. Extant publicæ tabulæ (e) de his tum confectæ, quarum exemplum mittere ſe affirmat Pius, noſque aſſerimus.

(e) Ib. p. 95.

Pius Papa II. Proviſio nationis Germanicæ.

LXXI. *Ad habendum felicem proſecutionem negotii defenſionis fidei catholicæ oratores Sereniſſimi domini Imperatoris, ac illuſtriſſimi ſacri imperii principum offerunt imperialem majeſtatem dominoſque ſuos in conducendo valido exercitu, videlicet decem millia equitum, & triginta duo millia pedeſtrium contra Turcos hoſtes fidei una cum aliis principibus, & communitatibus nationis Germanicæ facturos, & impleturos omnia, & ſingula capitula, prout in dictis præcedentibus, videlicet in Franckfordia, & in Nova civitate Auſtriæ pro expeditione hujuſmodi exercitus per eos facta, aviſata, & oblata ſunt. Verum quia proſecutioni hujus ſancti negotii nonnulla impedimenta obſtare videntur, petunt a ſanctitate domini noſtri, quatenus ſanctitas ſua certam dietam infra hunc, & proximum quadrageſimam ad oppidum imperiale Nurembergenſe pro convocatione principum, & communitatum nationis Germanicæ indicet, & legatum Apoſtolicum cum poteſtate pacem componendi, & treugas imperio ſtatuendi mittet, qui etiam una cum his, quos ſereniſſimus dominus noſter Imperator illuc miſit, & principibus imperii aut eorum oratoribus de modis, & ordine expeditionis, faciendique æquam taxam impoſitionis quatuor perſonarum ad exercitum mittendarum, nec non pacem, ut præmittitur, componendi & treugas indicendi tractet, & ordinet.*

Decreti duo in Germania conventus.

Item quod præfatus ſanctiſſimus dominus noſter ad tollendum diſſidium inter glorioſiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, & Matthiam de Huniade comitem Biſtricen in regno Hungariæ exortum, atque ſecurius tranſitus per idem regnum haberi poſſit, ex nunc ſtatuet aliam dietam infra hinc & feſtum Paſchæ in curia imperiali tenendum, in qua principes, & comites imperii per ſe

Actum de libero aditu per Ungariam Germanis dando.

ant ſuos oratores compareant de præmiſſo tranſitu, aliiſque ad neceſſariam proviſionem exercitus requiſitis tractaturi, quodque illic etiam adſit legatus de latere ſedis Apoſtolicæ cum plenaria facultate ad præmiſſa neceſſaria, qui præfatum dominum Imperatorem, & ſuos principes de claſſe navali certificare poſſit, & certificet.

Hanc cedulam, mox ut lecta & audita eſt, ſanctiſſimus dominus noſter una cum dominis Cardinalibus acceptavit, & dietas ſupradictas indixit: primam videlicet Norembergenſem in prima dominica quadrageſimæ, ſecundam in curia imperiali in dominica paſſionis per prædictos, & modo prædicto tenendas, ac celebrandas. Acta hæc fuerunt in palatio apoſtolico XIX. decembris MCCCCLIX. & ponatur in libro cancellariæ de mandato domini noſtri Papæ. Vicecancellarius.

LXXII. Rogati principes ut indictos conventus adeant. (a) Ib. p. 91.

Indictis ita in proximum annum Norimbergenſibus, & Auſtriacis conventibus, Pontifex encyclicis literis ſingulos principes eſt adhortatus (a), ut pium ardorem, quem pro religione tuenda conceperant, in adeundis illis cœtibus explicarent, nec deeſſent fidei, qua Chriſto ſummo Regi ſe obſtrinxerant.

Communis forma ſcriptorum brevium pro duabus dietis in Almania ordinatis miſſorum die XXI. decembris.

Cum neceſſitas defenſionis fidei, & dominici gregis expoſceret conventionem Chriſtifidelium, nos quibus hæc cura principaliter a Chriſto, cujus licet immeriti in terris vicem agimus, imminet, Mantuanum dictum indiximus, & ad ipſum perſonaliter accedentes de communi conſilio, & aſſenſu chariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici Romanorum Imperatoris, & dilectorum filiorum principum Alemanniæ oratorum exercitum validum contra Turchas quantocius congregandum concluſimus, ob cujus executionem duas dietas de eorumdem oratorum conſenſu congregandas ordinavimus, unam in dominica Invocavit *in oppido Norembergenſi Bambergenſis diœceſis, aliam in dominica* Judica *in paſſione Domini in curia imperiali, ad quas legatos noſtros mittemus cum ad hæc optima facultate munitos ad componendum differentias inter principes & magnates, & cætera facienda ad expeditionem exercitus optima.*

Deſignatum tempus.

Cum autem omnium Chriſtianorum animos zelo fidei eſſe accenſos, & ad tam ſanctum opus unanimiter concurrere oporteat nobilitatem tuam, de qua ſingulariſſime confidimus, & ſperamus, hortamur in Domino, & per fidem, qua in baptiſmo Chriſto Regi noſtro aſtrictus es, monemus & requirimus, ut dictas dietas perſonaliter accedere non poſtponas, vel ſi aliqua inevitabilis neceſſitas quod Deus avertat obſtiterit, oratores tuos pleno mandato ad præmiſſa omnia tractanda, & concludenda fulcitos illuc celeriter mittas: deinque ad omnia te promptum reddas, quæ ad fidem Chriſtianam pertinere noſcuntur: ultra enim merita æternæ vitæ, quæ tibi a Chriſto propterea promittitur, Apoſtolicæ ſedis gratiam digne mereberis. Dat. Mantuæ XX. decembris.

LXXIII. Sigiſmundus Auſtriæ dux Pium Mantuæ adit.

Dum ea gerebantur veniſſe Sigiſmundum ducem Auſtriæ quadringentis ſtipatum equitibus, multaque nobilium caterva, & ſplendido apparatu, eique Cardinales duos, & omnes curiæ ordines obviam iviſſe, exceptumque in publica concione, ac Gregorium Hamburgenſem ejus nomine coram Pontifice oraſſe, teſtatur Gobelinus (b): Albertum quoque Marchionem Brandeburgenſem, de quo ſupra mentio facta eſt, ad Pium Mantuam veniſſe, & a Pontifice etiam in publico purpuratorum ſenatu exceptum collaudatumque verbis ornatiſſimis, ut qui ſuam contra Turcas operam magno excelſoque animo ſpopondiſſet, ac donatum decem millibus aureis & equis duobus Apulis; tum proximo ineunte anno die epiphaniæ ſacro enſem apoſtolica prece ſacratum, & pileum margaritis ornatum inter ſolemnia ſacra dono accepiſſe.

(b) Gob. l. 3.

Accedit Albertus.

Operam ſuam in Turcas ſpondet.

Ornatur muneribus.

LXXIV.

Geſta hæc cum Germanis; cum Polonis vero, quorum oratores a Caſimiro Rege miſſos Mantuam veniſſe narrat Cromerus (c), ut Pio de adepta dignitate gratulari, Regem in ejus fide ac poteſtate futurum profiterentur: de concilianda inter Polonos & Pruſſos equites concordia actum eſt, cum ſacra in Turcas expeditio ardeore in regionibus illis bello confici non poſſet: impetraruntque (d) regii oratores, ut Pruſſi, qui eas ante ob defectionem a cruciferis equitibus ad Regem Poloniæ factam anathemate devincti fuerant, abſolverentur: miſit vero Pius ad pacandas Pruſſiæ res, & religioſam B. Mariæ militiam, Polonis fœdere jungendam, Hieronymum Cretenſem archiepiſcopum, & Franciſcum archidiaconum (e) Hiſpalenſem: neque a pacis conſiliis erat alienus Caſimirus, qui Albertum Auſtriæ ducem ſolicitavit ad colloquium Wratiſlaviæ, vel Frankfordiæ, aut Gorlicii pro dirimenda controverſia faciendum. Quod cum accepiſſet Pius Caſimirum ad redintegrandam concordiam incitavit (f), ut arma in Turcas verteret, cum facile laboranti rei Chriſtianæ opitulari poſſet.

(c) Crom. l. 24.

De Polonis conciliandis cum Cruciferis actum.

(d) Id. ib.

(e) Pius l. 6. p. 6.

(f) Lib. brev. p. 93.

Pius Papa II. Caſimiro Regi Poloniæ illuſtri

Chariſſime in Chriſto fili, &c. miſimus jam dudum ad ſerenitatem tuam venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Cretenſem cauſa pacis inter te, & dilectos filios magiſtrum, ac fratres ordinis B. Mariæ Teutonicorum in Pruſſia componenda, ſperantes quod ipſa ſerenitas tuo zelo Chriſtianæ fidei accenſa omnem moleſtiam ab animo pellens vias pacis amplectatur.

Ve-

Polonus ad arma in Turcas vertenda excitatus.

Verum quia ferocia Turcorum in Chriſtianos in dies plurimum invaleſcit, non poſſumus nos continere, quin te, qui in hujuſmodi tempeſtate Chriſti cultoribus apprime ſuccurrere potes, quoties nobis occaſio nova præbetur, novis adhortationibus paterne moneamus. Et quia nuper nobis innotuit ſerenitatem tuam ob hanc cauſam ambaſſiatam ad dilectum filium nobilem virum Albertum archiducem Auſtriæ deſtinaſſe, hortantes quatenus archidux ipſe ſeſe perſonaliter Vratiſlaviam, Frankfordiam, ſeu Gorlitiam conferre velit, ubi & ſerenitas tua perſonaliter conſtitui paret, ea res nobis ſpem præbuit pacis aſſequendæ, quam ob reſpectum præmiſſorum pro præſentium ipſorum qualitate qualibet alia pace ardentius peroptamus. Ideoque ſerenitatem tuam in viſceribus domini noſtri Jeſu Chriſti commonentes adhortamur, quatenus aliqua illarum viarum ſeu interventu legati noſtri, ſive dilecti filii archiducis prædicti, vel utriuſque eorum, etiam ſi diverſo calle procedant, cum tamen ad unum finem pervenire nitantur, pacem præſtes toti orbi Chriſtiano peroptabilem; ex qua præter retributionis divinæ præmium, favores populi Chriſtiani publice, ac privatim aſſequeris. Dat. Mantuæ xxiii. decembris anno i.

LXXV. Quæsita etiam a Gothis & Lithuanis auxilia. (a) Lib. 4. p. 301. (b) Ibid. p. 341. Actum de armorum fœdere cum Caramano. (c) Lib. brev. p. 84.

Ad elicienda etiam e Lituania, Gothia, & Norvvegia contra Turcas auxilia Pius Martinum e Fregeno in iis regnis nonnulliſque Germaniæ provinciis nuntium creavit (a), ac tam in Norvvegia, quam in Suecia Apoſtolicam de conficienda cruceſignata expeditione ſanctionem promulgari juſſit (b). Tum ad urgendum parte adverſa Mahumetem Turcarum Imperatorem, ut vires in Aſia Europaque diſtrahere cogeretur Caramanum Ciliciæ principem, acremque ejus hoſtem, qui fœdus antea cum Calliſto III. pepigerat, rogavit (c) ut ſuas in Mahometem copias educeret, cum exercitus Chriſtianus in illum ſigna attolleret.

Pius Papa II. nobili viro magno Caramanno ſpiritum ſani conſilii.

Memores ſumus bonæ voluntatis tuæ, quam tempore felicis recordationis Calliſti Papæ III. prædeceſſoris noſtri erga Chriſtianos videbaris oſtendere. Scimus etiam quæ per oratores tuos, & literas contra Turchum pollicebaris, ſi a fidelibus bellum illi inferretur. Cum itaque eo defuncto nos in locum ſuum ſimus vocati, nec minora, quam idem prædeceſſor contra præfatum Turcum facere intendamus, hortamur nobilitatem tuam, ut in ſolito propoſito perſeverans, parare te interim velis, & ad bellum opportunum diſponere ſic, ut cum Chriſtianus exercitus venerit, poſſis eodem tempore hoſtem invadere, & dominium tibi debitum recuperare: in quo operam noſtram nobilitati tuæ non deeſſe cognoſces. Credimus

Solicitatas ut ad recuperanda omiſſa ſe comparet.

autem te intellexiſſe convocationem principum Chriſtianorum, quam fecimus, & ſtudium continuum, quod in paraadis opportunis ſedulo adhibemus. Ex iis de bono ſucceſſu rerum omnia potes bene ſperare. Dat. xvi. octobris anno ii.

Aſſenſit armorum fœderi Caramannus, cujus poſtea oratores in occidentem venere, ut agitata tandem de bello Turcis inferendo conſilia ad exitum perducerentur, de quibus ſuo loco. Interea Turca, dum plura verba inutilia miſcentur a Chriſtianis in occidente, exercebat arma, ac latius victoriam terra marique proferebat; adeo ut Rhodus & aliæ inſulæ a Calliſto III. partæ in maximo periculo & extremo pene diſcrimine eſſent: quibus de rebus factus certior Pius a Ludovico legato Cardinale, qui claſſem diſſolvere coactus fuerat, patriarcham Venetum agere cum ſenatu juſſit (d), ut aliquæ auxiliares naves inſtruerentur, quæ Rhodiis ſe conjungerent. LXXVI.

Acta res ferro non verbis a Mahometo.

(d) Ib. p. 27.

Pius Papa II. patriarchæ Venetiarum.

Insulæ adducta in periculum.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Rediens ex oriente dilectus filius noſter Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaſo presbyter Cardinalis camerarius noſter retulit nobis quanto in diſcrimine Rhodus, & aliæ inſulæ proximis temporibus per claſſem noſtram recuperatæ verſentur; cum & fatigatæ aſſiduis calamitatibus potentiſſimo hoſti reſiſtere nequeant, & in præſentiarum defenſor ſit nullus qui bona eorum voluntati ſuffragium afferat. Videntes igitur quantum detrimenti acceptura eſſet fides catholica illarum amiſſione, & cupientes in eo, quod poſſumus, præſenti neceſſitati occurrere, donec in futura dieta firmius aliquid ſtatuatur, decernimus aliquot triremes armare, & ad illas partes celeriter mittere, quæ præſidio ſint inſulis antedictis, non dubitantes Rhodienſes ipſos, quorum res potiſſimum agitur, adjumentum, quod poterunt, ad hoc allaturos, &c. Addit imperia, ut in eum ſacri belli apparatum viginti quinque millia ducatorum e decimis Dalmatiæ tribuat. *Dat. Senis penultimo martii anno i.*

LXXVII. (e) Æn. Sylv. hiſt. Aſia c. 88. (f) Pius lib. brev. p. 56. (g) Gob. l. 3. Boſſinenſis tradito Zendren rem Chriſtianam prodit. Card. S. Angeli Mathia & Friderico conciliandis incumbit.

Nulla valida auxilia maritima ſubmiſſa ſunt, quocirca Lesbos, & aliæ inſulæ a Calliſto, ut dicebamus, Turcis ereptæ a Mahomete (e) brevi occupatæ, de quo iterum inferius. Hoc interim ſpatio Turcæ Zendren (f) munitiſſimam arcem Raſciæ expugnarunt: tum in Boſna Synderoviam (g), quam Matthias Hungariæ Rex Stephano Regis Boſnæ filio propugnandam tradiderat, in ſuam poteſtatem redegere, corrupto ingenti auro Boſnenſi principi, qui quamvis antea oratores Mantuam pro eliciendis auxiliis in Turcas legaſſet, mox tamen ad hoſtem deſcivit. Trepidatum inde maxime eſt in Pannonia, cum jam barbaris in Walachiam, & Hungariam facilis aditus pateret; excituſque Turcicæ ir-

Digitized by Google

ruptionis fama Pontifex Joannem Cardinalem Carvaialem legatum, qui in Germaniam ad Fridericum Imperatorem Matthiæ conciliandum abierat, redire in Pannoniam Turciſque propulſandis operam navare juſſit, non defutura illi auxilia pollicitus (a).

(a) Pius lib. brev. p. 44.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Dilecte fili, &c. Ex literis tuæ circumſpectionis in novacivitate ultimo datis intelleximus, quæ de tractanda inter Imperatorem, & Regem Hungariæ dieta, deque novo ac repentino Turcorum adventu ſignificas. Fuerunt nobis hæc nova ſatis moleſta, & dolemus eam iſtic eſſe rerum conditionem, ut imminentibus periculis concorditer obviari non poſſit. Omnipotens Deus, qui animum noſtrum cognoſcit, & neceſſitatem videt populi ſui, miſericorditer auxilium præſtare dignetur. Placet ut invaleſcentibus de præfato Turcorum adventu nunciis celeriter in Hungariam vedeas & ſicut hactenus glorioſe feciſti, pro honore Dei, & Apoſtolicæ ſedis omnia mediteris, & facias, quæ in hoc rerum articulo tibi ſunt poſſibilia. Non ignoramus quibus præſidiis inſtructum te eſſe oporteret ad felicem proſecutionem laborum tuorum. Scimus etiam pro ſalute Chriſtianæ reipublicæ quid expediret: verum, dilecte fili, ultra non poſſumus, & voluntas noſtra vires tranſcendit. Hanc ſolam ob cauſam hic ſumus, iter olim ingreſſi non ſine magnis laboribus, & manifeſto periculo rerum noſtrarum. Dies quoque & noctes exhortari principes, & potentatus Chriſtianos nunquam ceſſamus, ut ad hoc ipſum conveniant, & nobiſcum ſanctam expeditionem capeſſant, atque ita uſque in finem laborare non deſinemus, nihil penitus omiſſuri, quod Deo beneplacitum, & nobis debitum eſſe noſcamus, ſperantes in divina pietate quod pium deſiderium noſtrum fruſtrari non patietur. Dat. Mantuæ xt. junii anno 1.

Regreſſ in Ungariam juſſus.

LXXVIII. Miſſum ad illum aurum ſubſidiarium.

Miſit etiam eidem legato apoſtolicum diploma (b), quo ſacra indulgentiarum præmia iis propoſita erant, qui arma in Turcas ſtrinxiſſent: tum viginti nummorum millia ſuppeditavit (c), ut mercenarios milites colligeret: ſed cum Turcæ ſigna in Græciam reflexiſſent, eam vim auri repetiit in bellum ſacrum impendendam: *Intelleximus*, inquit, *Turcum cum exercitu ſuo in Græciam ſe recepiſſe, & metum illum terrem ceſſare*. Tum aliis expoſuit literis Pius (d) eidem Cardinali legato refriguiſſe admodum in chriſtianis principibus ſacri belli ardorem, privatiſque tantum commodis illos ſtudere, ac licet antea Italia arma adverſus Turcas ſumere decrevisſet, jam omnia illa conſilia Gallorum nova in regnum Neapolitanum irruptione confundi: addidit tamen cœptis ſe non defuturum, ac duodecim millia equitum pontificio ſumptu aliquot menſibus ſuſtentaturum, cum maxime Rex Matthias duodecim alia equitum, nonnullaque peditum millia in Turcas immittere ſpopondiſſet: conferret itaque cum rei bellicæ peritiſſimis conſilia, quanto ad eoſdem Chriſti hoſtes oppugnandos exercitu opus eſſet, & ex quibus nationibus is conflandus videretur.

(b) Ib. p. 46.
(c) Ib. p. 76.
(d) Ib. p. 84.

Confuſa ob Gallorum in Neap. regnum irruptionem conſilia.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Non invenimus, ut verum fateamur, tum zelum in animis Chriſtianorum, quem ſperabamus. Vidimus paucos admodum eſſe quibus de publicis rebus maior cura eſſet, quod quamvis omnes ferme ad propria intendentes ſatis hoc tempore oſtenderunt falſam eſſe antiquam calumniam, quam ſedi Apoſtolicæ impoſuerunt, nulloſque nunc magis quam ipſos eſſe accuſandos. Videbamur tamen, niſi novum negotium interveniſſet, res Italicas ſatis egregie in obſequium Dei diſpoſuiſſe, ſiquidem principes ejus omnes ac potentatus jurejurando, voto, & chyrographo proprio ſe ad hoc ipſum ſolemniter obligarant. Verum cum ex civitate Januenſi inſtructiſſima claſſis nomine Gallico ad miſcendum regnum Neapolitanum profecta nuperrime ſit, veremur ne non ſolum partes illæ bello implicatæ defuturæ ſint operi noſtro, ſed reliqua quoque ſtudio partium incitata in eamdem perturbationem paulatim trahantur; quod ſane dolendum eſt, ac lamentandum, nobis præſertim, qui tot laboribus uſque in hanc diem abſumptis cernimus, niſi reſiſtat Deus, primam partem ſudoris noſtri in mutuas Chriſtianorum miſerias ire: non tamen, dilecte fili, propterea deſinimus omnino, neque ſit opera noſtra remiſſior. Confidimus in eo, qui non deſerit ſperantes in ſe, & potens eſt corda hominum immutare. Videbunt plane omnes Deum Chriſtianorum cauſam uſque in finem non derelinquere. Et quoniam ſi non dat Deus quod volumus, omittere non debemus quod offert, cupimus propoſita tibi ratione conſilii noſtri judicium tuum exquirere. Committimus igitur tuæ circumſpectioni, & ſtricto mandato injungimus primum, ut communicato cum Rege, & cum quibus tibi videbitur conſilio, mature intelligas quot millibus armatorum opus eſſe ſtatuatur ad hanc expeditionem feliciter proſequendam: dein quibus ex locis, & ex quibus generibus hominum haberi hic exercitus utiliter poſſit. Inſuper cum Rex ipſe per oratores ſuos offerat duodecim equorum, & peditum nonnulla millia ſuo ſtipendio ad hoc bellum conferre, & nos etiam duodecim millia equorum, ſi facultates aderunt, armare & manutenere per aliquot menſes noſtro ſumptu cupiamus, qua ratione hoc facere quam minima cum impenſa poſſimus, &c. Dat. Mantuæ 9. novembris anno 1.

Inſtructa Genuæ claſſis adverſus Ferdinandum.

Oblata Pio duodecim equorum millia ob Ungaro.

LXXIX. Exinde igitur belli ſacri conſilia magis

ſene-

Principes Neapolitani a Ferdinando ſpurio deficiunt.

(a) Sur. l. 17. c. 1.

ſeneſcere cœperunt, cum Galli a Neapolitani regni proceribus Ferdinando infenſis excitati (a) recuperandi juris priſtini occaſionem nollent deſerere; Pius vero cum geſta a ſe tueri, & regnum Ferdinando vellet aſſerere, cenſuerat pacandam Neapolitanam regnum creato illius Rege Ferdinando, at indeque magis bellorum faces accenſæ fuerunt, cum principes Aragonium ſpurium ſibi imperare indignarentur, magiſque ad Renatum Regem ſpectarent eorum animi, plures etiam poſcerent, ut eccleſiaſticæ ditioni conjungerentur: inter quos Aquilani Pio ſe obtulere (b); ſed illos ipſe Ferdinando ſubeſſe juſſit. Adverſarum partium ſignifer erat Joannes Antonius Urſinus Tarentinus princeps, ſummaque contentione incubuit Pius ad rebelliam hoſce motus in primo exortu compeſcendos: tertia enim februarii die, dum Peruſii verſabatur, deſignatum epiſcopum Theanenſem componendæ diſcordiæ inter Tarentinum & Ferdinandum concitatæ operam dare juſſit, pluribuſque literis eumdem Joannem Antonium hortatus eſt (c), ut conjunctionem cum Ferdinando conciliaret, tum viciſſim Ferdinandum (d), ut principem ipſum Tarentinum ſibi devinciret, neve illum ſectatoreſve ulla ratione laceſſeret, ne Turcis in Italiam pateret aditus, ſumma enim a ſe ſtudia collocatum iri pro ea lite componenda.

(b) Lib. 4. brev. p. 9.

Navata a Pio opera pro componendo diſſidio.

(c) Ib. p. 11. & 19. & 79.

(d) Pag. 18. & 22.

LXXX. Non reſpondet Pii Beneficiis Ferdinandus.

Nec vero Ferdinandus pontificiis beneficiis reſpondere viſus eſt, qui cum regnum Neapolitanum Pii beneficentia accepiſſet, neque illud ſine ejus ope retinere poſſet, cunctaretur Beneventum Romanæ eccleſiæ reſtituere, & pactiones antea confectas implere, qua de re Pius hiſce literis queſtus (e) eſt.

(e) Ib. p. 22.

Pius Papa II. Ferdinando.

Arx Beneventana ab eo repetita.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Non ſatis intelligere poſſumus unde tam longa dilatio in conſignanda nobis arce Beneventi procedat, unum in hoc ſcimus ea ex re non ſolum nos admirari, & dolere, ſed ratерes quibus noſtra in te charitas, & conventio facta ſunt nota, obloquendi, & ſecus quam ſit de tuo voluntate ſentiendi materiam dari, cum non ſatis veriſimile appareat, te nolente ac repugnante difficultates hujuſmodi objici. Præterea cum hæc tam longa procraſtinatio ad honorem tuum non cedat, & rebus noſtris nocumentum plurimum poſſit afferre, hortamur ſerenitatem tuam in Domino, & attente requirimus, ut huic rei diligenter intendant debito tuo eniteris, quantum in te eſt, ſatisfacere, &c. Dat. Senis XII. martii anno 1. Veritus Ferdinandus ne Pium retento Benevento a ſe abalienaret, cujus gratia in ſolio Neapolitano ſtabat, reſque ſuas affligeret, cum urbem, quam Alfonſus flagitio jam ante occuparat, ac dein

Gallorum metu reſtituta Pio.

pactione præfecturam extorſerat, reſtituit, præfectumque pontificium Petrum Archangelum Urbinatem in arcem induxit: de quo actæ a Pio gratiæ (f). Miſſus autem ab eo eſt cum ampliſſimis mandatis apoſtolicus nuntius archiepiſcopus Ravennas (g), ut Neapolitani regni proceres in officio, ac Ferdinandi obſequio contineret, dirimeretque controverſiam, quam Joannes Antonius princeps Tarentinus cum Ferdinando habebat.

(f) Lib. brev. p. 52.

Ravennas archiep. pro ſedandis turbis Neapol. miſſus.

(g) L. 31. p. 299.

Bartholomæo archiepiſcopo Ravennati noſtro & Apoſtolicæ ſedis oratori ſalutem &c.

Cum, ſicut accepimus, diſſenſiones, quæ inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Regem Siciliæ illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Joannem Antonium principem Tarenti ſuperioribus menſibus vigentes, inimico pacis & ſatore zizaniæ ſuadente, adeo proceſſerint, ut niſi maturе provideatur, hæc eorum contentio ad arma, & bellum ſit proculdubio evaſura; nos, qui tam propter Regem, ac principem præfatos, quos tanquam caput & membrum invicem magis convenire, ac regni Siciliæ tranquillitatis & pacis auctores & conſervatores eſſe deceret, quam etiam propter illius incolas, quorum quietem paterne deſideramus, de præmiſſis diſſenſionibus ſumme dolemus, etiam non mediocriter metuentes ne ſtudioſiſſimus hoſtis everſionis noſtræ Turchus, quem magnis apparatibus ſtatuiſſe ferunt proxima æſtate in Chriſtianos, quacumque ſibi via facilius patere potuerit; toto conatu irrumpere, arrepta occaſione belli hujuſmodi ex locis illis acceſſum in Italiam quærat, memoreſque quanta cum difficultate ſuperioribus annis res Italiæ compoſitæ fuerint, cujus quidem compoſitionis ac pacis facile dictum bellum poſſet eſſe inverſio, ad componendos hos motus fraternitatem tuam, de cujus probitate, induſtria atque virtute, & in rebus gerendis ſolertia experimentum ſæpenumero factum eſt, duximus ad Regem & principem præfatos ſpecialiter deſtinandum, confidentes in Domino, quod ipſi Rege ac principe ob noſtram & ſedis Apoſtolicæ reverentiam, depoſitis quibuſcumque indignationibus, atque odiis ad noſtram, quam tu expones voluntatem, propendentibus contentiones ipſæ quantocius ſopiri poterunt; noſque ad obſiſtendum eorumdem Turchorum ferociæ quietius poterimus operam dare, &c. (Inſtruit authoritate, ut inducias imperet inter adverſas partes, earumque fœderatos: concordiam vero reſpuentes percellat anathemate: at ſi pacis conſiliis aſſenſerint, fœderis pactiones confirmet.) *Dat. Senis, &c. anno dominicæ incarnationis MCDLVIII. XIII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno* 1.

Trepidatum ne in Italiam Turca irrumpat.

Sedari ea controverſia inter Ferdinandum & principem Tarentinum viſa eſt, LXXXI.

reſti-

Digitized by Google

Conciliat ſibi Tarentinum Ferdinandus.
(a) Coll. l. 6.
(b) Id. ib.
(c) Pius lib. brev. p. 78.
Joannes dux Lotharingiæ Genuam oppugnatus a Petro e Campofregoſo. Petro trucidato vertit impetus in regnum Neap.
(d) Foliet. hiſt. Genuen. l. 11.
(e) Pius l. brev. pag. 86.
(f) Gob. l. 4. Colle nut. l. 6. Pontan. l. 5. Surit. l. 17. c. 1. & ſeq. Bzov. l. 33. Foliet. l. 21. Collenut. ſup. lib. 6.
Sueſſæ dux illi ſe conjungit.

reſtitutis, a Tarentino aliquot oppidis, quæ Ferdinandus occuparat; hunc tamen preſſiſſe alto pectore odia, ut illa opportuno tempore effunderet, refert Collenutius (a). Et quidem brevi priſtinas recrudviſſe inimicitias ex literis pontificiis colligitur XVI. ſeptembris die exaratis (b), quibus Regem ipſum ad pacem adhortatur (c) Pius: quo tempore Joannes dux Lotharingiæ Renati Regis filius expeditionem Genuæ ad eripiendum Ferdinando, ſibique aſſerendum Neapolitanam ſceptrum conficiebat, ac nondum in illum militem ducere potuerat, quod ejuſdem Ferdinandi & Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſis opera a Petro a Campofregoſo, quem pœnitebat principatu ſponte abiiſſe, Galloſque, quos vocaverat, ejicere annitebatur, graviſſimo bello implicitus diſtineretur, & ægerrime Genuam propugnaret: ſed demum Petrus Fregoſius, qui in urbem irruperat, omniaque, ut ea potiretur, tentabat diſcrimina ſuccubuit (d), atque in tumultuaria pugna miſere ab adverſariis trucidatus eſt. Solutus itaque eo metu Joannes, paternum regnum recuperaturus, comparatam partim Maſſiliæ, partim Genuæ claſſem III. id. octobris conſcendit, citerioremque Siciliam adortus eſt (e). Pepigerat (f) ille fœdus cum Antonio Cantiliæ & Crotoni marchione, qui Calabriam ad faciendam rebellionem induxerat: ſed antequam illi poſſet ſe conjungere ab Alfonſo Davalo profligatum reperit; jamque de reditu cogitare cœperat, cum Vulturnum ingreſſus, at novas res tentaret, Marzanus Sueſſæ dux, & Roſſani princeps ſe ejus partes defenſurum pollicitus eſt, ac plures principum urbiumque a Ferdinando ad Joannem ipſum Andegavenſem defectiones ſecutæ, de quibus ſuis locis agetur: nunc reliqua hoc anno geſta proſequimur.

LXXXII. Altaces captum in Africa a Luſit.
(g) Lib. 7. pag. 13.

Exponente Pontifici Luſitano Rege plures clericos, dum in Africa Altaceris oppidum nobile ex infidelium tyrannide eriperetur reſtitueretur que Chriſti cultui, ſtrinxiſſe ferrum in barbaros, impiamque fudiſſe ſanguinem, Pius ſubjecto diplomate cenſuras omnes diſſolvit (g), quibus ob factas cædes infidelium irretire ſe potuiſſent atque in priſtinos honorum, ac dignitatum gradus reſtituit.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Alfonſi Portugalliæ & Algarbii Regis illuſtris nobis fuit expoſitum, quod alias cum ipſe Rex pro Chriſtianæ fidei limitibus propagandis, ac infidelibus ad fidem orthodoxam reducendis ad partes Africæ, quæ per Saracenos, & crucis inimicos occupantur, cum magna claſſe & multitudine bellatorum ſæcularium, ac etiam regularium, nec non ſacerdotum, & clericorum ſe perſonaliter contuliſſet, & oppidum Altaceris, quod tunc per ipſos infideles detinebatur, obſediſſet, ac poſtea favente Domino vi cepiſſet, presbyteri & clerici præfati tam pro ſuarum ac Regis exercitus prædictorum perſonarum defenſione, & ipſorum oppidi infidelium expugnatione, quam etiam zelo fidei accenſi cum armis eiſdem Regi, & exercitui aſſiſtendo, una cum aliis bellatoribus contra ipſos infideles acriter pugnaverunt, eidemque Regi præſtiterunt conſilium, auxilium, & favorem; in quibus quidem conflictu & expugnatione nonnulli vulnerati, & mutilati ſunt, quorum aliqui ſpiritum exhalarunt: quare pro parte præfati Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eorundem presbyterorum & clericorum ſtatui ſuper his opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſalutem appetimus ſingulorum, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes & ſingulos presbyteros, & clericos ſæculares pariter & regulares, qui una cum dicto Rege in expugnatione oppidi prædicti interfuerunt, ſibique, ut præmittitur, vel alias quomodolibet inibi præſtiterunt auxilium, conſilium, & favorem, quorum omnium nomina, cognomina, qualitates, eorumque dignitates, & quæ obtinebant ſeu obtinent adminiſtrationes vel officia & eccleſiaſtica, ſæcularia, & regularia beneficia præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ſingulariter deſignatis, ab homicidiorum hujuſmodi reatibus, ac omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quas propterea incurrerunt, auctoritate apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia abſolvimus, &c. in priſtina ipſos jura reſtituit. *Dat. Mantuæ anno MCCCCLIX. III. id. octobris pontificatus noſtri anno II.*

Sacerdotes qui barbarorum cædi interfuerant expiati.

LXXXIII. Pax inter Gallum & Burgundum confirmatur.
(h) Lib. 32. pag. 308.
(i) Ib. p. 100.
(k) Ib. p. 313.
Valentinenſis academia a Pio instituta. Et Ingolſtadenſis.
(l) Lib. 4. pag. 87.
(m) Lib. 3. pag. 19.

Ad continendos etiam in pace Carolum Francorum Regem, & Philippum ducem Burgundiæ provinciam dedit (h) archiepiſcopo Biſuntino, & epiſcopis Lauſanenſi, Baſilienſi, Tullenſi, & Cameracenſi, ut quæ Eugenii, Nicolai, Caliſti diplomatibus de fœdere inter Francum Burgundumque tuendo ſancita erant mandari operi curarent (i), primatum Joannis archiepiſcopi Bituricenſis adverſus eos, qui crucem in archiepiſcopatu Bituricenſi præferri vetuerant, aſſeruit intentato iis, qui adverſarentur, anathemate: inſtituit (k) Delphini Viennenſis precibus adductus Valentinenſem academiam, eamque privilegiis illis exornavit, quæ Aurelianenſi, Toloſanæ, & Montiſpeſſulani tributa eſſent: Ingolſtadenſem (l) a Ludovici ducis Bavariæ rogatu excitavit, & Taurinenſis (m) vetera privilegia confirmavit.

Hoc anno novam militiam Societatem Jeſu Chriſti nuncupatam, quæ ſe bello in Turcas gerendo fideique amplificandæ

devo-

Digitized by Google

Militiæ dicta Societas Jeſu Christi instituta. (a) *Ib. p.* 201.

devoverat, multis privilegiis decoravit, atque univerſos præſules Reges, ac principes rogavit, ut eos, qui hujuſmodi ſe ſocietati aggregarent proficiſcerenturque in barbaros opera, & ſtudiis juvarent, quæ literæ hac nota temporis conſignatæ (*a*). *Dat. Mantuæ anno MCDLIX. III. kal. julii pontific. anno I.*

LXXXIV. Gregorius Græcorum patriarcha vita functus apud ſedem Apoſt. (b) *L.* 3. *bull. p.* 463.

Eodem anno Pius defuncto in Romana curia Gregorio patriarchæ Conſtantinopolitano Iſidorum Ruthenum in ejus locum ſubrogavit, de quo extat hoc diploma (*b*).

Venerabili fratri Iſidoro epiſcopo Sabinenſi ſalutem, &c.

Cooperante Dei miſeratione in œcumenica ſynodo generali Florentina tempore felicis recordationis Eugenii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri congregata ſedato ſchiſmate ſtatutum & ordinatum fuit, ut quamprimum aliquem ipſorum duorum partium dicti patriarchatus per ceſſum, vel deceſſum, aut alia quovis dimiſſione illi tunc præſidentis vacare contingeret, patriarchatus ipſe & eccleſia Conſtantinopolitana reintegraretur & deinceps unus tantum eidem eccleſiæ tam Latinorum quam Græcorum patriarcha præeſſet; ſucceſſive vero altera parte ejuſdem patriarchatus, videlicet Latinorum, cui bonæ memoriæ Joannes Contarenus patriarcha Conſtantinopolitanus inter Latinos, dum viveret, præſidebat per obitum ipſius Joannis patriarchæ extra Romanam curiam defuncti vacante piæ memoriæ Nicolaus Papa V. etiam prædeceſſor noſter ſtatutis, & ordinationibus dicti concilii ſe conformare volens, quod bonæ memoriæ Gregorius patriarcha Conſtantinopolitanus, qui alteri parti, videlicet Græcorum, præfuerat, & tunc præerat, pro vero & unico patriarcha Conſtantinopolitano haberetur & reputaretur; necnon illi eccleſiam Nigropontenſem hujuſmodi per ſe tenendam, regendam & gubernandam in ſpiritualibus, & temporalibus ſub certis modo, & forma commendavit: Et infra: *Cum itaque præfata eccleſia Conſtantinopolitana per obitum ejuſdem Gregorii patriarchæ, qui nuper apud ſedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, apud ipſam vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter nos hac vice ſe intromittere potuerit ſive poſſit*, & infra, *de perſona tua eiſdem Conſtantinopolitanæ & Nigropontenſi, [conjunctæ enim fuerant donec Conſtantinopolis, recuperaretur] eccleſiis providimus, teque illis præficimus in patriarcham & paſtorem, &c. Dat. Senis anno MCCCCLIX. XII. kal. maii pontificatus noſtri anno I.*

Ut ſublatus ſit duorum patriarcharum lis.

Iſidorus Card. ſuffectus Gregorio.

LXXXV. In Cypro oritæ graves turbæ. (c) *Ib. p.* 464.

Commendata eſt a Pio (*c*) eidem Cardinali Nicoſienſis eccleſia adeo ut una cum ea epiſcopatum Sabinenſem, Nigropontenſem archiepiſcopatum, & patriarchatum Conſtantinopolitanum gereret. Exambiverat Nicoſienſem ſedem Jacobus Jo-

annis Cyprii Regis filius nothus, cui Reginæ Helena & Carlotta adverſatæ (*d*) fuat, ſcripſereque ad Pontificem indignum illum eccleſiaſtico faſtigio, ut qui manus humano ſanguine inquinaſſet, quas literas cum intercepiſſet Jacobus efferatus odio, contracta valida factioſorum manu Nicoſiam ingreſſus eſt, ac ſibi infenſos contrucidavit, illiuſque urbis imperium occupavit, donec adventu Ludovici ducis Sabaudiæ filii, qui ad Carlottæ viduæ thorum Cypriumque ſolium vocabatur, territus ad ſultanum Ægyptium profugit. Porro Ludovicus Ludovici ducis Sabaudiæ ſecundo genitus, cujus frater natu maximus imbellis corpore pietate inclaruit, uti ſuo loco dicetur, Cypria corona redimitus, regios Cypri Jeroſolymæ, & Armeniæ titulos conjunxit (*e*). Qui vero, dum in itinere prope Mantuam tranſiens ubi agebat Pontifex, accedere ad illum, ut de bello ſacro in Saracenos gerendo regnoque contra infideles tuendo ageret per ſummam imprudentiam contempſerat, adeo ut Pius inter Cardinales præſagierit, contemptorem ſedis Apoſtolicæ a barbaris regno deturbatum iri, ad ſultanum Ægyptium veluti illius imperii vectigalis oratores miſit, ut regias veſtes ab illo impetraret; jamque ſultanus ei dandas decreverat, cum Amiræ ac Mamaluchi, qui Jacobo ſtudebant, ut qui ex Mahumetica impietate licet ſpurius ſorori legitimæ præferendus eſſet, obſtiterunt: Mahometes etiam Turcarum Imperator hortatus eſt Ægyptium, ut Jacobum Carolæ præferret, cujus vir Gallico cretus ſanguine Gallos in Syriam inducere poſſet, quibus permotus ſultanus Jacobum Regem Cypri pronuntiavit, cum prius illum impio & nefandiſſimo ſacramento ſibi obſtrinxiſſet, ac regiis veſtibus ac diademate inſignitum per urbem circumduci juſſit. Tum Eliam pſeudocarmelitam, qui auctor hæc omnia conſilia ſuggeſſerat, religionis Chriſtianæ hoſtem archiepiſcopum Nicoſienſem renuntiavit, atmiſque Ægyptiis Ludovicum Sabaudum cum Carola depellendum regno ſanxit: de quo bello proximo anno dicetur. Nunc de novis Chriſtianæ fidei apoſtatis illuſis a dæmone nonnulla cruentis deflenda lachrymis adjungamus.

(d) *Steph. Luſit. in hiſt. Cypri hoc ann. Boſius p.* 2. *hiſt. Hier. l.* 7.

Jacobus Spurius Nicoſiam invadit. Ludovici Sabaudi adventu territus ad Ægyptium fugit.

(e) *Steph. Luſin. ubi ſup.*

Ab eo Rex pronuntiatus.

Hoc anno Atrebati, & in circumjacente agro narrat Monſtreletus (*f*) pane factam pernicioſiſſimam hæreſim dictam Waldeſianam, omnium hominum utriuſque ſexus in avia loca abripi ſolitos ad funeſtos conventus, quibus præterea dæmon, qui virili ſpecie viſendum ſe præbebat, ita tamen, ut numquam ora oſtenderet dabatque imperia ac leges, quibus colendus atque adorandus foret: tum a ſingulis ano ſuo libari oſcula jubebat, dein pecuniolam cuique porrigebat, vina da-

LXXXVI. Faſcinariorum ſecta oborta. (f) *Monſtrel. vol.* 3. *p.* 83.

Quibus artibus illuſa a dæmone.

Exercita in eam ſeverites judiciaria. peſque opipare inſtruebat, quibus exſaturati pecudum ferarumque ritu in concubitus ruebant. Quibus cognitis a judicibus & cenſoribus fidei, plures Atrebatenſes cives inſignes, & alios obſcuri generis homines captos, ſceluſque confeſſos igni concrematos fuiſſe.

LXXXVII. Epiſcopatus non conferendus ætate imparibus muneri. Per idem tempus flagitante Carolo Francorum Rege a Pio, ut comitem Marchæ conſanguineum ſuum Caſtrenſem episcopum crearet, Pontifex cum animadvertiſſet illum ætate muneri imparem quippe qui decimum nonum tantum annum agebat, hæc ipſi reſcripſit (a).

(a) Lib. brev. p. 81.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Is, nempe comes de Merca Regis conſanguineus, *pro quo ſcribebatur, non excedere annum decimumnonum, immo & infra illum eſſe aſſeritur: nec videmus qua pacto miniſterium epiſcopale tali ætati ſine reprehenſione poſſit committi, quod alioquin in robuſtioribus annis, & multa rerum experientia non facile eſt adimplere*: Et infra: *Laudavimus ſemper & laudari audivimus id, quod tempore felicis recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri in re ſimili a te dictum affirmatur; nam cum ad preces tuas regias quidam minor annis cathedrali eccleſiæ ab eodem Pontifice eſſet præfectus, improbaſſe ſublimitatem tuam proviſionem tam immaturam, & inſuper dixiſſe.* Quamquam ego interceſſerim, numquam puravi tamen hoc illum eſſe facturum, *oſtendens videlicet, quæ tua eſſet rogandi neceſſitas, & quod eſſe deberet Apoſtolicæ ſedis officium. Has ergo nos in præſentiarum ſic ducti majori cum fiducia honeſtati adhæſimus, & non conceſſimus quod petebatur, credentes quantum ad annos tuæ ſerenitatis acceſſit, tantum ad bonitatem tuam & ſapientiam acceſſiſſe. Obtulimus tamen dilectis filiis noſtris Rothomagenſi, & Avinionenſi Cardinalibus, quorum in ea re vehementiſſimum ſtudium fuit velle nos quouſque is adoleſceat ad vigeſimumquartum annum accederet, adminiſtratorem idoneum antedictæ eccleſiæ*, nempe Caſtrenſis dare, *aſſerentes id quod re vera eſt, eodem tempore magnos interceſſores non defuturos, qui ſibi illum vel a nobis, vel a noſtris ſucceſſoribus valeant impetrare; nam declarare ex nunc eumdem epiſcopum eſſe quamprimum ad ipſam ætatem perveneriſt, indecens multum viſum eſt, nec cum bona conſcientia poſſe concedi: ſcit enim tua ſerenitas juventutis curſu nihil eſſe incertius, & hunc ipſum adoleſcentem, quamquam nunc animi probitate ſit commendabilis, poſſe interim tamen talem evadere, ut epiſcopali munere indignum ſe reddat; nec convenire, ut cum nos futurorum ſimus ignari, certum eventum de moribus hominis nobis ipſis polliceamur, &c. Dat. &c.*

Indictæ

I. Indicta a Pio II. in cœtu Mantuano expeditio in Turcas. (a) L. 7. p. 256.

INdicta eſt anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo indictione octava in Mantuano conventu a Pio ſolemnis expeditio ab omnibus Chriſtianis conficienda ad religionem contra barbaros defendendam, editumque ea de re apoſtolicum diploma (a), quo univerſis Chriſti cultoribus ingentes a Mahomete II. in expugnata Conſtantinopoli aliiſque provinciis evaſtatis acceptæ clades propoſitæ ſunt, ac decretæ preces a Sacerdotibus inter ſacra fundendæ diebus dominicis: tum noxarum venia arma ſacra in impios capturis promiſſa.

Ad perpetuam rei memoriam.

Eccleſiam Chriſti variis mundi turbinibus, ac perſecutionibus agitatam ex divinis ſcripturis, & veterum annalibus ſemper agnovimus, quæ cum a capite ac ſponſo ſuo Chriſto ſcilicet auctore regatur: cui, ſicut ipſe teſtatur, omnis poteſtas in cælo & in terra divinitus eſt attributa, nunquam ſine nutu divinæ diſpoſitionis talia ſuſtineret, niſi ipſe ad correctionem exercitationemque fidelium hoc inferri permitteret; interdum etiam impios & injuſtos occulto aliquo inſtinctu ad punienda populi ſui peccata excitat: ſic namque per ignaros, & neſcios errata populi ſui corrigit & punit divina juſtitia, ſicut quondam per Sennacherib, per Nabuchodonoſor, per Antiochum alioſque quamplures populum Iſraeliticum delinquentem afflixit, ſicut ipſe per prophetam eloquitur: Virga furoris mei Aſſur; *ipſe autem non cognovit. Verum etſi profanis & impiis tanquam inſtrumentis atque flagellis ad coercenda peccata utatur Altiſſimus, illos tamen impia vanitate ſuperbientes, & quaſi ſecures & ſerras contra eum, qui cadit vel ſecat in eis gloriantes, etiam per illos ipſos, quos prius flagellari permiſit, emendatos atque correctos deprimit, & conterit divina potentia, quæ cum in divinis ſcripturis facta legantur, & ad noſtram inſtructionem ſcripta probentur, cunctos fideles oportet præſentem perſecutionis anguſtiam, & pari pœnitentiæ fructu divertere, & animos ſpe divina fundare, ſcientes ſe divina prædictione, & prophetica in pſalmis conteſtatione commonitos, dicente Domino:* Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſperdam ab eis, neque nocebo in veritate mea, neque profanabo teſtamentum meum.

Ob peccata fideles a Regibus impiis exagitati.

Quamquam autem Turcharum preſſuram, & perſecutionis inſtantis rabiem merito noſtræ iniquitatis incidiſſe profiteri humiliter debeamus, ſperamus tamen atque confidimus illis diutius ſævire permiſſum, ut ſuperbia eorum altius aſcendente, & divinam ultionem provocante, jam quaſi eorum malitia conſummata acriori vindicta plectantur, Amorræorum & Amalechitarum exemplo, quos licet Deus propter peccatum in filios Iſrael ſævire permiſiſſet, illos tamen in manu eorum cum omni terra tradidit, præcipiens, ut nemini parcerent, ſed illos ultima internecione delerent. Quod ſi pridem multifariis gentilium atque hæreticorum perſecutionibus fideles ſuos voluit comprobare, iſtis tamen temporibus vergente jam ſæculi occaſu, quo, Salvatore teſtante, omnium abundavit iniquitas, & refrigescit charitas multorum, gravior procella, & terribilior preſſura, qualis antea non fuit, cervicibus noſtris incumbit, cum radix illa peccati, miniſter diaboli, antichriſti præcurſor perfidiſſimus Mahumet ſpiritu ſuperbiæ elatus in Chriſti cultores rabiem ſui furoris exercet, qui illa miſeranda, & nunquam ſatis deflenda Conſtantinopolitana cæde ac ſtrage graſſatus, nec tamen ſatiatus, tamquam ſanguinaria beſtia haufto Chriſtiano ſanguine pollutas fauces explere non poteſt, ſed novas in Dei cultores pœnas excogitet, cujus inſatiabilis carnificis tanta rabies eſt, tam inexplicabilis libido dominandi, ut totum occidentem ſibi ſubjicere, & totius Chriſtiani nominis perditionem, ac moliatur exitium, cujus cum execranda rabies intolerabiliſque ſuperbia ſemper exereſcat, adeſſe jam diem ultionis ipſius, & vindictæ tempora feſtinare creduntur.

Impii demum abjici ſoliti.

Mahometes præcurſor Antichriſti.

Sane licet felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter poſt ipſius Conſtantinopolitanæ urbis calamitoſum excidium ad vindicandas Chriſti injurias, & illius furorem reprimendum, generalem expeditionem indixerit, Regeſque & principes, atque ſæculi potentes, & cunctos Chriſticolas ad defenſionem fidei excitarit, & ipſum pio ſtudio felicis recordationis Calliſtus Papa III. fuerit imitatus, nullus tamen hactenus optatus fructus peccatis exigentibus ſecutus eſſe dignoſcitur, nec interea deſtitit divina cenſura acrioribus nos verberibus excitare, Chriſtianis finitimis cæde, rapina, tormentis, & miſerabili ſervitute affectis, donec jam incendium ſenſim excreſcens omnia per circuitum erumpente flamma conflagrare cœpit. Nos vero, qui ipſis prædeceſſoribus, ſicut Domino placuit, re infecta ſublatis, divina favente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus fuimus aſſumpti, divinæ vocis cohortamur imperio, ut in tanto fidei Chriſtianæ diſcrimine periculum deſidia, quatenus poſſumus, declinemus. Itaque fidei urgente nos zelo in ipſis noſtri apoſtolatus initiis ad excitandum Chriſtianorum ſoporem Mantuam nos advehi fecimus, ubi in præſentiorum

II. Nicolai V. & Calliſti III. ſtudia pro bello in Turcam conficiendo.

Redintegrata a Pio.

Digitized by Google

conſtituti generalem conventum pro fidei ſancta tenemur, multa cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ac principibus, tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, ſive eorundem principum legatis conferentes atque tractantes, poſt maturam & diutinam deliberationem, de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu, nec non oratorum, & prælatorum in conventu Mantuano præſentium unanimi voto modo, quo ſequitur, duximus providendum.

III. Sacra expeditio communi conſilio decreta.

In primis generale bellum atque expeditionem contra perfidiſſimos Turchos Dei noſtri acerrimos hoſtes more prædeceſſorum noſtrorum, qui generales expeditiones, vel ad liberandum terram ſanctam, vel contra alios infideles indixerunt, ab omnibus Chriſtifidelibus triennio duraturum gerendum, ac ſuſcipiendum eſſe decernimus, omnes & ſingulos Chriſtianos ad præſidium ejus belli pariter pro viribus invitantes, decernentes pariter in tantæ neceſſitatis articulo unumquemque pro viribus, & ſecundum quotum infra dicendum ex ſuis facultatibus debere conferre. Et quoniam Moyſes, qui ſummi ſacerdotis & Chriſti veteris typum geſſit, ad ſuperandum Amalech figuram Chriſti portabat, in ſigno & Sacramento crucis allevabat ſupinas manus, nec vincere adverſarium poterat, niſi poſtquam ſtabilis in ſigno allevatis jugiter manibus orando perſeveravit, utrumque intelligimus faciendum. Itaque ſcientes fidelibus de inſtantia orationis eſſe fidendum, mandamus ut in omnibus civitatibus, ac locis inſignibus diebus dominicis preces in ſacrificiis ac miſſarum ſolemniis, nominatim ad Dominum effundantur, ut ipſe, qui eſt propugnator invictus, propugnatores ſuos adjuvet, & pro ſui nominis gloria decertantibus in prælio tamquam dominus fortis ac præpotens præliator aſſiſtat: milites vero, & bellatores ipſo vivifico ſigno, quod Moyſes in figura contra ſerpentem erexit, contra alterum vero ſerpentem diabolique miniſtrum Mahometem volumus inſigniri, illius ſigni memoriam præferentes, quod ſuper domos, cum terram Ægypti Deus percuteret, juſſit affigi: quandoquidem in imagine præcedens veritate complebitur, ut in agni ſanguine & in ſigno Chriſti victoriæ trophæum ſint relaturi.

Solemnes preces imperatæ.

IV. Inſuper univerſos Chriſtianorum principes, quacumque etiam imperatoria, regali aut reginali, ducali vel quacumque dignitate præfulgeant voce Domini commonemus, ut cognoſcant ſe reddituros eſſe rationem propter Eccleſiam ſanguine redemptam, quam ab illo tuendam acceperunt, quorum Deus virtutem excitare nos juſſit, ac ore prophetico commonere decens: Nunc Reges intelligite: erudimini qui judicatis terram. Apprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur Dominus; terribilis eſt enim qui aufert ſpiritum principum terribilis apud Reges terræ. Meminerint Saulis exempli, qui pro eo quod non obediſſet voci Domini, ut Amalechitas ejus hoſtes extrema interemptione non deleviſſet, a Domino reprobatus fuit, ac regno mulctatus. Proinde illos per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti obſecramus, & per tremendum ejus judicium obteſtamur, ut ad defenſionem Chriſtianæ fidei, ſicut proprio & neceſſario incumbit officio, fortiter exurgant & potenter, ſcituri quia major eſt Dominus ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum, Joanne in epiſtola conteſtante atque dicente: Major eſt qui in vobis eſt, quam qui in hoc mundo eſt; habituri in medio ſui Regem regum, principem pacis, electum præ conſortibus ſuis, qui illis pugnantibus propugnator aſſiſtet, immarceſcibiles coronas ab eo gloriæ ſuſcepturi.

Conteſtatio Apoſtolica ad Reges ut arma in impios exerceant.

Majorem eſſe Chriſti vim dæmonum tyrannide.

V. Omnibus autem, qui in hoc ſancto opere Chriſto militare voluerint, & perſonaliter in hanc expeditionem acceſſerint, & in eadem per octo menſes cujuſlibet anni, quatenus tanto opere opus fuerit, in kal. menſis aprilis proxime futuri inchoandos, ſive clerici ſive laici vel quacumque eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, perſeveraverint; nec non illis, qui etiam poſt menſem prædictum aprilis ad hujuſmodi expeditionem ſe conferrent, & vel per octo menſes, ut præfertur, ſive uſque ad reditum exercitus ibidem permanſerint, nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, & ex illa, quam nobis licet indignis contulit Deus, ligandi atque ſolvendi poteſtate, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, qualis per prædeceſſores noſtros proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, & in anno jubilæi urbis baſilicas viſitantibus dari conſuevit, concedimus & authoritate apoſtolica impartimur, confidentes in verbo illius, qui falli non poteſt, quique patrem precatus eloquitur: Pater, quos dediſti mihi volo ut ubi ego fuero, & ipſi ſint mecum, ut videant claritatem, quam mihi dediſti priuſquam mundus fieret; omnium, qui in hac ſancta expeditione pro veritate fidei, & defenſione Chriſtianæ religionis obierint, animas ad gloriam immortalitatis evectas cum Chriſto, quem pia morte fuerint imitati, cuique fideles animas devoverunt, in æternis ſedibus regniſque cæleſtibus perenniter gavituras: eos autem, qui propriis perſonis non acceſſerint, ſi pro ſe unum pugnaturum emiſerint, & per dictum tempus propriis facultatibus ſuſtentaverint, tam mittentes, quam bellatores, & miſſos alienis etiam expenſis militantes hujuſmodi plenariæ remiſſionis volumus atque decernimus eſſe participes.

Secuturis bellum promiſſa cæleſtis immortalitas.

VI. Ut autem omnis ſexus, ætas, atque conditio hujuſmodi indulgentiæ particeps eſſe poſ-

Et iis qui milites ſubmiſerint. *poſſit, volumus ut quæcumque cœnobia, ſeu loca religioſorum marium, vel mulierum, cujuſcumque ordinis ſeu profeſſionis exiſtant, qui pro ſingulis decem ſuppoſitis clauſtri ſui unum bellatorem ſuis ſumptibus per octo menſes duraturum deſtinaverint, hujuſmodi indulgentiae plenariæ conſequantur. Quod ſi forte præfixo tempore non exacto ipſorum aliquos poſt iter arreptum in proſecutione pii & ſancti operis ex hac luce migrare contigerit, volumus atque concedimus, ut præfatam indulgentiam integraliter conſequantur, &c.* (Abrogat cæteras indulgentias exceptis iis, quæ urbis baſilicas luſtraturis conceſſæ ſunt: crucesignatos in clientelam apoſtolicam accipit, omnibuſque oneribus exolvit: piratas & cum iis ſentientes, qui bello ſacro obſtiterint, anathemate percellit, aliiſque pœnis legibus conſtitutis mulctat.) *Dat. Mantuæ anno* MCDLIX. XVIII. *kal. februarii pontificatus noſtri anno* II.

VII. Decretum ad bellum communi omnium Regum & principum, qui oratores miſerant, conſenſu confirmat aliis literis Pius (a): *Convocatis,* inquit, *omnibus principibus & populis, qui ſub lege Chriſti cenſentur ſeſſionem publicam celebrantes, habita cum memoratis fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus conſultatione matura, unanimi quoque voto aliquorum catholicorum principum in conventu Mantuano exiſtentium, nec non oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regum illuſtrium, & aliorum dominorum temporalium, & communitatum ac populorum ſimili aſſenſu interveniente, & nemine eorum diſcrepante in primis adverſus impiam Turcorum gentem bellum triennio duraturum pro Dei honore ſuſcipiendum indiximus.* Pro ſumptibus autem bellicis laicis trigeſima omnium obventionum pars, Judæis vigeſima, clericis decuma imperata, eaque de re ſanctiones (b) in eodem cœtu Mantuano editæ fuerunt. Admiſere vero illud de trigeſima decretum non Itali modo [1], verum etiam adjacentes inſulani Siculi, Sardi, & Corſi, ut patet e ſubjectis literis (c), quibus definivit Pius Chriſtianos non modo pro tuenda fide ad opes exponendas, verum ad fundendum quoque ſanguinem obſtrictos.

(a) L. 7. p. 659.

Conſenſere Cæſarei & aliorum Regum & principum oratores. Decumæ & trigeſimæ pro ſtipendiis indictæ.

(b) Sup. p. 659. 260. 310. & 333.

(c) Ib. p. 262.

Ad futuram rei memoriam.

Adverſus impiam Turcorum gentem bellum triennio duraturum pro Dei honore ſuſcipiendum indiximus: verum quia adverſis nationibus, & provinciis, quæ ſub fide Chriſti conſiſtunt, pro locorum opportunitate & ſitu, juxta diſpoſitiones & qualitates earum, diverſa quoque auxilia & ſuffragia fidei comparare poſſunt, quæ uſui huic neceſſaria bello, & ſanctæ expeditioni erunt, cum inclita & præpotenti natione Italica primum tractatum inchoantes, quam integram cum omni ſuo potentatu habuimus: tandem inſpirante Domino, qui ubi & ſi quando vult ſpirat, Italiæ principes, & dominorum, qui præſentes non affuerunt, ſed potentatuum ejuſdem nationis oratores, plena authoritate ſuffulti in unum convenientes, de prædiis, rebus, & bonis ſibi a Deo collatis per laicales perſonas trigeſimam partem omnium fructuum, & proventuum annuorum contribui facere in ſubſidium fidei, & pro ſuſtentando bello tanto authenticis ſcripturis ſe ſponte aſtrinxerunt. Et licet nos, quibus datum eſt vices illius gerere, qui cunctorum eſt dominus, urgente tali neceſſitate, cum caput ſimus Eccleſiæ militantis conſtituti, Chriſtianis ut fidei ſuæ ſubvenirent imperare abſque aliquorum conſenſu potuiſſemus, gratias tamen in primis Deo omnipotenti agimus, qui mentes omnium voluntarias in hoc efficere dignatus eſt, eamdemque Italicam nationem plurimum in Domino commendamus. Quare cum ad rabiem, & potentiam Turcorum comprimendam neceſſaria ſit maxima armorum vis, & maritima claſſis, ac terreſtris non parvus exercitus, neque ea fieri & ſuſtentari poſſint ſine graviſſimo ſumptu, authoritate omnipotentis Dei, & noſtra ab univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus ex natione Italica conſtitutis, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & præminentiæ fuerint, laicalibus perſonis utriuſque ſexus, eamdem trigeſimam partem omnium fructuum, reddituum, & proventuum annuorum undecumque, & quomodocumque ex poſſeſſionibus, agris, paſcuis, nemoribus, animalibus, mercimoniis, & quibuſcumque officiis publicis & privatis, exercitiis, induſtriis, & artibus mechanicis, vel alias qualitercumque ad eorum manus de-

VIII.

Conſenſere decreto Itali.

Ex quocumque quæſtu trigeſima bello Turcico conſecrata.

NOTÆ [1] VEctigal illud, quod a pontifice hoc anno indictum ſcribit Annaliſta, indictum reipſa conſtat. Cum tamen aſſerit idem Annaliſta receptum illud admiſſumque fuiſſe ab Italis, vereor ne id ex ſua potius perſuaſione, quam teſtis alicujus idonei authoritate affirmet. Audi quid ſcribat author hiſtoriæ Miſcellæ Mediolanenſis Rer. Ital. to. XVIII. qui tunc Bononiæ agebat. *Nel principio di quareſima ſi leſſe un breve per parte di Pio papa, dove delibera che ciaſchedune perſona mondana, così femine, come huomini pagaſſero una colta* (collectam) *chiamata trenteſimo, e i preti pagaſſero la decima ..... e volevano quella colta per tre anni. .... Ciaſcheduna perſona, che non pagava tali denari le era vietata la confeſſione, e la communione,* (id vero non edixit in ſua bulla pontifex) *la qual colta non ſi fece in alcuna città, ſe non in Bologna.* MANSI

devenientium, per triennium imponimus per præſentes. Et infra.

IX. *Communitates quoque, quæ ſuis legibus & moribus vivunt, & omnes Chriſtifideles in dicta natione exiſtentes, includenda etiam inſulas Siciliæ, Sardiniæ & Corſicæ per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti, per paſſionem ejus & crucem, per ſanctum baptiſma, in quo baptizati & renati exiſtunt, deprecamur, requirimus, monemus, & in virtute nominis Chriſti, quod ſupra omne nomen eſt, præcipimus & mandamus, ut prompta anima in ſubventione tam ſancta pro tuendo nomine Chriſtiano, quod profitemur, pro evitandis periculis eorum cervicibus imminentibus prompte, fideliter, & ſine aliqua fraude portiunculam trigeſimæ hujuſmodi contribuere, & erogare velint, cum pro fide non ſolum hanc temporariam, & continue pereuntem ſubſtantiam, ſed ſanguinem & vitam exponere aſtricti ſint. Cæterum ut Chriſtifideles in tam ſanctum opus ferventius animentur, quo ſpiritualibus gratiis conſpexerint ſe refectos, iis qui abſque fraude aliqua, & in terminis conſtitutis integre trigeſimam præfatam perſolverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum ſemel in vita, etiam de quibuſcumque caſibus reſervatis Apoſtolicæ ſedi in forma Eccleſiæ conſueta veniam elargimur. Aliis vero, qui ultra trigeſimam juxta eorum conſcientiæ judicium ſupererogaverint, ut confeſſor idoneus, quem elegerint ſub ſimili forma Eccleſiæ plenariam remiſſionem in mortis articulo concedere valeat, per præſentes indulgemus. Fraudantes vero trigeſimam & ſemetipſos, ac conſcientiam propriam excommunicationis ſententiis, & eccleſiaſticis cenſuris volumus innodari, &c.* Sublata pronuntiat quæcumque contraria privilegia. *Dat. Mantuæ, &c. anno MCDLIX. XIX. kal. februarii pontificatus noſtri anno II.*

In hac cauſa non tantum profundendo pecuniæ ſed etiam vita. Perſolventibus indulgentia propoſita.

X. Exceptum eſt acerbo animo a nonnullis decretum de decimis bello ſacro addicendis, quod cum accepiſſet Pontifex hæc ad Cardinalem Conſtantienſem ſcripſit (a): *Si Eccleſia per prælatos ſuos non ſublevatur, ſi grex dominicus per Sacerdotes Dei non ſervatur ab hoſtibus, ſi denique ſedes Romana a filiis, quos educavit, & auxit, non ſuſtinetur, nihil eſt, quod ultra deplorare poſſimus.*

(a) *Lib. brev. pag.* 101.

Clero conquerenti de indictis decimis quid reſponſum ſit.

Antequam Mantuanos conventus dimitteret Pius, aliam ſanctionem edidit adverſus eos, qui ut vana ad eludendam eccleſiaſticam ſeveritatem captarent diffugia, ab Romano Pontifice ad futurum concilium provocabant, ipſos enim ut hæreſis nota inuſtos, reoſque læſæ majeſtatis damnavit; qua de re hæc Gobelinus (b): *Irrepſerat jam pridem in Eccleſia Dei exitialis conſuetudo adverſus Romani Pontificis cenſuras, victi enim damnatique apoſtolica ſententia ad futurum concilium appellabant, judicem qui non erat & ſuperiorem Romano præſuli dabant, qui non invenitur in terris: & cum ipſis a ſuis ſententiis appellari non ſinerent, a Chriſti vicario appellandum eſſe conſentiebant. Conſuluit Pius in ea re patres, qui aderant in conventu, quid cenſerent. Illi concordi vota reſponderunt appellationes hujuſmodi cum ſuis auctoribus damnandas eſſe, atque ita decretum editum eſt.* Extat illud in regeſtis (c) Vaticanis Pii II. X. kal. februarii exaratum, tum in bullario (d), & apud Gobelinum typis traditum, quamvis adſcriptæ diei numero error ſit illapſus, cujus præcipua hæc pars qua edendi apoſtolici edicti cauſæ exprimuntur.

(b) *Gobel. in comm. l.* 3.

Provocantium a Pont. ad Concilium corruptela inſignis.

(c) *L.* 8. *p.* 198. *& l.* 35. *p.* 280.
(d) *Bull. in Pio II. conſt.* 5.

XI. *Ut alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifeſtiſſime refragantur, quis non illud ridiculum judicaverit, quod ad id appellatur, quod nuſquam eſt, nec ſcitur quando futurum ſit? pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita ſcelera, nutritur adverſus primam ſedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis eccleſiaſtica diſciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc peſtiferum virus a Chriſti Eccleſia procul pellere, & ovium nobis commiſſarum ſaluti conſulere, omnemque materiam ſcandali ab ovili noſtri Salvatoris arcere, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, cunctorumque prælatorum, ac divini & humani juris interpretum curiam noſtram ſequentium conſilio, & aſſenſu, ac certa noſtra ſcientia hujuſmodi provocationis introductiones damnamus, & tamquam erroneas ac deteſtabiles reprobamus, &c.* Irrogatur iis, qui contra hoc edictum tenderent, anathematis ignominiæ pœna, collegiis vero & cuicumque ſenatui ac populo juſtitium ſacrorum indictum, tum in privatos hæreſeos, & majeſtatis læſæ pœna conſtituta.

Graviora inde ſequuta mala.

Provocationes ceu erroneæ damnatæ.

XII. Promulgata ea ſanctione Pius dimiſſurus Mantuanos cœtus hanc habuit orationem quam affert Gobelinus (e): *Pauci,* inquit, *deinde diebus congregatis in templo B. Patris patribus, & univerſis principum legatis, ac divinis peracta Pontifex e ſolio ſuo indicto ſilentio: Octavum hic agimus menſem, inquit, fratres ac filii, eos expectantes, qui ad conventum vocati fuerunt: noſtis qui venere: deinceps ſperare alicujus adventum, qui conferre aliquid ad rem noſtram poſſit, vanum eſt, licet jam hinc abire, peregimus, quæ hoc in loco faciendu fuerunt. Utinam Dei bene acta ſit cauſa, quamvis meliora concepimus, quam invenimus; non tamen nihil omnino peractum eſt, neque ſpes omnis excidit. Dicendum eſt quo res deducta ſint, ut ſciant omnes quid adſit ſpei, & qui Re-*

(e) *Gobel. in comm.*

Pii conventum dimiſſuri oratio.

Quantus exercitus in Turcas comparandus.

ges, quique populi ad tuendam fidem, vel prompti fuerant, vel negligentes. Hungari, ſi adjuventur ſummo conatu & univerſis viribus ſuis Turcas invadent; Germani exercitum pollicentur decem & quadraginta millium bellatorum: Burgundus ſex millium: Itali, exceptis Venetis ac Genuenſibus, cleri decimas, populi trigeſimas annuorum redituum, ac vigeſimas Judæorum ſubſtantiæ, ex quibus navales copiæ ſuſtentari queant: idem facit Joannes Rex Aragonum; Raguſei duas triremes offerunt: Rhodii quatuor. Hæc tanquam certa ſolemni ſtipulatione per principes, ac legatos promiſſa ſunt. Veneti quamvis publice nihil promiſerint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haud quaquam deerunt, neque patientur, ut ſuis majoribus deteriores videri poſſint: idem de Francis, de Caſtellanis, de Portugalenſibus dicimus: Anglia civilibus agitata motibus ſpem nullam pollicetur, neque Scotia in extremo abſcondita oceano. Daciæ quoque, Suetia ac Norvegia remotiores provinciæ ſunt, quam milites poſſint mittere, nec ſolis contentæ piſcibus pecuniam mittere poſſunt: Poloni Turcis per Moldaviam conterminis ſuam cauſam deſerere non audebunt; Bohemos mercede licebit conducere, ſuo ære extra regnum non militabunt. Sic res Chriſtianæ ſe habent.

Claſſis paranda ab Italis.

XIII. Conventum terreſtrem exercitum ex duodeviginti millibus conflatum iri. His Scanderbechius & Albanenſes erant acceſſuri. Caramanus & Armenii tergo Turcas adoriri polliciti.

Claſſem pecunia Italica parabit, ſi non Venetus, at ſaltem Genua, aut in Aragonia; nec minor erit, quam res ipſa depoſcat: Hungari viginti millia equitum armabunt, peditum haud minorem numerum, qui Germanis juncti, ac Burgundis duodenonaginta millia militum in caſtris habebunt. Et quis non his copiis ſuperatum iri Turcas arbitretur? His accedet Georgius Scanderbechius, & Albanorum fortiſſima manus, & multi per Græciam ab hoſte deficient: & in Aſia Charamanus, & Armenorum populi Turcas a tergo ferient. Non eſt cur deſperemus: tantum Deus ipſe cœpta ſecundet. Ite & narrate domi, quæ hic geſta ſunt, & ut promiſſa in tempore faciant dominos veſtros admonitos reddite, ut propitia nobis ſit divina pietas orationibus, & operibus piis operam date. His dictis oblationes ſuas cuncti, qui aderant confirmavere; qui nihil obtulerant confuſi tacuere. Oratores Burſii, ut plus aliquid feciſſe, quam reliqui viderentur, aureorum trecenta millia in expeditionem adverſus Turcas polliciti ſunt, non ſine auditorum admiratione. Poſtquam omnes ſiluere, juſſit Pontifex Cardinales, epiſcopos, abbates, & ſacerdotes cunctos, qui aderant, ſacras induere veſtes, & ipſe ſua ſolia deſcendens ad gradus majoris aræ ſe convertit, ibique flexis genibus ſuſpirans atque illacrymans ſupplici voce delectus, pſalmos verſiculos, qui ad rem accommodati viderentur, reſpondentibus prælatis, & omni clara longe ſpatio decantavit, & oratione præmiſſa populo benedixit: atque in hunc modum Mantuano conventui finem impoſuit.

Borſius trecenta aureorum millia pollicitus.

Luſtratus ſacra prece conventus ſolutus eſt.

XIV. Laudat Philelphus (a) pios hoſce Pontificis labores in literis ad Alexandrum Cardinalem datis: *Quid Pius cogitat aut loquitur aut agit, quod non ex media virtute proficiſcatur? atque ſi vel in corpore, vel in fortunæ commodis præclarum quiddam, aut præcipuum poſitum eſſe arbitraretur, tam quieti voluptatique ſtuderet, tam cumulandis theſauris, a quibus omnibus ita abhorret, ut nihil a ſe magis alienum exiſtimet quam levem titillantemque ſenſuum motum, quam auri & argenti ineptum ſtudium. Novit ſane pater ſanctiſſimus hujuſmodi omnia eſſe ſervilia, & animo ingenuo excelſoque indigna: intelligit eum hominem, qui extrinſecus ſit interiori homini obtemperare parereque debere. Hujus autem eſſe ita imperare, ut ratio intellectuſque præſcribit; his enim duobus quaſi luminibus mentem humanam omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucide cernere, ſive ea ſint temporis, ſeu æternitatis, ſive ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaque deſinant mirari ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cœperint, cur Pius Pontifex cum primum eum apoſtolici ſolii majeſtate conſtitutus eſt ad nihil aliud magis animum converterit, quam ad ſtabiliendam, & corroborandam Chriſtianam rempublicam.* Quamvis majora in Turcas decerni potuiſſent in Mantuano conventu, quæ tamen erant ſancita, ſi ad exitum perducta fuiſſent, ut erant, ut Turcicum imperium excindi potuiſſet; de quo Pius in literis ad Cardinalem S. Angeli (b): *Quamvis*, inquit, *majora a principibus Chriſtianis ſperaverimus, nihilominus talia ſunt, quæ promiſſa habemus, ut ſi impleantur, videatur adjutorio Dei victoria eſſe in manibus noſtris.*

(a) *Franc. Philel. l.16. ep.1, ad Alex. Card. Aragon.*

Elogium Pii II.

(b) *Lib. brev. p. 106.*

XV. Conſentiunt dictis a Gobelino, quæ in Mantuano conventu geſta ſcripſit Pontifex ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem Apoſtolicæ ſedis in Anglia legatum, in quibus nonnulla a Gobelino prætermiſſa exprimit, additque Beſſarionem Cardinalem ad Matthiam Hungariæ Regem cum Imperatore conciliandum in Germaniam legatum miſſum, & Francorum Regem ad bellum ſacrum provehendum paratum, ſi nata ipſum inter & Anglorum Regem diſſidia componerentur: ob id itaque deſignatum communem ad rem agitandam locum, & Hermolaum epiſcopum Veronenſem, ad Carolum mitti: daret proinde operam, ut ipſe in legatione Anglica muneri non deeſſet, & Henricum ad amplectenda pacis conſilia flecteret.

Beſſarion decretus pro Ungaro conciliando Imperatori.

Pius Papa II. epiſcopo Interamnenſi.

Venerabilis frater, &c. Adjuvante divina pietate glorioſe concluſum eſt cum tota natione Italica, cum Germanica, tum Hiſpanica etiam, & cum dilecto filio nobili viro

duce

Quæ ſubſidia promiſſa.

duce Burgundiæ. Obtulerunt Itali decimas eccleſiaſticorum, vigeſimas Judæorum, & trigeſimas laicorum, liberam denique indulgentiarum ubilibet prædicationem: Germani vero triginta millia peditum, & equitum decem ſimul cum decimis atque indulgentiis; Rex vero Caſtellæ in Saracenorum bello ſedulo verſans, & regnicolas ſuos fatigans decimas ſolas, & prædicationem crucis indulgentiarum recepit: dux quoque prædictus peditum quatuor, & equitum millia duo in hanc ſanctam expeditionem ultimo promiſit. Nos vero, ut Salvatoris noſtri imitaremur exemplum, qui docere cœpit, & facere, decimam integram non ſpiritualium tantum, ſed ſæcularium quoque redditnum primi obtulimus. Idem fecerunt venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales: neque in Apoſtolica ſede tepiditas ulla reperietur, aut tarditas. Et quia pax per ſuperiores menſes inter principes Alemaniæ opera noſtra compoſita non ſatis firmitatis habere apparebat, quia etiam inter imperialem celſitudinem, & Regem Hungariæ mutua concordia, & ſecuritas ad traducendos exercitus in primis eſt neceſſaria, ad hæc omnia tractanda mittendum illuc duximus venerabilem fratrem noſtrum Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum S. R. E. Cardinalem Nicenum, cujus virtus & in hoc ſancto opere affectio fraternitati tuæ ſunt cognita.

XVI. De Anglis & Gallis conciliandis actum.

Noviſſime autem venientibus ad nos oratoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Franciæ Regis illuſtris, & tractatum fidei ingreſſis invenimus illi Chriſtianiſſimo Regi voluntatem ad bene agendum facilem eſſe, ſed propter diſſenſiones inter eum, & ſereniſſimum Angliæ Regem vigentes non ita ſecuro animo ad præſtanda Chriſtianis contra Turchos auxilia poſſe attendere, propterea nos, ne quid piæ intentioni ſuæ obſtaret, dictam unam, ad quam amborum Regum, & aliorum, quos hoc negotium tangit, oratores, coirent, legatumque unum de latere obtulimus; ac ne qua in eligendis locis eſſet diſſenſio, quatuor civitates, quas neque ſuſpectas, neque propter vicinitatem incommodas judicaremus eligimus, Colonienſem videlicet, Leodienſem, Avinionenſem, atque Metenſem, conveniendi tempus opportunum cenſentes proximum Joannis Baptiſtæ feſtum. Reportant itaque ad regiam ſerenitatem oblationem hanc oratores prædicti, & venerabilis frater noſter Hermolaus epiſcopus Veronenſis, quem illuc nuntium mittimus, hæc etiam pluribus verbis cum eodem Rege concludet.

Locus pro conventu deſignatus.

Hortamur itaque eandem tuam fraternitatem in Domino, ut quoniam tractatus hujuſmodi treuguarum, vel pacis inter iſta duo regna propter retardationem oratorum ex Anglia teneri in præſenti dicta non valuit, ſaltem hæc omnia regiæ ſerenitati noſtro nomine exponas, eamque tuo ſolito ſtudia inducas, ut & dictam oblatam, & aliquem ex deſignatis locis, in quem partes conſentiant, libere acceptet; oratores inſuper ſuos ad omnia ex tunc tractanda cum pleno mandato tranſmittat; neque ab hoc ſalutari opere, quod Regum eſt proprium, & in quo Deo eſt debitor, ullo reſpectu ſe retrahat: quotidie enim magis, ac magis invaleſcunt pericula noſtra, & vires Turcorum augentur, a qua impia ſervitute ſi liberari tandem non poterunt fidelium animæ, teſtificamur coram Deo & hominibus non ſtetiſſe per nos, neque per ſanctam ſedem Apoſtolicam, quo minus lex ſua, & ſanctum evangelium atque adeo Chriſtiana religio ſint ab illis conſervata, &c. Datum Mantuæ x. januarii anno II.

XVII.

Miſſæ eodem argumento ad Joannem Carvajalem Cardinalem in Hungaria legatum literæ (*a*), quibus ipſum ad meliorem rerum ſpem excitat, deque indicto ad Gallos Angloſque in concordiam redigendos conventu facit certiorem: de quo etiam meminit ad Carolum Francorum Regem ſcribens (*b*), additque proximum S. Joannis Baptiſtæ ſacrum recurrentem diem conſtitutum, ſeque ad eumdem conventum apoſtolicum legatum, ut paci vel induciis inter ipſos pangendis navaret operam: ſimulque pluribus verborum officiis ſuum in Ferdinandum ſtudium excuſavit.

(*a*) *Ib. p.* 104.

(*b*) *Ib. p.* 102.

Indictæ inter Anglos Galloſque induciæ.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Venerunt ad nos oratores celſitudinis tuæ, viri præſtabiles & digni, qui a tanto Rege ad Apoſtolicam ſedem, & in negotium fidei mitterentur. Geſſerunt ſe omnibus in rebus diligenter ac ſtudioſe, nihil judicio noſtro prætermittentes, quod ad officium fidelium oratorum pertineat. Si petitiones tuas omnes illis inſtantibus non adimplevimus, Deo teſte, non minor eſt nobis, quam tuæ majeſtati anxietas: honor Apoſtolicæ ſedis quam tueri toto poſſe debemus, & juſtitiæ debitum, in qua obligati omnibus ſumus, fatere hoc nos compulerunt: quod eſt neceſſitas pro Deo, tua bonitas imputare voluntati non velit. Amamus & in cordis viſceribus gerimus tuum Chriſtianiſſimum nomen, cujus veri prædicatores, quantum in nobis fuit, ſemper ſumus inventi, & authore Deo inveniemur in poſterum. Negationes noſtræ ſingulares tibi non ſunt: facimus hoc idem cum reliquis Chriſtianis Regibus ac potentatibus, quibus frequenter non damus quod concedere cum Deo non poſſumus: hanc noſtram inſtitutionem, tibi, qui veri ac juſti es cultor, non dubitamus pro tua bonitate probatiſſimam eſſe.

Si Renato non faverit Pius neceſſitatem excuſat.

Quæ autem ad negotium regni Siciliæ pro officio noſtro reſpondimus: oratores tui prædicti, & noſter, quem ad te deſtinabimus, eadem plenius referent, ſi fideliter omnia

maia exponent: non dubitamus, quin neceſſitatem noſtram habeat excuſatam. Unum hoc vere affirmamus intentionem noſtram erga chariſſimum in Chriſto filium Renatum Regem illuſtrem optimam eſſe, & nec alienam ab officio indulgentiſſimi patris, cum quæcumque facultas ſe offeret contemplatione Chriſtianiſſimæ tuæ domus, & ſuo, reipſa probabimus quod nunc verbis teſtamur. Et quoniam non dubitamus ſerenitatem tuam more progenitorum ſuorum negotium religionis Chriſtianæ, cujus cauſa conventum hunc Chriſtianorum tanto labore peregimus, glorioſe eſſe amplexuram, nos ne quid ad hoc exequendum piæ voluntati tuæ obſtaret, dietam unam indiximus, & ad eam legatum noſtrum obtulimus, qui inter inclytum regnum tuum, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Anglorum Regem illuſtrem & alios, quos negotium hujuſmodi tangit, pacem, ſeu treguas componat: tempus conveniendi proximum Joannis Baptiſtæ feſtum duximus opportunum: loca quoque ea delegimus, in quorum aliquo partes ipſos conſenſuras facile putaremus, &c. Dat. Mantuæ x. januarii anno II.

XVIII. Cum alii etiam ſolemnes cœtus ad Germanos, & Hungaros mutuo devinciendos fœdere, tum ad cogendum peditum equitumque auxiliarem exercitum, quem Imperator principeſque imperii ſpoponderant, decreti eſſent, Beſſario Cardinalis, ut paulo ante indicatum eſt, qui Græciæ e Turcico tyrannide vindicandæ ſtudio ingenti ardebat, legatus renunciatus (a) eſt; ut Germanos ad promiſſa perficienda, expeditionemque conficiendam excitaret, ampliſſimiſque mandatis auctus, ut copiarum duces crearet.

Beſſario ad Cæſarem & Matthiam conciliandos decretus.

(a) *Lib. 8. p. 49.*

Venerabili fratri noſtro Beſſarioni epiſcopo Tuſculano, Cardinali Nicæno nuncupato, in partibus Alamanniæ, & totius Germaniæ, ac in univerſis & ſingulis provinciis, terris, & locis ſacro Romano imperio ſubjectis in eadem Germania A. S. L.

Conſiderantes inclytam, & potentiſſimam nationem Germaniæ, & quod fortiſſima, & firmiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ ex eadem natione exhiberi poſſent, ac attendentes promiſſiones oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regum illuſtrium, ac principum apud nos nuper factas de copioſo & valido exercitu ſub certis conditionibus modo & forma, ſi Deus prout ſperamus cæptis annuerit, tranſmittendo ad eandem nationem tamquam fidei propugnaculum convertimus omnes ſpiritus & ſenſus noſtros. De tua igitur circumſpectionis induſtria, quem potentem opere pariter & ſermone, in magnis expertum & arduis, eximia fidelitate & probitate, ac magnitudine conſilii, morum elegantia, eminenti doctrina, & aliis quamplurimis donis virtutum coram largitor Dominus inſignivit, ſumentes fiduciam indubitatam, quod illa, quæ tibi duxerimus committenda, pervigili induſtria cum omni ſolertia curabit adimplere in præfata natione in quibuſcumque dictis, & congregationibus indictis ſive indicendis noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine intereſſendi, & pro tuitione Chriſtianæ religionis, & oppugnatione infidelium quæcumque conſilia, & præſidia opportuna capiendi, conquirendi ac inſuper ad publicandum præfatas noſtras literas tam cruciatæ, quam decimarum, & omnia alia totius reipublicæ Chriſtianæ ſalutem, defenſionem, protectionem, pacem & quietem concernentia, negotia tractandi, peragendi, ac etiam concludendi, ad dictam nationem Germaniæ, & omnes, & ſingulas provincias, civitates, & loca ſacro Romano imperio ſubjecta in eadem natione conſiſtentia, de fratrum conſilio pacis angelo comitante duximus dirigendum cum plena poteſtate & libera facultate exercitum tam equeſtrem quam pedeſtrem adverſus immaniſſimos Turcas, & reliquos Chriſtiani nominis & fidei inimicos, parandi, congregandi, inſtruendi & conduci faciendi, de commeatibus, & aliis neceſſariis providendi, & ductores exercitus ac capitaneum eligendi, omniaque & ſingula, quæ pro expeditione hujuſmodi paranda & facienda, & quæ in præmiſſis, & circa ea fuerint quomodolibet opportuna, &c. Datum Mantuæ anno MCCCCLIX. XVIII. kalend. februarii pontificatus noſtri anno II.

Data illi a Pio imperia.

XIX. De data Beſſarioni Cardinali Germanica legatione Pontifex Matthiam Regem Hungariæ fecit certiorem (b), utque is ad firmandam inter Germanos diſſidentes concordiam, tum maxime ad dirimendam obortam inter ipſum Matthiam atque Imperatorem controverſiam incumbere juſſus eſſet, quam niſi divina pietas ſedaret, omnia de bello ſacro ſuſcepta conſilia confringerentur.

(b) *Lib. brev. pag. 96.*

Matthias Rex certior de geſtis factus.

Pius Papa II. Chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Regi Hungariæ illuſtri ſalutem, &c.

Si oratores tui ad te redeuntes fideles relatores eſſe voluerint omnium, quæ geſta ſunt, ſicut eos futuros confidimus, inveniet ſerenitas tua a nobis nihil diligentiæ, & ſtudii in hoc ſancta religionis noſtræ opere defuiſſe. Laboravimus ſupra vires, & pene totum orbem deſideria noſtro implevimus: octavum prope menſem in hoc conventu Mantuano ſedentes, & quotidianis literis principes Chriſtianos ad nos evocantes, non invenimus, fatemur, eum zelum, quem ſperabamus, nec opinioni noſtræ officia fidelium reſponderunt. Concluſa tamen operante Altiſſimo multa ſunt, atque præclara, neque adventus huc noſter fuit inanis: Et infra: *Sunt tamen quæ principes potentatuſque obtulerunt ejuſmodi, ut ſi in iis permanſerint*

Non reſponſum a Regibus publicæ expectationi.

Ex oblatis tamen affulgere ſpem victoriæ.

ſicut confidimus explorata pene ſit ſpes animo ad honorem Dei feliciter ſucceſſura. Mittimus ad nationem Germanicam in executionem ſua pollicitationis venerabilem fratrem noſtrum Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum S. R. E. Cardinalem Nicenum noſtrum & Apoſtolica ſedis legatum. Curabit circumſpectio ſua pacem, vel treugas inter diffidentes illic ſtabilire: curabit promiſſum exercitum fieri, & in primis tuam, & imperialis celſitudinis diſſenſionem, in qua tota vis rei conſiſtit, accedente ſapiente opera legati apud te noſtri opportunis modis componere, &c. Dat. Mantuæ XVII. januarii MCCCCLIX. anno II. Cardinalem quoque S. Angeli ad fœdus Hungaros inter Germanoſque provehendum cum Beſſarione Cardinale ſtudia ſua conjungere juſſit (a). Præterea Hungaros omnes de auxiliis in Turcos decretis edoctos hortatus eſt (b), ut arma vireſque cum Germanis ſociarent.

Carvajal Card. ſtudia cum Beſſarione juſſus conjungere.

(a) Ibid. pag. 106

(b) Ibid. pag. 96.

XX. Supremum autem exercitus in Germania contrahendi ducem Fridericum Imperatorem ut jam ante memoravimus creavit, vel ſi ductare copias nollet, præficiendi alicujus Germani principis poteſtatem fecit, qua de re datæ hæ ad ipſum literæ (c).

(c) Ibid. p. 105.

Pius Papa II. Frederico Romanorum Imperatori.

Bello jam contra Turcas indicto, & peracta Mantuana dieta, in qua octavum menſem propemodum agimus, & rebus etiam ita compoſitis, ut juvante divina clementia expectari communis ſalutis ſecundus exitus poſſit: de duce ad tantum bellum præficiendo amoda eſt cogitandum: hac enim una eſt res, in qua apparatuum noſtrorum pars maxima conſiſtat, & quæ non ſolum ad perterrendos hoſtes, ſed noſtros confirmandos plurimum ſpectet; virtute ſiquidem ducis, & bene præparata ſucceſſum felicem inveniunt, & quæ dura conditio rerum difficilia exhibet, converti in melius ſolent. Hæc igitur cogitatione noſtra volventes meditantesque quinam potiſſimum propter dignitatem, & excellentiam ſuam eligi ad talem provinciam poſſet, tu nobis, chariſſime fili, primus occurriſti, non ſolum cui tantum munus ex imperiali officio debitum cenſetur, ſed cui omnes gentes parere, & ſubeſſe non dedignentur. Accedit ad hoc zelus, & charitas tua ſingularis ad hoc ſanctiſſimum opus, accedit auctoritas, & bellicis in rebus doctrina. Illa quoque non deſunt, quæ in præſenti duce laudare conſueverunt, labor in negotiis, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo: ita tractandis inſuper animis hominum gratiſſima lenitas, omnibuſque in rebus ſingularis modeſtia.

Fredericus ductor cruceſignati exercitus creatus.

Et ſi igitur cæſarea dignitas ex debito hoc tibi imponit, nihilominus ut noſtram & ſanctæ ſedis auctoritatem tecum tantæ rei deferat, ſperantes in eo, a quo victor eſt belli, & qui pro juſtitia certantibus exploratam victoriam repromittit, quod tua celſitudo, quæ non ad effundendum, ſed ad conſervandum ſanguinem Chriſtianum, non ad humanas, ſed ad Salvatoris noſtri ulciſcendas injurias eſt profectura, concupitum exitum dabit; de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu te contra Turchorum impiam gentem alioſque infideles legis noſtræ hoſtes, eiſque adhærentes, & complices ducem, ac capitaneum generalem tenore præſentium facimus, ac declaramus, ſerenitati tuæ generales, & particulares exercitus in auxilium defenſionemque Chriſtianorum per nos, & quaſcumque Reges, potentatus, & principes, equeſtres pedeſtreſque undequaque, quomodocumque, & quandocumque mittendos, ſeu etiam ab omnibus provinciis, & regionibus per ſe conſtituendos durante hac ſancta expeditione regendi, gubernandi, atque ducendi ipſius bellum toto conatu contra eoſdem Turchos illoſque infideles gerendi, nec non ſi forte quod abſit tu ipſe perſonaliter promiſſa implere, & ad ſanctam hanc expeditionem proficiſci non poſſes, hæc ipſa nihilominus per alium vicecapitaneum, quem virtute & factis inſignem ex principibus nationis Germanicæ duxeris eligendum, nomine tuo, ſicut ſi præſens adeſſes, gerendi atque exequendi, omnia denique alia, & ſingula in dicti belli adminiſtratione jubendi atque curandi, quæ ad complementum injuncti tibi operis neceſſaria quomodolibet videbuntur, & optimam facultatem plenariam, ac poteſtatem in nomine Altiſſimi concedentes, hortanteſque in Domino tuam ſerenitatem, & per ſalutem Chriſtiani populi, cujus tu una nobiſcum Deo es debitor, toto corde, obteſtantes, ut præclarum hoc opus celſo animo amplectens, talem te geras in obſequium Chriſti, ut quæ de te Apoſtolica ſedes expectat, quæ deſideria Chriſtianorum omnium flagitant, quæ honori tuo imperioque conveniunt, ex demandatis tibi laboribus cum gloria ſempiterna, & pia fidelium exultatione proveniant. Dat. Mantuæ XII. januarii anno II.

Si caſtrenſes labores non poſſit ſuſcipere alium præficiat.

XXI. Excepit Fridericus Imperator venientem in Germaniam Beſſarionem legatum apoſtolicum honorificentiſſime, adeo ut etiam obviam illi factus fuerit, ac Norimbergæ & Wormatiæ celebrati ſunt ordinum imperii conventus ad neceſſaria pro bello ſa-

ero decernenda : [1] verum nihil ob gravia principum diſſidia geſtum, ut queritur Baptiſta Platina (a) in Beſſarionis laudatione, ex qua ad hanc legationem Germanicam ſpectantia decerpemus : *Cum*, inquit, *huic tanto apparatu Germanorum principum inter ſeſe bella obſtarent, eo mittere Pius Beſſarionem virum graviſſimum legatum inſtituit, qui rebus in Germania compoſitis Imperatorem Fredericum, ac reliquos principes ad bellum Turcis tadictum adhortaretur. Vadit optimus, licet valetudinarius, etiam hyeme inſtante, quo Pius imperat. Venetias Pado amne primum delatus ducem ac ſenatum ad ſuſcipiendum tantum bellum adhortatus, in Germaniam honeſta magis, quam lauta & eleganti comitatu, flectit iter. Saeviebat tum hyems februario menſe in Germania potiſſimum, quae regio frigidiſſima eſt. Vexatus itaque cum ventis, tum imbribus, tum nivibus, ac prope continuis, nullam diem intermiſit, quo ulterius non proficiſceretur : & cum ſtare pedibus equi prae glacie vix poſſent, vehiculo Germanorum, quod trahum vocamus, non vectus, ſed tractus eſt.*

(a) *Plat. in panegyr. Beſſarion.*

Beſſario Venetos ad bellum Turcicum hortatur.

XXII. A Germanis exceptus magnifice.

Tandem vero poſt labores prope infinitos Norimbergam venit, obviam prodeunte honeratiſſimo quoque cive, prodeuntibus epiſcopis, ac toto clero. Urbem ingreſſus literis ſtatim, ac nuntiis principes Germaniae ad ſe vocat : populum quoque Norimbergenſem, ut idem faciat, longa ac gravi oratione adhortatur, id velle oſtendens Deum optimum maximum, id Pium Pontificem, id rem Chriſtianam populi afflictam prope ac profligatam. Supervenere autem non ita multo poſt auctoritate ſedis Apoſtolicae & tanti viri fama permoti principes multi vel principum oratores ; hos enim in conventu audita controverſiarum cauſa ad pacem & concordiam multis, ac maximis rationibus revocare ſaepenumero conatus eſt. Quid non cogitavit, quid non egit, quid non dixit Beſſarion, quo pacem inter diſſidentes componeret? Aderant principes multi, aderat Cardinalis Auguſtenſis, aderant epiſcopi quidam, aderat Albertus Brandeburgenſis marchio, aderant legati Bavariae ducis : hos duos principes inter ſe maxime diſſidentes odio prope ingenita & monere, & rogare, & obſecrare vir optimus non deſinebat copioſa & gravi oratione de pace habita, quam paulo ante cum admiratione legimus, ut depoſitis ſimultatibus, & odiis de bello Turcis inferendo una cum Pontifice, & Imperatore cogitarent. Ecce dum in conſultatione eſſent literae ei a legato Pannoniae S. Angeli Cardinale redduntur, quibus fit certior pugnatum cum Turcis eſſe & Pannonios gravi praelio ſuperatos ceſſiſſe, periculumque imminere, ne hoſtes victoria elati longe, ac late omnia occupent, vaſtent, ac diripiant. Tum Beſſarion lachrymabundus, ac vicem Chriſtianae reipublicae gemens breviter clades omnes noſtris illatas commemorat, imminens periculum oſtendit, pacem & concordiam proponit, quo liberius & tutius conjunctis armis, & copiis ire in hoſtem ferocem, & recenti victoria exultantem liceat. Cum autem Norimbergae nil fieri videretur, quod eo propter diſtantiam proficiſci Rhenani principes gravarentur, maxime vero Palatinus comes, transferre conventum Vuormatiam legatus inſtituit, ne quidquam intentatum relinqueret, quod ad ſedandas lites pertineret.

Principes Germani in contraria ſtudia diſcissi.

Rogati ut cum Pontifice & Caeſare conſpirent in Turcas.

Norimberga Vuormatiam conventus tranſlatus.

XXIII.

Ventum eſt tandem poſt multa, & graviſſima pericula Vuormatiam, neque enim peragrare Germaniam ſine praeſidio militari licet, quod apud eos [tantum valet conſuetudo] rapinae & latrocinia quodammodo conceſſa videntur. Susceptus benigne a Vuormatienſibus Beſſarion, legatos tum Imperatoris tum aliorum principum ad ſe vocat, quid ſit agendum proponit. Diſceptatur, non ſemel tantum, ſed iterum ac tertio : mittit epiſcopos viros graviſſimos & optimos, quos ſecum habebat, ad vicinos principes, ne quid omitteretur, quod ad concordiam faceret. Ubi autem nihil fieri tanta ſolicitudine videret monendo, rogando, obſecrandoque, Viennam proficiſci ad Imperatorem inſtituit, omnes adhortatus, ut eo ſe propere conferant, arbitratus Caeſaris praeſentia, & auctoritate rem optatam ex ſententia confici poſſe. Magnis quidem atque aſperis itineribus eo tandem ventum eſt : fit obviam Beſſarioni Imperator ad mille paſſus, eumque nullo non adhibito honoris genere in urbem ducit. Data eſt tantummodo dies quieti : poſtea vero cum legatus ad Imperatorem, contra Imperator ad legatum proficiſci honoris cauſa contenderet, pervicit Imperator ad Beſſarionem pergens, quo cum & de pace componenda inter Germaniae principes & de bello Turcis inferendo longiſſimus & graviſſimus ſermo eſt habitus. Cum i-

Beſſarionis eluſi labores.

Viennam proficiſcitur.

Magnis ab Imp. exceptus honoribus.

Irrito exitu de pace ogit colloquio.

In Italiam redit.

NOTAE [1] Beſſarionis cardinalis orationes in tribus hiſce conventibus, Mantuano anni ſuperioris, Nurimbergenſi, & Viennenſi hujus anni ſervantur manuſcriptae in pluteo biblioth. Laurentianae ut ex catalogo mſſ. codicum ejuſdem bibliothecae apud P. Montfoucon biblioth. to. I. pag. 341. diſcimus. Extant ibi Beſſarionis *oratio habita in conventu Mantuano Pii II. juſſu congregato in publica concione, habita prius oratione ab eodem Pio, qua conatur adhortari chriſtianos principes ad arma contra Turcas capeſſenda. Item oratio altera ipſiuſmet argumenti habita in conventu Nurimbergenſi, cum illuc legatus eſſet, ſoluto Mantuano conventu. Inſuper explicatio ad reſponſionem legatorum Germaniae, ejuſdem argumenti.* Ac denique *oratio habita* pro fine, & ſolutione concilii Viennenſis. Mansi

taque principes, & legati multorum convenissent, de eademque re quam sæpiſſime omni conatu fruſtra tractatum eſſet, poſtpoſito ipſius provinciæ emolumento & honore, redire tandem in Italiam lucem feliciſſimam legatus inſtituit, ne fruſtra & tempus, & corpus valetudinarium frigoribus, & labore itinerum, ac tædio animi conficeret. Itaque diſſipatæ omnes ſpes conficiendæ in Germania crucesignatæ expeditionis.

Diſſipatæ ſpes conficiendæ in Germ. ſacræ expeditionis.

XXIV. Per quæ tempora cum Dionyſius Carthuſianus Deum precaretur, ut principes Chriſtianos ſacro in Infideles jungeret fœdere, excitaretque ad tot regna, ac præcipue Syriam Chriſtiano cultui reſtituenda, divinitus accepit, eos tam glorioſo & pio facinore indignos; quippe qui ſu in vetitarum deliciarum cœno volutarent & hoſtili odio, atque crudelitate ſe invicem inſectarentur, ut Petrus Dorlandus in ejus vita refert (a): *Dominica, inquit, poſt octavas paſchæ tertia celebrante primitias ſuas novello quodam ſacerdote monacho, cum hic Dei famulus cum fratribus ſtaret in choro ſolita puritate devotus, facta eſt ſuper eum manus Domini, & traductus eſt a ſenſibus in ſpiritu, æſtuans ardore charitatis intrinſecus, mentaliter Deum fontem immenſæ pietatis deprecationibus pulſans pro Chriſtianorum principum pacificatione concordiaque: audiebat enim gravem imminere conflictum inter præcipuos Chriſtianæ fidei Reges, principes, ac magnates, atque idcirco iis vocibus cœpit Altiſſimum deprecari: Uſquequo non miſereberis Eccleſiæ tuæ, ſuaviſſime omnium miſerator? Quare non ſuccurris, non auxiliaris, ſed permittis ſponſam tuam conculcari pedibus impiorum? Ecce principes populi tui, qui deberent fidem tuam defendere, adverſarios expugnare, Eccleſiæ tuæ terminos, & cultum Chriſtianæ plebis augere, ecce nunc pugnas contra ſe componunt, & gravibus ſe præliis atterere moliuntur. Heu, mi Domine Deus, quæ ſtrages inde ſequetur, nonne populus tuus Chriſtianus unus, & confœderatus populus eſſe debuerat ad impugnandum unanimiter Chriſtianæ fidei inimicos? at nunc quid tam pravum, tam perverſum, tam periculo plenum, quam exercitus diſcordi inter ſe diviſione compugnant? Nunc gaudent magnifice perfidi omnes Turcæ, pagani, Saraceni, hoſtes evangelicæ legis, dum tam turpe & grande malum in populo experiuntur Chriſtiano, nunc horum malitia audaciam ſumit: nunc ſe jactitant facile fore victores, noſtram inſipientiam aſpernantes, atque oſtentui habentes.*

(a) Dorland. in vita Dionyſ. Carthuſ.

Ecſtaſis Dionyſii Carth.

Oratio ejuſdem.

XXV. *Cum his queſtibus aliiſque nonnullis divinas aures commoveret, audit ſibi a Domino reſpondere: Certe nunc vides magnam principum populi mei ingratitudinem, qui pro modica terrena hæreditatis ſubſtantia corda & arma exacuunt in ſemetipſos, cum tamen poſſint, ſi vellent, per aliam viam longe facilius ad concordiam perduci: zelant ipſi graviter & belligerant pro terris ſuis, ſed pro recuperanda hæreditate mea electa, pro terra nimirum ſancta, in qua humanæ redemptionis myſteria complevi, nullo zelo accenduntur. Ipſi laſciviunt in ſtratis ſuis, longos captant ſomnos, quaſi jam pacata ſint omnia, non compatiuntur fratribus ſuis, qui ab infidelibus opprimuntur, nec horum calamitatibus miſerentur. Nunquid hi dolent vicem meam, aut regnat in eis amor meus? Non utique; regnat vero in eis amor privatus, qui improbus & reprobus eſt, ex quo mala innumera oriuntur, nempe inquietudo, ambitio inſatiabilis vorago cupiditatis, fœda & adulterina carnalitas, & inhumana belluinaque crudelitas. Ecce tales ſunt hi principes populi mei, horum etiam tales ſunt miniſtri, idcirco cito & horrende apparebo eis, & judicium duriſſimum exercebo in eos, in quibus cum ſenio corporis juveneſcunt ſcelera carnis, & vitia cordis. Nunquid ego per tales expugnabo incredulos, qui ſunt ipſis deteriores incredulis? Ut ſunt mores, ſic ſunt & eorum veſtes: idcirco niſi citius reſipiſcant, arguam eos in furore, & juſtitiæ zelo, &, quos altioribus dignitatibus extuli, hos profundioribus ſuppliciis tribuam cruciandos.*

Quid illi reſponſum divinitus.

Non dignos eſſe principes per quos expugnentur Turcæ.

Talibus comminationibus pavefactus Dionyſius ait ad Dominum: O clementiſſime Chriſte Ieſu, o Verbum æternum propter nos incarnatum, propter nos & Crucifixum, parce, obſecro, ignoſce, ac ſubveni plebi tuæ, praveni, & tange corda noſtra, quamvis dura ſint, & nimium obtenebrata, ut quæramus ac ſapiamus, quæ tua ſunt. Hoc pacto unanimes reſiſtemus hoſtibus honoris tui, hoſtibus acerrimis ſalutis noſtræ. Ad hæc ſupernus judex Deus ait: Qui ſemel loquitur in ſcripturis ſanctis ſuam aperit voluntatem. Quid igitur vis tibi reſpondeam? conſule libros divinos, ſcripturas ſcrutare cæleſtes. Audi matrem tuam Eccleſiam ſponſam meam, quæ in ſe habet inhabitantem Spiritum meum, qui omnem docet, & ſuggerit veritatem. Et infra: *His viſionibus a Deo perceptis ſanctus pater Dionyſius ſcribens ſublimioribus poteſtatibus, principibus, & prælatis, hortabatur tam minis, tam precibus, ut ocius a pravis ſe revocarent operibus, ut ſe caſtigarent, reformarent, Deo ſe conciliarent, ne imminentibus flagellis, ac cladibus contererentur, immo vero ne æternis cito ſuppliciis deputarentur.*

XXVI. Repetitæ e Dionyſio preces.

Erectus viſis Dionyſius principes ad ſacram militiam hortatur.

XXVII. Interea Iſidorus Cardinalis patriarcha Conſtantinopolitanus liberandæ e Turcorum ſervitute Græciæ pio ſtudio flagrans, Muntanaque orientem petiturus, plura collegit arma, ut Græcos iis inſtrueret, hyemiſque aſperitate coactus Anconæ ſubſtitit.

tit. Pius vero cum plures legatos in varias provincias decreviſſet, inclinante januario menſe Mantua digreſſus, Ludovico illius urbis principe comitante, Ferrariam ſe contulit, atque a Borſio marchione Aeſtino obviam veniente ingenti & magnifico apparatu, quem deſcribit Gobelinus (a), exceptus eſt. Deinde Bononiam per Rhenum flumen petiturus, glacie adeo concretum reperit, ut terreſtri itinere in ſella geſtatus ſit, refectiſque in apoſtolico palatio viribus, Florentiam adiit, honorificentiſſime a magiſtratibus, & Coſimo Mediceo habitus exceptuſque. Inde Senas duodecimo a Mantuæ diſceſſu evoluto die repetiit, ac tertio ab ingreſſu purificatæ Virgini ſacro eccleſiaſtica prece ſacratas faces ſolemni ritu elargitus eſt, defunctoque Antonio archiepiſcopo, Franciſcum ex ſorore nepotem, qui poſtea indito Pii III. nomine Pontificios apices adeptus eſt, Senis archipræſulem dedit.

Pius a Ferrarienſi magnificentiſſime exceptus.

(a) Gob. l. in comm. Pii II. l. 4.

Franciſcum nepotem creat Cardinalem.

XXVIII. Recurrentibus deinde vernæ tempeſtatis jejuniis eundem ſacra purpura ornavit, qua etiam alii quinque donati fuere, ut refert Gobelinus (b), habitamque de eorum virtutibus orationem memorat, quæ his concepta verbis a Felice Contelorio repetita eſt: *Quamvis non dubitamus (c) venerabiles in Chriſto fratres, ac dilecti filii, notiſſimas vobis eſſe perſonas eorum, quos feria quarta proxime decurſa in S. R. E. Cardinales aſſumpſimus, pro veteri tamen conſuetudine, de meritis ipſorum pauca dicemus. Quinque viri ſunt, quos & nos, & ſacrum collegium fratrum noſtrorum ad cardinalatus honorem hoc tempore duximus aſſumendos. Primus eſt Angelus Reatinus epiſcopus, vere angelus, & vita & morum honeſtate conſpicuus: huic frater fuit Dominicus tit. S. Crucis in Jeruſalem quondam magni nominis Cardinalis: non minor hic germano, & multa ejus extant, quæ poſſumus commemorare: vita omnis ſua mundiſſima; præfuit eccleſiæ ſibi commiſſæ non ſine magna ſubditorum utilitate, prædicavit evangelium multis annis plebi ſuæ, correxit mores, reformavit quæcumque invenit male diſpoſita, in legationibus, quas ſedes ſibi Apoſtolica mandavit, diligentiſſimus & fideliſſimus extitit, & nunc Bononiæ cum maxima civium gratia legationis munus exercet.*

(b) Id. ib.

(c) Contelor. in elen. Cardd.

Berardus epiſcopus Spoletanus apud Narniam non ignobili loco natus, qui cum per ſcholas Italiæ cathedras magna cum auditorum dilectione atque utilitate rexiſſet, tandemque Romanam curiam acceſſiſſet, a Nicolao prædeceſſore noſtro, qui ejus doctrinæ culmen admirabatur, in palatium receptus referendariatus officium accepit, in quo ita ſe geſſit, ut omnia ſibi crederet; nam verbum ejus verbum veritatis fuit, & tantum dignus cardinalatu judicatus fuit. Apud Calliſtum quidem chariſſimus fuit, nec ad promotionem ejus aliud obſtitit, quam invidia paucorum. In noſtra vero familia receptus, ob famæ ſingularis odorem, & noſtram gratiam, & aulicorum omnium benevolentiam meruit, primuſque ſemper apud nos habitus eſt, cum & prudentiam ejus & fidem & doctrinam admiraremur, & diligeremus.

Tertius eſt Nicolaus electus Theanenſis utroque jure conſultus, qui ſub Eugenio Pontifice Viterbium, ac provinciam patrimonii pro gubernatione aliquandiu ſumma cum laude adminiſtravit. Fuit hic cum ageremus in cardinalatu curiæ noſtræ magiſter, domumque noſtram, & provide & pacifice rexit: in apoſtolatu vero noſtro theſaurariatus exercuit officium, quod fidem, & dexteritatem ingenii maximam requirit, neque audivimus aliquando alium fuiſſe theſaurarium, qui ejus vel bonitatem, vel circumſpectionem ſuperaverit. Miſimus eum ad Reges, & principes, nihil ei commiſimus, quod non prudenter abſolverit. XXIX.

Quartus eſt Alexander ordinis Auguſtinenſium magiſter generalis, ſummus theologicæ ſapientiæ doctor atque interpres, qui annos duos, & quadraginta in religione verſatus eximius cultor, & paupertatis, & humilitatis extitit: huic patria eſt Saxum ferratum. Parentes ejus quinquennem aut non multa majorem Deo dicaverunt, cum in fontem cadens mortuo ſimilis extraheretur. Locus in quo primo receptus eſt B. Mariæ profeſſionem emiſit, & revolutis annis eadem feſtivitate B. Mariæ & miſſam primam celebravit, & magiſterium theologiæ adeptus eſt, & in civitate B. Mariæ ad cardinalatum per nos aſſumptus eſt: vir omni ex parte perfectus, vocatus a Deo tamquam Aaron, neſcius, nil petens, & dignitates prorſus effugiens receptus eſt in concilium noſtrum, traxit nos odor boni nominis, & vita exemplariſſima, nam etſi animus ejus honorem quemvis horreret; virtutes tamen ejus petebant ne inhonoratus relinqueretur.

Poſtremus eſt Franciſcus adminiſtrator eccleſiæ Senenſis noſter ſecundum carnem nepos pontificii juris interpres, de quo non eſt cur verba faciamus, tum quod ſuſpecta eſſet commendatio noſtra, cum quod non modo noſtro, ſed etiam Cardinalium judicio dignus hoc munere putatus eſt. Rogati ab eis promotionem ejus fecimus, ipſi an bene conſuluerint videbunt. Hic in diaconum, cæteri in presbyteros Cardinales vocati ſunt. Spes nobis eſt utilem hanc promotionem futuram, nam excepto nepote noſtro reliqui omnes matura ætate ſunt: nemo infra quadrageſimum agit, doctrina ſingulari excellunt, prudentia, & experientia ingenii in omnibus. Nulla in his ſordes, non arrogantia, non avaritia, quæ hominem excæcat, & idololatram facit, non libido, quæ hominum vires effeminat, non

cra-

crapula, non ebrietas dominatur. Vicerunt hi viri quævis vitia, & mundæ omnibus manus, ſinceræ mentes, videntes & ſolertes animi; aptiſſimi profecto, qui vicario Jeſu Chriſti, & aſſiſtant & conſulant. Audiſtis qui ſint, quos promovimus. Nunc ut eorum tres, qui adſunt, videatis oportet. Ite vos diaconi Cardinales, atque eos adducite, ut in collegio veſtro conſedeant.

XXX. Quo ritu ornamenta dignitatis cardinalitiæ ſint collata.

Adducti Cardinales deſignati rubeo galero decorati ſunt ritu veteri, quem ex eodem Gobelino deſcribendum ducimus: *Sabbato deinde*, inquit, *indicto conſiſtorio in eccleſia cathedrali, Pontifex juſſit Cardinales novos, qui aderant, tres accerſiri, & priuſquam venirent de creatione facta, deque meritis ſingulorum pleraque locutus oſtendit omnibus, & dignam & neceſſariam ordinationem fuiſſe. Poſt hæc advenientes illos ad cancellum ſtare præcepit, & dirigens ad eos verba: Maxima, inquit, filii & excellentiſſima dignitate donati eſtis ad collegium apoſtolicum vocati: conſiliarii noſtri, & conjudices orbis terrarum eritis: inter cauſam, & cauſam, inter ſanguinem, & ſanguinem, inter lepram, & lepram diſcernere vos oportebit. Succeſſores Apoſtolorum: circa thronum noſtrum ſedebitis vos ſenatores urbis, & Regum ſimiles eritis, veri mundi cardines, ſuper quibus militantis oſtium Eccleſiæ volvendum, ac regendum eſt.* Hortatoria Pii oratio ad novos Card. *Cogitate animo quos viros, quæ ingenia, quam integritatem hæc dignitas requirit; humilitatem, non ſuperbiam, liberalitatem, non avaritiam, abſtinentiam non ebrietatem, continentiam non libidinem, ſcientiam non ignorantiam, virtutes omnes nullum vitium hic honos expoſcit. Si fuiſtis hactenus vigilantes, nunc vigilatis oportet adverſus malignum hoſtem, qui numquam dormit cogitans quem devoret: ſi liberales fuiſtis, nunc opes in rebus honeſtis profundite, & maxime in alendos pauperes: ſi cibi potuſque abſtinentes, nunc præcipue luxuriam fugite: abſit avaritia, faceſſat crudelitas, exulet arrogantia: ſint libri ſacri ſemper in manibus veſtris, dies noctesque aut diſcite aliquid, aut alios docete: opera efficite, per quæ lux veſtra coram omnibus luceat, & denique tales eſtote, quales eſſe debere Cardinales didicaſtis antequam ipſi hoc culmen aſcenderitis. Quibus dictis, vocavit eos ad oſculum pedis, deinde manum aſque porrexit & antiqui Cardinales ipſos pariter ad oſculum exceperunt, ſecumque ſedentibus præbuerunt. Mox advocati cauſas aliquas peroraverunt, quibus deciſis Cardinales antiqui ſtantes coram Papa fecere coronam: novi genibus flexis votum pro veteri formula voverunt. Exin Pontifex uniuſcujuſque capiti inſigne cardinalatus impoſuit, rubrum de more galerum: chorus hymnum cantavit, gratias Deo reddens. Cardinales antiqui pompam ducentes, exceptis duobus, qui cum Pontifice remanſerunt, novos ad altare B. Virginis deduxerunt, ibique ſenior Cardinalium, orationem ſuper capita illorum fudit, bona eis & Eccleſiæ ſanctæ multa precatus, atque ita rebus peractis ad Pontificem maximum reverſi ſunt, qui diſſoluto conſiſtorio in palatium abiit. Par quoque ſolemnitas paucis poſt diebus in adventu Reatini & Senenſis Cardinalium ſervata eſt, cum alter ex Bononia, alter ex Peruſio Romam peteret.*

XXXI. Diverſit Pius ad balnea.

Pergit author enarrare, ut Pontifex vario humorum fluxu laborans profectuſque Maceretum, deinde Petriolos balneis a medicorum conſilio uti coactus longiores moras in Senenſi agro traxerit: quo tempore Rodericus Borgia Cardinalis vicecancellarius Callixri III. nepos magno cum eccleſiaſticæ dignitatis dedecore Senis laſciviens ob ſolutiores mores a Pio graviſſimis hiſce monitis perſtrictus eſt (a).

Cardinalis Borgia perſtrictus laſciviæ.

(a) Lib. brev. p. 161.

Pius Papa II. vicecancellario.

Dilecte fili ſalutem, &c. Nuncius quartus, cum in hortis dilecti filii Joannis de Bichis convenifſent fœminæ complures Senenſes ad ſæcularem vanitatem compoſitæ, audivimus circumſpectionem tuam parum dignitatis, quam ſuſtines, memorem inter illas ab hora fere decimaſeptima uſque ad vigeſimam ſecundam fuiſſe, & ex collegio tuo ſocium ſi habuiſſe eum, quem ſi non honor Apoſtolicæ ſedis, ætas tamen admonere ſatis officii ſui debebat. Saltatum ibi eſt, ut accepimus, cum omni licentia: nullis illecebris amatoriis parſum, teque etiam inter hæc omnia non ſecus verſatum, quam ſi unus eſſes ex ſæcularium juvenum turba. Referre ſigillatim omnia pudet, quæ in eo loco facta aſſeruntur: iſta non modo re ſed appellatione quoque indigna ſunt gradu, quem tenes. Mariti, patres, fratres, & conſanguinei puellarum, quæ aderant, ut liberior vobis eſſet voluptandi facultas, ab ingreſſu prohibebantur: vos ſoli cum paucis domeſticis authores hortatoreſque chorearum eratis. Dicitur nulla nunc de re alia eſſe in civitate Senenſi ſermonem præterquam vanitatem tuam ab omnibus irrideri: hic certe in balneis, ubi eccleſiaſticorum, & ſæcularium non parvus eſt numerus, vulgi es fabula. Si diceremus iſta nobis non diſplicere, erraremus vehementer: diſplicent certe ſuper quam dici poſſit, vituperatur enim eccleſiaſticus ordo, vituperatur miniſterium noſtrum, neque ad vitæ honeſtatem, ſed ad occaſionem laſciviæ ditari, & magnificari videmur. Hinc principum, & poteſtatuum in nos ſurgit contemptus: hinc quotidianæ laicorum irriſiones: hinc etiam reprehenſiones vitæ noſtræ, cum reprehendere alios volumus: vicarius quoque Chriſti, qui indulgere talia creditur, in eundem cadit contemptum. Valentinæ eccleſiæ præes, dilecte fili, quæ inter Hiſpanorum

Publicis ſermonibus traductus.

norum

norum eccleſias præcipuo eſt : apoſtolicæ etiam cancellariæ regimen tenes, quodque factum tuum reprehenſibilius facit, ad conſilium Romanæ ſedis inter Cardinales cum Pontifice ſedes : ſi puellis blandiri, fructus miſſitare, hinc inde vinum praguſtatum illi, quam diligas, mittere, effuſo ſtudio omne genus voluptatis per totam diem ſpectare, denique ut fieri omnis licentiæ poſſiat, maritos illarum excludere, gradibus tuis convenire videatur, tibi ipſi judicandum relinquimus.

XXXII. *Reprehendimur nos propter te, reprehenditur Caliſti avunculi tui felicis recordatio, qui cumulandis in te honoribus judicio plurium erraſſe videtur. Quod ſi excuſationem allegas ætatis, non eſt ea tibi jam ætas, ut non intelligas quantum oneris dignitas tua ſuſtineat. Eſſe irreprehenſibilem Cardinalem oportet, vitæ morum ſalutare exemplum, cujus perſona omnium non ſolum animis, ſed oculis debet inſervire. Indignamur poſtmodum atque iraſcimur, ſi a principibus ſæculi parum honorificis titulis appellamur, ſi in poſſeſſionibus beneficiorum turbamur, ſubjicere colla noſtra illorum mandato compellimur : nos ipſi hæc vulnera nobis infligimus, & malorum noſtrorum materiam damus id agentes, ut Eccleſiæ quoque auctoritas in dies viluſcat, cujus rei in hoc ſæculo vituperium ferimus, & in alio ſupplicium dignum luimus. Circumſpectio igitur tua tis vanitatibus modum imponat, dignitatem ſuam recogitet, nec velit inter juvenes & mulierculas amatoris nomen tenere : ſi enim hæc rurſus acciderent, cogeremur oſtendere, nobis invitis, & dolentibus ea accidiſſe, neque ſine rubore tuo eſſe noſtra animadverſio poſſet. Te ſemper dileximus, & tanquam eum, in quo gravitatis, & modeſtiæ ſpecimen vidimus, dignum noſtra protectione putavimus : velis ut opinionem hanc & mentem retinere diu poſſimus, quod nil præſtare melius poterit, quam vitæ gravioris aſſumptio ; anni tui, qui correctionem adhuc pollicentur, faciunt, ut paterne te moneamus, &c. Dat. Petriole 11. junii MCDLX.*

Morum & officii ratio illi expoſita.

XXXIII. Inter hæc, ut refert Gobelinus (*a*), & confirmant acta pontificia (*b*), violavit atrociter jus eccleſiaſticum Sigiſmundus dux Auſtriæ in Nicolao de Cuſa tit. S. Petri ad vincula presb. Cardinale, & epiſcopo Brixinenſi, cum quo de nonnullis juribus eccleſiaſticis contenderat ; illum enim ipſo paſchatis die illuceſcente aurora obſidione cinxit in caſtro Brunech, eoque in ſuam poteſtatem redacto, caſtrum Tanfer, ac vim auri ingentem, cum plura ſyngrapha, ac literas, quibus reſciſſa erant eccleſiæ Brixinenſis privilegia, extorſit ; de quibus cum Sigiſmundus in judicium apud ſedem Apoſtolicam vocatus fuiſſet ; Pontifex antequam in eum ſeveritatem adhiberet, ipſum monendum cenſuit, eique diem ad dicendam cauſam conſtituit.

(*a*) *Gob. l. 4.*
(*b*) *Pius II. l. 9. p. 356.*

Brixinenſis Cardinalis a Sigiſmundo Auſtriaco captus.

Ad futuram rei memoriam.

*Cum, ſicut facti notorietas, quæ nulla poteſt tergiverſatione celari, non ſolum ad noſtram cum maximo cordis amaritudine & admiratione, verum etiam multorum perduxit auditum, Sigiſmundus olim dux Auſtriæ ſuggeſtione diabolica inſtigatus in tantam proruperit inſaniam, quod dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem, & ex diſpoſitione apoſtolica Brixinenſem, & ipſius Sigiſmundi epiſcopum, & paſtorem hoſtiliter inſecutus, ac armatorum copia conſtipatus cum auſu ſacrilego in ſuæ damnationis præſagium vi capere, & invitum pro ſuæ damnandæ temeritatis libito detinere, ſibique graves injurias, & jacturas irrogare præſumpſerit, in maximum divinæ majeſtatis, ac noſtram & Apoſtolicæ ſedis offenſam, vilipendium, & contemptum, animæ ſuæ periculum, & ſcandalum plurimorum ; ut propterea idem Sigiſmundus ſicut reus criminis læſæ majeſtatis perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, inteſtabilis, omnique privilegio honore, & dignitate exutus, privatus, ac etiam majoris excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, alias quoque cenſuras, & pœnas in conſtitutionibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ac ſanctorum patrum decretis contentas in tales generaliter promulgatas damnabiliter incurrit ipſo facto ; nos horribilitatem tanti criminis, & damnandæ temeritatis hujuſmodi ſacrilegium non immerito deteſtantes, & quemadmodum noſtro incumbit officio Suitenſium & confœderatorum indemnitati, ne literarum earumdem prætextu ad obſervandum pacis, & concordiæ prædictorum fœdera ſe aſtrictos arbitrentur, providere volentes ; ac ex certis aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus nullo hujuſmodi negotium inſtigante aut promovente, ſed noſtro motu proprio literas præinſertas (*c*) inſcriptas ſunt epiſcopo Auguſtenſi, & abbati Kemptenſi, ut Helvetios ad fœdus armorum pro coercendo Sigiſmundo concitent, teſtantibus ipſius Sigiſmundi demeritis, & delicti atrocitate, nullas, inefficaces, & invalida nullumque ex eis Sigiſmundo præfato jus aut actionem quæſita eſſe declaramus. Datum Senis anno MCCCCLX. kal. junii pontificatus noſtri anno II.*

Incuſſæ Sigiſmundo cenſuræ Pontificiæ.

(*c*) *Ext. in l. 8. ep. inſcript.*

XXXIV. Queſtus eſt apud Fridericum Imperatorem Pius (*d*) de patrato a Sigiſmundo flagitio, maxime cum rogatus eſſet (*e*), ut a vexando Cardinale ſibi temperaret. Perculit (*f*) deinde vi. id. auguſti anathemate Sigiſmundum ipſum ſpernentem judiciorum ordinem, quem ob tantum ſcelus ducali indignum nomine cenſuit ; tum omnes illius

(*d*) *Lib. brev. p. 168.*
(*e*) *Ib. p. 181.*
(*f*) *Lib. 10 p. 231. & l. 11. p. 33.*

ſius partium ſectatores cenſuris devinxit: *Declaramus*, inquit, *dictum Sigiſmundum, ac eos omnes, & ſingulos, qui dictum Cardinalem, & epiſcopum diffidarunt expreſſe, ac cæteros quoſcumque, cujuſcumque etiam pontificalis dignitatis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis forent eccleſiaſticæ, vel mundanæ, qui eidem Sigiſmundo, & aliis prædictis in præmiſſis præbuerunt conſilium, auxilium, vel favorem, & qui arma contra dictum Cardinalem ſuſceperant, hujuſmodique nefandum facinus ratum habuerunt, ſeu Sigiſmundum aliosque prædictos poſtea receptarunt, & defenſarunt, nec non eos, qui diffidationi ipſius Sigiſmundi, & aliorum diffidantiam hujuſmodi adhæſerunt, aut in diffidationibus ejuſdem Sigiſmundi, & diffidantiam aliorum prædictorum comprehenſi ſunt, atque eos, qui dicto Cardinali in fidelitate & auxilio eum potuerunt eo tempore defecerunt, ipſumque Sigiſmundum, & alios prædictos contra præfatum Cardinalem hoſtiliter venientes in caſtris, & locis etiam ad ipſam eccleſiam Brixinenſem ſpectantibus, & ſpecialiter dictum caſtrum Bruneck & ejus inhabitatores, qui ipſum Sigiſmundum & ſuos ſic admiſerunt, & eos, qui præfata facinora rata habuerunt, eccleſiaſticos & ſæculares, quorum omnium & ſingulorum nomina, & cognomina, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ob præmiſſa ſicut reos criminis læſæ majeſtatis anathematizatos, perpetuo infames, diffidatos, bannitos, & inteſtabiles, atque ab omni ſucceſſione expulſos, ædificia etiam eorum in ruinam danda* [pluribuſque aliis pœnis inflictis] *decernimus per præſentes, &c. Datum Senis anno incarnationis dominicæ MCCCCLX. v. id. auguſti pontificatus noſtri anno II.*

Inflictæ illi aliæ pœnæ.

XXXV. Provocat nefarie Sigiſmundus ad Concilium.

Hæc decernebat Pius, ut contumacem principem a cœptis deterreret: at is non modo juſtis imperiis non paruit, verum in nequitia obfirmatus contra editam hoc ipſo anno Mantuæ ſanctionem ab apoſtolica ſententia ad futurum Romanum Pontificem, vel futurum concilium œcumenicum provocavit (*a*), nefariamque ea de re formulam ad valvas eccleſiæ Florentiæ affigendam curavit: quocirca commotus merito Chriſti vicarius alia judiciaria acta, quorum præcipuam partem ſubjicimus adverſus furentem principem, ejuſque perfidiæ participes auctoresve, quorum præcipuus erat Gregorius Heimburgenſis, qui eloquentiæ ſuæ lenociniis abutebatur ad flagitia, proximo anno edere compulſus eſt (*b*).

(*a*) *Ext. en provocatio to. 2. rer. German. edit. Freher.*

(*b*) *Lib. 11. bull. p. 148.*

Univerſis Chriſtifidelibus ſalutem, &c.

Infructuoſos palmites de vinea Domini ſolerti cura amputantes aſſidue, licet nuper in Mantuano conventu conſtituti venenoſam ſathanæ novitatem contra Apoſtolica ſedis obedientiam, & Eccleſiæ claves ſub appellationis ſpecie excogitatam mature, & provida deliberatione, ne catholicas mentes inficeret, damnaverimus, & providerimus ſuper hoc opportune, ut apoſtolicis noſtris literis deſuper confectis continetur in hac forma: Pius, &c. Execrabilis (*c*) priſcis temporibus inauditis tempeſtate noſtra inolevit abuſus, &c. Non *minus tamen, poſt hujus noſtræ conſtitutionis publicationem decima una die januarii proxime præteriti menſis factam, unus inventus eſt Sigiſmundus ex Auſtriæ principibus, homo omni impietate maculoſus, qui ob hoſtilem perſecutionem dilecti filii noſtri Nicolai tit. S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis, & epiſcopi Brixinenſis in ſanctiſſimo paſchæ die ſacrilego furore perpetratam, omni divino, & humano jure flagitante, & cogente, cum ſuis ſatellitibus, & complicibus ſcelerati ſacrilegii ſociis anathematis, læſæ majeſtatis criminis, perpetuæ infamiæ, banni, diffidationis, privationis honorum eccleſiaſticorum, feudorum, confiſcationiſque bonorum, cæteraſque juris pœnas, & cenſuras poſt longam expectationem, & legitimum proceſſum octavo die menſis auguſti etiam noviter eloſi per noſtram ſententiam in civitate Senarum incidiſſe declaratus, velut in noſtris ſuper hoc confectis literis habetur, eludendorum canonum propoſito, & judicii declinandi intentione, utque ſimplicium animas ſecum adduceret ad infernum, utque contra Romanam eccleſiam, quam multos* * *incitatus ab hujuſmodi noſtra irrefragabili ſententia, & prius per nos contra emiſſo monitorio, atque jam in eam latis juris pœnis, unam decima tertia die dicti menſis auguſti, & deinde aliam, & ſic dudum poſt duos menſes a die factæ publicationis conſtitutionis noſtræ præfatæ appellationes prætenſas frivolas, inanes, damnatas, hæreſique & contumeliis plenas, temerario auſu, etiam coram notario & teſtibus, interponere non erubuit, vaſque multarum civitatum Italiæ, & Alamaniæ eccleſiarum valvis, ut ad omnium deveniret notitiam notorie, & publice affigi fecit, & ibidem publicavit, inter cætera continentes Sigiſmundum ipſum a nobis ad futurum Romanum Pontificem, vel generale concilium inſtituendum, vel reſtituendum, ac tandem ad univerſum populum Chriſtianum, & [ut ſuis verbis utamur] ad illum, qui ſibi miſereri velit, aut illos, qui juſtitiam inferioris contra ſuperiores in ipſos incandeſcentes ament, pro ſe & ſuis ſubditis eccleſiaſticis, & ſæcularibus ejuſque adhærentibus, & fautoribus, ut in ſua perverſitate perduraret, in ſcriptis appellaſſe, prout de hoc nobis pleniſſime conſtat, & notorium exiſtit. Sed delirus iſte omnino non attendebat magis per hæc illaqueari, dum eum ſe ex damna-*

(*c*) *Ext. in bull.*

Iniqua diffugia ab eo captata pronunciarum.

* multoties

Digitized by Google

natiſſimis hujuſmodi appellationibus pœnas juris in quas eo ipſo inciderat, ex hoſtili notoria Cardinalis perſecutione evaſiſſe putaret, ſe ipſum iterum in non minores pœnas, & cenſuras in dicta noſtra conſtitutione contentas ſic appellando præcipitat: Mentita utique ſibi eſt iniquitas adeo, quod nunc in propoſiti ſui contrariam partem cadendo nemini dubium reliquit, quin excommunicationis, læſæ majeſtatis, & fautoriæ hæreſis criminibus innodatus exiſtat.

XXXVI. Hæreſeos crimine ſe devinxiſſe. Gregorius Heymburgenſis cenſuris perculſus.

Hujuſmodi igitur actus Sigiſmundi eum, ut præfertur, nobis conſtent, & notorii ſint, nos officii noſtri debitum exercentes, eundem Sigiſmundum nec non Gregorium de Heymburch (Interjectiſque præcipuis ſectatorum nominibus) ſic excommunicationis ſententiam criminis ope læſæ majeſtatis, & fautoriæ hæreſis pœnas, & cenſuras incurriſſe, ac taliter declarantes eum adhærentibus antedictis in eorum eccleſiis, monaſteriis, & capellis infra divinorum ſolemnia, ac coram populi fidelis multitudine nominatim, & publice denuntient, ac denunciari & taliter declaratos ab omnibus Chriſtifidelibus arctius evitari faciant. Verum ſi fortaſſe Sigiſmundus ipſe vesaniam erroneam ejus continuam aliam, aut alias in futurum etiam a præſentibus, vel aliis noſtris literis ſceleratas, ut prius, diabolo inſtigante, ſimiles interpoſuerit appellationes, quoties id fecerit, toties eundem cum teſtibus, & neceſſariis ſuis dictas pœnas noſtræ conſtitutionis Mantuanæ denuo incidiſſe, & ligatum fore denunciari, & publicari debere, abſque aliis noſtris literis quibuſcumque harum ſerie dicta authoritate præcipimus aut edictis.

Et, ut celerius deinceps hujuſmodi periculoſis præſumptionibus obvietur, hac noſtra conſtitutione perpetuo valitura volumus, ac dictis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, eccleſiarum parrochialium rectoribus, presbyteris, & clericis, &c. in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte injungimus, ac mandamus apoſtolica authoritate, ut quemprimum de cætera contra præfatam noſtram conſtitutionem Mantuanam quidquam ſpiritu diabolico, cujuſcumque dignitatis, gradus, vel excellentiæ etiam regalis, regionalis, aut pontificalis aut alterius eccleſiaſticæ, vel ſæcularis fuerit, ſicut præfertur, appellaſſe conſtiterit, illum mox, nullo etiam apoſtolico expectato mandato, in ipſas pœnas præfatæ noſtræ conſtitutionis incidiſſe denuntient, ac publicent, atque denuntiari, & publicari, ac evitari faciant, nec non ubi tales appellationes affixas cognoverint, illas amoveant, ac ut libellum famoſum de hæreſi condemnatum coram populo igne comburi procurent, atque appellantes illas dictas pœnas damnabiliter incurriſſe promulgent.

Provocatio ad Concil. hæreſeos flagitio notata

XXXVII. Præterea cum ſathanæ malitioſa perverſitas, mundo in maligno poſito, non tamen cæca ab inſania conquieſcet, ſed omnibus potius modis ſanctæ Eccleſiæ unitatem ſubvertere molitur, & quod una via prohibebitur, alia conſequatur; idcirco volumus, quod ſi fortaſſe noſtræ conſtitutionis metu in caſu talis ſubterfugii, concilium futurum non nominando, a Romano Pontifice ad ei inferiorem, vel futurum Pontificem ſummum cujuſpiam iniquitas appellare præſumpſerit, & harum appellationum prætextu per cenſuras, & pœnas a jure, vel Apoſtolica ſede latas ſe ligatum fore non crediderit, hunceque errorem in cenſurarum contemptu & inobedientiæ perfidia oſtenderit, talis etiamſi regali, reginali, pontificali aut alia quavis eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeat, cum non minus de eccleſiæ clavium authoritate, & ſanctæ Romanæ ſedis obedientia, quam ad futurum concilium quomodolibet appellantes male ſentire ſic declaretur, ut talis etiam in præinſertæ noſtræ conſtitutionis pœnas incidat eo ipſo, atque ita publicetur evitetur que, & denuntietur ubique per prædictos, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLX. IV. non. novembris pontificatus noſtri anno III.

XXXVIII. (a) Ext. ca lit. lib. epiſt. n. 400.

De eodem Gregorio Heymburgenſi queſtus (a) eſt graviſſime Pontifex apud Nurembergenſes, quibus etiam præcepit, ut nefarium hominem pellerent, boniſque fiſco addicendis exuerent, is enim conceperat iniquæ provocationis formulam (b), ſeque in ea teſtem ſcripſerat, quod ſine hæreſeos labe fieri non poſſe docuit hiſce verbis Pius: Cum nullum regnum, ut Domini noſtri verbis didicimus, in ſe diviſum ſtare poſſit, quonam modo ſacroſanctum ſtabit Eccleſiæ regnum, ſi illi, qui Chriſti ſupremi Regis vicario parere contemnunt, de regno non valeant forte depelli? Adverſus hoc inquaſſabile fundamentum, & Eccleſiæ firmam petram hæreſis quædam a parvo tempore citra ſenſum viſa ſuboriri pullulavit, quæ ſub ovium veſtibus lupos rapaces introſecus celans ſub appellationis ſpeciem Eccleſiæ ſatagit unitatem convellere: nam ſi quæ Chriſti unicus vicarius canonibus ſacris etiam & juri ſcripta inhærendo decrevit, ſtatuitque, & ſervari, ut dignum eſt, præcepit, calumniatores malevoli, & perverſi ſubterfugere juſtitiam præſumentes per ludibria frivolarum appellationum ad futurum concilium, ſeu ad id, quod nuſquam eſt, ac ſupra Chriſti vicarium eſſe aut reperiri nequit obedientiam, quæ eſt de neceſſitate Eccleſiæ, ac ſalutis univerſorum improbe declinant, ac temere.

(b) Ext. ubi ſup.

Demonſtratum per hujuſmodi provocationes a Pont. obſequio diſceſſum.

XXXIX. Nonnulli jam ante provocationis ad Concil. ſpecie defectionem moliti.

Lapſo jam ante quinquennio nonnulli novarum rerum cupidi pontificiam authoritatem dejicere moliti erant, conficta nova pragmatica ſanctione, quam ſi Calliſtus Pontifex damnaſſet, agitarant inter

ſe de provocatione ad œcumenicum concilium a Pontifice nuncupanda: de qua cum Martinus Mayer Colonienſis archiepiſcopi ſcriba primarius ad Æneam Sylvium Cardinalem ſcripſiſſet, iniquam molitionem, velut hæreticam, egregie ita confutavit (a).

(a) Æn. Sylv. in ep. ad. Mart. Mayer.

Martino Mayer.

Tranſeamus ad eum modum, quem ſervare volunt auctores pragmaticæ ſanctionis. Videamus, quid & quam honeſte acture videantur: Ibimus, *inquiunt*, Romam, ſummo Pontifici ſanctiones noſtras offeremus, utque eas approbet ſummis rogabimus precibus: ſi morem gerat votis noſtris Romana majeſtas, ſalva res eſt, bene jacta principia ſunt, utemur ſine adverſario noſtris legibus: ſi negaverit aſſenſum, nos tamen propoſitum tenebimus jubebimuſque Germanos omnes ſanctioni noſtræ parere, ſi quis contravenerit extorris eſto. Quod ſi Papa in nos cenſuras fulminaverit ad futurum concilium appellabimus. Formulas appellationum ſua quæque provincia, & diœceſes habeto.

Provocationis illius iniquitas demonſtratur.

Hic modus pragmaticæ inventus eſt, non tam argutus, quam iniquus nam quid dici magis abſurde poteſt, magis arroganter, magis temere, Si dabit apoſtolica ſedes, quod petimus, *inquiunt*, læti abibimus: ſin autem, noſtra nobis ſatis eſt auctoritas; *ac ſi dicas: Niſi dederis, tunicam eripiam tibi. Aut veſtrum eſt id agere, & fruſtra petitis, quod domi eſt: aut non licet vobis, & acquieſcere ſuperiorum judicio debetis, ſi dat ſedes quod petitis, cognoſcite gratiam: ſi negat, laudate juſtitiam, neque enim ſedes negabit, quæ concedenda putaverit: ſed habita ratione ſui veſtrique faciet, quod in commune utile ſit. At vos repulſam ferre non vultis: pluris ergo eſt veſtrum, quam primæ ſedis judicium.*

XL. Gelaſii Papæ ſententia ad Anaſtaſium Imp.

Non incongrue igitur vobis dicendum illud eſt, quod Anaſtaſio Imperatori ſcribit Gelaſius Papa: nam cum ille ſacerdotes ſibi ſubjicere vellet, inter cætera: Noſti igitur, *inquit*, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem. *Et Joannes Papa:* Si Imperator, *inquit*, catholicus eſt, quod ſalva pace ipſius dicimus, filius eſt, non præſul Eccleſiæ. *Et ex geſtis Bonifacii martyris, qui vobis Germanis evangelium prædicavit, legitur de Papa:* Quia cunctos ipſe judicaturus a nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur a fide devius. *Et Stephanus Papa IV.* Enimvero, *inquit*, in ſpeculum, & exemplum ſancta Romana eccleſia, cui nos Chriſtus præeſſe voluit, poſita eſt omnibus: quidquid ſtatuit, quidquid ordinat, perpetuo irrefragabiliter obſervandum eſt. *Et Nicolaus Papa clero Conſtantinopolitano:* Si decreta Romanorum, *inquit*, Pontificum non habetis, de neglectu atque injuria eſtis arguendi: ſi vero habetis, & non obſervatis, de temeritate eſtis increpandi.

Germaniæ Apoſtolus quid de Pontif. auctoritate ſenſerit. Stephani & Nicolai ſententiæ.

Quid igitur? excuſabimus ne pragmaticas, an temerarias appellabimus? Nicolaus certe ſententiam tulit. Sed non tam turpe eſt neque tam temerarium leges aliquando infringere ſuperioris, quam ſibi ipſi leges condere, quas invito ſuperiore, & recuſante ſervare velis: illud ſæpe ex fragilitate atque incuria evenire poteſt etiam ſine contemptu principis; hoc ſine contumelia ſuperioris accidere non poteſt: nam qui leges invito principe condit, is procul dubio principem negat, & dominatum abjicit, ſibique ſtultam libertatem arripit, quod, ſicut antea dictum eſt, a fide procul abiit, & in hæreſim cecidit; nam fides recta hæc eſt, Romanæ ſedis primatum credere, & quod illa de Deo ſentit tenere, ſicut Hieronymus ait ad Damaſum ſcribens, quia puteus aquæ vivæ hic eſt, & fons ſignatus, & hic ſalvationis arca, & paſtura benedictorum; nam & in Conſtantienſi ſynodo id declaratum eſt errorem eſſe. Romanam eccleſiam non habere primatum; nam cum Hieronymus, & Joannes hæreſiarcha Bohemorum inter ſuos articulos dicerent, non eſſe de neceſſitate ſalutis credere Romanam eccleſiam ſuper omnes alias habere primatum, id erroneum eſſe concilium declaravit. Si ergo primatum habet Romana ſedes, quod veſtrum concilium declaravit, & nemo qui ſapiat inficiatur, conſequens eſt, ut ejus judicium devote ſequamini, neque temere adverſemini, quod majores veſtri factitarunt, & vos facturos eſſe confidimus.

Et Hieronymi.

XLI.

Cæterum neque illud, quod ſequitur de appellationibus piæ aures ferre poſſunt: nam ſi princeps eſt Romanus præſul, ſi dominus, ſi magiſter, quo pacto ab eo appellatur: Facta ſubditorum; *inquit Cornelius Papa*, judicentur a nobis, noſtra vero a Domino judicantur. *Et Gelaſius ipſe*, ſuper canones, *inquit*, ſancti Patres appellationes totius Eccleſiæ ad hujus ſedis examen voluerunt referri; ab ipſa vero nunquam prorſus appellari debere ſanxerunt; *ac per hoc illam de tota Eccleſia judicare, ipſam ad nullius remeare judicium, nec de ejus unquam præſumpſerunt judicio judicare, ſententiamque ejus conſtituerunt non oportere diſſolvi, cujus potius ſequenda decreta mandaverunt. Idem Innocentius Papa, idem Symmachus declarat, idem ratio ipſa decernit, nam ſi leges civiles neque a ſenatu, neque a principe ſæculari appellationem admittunt, quanto minus ab eccleſiaſtico principe erit *...? nam ſi Papa ſimul & Imperator conferantur, quantum inter ſolem, & lunam intereſt, tantum inter eos differre dicemus, & Papam ſoli, Imperatorem lunæ aſſimilabimus. Præterea cum appellatio ab inferiori ad ſuperiorem deferatur, Papa vero prior ſit, & major omnibus, liquet ab eo non eſſe provocandum.*

Veteres nunquam a ſede Apoſt. provocarunt.

Probatur ratione provocationem eum non valere.
* appellandum

Sed

Sed audio, quod tecum loqui potes: non quiſpiam ſingularis homo appellabit ad concilium, quod majus eſt, & potentius Romano præſule. Nolumus hanc modo quæſtionem ingredi, quæ longiorem tractatum requirit, & aliud ingenium, quam noſtrum eſt. At idem Gelaſius ſacros canones ait ſanxiſſe, ne umquam ab ea ſede appellaretur, neque concilium excepit, &
Romana ſedes ſynodo major oſtenditur. *amplius de Romana ſede, quod illa etiam quos ſynodus inique damnaverat, abſolvit. Quo dicto declarat a ſynodo ad Papam appellatum fuiſſe, eoque modo majorem ſynodo Papam extitiſſe. Et Symmachus manifeſte ſynodum excludit dum ait;* Aliorum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis iſtius præſulem, ſuo ſine quæſtione reſervavit arbitrio: quocirca ſi quid eſt, quod gravius ille agat non eſt recalcitrandum, ſed ferendum.

XLII. Argumentum a minori ad majus. *Ridiculum profecto: nemo eſt tam parvæ urbis dominus, qui a ſe appellari ferat, & nos Papam appellationi ſubjectum dicemus? In civitatibus magiſtratus ſunt, a quibus non appellatur, & nos a Pontifice maximo appellandum dicemus? At ſi me, ais, Pontifex indigne premit, quid agam? Redi ad eum ſupplex, ora onus levet. At ſi rogatus, interpellatus nolit ſubvenire miſero, quid agam? Quid ages ubi tuus te princeps ſæcularis urget, ubi te civitatis magiſtratus premit? feram dices? nam aliud nullum eſt remedium: & hic ergo ferat. At hoc impium eſt, ais, nam Papa in ædificationem, non deſtructionem accepit, & hoc in ædificationem eſſe putamus, nam quid ſi tu appellas frivole, ut ajunt, ut judicium ſubterfugias, & majores impenſas? Iterum dices: Quid ſi me*
Objectio quod licita ſit provocatio a Pontifice. *Papa injuſte premit? Iterum dico: Quid ſi tu juſte pateris, & cavilloſe appellas? Tu dicis: Male agit in me Papa; & ille te male agere ait, cui credamus privato an principi, majori an minori? quis non putet apud majorem eſſe veritatem?*
Diſſolvitur. *Dices: Judicet ſuperior; at ſuperior Papa Deus eſt, & ipſe ſuo tempore judicabit: nec tu putas eas animas inquiſitores non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſervavit examini. Judicabitur, ne timeas, Romanus Pontifex.*

XLIII. *At inquies durum eſt id judicium expectare. Reſpondemus durius eſſe quod tu quæris, nam Deus omni hora poteſt judicare Pontificem, tu concilii examen quæritas, quod neſcimus, quod ævo noſtro futurum ſit. Quis non videt calumniam tuam: velles nunquam eſſe concilium, quod appellas. Areopagitæ, cum perplexam cauſam aliquando audiſſent, reum & actorem ire & poſt centum annos reverti juſſerunt: idque tu tibi velles. At hæc deluſio eſt & irriſio majeſtatis ſuperioris, contemptus fidei & orthodoxæ fidei, inventio diabolica, & machinatio ſathanæ, qui hoc mo-*

do illaqueare animas utitur, cui nihil dulcius quam judiciorum claudi tribunalia, & Ea provocatio
nullum permittere in terris ſuperiorem, inventio
ut in confuſione cuncta ſint, abſit obedi- diabolica
entia, vincat contumacia, ſibi quiſque eſt.
dominus ſit, & alium pellere ſtudeat, non ordo, non reverentia, non ulla vivendi regula, & Deus poſtponatur, audiaturque diabolus: nam quis dubitat, ſi liceat a Romano Pontifice appellare ad concilium, cum omnes appellant in quavis cauſa judicati, ſi condemnabitur aliquis, ſi excommunicabitur, ſi vocabitur in judicium, ſi ſolvere aliquid requiretur, ſi fur reſtituere duplum vel quadruplum, & rapinam reddere, ſi adulter alienam uxorem, ſi prædo alienum agrum, ſi violentus invaſor alienam eccleſiam reſtituere jubebitur, ſi mandabitur uſurario ne ultra pravitatem exerceat, ſi presbytero ut concubinam relinquat, ſi debitori ut creditori ſolvat, gravatum ſe dicet, & Admiſſa
concilium appellabit? O beatam vitam, in illa omnis
qua licet omnia impune gerere! O rempu- ordo e-
blicam bene ordinatam, in qua nullum de- vertitur.
lictum puniri poteſt: Concilium etſi frequenter congregari debeat ex decreto Conſtantienſi, non frequentius, quam per decennalia cogendum eſt. Recte ſane decem impunitatis annos criminoſis tribuemus; cum tamen appellationis remedium, ut canones ajunt, non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ ſit inſtitutum: quod ſi Papa ſubjectus appellationibus erit, implebimus omnia iniquitatibus, & Romanum præſulem, quem Dei vicarium in terris, & primum inter mortales, magiſtrumque fidelium, & judicem cunctorum dicimus, minorem, non dicam Regibus, ſed minimis comitatibus efficiemus, in quibus magiſtratus ſunt ab omni provocatione immunes.

At ſi punitur innocens, nunquid licebit pro- XLIV.
vocare? Quid ſi me Pontifex maximus Objectio
innocentem punire pergit. Quid ſi conci- ſi iniquus
lium te innocentem damnat, ad quem pro- fuerit
vocabis? Ad Papam dices; & ſi rurſum Pontifex.
Papam invenies iniquum, ad concilium redibis, atque ita per circulum deludes judicium. At dices: Deludendum eſt judicium, in quo damnatur innocens; nam judex, qui damnat innocentem, & injuſte agit ſimilis eſt violento latroni, ſecundum illud Ezechielis: Principes ejus in medio ejus quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem; *& ideo ſicut reſiſtere licet latroni, ita licet & Papæ reſiſtere, quod etiam Thomas videtur ſentire, quamvis non loquitur de Papa. At nos nihil iniquius, nihil perniicioſius, aut deteſtabilius in urbibus eſſe cenſemus, quam judicium fruſtrari poſſe, & non eſſe finem litibus; nam etſi permiſſum eſt appellari ab inferioribus, & factum eſt ne graſſentur judices in pauperes homines. Sed ubi ventum eſt ad principem, ſilet pro-*
vocatio; neque enim majeſtas ſuperior tam Diluitur.

prona eſt ad injuriam, quam inferior. Etſi dixeris: Utique & ſuperiores & Papæ aliquando injurii ſunt, igitur & huic malo obviandum eſt. Reſpondemus, dum ſumus in hac vita mortali non eſſe poſſibile humanis legibus cuncta tolli pericula, & omnia mala e medio hominum propulſari; ideo legum latores dum duo mala imminere cernunt, & alterum poſſe lege vetari, alterum omnino ferendum eſſe, id lege auferunt, quod perniecioſius animadvertunt, &c. Hæc antea Pius adverſus nefariam a Pontifice ad concilium provocationem ſcripſerat: Quare Sigiſmundum Auſtriacum talia novantem ex politicorum maleſano conſilio fortiter retudit, nam ad minuendas illius vires inferri merces ipſius principatui vetuit (*a*): tum cenſuras, quas in Helvetios ob fœdus, quod pacis arbitro Carolo Francorum Rege in Conſtantienſi conventu Stephani Nardini Apoſtolicæ ſedis nuncii opera inierant cum Sigiſmundo, poſteaque inſignibus duobus oppidis Rapſuvil & Stuym juris Auſtriaci occupatis violatum (*b*) latas reſcidit (*c*). De Helveticorum cum Auſtriacis principibus bellis, deque eorum imbellibus initiis, ex quibus in magnam potentiam aſſurrexere finitimis ad ſocietatem armorum allectis adactiſve, agit Gobelinus (*d*).

(*a*) *Pius l.36. & p.426.*

Helvetii contra Auſtriacum confirmati.

(*b*) *L.8. p.31.*

(*c*) *L.9. p.265.*

(*d*) *Gob. in comm. l.4.*

XLV. Caſtellæ Regis ad Pium legatio.

(*e*) *Id. l.4.*

Dum ita jus eccleſiaſticum adverſus Sigiſmundum Auſtriacum tuebatur Pontifex, convenere illum Senis Henrici Caſtellæ Regis oratores duo (*e*), quorum alter erat epiſcopus Legionenſis, alter vir authoritate apud Caſtellanos conſpicuus, neque enim Mantuam Henricus niſi obſcurioris ſortis homines legatos miſerat, gentiſque honorem poſtrema hac legatione ſarcire putaverat: cum vero de auxiliis in Turcas ferendis actum eſſet, nihil certi reſpondere ob bellum in Granatenſes gerendum: quin etiam Pius precibus Henrici Regis adductus promulgavit (*f*), licet ex decreto Mantuano abrogata fuiſſet noxarum jam ante conceſſa gratuita venia, non tamen abolitam illam, quæ ſtipem in propulſandis Granatenſibus Saracenis collocaturis propoſita erat. Cum vero alter ex dictis oratoribus, nimirum epiſcopus Legionenſis in pontificali curia mortem obiiſſet, Pontifex Legionenſi epiſcopatui Joannem Turrecrematam theologica ſcientia præſtantiſſimum (cujus extant opera) Cardinalem S. Sixti præfecit (*g*); Sed Henricus illum in poſſeſſionem venire non permiſit. Adverſatum (*h*) pariter pontificiæ authoritati Caſimirum Regem Poloniæ in re ſimili tradunt Polonici ſcriptores: cum enim Pius ad Cracovienſem eccleſiam Jacobum Sennenium Sbignei Cardinalis jam ante defuncti (cui plurimum debebat Polonia) nepotem, quique regio nomine Mantuanam legationem obierat, evexiſſet, atque etiam anathematis ſententiam tuliſſet in illos, qui Sennenium admittere detrectarent, Caſimirus tamen eum Sennenium ipſum legibus creatum negaret, ejus æmulum Joannem Gruſcinium a canonicorum collegio deſignatum tuitus eſt, adeo ut etiam profeſſus ſit prius ſceptrum amiſſurum, quam paſſurum quemquam epiſcopatum, ſe invito, in Polonia adipiſci: quo intellecto Sennenius nonnullis cum adverſario pactionibus confectis, epiſcopatu abiit.

(*f*) *L.7. p. 307.*

(*g*) *Gob. l.4.*

(*h*) *Michov. l.4. c.60. Crom. l. 24.*

XLVI. Pontificia auctoritas a nonnullis Regibus oppugnata.

Gravis alia inter Pium & Carolum Regem Francorum in Tornacenſis eccleſiæ cauſa fuit controverſia; cum enim Carolus, cui Tornacum parebat, expetiiſſet Cardinalem Conſtantienſem illi præfici, ipſiuſque precibus poſthabitis Tullenſem epiſcopum natione Burgundum ad eam ſedem traduxiſſet Pius ob ſupplices Philippi ducis preces, cujus ditioni pars diœceſis major obnoxia erat, graviores querelas Carolus fudit apud Pontificem, qui ipſum demulcere literis conatus eſt (*i*): eumque in priori deſiderio obfirmatus perſtaret Rex, graviореſque querelas protuliſſet, datis proximo anno hiſce literis (*k*) Pius ſingulas refregit.

(*i*) *Ext. lib. ep. Pii II. n. 374.*

(*k*) *Bull. l.37. p. 247. ext. etiam typis inſ. lib. ep. Pii II. n. 375.*

Pius, &c. chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem, &c.

Niſi tua ſignata manu, & tuo fuiſſet impreſſa ſigillo, nunquam tuam putaviſſemus epiſtolam, quam tuo nomine Michael ſecretarius tuus noviſſime ad nos detulit. Multa enim continet, quæ a tua prudentia, & tuo ſcribendi more videatur aliena. Sed neque portitor, neque ſignum, neque ſubſcriptio patitur, ut tuas literas eſſe dubitemus, quæ tanquam abs te miſſæ redditæ ſunt. Eas ob res cogimur reſpondere, & noſtram excuſare innocentiam. Neque enim nos ſumus, qui vel tuam ſerenitatem, vel alium quempiam odio proſequamur, aut odii cauſa quicquam agamus. Nos quidem tuam manſuetudinem ſemper amavimus, ſemper magni fecimus, ſemper obſervavimus cum propter majorum tuorum gloriam, & magnifica geſta, tum propter modeſtiam & religionem, quas in te ſitas didicimus. Nec ſane unquam in animo noſtro fuit quidquam agere, quod tibi aut incommodum eſſet, aut moleſtum. Sed aliter tibi perſuaſum eſt, ut ſcripta tua oſtendunt, tam nobis, quam ſacro collegio noſtro directa. Ignoſcat hic divina bonitas, qui talia ſuggerunt: quorum magnum eſt peccatum, ſumma iniquitas. Mala mens, malus animus illorum eſt, qui tuam excellentiam adverſus nos irritare, aut commovere nituntur. Similes illis ſunt, qui filium tuum a te alienarunt: illi enim carnalem patri filium abſtulerunt, hi nobis ſpiritualem auferre nituntur. Sed minime obtinebunt, ſi tuam conſtantiam, & moderationem retinebis & noſtris vocibus

Pii adverſus politicos aleatatores querela.

auſcultabis, quæ non tam noſtræ ſunt, quam Dei, & Filii ejus Jeſu Chriſti, cujus vicariatum non noſtris meritis, ſed ſua diſpoſitione, in terris gerimus. Audi ergo nos, fili, & in charitate accipe quæ ad tua ſcripta reſpondemus.

XLVII. Scribis de Tornacenſi eccleſia ad quam tranſlatum eſſe Tullenſem epiſcopum haud æquo animo fers; putaſque tibi injuriam factam, quod preces tuas non exaudiverimus, quas pro Cardinali Conſtantienſi ad nos porrexiſti, & plurima ſubjungis, quæ paulo poſt ſeparatim attingemus. Sed prius quam hoc agemus, rem geſtam accipe: ſic enim & tua, & noſtra cauſa melius cognoſcetur. Fuerunt oratores tui vel bis, vel ter priuſquam vacaret eccleſia Tornacenſis, dixeruntque noſtrum anteceſſorem eccleſiam ipſam diſpoſitioni ſuæ reſervaſſe, ut contingente vacatione, illi provideret de perſona tibi accepta; petieruntque ut nos idem efficeremus: cum tuæ ſerenitatis plurimum intereſſet in ea civitate, quæ tua eſſet, epiſcopum præſidere tuæ majeſtati fidum, & acceptum. Item egere nobiſcum ducis Burgundiæ legati non ſemel, ſed iterum atque iterum, diœceſim Tornacenſem fere totam, & redditnum maximam partem in poteſtate ipſius ducis conſiſtere, ad quem magnopere pertineret epiſcopum Tornacenſem eum creari, qui ſibi amicus, & carus eſſet propter magnas, & opulentas Flandriæ civitates vicinas Anglicis, in quibus ſtatus ſui robur contineretur: adjicientes retroactis temporibus maxime a ſeptuaginta annis citra nunquam in ea eccleſia præfuiſſe, qui non ex charis Burgundiæ ducis fuiſſet: & quod nunc alter promotus ab Eugenio tandem tranſlatus extitit ad eccleſiam Narbonenſem, cum pace illic potiri non poſſet. Intelleximus rem utrimque arduam, atque perplexam: nec vel tuis, vel ducis oratoribus quidquid certi promiſimus; ſed negantes noſtri moris eſſe pro aliquo nominatim eccleſiam cathedralem reſervare, reſpondimus contingente vacatione nos eccleſiæ illi ita proviſuros, ut nulli cauſa querelæ merito eſſe debeat. Cumque tui oratores pro Conſtantienſi Cardinale reſervari eccleſiam peterent, Burgundi vero pro epiſcopo Trajectenſi, diximus aperte, nos uni duas eccleſias non commiſſuros prout illi efflagitabant. Hæc ſunt promiſſa noſtra: hæc acta nobiſcum ſunt ante vacationem eccleſiæ, eratque noſtrum deſiderium, ut nunquam hæc vacatio noſtro tempore intercideret, cum videremus abſque turbatione, & moleſtia huic eccleſiæ provideri non poſſe.

De Tornacenſi epiſcopatu lites graves inter Gallum & Belgam.

XLVIII. Verum nobis Senas ex Mantua reverſis, reddita ſunt autentica ſcripta, & mandata, per quæ Tornacenſis, & Tullenſis epiſcopi ex juſtis cauſis deſiderabant invicem eccleſias ſuas reſignare, & ad alterutrum transferri. Admiſimus nos reſignationes, & tranſlationes fecimus de fratrum noſtrorum conſilio. Deinde cum Viterbii eſſemus, antequam tranſlationes prædictæ effectum ſortitæ fuiſſent, nuntiatus eſt nobis obitus epiſcopi Tornacenſis. Commiſimus cauſam, ut fit, uni Cardinali, & facta eſt relatio in conſiſtorio, libere & graviter omnes fratres noſtri ſententias ſuas dixere. Placuit omnibus Tullenſem epiſcopum ad eccleſiam ſic vacantem transferri. Nihil ſine conſilio, & matura conſultatione fratrum egimus. Omnia vidit aperuimus, quæ vel tu, vel alii oratores in hac cauſa expoſuerunt: quanquam per ſeſe cuncta noſſent. Fecimus hanc tranſlationem ſuadentibus fratribus, quorum aliqui affirmaverunt Tullenſem olim epiſcopum tuæ ſerenitati & fidelem & acceptum eſſe: ne per ejus medium pater ille antiquus, qui multis annis cum laude Tornacenſem adminiſtrarat eccleſiam, in extremis vitæ ſponſæ ſuæ de hac perſona providendum eſſe cenſeret, non videbatur ejus, vel votum vel conſilium ſpernendum, fecimus ergo hanc proviſionem; nos vidimus, aut fratres noſtri viderunt, penſata rei & temporis qualitate, utilius poſſe provideri. Quod ſi hæc tuæ ſerenitati non placent, non eſt tamen, quod ea in tuam contumeliam facta eſſe dijudices: cum nos te amemus, & honoratum ſemper eſſe velimus. Sed jam ad partes tuæ epiſtolæ revertimur, eiſque quoad poſſumus ſatisfacimus.

Tullenſis ad eum tranſlatio.

XLIX. Dicis in primis te nunquam ceſſaturum, quouſque tua deprecatio exaudiatur. Non oportebit te diu contendere, ſi ea petieris, quæ cum honeſtate concedere valeamus: eſt enim lucrum noſtrum, cum tibi, cæteriſque Regibus juſta petentibus complacemus. Dicis te loqui de re tui dominii. Jureconſulti duplex dominium tradunt: alterum directum: alterum utile. Civitas ut ajunt, utroque jure ad te pertinet: diœceſis directa tantum. Nam utile ducis eſt, quod multi plures fatentur. Nec tua excellentia ſuper epiſcopatibus hactenus vim fecit, qui in ducatu Burgundiæ vacaverunt: quamvis aſſeras, & vere aſſeras principatum illum, ſicut & Flandriam a tua corona dependere.

Dicis te inſtare pro Cardinali, pro perſona digna, & bene merenti: nihil contra perſonam ejus dictum eſt. Laudamus hominem, & quovis honore dignum cenſemus; cui Cardinalatus inſignia miſimus rubrum pileum: quamvis ægre ferimus, ſi verum eſt, quod nobis aliqui retulere, eum ſcilicet in tua curia non uti Cardinalatus inſignibus, quia non acciperetur cum honore decenti. Quod ſi ita eſt decet tuam excellentiam, quæ dicit ſe Cardinales amare, in hac re ita providere, ne dignitas cardinalatus in tua curia minor aut abjectior quam in aliis videatur.

Monita Carolo VII. data ut congruum cardinalitiæ dignitati honorem tribuat.

L. Dicis non decere Cardinalem pati repulſam. Non patietur ſi ea petierit, quæ abſque

quæ alterius injuria cum Dei beneplacito concedi poſſunt. Dicis eccleſiam fuiſſe reſervatam, & eam hanc a prædeceſſore noſtro Calixto præconceſſam. Cum Calixtus obiit, omnia ejus promiſſa interierunt. Si vixiſſet in hanc uſque diem, vidiſſet cui mos geſtus eſſet. Nunc de eo nihil poſſumus judicare. Sciunt docti reſervationes ſuas ad noſtra tempora non extendi.

Refractæ vanæ Regis Caroli querelæ. Dicis oratores tuos impatienter a nobis auditos fuiſſe, & vacuos remiſſos. Si legati noſtri ita in tua curia benigne viderentur, & audirentur, ſicut tui in noſtra, multo frequentius, quam faciunt, nuntii noſtri ad te accederent. Sed tui quoties volunt diu noctuque nos adeunt, & quæ volunt dicunt: noſtri vix pluribus in menſibus tui copiam habent, nec a tuis curialibus benigne viſuntur: quamquam tua majeſtas, in omni audientia modeſta eſt, & perhumana. Neſcimus quis ille eſt, qui ſe dicat a nobis impatienter auditum. Duo Cardinales ex tua natione interfuerunt, quando ultimum in hac re oratorem tuum audivimus, Rothomagenſis, & Avinionenſis: ipſi teſtari poſſunt quia uſque in finem omni cum manſuetudine hominem audivimus: quamquam reſpondendo aliqua ejus verba parum moderata reprehendimus. Remiſimus illum vacuum in petitione tua, ſed plenum in ſuis: nam gratias, quas a nobis petivit, cunctas intuitu ſerenitatis tuæ conceſſimus. Libentius tuas quam ſuas preces audiſſemus: ſed rei difficultas non patiebatur. Hic cum tibi ſatisfacere non poſſet, ſatisfecit ſibi & immemor acceptæ gratiæ nos criminatus eſt.

LI. Dicis neque Hadrianum Caroli Magni, neque Leonem Othonis ita interceſſiones remiſiſſe, ut nos tuas repulimus, & quod nemo conſecrabatur epiſcopus, niſi laudatus, & inveſtitus a tuis prædeceſſoribus: quid feciſſent illi duo Romani Pontifices in hoc caſu neſcimus; quid fecimus, ipſi ſcimus & facti noſtri rationem reddere poſſumus. Carolus

Inveſtituræ Regibus ob hæreticorum factiones conceſſæ. & Otho Romanorum Imperatores fuere, & hoc privilegium a Romana ſede obtinuerunt quod refers, propter ingentia merita, & quia ita tempora poſcebant, & Arrianorum aliorumque hæreticorum factiones, quas Imperatorum malleo conterere oportuit: ſed cum hoc privilegium vergeret ad noxam, revocatum eſt, & ſucceſſores illorum Imperatorum illi renuntiarunt in conventu Vormatienſi: nam ſicut Ezechias ſerpentem Æneum a Moyſe erectum in eremo abſtulit atque conflavit, quoniam idololatriam inducebat, ita & privilegia auferenda ſunt, quæ propter utilitatem publicam conceſſa inveniuntur eſſe damnoſa. Subjungis quod

Jure poſtea revocari potuere. neque Calixtus, neque Nicolaus, neque alius ſimile adverſus te attentaſſet ejus, quod nos fecimus. De mortuis non eſt noſtrum judicare, quod facturi fuiſſent in humanis agentes: nos certe adverſus te nihil ex propoſito egimus, nec tibi adverſati ſumus, neque acta noſtra attentata dici debent, quæ fiunt in ſenatu apoſtolico, in loco, quem Dominus elegit, in prima mundi ſede, in beati Petri auditorio, in Chriſti ſalvatoris tribunali: videant ne ipſi attentatores ſint, qui nobis reſiſtunt, & decreta noſtra impugnant, & apoſtolicis adverſantur mandatis.

Dicis præter ſpem tibi eveniſſe, quod in LII.
re tam honeſta adverſantem invenires Romanum Pontificem. Vide quid dicas; ſi tu id vis, quod Papa non putat faciendum, non Romanus Pontifex tibi adverſatur, ſed tu ei adverſaris, ac patri, & magiſtro tuo contradicis, cujus eſt de honeſtate judicium longe majus quam tuum. Dicis ſi tandem ita fiet, ut cœptum eſt, te non abs re putaturum adverſus te conceptum odium. Abſit a tua bonitate iſthæc cogitatio: nos quæcumque agimus in juſtitiæ trutina ſuſpendimus, nec nos unquam aut odium aut gratia ex tramite recto deturbabit. Mitte has ſuſpiciones, neque his aures adhibeto, qui peſſimum virus tuis auribus inſtillare conantur. Velis cuncta penſare, neque hominibus ſuæ rei affectis, neque etiam tibi ipſi credito. Audi viros Deum timentes, & an liceat tibi judicare ſedis Apoſtolicæ judicia plane cognoſces & intelliges, nihil nos in tuam ignominiam aut molitos eſſe, aut moliri velle. Addis tandem bona, & digna bono Rege: Abſit, inquit, inter quos decreta patrum pacem, & charitatem ſervari volunt ſcintillum creſcere diſſidii. Idem nos notum facimus, nec noſtra culpa inter te noſque unquam ſuborietur diſcordia. Faxit divina pietas ne caſtam tuam, & piam mentem delatores eludant, & ne tibi falſa pro veris oſtendant.

Dicis te obſequentiſſimum, & obedientem LIII.
ſanctæ Romanæ eccleſiæ filium. Hic petimus ne moleſte pauca feras patris verba; audies Verba charitatis, & fidei. Neque movearis, ſi amaritudinis aliquid habent:
Increpitus Gallorum Rex cur pragmaticam defendat. dulcia fient, & ſuaviſſima, ſi bono corde audiantur. Dicis te filium obedientem. Parce, fili, ſi hoc parumper negamus: ſi filius obedientiæ es, cur pragmaticam ſanctionem tenes atque defendis? Eugenius te hortatus eſt, ut illam dimitteres, quæ non eſt ſecundum Deum: idem petiit Nicolaus, idem rogavit Callixtus tres Romani Pontifices, ſancti & venerandi patres modo nuntiis & legatis, modo literis te rogavere, ut pragmaticam relinqueres magni in eccleſia diſſidii ac mali cauſam: nunquam audiviſti in hac parte vocem Romanæ eccleſiæ. Ubi ergo tua obedientia? ubi devotio? ubi religio? plus regni tui aliquibus prælatis, quam Romanæ ſedi auſcultaſti. Loquimur cum fiducia, ſine felle, ſine arrogantia, amor in te noſter nos loqui urget. Deus in terris per filium ſuum Jeſum Chriſtum crucifixum apoſtolicam ſedem erexit, ac ſuum

tri-

tribunal, & primum eſſe voluit: nulla poteſtas eſt, quæ huic æquari poſſit: hæc de omnibus hominibus, ac dignitatibus judicat, eam ſolus judicat Deus: non eſt de grege dominico, qui Romanum Pontificem ſuum eſſe negat paſtorem. Audi quid dicat Dominus: Qui non colligit mecum deſpergit; *certe cum Chriſto non colligit, qui cum vicario ejus non ſeminat. Pragmatica ſanctio, quam tui ſubditi obſervant, non eſt ex apoſtolico ſemine, quippe quæ neque auctoritate apoſtolica, neque concilii generalis alicujus auctoritate firmata eſt: nam & ſi decreta aliquorum conciliorum in ea inſerta ſunt, & Pontificum ſanctiones; nihil tamen ita receptum eſt, ut promulgatum fuit, ſed vel additione facta ſunt, vel mutilatione, quod prælatis tui regni facere haudquaquam licuit, & ſine damno animarum ſuarum illis ati non poſſunt. Tacemus quod multa laicalibus manibus pragmatica concedit, quæ neque humana neque divina jura permittunt. Patere hæc dici, fili, atque invitus audias veritatem. Tui aliquando anteceſſores pragmaticam ferme ſimilem ordinarunt; ſed videntes id ſine ſede Apoſtolica facere non poſſe, abſtinuerunt: ſequere veſtigia majorum tuorum, & dimitte hanc pragmaticam, quam Chriſtianiſſimi tui anteceſſores ignoraverunt; & ſi quid eſt, quod reformandum ſit in eccleſiaſtico regni tui ſtatu, conſule Apoſtolicam ſedem, quæ tuis honeſtis deſideriis nunquam deerit, atque hoc modo filium te obedientem, & obſequentiſſimum appellare veriſimile poteris, ſimulque tibi conſules, ac regno.*

Non eſt de grege dominico qui Romanum Pontificem ſuum negat eſſe paſtorem.

Pragmatico ob injuſtitiam ultro reſciſſa.

LIV. *Dicis te nunquam preces porrexiſſe nobis niſi honeſtas, & mature penſitatas: Nihil adverſamur, ſed preces etiam honeſtas immutant tempora, & negandas reddunt multis ex cauſis, & multa faciem honeſti habent, quæ diligentius inſpecta injuſtitiam continent. Addis te ad injuriam receptorum, niſi quæ poſtulas impetres. Injurius eris ipſe, ſi ſine cauſa te paſſum injurias dixeris, & præſertim ab ea ſede, quæ mater eſt juſtitiæ, & æquitatis. Poſtremo per amicitiam, per charitatem, per pacem, quam erga te ſervare debemus, multum rogitas, ut precibus tuis annuentes Tornacenſem eccleſiam Cardinali Conſtantienſi committamus, & Tullenſis epiſcopi tranſlationem revocemus. Non egemus tot adjurationibus, aut tot precibus: noſtra apte natura tibi morem gereremus, ſi res ipſa ferret: ſed audiviſti quomodo res geſta eſt: jam Tullenſis tranſlatus eſt ex conſilio univerſi ſenatus apoſtolici, & ſuæ eccleſiæ alter præfectus, quomodo fiet quod petis ſine injuria? Jam eo ventum eſt, ut parti quæſitum jus ſit, id ſine cauſæ cognitione auferri non debet. Quod ſi, ut tui oratores dixere, & tuæ literæ ſonant, præjudicium tibi factum putas, & hanc tranſlationem jure exiſtimas revocandam, judicium tibi rectum æquumque offerimus. Cauſa hæc de majoribus eſt, & ad ſedem Romanam pertinet: perſuade tibi, & nullatenus dubites, ſi cauſa cognita invenerimus ita eſſe, ut arbitraris, facile obtinebis ab hac ſede, quæ voles; nihil enim magis optamus, quam tuæ ſerenitati per juſtitiam complacere. Hæc ad tuas literas: ad ea, quæ ſecretarius tuus expoſuit, non cenſemus reſpondendum, ea enim dixit, quæ de tua mente nullo modo eſſe putamus. Dat. Romæ, &c. MCCCCLXI. VIII. kal. maii anno III.*

Nec modo Reges per fas nefaſque privata commoda aucupari, Pio epiſcopos LV.
ipſis inconſultis præficienti obluctati ſunt, verum etiam Franciſcus Sforzia dux Mediolanenſis, quamvis ipſi devinctus, Jacobum Lucenſem, qui ab epiſtolis Pontificii erat, ad Ticinenſem eccleſiam provehenti adverſatus eſt, atque in tantam accenſus eſt iram, ut minitaretur, ni alium crearet epiſcopum Papienſem, ſe Piccininum ſibi conciliaturum, atque ad invadendam eccleſiaſticam ditionem *immiſſurum*. Verum eas minas contempſit Pius, ac bellum ſe bello propulſaturum conſtanter reſpondit. Commotas denique iras compreſſit Franciſcus, & Jacobum eccleſiæ ſuæ poſſeſſione potiri permiſit. Is eſt Jacobus, qui purpura ſacra poſtea donatus, Cardinalis Papienſis appellatus eſt, doctrinæ laude præclarus, cujus luculentæ extant elucubrationes, quæ nobis in conſcribenda hiſtoria ſunt uſui. [1]

Decreta eſt hoc anno a tribus patriarchis orientalibus Alexandrino, Antiocheno & Jeroſolymitano ad Romanum Pontificem inſignis legatio, qua Moyſes archidiaconus Antiochenus perfunctus eſt: ſignificabant ii admiſſa abs ſe decreta con-

NOTÆ [1] SErmo hic in annalibus inducitur de Jacobo Lucenſi, qui hoc anno Ticinenſes infulas a Pontifice delatas, renitente licet Franciſco Sfortia, obtinuit. Porro virum hunc Lucenſem fuiſſe, non quidem in urbe natum, ſed in Lucenſis ditionis oppido, eruditi omnes facile conceſſerint, qui noverint illum plus vice ſimplici Lucenſem ſeſe in ſuis epiſtolis appellaſſe. Sed de certo natalis loco varia fuit doctorum ſententia; quam tamen modo ſcripto ea de re eleganti, ac erudito diſſertatione ſuſtulit vir eruditus, congregationis meæ lumen P. Sebaſtianus Pauli Lucenſis, qui adductis documentis demonſtravit natale ejus ſolum non quidem Piſcienſe oppidum tunc Lucenſis, nunc vero Florentinæ ditionis, ſed locum humilem, Pontoro appellans, prope Villæ Baſilicæ nobile oppidum fuiſſe. Rei fidem poſteris exhibent veteri pictura nunc pariter conſpicua cardinalis ejuſdem inſignia gentilitia, quæ ædiculæ cujuſdam, ſumptibus ejuſdem Jacobi, in loco natali excitatæ faciem exornant. Ex Amalnatorum familia, potenti olim inter Lucenſes; tunc vero potentia

concilii Florentini, orabantque Latinos, ut ex eorum cervicibus Mahometicum jugum depellerent, de quibus hæc tradit Joannes Gobelinus (a): *Circa hoc tempus adiit Pontificem Moyſes archidiaconus Antiochenus vir Græcis, ac Syriacis literis eruditus, & magni apud orientales nominis. Hunc tres patriarchæ miſerunt Antiochenus, Alexandrinus, ac Jeroſolymitanus, & plurimi alii principes Chriſti cultores. Legatio ejus hujuſmodi fuit: Venisse olim ad Pontificem Eugenium, inquit Imperatorem & patriarcham Conſtantinopolitanum, & in concilio Florentino nomine orientalis eccleſiæ cum occidentali de proceſſione Spiritus Sancti, de igne purgatorio, de pane azymo, de primatu Romanæ eccleſiæ, & aliis pleriſque, de quibus antea diſceptaverant, conveniſſe: decretumque deinde fuiſſe factum, quod tres patriarchæ, qui miſerant, non ſuſcepiſſent ſatore zizaniorum impediente: deinde bono commotos ſpiritu, conventu ſubditorum habito, ſuſcepto per omnia decreta Romano Pontifici ſeſe commiſiſſe, velleque illi tamquam Jeſu Chriſti vicario deinceps obtemperare, atque ad ea nuncianda ſe miſſum. Audivit Pontifex legationem & privatim & publice, & collaudatis patriarchis ſcripta, quæ Moyſes attulerat, in Latinum tranſlata in archiviis eccleſiæ Romanæ recondi juſſit, ipſumque donatum ad propria remiſit.*

(a) Gob. l. 4.

Trium patriarcharum legatio ad Pium.

Admiſſa ob iis decreta Florentini Concilii.

LVI. Monobaſſienſes Pontificio imperio ſe ſubmittunt.

Adjungit Gobelinus inſignem aliam Monobaſſienſium legationem, qua fidei, & imperio ſedis Apoſtolicæ ſe addixerunt. Munitiſſima ſitu eſt ea urbs cincta undique rupibus, & anguſto tantum tramite adeunda, unde Monobaſiæ nomen traxiſſe refert Phrantzes (b): cæterum mari imminet; ut facile ejus imperio ob egregium portum potiri aptaque ſit urbs gerendis rebus ad educendas in Turcas terreſtres copias. Excepti illi a Pio fuere perhumaniter, & in Romanæ eccleſiæ clientes nuncupato fidei ſacramento admiſſi; rem geſtam narrat hiſce verbis Gobelinus (c): *Paucis deinde ſecutis diebus legati ex Monobaſſia Pontificem adeunt, ſe atque urbem dedentes. Ea eſt Peloponeſi civitas ad orientem Cherſoneſi in altiſſimo monte jacens rupibus undique præruptis tuta, unius tantum aditu juncta continenti, portu & navalibus quondam ornata, Lacedæmonem hic olim fuiſſe quidam opinantur Græciæ robur ac columen, nobis incertum.*

(b) Phrantzes l. 3. c. 24.

(c) Gob. l. 4.

Legati publice audiri: Reſpice nos Pie Pontifex, dixere, niſi manum porrigis, præda Turcarum ſumus. Demetrius Palæologus noſter dominus fuit: is ad Turcas defecit, noſque in eorum poteſtatem traducere adorſus eſt: ſenſimus ac prævidimus dolos arcem invaſimus, uxorem ejus ad virum remiſimus, Turcis aditum clauſimus, accerſivimus Thomam Demetrii fratrem, rogavimuſque, urbem quæ ſua eſſet, germano ad hoſtes deficiente, ut acciperet ac defenderet. Negavit Thomas eas ſibi vires eſſe, quibus tueri nos poſſet, hortatuſque eſt, ut vel te, vel alium dominum aſſumeremus. Conſilio his de rebus habito placuit omnibus ad pietatem tuam recurrere, tibique populum & civitatem tradere. Accipe igitur ſupplices, ac ſubveni miſeris; ne contempſeris urbem noſtram ad res in Græcia gerendas accommodatiſſimam. Si claſſem ſtatueris in orientem mittere, apud nos ſtationem, & tutiſſimum refugium inveniet: ſi nos relinquis, cogimur jugum ſubire Turcarum non ſine tuo dedecore, & reipublicæ Chriſtianæ maximo detrimento.

Motus his Pontifex illacrimatus eſt mundanarum rerum varietatem animo volvens: nam quæ olim civitas Græciæ domina Aſiam & orientem potentiſſimis claſſibus infeſtavit, orbiſque magnam partem ſibi ſubjecit, eo demum redacta eſt, ut ſtare non poſſit, niſi dominos in occidente quærat, atque illis ſeſe dedat & commendet, quorum ingenia prius & opes contempſerat. Jannotius, quem ſupra in Peloponeſum ex Mantua miſſum retulimus, legatorum comes fuit, multaque de Monobaſſia locutus locum natura munitum, ſi parvo præſidio defendatur, inexpugnabilem dixit, Pium magnopere exhortatus, ne tantam recuperandæ Græciæ occaſionem prætermitteret. Annuit Pontifex, juſſiſque legatis in ſua verba jurare Monobaſſiam ſuo, & eccleſiæ Romanæ nomine in deditionem accepit, miſſo præfecto, qui populo jus diceret, & annonam, cujus erat vacua civitas, miniſtraret. Cau-

Spartani olim dicti.

Miſſi ad eos præſidiarii cum commeatu.

NOTÆ tentia ipſa ſua, ibidem ſed alibi ſatis adhuc florenti oppreſſa, fatus, a Pio II. in Piccolomineam ſpecie quadam adoptionis, aſcitus fuit. Quam pontificis gratiam viro conciliavit ingenium ſingulare, eloquii candor, in negociis tractandis dexteritas cum prudentia & fide conjuncta. Eo pontificis favore velificante ad ſummas quaſque dignitates itinere ſatis expedito, perveait. Nam principio quidem apud Calliſtum III. dein & apud eumdem Pium II. a ſecretis adſtitit; tum Piceni præfectura ab eodem donatur. Hoc vero anno Ticinenſes infulas obtinuit; deinque viginti poſt menſes, ut ipſe in ſecundo commentariorum ſuorum libro teſtatur; adeoque anno ſequenti, & quidem menſis decembris die XVIII. Ciaconio teſte, S. R. E. cardinalis renunciatus fuit; annoque tandem 1479. die IV. id. ſeptembris obiit, ſuperſtes tamen apud ſeram poſteritatem ſcriptorum ſuorum fama perſeverans. Edidit enim præter epiſtolas ſane multas & cultas, commentariorum librum, quo ſui temporis res per quinquennium geſtas uſque ad annum 1469. perſequitur. Cætera tanti viri adhuc latent, quorum oblivionem ſeu jacturam, præſertim commentarii de vitis pontificum Romanorum, eruditi omnes deplorant. Mansi

LVII. Cauſam ob quam Monobaſſienſes in ſedis Apoſtolicæ fidem ac poteſtatem venere, aperit Phrantzes (a), nimirum Mahometem, dum Thomas Achaiæ deſpota fratrem Demetrium ob initum cum Turcis fœdus bello urgebat, & Meſſeniaci ſinus urbes expugnabat, utriuſque ſeu hoſtis amicuſve eſſet opprimendi occaſionem arripuiſſe: provolaſſe itaque maximo ſuccinctum exercitu Spartam, ejuſque viribus imparem Demetrium venienti obviam proceſſiſſe, ſeque & Spartanos illi dediſſe. Redactus ita in Mahometis poteſtatem Demetrius principatu cedere Turcicoque adjungere imperio, tum filiam thoro Mahometi jungere juſſus eſt: qui mutire contra non auſus nobiles Græcos Turcaſque Monembaſiam, ubi illa verſabatur miſit, ut Reginam ad ſponſum deducerent, urbiſque dominatum occuparent: at Monembaſiotæ hortatore Manuele Palæologo arcis præfecto Demetrii quidem filiam dimiſere, at negarunt urbis deditionem ſe facturos, cum illa præclarum ob ſitus munitionem naturæ donum eſſet, ac non niſi nutui divino obtemperaturos, nec de iis, quæ Deus condidiſſet, decernendi ullam habere poteſtatem; mox vero Thomæ Deſpoto ſe commiſiſſe, illumque ad pontificiam ditionem ipſos ad eliciendа auxilia traduxiſſe.

(a) Phranz. l. 3. c. 24.

Demetrius a Mahomete ſocio oppreſſus.

Ut Monobaſia reſtiterit Turcis.

LVIII. Excluſus a Monembaſiis Mahometes in Bordonios duxit (b) exercitum, qui mox præcipiti fuga oppidum deſeruere: inde ſui terrorem Caſtritzenſibus oſtentavit, qui ſpontanea deditione jugum Turcicum ſine mora ſubiere. At quamvis Demetrii fœderati, ac ſoceri Mahometis clientes eſſent, ea deditio non profuit, cum is Chriſtianorum carnifex hauriendi ſanguinis rabie percitus, ſpreta data fide, ipſos partim palis ſuffigi, partim capite truncari juſſerit, quare Monembaſiotas ſibi præclare conſuluiſſe cognitum eſt: de quibus antea dicta ex Pii Pontificis ad Cardinalem Beſſarionem in Germania legatum literis (c) confirmantur.

(b) Eod. lib. c. 25.

Græci dedentes ſe Mahometi ab eodem palis ſuffixi.

(c) Lib. brev. pag. 139.

Pius, &c. Monobaſienſes Amorrea id eſt Peloponeſi vulgo Moreæ *civitas, videntes deſpotam Demetrium ad Turcum conceſſiſſe, cum dilectus filius Jannonus Cremenſis, quem miſſum a ducиſſa Mediolani in locorum illorum præſidium noſtis illuc forte appelleret, libere ſe ipſos, & civitatem Romanæ eccleſiæ dedederunt, fidelitatemque ipſi Jannono noſtro nomine recipienti cum ſolemnitate juraruut. Oratores quoque una cum oratoribus Thomæ deſpotæ huc venientes hanc ipſam deditionem in collegio fratrum & prælatorum conſpectu fecerunt, Thomaſque ipſe omni jure, quod ſibi forte in eo loco competeret, libere ceſſit. Eſt ea civitas, opportunitate loci, & præſidio naturæ ita diſpoſita, ut non ſolum tutum receptum Chriſtianorum auxilii illuc forte mittendis, ſed facilitatem quoque ad recuperandam Peloponeſum datura appareat. Hæc ad conſolationem tuam ſignificandum tibi putamus, &c. Dat. XII. ſeptembris Corſiniani.*

Thomas in gratiam Pontificis ſuo jure cedit.

LIX. De ea Monobaſienſium deditione voluntaria, addictaque Pontifici fide editæ ſunt publicæ tabulæ quæ in archivo Romanæ eccleſiæ fuere reconditæ, ut Pius in literis proximo anno ad Monembaſiotas datis teſtatur (d), quibus Gentilem Marcoſium præfectum Monembaſiæ excipere, illique arcium poteſtatem tradere juſſit.

(d) L. 12. p. 288.

Pius, &c. dilectis civibus habitatoribus, & incolis eccleſiaſticis & ſæcularibus civitatis noſtræ Mombaſiæ provinciæ Lacedemoniæ in Peloponeſo noſtris, & S. R. E. devotis & fidelibus ſubditis ſalutem, &c.

Paucis ante menſibus venerunt ad præſentiam noſtram, dum in civitate Senenſi cum noſtra Romana curia reſidebamus, in frequenti audientia, aſſiſtentibus ibidem venerabilibus fratribus, & dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus, & diverſarum civitatum archiepiſcopis, & epiſcopis, & prælatis, ac Regum, & principum quorundam oratoribus dilecti filii .. veſtri oratores viri honeſti, & graves, præſentibus etiam ibidem dilectis filiis Joanne de Haglis, & Zanino de Crema milite honorabilibus oratoribus ad nos miſſis dilecti filii nobilis viri Thomæ Paleologi deſpoti Achaiæ illuſtris, audientibus, intelligentibus, & approbantibus nomine quoque, & vice ipſius Thomæ conſentientibus: veſtro enim tam eccleſiaſticorum, quam ſæcularium civium incolarumque, ac civitatis nomine & vice nobis, & Apoſtolicæ ſedi civitatis noſtræ Monabaſiæ, & veſtrum, ut præfertur, omnium ſolemniter & evidenter in primis patrio veſtro ſermone deditionem facientes, & homagium tamquam vero & indubitato veſtro domino pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum tam in ſpiritualibus, quam temporalibus tactis ambabus manibus ſacroſanctis evangeliis, genibus coram nobis flexis, in forma per Apoſtolicam ſedem ſervari conſueta, fidelitatis juramentum præſtiterunt, ſupplicando etiam, quod nobis privilegia veſtra, quæ hactenus ſub deſpotis aut quibuſcumque aliis dominis veſtris in temporalibus habuiſtis, ac etiam in ſpiritualibus, dignaremur in omne tempus robur habitura, confirmare noſtra, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate apud ſucceſſores noſtros eodem tenore permanſura.

Sacramentum fidei a Monabaſienſibus nuncupatum.

Quorum nos ſupplicationibus, & votis, utpote honeſtis, & rationabilibus gratioſe inclinati libenter annuimus, & conſenſimus, prout in noſtris ſub data Senis v. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno tertio ſuper inde confectis literis plenius continetur. Ut autem prædicta effectualiter ſuam debi-

tum conſequantur effectum, mittimus in præſentiarum dilectum filium Gentilem de Marcolfis de Spoleta, ut a vobis poſſeſſionem realem, actualem, & corporalem civitatis Monabaſiæ ejuſque arcium, fortalitiorum, terrarum, & tenimentorum per receptionem clavium, portarum civitatis, & arcium prædictarum requirat, & introeat, recipiat, & nanciſcatur, civitatemque ipſam atque omnes, & ſingulos ejuſdem, & locorum prædictorum homines, & perſonas utriuſque ſexus nominibus prædictis ad fidelitatem, devotionem, reverentiam, & obedientiam noſtram, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & eorum regimen, dominium, & gubernationem, nominibus prædictis recipiat, teneat, regat, gubernet, & adminiſtret, aliaque omnia, & ſingula faciat, ordinet, diſponat, & exequatur, quæ in prædictis, & circa ea noverit opportuna, quocirca, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLX. III. kal. martii pontificatus noſtri anno III.

LX. Tenue præſidium ſubmiſſum a Pio orientalibus. Submiſſæ ſunt tenues in Peloponeſum auxiliares copiæ, atque ideo ea peninſula in Turcarum poteſtatem cecidit; ac Thomas deſpota Achaiæ celeri fuga proripere ſe in occidentem coactus eſt, ut dicetur inferius, quinetiam ob Ferdinandi & Gallorum in Neapolitano regno bella Scanderbegus, qui in oriente infelicium Chriſtianorum unicus defenſor erat, laturus opem Ferdinando, cujus erat cliens, principatum enim Alfonſo Regi, ut eum contra Turcas tueretur, videtur addixiſſe, antequam Macedonia abiret Pium conſuluit, qui ipſi hoc reſponſum dedit (a).

(a) *Lib. brev. p. 162.*

Pius Papa II. Scanderberg ſalutem, &c.

Scanderberg opem Ferdinando ferre meditatur. *Dilecte fili, &c. Veniens ad nos dilectus filius Martinus Miſiachius miles, & tuus orator retulit nobis, quemadmodum in his moleſtiis, quæ Chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Siciliæ Regi illuſtri a ſuis hoſtibus inferuntur, ſtatueras fideles ſubditi officium adimplere, & in regnum Neapolitanum adveniens illi pro viribus tua opem afferre. Addidit quoque quod, cum ſine manifeſto periculo amiſſionis locorum, quæ in Albania tenes, diſceſſus tuus eſſe non poſſit, permittere tibi vellemus, ut cum Turcho poſſes paciſci, vel ſi hoc non probaremus, legatum noſtrum iſtuc mitteremus, qui poſſeſſionem defenſionemque dominii tui ſuſciperet. Ad hæc, dilecte fili, reſpondimus Romano Pontifici non convenire licentiam cuiquam dare, ut cum infidelibus paciſcatur, quorum nulla conventio Dei aſſenſione eſt vacua: mittere autem legatum, qui loca tui partes illas tueretur, diximus nec utile ad id quod quæritur eſſe, nec nobis propter impotentiam facile. Verum cum Veneti paratam claſſem jam habeant, & potentes admodum ſint, interceſſuros cum eis, ut dominii antedicti protectionem ſuſcipiant, nec diffidere nos id eſſe facturos. Hoc idem autem tuæ nobilitati per literas reſpondemus, dolentes admodum inventam non eſſe in principibus Chriſtianis eam devotionem ad opus fidei, quam ſperabamus, nec tales eſſe noſtras, & Eccleſiæ vires, ut tuæ nobilitati auxilia præſtare poſſimus, quæ conſtantiæ, & operibus pro fide ſuſceptis deberi cognoſcimus. Propoſitum autem tranſeundi ad defenſionem antedicti Regis, quem de te benemeritum memoras, plurimum commendemus, non dubitantes adventum tuum magnæ illi utilitati ad omnia bene gerenda futurum, teque ex eo plurimum veræ laudis eſſe conſecuturum. Confidimus quoque regiam ſerenitatem ſuam bene fidei præſtantiam attendentem præmia retributurum, quæ in tali neceſſitate ſunt debita, noſque ad eum efficaces literas dedimus, & vehementer ſumus hortati, ut mentem hanc tuam grate ſuſcipiat, dignamque habeat ejus fidei, & conſtantiæ rationem, quam in paucis invenit. Non dubitamus ſuam ſerenitatem noſtras exhortationes, & facta tua intuentem honorifica gratitudine erga te eſſe uſurum. Dat. XXIX. junii, &c.*

Laudatum a Pio ejus conſilium.

LXI. De Georgio Scanderbego meminit Raphael Volaterranus (b), ac tres familias fuiſſe olim Epiri dominatrices, nimirum Comnenorum, Arianitarum, & Caſtriotarum: expulſas autem regno ſe vidiſſe ait: additque patrem Georgii Joannem Dobrienſem interiora Albaniæ tenuiſſe, periitumque bello ab Amurathe minorem natu filium puerum annorum novem Georgium obſidem dediſſe, tum ſubjicit: *Hic & indole & virtute crevit heroica, & robore corporis incomparabili: quapropter Amurathes eum in ſuam ſectam aſcivit, vocavitque Scanderbech, quod lingua Turcarum Alexandrum dominum, ſive magnum ſignificat. Hic plures ei provincias acquiſivit, inter quas & Moeſiam adſecutus Georgio Vucbaruch deſpoto, ac Novomonte ejus regionis metropoli expugnata, ubi auri argentique fodina dicuntur eſſe. Extincta patre, ac fratre Caraguſio natu majore, Georgio, qui erat abſens apud Adrianopolim, Amurathes regnum paternum tradidit. Interea Eugenius IV. audita fama hunc per nuncios & literas ad noſtros, & fidem priſtinam reducere conatur. Ille confeſtim obtemperat, ac rebellans tot pro religione res geſſit, quot antea contra; ac de improviſa Crojam, Sfetigradum, Steluſium, Modriſiam, & Ternacium oppida in ea regione occupat, Amurathes contra eum Aſambech fratris ejus filium primo, deinde Uranum duces cum copiis mittit Crojam. Quatuor jam menſes obſidebant, cum moritur, ac filius Mahumethes miſſis totidem ducibus, quos baſſas vocant, fruſtra urbem inſtaurat, cum ille ſemper parva manu ingentes hoſtium catervas funderet, ac fugaret. Sed*

(b) *Volater. l. 8.*

De Scanderbegi geſtis.

& uno

& uno tempore Venetos quoque bello laceſſebat : cauſa fuit, quod illi pactam pecuniam majoribus ſuis ob ablata Albaniæ oppida pendere negabant. Itaque Dyrrachienſem, deinde Danienſem, Scodrenſem, & Drivaſtenſem agros late populatus eſt, Venetorum exercitum ad Drinum fluvium occurrentem fugavit. Tandem inter eos conventum ſequeſtra pace per Antonium Venerium Albaniæ proviſorem, ut illi Scodra, & agro, quem ceperat, cedenti mille quingentos aureos quotannis tribuerent. Poſt hæc cum Pii II. Pontificis nuntiis ſolicitatus auxilio Ferdinandi Regis in Italiam trajiceret, cum Baroli a Joanne Antonio principe Tarentino, Joanne quoque Renati Regis filio Andegaviæ duce, ac Joanne Piccinino obſeſſum e veſtigio liberavit. Romam deinde cum veniſſet, mox domum remeavit, ubi parvo poſt tempore veneno abſumptus dicitur. Addit Volaterranus illius uxorem ſuo tempore vixiſſe Neapoli, ejuſque filium a Mahomete fuiſſe pulſum. At de his poſtea.

LXII. Cæterum hoc anno Joannes dux Lotharingiæ Renati Regis filius, pellectis ad ſuas partes plurimis (a) proceribus, inter quos eminebat Joannes Antonius Urſinus princeps Tarentinus, Antonius Caldora, Petrus Joannes dux Soræ, Nicolaus Campibaſſi comes, Hercules Aceſtinus, & Piccininus multarum copiarum dux, qui ea Piceno, quamvis Pius eccleſiaſticas illi copias oppoſuiſſet, in Aprutium ſigna traduxit (b), tentato fruſtra Aſculo, & vexillo pontificio ad deludendos Romanæ eccleſiæ vectigales abuſus, late victorias protendit, & Aquila, Luceria, Foggia, Sanſeverino, Troja, Manfredonia, pluribuſque aliis urbibus potitus (c) eſt. Adverſus quem Pius ex inito cum Mediolanenſi duce fœdere auxiliarem exercitum Simonetto duce Ferdinando ſubmiſit: tum illum monuit (d), ut Gallos propere expugnaret, cum Genuæ claſſis in ipſum, opem Gallis allatura, inſtrueretur. Cum etiam vereretur Pius, ne Galli bello ab ipſo petiti Avenionem oppugnarent, Fuxenſem Cardinalem, qui Venuſinum comitatum tegebat, tueri ſe fortiter, ſi qua vis ingrueret, juſſit (e). Auctus porro eccleſiaſticis copiis Ferdinandus in Gallos ſigna extulit, ipſoſque ab agrorum graſſatione cohibitos intra Sarnum compulit: cumque extraheretur obſidio, timens ne ſui paulatim dilaberentur, vi oppidum capere conſtituit: ſed cum impreſſio hoſtilis facta eſſet, Joannes Lotharingiæ dux princepſque Tarentinus adeo fortiter Ferdinandi excepere impetus, ut ejus exercitum conciderint, ac Ferdinandum Neapolim fuga ſe proripere coegerint, de qua clade Pius hæc ad Beſſarionem Cardinalem ſcripſit (g): *In Italia*

(a) *Collenut. l. 6.*
Plures proceres Gallicas partes ſequuti.
(b) *Gob. l. 4.*
(c) *Id. l. 6.*
(d) *Collen. l. 6.*
Submiſſus a Pio exercitus in regnum Neapol.
(e) *Pius lib. brev. p. 164.*
(f) *Ib. p. 109.*
Ferdinandus ad Sarnum fuſus fugatuſque.
(g) *Pius lib. brev. p. 130.*

præter regnum Neapolitanum quieta ſunt omnia: ad ſeptimum julii, Ferdinandus Rex cum obſeſſos hoſtes imprudentius aggrederetur, inſignem cladem accepit, quæ pene exploratam victoriam de manibus ſuis eripuit: paulatim ſe tamen collegit, & ad novam defenſionem quæ poteſt undique contrahit, &c. Datum ultima julii.

LXIII. Parta ea a Gallis victoria omnia ad victores prona, Ferdinando aſpera viſa ſunt; Salerni princeps, cui etiam parebat Nola, dux S. Marci, & univerſa Severina ſtirps opibus, & ſanguinis claritate conſpicua in Gallorum partes tranſiit (h): In Aprutio autem Piccininus contra pontificiarum copiarum auxiliarium Ferdinandi duces, nimirum Alexandrum Sforſiam & Fridericum comitem Urbinatem magnam pugnam conſeruit, in qua multus utrinque fuſus ſanguis, pendente & ambigua victoria, campo tamen hoſtes cedere coegit. Cæterum admonuit Urbini comitem Pius (i), ne hoſtes ad certamen admitteret, cum Galli mora, non impetu frangendi eſſent: *Veremur*, inquit, *judicio noſtro eſt plenum periculo: accepta clade Sarnenſi, ſi alia nunc inferretur, actum eſſet de regno*, nempe Neapolitano, *& ſtatus noſter pati facile poſſet. Proinde etiam atque etiam videat prudentia tua quantum fortunæ ſit committendum. Melius plerumque franguntur hoſtes patientia quam armis: & tempus multa ſolet afferre, quæ ratione præveniri non poſſunt. Dat. Senis xxvi. julii.*

LXIV. Salubre erat Pontificis conſilium, ut etiam Ferdinandi res collapſæ mora reſtitutæ ſunt, ita impetu poſt Sarnenſem victoriam a Gallis opprimi poterat, ſi fugientem inſecuti verſus Neapolim inopinato caſu trepidantem, neque admodum Ferdinando addictam, ſigna convertiſſent: nec dubium erat Andegavenſe nomen plures ſectatores veterum partium repente in ea rerum converſione excitaturum: dederatque in militari colloquio id conſilium Joanni duci Renati Regis filio Coſſa præclarus dux, quod omnes erant amplexi; verum Joannis Antonii principis Tarentini ſententia prius finitimas urbes in poteſtatem redigendas, ut commeatus Neapoli intercluderentur, vicit authoritas. Plurimum itaque temporis ea in re conſumptum, ac Ferdinandus laceras refecit copias: tum miſſum a Pontifice ac duce Mediolanenſi ſubſidiarium accepit exercitum, quo deinde Gallos attrivit: at de his poſtea. Nunc inſtitutam narrationem repetamus.

LXV. Dum Sarnenſis victoriæ a Gallis partæ fama pervadebat Neapolitani regni urbes, pluresque in iis converſiones excitaret, Terracina, quæ ab Alfonſo Rege Aragonum Eugenio, dum Gallicas partes tuebatur erepta fuerat, & a Ferdinando ad

(h) *Gob. l. 4.*
(i) *Lib. brev. p. 132.*
Monet Pius non certandum cum Gallis, ſed fatigandos velitationibus
Diſtracti Galli ne Ferdinandum inſequerentur.
Refectæ a Ferdinando vires.
Terracina ad Pontificem reverſa.

duo luſtra vicariatus nomine recenta, illius jugum excuſſit, pontificiumque nomen imploravit. Laudibus extulit Pontifex (a) Terracinenſium facinus, commendavitque (b) Campaniæ præſidem, qui Terracinam eccleſiaſtico præſidio muniverat atque hæc ad Antonium Piccolominæum nepotem, qui aliquibus eccleſiaſticis copiis cum imperio præerat, ſcripſit (c): *Quidquid ſubventionis dari poſſe Terracinenſibus vides, ne prætermittas: perniciosum eſſet civitatem illam in manibus hoſtium devenire, quod futurum cognoſcimus, niſi arx celeriter recuperetur, ſcribimus Regi, ut tradi illam faciat, veremur ne lente id agat*, eoque argumento plures ad Ferdinandum literas dedit, ac primum demulcere ipſum conatus profeſſus eſt (d), nulla ratione ad defectionem Terracinenſes a ſe pellectos: *Teſtamur*, inquit, *Deum, chariſſime fili, nos nil tale antea præſenſiſſe, nec opinatos eſſe Terracinenſes ad hoc deventuros, mera eorum fuit voluntas, mera deliberatio nulla inſtigatione impulſa*. Cum vero arx a præfecto Aragonio adhuc teneretur (e) illum Pius monuit, ut arcem ipſam, quam Ferdinandi nomine præſidio inſtructam ſervabat, pontificii exercitus duci traderet: tum Ferdinando graviſſima argumenta attulit (f), ob quæ eccleſiaſticæ ditioni Terracinæ arcem reſtitui intereſſet, cum maxime ad Gallos potius deſciſcere, quam ad ejus redire imperium Terracinenſes decreviſſent.

(a) Lib. brev. p. 139.
(b) Ead. pag.
(c) Ib. p. 136.
Recuperaris ob Aragonios.
(d) Ib. p. 135.
(e) Pag. 115. & 142.
(f) Pag. 136.

Pius Papa II. Regi Ferdinando.

LXVI. Monitus Ferdinandus ut arcem reſtitui jubeat.

Chariſſime fili, &c. Credimus nota eſſe tuæ ſerenitati, quæ apud Terracinam ſunt geſta: civitas ſponte ſua clamavit Eccleſiam: viceregem tuum, & caſtellani filium comprehendit, cauſam allegans, quod per eos præſenſerat locum illum vendi debere. Timet ex hoc mota te offendiſſe, proptereaque reditum ad tuam ſerenitatem tutum ſibi non putat. Hoc dixerunt rectori noſtro Campaniæ, hoc nobis per oratorem ſuum exponi fecerunt, aſſerentes paſſuros ſe prius omnia extrema, quam mutationem propoſiti. Adjecerunt quoque, ſi nos nollemus, inventuros ſe dominum, qui curam ſui ſuſcipiat. Eſt in ea civitate rector prædictus, quem invocarunt; omnes ad nos inclinant: arx contra populum ſtat munita præſidio Marconis comitis. Re in hunc modum pendente quantum periculi immineat plane debes cognoſcere. Si viderint Terracinenſes nos expugnationem arcis tota poſſe non aggredi, ad hoſtes divertent, qui poterunt: quod quantum rebus tuis, & noſtris conducat, obſcurum non eſt. Noli committere, ut ſcandalum Eccleſiæ fiat, neque opera nos & tu civitatem illam perdamus. Expeditius judicavimus, ut ſtatim mandes arcem tradi noſtro rectori: & ita facias pro ſtatu amborum, rogamus. Quidquid in mora ſiniſtri accidet, tibi ſoli imputabitur, neque erit pœnitentiæ locus; arce vero per nos recepta, nihil tua ſerenitas perdit; ea tibi ex loco illo manet commoditas, quæ prius omnia noſtra ſalutem tuam operantur; nec minus pro te, quam pro nobis deditio patitur: nil medium in hoc re eſt, aut noſtri futuri ſunt Terracinenſes, aut Gallorum, tui eſſe nolunt. Conſiderare nunc debes, quid magis expediat. Nos moleſtiſſimam haberemus, & ingratæ mentis judicium, ſi quæ noſtra ſunt malles ad hoſtes, quam ad protectores tuos cedere procraſtinanda, & deficienda. Vidiſti quid in Caſtilione acciderit, &c. Dat. Senis x. ſeptembris.

LXVII. Ferdinandi copiæ a Terracinenſibus propulſatæ.

De Terracina recepta etiam fecit certiorem Franciſcum Sfortiam ducem Mediolani Pius, nec amplius illius cives Ferdinando poſſe ſubjici ne Romanæ eccleſiæ clientes, qui ad ejus opem confugerant, prodere videretur. Leniri tamen tot rationibus Ferdinandus non potuit, acerboque ferens animo Terracinam ad veterem & juſtum dominum reverſam, Marconii comitem ad eam recuperandam diripiendamque immiſit. Inita pugna non ſine damno pulſæ ſunt Ferdinandi copiæ virtute Panagliæ, qui feſſis Terracinenſibus opportuno ſubſidio venit: quibus viſis præfectus Aragonius incolumitatem pactus eidem eccleſiæ arcem deditione reſtituit, ut narrat Gobelinus (g).

(g) Gob. l. 5.

Terracinenſes ſtudiis diſſuſi.

Priuſquam Romam rediret Pontifex, Terracinenſes civilibus acti diſcordiis tumultuare inter ſe cœperunt; deſperantes enim res Ferdinandi ſecundari poſſe, cujus apud Sarnum vires ceciderant, alii Gallorum, alii Eccleſiæ præſidium implorabant: vicit pars eccleſiaſtica, & priuſquam Galli ſuis opem afferrent civitatem Eccleſiæ nomine pervaſerunt, cœptique arcem oppugnare, in qua erat Ferdinandi præfectus. Miſſis ad Pontificem legatis, qui ſe cum redeuntibus ad Eccleſiam poſtularent: nam Terracina juris eccleſiæ fuit, Alfonſus eam Eugenio IV. partim dedentibus civibus, partim per arma ſurripuit, nec reddidit facta pace.

Ad Eccleſiæ obſequium redeunt.

Pius approbato Ferdinandi regno ita dimiſit, ut poſt duo luſtra ad eccleſiam rediret; at cum jam ſponte ingenio a Ferdinando deficiens propriam repetiiſſet imperium non cenſuit Pontifex recuſandum, mox que ſui corporis cuſtodes, quibus præfectus erat Joannes cognomento Panaglia, vir ſtrenuus eo tranſmiſit, qui dedentem ſe civitatem pro Romana eccleſia reciperent, atque adverſus vim, ſi qua ingrueret, tuerentur.

Admiſſi a Pio.

Jam comitis fundorum filius Balthaſar Marconii comes defectionem Terracinenſium acceperat, collectiſque repente copiis montem, qui urbi ſupereminet, invaſurus mœnia conſcenderat, & occurrentes extra portas ad pugnam cives in fugam converterat, nec dubium videbatur, quin civitas intra

borum hoſti diripienda traderetur; cum ſubitò accurrens Pazaglia prœliumque reſtaurans victoriam hoſti præripuit, fugatoque procul Marconio, Eccleſiæ civitatem, civibus vitam, ac fortunas ſervavit. Præfectus arcis, ſpectata Marconii fuga, ſuam ſalutem pactus, locum tradidit. Id ægre Ferdinando fuit, nec Mediolanenſium dux æquo animo tulit, veritus ne regni rebus officeret, at potius ſuam civitatem eſſe voluit quam Gallorum, neque iniquum putavit Pius deſciſcentes a Ferdinando Terracinenſes recipere, cujus pater ab Eccleſia deficientes recepiſſet.

Ferdinandi ducta fugati. Arx dedita Pontifici.

Ex hoc Terracinenſium ad Pontificis obſequium reditu graviſſime angi cœpit Ferdinandus (a), quod plerique jam pontificia illi auxilia ſubducenda interpretarentur: ac Joannes dux cæterique Andegavenſium partium principes ſolemnem legationem decrevere ad Pium poſt Sarnenſem victoriam, ut ipſum pacem rogarent, ab eoque deprecarentur, ne Andegavenſi parti pro recuperando vetuſto jure ob Ferdinandi amicitiam bellum inferret: qui reſponſum extraxit, de quo ad archiepiſcopum Ravennatem, quem veluti pacis interpretem in regnum Neapolitanum miſerat, hæc ſcripſit (b): *Cum Senis adhuc ageremus, venerunt ad nos oratores nonnulli tam nomine dilecti filii nobilis viri Joannis ducis Calabriæ, quam etiam principum, & baronum regni Siciliæ ſibi adhærentium, literas afferentes manu eorum ſubſcriptas, & a nobis inſtanter petentes, ut deſiſtere a ferendis auxiliis chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Siciliæ Regi illuſtri vellemus, & ipſi Joanni duci in recuperatione paterni regni aſſiſtere.* Et infra: *Reſpondimus mox, ut Romam rediſſemus habituros nos in pleno conſiſtorio maturum conſilium, &c.* Addidit imperia, ut Joanni duci cæteriſque Andegavenſium partium proceribus denuntiaret, ut oratorem ad reſponſum pontificium excipiendum mitterent. Tum aliis literis (c) iiſdem principibus Gallicæ factionis ſignificavit, ut diem & locum ad audiendum archiepiſcopum Ravennatem apoſtolicum oratorem conſtituerent. De ea porro Renati Regis filii pacem offerentis Pontifici legatione, hæc narrat Gobelinus, ex ſuo in Ferdinandum Regem ſtudio, Pontificem Pium animo non deficientem, reparare atque inſtaurare copias decreviſſe, Ferdinandoque nova auxilia mittere, ne regno dejici poſſet.

(a) Id. ibid.

Andegavenſes a Pio pacem efflagitant.

(b) Lib. brev. pag. 647.

(c) Lib. brev. pag. 655.

LXVIII. Interea Aquilanorum legati ad eundem Pontificem veniunt, & paulo poſt Joannis Andegavenſis oratores ſuaſuri, ut relicto Ferdinando aut Renati cauſam adjuvet aut bello protſus abſiſtat, multorum & populorum & principum regni literas afferentes, qui Ferdinandi regimen atque imperium prorſus reſpuebant. Quibus audi-

Iterum Pius rogatus ne faveat Ferdinando.

tis Pius ſe nihil aliud bello quærere reſpondit, niſi ut violentia ſublata lis de regno judiciario ordine ſervato dirimeretur: id ſi Renatus annueret, ab armis ceſſari poſſe. Tum unus ex oratoribus: *Joannes*, inquit, *Ceſſa hæc ad te verba tranſmittit: ſi Chriſtus nobiſcum eſt, non curamus quo ſe vertat vicarius ejus: vicimus apud Sarnum auctore Chriſto.* Cui Pontifex: *Quamvis uno prœlio ſuperiores fuiſtis*, inquit, *non tamen affirmare poteſtis Chriſtum auxilio vobis eſſe, cujus occulta judicia ſunt. At Chriſti vicarium veſtris adverſari conatibus, & ſenſiſtis hactenus, & ſentietis deinceps magis, atque ita legati infectis rebus abierunt.*

Inſolens oratorum dictum.

Refringitur Pii reſponſo.

Utut reſponderit oratoribus Andegavenſium partium Pius, illud exploratum eſt, ipſum in ea oratione, quam ad Romanos patritios habuit, ut averſos ob ſuſceptas Ferdinandi partes animos deliniret, conqueſtum eſſe (d), archiepiſcopum Ravennatem ſe miſiſſe, ut bellum ſedaret; cumque per Renati terras iter haberet, aditu prohibitum, reſponſumque a Joanne ejus filio data ſibi a patre Rege imperia, ut bellum gereret, non pacem ambiret, cum Ferdinando ſcilicet, namquod ad Pontificem attinet, ejus comparare amicitiam omni ope annitebatur, quam etiam a Pio repudiatam ex ipſius Pontificis literis ad ducem Mediolanenſem fœderatum datis (e) conſtat: ſæpius vero eundem ducem hortatus eſt (f), ut labentes Ferdinandi res ſubmiſſo aliquo valido auxilio ſuſtentaret: perturbatum Ferdinandi animum confirmavit (g), adjecta ſponſione nec pontificiam, nec ducis Mediolanenſis opem defuturam: conſuluit (h), ut nobile oppidum cui S. Germani nomen eſt, Cardinali Aquilejenſi concrederet, ne a Gallis occuparetur, poſtenque auxiliares copiæ pontificiæ ad ipſum tuto commeare, repugnantemque his verbis perſtrinxit: *Multa quotidie facis, quæ ab amicis tuis damnantur, viderisque viam contrariam ſalutis incedere.*

(d) Gob. l. 5.

(e) Lib. brev. pag. 147.

(f) Ibid. pag. 131. & 145.

Addita Ferdinando animi, nec Pontificem nec Mediolanenſem ipſi defuturos.

(g) Ibid. pag. 135.

(h) Ib. pag. 134.

LXIX. Denique Antonium Picolomineum eccleſiaſtico ſuccinctum exercitu ad Ferdinandum miſit, ex quo illius res admodum confirmatas refert Gobelinus (i), cum ab omnibus intellectum eſſet Pontificem Aragonias partes omni contentione tueri, neque a Gallis ullis officiis flecti poſſe. Inde vero ob ſuſceptum ejuſmodi bellum plurium animi a Pontifice averſi (k), magnique tumultus ditioni eccleſiaſticæ injecti fuere, ac primum Romæ emerſit (l) nova latronum factio ſignifero quodam Tiburtio, qui trecentos e Romana juventute, perditiſſimos & profligatiſſimos homines ſibi aſcivit, ac ſtupra adulteriaque paſſim patrare, rapinaſque agere aggreſſus eſt, adeo ut magiſtratus eum coercere non auderent: quos motus cum primum an-

Suſceptæ Aragoniæ factionis odio motus in Pium concitati.

(i) Gob. l. 5.

(k) Pius lib. brev. pag. 148.

(l) Gob. l. 5. Sabell. ennead. 10. l. 6. Steph. Infeſſ. arch. mſ. vat. ſig. a. 111.

audivit Pontifex eoſdem urbanos magiſtratus hiſce literis increpuit (*a*).

(*a*) *Lib. brev. p.* 153.

Pius Papa II. conſervatoribus urbis.

Dilecti filii, &c. intelligimus graves exceſſus, qui Romæ quotidie fiunt. Audimus etiam Romanos ſolum eſſe, qui talia faciunt: nihil porro in civitate tutum eſſe a perdita juventute. Gubernator noſter, quem illic poſuimus, poſt pulſatam familiam ſuam, poſt ſuſcepta multa ludibria, neceſſe habuit, ut rebus ſuis conſuleret, in palatium apoſtolicum ex urbe refugere. Quanto honori & conſolationi nobis hæc ſint cogitari facile poteſt: quantum etiam bonæ famæ Romano nomini afferant, palam eſt omnibus. Nunciantur non dubie iſta per varias mundi partes, & qui audiunt in urbe moram tutam non eſſe, neque hinc neque ex patria venire ad vos audent. Vox omnium una eſt, populum Romanum dominum ſuum non recognoſcere. Nemo eſt, qui non judicet corrigi hæc mala facillime poſſe, ſi vos modo velletis: neque enim latrones externi, nec milites noſtri hæc faciunt, ſed filii veſtri, in quos domeſticum habetis imperium. Dum Mantuæ eramus nil tale emergebat, quieta omnia Romæ nunciabantur: ut poſtquam Senas redivimus, armatæ ſunt in opprobrium noſtrum prædictorum catervæ, quod ſane cur accidat non ſatis cognoſcimus; intelligimus tamen a civibus veſtris primoris urbis ideo incentivum dare his malis, & pati exceſſus augeri, ut nos talibus moti celeriter redeamus. Errant tota ratione, qui ex malefactis beneficium a nobis expectant, obedientia, & humilitas inducere nos ad reditum poteſt, nonnulla rebellio; ii enim ſumus, qui ut precibus juſtis facile ducimur, ſic minis & protervia in diverſum auferimur. Scripſimus alias vobis, & per eos, quos ad nos miſiſtis dici curavimus, quæ cauſa nos Senis teneret, quid etiam animi ad reditum eſſet: eadem nunc nobis eſt ratio, idem redeundi firmum propoſitum. Verum hoc vobis edicimus, ſi perſeverare in ſcandalis civitatem ſenſerimus, & opera veſtra illa non tolli, ſicut facile poſſunt, cogemur non ſolum nos non redire, ſed curiales noſtros, quos audimus cum periculo eſſe, ad nos evocare, quod ne accidat erit prudentiæ veſtræ in tempore providere. Datum Senis XXX. martii anno II.

Increpiti Urbani magiſtratus de non coercitis ſeditionibus.

LXX. Compreſſi (*b*) initio ii motus viſi, ut redditæ ad eoſdem magiſtratus Pii literæ oſtendunt, ſed dein recrudeſcere Tiburtii ſociorum graſſationes & magis ingraveſcere cœperunt, adeo ut etiam Agrippæ rotundam molem olim gentilium ſuperſtitione falſis numinibus conſecratam, nunc vero Deo in beatiſſimæ Virginis, & ſanctorum martyrum honorem Chriſtiana religione dicatam occuparint (*c*) atque ex ea in finitimas ædes irrumpere, miſcereque omnia ſint auſi: demum incolumitatem pacti exilium ſibi conſcivere, atque ad Sabellorum oppidum Gallicæ factionis profecti ſunt, patefactaque eſt procerum aliquorum urbem in rebellionem trahere meditantium conjuratio: quo accepto Pius mox Senis Romam ſe contulit: cumque venienti Romani juvenes occurriſſent, ut pontificiæ ſellæ humeros ſubmitterent, ſuaderentque aliqui, ne iis ſeſe committeret, ipſum reſpondiſſe refert Gobelinus (*d*). *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. Portabunt humeris quem pedibus calcare valuerunt.* Exceptus eſt a Romanis ingenti lætitia, ſacerdotaleque in urbem imperium aſſeruit: non tamen ſedati omnes motus; nam Sabelli & Columnenſes plureſque proceres ob Gallicum nomen in Neapolitano regno oppugnatum infenſi erant. Everſus comes patrimonium vexabat: Picenum Sigiſmundus Malateſta a Galliis concitatus invadebat: Tiburtius Piccininum ſolicitabat, ut in urbem ſigna converteret. Quibus periculis jactatus Pius ducem Mediolani rogavit (*e*), ut copias ſubſidiarias ad ipſum mitteret.

(*b*) *Ib. p.* 154.

Sedati aliu motus.

(*c*) *Gob. l.* 4.

Romam contendit Pius.

(*d*) *Gob. l.* 5.

Maxima lætitia a Romanis excipitur.

(*e*) *Lib. brev. p.* 147.

Pius Papa II. duci Mediolani.

Dilecte fili, &c. Sæpe oratores tuos rogavimus, ut te ad mittenda majora belli præſidia hortarentur, & difficultates oſtenderent, quæ nobis undique ingruunt. Credimus id eos feciſſe, & nobilitatem tuam conſilia noſtra non neglecturum. Libenter nos ad omnia provideremus, ſi facultates adeſſent: cum non adſint, neceſſe eſt, ſi perclitari non volumus, anguſtias noſtras tibi indicemus. Eſt nobis bellum in portis; circumventi undique ſumus armis proditorum noſtrorum: Jacobus Sabellus apertus eſt hoſtis: comes Everſus nos quietos eſſe non ſinit, de Columnenſibus nihil licet niſi hoſtile uſque in hanc diem ſperare: comes Jacobus quomodo noſtros eludat, & cum paucis teneat occupatos, notum eſt tibi. Eſt præterea Romanus populus doloris nobis non mediocris, ad eum non minus, quam ad cætera oportet reſpicere. Vixit diu in pace, damna vel minima pati non poteſt: ſi animal unum modo amittat, tota urbe eſt clamor. Hoſtes non ignorantes molem belli omnem huc detulerunt, expectantes ut mala continuata nos vincant. Hybernabit non longe comes prædictus, hybernabunt in proximis copiæ noſtræ: incommoda militum nemo te melius novit. Parati ſunt & in curia noſtra, & in urbe, qui ad primum quemque nuncium damni animos male pacatas ad tumultum incendunt, culpa noſtra hoc provenire ajentes, qui pacem oblatam nolimus. Jam vero in provincia Marchiæ quale incendium ſit excitatum audiſti: Sigiſmundus ingratus Deo, & hominibus vicariatum fere totum violenter eripuit:

Excitatæ in ditione eccleſiaſtica turbæ.

hoc non contentus Eccleſiæ terras invaſit, nonnullas cepit, prædam non mediocrem abegit. Gentas noſtra etſi illis oppoſita ſunt, neſcimus tamen quo facto impedita videntur: ad omnia naturam illorum provincialium etiam tenet, ſuſpenſi in minimis ſunt, fortunam quocumque inclinat, ſine expectatione malorum ſequentes, redditus noſtri ob hæs cauſas longe ſunt imminuti. Expenſa facta ſupra vires, cum majores nunc quoque incumbant: ſubſiſtere incommodis tantis non poſſumus Et infra. *Proinde nobilitatem tuam hortamur, & requirimus, ut compati noſtris anguſtiis velis, & grandius aliquid cogitare, quod vel celerem victoriam præſtet, vel nos his propinquis moleſtiis liberet: miſſio majorum copiarum præſtare hoc poteſt, &c. Dat. Rom. xxiv. novembris anno III.*

LXXI.
(a) Gob. l. 5.
Conjuratio in urbe conflata ad Gallorum gratiam.

Revicta denique eſt nefaria conjuratio (a), de urbe a Pontificis obſequio ſubducenda, comprehenſis affectiſque ſupplicio ejus authoribus Tibortio Bonannoque: cum enim hi ſicarii cum aliquot proceribus Gallicarum partium conſilia ea de re iniiſſent, ab iis ad rem tentandam animati, tum cujuſdam fatidici, qui eo anno ſacerdotale imperium in urbe abolitum iri cecinerat, mendacio decepti urbem ingreſſi ſunt, exertiſque gladiis populum ad libertatem priſtinam recuperandam dejiciendumque jugum cohortari eam percurrere; ſed ſpretæ fuerunt eorum voces, cumque in fugam ſe conjeciſſent, demum capti a ſatellitio pontificio ſcelerum ſuorum pœnas dedere.

Spreti a populo conjurati & capti.

Quod vero ad Sigiſmundum Malateſtam attinet, is Gallico auro conductus maximum terrorem Piceno incuſſit, quamobrem Pius ad Florentinos Gallis fœdere junctos in ſuas partes pelliciendos hæc Coſmæ Mediceo ſcripſit (b): *Audiſti qualia ſunt in nos opera rebellionis filii Sigiſmundi de Malateſtis ſtatum Eccleſiæ indigne turbantis: ad hunc reprimendum ligæ præſidio eſt opus, quam implorare intendimus; erunt tuæ partes, qui in civitate Florentiæ plurimum vales, ita ſuadendo proficere, ut fides data ſervetur, nec per inanes excuſationes debita relinquantur.*

(b) Lib. brev. pag. 122.

LXXII.
(c) Collen. hiſt. Neap. lib. 6.
Promiſſa Gallis a Florentinis ſtipendia reciſſa ope Coſmæ Medicei.
Ancona a Malateſta occupata.

Trahi in armorum ſocietatem a Pio non potuiſſe Florentinos, refert Collenutius, (c) ſed Coſmæ Medicei opera decretum de pendendo Gallis, dum bellum cum Ferdinando gerebant, octuaginta millium aureorum ſtipendio reſciſſum fuiſſe, quibus additis hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit. Porro Sigiſmundus Malateſta Anconam in ſuam redegerat poteſtatem, indeque viribus auctior, inſtructuſque Anconitanorum copiis in Æſinos ſuum convertit imperum, qui eo turbine perculſi Venetum nomen implorarunt. Cum autem ea res majores motus paritura eſſet, ſi Veneti in Romanæ eccleſiæ vectigales imperium ſibi aſciſcerent, Piceni legatum hortari Venetos juſſit Pius (d), ut Æſinorum clientelam Eccleſiæ permitterent, tum ad comprimendas Sigiſmundi molitiones fortiter proſilire: *Quæ*, inquit, *ad vexandum Sigiſmundum pertinet animoſe curate: hortare duces copiarum, ut ſibi non deſint: fideliter agant omnia: meditare tu dies & noctes quo pacto poſſis hoſti nocere. Eſt peſtis perdenda inveterata diuturnum malorum nec fidem habens nec animam: erit tibi Deus adjutor, cujus Eccleſiam vexat. Dat. Rom. xxiii. nov. anno III.*

(d) Lib. brev. pag. 156.

Alexander Card. in Picenum miſſus.

Talit deinde exeunte anno Pius in Sigiſmundum Malateſtam ob ejus graſſationes anathematis ſententiam, atque in Picenum ad Anconitanos in pontificiam poteſtatem revocandos Alexandrum Cardinalem S. Suſannæ, cum jam ille factos Peruſii tumultus compreſſiſſet legavit, ad quem extant hæ datæ literæ (e): *Non erravimus judicio cum te Peruſiam miſimus: implevisti deſiderium noſtrum, & inquietæ civitati pacem dediſti, nullis artibus parcens, quibus præcipites animos revocare ad ſaniora conſilia crederes: benedictio Dei ſit tecum, noſtra quoque, quocumque ieris te comitetur;* nonnulliſque interjectis addit: *Literas Anconitanorum perlegimus: idem videtur nobis, quod tibi, plaga hæc medicamento levi eſt inſanabilis: Sigiſmunde vinculum, & alterius metus ad protervium illos indurat; flagello potenti eſſet opus, cujus copia nobis non eſt: feremus modice, quod tolli non poteſt, cum tamen operante Deo mira aliquando fiat animorum converſio; tentanda eſt omnis via, qua perfici aliquid boni poſſit. Placet igitur, ut ad eos omnino contendas.* Subiicit paulo inferius de Malateſta: *Cum Sigiſmundo non placet tractatus aliquos ineas: die natali Domini excommunicatus eſt publice, & paucos poſt dies digna actionibus ſuis feretur in eum ſententia, deploratum ingenium eſt, & prodendum omnibus, ex quo ſanari non poteſt, &c.* Tanta Sigiſmundo Malateſtæ conſtantia obſtitiſſe Pontificem refert Campanus (f), ut cum Galli de fœdere cum ipſo agerent ea lege, ut Sigiſmundum, quem damnarat, in priſtinam gratiam reſtitueret, flecti non potuerit.

(e) Pius lib. brev. pag. 122.

Latæ in Sigiſmundum Malateſtam cenſuræ.

(f) Camp. in Pii II. vit.

Inter ſuperiores vero bellorum motus, dum cuncta ad Gallos proniora erant, Genua, ex qua maritima præſidia ad Neapolitanum regnum recuperandum parabant, in libertatem vindicata eſt (g). Fecit eam in Gallos ipſos conjurationem Proſper Adurnius communicato cum Pontifice conſilio, a quo ad rem gerendam accenſus, atque a duce Mediolanenſi adjutus irrupit inſtructo armis agmine in Genuam, occupatiſque prætoriis ædibus, cives in ſuas partes allexit. Perculſus ea defectione Ludovicus Walla, qui Caroli Francorum Regis nomine urbi præerat, LXXIII.

(g) Gob. l. 5. Bizar. l. 13. Foliet. l. 11. Pigna l. 8. & alii.

Genua Gallis pulſis libertatem recuperat.

Digitized by Google

erat, in arcem profugit, eamque adverſus oppugnantes egregie tutatus eſt donec terreſtres ac maritimæ Gallorum ſubſidiariæ copiæ adventarent: quorum vires pertimeſcens Adurnius Paulum Fregoſium archiepiſcopum Petri antea cæſi a Gallis fratrem ſocium ſibi aſcivit, oppoſuitque terreſtribus hoſtium copiis, quas Conſtinenſis præfectus ductabat. Conſerto demum cruento prælio Pauli virtute multa cum ſtrage Galli propulſati fuere: cum autem parte altera periculum immineret ne Renatus Rex claſſe portum adoriretur, expoſitiſque in terram copiis irrumperet, eo mox provolarunt armati Genuenſes, ac partim cæſis partim in mare diſjectis Gallis, Renatum Saonam repetere coegerunt. Quibus animadverſis Gallorum præſidium, quod arcem tenebat, incolumitatem pacti deditionem fecere. Subinde Genuenſes excuſſo Gallorum jugo inter ſeſe tumultuati cœperunt. Proſper Adurnius dejectus principatu, quem rapuerat, & Spineta in ejus locum ſubrogatus, qui paulo poſt accepta pecunia abdicare ſe coactus eſt [1]. At de Italicis Gallicisque rebus hactenus; nunc Germanicas aggrediamur.

Galli Genua propulſati.

Arx deditionem Genuenſibus facit. Pulſis Gallis Genuenſes in factiones diviſi.

LXXIV. Legarat Pius anno ſuperiori in Bohemiam archiepiſcopum Cretenſem, & Franciſcum patria Toletanum, ut Wratiſlavienſes, qui Regis Georgii Podiebratii jugum ſubire detrectabant, ipſi conciliarent. Conceperant ii juſtas de Georgio hæreſis labe inquinato ſuſpiciones, ac profitebantur prius diſcrimini expoſituros corpora, quam animas in periculum amittendæ fidei & immortalitatis adducturos: cum vero Pontifex Georgii, qui obſequium Romanæ eccleſiæ addixerat, promiſſis confideret, legatis anno ineunte ſignificavit (a) pacem inter illos conciliare poſſe, ſi Georgius Wratiſlavienſes clientelæ Romanæ eccleſiæ permitteret, injurias condonaret, præficeret Wratiſlaviæ quem cives poſcerent, tum alias Wratiſlavienſium immunitates confirmaret.

Georgius Rex Bohemiæ catholici larvam præfert.

(a) *Lib. brev. pag. 94.*

Pius Papa II. venerabili fratri archiepiſcopo Cretenſi, & dilecto filio Franciſco de Toleto theologiæ profeſſori oratoribus noſtris ſalutem, &c.

Ex literis, & relatione nonnullorum intelleximus dilectos filios clerum, & univerſitatem Wratiſlavienſem difficile ſe admodum reddere ad componendas cum Rege Bohemiæ differentias ſuas, atque ut a principio in hoc propoſito fuit, ita in eo nunc quoque continuare; quod profecto ſatis miramur dolentes, ſicut veriſimiliter credimus, per diſſenſiones hujuſmodi veniendum neceſſario eſſe ad bellum ſaluture: itaque judicaremus, & nec Deo ingratum pacem his conditionibus recipi, ſi videlicet Rex ipſos Wratiſlavienſes in fide eccleſia Romana dimitteret: ſi injurias, quas ſibi hactenus quomodolibet irrogatas prætendit, ſine ulla exceptione remitteret, ſi capitaneum daret, quem ipſi expectarent, indulta quoque omnia, præeminentias, & privilegia hactenus per eos poſſeſſa ſervaret, ac tueretur, nec occaſionem dari cum offenſa Salvatoris noſtri, & noſtra, ut ad gravius ſcandalum veniatur. Hæc ſi non eſſent nobis explorata, ſi damnoſa etiam putaremus animabus eorum, certe nos, qui ſalvari gregem dominicum, non perdi optamus, talia non ſcriberemus: Rex ipſe fidelem ſe nobis exhibuit, & tanquam catholici principis obedientiam nobis, & Romanæ ſedi præſtitam acceptavimus, & pro tali habemus. Non poſſumus igitur non laudare bonum, quod cernimus, & Chriſti fideles ad pacem hortari, ſcientes in hujuſmodi rebus ſolere quandoque homines non tam rationem, quam affectus ſuos attendere: hæc illis ſuadere vos volumus, & conſilium noſtrum oſtendere, quod tanquam ſalutare & pium ut amplectantur optamus, &c. Dat. Mantuæ x. januarii MCCCCLX. anno II.

Leges concordiæ inter eum & Wratiſlavienſes dictæ.

Deluſus Pius Georgii hypocriſi.

LXXV. Certiores aliis literis (b) Wratiſlavienſes fecit Pontifex, ſe apoſtolicis nuntiis, quid de pacis conficiendæ ratione cenſeret, aperuiſſe: at antequam eæ literæ perlatæ eſſent in Sileſiam, Wratiſlavienſes XIII. januarii hujus anni pacem cum Georgio iis pactionibus, quæ in publicis monumentis tum confectis, inſertiſque a Coclæo (c) Huſſitarum hiſtoriæ continentur, admiſere: pollicitus nimirum eſt inprimis Georgius acceptas injurias in perpetuum oblivioni ſe daturum: corroboratæ etiam ab ipſo Wratiſlavienſium prærogativæ; conſultum juri eccleſiaſtico, & ſacri ordinis libertati; promiſit præterea cenſuras eccleſiaſticas valituras: tam religionis cauſam contra hæreticos ſe ſuſcepturum: denique conceſſum Wratiſlavienſibus, ut clientelaris ſponſio ab iis Georgio Regi præſtanda ad triennium extraheretur.

(b) *Ibid. pag. 95.*

(c) *Cocl. hiſt. Huſſit. lib. 12.* Quæ promiſerit Georgius.

LXXVI. Compoſitis ita Pontificis opera Bohemiæ

NOTÆ [1] MOtus illi Genuenſes, quos hic enarrandos ſuſcipit Annaliſta, in ſequentem annum referendi erant. Scriptor enim illorum temporum Bononienſis in chronico miſcello rem totam ſuis chronologicis characteribus diſtinguens, narrat die IX. martii anni 1461. a juvene quodam Genuenſi, ſed Mediolani oriundo, per urbis compita conclamatum fuiſſe: *Vivat populus, Galli moriantur*, ad quas libertatis voces excitatam plebem & in turmas coactam, ſtatim quidem Gallos in arcem propulſaſſe, dein vero creſcente ſeditione & civibus qui exules abierant, in urbem reſtitutis, eo rem deveniſſe, quo notat Annaliſta. Mansi

miæ rebus, Georgius interpretem ſe concordiæ inter Fridericum Imperatorem ad ſceptrum Hongaricum aſpirantem, ac Matthiam Pannoniæ Regem ad repetendam ultionem Auſtriæ ingruentem præbuit, ſed irrito conatu; de navata tamen opera Pius gratias his ei egit (a): *Accepimus*, inquit, *literas tuæ ſerenitatis, & plene intellex imus, quæ cum imperialibus, & Regis*, nempe Matthiæ Hungari, *oratoribus in Olomucenſi dieta agi per te potuerunt: commendamus in primis ſalutare ſtudium celſitudinis tuæ, quod hoc neceſſario tempore ad tollendas diſſenſiones fidelium Deo, & Chriſtianæ religione non defuit: dolemus deinde ſecuta inter eos non eſſe, quæ a te quærebantur, & nobis erant in præcipua expectatione ac voto. Laudandus in omnibus eſt Deus, & nihilominus majeſtati tuæ annitendum, ut quod in præſentiarum minus ſucceſſit, alio tempore te operante felicius poſſit ſuccedere; nam ſi quiſquam eſt, qui pacem vel treuguas ſtatuere inter illos ſuo interventu poſſit, eſt certe judicio noſtro ſerenitas tua, quæ ad ingenium, & rerum experientiam adjunctam habet ſummam auctoritatem, &c. Dat. Senis xxvii. martii anno II.*

Agit concordiæ interpretem inter Imp. & Ungarum.
(a) Lib. brev. pag. 171.

LXXVII. Indictus est a Georgio Rege Bohemiæ Pragenſis conventus ad eandem pacem inter Fredericum & Matthiam generum ſuum conciliandam: de quo certior factus Pontifex Beſſarionem Cardinalem legatum ſumma inſtruxit auctoritate (b), ut ſi a Georgio concordia perfici non poſſet, rogata Regis ipſius ſententia inducias apoſtolica auctoritate inter diſſentientes imperaret.

Indictus ea de cauſa conventus a Georgio.
(b) Lib. brev. pag. 172. & lib. 35. p. 242.

Venerabili fratri Beſſarioni epiſcopo Tuſculano S. R. E. Cardinali Niceno Apoſtolicæ ſedis legato.

Cum intellexerimus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Georgium Bohemiæ Regem illuſtrem ad kal. majas proxime venturas in civitate Pragenſi dietam unam eſſe celebraturum, & illuc tam imperialis celſitudinis, quam Regis Hungariæ oratores ad pacem, vel treuguas ineundas eodem tempore conventuros, videntes evenire facile poſſe, ut agente hoc bonorum operum hoſte, eorum tractatum minus ſecundum exitum habeant, non inutile judicavimus, ut quod ipſi ſponte ſua facere veniunt, nec non amplecti in tanta rerum neceſſitate cogantur, propterea eidem tuæ circumſpectioni communicato prius cum antedicto Rege Bohemiæ conſilio treuguas inter Imperatorem, & Regem Hungariæ præfatos pro eo tempore, & cum illis conditionibus, de quibus ambobus vobis videbitur, auctoritate apoſtolica indicendi, & illas per cenſuras eccleſiaſticas & pœnas temporales, quæ tibi & illi viſæ fuerint expedire, obſervari mandandi, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria quomodolibet opportuna faciendi ac exequendi, plenam & liberam & omnimodam facultatem tenore præſentium de plenitudine poteſtatis noſtræ concedimus, non obſtantibus omnibus & ſingulis, quæ huic noſtræ conceſſioni quomodolibet poſſent obſtare: nos enim cenſuras ſive pœnas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, & illas faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari. Datum Senis anno MCCCCLX. IV. kal. april. pontificatus noſtri an. II.

Ad eum miſſus Card. Beſſario.

LXXVIII. Iter iniiſſe Matthiam Regem Hungariæ ad colloquium cum Georgio celebrandum, ex literis ad Joannem Carvajalem in illo regno pro Turcica expeditione conficienda legatum datis conſtat (c). Cum vero is Cardinalis Matthiæ jus aſſereret, atque adeo Fredericus ipſum ex Hungarica legatione revocari poſceret, reſpondit Pius (d) id cum honeſtate pugnare, ne in alteram partem inclinare videretur: cæterum Beſſarionem Cardinalem ipſi ſtudio non defuturum. Porro Georgius non modo gliſcentem inter Fredericum, ac Matthiam diſcordiam non compoſuit, ſed ut erat mirus fraudium artifex, clandeſtinis artibus catholicos principes diſſenſionibus implicuit (e), tantumque in Germania novis factionibus conflatis excitavit incendium, ut nulla ea ex auxilia, quæ in conventu Mantuano promiſſa erant, elici poſſent: quo viſo Beſſarion Cardinalis legatus civilis belli extinguendi cupidus cenſuit unanimi fœdere eos, qui in neutram partem inclinabant conjungendos, ut alteram factionem, quæ ad pacem redigi detrectaret, armorum terrore in concordiam redigeret: cujus conſilium Pius commendavit (f), ipſum publicos cœtus indicere juſſit, ad quos ambæ diſſentientes partes, tum qui neutri factioni ſtuderent vocarentur.

Fridericus queritur Carvajal Card. favere Matthiæ.
(c) Pius lib. brev. pag. 150.
(d) Id. ibid. pag. 168.

Georgius ex arte Germaniam turbis miſcet.
(e) Gob. l. 5.

Imperati novi conventus a Card. Beſſarione.
(f) Ibid. pag. 204.

Pius Papa II. Cardinali Niceno.

LXXIX. *Venerabilis frater ſalutem, &c. Sine triſtitia & amaritudine cordis legere literas tuas non potuimus, ita non modo anguſtias omnes in quibus es conſtitutus, ſed luctuoſam imaginem totius Germaniæ nobis ante oculos poſuerunt pro pietate in Deum, charitate in Chriſtianos, zelo ad tollendum crucis vexillum contra impios Turcos, crudelitatem, mutuas cædes, & lacrimabile in natione bellum exortum videmus. Non poterat plaga vehementior cauſæ Dei infligi, nec ſummæ rerum nocere potentius; ſi quidem ut tu veriſſime ſentis, implicata bello Germania, unde expectare tantus exercitus poterat, franguntur animi cæterorum, qui illorum exemplo ad bonum aliquod videbantur poſſe adduci, oritque ubique gentium ingens deſperatio. Teſtis eſt Deus, nos nihil uſque in præſentem diem prætermiſiſſe, quod ad extinguendum naſcens incendium conferre potuerit: occurrimus literis noſtris, occurrimus nuntiis, occurrimus fraternitatis tuæ celeri miſſione; ſi alte-*

Germanorum diſſenſio attulit extremum exitium.

Salutem per flagella, non interitum quærit Deus.

aliena malignitas ſtudium noſtrum exuperavit, quid aliud jam agere poſſumus, niſi conditionem Chriſtifidelium flere, quos Deus propter peccata hos verberibus agitat: avertenda tamen ab eo ſpes noſtra non eſt, neque credendum miſerationum ſuarum illum eſſe oblitum: juſto judicio agit, quæcumque agit, ſalutemque noſtram per hæc flagella, non interitum quærit. Poſt diutinam tempeſtatem venire ſolet læta ſerenitas, & montibus aſperis in planum ſuccedunt longæ planities, veniet tempus cum noſtra hæc omnis, & tua triſtitia vertetur in gaudium, quæque nunc noſtris deſideriis obſtant viam ſanctæ expeditioni præbebunt. Hoc modo eſt annitendum, ut non cedamus præſentibus malis, ſed quanto magis difficultates undique ingruunt, tanto ad reſiſtendum cor noſtrum firmius fiat. Nunquam ſine magnis laboribus præclarum fieri aliquid eſt conſuetum, ſemperque ita comparatum videtur, ut ſanctiſſimo cuique operi & ſalutari antiquus hoſtis tanto ſe opponat violentius, quanto illud Deo gratius, & acceptius noſcit. Nos qui in Germania verſati diutius ſumus, non dubitamus his te difficultatibus premi, quas nobis commemoras. Et infra.

LXXX. Neutrales viſi mutuo fœdere jungendi.

Probatur nobis in primis conſultatio venerabilis fratris noſtri epiſcopi Spirenſis, & marchionis Badenſis tecum de colligandis neutralibus habita, eamque ut continues, & ſi fieri poteſt ad exitum ducas plurimum exhortamur; hæc enim non ſolum ad tutandum ſe ab injuria, ſed ad incutiendum metum bellantibus, eoſque ad pacem, vel treugas facilius inducendos magnopere pertinebit. Itaque in hoc conſilium noſtrum facit cum tuo, ſuademuſque, ut nihil omittas, quod ad tenendam dictam, & conficiendam eam intelligentiam ſpectet. Proxime his acceſſum tuum ad Imperatorem laudamus, apud quem ſi, ut confidimus, obtinere tua circumſpectio poteſt, ut imperialibus comitatibus mandet, ut ſe cum neutralibus colligent: erit inde noſtra magna ad hunc effectum acceſſio: putamus, ſi hæc pro voto evenirent, optimum factu eſſe, ut tunc nomine imperiali & tuo dieta una indiceretur, ad quam tam contendentes ipſi, quam neutrales ac colligati juberentur venire, eo loci de pace, vel treugis tractari commodiſſime poſſet, ad quas ſuſcipiendas, qui ſe difficiles redderent, per fraternitatem tuam cenſuris eccleſiaſticis, per Imperatoriam autem ſerenitatem temporalibus pœnis, per colligatos vero armorum comminationibus eſſent cogendi. Hæc una ratio extinguendi hujus incendii, nobiſque ſalutaris multum videtur. Dat. Macereti XV. maii anno II.

Per hos ad pacem cogendi pacis oſores.

Commotum illud inteſtinum Germaniæ bellum a Georgio & Bohemis hæreticis, qui pacem ſibi & commoda plura ex catholicorum diſſidiis ſe comparaturos arbitrabantur, ex aliis Pii ad Cardinalem Beſſarionem literis (a) conſtat.

(a) Ib. p. 139.

Pius Papa II. Nicæno.

Huſſitæ malorum auctores.

Venerabilis frater &c. dolemus nova quotidie impedimenta operibus noſtris, ac tuis offerri; & Imperatori, cujus quies poterat adjumentum aliquod communi cauſæ præſtare, per execrandam illam Bohemorum ſocietatem grave negotium exhiberi. Verſari nos vult Deus his malorum continuationibus, & in longis afflictionibus patientiam tentare ſuorum fidelium: ſperandum tandem eſt noſtræ tolerantiæ mercedem, & ſpes certa habenda non derelicturum illum populum ſuum, quem cum maxime caſtigat, docet ſe illum diligere, &c. Dat. Corſiniani XII. ſeptembris.

LXXXI.

Sternere autem ſibi ad Germanicum imperium iis diſſenſionibus viam Georgius annitebatur, quod ipſum Frederico eripere, allectis in ſuas partes nonnullis principibus pertentaſſe his verbis refert Gobelinus (b): *Nicænus Cardinalis, qui ex Mantua legatus in Germaniam perrexerat, dum hæc aguntur, cum veniſſet ad Imperatorem in Auſtriam, bellis flagrare omnia reperit: inde Hungari Imperatori minari, hinc Germanus Albertus, & Ludovicus Bavariæ princeps: Rex Bohemiæ, quamvis ſuſcepto regni feudo in verba juraſſet Imperatoris, occulte tamen inſidias illi ſtruebat, atque imperium ſibi quærens Maguntinum electum, & Federicum palatinum comitem promiſſis ingentibus corruperat, quoniam electores eſſent, ſibi ut imperium petituro ſuffragarentur, nam inutilis Fedricus eſſet, & cederet proculdubio requiſitus potius, quam reipublicæ neceſſitatibus ſubveniret, & jam hoc ipſum cum Federico ipſo tentaverat, quamvis neque conſenſum neque diſſenſum obtinuerat. Albertus marchio Brandeburgenſis requiſitus apud fratrem electorem ad id operam dare, daturum ſe promiſit, veritus ſi negaret, ne Rex erga Ludovicum hoſtem ſuum propenſior fieret. Conventus ob eam cauſam frequentes habiti modo Norimbergæ, modo Bambergæ: poſtremo apud Ægram Rex ad ſe principes convocavit.*

(b) Gob. l. 5.

Affectatum a Georgio imperium.

Fridericus ut inutilis contemptus.

Principes electores corrupti a Bohemo.

LXXXII. Auſtriæ & Moraviæ in Georgii clientelam concedunt.

Arripuerat ille jam Auſtriæ & Moraviæ quæ a Friderico defecerant clientelam, adeo ut Imperator in diſcrimen non leve dignitatis amittendæ eſſet adductus; quo accepto Pontifex, qui Friderico, a quo, ut ſupra vidimus, incrementa ſuæ amplitudinis acceperat, ſtudebat, edixit Georgio numquam Eccleſiam Friderici patrocinium deſerturam, et qui Eccleſiæ defenſor extitiſſet, atque ideo ipſum eſt adhortatus (c), ut cœptis deſiſteret.

Pius Papa II. Regi Bohemiæ.

Chariſſime in Chriſto fili, Intelleximus ſerenitatem tuam quorumdam Auſtralium, & Moravorum imperiali majeſtati adverſantium ſtatuiſſe protectionem recipere.

(c) Lib. brev. p. 149.

Quor.

Georgius increpitus de affectato imperio.

Quorſum hoc tendat non ſatis cognoſcimus: videmus tamen in Imperatoris damnum non modicum cedere, corroboratur enim diffidentium durities, ubi defenſorem novitatum ſuarum paratum cognoſcunt. Non ſcimus celſitudinem ſuam male de te meritum eſſe, neque in perſonam tuam talem fuiſſe, ut recipere incommodum tuo opera debeat: omnis ejus jactura eſſet nobis multum moleſta. Diligimus ſe & ſuo, non ſolum quia in nos alim beneficia contulit, ſed multo etiam magis quia ſemper ſedi Apoſtolicæ favit, nec a malignare volentibus permiſit illam vexari. Hortamur excellentiam tuam velit ſuſceptum conſilium diligentias pendere, & videre, non tibi conveniat Imperatorem offendere. Suademus, ut contentus ſit limitibus regni, nec ultra quæras quam tibi a Deo ſit datum: credere debet non paſſuram eſſe Apoſtolicam ſedem Imperatore catholico, & bene de Romana eccleſia merito injuriam fieri. Fuit ipſe ejuſdem ſedis ſemper protector: non debet illa in neceſſitatibus ſuis ipſum deſerere. Paterne hæc ad te ſcribimus, cupientes propter opera tua bona te cum honore, & gratia in univerſali Eccleſia eſſe. Datum Romæ XXVII. novembris anno III.

LXXXIII. Ut facilius ad id Bohemum flecteret Pius Procopium e Rabenſtein regiorum conſiliorum participem oravit (a), ut a cœptis illum abduceret, nec ſedem Apoſtolicam Imperatori defuturam denunciaret, adjecitque: *Moneas, ut ſit regno ſuo contentus; aliena injuſte non quærat, ingrata enim ſunt Deo via hujuſmodi, & hominibus multum non placent: gratiam & bonum nomen in Eccleſia quærat: hæc ſunt ſtatus ſui fundamenta præcipua: hoc etiam illud, per quod creſcere, & gloriam ſibi parere poſſit, &c. Dat. ut ſupra.* Fracta fuere Georgii de invadendo Imperio conſilia, cum enim apud Ægram ſolemnes principum imperii cœtus celebraret, ipſi electorem Brandeburgenſem reſtitiſſe, refert Gobelinus (b); *Quo in loco*, inquit, *Federicus marchio Brandeburgenſis princeps elector rogatus de imperio quid ſentiret, an Bohemo videretur committendum: Mallem, inquit, mori, quam huic petitioni conſentire. Diſſoluta conventio eſt. Rex deinceps hæreticis aperte favere, lites inter Germanos nutrire, Imperatori magis ac magis inſidiari.*

(a) Ib. p. 150.

Denunciatum eccleſiam laturam opem Friderico.

(b) Gob. l. 5.

Marchio de Brandeburg aperte Georgio reſtitit.

LXXXIV. Subdit author (c) de Beſſarionis Cardinalis pro ſacra expeditione in Turcas ex Mantuani conventus decreto conficienda ſtudio, navataque, ſed irrito conatu, opera: *Nicænus etſi propemodum ſpem omnem amiſerat rei bene gerendæ, principes tamen Germanicæ nationis in Auſtriam convocavit, promiſſa exacturus, quæ Mantuæ facta fuerant. Venere legati non principes, & illi verba dature non facta: tergiverſari omnes: contradicendi cauſas longe quærere, diſcordias principum adducere, nullis Nicæni ſuaſionibus auſcultare: ille ne quid omittere videretur, quod ad rem conducere poſſet, profectus Narimbergam Maguntiam uſque penetravit, obvios quoſque principes ac populos orans, ne fidei neceſſitati deeſſent, ne ſinerent Turcarum vires creſcere, irent obviam hoſti dum vinci poſſet. Obturaverunt cuncti aures ſuas, verba ejus quaſi fabulas exceperunt: nemo inventus eſt, qui ſuam operam religioni promitteret.*

(c) Eod. l. 5.

Germanos ſolicitat Beſſario ut arma ſtringant in Turcas. Obſtructæ illius hortatibus omnium aures.

His conſentiunt Pontificis literæ (d) ad Germaniæ principes eadem verborum formula ſcriptæ, quibus deplorat inteſtinis bellis Germaniam ardere, indeque decreta in Mantuano conventu pro inſtruendo bello ſacro evaneſcere: legatum ſuum ad cœtus Norimbergenſes profectum, ſed eos fuiſſe infrequentes, indeque contendiſſe Viennam, & pauciores eo confluxiſſe, peſſum ire interea Chriſtianam religionem principum inertia; excitandum pium ardorem, ſi quis in animis hæſerit atque adeo cum indictus conventus in Nova civitate ad kal. ſeptembris extraxiſſet Fridericus, rogavit ne periclitanti religioni deeſſent, irentque obviam Turcico furori antequam magis invaleſceret.

(d) Lib. brev. p. 117.

Pius Papa II. principibus Alamaniæ.

LXXXV. *Quanto dolore cor noſtrum affligant diſſenſiones Germanicæ, quæ poſt dietam Mantuanam ſunt ſuſcitatæ, teſtis eſt Deus cordium noſtrorum ſcrutator, teſtes omnes, qui loquentes nos audierunt: certe judicio noſtro non poterat major plaga inferri fidei cauſæ, non poterat funeſtius malum ad perturbandam populi Chriſti ſalutem, vel cogitari, vel fieri. Prævaluit tandem hoſtis noſter adverſum nos, pluſque in animis hominum potuit terrenus affectus, quam ratio proprii debiti. Promiſſa ſervata non ſunt, pax non ſtabilita, ardor belli & mutuæ ultionis aviditas: quæ ſancte erant excogitata, uno turbine abſtulerunt. Venit ad dietam Nurimbergenſem legatus noſter, rari illuc convenerunt, inter quos eſt parum exauditus. Viennam inde ſe conferens, cum frequentes principes juxta eorum promiſſa conventuros ſperaret, illorum oratores quam pauciſſimos habuit; eoſque non ſatis inſtructos ad illa, quorum cauſa convenerunt. Poſſumus nimium ſortem Chriſtiani populi deplorare, negligentiam potentatuum accuſare poſſumus nos coram Deo, qui annunciare illis verbum ſalutis non recuſavimus, & opere implevimus quod faciendum ſuaſimus. Quamquam autem hæc ita ſe habeant, non tamen divinæ pietati eſt diffidendum, nec præſentium malorum reparatio penitus deſperanda. Agit omnia divina ſapientia certo judicio ſuo inſcrutabili mentibus hominum. Permiſit*

Graves Pii ad German. principes querelæ.

fortaſſe acma hac ſunt, ut contentione dimiſſa peraſiora illa ſint in obſequium fidei: paſſus eſt effundi odium, quod ex longo erat conceptum, ac niſi erumperet ſanari non poterat, at diuturnior inde pax ſequeretur.

Cum autem idem noſter legatus ad tollenda hæc impedimenta dies & noctes laboret, imperialiſque majeſtas & ad ſedandas diſcordias, & adimplenda omnia in conventu Mantuano concluſa intentum ſe eſſe per literas ſuas teſtetur, proptereaque dietam, quæ in Nova civitate proxime haberi debuerat ad proximas kal. ſeptembris prorogari curaverit, & ad eam per literas ſuas convocaverit principes nationis, hortamur nobilitatem tuam in Domino, & per eam quam nobis obedientiam debes,

Repetitæ preces ut ſaluti publicæ conſulant.

enixe requirimus, ut omnibus impedimentis omiſſis, quæ pro Deo non ſunt attendenda, velis vel perſonaliter, quod in primis eſt opus, vel ſi id extremo neceſſitas prohibet, per oratores dignos plenam poteſtatem habentes ad præſcriptum tempus illic comparere, officiumque catholici principis Deum, & matrem Eccleſiam reverentis implere. Hæc enim unica ſalutis via oſtenditur: hæc ſola ratio creditur, per quam ſtare res Germanica poſſit, & indictum pro fide bellum feliciter peragi: te autem, ac reliquis non comparentibus primum honor nationis offenditur, deinde ſpes expectantium præſidium frangitur, poſtremo patria tota inteſtina clade abſumitur, & quod dolenter referimus hoſtibus noſtris vires animuſque accreſcunt. Sæpe hæc ſcripſimus, ſæpe per oratores, & nuncios noſtros prædicari curavimus, ſæpe nos ipſi & Romæ & Mantuæ in publicis conventibus ſumus teſtati. Vox noſtra, quanquam & ſalutaris & pia, a paucis eſt exaudita: non creduntur pericula, quæ ſunt ob oculis longius poſita; ſed, proh dolor! ſi negligentes erunt potentatus Chriſtiani, ſi intenti præſentibus, de futuris cura non erit, cadet aliquando divino judicio ſuper vos hæc tempeſtas, lugebunt mala, quæ non timuerunt, optabunt quæ non advenient, omniſque tarditatis, & deſidiæ pœnitentia ſera erit atque inutilis; quæ ne accidant erit tua, & reliquorum prudentiæ in tempore providere. Dat, &c. VIII. julii.

LXXXVI. Provehebat eos conventus in Nova civitate celebrandos Cardinalis Beſſarion, ad quem Pius, commendata in primis ejus diligentia in mandatis apoſtolicis peragendis, hæc ſcripſit (a): *Fraternitatem tuam ipſa dieta dilatio nullo modo ſolicitet, ſatius enim eſt aliquando expectando, quam unquam accelerando ad portum deſiderii pervenire. In Italia quoque non ea promptitudine procedunt res, quam ſperabamus, pauci que promiſſorum, & voti in dieta Mantuana ſuſcepti ſunt memores, quos tamen paulatim enitemur opera noſtra ad implendum munus ſuum inducere.* Laudavit aliis literis (b) Beſſarionis conſilium de permittendo eo temporis intervallo, quod ad prorogatos cœtus excurreret, in pace inter principes Germanos agitanda: *Literas tuas*, inquit, *ex Vienna & ex Nova civitate accepimus, ex quibus de progreſſu rerum, & dieta ad kal. ſeptembris prorogata plane certiores nos reddis, ſignificans quid interea temporis operari ad pacem intendis, & ad ea exequenda, quæ particularius habueris in mandatis. Conſilia tua, venerabilis frater, quibus te uſum in præſenti ſtatu rerum cognovimus merito commendantur, ſunt enim, judicio noſtro, tempori accommodata, & talia, per quæ veniri ad id, quod quærimus, poſſit, nos ipſi ſi iſtic fuiſſemus, alia ratione dirigere actiones noſtras non potuiſſemus: in molis elegit tua fraternitas id, quod erat boni: conſuluiſti in omnibus Cæſarem, conſuluiſti eos, qui ad te pervenerunt, nec potuit in hoc diligentia locus ullus eſſe erroto: ſi labores tui ſucceſſum, quem optas, non habent, temporum eſt culpa, non tuo.* Nonnullis interjectis de ſtipe a fidelibus in belli ſacri ſumptus conflata non avertenda in alios uſus, hæc addit: *Quod in eleemoſynis erogandis curaturum te ſcribis, ut dubitari non poſſit ad alium uſum eſſe ituras, in primis certe eſt neceſſarium, vetus enim querela nec forte iniuſte facit, ut ita fieri omnino expediat; qui enim viderunt his annis præteritis illas fructum non attuliſſe, qui fuerat tantopere prædicatus, ad avaritiam, non ad pium opus quæri nunc eas exiſtimant, &c. Dat. Senis 2. julii anno II.*

(a) Ib. p. 201.

Solicitatus Beſſario ne animis & labori deeſſet.

(b) Ib. p. 118.

Laudatum ejus conſilium ut principibus conciliandis operam daret.

LXXXVII. Præſtulit (c) etiam Fridericus Imperator pium ardorem in convocandis Germanis principibus ad ſolemnes conventus, ut quæ in Mantuano concilio fuerat decreta in Turcas expeditio, e Germania educeretur, qua de re Pius ei grates hiſce verbis egit: *Cognovimus quanta cura intendas ad vocandos Germaniæ principes, tenendoque pro fide dieta, & adminiſtranda: denique cuncta conſilia, quæ deſiderio noſtro, & fidelium cauſæ conducere credis. Laudamus in hoc piam mentem tuam, & tibi gratias agimus, qui pro conſuetudine tua Apoſtolicam ſedem reverenter proſequeris, & ea meditaris & facis, quæ imperiali officio digne conveniunt. Habebis hujus operis verum a Deo mercedem, & nos ad celſitudinem tuam ferventius complectendam merito inducemur. Certe, chariſſime fili, ſi quod unquam tempus fuit, in quo auctoritatem imperialem adhibere ad ſalutem communem oportuit, hoc profecto in primis eſt neceſſarium; agitur enim cauſa fidei catholicæ, cujus Deo es debitor, agitur conſervatio nationis Germanicæ, quæ propter imperium ab illa ſuſceptum tota eſt tua, agitur Eccleſiæ catholicæ ſtatus, cu-*

(c) Ib. p. 120.

Fridericus decreto Mantuana in opus promovere curſus.

jus

jus protector ex officio diceris, &c.

LXXXVIII. Sopitæ turbæ Germanicæ.

Compoſitis deinde utcumque Germaniæ rebus Cardinalis Auguſtenſis opera, meliores ſpes de inſtauranda ſacra cupeditione affulgere viſæ; de qua concordia pontificiis literis ad Beſſarionem ſcriptis (*a*) hæc leguntur : *Quæ de pace conclusa dubias ſcripſeras, biduo ante tranſmiſſo venerabilis fratris noſtri epiſcopi Eiſtetenſis nuntio intellexeramus : qualiſcumque ea futura ſit, minus noxia erit, quam bellum tanta crudelitate inceptum. Verimur & nos, ne propter duras conditiones parum firmitatis ſit habitura.* Et infra : *Lætamur Cardinalem Auguſtenſem auctoritate tuæ legationis mediatorem ejus pacis fuiſſe, &c.* Confectum inter Udalricum comitem Witembergenſem, & Ludovicum Palatinum Rheni bellum narrat Nauclerus (*b*), repetente Witembergenſi dotalia uxoris jura, deinde vero id diſſidium mox pace diremptum. Cum vero imminentium Germaniæ bellorum civilium procella ſedata videretur, has literas Pontifex Cardinali Beſſarioni dedit (*c*), impoſitumque ei legationis munus converſis in Turcas Germanorum armis ipſum obire juſſit : *Cooperante*, inquit, *Deo tempeſtas illa, quæ Alemanniam totam comprehenderat, in tranquillitatem converſa eſt; principes, qui tantis inter ſe odiis armati ſurrexerant, pacem recipientes quiete nunc agunt, nec ulla in parte nationis, ſicut refert nobis, veſtigium belli apparet. Laus Deo, qui tanto beneficio Chriſtianitatem affecit; facultatem nunc habet Germania in defenſionem fidei arma convertere; tempus eſt rectum, in quo promiſſum Mantuanum exſolvere, & Salvatori noſtro munus ſuum poteſt præſtare. Credimus circumſpectionem tuam nunc huic uni rei tantum intendere, & ad proſequutionem conventorum inſtare.* Subdit ineundam eam rationem, ut Imperatore domeſticis implicito difficultatibus Fridericus Palatinus expeditioni pontificio & imperiali nomine præficiatur; quod conſilium eidem Imperatori etiam hiſce literis (*d*) expoſuit.

(*a*) *Ib. p. 130.*

Cardinalis Auguſten. interpres concordiæ.

(*b*) *Naucl. vol. 2. gener. 49.*

(*c*) *Eod. l. brev. p. 191.*

Beſſario expeditionem in Turcas promovere juſſus. De Palatino illi præficiendo actum.

(*d*) *Ib. p. 192.*

Pius Papa II. Imperatori.

LXXXIX.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. In conventu, qui Mantuæ eſt habitus, deſignavimus te capitaneum belli contra Turcos indicti, ſpem omnibus dantes virtute tua & auctoritate nominis tui rem illam habituram felices ſucceſſus : habuiſſet jam, credimus, niſi & grave in natione bellum, & graves in dominiis tuis privatæ moleſtiæ impedimento fuiſſent. Quieſcunt nunc Germaniæ res beneficio Dei : tuæ vero, ſicut ſentimus, in eadem agitatione verſantur. Quamdiu ſerenitas tua laborabit his malis domeſticis, non ad publicum bonum impartiri animum poterit. Si unquam opportunitas ponendi exercitus, ſi promiſſum Mantuanum ſolvendi eſt data, datur profecto hoc tempore non ſolum magna, ſed etiam facilis : id ſolum deeſt, ut princeps aliquis auctoritatis, & gratiæ, curis aliis liber, ſalutaris operis hujus ſit fidelis promotor, totaſque illi ſoli incumbat. Honor celſitudinis tuæ & cura Chriſtianæ reipublicæ ſuadent, ut quandoquidem tu ipſe non potes, de aliquo cogites, qui tuo & noſtro nomine vices imperiales adimpleat. Luſtravimus cogitatione totam Germaniam, principes omnes judicio noſtro expendimus, neminem aptiorem Friderico comite Palatino invenimus. Eſt huic militaris peritia, eſt ad opus ipſum affectio, eſt denique in Alamania auctoritas multa; ſperaremus hoc operante glorioſum aliquid perfici poſſe, ſi vexilla tua accipiens a nobis ambobus vicecapitaneatum ſuſciperet favore tuo, ſtudio ſuo ad ſolvendas decimas clerum inducere poſſet, & comparare promiſſos exercitus.

Nota nunc eſt toti Chriſtianitati pax inter principes facta, unde omnes expectant quem exitum habeat ſponſio illa nationis teſtimonio publico Mantuæ celebrata. Erit ſine honore Germania, ſi ad nihilum recidet tanta expectatio, erit in omnium ore tua ſerenitas, ſi capitaneatu accepto per ſe, vel alium nil tanto officio dignum peregeris. Si curæ domeſticæ te a publicis avocant, danda eſt opera, ut quod per te ipſum non potes, videaris per alium velle, nil certe eſt indecentius quam per nullum velle boni aliquid fieri. Commendamus tuæ ſerenitati cauſam hanc fidei, commendamus honorem Apoſtolicæ ſedis, commendamus denique æſtimationem nominis tui, hortantes ac requirentes, ut in hoc comite Friderico velis una nobiſcum ſentire, & illum ſubſtituendo facilitatem omnem præbere, qua tibi & nobis, totique nationi ſatisfacere cum gloria poſſit : faciet in hoc bonitas tua rem Deo acceptam, Romanæ eccleſiæ gratam, & Chriſtianitati plurimum ſalutarem : de qua cum etiam venerabilis frater Beſſarion Cardinalis Nicænus legatus noſter ſit tecum verba facturus : placeat pro conſuetudine tua benigne illum audire, & ad publicam neceſſitatem reſpiciens fidelia monita noſtra amplecti, &c. Dat. Romæ XI. octobris anno III. Detrectavit Fridericus Palatinus (*e*) Germanici exercitus in Turcas ducendi imperium ſuſcipere; quocirca Chriſtiana res admodum eſt afflicta, nullo principe illius patrocinium ſuſcipiente.

Monitus Fridericus ut cum Pontificiis votis conſentiat.

(*e*) *Ib. p. 200.*

XC.

Periclitabatur interim Pannonia Turcarum exercitibus obvia, ad quorum frangendos impetus Pius Fridericum Imperatorem rogavit (*f*), ut biennales inducias cum Hungaro iniret, quo etiam Beſſarionis Cardinalis conſilia ſpectabant, ut ex his Pii verbis (*g*) conſtat : *Placent mirum in modum, quæ de treugis cum Hungaris ineundis nuperrime inchoaſti, rogamus,* quam-

(*f*) *Ib. p. 183.*

(*g*) *Ib. p. 130.*

De induciis inter Fridericum & Matthiam actum. Hungari deſerti de induciis cum Turca agitant. (a) Ib. p. 176.

quanquam opus non ſit, ut occaſionem hanc urgeat. Inſtabant Hungaris pericula tum a Turca, qui funeſtam aliquam rei Chriſtianæ cladem inferre moliebatur; tum a Friderico Imperatore, qui ad ſolium Hungaricum aſpirabat: quamobrem de induciis cum Turca faciendis agitabant conſilia, quod cum in aliarum Chriſtiani imperii provinciarum damnum vertendum eſſet, Pius Matthiæ Pannoniæ Regi quadraginta millia nummorum in bellicos impendenda ſumptus ſpopondit (a), ſpemque majoris præſidii injecit ſi fœdus Turcicum reſpueret.

Promiſſum Mathiæ ſtipendiarium aurum ne eas paciſcatur.

Promittimus, inquit, *ut ſint brevi in manibus præfati legati noſtri quadraginta millia ducatorum, quorum auxilio, ſi quæ difficultates a Turcis vigebunt, poſſit pro nunc inſtanti periculo obviari, non dubitamus quin dietim grandiora præſidia ſint affutura, & ſerenitas tua ex conſtanti propoſito ſuo gaudium ſuſceptura: ad quæ nos peragenda vires noſtras omnes, & animam denique, ſi ita neceſſe erit, pro ſalute omnium noſtrarum parati ſumus conferre. Dat. Senis* xx. *februarii anno* II. De eadem vi auri ſuppeditanda Hungaris, ſi cum Turcis inducias non pangerent, ad Cardinalem Beſſarionem ſcripſit (b) Pius. Sed exigua nimis illa videbatur ad bellum adeo periculoſum adminiſtrandum, aſperrimeque ferebant Hungari, duodecim equitum millia ſibi promiſſa, ut Turcicum bellum conficerent, non ſubmitti: qua de re cum apud Pontificem graves querelas funderet Joannes Carvaial Cardinalis legatus, reſpondit (c) Pius a ſe tot equitum millia ſuſtentari non poſſe, niſi alii, qui ea ſubſidia erant polliciti, ſuam pariter ad id operam conferrent; aliiſque literis hanc excuſationem attulit (d); *Novitas pontificatus, & peregrinationes curiæ, & mora diuturna Mantuani conventus nos exhauſerunt: pauxillum tamen quod eſt, & quæ in poſterum erunt contribuere in opus Dei non recuſamus; malumus enim privatim egere quam publice.*

(b) Pag. 102. Queruntur Ungari promiſſa duodecim equitum millia non ſuppeditari. (c) Pag. 282. (d) Pag. 275. Excuſat ſe Pontifex.

XCI. Patareni e Boſnia exciſi. Præcipui miſſi ad Pontificem.

Inter hos Hungaricos fluctus Stephanus Thomas Boſniæ Rex, qui munitiſſimam arcem Zeudeen nuncupatam Turcis prodiderat, percuſſeratque cum ipſis fœdus, ut turpiſſimi facinoris labem deleret Patarenos Manichææ inſaniæ ſectatores e regno ſuo excindere aggreſſus eſt, ſeu religionis aſſerendæ ſtudio, ſeu diripiendarum ipſorum opum cupidine incitatus; ac præcipuos impietatis ſigniferos ad Pontificem miſit: quos ille fide orthodoxa erudiendos curavit, ut refert Gobelinus (e). Increbuit poſcere etiam Regis ejuſdem oratores a Pio, ut epiſcopos in Boſnia ad religionem propagandam crearet, tum coronam, qua ille cæterique ſucceſſuri principes redimendi eſſent tranſmitteret; tum legaret aliquem præſulem, qui Boſnenſium rerum ſtatum inſpiceret. At mox Matthias Hungariæ Rex ejuſmodi poſtulatis interceſſit, queſtuſque eſt hæc a Boſnenſi petita de epiſcopis ad ſubornandam pietatis ſpecie Zendrenſis arcis proditionem; coronam vero a Pontifice donandam non eſſe, cum ſupremum in Boſniam imperium Rex Hungarus obtineret; cui his verbis reſpondit Pontifex (f).

(e) Gob. l. 5. Boſnenſis Regiam coronam exambit a Pio.

Contendit Ungarus ſibi ea re injuriam fieri.

(f) Lib. brev. p. 203.

Pii ad eum literæ.

Pius Papa II. Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Timere celſitudo tua videtur per literas, quas proxime accepimus, ne propter adventum oratorum Boſnenſium ad concedendos illi regno epiſcopos, dandamque Thomæ Regi coronam faciles aures præbeamus oſtendens omnia hæc ad velandam proditionis ſuæ infamiam pertinere. Nos autem, chariſſime fili, non ita ſumus harum rerum ignari, aut ad gratiam faciles, ut non etiam extimeamus quæ ſequi ex conceſſione hujuſmodi ulterius poſſent: novimus quo Thomas prædictus in tuam ſerenitatem commiſiſſe, quam in gravem chriſtianorum cauſam peccaſſe aſſeritur. Scimus multæ conſiderationis eſſe debere epiſcopos ubi non ſunt de novo inſtituere: tenemus quoque memoria hanc ipſam coronam fuiſſe a noſtris prædeceſſoribus ſæpius poſtulatam, neque tamen unquam obtentam, quam ſi ulla ratione fuiſſemus daturi, non ſine honore, & beneplacito tuo, qui jus ad illam prætendis, dandam cenſuiſſemus, de ea tamen nullum per oratores verbum eſt factum. Conati ſunt tantum Regis calumniam excuſare, aſſerentes quæ de Zendren acciderant neceſſitatis fuiſſe, non voluntatis.

Non detractum in illius jus.

Bonam inſuper Regis mentem ad veræ fidei cultum vel ex eo probare ſunt niſi, quod pernicioſam Patarenorum gentem ex omni ditione ſua expulerat. Epiſcopos, fatemur, cum inſtanter poſtularent, illud tamen per ſingula petierunt, ut mittere illuc ex noſtris aliquem dignaremur, qui geſtorum ſuorum & petitionum, quas fecit diligens ac verus eſſet ſcrutator. Hoc nos facere ideo gravati non ſumus, quod miſſionem nuncii noſtri videmus nulli rei poſſe abeſſe: ad referendum, non ad concedendum juſſus eſt proficiſci: curabimus ne celſitudo tua ignoret, quantum nos tibi ſanguique tuo afficimur. Nec credere debes ſedem Apoſtolicam aliquid conceſſuram, quod vel Deo ingratum, vel præjudiciale eſſe quomodolibet poſſit. Pontificem habes, qui & juſti eſt cultor, & quemque in ſuo jure ſervare deſiderat. Commendamus tuæ ſerenitati, licet opus non ſit, cauſam catholicæ fidei, pro qua hucuſque pugnaſti, commendamus legatum noſtrum, qui illius ſervandæ gratia plures jam annos regno, quanta poteſt cura, tecum laborat. Dat. Petrioli Vulteranæ diœceſis VII. *junii anno* II.

Ex-

XCII.

Excuſarat apud Pontificem Joannes Cardinalis legatus deditionis Zendrenſis arcis infamiam; tum etiam monuerat nonnullos Bohemicæ hæreſeos ſuſpicione laborare, deque induciarum fœdere cum Turcis ineundo agitari, ad quæ hæc reſpondit (a) Pius: *Intelligimus de defenſu Regis Hungariæ ad conventum cum Bohemiæ Rege tenendum; utinam talis ſit, qualem communis neceſſitas poſtulat. Intelligimus & quid de treugis cum Turcho ineundis tua circumſpectio indicet: qui in re dicere aliud non poſſumus, niſi quod vellemus ea præſtare poſſe, quæ noſtra mens agitat, ſed Dei hoc eſſe opus videmus, in cujus manu corda ſunt Regum.* Et infra: *Exhortatio ad Regem Bohemiæ per te miſſa nobis plurimum placet: quoniam nos ſuis literis indicare, & intelligere, ex omnibus noſtris poſſumus, quas illic habuimus, cognoſcimus mentem ejus, & devotione Apoſtolicæ ſedis & unione regni a vero dogmate non eſſe alienam, quibus de rebus oratores ſuos non multo poſt ad nos venturos confidimus, &c. Dat. Senis xi [illegible] martii anno ii.* Deluſum Pium impii hominis hypocriſi inferius planget narratio.

(a) Ib. p. 150.

XCIII. Cyprus in extremum diſcrimen adducta.

In Cypro acerbum flebileque vulnus paſſa (b) eſt religio, & magnæ rerum converſiones, ac perturbationes ſecutæ: Ludovico enim ducis Sabaudiæ filio a Carlotta Joannis Regis Cypri unica herede in thori ſoliique regii ſocietatem vocato, Jacobus regius ſpurius Ferdinandi Aragonii ſpurii, qui Neapolitanum regnum ſibi pepererat, exemplo incitatus, tyrannidem aperte affectavit, cumque Ludovici impetus ſuſtinere non poſſet, ad ſultanum Ægyptium eumdemque Babylonium, qui poſtremis in Chriſtianos graſſationibus ſupremum in inſulam imperium ſibi compararat, perfugit, atque ejus imploravit opem, ut paternum regnum ſibi aſſereret, cum ipſe unica virilis ſoboles a patre Rege ſuſcepta ſupereſſet, & Carlottæ ſorori, quæ ſceptrum Ludovico extero detulerat, præferendum ſe diceret, quod legibus barbaricis conſentiebat; pluraque addidit contra Gallicum nomen inviſum Ægyptiis, cum ſuperioribus ſæculis graviſſima damna a Francis facta fuiſſent, tum ſe fidiſſimum ipſius ſultani clientem futurum eſt pollicitus. Excepta ſunt avide Jacobi verba, ac nefandiſſima jurisjurandi formula (quam Pius & Gobelinus hiſtoriæ mandarunt) in ſultani authoritate ſe futurum ſpopondit, tum illius imperio per Alexandriæ compita regiis redimitus inſignibus circumductus.

(b) Æn. Sylv. hiſt. Aſiæ c. 97. Gobel. l. 7. Naucl. vol. 2. gen. 49. Boſ. hiſt. equit. Jeroſ. l. 7. & alii.

Jacobus ſpurius vectigalem ſe Ægyptii ſultani profeſſus.

XCIV.

Cum id præſenſiſſet Ludovicus Sabaudus, oratorem ad ſultanum miſit, qui vetera ſponderet vectigalia augeretque: tum expoſceret ne Chriſtianis inter Chriſtianos jus dicere detrectaret: Jacobum de concubina natum, neque Chriſtianis legibus ad ſceptrum admittendum. Inclinabat jam ad æquitatem ſultanus, quantumvis ejus filius, ac tres mameluchi præpotentes obſiſterent, cum Mahumetis II. Turcarum Imperatoris orator ab ea ſententia illum hiſce verbis (c) dimovit: *Accepit amicus tuus Turcarum Imperator Mahumetes te Jacobum Cypri Regem appellaſſe, eumque in patrium regnum ſtatuiſſe reſtituere: digna res quæ de tuo ſolio manaret, & noſtræ religioni accommoda: ſed renuntiatum poſtea eſt te mutato conſilio pacem cum Rege Gallico paciſci, & quem juvare cœpiſti velle deſerere, tamquam ignores quanta perſequatur odio gentem noſtram Gallicus ſanguis, neque Gotfridi, Balduinive, aut aliorum ejuſce gentis facta mente teneas, qui ſæpe majores noſtros magnis cladibus afflixerunt. Vide quid agas, ſi pax tibi cum Gallico genere cordi eſt, cum noſtro bellum expecta. Nec tibi cum ſolis Turcis inimicitias futuras putes: Ægyptii, Syri, & Arabes, quibus præes, ſummo te odio proſequentur: nec tuus tibi filius parebit, qui religionem noſtram Gallicano ſanguini prodideris, quod ſi promiſſam fidem Jacobo ſervaveris claſſemque paraveris in Cyprios, Mahumetes quoque alteram parabit in Rhodios, & utriuſque inſulæ ſpolia tua erunt; ſolum tantum inſulam Rhodiam Mahumetes ſibi ſervatam cupit, placuerunt ſultano Turcæ oblata, atque in ejus poſtulata conſenſit. Apparata eſt e veſtigio claſſis, & Jacobus cum magna militum manu in ea vectus Cyprum appulit.*

(c) Ext. apud Æn. Sylv. ſup. c. 87.

Mahometes Ægyptium ad Cypriam expeditionem animat.

XCV. Jacobus Cyprum cum Ægyptio exercitu invadit.

Dum is belli turbo adverſus Cyprum in Ægypto conflabatur, Ludovicus Rex Carlottæ vir opem imploravit Ludovici patris ducis Sabaudiæ, qui mox claſſem inſtruxit; tum a Pio II. ſubſidia ad retundendos infidelium impetus popoſcit: cui Pontifex decumas annuas, quæ in Sabaudia ex decreto Mantuano imperatæ erant pro gerendo in Turcas bello, attribuit (d), atque indulgentiarum præmia iis, qui ſubſidiarium aurum conferrent, impertivit.

(d) L. 10. p. 81. 97. 98.

Ad futuram rei memoriam.

Decreta a Pio pro Cypriis ſubſidia.

Attendentes, quod ejuſdem religionis, & populi hoſtis perfidiſſimus, & ſceleſtiſſimus potentiſſimuſque princeps ſoldanus non ſolum, proh dolor! ſacroſanctum dominicum tumulum dudum occupavit polluit ac ſceleſta imperia ſua aliaſque orientales civitates olim Chriſtianorum atque terras ſubjugavit, verum etiam Chriſtianorum ſanguinem ſitiens ad occupandum inſulam & regnum Cypri appropinquat, claſſem validam comparat, omnique conatu in illius regni depopulationem, & perniciem Chriſtianorum continue utitur, ut niſi ei celeriter occurratur, verendum ne repente illam regionem atque regnum expugnet, atque confundat, & pro-

Digitized by Google

& prorſus deleat veluti ſonitus tempeſtatis: quod propter peccata Chriſtiani populi noſcitur accidiſſe. Unde ne in tremendo judicio Salvatoris noſtri compitat exceptio, quod nobis ſilentibus & non providentibus illud regnum, & Chriſtianæ religionis habitaculum ab eodem ſpurciſſimo ſoldano ſuppeditetur; ſed potius noſtræ proviſionis ope Chriſtifideles ad comportanda auxilia eiſdem Regi & regno & Chriſtianis tuendis, & defendendis atque a tanta inſultu, & rabie liberandis ferventius incitentur, & ii exinde animarum ſuarum ſalutem facilius conſequantur; de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, in univerſis, & ſingulis civitatibus, terris, ac locis, ſub chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Regis Cypri illuſtris, & ejus feudatariorum, & adhærentium regno, & dominiis conſiſtentibus, nec non etiam aliis alienigenis, ſeu forenſibus in eodem regno domicilium habentibus, ſeu commorantibus, qui de facultatibus ſuis juxta eorum ſtatum & dignitatem viro & uxore pro una

Stipem collaturis indulgentiæ propoſitæ.

perſona computatis, videlicet qui nobiles & majoris facultatis & conditionis, extiterint ſinguli tres, qui mercatores & mediocres ſinguli duo, qui vero plebeii & inferiores ſinguli unum, ſeu ſi adeo pauperes fuerint medium florenum auri de camera, vel eorum verum valorem aut eo amplius, & infra, *contribuerint*, (nonnullisque interjectis, quibus votorum leviorum commutatio permittitur) *plenam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam authoritate apoſtolica indulgemus, &c. Datum Senis anno MCCCCLX. XIV. kalend. auguſti pontificatus noſtri anno II.*

XCVI. Jacobus Cypro potitur.

Tardiora fuere ea ſubſidia, Cyprii enim invecto Ægyptiaca claſſe Jacobo, mox fidem illi ſuam addixere, ut Pius in Aſiatica hiſtoria narrat (a): *Non tulerunt*, inquit, *ejus impetum Galli, quamvis Rhodios adjutores haberent, neque auſi apud Nicoſiam expectare, in caſtellum, quod Cerines appellatur, ſeſe receperunt. Jacobus, reliquis omnibus in poteſtatem receptis; obſidionem aliquandiu circa caſtellum tenuit: deinde ſpe potiundæ munitionis depoſita, dimiſſis cuſtodibus, qui Gallos ab incurſione prohiberent, Nicoſiam reverſus ad reformationem regni ſe convertit, legatoſque ad nos miſit, qui multa peterent faciem honeſtatis habentia, ſed re vera nil aliud quærebat, quam Chriſtiani Regis apud ſedem Apoſtolicam nomen uſurpare, ſed contra illi evenit quam putabat.* Extracta (b) eſt Cerinenſis arcis obſidio in hyemem, qua ob procellas maris Ægyptia claſſis obſidionem ſolvere, ac repetere Alexandriam coacta eſt: ac tum Jacobus cum Cypriorum, quibus infenſus erat, defectionem vereretur, ſummis precibus obtinuit, ut unus e mamaluchorum principibus cum parte copiarum in inſula ſubſiſteret.

(a) Æn. Sylv. ſup. c. 87. Gob. l. 7. Jacob. Luſinian. hoc anno Biſ. & Naucl. ubi ſup.

Galli Cerines caſtro ſe recipiunt.

Regium nomen Jacobo a ſede Ap. denegatum.

(b) Jac. Luſin. in hiſt. Cypr.

XCVII. Ægyptius Soldanus minaces literas ad Pium ſcribit.

Hac victoria inſoleſcens Ægypti & Babyloniorum tyrannus, idemque fidei Chriſtianæ apoſtata crudelitateque in fideles efferatior, minaces literas & contumeliis refertas ad Pontificem miſit, in quibus de fide Chriſti deſerta gloriari turpiſſime auſus eſt: cui Pius ita reſcripſit (c), ut eum in ſalutis rectum tramitem revocare niteretur.

(c) Mſ. Vall. ſig. n. 91. p. 127.

Pius ſervus ſervorum Dei cultor omnipotentis, & alumnus Jeſu Chriſti ſoldano Babyloniorum.

Si deſideras veniam, & ſi ſperes ante tribunal diſtricti Judicis miſericorditer in Domino venire, qui candor eſt lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, in quo omnium creaturarum vivunt imagines, earundem opifex Dei Filius, æqualis æterno Patri exiſtens, pro reparatione generis humani formam humanitatis aſſumens, in intemerata virgine deitatem occulens, cum venit plenitudo temporis prodiit in mundum caro factus, qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, portans omnia verbo virtutis ſuæ, peracto paſſionis ſuæ tempore, aſcendens ad cœlum ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis, quem multitudo angelorum in cœlis, & omnium Chriſtianorum in terris laudat, & pariter adorat. Tu vero pulvere terreæ dignitatis excæcatus, tumore præſumptuoſiſſimæ ſuperbiæ inflatus, obſtinatus permanens eundem abnegas Dei Filium, a quo tibi & filiis tuis, ſi ſaperes, ineſtimabilis vitæ poſſeſſio foret ſolertius expetenda: ſed & tuis ſimilibus ſcriptum eſt, quia non habuerunt ſapientiam perierunt propter ſuam inſipientiam, exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.

Quid apoſtatæ Ægyptio reſponderit.

De Chriſti humanitate ac divinitate.

Exprobrata apoſtatæ illius inſipientia.

XCVIII.

Scribis nobis improperia, mandas opprobria, contumelias multiplicas, quas prorſus ſilentio obruimus, ne tuorum vitiorum participes, quibus te pollutum videmus, inveniamur vel æquales. Ne autem vanitate ſeductus in nimiam erigeres ſuperbiam & in oculis tuis tibi ſapiens videaris, convenit verborum acuto jaculo tuos garritus varios, & effrænos veritate irrefrænabili refrænare. Revoca, quæſo, ad memoriam Goliæ Gethæi calumnias viri fortis & ſpurii in ſua virtute ſuorum armorum apparatu confidentis, qui agmini Dei exprobravit, quem David adoleſcens, nondum pugnare ſciens, in nomine domini Dei ſui Iſrael in funda & lapide congrediens crudeliter interemit, caputque ipſius auferens, carnes ejus volatilibus cœli, & beſtiis terræ tradidit devorandas. Tu bellatorum multitudine, copia divitiarum, numeroſitate regnorum gloriaris; nos autem in nomine Domini

Refractæ illius minæ.

nimi tui plaſmatoris ſperantes, etiamſi poſſibile foret, quod ſolem multitudine telorum tegeres, in umbra tecum nihilominus pugnabimus, in baculo crucis & lapide, qui de monte ſine manibus eſt præciſus, totam tui exercitus virtutem, ut teſtam figuli, minutatim conteremus. An ignoras, quod tantum numerandi ſunt, qui totum mori putant? Nos moriendo vincimus, & optatam mercedem æternæ retributionis accipimus: tibi autem & tuis usque in vita, neque in morte ſpes ulla beatitudinis remanebit: minaris nobis martyrium, quod optamus, & quadam diabolica perſuaſione terrorem incutiens, nos adhuc niteris avertere ab eo, quod totis deſideriis affectamus. Nunquid ignoras, quod ſanguis martyrum ſemen eſt, & tanto latius ſpargitur quanto crudelius funditur, & quanto latius dilatatur? crudelitas, qua ſævis in Chriſtianos, indubitanter te ducet ad interitum: nos vero ad meritum, quoniam in cœlum manus levabimus, gratias agentes, in ſanguine peccatorum.

XCIX. *In malitia gloriaris, qui potens es in iniquitate, & deſtructorem demolitoremque ſacrorum & famoſiſſimorum locorum te aſſeris, non attendens nihilominus Antiochum Regem Ægyptiorum* * *nimio faſtu repletum dum fureret, & ad perficiendum ſe fecit in curru portari, accidit impiiſſimum tyrannum curru cadere ſic, quod toto corpore fracto dirus dolor viſcerum eum apprehendit ita, quod e corpore ejus impii vermes ſcaturirent, nec eſſent qui ipſius fœtorem ſuſtinere poſſint. Manifeſta igitur Dei virtute in ſe conſternatus ſic ait:* Juſtum eſt hominem ſubditum eſſe Deo, & mortalem omnipotenti pie aſſentire. *Sed quia præfatus Antiochus dignus non erat venia abominabili morte defunctus eſt; unde tibi & aliis flagitioſis, & ultra modum de ſua virtute gloriantibus, correctionis reliquit exemplum. Indaga ſagacius, intuere prudentius, qualiter potentiſſimus Pharao olim Ægyptiorum princeps populum Dei inermem & fugientem, ſed in Altiſſimi protectione ſperantem, perſecutus fuerit, & fluctibus rubri maris obvolutus cum curribus & equitibus fuit ſubmerſus, filiis Iſrael Deo cœli ſacrificium laudis offerentibus, qui ſalvat ſperantes in ſe, & de ſua virtute gloriantes humiliat. Sed acies rationis in te hebuit, ſenſus tui nimiæ ambitionis turbine ſunt confuſi; ut jumentis non ſolum ſimilis ſed & inferior comproberis. Æſtimas eundem Dei filium, quem colimus, fore mortuum, & ſtulto more deceptus, potentiſſimam potentia diminutum. Ergo Deum trinum, & unum invocare ne tardes, ut damnatæ gentilitatis ritu depoſito, ſacraſancto fidei merearis ſignaculo inſigniri.*

* Perſarum

Propoſita tyrannorum divinitus domitorum exempla.

C. *Comparas nos etiam pugillo, & guttæ roris, & ignoras nos tot fortium bellatorum fortitudinem poſſidere, qui ad bella*

dectiſſimi potentiam tuam, in qua prætendis, ſi ſine immenſo labore noſtrorum ad te pateret acceſſus, tui exercitus virtutem in cinerem redigerent, & favillam. Nunquid dubitas Crucifixo potentiſſima latiſſimaque regna deſervire? An ignoras imperium Romanorum fore invictiſſimum, Francorum regnum Chriſtianiſſimum, Angliæ ditiſſimum, Hiſpaniæ, Portugalliæ, Navarræ, Hiberniæ, Cataloniæ, Aragoniæ, utriuſque Caſtellæ, Siciliæ, Cypri, Neapolis, Norvegiæ, Sueciæ, Daciæ, Cracoviæ, Friſiæque regna latiſſima ſignaculo crucis adornata? An deſpicis Hungaros homines feroces arcubus & ſagittis invictiſſimos, homines in equis eorum aerea tranſvolantes? An regnum Polonorum ſeveriſſimum, Bohemorum fortium plurimum metuendum? Denique forſan parvipendis Teutonicos per multa terrarum ſpatia diffuſos, quorum audaciam nunquam aliquis domare potuit. Ceterum nullum parum malum natura ſuſtinet, niſi aliquibus bonis polleat, & hoc in te, qui te cuſtodem aſſeris ſpeluncæ Crucifixi, & utinam hoc faceres, ob ſpem ſalutis: ſed timemus tam pretioſum theſaurum te propter inſatiabilis avaritiæ voraginem, Chriſtianorumque denarios cuſtodire.

Chriſtiani imperii demonſtrata magnificentia.

Scribis etiam nobis, quod ſanguinem Chriſtianorum effundendo coram omnium rerum plaſmatore die noviſſimo rationem erimus reddituri: exinde Deum laudamus, quod a longe lippientibus oculis velut palpitando Chriſtum recognoſcis, & optamus quod fidem noſtram, qua unum Deum credimus ſine principio & ſine ſuſcipias, ut tua idololatria ſpurcitiis plena ad verum examen perveniat, ut ad utrunſque gloriam meritis, quibus eo ornari cupimus, æterna retributione coroneris: & ſi pertinax tuo in errore permanſeris, æterna damnatione crucieris. Dat. Senis in aula epiſcopali v. kal. junii anno Domini MCCCCLX. pontificatus noſtri anno II.

Confutatæ Ægyptii tyranni argutiæ.

CI. Pervenit hoc anno Romam ad Pontificem inſignis Trapezuntini Imperatoris, Perſarum Meſopotamiæque Regum, Caramanni Ciliciæ, aliorumque plurium pro armorum ſocietate contra Turcas coeunda legatio, quam deſcribit his verbis Gobelinus (a): *In apoſtolatus ſui exordio miſerat Pius in orientem Ludovicum quendam ordinis Minorum profeſſorem, ut Reges Chriſtianos, Iberiæ, Armeniæ, & Meſopotamiæ adverſus Turcas armaret in Aſia, ſi Chriſtianos expeditionem in Europa adverſus eoſdem hoſtes parare contingeret. Fuerat Ludovicus ſedente Calliſto in Perſide, ut ajebat, multoſque ibi Chriſtianos invenerat, & amicos Chriſtianorum, qui Turcis infenſi eſſent: is paulo poſt reditum Pontificis ex Mantua Romam appulit, quem plures orientalium principum oratores ſecuti ſunt, quorum hæc ſunt nomina. Da-*

(a) *Gob. l. 5.*

Orientalium Regum legatio inſignis ad Pium.

Digitized by Google

vid Imperator Trapezuntius Michaelem Aligerium miſit, Georgius Rex Perſarum, & majoris Armeniæ, ac minoris Iberiæ, cui pater fuit Alexander, Nicolaum Thephelum: Aſam gener Imperatoris, ac Chriſtianorum amicus, cui pater fuit Caruluccas Mahometem Tracomannum: Gorgora in Iberia majori ducatum obtinens, cui pater fuit Gazabeechi, Caſſadan Curcecchan: Urtebecue Armeniæ minoris dominus Moratum Armenium.

Varii eorum habitus fuere. *Legatorum ſicut diverſi mores, ita & habitus fuere adeo, ut in omnibus admirationi eſſent, & plebs quacumque irent in ſe oculos converteret, puerorumque turbam ſecum traherent. Perſici oratores in modum noſtrorum monachorum ſervata capillorum parva corona totum caput tonſum: ejus, qui ex Meſopotamia venit, pari modo; ſed in vertice ſumma capillorum parvulus quidam manipulus viſebatur, quemadmodum gentiles geſtaſſe flamines in pileo ferunt. His per Colchidem, & Scythiam, tranſmiſſo Tanai, ac Danubio, in Hungariam iter fuit: deinde in Germaniam, ubi Federicum Imperatorem ſalutavere.*

Quo itinere venerint. *Hinc profecti Venetias magnis honoribus ab ejus urbis ſenatu excepti ſunt, quæ res fecit, ut veri oratores crederentur propter commercium, quod Veneti cum orientalibus habent. Cum Romam veniſſent non minorem gratiam invenerunt: recepti tamquam legati Regum, occurrente prælatorum ordine: diverſoria & cibos ex publico accepe-runt.* Et infra.

CII. Eorum oratio. *Auditi in conſiſtorio coram Pontifice in hunc modum verba fecere: Miſiſti ad nos Ludovicum Bononienſem profeſſione minorem, qui ait te Mantuam petiviſſe, ut conventu cum Chriſtianis celebrato Mahumeti Turcorum Imperatori bellum inferret. Cupere principes noſtros, cum tu in Europa illum oppugnaris, in Aſia tumultum excitare: placuit ſermo. Oderunt Turcas noſtri principes, te amant, & Chriſti vicarium venerantur, parendum tibi eſſe fatentur eam ob cauſam, cum gravibus inter ſe odiis diſcordarent bellumque gererent, jubente nuntio tuo arma depoſuere, parati cum juſſeris adverſus Turcas ea reſumere.*

Centum viginti armatorum millia polliciti. *Centum viginti millia pugnatorum cum volueris præſto aderunt; in Aſia uſque ad Helleſpontum, & Thraciam Boſphorum Mahumetis imperium invaſuri, dum tu pari modo cum occidentalibus populis aggrediaris Turcas. Ad hoc miſſi ſumus, ſimulque tuos oſculemur pedes tamquam vicem Dei tenentis in terra.*

Ingens aliud auxiliorum numerus promiſſus. *Nobis fœderati ſunt Bendias Mengrelia & Arabia Rex & Pancratius Iberorum, qui nunc Georgiani vocantur, & Manio marchio Goria, & Hiſmael Sinopi dominus, & Caſatamna cui pater fuit Spediar, & Fubin dux Angoſia, & Churamannus Cilicia dominus, quorum maxima erant præſidia. Illud tantum ex te nunc petimus, ut Ludovicum, qui nos huc adduxit ſuper eos, qui Romanum in oriente ritum cuſtodiunt, & tuæ ſedis fides conſociantur, patriarcham conſtituas.*

His dictis laudavit Pontifex principum deſideria, & quæ obtulerant magni ſe facere oſtendit, quæ Mantuæ geſta fuiſſent expoſuit: ſe feciſſe quæ potuiſſent, non concurriſſe Chriſtianos Reges: ſperare tamen concurſuros ſi norint orientalium propoſitum: utile videri Legatos ipſos per Italiam trans alpes in Gallias proficiſci, eademque Regi Franciæ, ac duci Burgundiæ dicere, quæ ſe coram expoſuiſſent: ſine Francis expeditiones, quæ digna ſint, difficile fieri poſſe: eam eſſe nationem, quæ ſæpe adverſus infideles terra marique glorioſe certaverit, & nunc eam Turcis præcipue timendam fore. — Expetitus Ludovicus Minorita in patriarcham. — Dimiſſi orientales oratores in Gallias.

CIII. De Georgianorum legatione ad Pium II. cum e conventu Mantuano ſeſe in urbem reciperet, meminit Raphael Volaterranus (a), qui de gentis illius, quam a Joanne XXII. ad conjunctionem cum Romana eccleſia, oblata ea de cauſa ſynodo œcumenica, ſollicitatam vidimus, ritibus hæc tradit: *Sunt Georgiani, quæ gens & ipſa Chriſtiana bello fortiſſima, & vicinis formidata, cognominata, ut ferunt, a divo Georgio, cujus vexillum in bello contra infideles geſtant: ego tamen non minus putaverim eos eſſe poſſe, quos Plinius Georgios appellat. In ea igitur regione ii, quod procul ſint a ritu orthodoxo aberrant, Græcorum fere ſectantes errorem eadem & in ſacris libris lingua utentes; ſacerdotes eorum diro ſqualore petaſati incedunt, crinibus oblongis, barbaque ad pectus emiſſa, ſacrificant etiam more Græcanico; in calice molliunt offam, quam prius ſacerdos ipſe cochleari argenteo delibat, deinde volentibus delibandam modo ſimili præbent.* Quæ geſſerint in Gallis Belgioque ii oratores Aſiatici, dicetur proximo anno: nunc decretum pontificium urgente atque inſtante Georgio Scanderbego adverſus Lecham Ducaginum, & nonnullos ejus ſocios Chriſtiani nominis proditores, qui percuſſo cum Turcis fœdere Macedoniam vexarunt, & Scanderbeghum ipſum bello petiere, editum (b) adjungemus.

(a) Raph. Volater. l. 12.

Georgianorum mores & inſtituta.

In Scanderbechium aliqui Albanenſes cum Turcis ſentiunt.

(b) L. 8. bull. p. 276.

Venerabilibus fratribus Durocenſi & Antibarenſi archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis univerſis.

CIV. *Nuper non ſine gravi admiratione accepimus, quod iniquitatis filius Lecas Ducaginus, & alii iniquitatis fratres Polacenſes majores in Albania domini temporales, propriæ ſalutis immemores quondam Pauli ipſorum genitoris monitis & voluntati in ea parte penitus repugnantes, eiſdem Turchis Chriſtiani nominis æmulis ſe confœderare, & adverſus Catholicos, &*

pra-

Digitized by Google

præſertim dilectum filium nobilem virum Georgium Caſtriat, alias Scanderbegh Albaniæ dominum Chriſtique propugnatorem acerrimum, ipſius quoque ſubditos & ſequaces conſpirare, eiſque damna plurima a paucis citra diebus inferre; nec non eiſdem hoſtibus fidei tranſitum per ipſorum terras & loca, ac etiam commeatum & auxilium præbere, ac multos ex fidelibus in diram prædam, & miſerabilem ſervitutem redigere, multa quoque alia deteſtanda facinora perpetrare minime formidarunt, ea, ut accepimus, occaſione captata, quod idem Georgius Leeba, & fratribus antedictis contra dilectos filios nobiles viros dominium Venetorum, quibus ipſe Leebas caſtrum Dagiuen furto ſubtraxerat, præſidia & favores impendere recuſaverat, ut Chriſtianis bellum inferret, & expeditioni contra Turcos prædictos impedimenta fieret; propter quæ tam eidem Georgio, & ſuis ſubditis, quam aliis Chriſtifidelibus alia damna innumera evenire poſſe veriſimiliter formidatur.

Venetis arcem in Albania eripuere.

Nos immaniſſimum Leebæ, ac fratrum prædictorum horrendumque facinus deteſtantes, ac volentes, prout officii paſtoralis jure aſtringimur, perverſorum auſibus, & malitiis diſciplina publica obviare, ne modeſtiæ depoſito fræno, & malo in Chriſticolas ſæviente diſciplinantes juſtitiæ nervus penitus diſrumpatur, tam Leebam, & fratres prædictos, eorumque ſubditos, vaſſallos, adhærentes, & ſequaces, quam alios quoſcumque fideles eis præbentes auxilium, conſilium, vel favorem, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, ſub excommunicationis, & anathematis ſententiis, & aliis infraſcriptis pœnis tenore præſentium requirimus, & monemus, eiſque diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium a die publicationis præſentium computandum a præmiſſis, quæ in perniciem & detrimentum fidei, ac fidelium prædictorum tendere dignoſcuntur, reſipiſcentes ab eiſdemque Turcis & infidelibus penitus recedentes, & confœderationes ſeu ligas cum eis factas tamquam inefficaces, nullas, & invalidas parvipendentes, & poſtergantes, cum eis de cætero nullum commercium habere, neque ipſis auxilium, conſilium, vel favorem præſtare, aut tranſitum per eorum civitates, terras, & loca concedere præſumant: quodque, ſi Leebas, fratres, & alii prædicti monitis, & mandatis noſtris hujuſmodi parere contempſerint, ex nunc prout ex tunc eos, & eorum quemlibet ultra alias ſententias, cenſuras, & pœnas in tales generaliter promulgatas, dictis elapſis diebus eaſdem ſententias volumus eo ipſo incurrere, &c. (Decernit cenſurarum religione niſi in ancipiti mortis diſcrimine non liberandos, eorum ditionem ſacrorum uſu mulctat, in eccleſiis præterea tanti facinoris ſigniferos, & ſectatores ſolemni ritu anathemate percelli jubet.) *Dat. Senis anno MCDLIX. IV. id. februarii pontificatus noſtri anno II.*

Reſciſſa eorum cum Turcis fœdera.

Si ſpreverint imperio Chriſtianorum cœtu abacti.

CV. Inſtructam hoc anno a Mahomete II. maximam claſſem, ac Venetos propterea alium ornaſſe ad reprimendos ejus impetus, narrat Pius in literis (a) ad Cardinalem Beſſationem datis: *Veneti*, inquit, *ſine ſuſpicione præſentes anni non ſunt: triremes quamplures paratas habent in aqua, & parare plures in dies dicuntur: parum Turcho confidunt, & claſſem ſui apparatus vehementer formidant, credentes ad eorum magis, quam aliorum damnum illum eſſe venturum, nos in colligendis fidelium piis ſuffragiis operam & diligentiam, quam poſſumus, ſedulo adhibemus. Dat. Senis 2. julii anno II.* Fecit Turcica claſſis impetus in Peloponeſum, & inſulas Ægæi maris, quas Caliſtus III. Chriſtiano imperio retinuerat; quos & alios Mahometis progreſſus deſcribit his verbis Turcogræciæ author (b): *Poſtea cum exercitu profectus Ænum cepit; exinde Athenas, Thebas, Thaſum, Samothracem, Argos Peloponeſi, ipſum enim Examilium Turcæ jam ab aliquanto tempore tenebant; tum Lemnum ceperunt, & Imbrum: cuncta denique finitima, præterquam Eubœam; tranſtulit idem ex Adrianii urbe Byzantium multos utriuſque ſexus homines, denique ne unum quidem annum a bello immunem exercitus iſte manere ſivit; ſed & bellabat & victor evadebat, nemine ſe illi, ſicut oportebat, opponente. Orientem deinde claſſe petens, multis per mare navibus miſſis inſulam Lesbum ſuæ ditioni fecit: huic utramque Phocæam addidit veterem, & novam, trium horarum aut vix quatuor ſpatio inter ſe remotas prope Smyrnam, quæ ad Epheſum eſt, ſub flumine Mæandro ſitas, e quibus civitatibus magnum numerum virorum, fœminarum, & puerorum in urbem traduxit. Profectus poſtea Caſtamonam, & Sinopen Ciſil Achomatæ ademit, quas is longa intervalla a majoribus traditas habuerat a ſultano quidem Aladino illo magno, & formidando duce.*

(a) Pius lib. brev. p. 118.

Comparata ad Turcicos impetus retundendos a Venetis claſſis.

(b) Turcogr. l. 1.

CVI. Interea flagrante Anglia civili bello maximæ ibi rerum converſiones factæ, variiſque præliis certatum inter Regem Henricum & ducem Eboracenſem, qui, cæſo olim injuria Richardo Rege, ſceptrum ſibi jure debitum, non occiſoris poſteris, contendebat: ac primum ad Nynam fluvium ſæva pugna commiſſa eſt, in qua regius exercitus a Richardo comite Warvicenſi conciſus eſt, captuſque Henricus Rex, Regina & Eduardo principe fuga dilapſis. Quo audito dux Eboracenſis ex Hibernia, quo perfugerat, Londinum advolavit, & in publico ordinum regni conſeſſu

Henricus Angliæ Rex captus in prælio.

Eboracenſis regnum ad ſe ſpectare demonſtrat. Præcipua ejus argumenta validiſſima.

ſeſſu Regem ſe dixit, docaleque ſceptrum ad ſe jure ſpectare. Affert ejus argumenta Gobelinus his verbis: *Dux Eboracenſis regnum ad ſe ſpectare dixit, qui Richardo Regi quondam occiſo propinquior eſſet, nec ferendum, ut ii regnarent, qui occiſori ſucceſſiſſent: impium id genus hominum, qui regnandi cauſa parricidium commiſiſſent, Henricum IV. patruum ſuum occidiſſe, regnum per tyrannidem occupaſſet, illi filium ſucceſſiſſe Henricum V. & quinta ſextum, qui tum impii, & violenti Regis hæres eſſet: parlamenta, quæ vi adhibita per metum aliquid decreviſſent, non valere: regnum ſibi jure deberi, qui parricidiali excluſo genere regis ſanguinis primus extaret qui legitime coronam peteret.*

Objecta a contra pro Henrico regni poſſeſſio diuturna.

Henrico ut privato vivendum, juſta petitio videbatur; obſtabat tamen jusjurandum Regi præſtitum, & longa poſſeſſio. Demum habitus eſt regiæ majeſtati honos, ut decretum, ut Henricus regium nomen gereret, Eboracenſis autem regnum adminiſtraret, ut poſt Henrici mortem regia dignitas hereditario in Eboracenſem familiam transfunderetur: quæ hoc anno peracta conſignant Monſtreletus (a) & Polydorus, quibus in hoc potius, quam Gobelino (b) rem ad ſuperiorem annum referenti, præſtandam fidem cenſemus, cum illorum dicta literis pontificiis ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem in Anglia legatum apoſtolicum datis conſentiant. Miſſus is fuerat, ut Henricum ad fœdus cum Gallis ineundum flecteret, quo ex utroque regno ad agendum Turcicum bellum auxilia elici poſſent: repulſus vero ab Henrico, nec legationem obire permiſſus, Eboracenſis ducis ſecutus partes, validiſſimus cladis Henrico Regi datæ auctor extitit: ac tum legati apoſtolici inſignibus ſuſceptis, magnum ſibi apud Anglos ex regia calamitate nomen peperit (c); geſtarum vero rerum ſeriem expoſuit Pio: tum Richardi ducis Eboracenſis genealogiam, ex qua ſceptrum illi jure debitum demonſtrabat.

(a) Monſtrel. & Polyd. Virg. ubi ſup.
(b) Gob. l. 3.

Internuntius Ap. Eboracenſem tuetur.

(c) Polyd. ſup. l. 23.

CVII. Indoluit Pius Angliam civili ardere bello: geſta tamen a legato, cujus proditio fraudeſque nondum erant cognitæ, laudavit hiſce literis. (d)

(d) Pius lib. brev. p. 121.

Eboracenſi ſtudere Pius videtur.

Pius Papa II. epiſcopo Interamnenſi.

Venerabilis frater, Ex literis tuis, & genealogia ad nos miſſa plane intelleximus, qui nunc ſtatus, & quæ rerum ſit facies in Anglia: cognovimus quoque diligentiam, & fidem tuæ fraternitatis in omnibus, quæ dignitatem noſtram, & ſedis concernunt ſine trepidatione adhibitam. Premunt ſupra modum cor noſtrum ærumnæ hujuſmodi, dolemuſque non unam eſſe omnium intentionem ad reipublicæ ſalutem intentam. Sperabamus præteritos motus ſine futurorum metu eſſe compoſitos, jamque iſtinc expectari grande aliquid poſſe. Eſt lacrymabile profecto, potentiſſimum regnum, ad omnia ſumma idoneum, tam crebris diſcordiis fatigari, atque ita peſtem conceptam tenere, ut ad obſequium Chriſti expedire ſe nequeat. In his malis videmus quem animum geras, quæ conſilia proferas, quantum extimationis reſtituas ſedi Romanæ. Laudare te ſatis non poſſumus, & labores tuos utiles judicare. Et infra. *Es tu ibi cum poteſtate legati de latere, cum inſignibus omnibus, excepto pileo rubro; virtus tua & nomen inſtar maximæ eſt dignitatis, veniet tempus cum cognita opera tua cognoſcet, &c. Dat. Romæ* XII. *decembris anno* III.

Internuntio Cardinalatus ſpes datæ.

CVIII. Emergentibus ſubinde novis rerum converſionibus, legatus non præmiis, ſed pœnis digniſſimus viſus eſt; Regina enim Margareta Renati Regis filia auxilia undique adverſus regios hoſtes comparavit; eoſque venientes cruento prælio delevit (e), in quo Richardus dux Eboracenſis factionis princeps cum Edmundo filio ſecundo genito comite Rollandiæ, & comita Saliſberienſi captus eſt, quos Reginæ imperio cæſos Monſtreletus (f) refert, eorumque capita haſtis præfixa fuiſſe; Eboracenſi vero duci ob affectatum regnum ludibrii cauſa papyraceam coronam impoſitam fuiſſe. Parta ea victoria Margareta virum Regem liberatura ad Londinum ſuas acies promovit: ac tum legatus juſta veritus ſupplicia, ſi ab Regina interciperetur, in Belgium fugit. Quæ vero deinde ſecuta ſint, proximo anno dicentur.

Præter ſpem converſa rerum facies.
(e) Gob. l. 3.
(f) Monſtrel. vol. 3. p. 183. Polyd. Virg. l. 23. & alii.
Richardus Eboracenſis cum filio captus cæſuſque.

CIX. Ex his Anglorum diſſenſionibus Jacobus Scotiæ Rex incurrendi in Angliam occaſionem ſumpſit, Roxburgumque ditionis Scoticæ obſidione cinxit, ac dum tormenta in arcem librari jubet, atque arbiter, & exactor laboris inſtat, una e machinis violentia ignis, excuſſo cuneo ligneo, cæteris illæſis, Regem in terram dejectum exanimavit. Aulici, qui proximi aſtabant, ne promulgato adverſo caſu diſſolveretur exercitus, corpus velarunt. Regina, quæ eo die in caſtra venerat, confirmato animo inſtare obſidioni duces juſſit, ac brevi in locum defuncti alium Regem ſe adducturam. Puduit fortes viros vinci a fœminæ fortitudine, arcem majori impetu adorti Anglos laboribus vigiliiſque confectos ad deditionem compulerunt. Adductus vero in caſtra Jacobus III. ſeptennis puer Scotiæ Rex ſalutatus eſt; arx vero, ne denuo belli cauſa eſſet, ſolo æquata eſt. Hunc finem vitæ habuit Jacobus II. anno a Chriſto nato MCDLX. ætatis anno XXIX. poſtquam regnare cœperat XXIV.

Scotiæ Rex in Angliam incurrit.
Tormenti bellici cuneo diſceptus.
Jacobus III. parenti ſuccedit.

CX. In Galliis ſpoliatus comitatu a Carolo Rege Joannes Armaniaci comes ob habitam cum Iſabella ſorore, conjugii ſpecie,

Armaniacus comes inceſtum cum ſorore nuptiarum nomine prætexit.

Digitized by Google

cie, inceſti conſuetudinem, rerumque omnium egenus ad Pontificem veniam tanti ſceleris petiturus acceſſit; cui reſipiſcenti Pius primum flagitii gravitatem, tum pœnas, quæ ab antiquis Pontificibus adverſus inceſtuoſos conſtitutæ erant propoſuit; has vero tum ob majorum merita, tum ob eorum, qui ipſum deceperant nequitiam, tum ob ſuſceptum ex amiſſo principatu dolorem mitigavit: vetuit vero unquam cum ſorore colloqui, aut nuntium literaſve ad ipſam mittere, tum excurrente unius anni intervallo bello in Turcos cum equeſtri agmine gerere, quinque millia nummum in reficiendis eccleſiis collocare: toto vero antequam hæc impleat excurrente tempore feria ſexta pane tantum & aqua veſci juſſit; tum alias preces fundere, & jejunia a Bernardo Cardinale imponenda ſervare; quæ in MS. codice tabularii Vaticani poſt geſta Sixti IV. enarrantur.

CXI. *Convocatis Cardinalibus, exceptis Gallicis, & nonnullis accerſitis epiſcopis ex curia degentibus, ſtatuta die juſſit adeſſe comitem, atque ita præfatus eſt: Superioribus diebus multa tecum, dilecte fili, de gravitate ſceleris a te perpetrati, locuti ſumus, nunc gratias Deo agimus, quoniam tibi lumen dedit, per quod errore relicto in viam ſalutis redires, laudamus humilitatem tuam, qui veniam petens correctioni noſtræ te ſubjeciſti, eam facturus pœnitentiam, quam tibi vellemus injungere. Nunc ergo de pœnitentia eſt agendum: ſed prius quam hoc agimus: quam pœnitentiam noſtri antecessores in hoc delicto ſtatuerunt imponendam, ut audias volumus. Zacharias noſter antecessor eum, qui ſororem violaſſet quatuordecim annis peregrinari voluit, & ſeptem annos ferreo circulo pondo ſeptem librarum aut brachium aut collum includere, ter in hebdomada jejunium agere, carnem comedere, ac vinum bibere die tantum dominico; exacto ſeptennio ferrum deponere ac jejunium, exceptis ſextis feriis: atque ita demum poſt quatuordecim annos ad communionem admitti. Hæc & alia plura adverſus inceſtuoſos majores noſtri ſanxerunt. At nos tecum tribus de cauſis mitius agemus. Primo quia nobilis es, & facilius propter tuos majores aliqua tibi indulgemus, quæ non indulgeremus aliis. Secundo quia deceptus male fuiſti conſilio eorum, qui diſpenſationem promiſerunt. Tertio quia, privatus paterna hereditate & extorris domo divino judicio, partem pœnæ dediſti, pœnitentiamque ſubiſti hæc nos mitiores in te reddunt.*

Crimen expiaturus Romam accedit.

Conſtituta olim in inceſtuoſos pœna.

CXII. Colloquii & literarum commercium cum ſorore inceſtuoſa vetitum.

In nomine igitur Dei omnipotentis cujus majeſtatem offendiſti peccando, & cujus miſericordiam redeundo petis, injungimus tibi ne ſororem tuam, quam inceſtu polluiſti, poſt unquam alloquaris, neque literas aut nuncium mittas, neque in eo loco ſis ubi ea fuerit, atque hoc jurejurando promittas. Deinde ut quamprimum, cum facultas tibi adſit, adverſus Turchos arma capeſſas, & anno integro pro fide bellum geras, non minorem quam viginti quinque lancearum equitatum adduces, & hoc ſive in partibus Hungariæ vicinis, ſive aliis locis. Tertio jubemus, ut auri quinque millia nummum in reparandis eccleſiis, monaſteriiſve eroges: interea dum hoc facere non poteris, ſextis feriarum in pane & aqua jejunium indicimus, quod deſinere volumus quam primum in Turchos bellum ceperis. Reliquam pœnitentiam ſive maritandarum puellarum, ſive orationum, aut amplioris jejunii dilectus filius noſter Berardus Cardinalis Spoletanus tibi injunget, qui noſtro nomine a reatu, & cenſuris te abſolvet. Tu ergo hanc pœnitentiam libenter amplectere & devote exequere. Quibus dictis comes ipſe gratias agit, juravitque cuncta ſervare. Quod opus & pium, & ſanctum viſum eſt inſigni anima, quæ perierat, Domino reſtituta.

Aliæ inflictæ pœnæ.

CXIII. Revocato in ſinum Eccleſiæ comite Armaniaco Pius literas commendatitias ad Francorum Regem dedit (a), ut clementia in miſerum principem uteretur, ipſumque in priſtinum ſtatum & honorem reſtitueret, nam quamvis atrox facinus patraſſet, eum tamen deceptum a duobus nefariis hominibus, qui perſuaſerant pontificiæ auctoritatis beneficentia ſororem juſto connubio jungi poſſe, compertaſque fuiſſe adulterinas de ea re literas, auctoreſque ſcelus confeſſos.

(a) Lib. brev. p. 138.

Subornatus fuerat ab impoſtoribus.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Venient ad curiam noſtram dilectus filius nobilis vir Joannes Armaniaci comes literas quaſdam, quæ apoſtolicæ dicebantur & ad manus noſtras poſtmodum pervenerunt, omni cum diligentia perquirebat, quibus per felicis recordationis Calliſtum Papam III. prædeceſſorem noſtrum cum eodem comite, & Yſabella ſorore ſua germana, ut contrahere matrimonialiter poſſent, diſpenſatum aſſerebatur. Hanc vero ejus diligentiam cum certo modo intellexiſſemus & dubium non haberemus neque per prædeceſſorem præfatum, neque per nos tam infamem diſpenſationem potuiſſe concedi, & quidquid forſitan expeditum oſtenderetur, vel extortum eſſe, vel falſum, veriti ne illud, quodcumque eſſet, in poteſtatem comitis veniens Chriſtianitati, & Eccleſiæ ſcandalum pareret, perquirere & nos cœpimus deceptionis caput, & fraudis authores: juvante Deo inventa eſt tandem malignitas. Ambroſius quondam Electenſis Epiſcopus, & Joannes de Volterris quondam etiam apoſtolicus ſcriptor machinatores ſceleris a nobis comprehenſi nulla quæſtione adhibita ſponte ſua confeſſi ſunt. Ambroſius quidem ſemper ſe credidiſſe literas eas ſine ullo Pontificis ſcitu obtentas, Joannes

Ambroſius Electenſis epiſc. & Joannes ſcriptor auctores flagitii.

vero

vero easdem pluribus in locis a ſe falſificatas fuiſſe, ſicut etiam diligentius illas intuentibus manifeſte apparet. Hæc omnia cum ad notitiam comitis perveniſſent, doleretque falſa horum duorum inſinuatione, ad contrahendum fuiſſe inductum, magnitudinem criminis recognoſcens, ad nos venit ſupplex, veniam poſtulavit, miſericorditer agi ſecum popoſcit, judicio ſe noſtro per cuncta ſubjiciens. Impetravit a Sede Apoſtolica, quæ pietatis eſt mater, veniam ſui erratis, & pœnitentiam ſalutarem accipiens reconciliari Eccleſiæ, & ab exceſſu tali abſolvi promeruit. Cum itaque, chariſſime fili, imitatores nos Dei eſſe oporteat, cujus proprium eſt miſereri ſemper & parcere, attendentes quod & ſi graviſſime comes antedictus peccarit, ſuaſores tamen & deceptores habuit in peccato, qui ægram mentem ad manifeſtum ſcandalum adjuverant, hortamur ſerenitatem tuam in Domino, ut velis noſtri exempli eſſe imitatrix, & nobilem principem, gloria progenitorum & domus excellentia clarum, miſericordibus oculis intueri. Pœnam peccati ſui non levem uſque in præſentem diem pertulit, gratiam tuæ celſitudinis perdidit, dominio, quod grande erat, eſt ſpoliatus, regno ejectus, egenus & miſer viaticum ſuarum peregrinationum mendicare coactus eſt; quæ etſi exceſſui ſuo debita videantur, animum tamen regium ad clementiam debent inducere: placeat cor pœnitens & humilitatem benigna mente accipere, eumque te erga illum præſtare, quem tibi futurum Deum deſiderat. Clericum minorum ordinum eſſe ſe dicit, hoc ſi ita eſt, judicium cauſæ hujus non ſæculi eſt, ſed Eccleſiæ, & illius omnis ad nos ſpectat cognitio, quam rogamus ad Apoſtolicam ſedem non graveris remittere, & ſublato ſequeſtro, quod mandato tuo eſt factum, eumdem ad gratiam, & poſſeſſionem paterni dominii pro regia conſuetudine redintegrare. Hoc pietati tuæ, hoc generi conveniens eſt, hoc etiam principibus Chriſtianis, & Romanæ ſedi in primis erit acceptum: venia poſtulata, pœnitentia ſuſcepta præmiſſa erunt Deo grata, & ſicut nos ad miſericordiam inclinarunt, ita celſitudinem tuam, ſi in hoc propoſito perſeverat, ad ignoſcendum & bene de eo promerendum inducant. Dat. &c. XII. ſeptembris. Clauſit vitam triſti exitu Armaniaci comes; Lectoræ enim gladio confoſſum referunt ſcriptores (a).

Rogatus Gallorum Rex ut pœnitentem principatui reſtituat.

(a) Æmil. & Gaguin. in Lud. XI.

Annus

I. Annus poſt Chriſtum natum ſexageſimus primus ſupra mille quadringentos nona indictione Trapezuntini (a) imperii exciſione, expugnatione Peloponeſi, nonnullarum Ægæi maris inſignium inſularum, quas Calliſtus III. magno cum religionis gloria Turcis ademerat jactura, Cyprique converſionibus, funeſtus Chriſtiano nomini extitit. Peperere illas Mahumetanis victorias partim Chriſtianorum principum diſſenſiones, partim aliorum deliciis inhiantium inertia, partim aliorum privata commoda ſectantium avaritia; neque participem culpæ eſſe Pium tacuere Lesbiorum, Mytilenenſium, Stalimanenſium, Peloponenſium, ſublati ad æthera clamores, conquerentium ſe in pontificium imperium clientelæ ſpe conceſſiſſe; verum pontificio exercitu, ut Ferdinando opem ferret, contra Gallos converſo, Turcico ſe furori fuiſſe objectos. Pepigerat Pius arctiſſimum cum Ferdinando amicitiæ fœdus affinitatis, & Picolomineæ familiæ amplificandæ ſpe, adeo ut ſuperiori anno poſtulatam pacem a Joanne Andegavenſi, cujus pater ab Alfonſo Neapolitano regno pulſus fuerat reſpuerit, atque hoc excurrente vires omnes, omniaque ſtudia ad collapſas res Ferdinandi reſtituendas, ac proceres & populos in Ferdinandi fidem revocandos contulerit. Et quidem jam poſt Sarnenſem cladem Ferdinandus ſolio deturbatus fuiſſet, niſi illum Pius opportunis auxiliis ſuſtentaſſet, confirmarique jam cœptis ejus rebus hiſce literis (b) eſt gratulatus, pollicitus pontificiam opem numquam ipſi defuturam.

(a) Æn. Syl. hiſt. Aſiat. c. 53. & ep. lib. n. 387.

Oriens Turcarum furori objectus.

Pontificiæ vires in tuendo Ferdinando conſumptæ.

(b) Lib. brev. p. 158.

Pius Papa II. Regi Siciliæ.

II. *Cum præcipua conſolatione noſtra legimus literas tuas, intelligentes proſperum ſucceſſum, quem tibi Deus ſua benignitate præſtare dignatur. Placeat clementiæ ſuæ ſedulo ita concedere, & brevi efficere, ut pacato regno, & rebus compoſitis, poſſimus ad ſalubriora conſilia mentem convertere. Virtus tua in his turbationibus cum laude enituit: animum bonum ſemper geſſiſti, nec te ipſum in difficultatibus dereliquiſti: bona cauſa, quamquam facilitatem multam præbeat ad defenſionem, periclitatur tamen nonnunquam, ſi conſtantia & animo carent: hæc tibi nullo loco nec tempore defuerunt. Cognovimus reductionem nobilis domus de S. Severino, & aliorum, qui exemplum ſuum ſecuti ſunt; fecerunt quod illos decebat, & quod aliquando eos facturos ſperavimus: diſceſſionem a tua ſerenitate non voluntati, ſed neceſſitati aſcripſimus: tempora & promiſſio tua ita ſuaſerunt, ut facerent. Benedictum ſit nomen Domini, qui bene agentes non deſerit, eorumque unicuique ſcribimus, & reditum ſuum plurimum commendamus, hortantes ut ita continuo perſeverent. Serenitas etiam tua pergat, ut cœpit, mature omnia faciat, fortunæ ſemper non credat; in ſecuritate nimia ſolent calamitates plerumque contingere: vigilantia caſus fortuitos ſine damno declinat. De his quidquam monere opus non habes, charitas tamen noſtra, ut ita ſcribamus, hortatur. Nos qui te in afflicta fortuna ſemper pro viribus juvimus, multo minus in ſecunda non deſeremus: quidquid erit virium noſtrarum, quidquid conſilii, atque amoris veluti chariſſimo, & acceptiſſimo filio noſtro ſine intercessione præſtabitur. Dat. Romæ xiv. januarii pontificatus noſtri anno iii.*

Auctæ Ferdinandi res.

Illi non ſe defuturum pollicetur Pius.

III. Quod ad proceres Sanſeverinæ ſtirpis, qui ad Ferdinandum transfugere, ſpectat; narrat Gobelinus (c) Robertum illius familiæ principem in Sarnenſi clade captum a Gallis fuiſſe, victoremque Joannem Andegavenſem non in illum modo clementia uſum, ſed ut etiam ſacramento fidei adactum ſibi magis devinciret, equeſtris ſocietatis, quam aliorum principum more inſtituerat, inſignibus exornaſſe: illum vero a Pio ſacramento Joanni præſtito liberatum, atque etiam equeſtre fœdus veluti conjuratorum commentum damnatum: & ſane pontificium diploma (d) in regeſtis Vaticanis nonis januarii pontificatus anno iii. exaratum extat, quo ſocietas adverſus Ferdinandum inſtituta, cui Creſcentium nomen erat inditum, anathemate defixa eſt, & omnes qui ſe illi addixerant jurisjurandi religione ſoluti fuere. Præterea in auxilium Ferdinandi Antonium Picolomineum nepotem mille quadringentis equitibus, & peditibus mille ſuccinctum ſubmiſit, a quo munitiſſima arx Sinueſſani ducis ad oſtium Vulturni expugnata, pluresque aliæ res geſtæ: in Apulia etiam ab equitatu Scanderbegi inſtauratæ Ferdinandi res; quin etiam ipſe Scanderbeghus ſecutus Pontificis conſilium, expoſita Turcicis graſſationibus Albania, improvide trajecit in principatum Tarentinum, illumque ferro vaſtare aggreſſus, Tranenſem urbem Ferdinando aſſeruit, confectiſque aliquot præliis tumultuariis propere in Macedoniam regredi coactus (e) eſt, cum illam Mahometes popularetur: ſtetere tamen res Ferdinandi, inque dies magis redintegratæ contracta (f) inter Picolomineam & Aragoniam familiam affinitate; Ferdinandus enim Mariam filiam Antonio Picolomineo Pii II. nepoti matrimonio junxit, tributo dotis nomine Amalphitano ducatu; ex quo Pius admodum lætus Mariæ duciſſæ, & nepoti nuptis gratulatus eſt (g); tum Reginæ Neapoli-

(c) Gob. l. 5.

Defixa anathemate a Pio Gallica factio.

(d) Lib. brev. pag. 123 & l. 37. p. 36.

Submiſſæ Ferdinando auxiliares copiæ.

Scanderbeghus in Apuliam trajicit pugnatque in Gallos.

(e) Barlet. in vit. Scanderb. l. 10.

(f) Gob. l. 6.

Affinitatem cum Ferdinando contrahit Pius.

(g) Lib. brev. pag. 185.

Digitized by Google

(a) Ead. pag. politanæ his verbis gratias egit (a): *De affinitate cum regia ſerenitate contracta, de gratiis & beneficiis in nepotem noſtrum collatis lætati admodum ſumus, Deo primum, deinde illi, & tibi gratias habentes, quas poſſumus: placeat pietati ſuæ omnia ad ſalutem, & conſolationem dirigere.* Nepotem vero præceptis pluribus

(b) Ib. p. 245. erudivit (b), ut conjunctiſſime cum Ferdinando viveret; tum addidit: *Delectatus moribus tuis, & ex obedientia conſolationem accipiens, non ſolum colet ut generum, ſed amabit ut filium: ubi in contrarium egeris, ſi maxime nunc propter nos ſtabit, deficientibus nobis neceſſe erit, ut ruat.*

IV. Omni contentione eum tuetur. Exinde Pius majori ardore tutatus eſt Ferdinandum, ac non modo clam ſollicitare cœpit populos, interque alios Aquilanos (c), ut a Gallis ad Ferdinandum deficerent, ſed etiam anathemate percellere eos, qui Andegavenſium principum jus tuerentur: quo argumento ad archiepiſcopum Ravennatem, quem ad Ferdinandum legaverat, hæ datæ literæ (d).

(c) Ib. p. 287.

(d) L. 14. p. 94.

Venerabili fratri Bartholomæo archiepiſcopo Ravennati in regno Siciliæ A. S. L.

Neapolitanos ad obſequium Ferdinandi redire jubet.

Fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes, & ſingulos inobedientes, & rebelles hujuſmodi, (nimirum Ferdinando Regi) *tam eccleſiaſticos, quam ſæculares cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, in quibuſcumque regni præfati partibus eos eſſe cognoveris, ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, quibus infra certum terminum ſeu terminos convenientem ſeu convenientes ad id per te præfigendum ſeu præfigendos præfato Regi obedientiam, fidelitatem, ac reverentiam debitas, & etiam congruentes juxta formam, & tenorem inveſtituræ eidem Regi per nos de dicto regno factæ ſine appoſitione & dilatione quibuſlibet præſtent, & exhibeant: alias ſi eccleſiaſtici coram te, ſi vero ſæculares vel mandani fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit, coram præfato Rege ad allegandum cauſas, quare prædicta facere recuſant ſeu denegant, perſonaliter comparere debeant & teneantur, authoritate noſtra moneas & requiras, vel per alium ſeu alios moneri & requiri facias & procures, quodque, ſi ipſi in præfatis terminis obedientiam, fidelitatem, & reverentiam prædictas præſtare, aut coram præfatis perſonaliter comparere neglexerint; ipſos in cenſuras & pœnas in dicto monitorio contentas incidiſſe eadem authoritate declares: & nihilominus tibi contra omnes, & ſingulos, qui monitioni hujuſmodi parere contempſerint, vel diſtulerint, tamquam contra nobis, & Apoſtolicæ ſedi inobedientes hoſtes & rebelles dicta authoritate procedendi & inquirendi,* & infra, *plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXI. VIII. id. junii pontificatus noſtri anno III.*

Repetiit poſtea Pius minaces literas (e) in partium Andegavenſium ſtudioſos atque Urſo Urſino, & aliis Romanis patriciis, qui adverſus Ferdinandum a Gallis conducti fuerant, anathema bonorumque omnium publicationem intentavit, ni quindecim dierum ſpatio Gallicam factionem desererent, cum maximi referret pacem in ditione eccleſiaſtica tueri, quæ facile ob illa partium diſſidia confundi poſſet. V.

(e) Pius l. 1. bul. ſecr. pag. 73.

Urſini ob Gallicam cauſam ſuſceptam cenſuris percuſſi.

Potuiſſe vero Urſum Urſinum, qui Nolæ Joannis Antonii principis Tarentini nomine præfectus erat, refert Gobelinus (f), atque ad partes Ferdinandi tranſvolaſſe, a quo Nolanus comes renuntiatus ſit: archiepiſcopum vero Ravennatem legatum ob bene geſtam eam provinciam cardinalitia purpura ornatum, dicetur inferius. Certatum toto anno eſt inter Ferdinandi Joanniſque Andegavenſis ſectatores, & Coſentia, quæ ad Gallos deſciverat, a Ferdinandi exercitu expilata (g).

(f) Gob. l. 6.

(g) Gob. l. 5.

Collabentes in regno Neapolitano Gallorum res his verbis tunc Franciſcus Philelphus (h) deſcribebat: *Præſtantiſſimus dux Joannes ſereniſſimi Regis Renati filius Noceriæ in Apulia a Ferdinando Rege tenetur obſeſſus, diſtributo ejus exercitu & parvo & imbecillo per nonnullas urbes oppidaque vicina, quæ magna ex parte Ferdinandi redierunt in fidem: tamen Jacobus Piccininus inter Salmonem atque Aquilam continetur cum exercitu admodum debili: univerſus mons ille, qui dicitur S. Angeli, Ferdinando ſe dedidit. Alexander Sfortia bellicoſiſſimus ductor, Matthæuſque Campanus, & Marcus Antonius Torellus cum forte firmiſſimo exercitu proxima loca oppugnant, in deditionemque quotidie recipiunt. Sigiſmundus Malateſta exercitum Eccleſiæ in Picentibus clandeſtino impetu adortus oppreſſit: Jacobus Sabellus venia impetrata ad Pontificem rediit, quæ ex re factum eſt, ut comes Urbini, qui eum obſidebat, verſus Sigiſmundum cum univerſo eat exercitu, &c. ex Mediol. VII. kal. auguſti MCDLXI.*

(h) Philelph. duci Burg. lib. 17.

Gallicæ res in Neap. regno in diſcrimen adductæ.

Infeliciter quoque bellum a Renato Rege in Liguria geſtum eſt, quod his verbis deſcribit idem Philelphus: *De Genuenſibus quid actum ſit brevi complectar oratione. Venerat Rex Renatus, cum munitiſſima claſſe triremium duodecim, biremium duarum navis longæ, quam vulgo galeariam vocant, & unius baleneriæ, & naves oneraria atque peringentis item unius: adduxerat etiam ex Gallia tranſalpina per continentem & equitatum & peditatum maximum. Ad ſextumdecimum kal. auguſtas coacto univerſo exercitu bellacissimoque hominum ad decem millia in æquo loco Genuæ urbi proximo, cui nomen eſt Petra Arena, intra ſe-*

VI. Renati expeditio adverſus Genuenſes.

ſecundum lapidem Rex Renatus per ſuos duces, nam ipſe claſſe continebat ſe, cum Genuenſibus pugnam iniit. Pugnabat autem univerſus populus præter factionem nobilium, qui ſentientes cum ipſo Rege, alii erant in claſſe: alii ab urbe aberant; alio alii concedentes. Habebant etiam ſecum Genuenſes peregrinos pedites ex hac noſtra regione, ſtipendio alieno potius quam ſuo conductos, ad quatuor millia, equites ad ſeptingentos. Galli, ut eſt mos patrius, ferociſſime Genuenſes copias invadunt, aſcendunt: quos ex hoſtibus cepiſſent nulla ſervata fide crudeliſſime humi proſtratos, ac pedibus genibuſque calcatos jugulabant: quæ quidem res non mediocrem terrorem Genuenſibus univerſiſque militibus incuſſit, & eo magis, quod moles ſaxeæ, quas ſpingardas nominant, ingentem late ruinam faciebant formidabili cruentaque pugna urbem ceperant. Reſtabat locus, in cujus vertice arx eſt poſita cui nomen Caſtelleto: hoc loco Paulus archiepiſcopus Pandulphuſque ejus frater & Spineta Fregoſique omnes, & magna pars peregrini exercitus ſtationem habebant, qui ut viderunt jam prope eſſe diſcrimen ultimum intrepido impetu atque forti animo feruntur in Gallos: hi vero, qui erant in fronte cum vim tantam ferre non poſſent, eſſentque multis confecti vulneribus ſubtrahunt ſe, at forti locum ſubeant, quod cum minus prudenter minuſque apte faciunt turbantur ordines: archiepiſcopus reliquique incumbunt tanta animorum alacritate & robore, ut turmatim atque confuſe Galli adverſis hoſtibus terga darent, nec uſquam conſiſterent. Sævitum eſt in eos nullo Italorum exemplo. Magna ſtrage propulſantur. *Pauci circiter quingenti aut multo plures evaſerunt per medios gladios ac vulnera in triremes, quæ ad ſagittæ jactum diſtabant a littore: plures ſubmerſi ſunt: reliqui omnes aut capti ſunt aut cæſi. Interfectorum numerus etſi occultatur propter immanitatem facinoris, ſunt tamen qui affirment ad quatuor millia periiſſe, quod ut fieret duæ fuerunt cauſæ, prima quod Galli ipſi idem fecerunt in captivos: Altera quod Fregoſi Fregoſorumque factiones in ultionem Petri illius Fregoſi, quem olim occiſum circumquaque per urbem traxerunt, ejuſque cadaver multis contumeliis affecerant, quoſcumque aſſequi potuerunt interemere.*

VII. Cum pacatæ non eſſent eccleſiaſtici principatus res majoreſque turbas excitandas Pius vereretur, atque ideo Piceni legatum, qui Joſiæ Aquanimæ bellum indixerat increpuit, ac pace litem componere juſſit, (a) propoſita ob oculos hiſce verbis rei cauſa: *Vides quot in locis laboret Eccleſia: eſt nobis bellum in regno, eſt in Campaniæ finibus: exules Urbevetani quietos nos eſſe non ſinunt, nobiles de Canols illic etiam in locis ſtatum noſtrum conturbant, Marchia, uti præes, quantum operis ſit, tuis oculis cernis. Satis multi ignes ſunt variis in locis accenſi, novum nunc excitare rei noſtræ non expedit: vix copiæ, quas habemus, ad reſiſtendum Sigiſmundo ſufficiunt, & tu illas per novum hoſtem quæris dividere.* (a) Lib. brev. pag. 247. Excitatæ in ditione eccleſiaſtica turbæ. Perſtrinxit paucis verbis Pontifex eccleſiaſticæ ditionis ſtatum, quem Gobelinus fuſius deſcribit (b), (b) Gob. l. 5. narratque in primis Pium ad comprimendos nonnullos proceres, qui in Sabinis rebellionem fecerant, arceſque bellicis munierant præſidiis, Alexandrum Sfortiam, & Fredericum Urbinatem exciviſſe, ipſorumque opera perdomuiſſe novarum rerum auctores, quos ita in gratiam receperit Pius, ut iterum rebellandi poteſtatem, everſis æquatiſque ſolo eorum munitionibus, non reliquerit.

In Piceno autem graviores motus fuerunt excitati, atque in primis Malateſta & Aſtorgius Manfredus, qui toparchias vectigales Romanæ eccleſiæ beneficentia acceperant, clientum officia præſtare Pontifici cenſumque pendere abnuebant. Ex his Sigiſmundus Malateſta apertum cum Pontifice gerebat bellum, ſuperiorique anno, pellectis in ſuas partes Anconitanis, Æſinos opprimendos ſuſceperat; qui eo perculſi metu Venetorum clientelam popoſcerant. Cum vero Venetos flexiſſet Pontifex, ne in clientes Eccleſiæ imperium ſibi aſciſcerent, ad componendam Æſinos inter & Anconitanos exortam controverſiam Cardinalem S. Suſannæ, cum Franciſcum Cardinalem nepotem, qui provinciæ præerat, adhibuit (c). (c) Lib. brev. pag. 160.

VIII. Auctæ inde admodum in ea provincia pontificiæ res: divulſis a Sigiſmundi Malateſtæ fœdere Anconitanis: neque ille tamen male cœptis deſtitit, ſed paratis non parvis copiis Picenum bello opprimere tentavit, ad cujus refringendos impetus profectus eſt (d) eccleſiaſtico exercitui Bartholomæus epiſcopus Corneranus: ſed is, ut narrat Gobelinus (e), dum accerſitis in tentorium ducibus conſilia de hoſte propulſando agitat, a Sigiſmundo Malateſta in caſtra improviſo irruente miſeranda clade fuſus eſt, non modo impedimentis, ſed etiam aliquot locis in ipſius Sigiſmundi poteſtatem redactis. [1]. Eccleſiaſtici exercitus dux a Malateſta fuſus. (d) Pius l. 12. pag. 315. (e) Gobel. in comm. l. 5.

IX. Inſoleſcenti ita victori tyranno oppo-

NOTÆ [1] IN iis, quæ ex Gobelino narrat Annaliſta ſubtractum ab eodem Gobelino aliquid veritati, ut invidiam in eos minueret, qui tunc rerum potiebantur, non invitus ſuſpicarer. Quare alios ætatis illius ſcriptores in medium proferre opportunum cenſeo. Ita ergo rem totam ediſſerit hiſtoriæ miſcellæ Bononienſis ſcriptor. Die 2. julii Sigiſmundus Malateſta caſtra pontificia in

In eum immiſſus Neapolio Urſinus.

fuit Pontifex Neapolionem familiæ Urſinæ principem, ſtrenuum, & rei militaris peritiſſimum, qui ſub Alfonſi Regis, & Venetorum ducis auſpiciis ordines duxerat: cujus adventu confirmati provincialium ſunt animi, repreſſæque Sigiſmundi graſſationes adeo, ut cum Neapolione congredi non auſus, in tutiora loca ſe receperit. In eum vero judiciariam actionem antea inſtitutam urſit Pius, cum profligatiſſimus homo præter alia ſcelera hæreſeos quoque labe ſe contaminaſſet: *Pius*, inquit Gobelinus (a), *accerſito conſiſtorio Cardinalem S. Petri ad vincula, quæ de Sigiſmundo Malateſta invenerit, referre jubet. Is cauſa documentis inſpectis conſtare aſſerit Sigiſmundum plane hæreticum eſſe, qui reſurrectionem mortuorum inficiatur, & animas hominum mortales fore teſtetur, nec de futuro regno quidquam ſperet. Homicidia deinde, ſtupra, adulteria, inceſtus, ſacrilegia, perjuria, proditiones, & infinita propemodum turpiſſima, & atrociſſima ſcelera ejus probata: nec dubium quin ſummo ſupplicio dignus ſit. Interrogantur ſententiæ Cardinalium; cuncti damnandum cenſent. Fit publice judicium, damnatur reus, qui Romani præſulis majeſtatem læſerit, atque impia de Chriſtiana religione præſumpſerit affirmare, vitamque omni flagitio, & turpitudine fœdatam duxerit. Privatur vicariatu, & omni dignitate atque honore, iiſque pœnis ſubiicitur, quas in hæreticos, & ſupremæ majeſtatis reos humanæ leges ſtatuerunt. Interea pro gradibus baſilicæ S. Petri ex arida materia ingens pyra extruitur, in cujus ſummitate imago Sigiſmundi collocatur, hominis lineamenta & veſtimenti modum adeo propria*

Ejus effigies ignibus tradita.

reddens, ut vera magis perſona quam imago videretur: ac quemtamen imago falleret ſcriptura ex ore prodiit, quæ diceret: Sigiſmundus hic ego ſum filius Pandulphi Rex proditorum, Deo atque hominibus infeſtus, ſacri cenſura ſenatus igni damnatus. Scripturam multi legerunt, deinde aſtante populo igne immiſſo, & pyra & ſimulachrum repente flagravit.

(a) *Gob. l.* 7.

Nefandæ hæreſeos crimine poſtulatur Malateſta.

X.

Junctus erat amicitiæ fœdere Venetis idem Sigiſmundus, iiſque eccleſiaſticum caſtrum, cui Montis Martiani nomen eſt, oppigneravit (b); de quo apud ducem Venetum expoſtulavit Pius, quod fœdus cum eodem Sigiſmundo anathematis infamia notato coleret (c): *Nemo*, inquit, *niſi parum fidelis lætari creditur damno Eccleſiæ. Sigiſmundus*, nempe de Malateſtis, *ut notum eſt tibi, anathema eſt, & ſathanæ traditus: anathema etiam, qui miniſtri ſunt nequitiæ ſuæ. Tu, cum catholicus ſis honorem tuum, & mandata Eccleſiæ colens, noli te ullo commercio cum perdita anima & infelici conjungere: inficere te eadem macula ſua communicatio poteſt: edicimus hoc tibi ut pater & cuſtos animæ tuæ, &c.* Commendavit (d) autem epiſcopum Tarviſinum, qui increpitus ob promulgatas ab ipſo literas pontificias, quibus Sigiſmundus Veneti nominis ſocius anathemate damnabatur, profeſſus eſt, ſe Pontifici ut domino ſemper pariturum, quamvis epiſcopatus amittendi diſcrimen ſibi adeundum eſſet.

(b) *Pius lib. brev. pag.* 238.

(c) *Ibid. p.* 237.

Moniti Veneti ut Malateſtæ conſortio abſtineant.

(d) *Ib. p.* 236.

Pius Papa II. Epiſcopo Tarviſino.

Significavit nobis dilectus filius Dominicus Lucenſis ſcriptor & nuntius noſter, quam præſenti animo dominio Venetorum reſponderis, cum te ob tam cauſam reprehenderent, quod in publicanda Sigiſmundi excommunicatione mandata noſtra impleſſes. Scripſit etiam quod ea in te dignitatem epiſcopalem ſervaris, cum ſis proteſtatus pariturum ſemper te nobis tamquam domino tuo, & ſi epiſcopatu te pelli contingat. Laudamus hunc animum, laudamus & vocem, quæ vere ſacerdotalis fuit, & non ſimilis illis, qui ut ambitionem ſuam depaſcunt, clero dignitatem proſtituunt. Memores erimus tui, nec te deſeremus: bono animo ſis, & ita te rege, ut cum modeſtiam in dictis factiſque ſervaris, cor etiam in bonis operibus deeſſe tibi non videatur, nec Deus nec Apoſtolica ſedes præſidentibus nobis fraternitatem tuam relinquent. Dat. Romæ XI. martii anno III.

Ur-

NOTÆ in Piceno juxta arcem Leonis poſita invaſit, conſertoque inter hoſtes prælio, ad horas quinque protracto, victoriam quidem Sigiſmundus retulit, ſed non ſine ingenti ſuorum diſpendio, quin nec ſine ſuo periculo; ſi enim, ait hiſtoricus, militiæ eccleſiaſticæ ductoribus Ludovico Malvecio, & Petro Paulo Nardino cæteri copiarum ductores obſequuti fuiſſent, victoria penes illos ſtetiſſet. Sed ut copiæ illæ pontificis proſtrarentur fecit pervicacia Ludovici Piccinini ſupremi equitum ducis, qui parere cæteris recuſavit, & fuga epiſcopi Cornetani, qui vix inito prælio ſeſe una cum quatuor militum cohortibus ſubduxit. Hæc ſcriptor eorum temporum æqualis, & ſincerus, ex quo hiſtoria Gobelini ſuppletur, & rerum geſtarum chronologicus ordo, in annalibus aliquantiſper turbatus, reſtituitur. Non enim pontificiæ cenſuræ in Sigiſmundum inflictæ poſt prælium illud narrandæ fuerant, ut in annalibus ſervatum eſt; ſed prius intortæ in Sigiſmundum ſunt cenſuræ (quas illatas ante diem XI. martii hujus anni ex literis in annalibus num. 10. recitatis conſtat) quam bellum exarſerit. Porro anathema non in Sigiſmundum tantummodo, ſed & in Eſtorem a Manfredis Faventiæ dominum promulgaſſe pontificem affirmat idem qui ſupra ſcriptor Bononienſis, addens in tota ejus ditione ex mandato pontificis ceſſatum fuiſſe a ſacris, tum & ejus effigiem cum addito proditoris elogio per totam eccleſiæ ditionem palam propoſitam ad ludibrium, ſed Bononienſes picturam illam recuſaſſe. MANSI

XI. Cenſura in Sigiſm. Auſtr. exercitæ.

Urſit eodem tempore Pius in alium Sigiſmundum ſcelere non diſparem nimirum Auſtriacum judiciariam ſeveritatem, quamvis ille Imperatori Frederico, cui incrementa dignitatis debebat Pontifex, conjunctiſſimus eſſet, profeſſus enim fuerat Fredericus, ſe juris ordinem in Sigiſmundum exercendum nolle confundere, ac viciſſim Pius erat pollicitus ſuperiori anno, ſe ita actuum in Sigiſmundum, ut Auſtriacæ domus gloriam nulla labe obſcuraturus eſſet: [1] *Intelleximus*, inquit, *ad magiſtrum Franciſcum, quid in negotio ducis Sigiſmundi promittat*, nempe Imperator; *nec poſſumus non commendare manſuetudinem ſuam, quæ & rationi cedit contra affectum, & juſtitiæ munus contra illius violatores non prohibet. Agus ſuæ bonitati gratias volumus; oſtenduſque ſententiam noſtram, nos ita temperaturos in ſuit, ut domus Auſtriacæ ſplendor nulla in parte obſuſcetur.* Hoc porro anno Pius Sigiſmundum Auſtriacum, cum nullis monitis ad officium flecti poſſet, immo in deteriora prolapſus Eccleſiæ authoritatem labefactare niteretur, hæreſeos poſtulavit, diemque illi ad objecta crimina purganda dixit propoſito hoc publico decreto (a).

(a) *Bull.* l. 12. p. 189. & l. 13. pag. 194.

Univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus.

Ex quo ſatana inſtus membrum principale impius Sigiſmundus ex Auſtriæ principibus, qui aliquando nobiſcum & Eccleſiæ membrum fuerat, in ſanctiſſima paſchalis feſti celebritate in ſatanicum ſe a catholicorum cœtu abſciſſus præcipitavit ingluviem, & ab apoſtolica Eccleſia tranſfuga effectus ſub diaboli cœpit vexillo militare, anathema, proh dolor! incurris & demum inſanias inſaniis cumulando, & ſeſe apoſtatare ſuperbiendo, facto quoque ſe unitatis Eccleſiæ fidem authoritatiſque ejus rationem per cenſurarum contemptum non habere palam demonſtravit, & demum ut eum in malorum omnium profundum perveniſſe, omnibus certum foret, eadem jactat temeritate, nec ſacroſanctos canones, nec apoſtolica præcepta juſtiſſima, nec judicia & canonicas ſanctiones juxta ſolemniſſime eum in ullo poſſe contingere, quandoquidem ipſe Dei neſarius deriſor & Eccleſiæ contemptor de Chriſtiano adhuc non erubeſcat nomine gloriari, ob quas res tametſi præter facti notorietatem unuſquiſque ipſum rectiſſime hæreticum judicarit; ut tamen ex ſuo ore judicium prodeat, habentes priores noſtros proceſſus, in quibus anathematis criminis læſæ majeſtatis, & fautoriæ hæreſis declaratus eſt pœnas incurriſſe, in iis literis pro inviolatis & expreſſis, quo conſtare valeat non ſolum ex operum improbitate ſceleſtorum, ſed ſua etiam propria confeſſione, an ſit hæreticus vel non, novum denuo proceſſum inchoavimus adverſus dictum Sigiſmundum, de damnatiſſima hæreſi, quæ eſt omnium hæreſum hæreſis, non ſolum ſuſpectum notorie, ſed ſenſibiliter maculatum, tanquam ſacræ fidei non recipientem articulum, quem per hoc ſymboli Apoſtolici verba fidelium exprimit unuſquiſque: Credo in unam ſanctam & apoſtolicam eccleſiam, *nam cum ipſius eccleſiæ Romanus Pontifex caput ſit canoneſque & cenſuræ ſic ſint Eccleſiæ, quod quiſque in Eccleſia poſitus & credens capiti, canonibus & ejus cenſuris teneatur obedire; dictus quidem Sigiſmundus non ſolum illis non obedit, ſed prædicat inſuper, quod minime obedire teneatur, atque in ſuam proterviam ſententiam eum ſubditos quam quoſcumque poteſt accedere compellit, & hæc ubique ſunt notoria, nec hodie quoque ceſſat per ſe & ſuos hanc ſuam perfidiam undique divulgare.*

Objectum illi non credere in ſanctam eccleſiam.

Is contra negat ſe hæreſi devinctum teneri.

Quæ cum ad vehementiſſimam ſuſpicionem pluſquam ſatis ſint aperta, idcirco ipſum Sigiſmundum notorie de hæreſi ſuſpectum per præſentes apoſtolica authoritate peremptorie citamus & requirimus, ut ſexageſimum diem a die datæ, quæ & affixionis hujus ad valvas eccleſiæ Principis Apoſtolorum de urbe & ut ſequitur ſucceſſive computandum, perſonaliter coram nobis compareat & de fide catholica, præſertim in prætacto articulo unitatis Eccleſiæ, & quæ ad ipſam ex ſanctorum doctorum doctrina ſequuntur reſpondeat, & verbo & facto ſe purget de ſuſpicione ſub confeſſi & con-

NOTÆ [1] NIſi meo me fallat conjectura ſuſpicor, literas illas pontificias, quibus Sigiſmundus Auſtriacus reus poſtulatur, atque intra dies ſexaginta ad pontificis tribunal ſiſtitur; literas, inquam, haſce ad ſequentem annum referri oportere. Datæ ſunt enim Romæ anno MCCCCLXI. die X. kal. februarii, quæ ſane anni notæ ex more pontificum ejus ætatis ferunt annum 1462. Quam pariter veterem anni ſupputandi rationem adhibuiſſe Pium conſtat ex ejus literis hic in annalibus recitatis, ut & in literis num. 27. quæ ſignantur anno 1460. die XIV. kal. febr. pontificatus anno III. ideſt anno 1461. tum & illis, quæ num. 30. occurrunt, quæ annum præferunt 1460. diem VIII. kal februarii pontificatus anno III. ideſt anno 1461. Hac vero admiſſa chronologia belle omnia congruunt. Pius enim anno 1462. die X. kal. februarii terminum præfixit Sigiſmundo dierum LX. ut ſe coram pontifice de objectis criminibus purgaret. Ea elapſa periodo Fridericum nihil pro ſe afferentem die ſolemni cœnæ Domini, nempe die IV. kal. maii anathemate damnavit. Vide annales ad annum ſequentem num. 6. Corrigendum eſt igitur harum literarum mendum, quod in annis pontificatus Pii cubat. Neque enim illæ ſignandæ ſunt anno 1461. (ſtilo veteri) die X. kal. februarii *pontificatus anno tertio*, ſed potius pontificatus anno quarto. MANSI

& convicti criminis hæreſis pœna: aliaque nos contra ipſam tamquam confeſſum & convictum in Dei omnipotentis nomine uſque ad definitivam ſententiam juſtitia mediante procedemus &c. In jus pariter vocati Sigiſmundi ſectatores præcipui, in quibus Tridentinus epiſcopus exauthoratus & Gregorius de Heymberg, ut hæreſis ſuſpicionem ac labem diluerent. *Dat. Romæ apud S. Petrum incarnationis dominicæ MCDLXI. x. kal. februarii pontificatus noſtro anno III.*

(a) Eod. lib. 12. pag. 207. & lib. 13. pag. 198. & lib. brev. pag. 217.
(b) Lib. brev. pag. 207.

Plures eodem argumento literæ (a) exaratæ fuere: quam autem invite hanc ſeveritatem in Sigiſmundum adhiberet, cum Auſtriacæ domus eſſet ſtudioſiſſimus, ſeque ad id adigi, ne jura proderet, profeſſus eſt Pius hiſce literis (b) ad archiepiſcopum Colonienſem datis: *In Sigiſmundum Deo teſte contra voluntatem noſtram proceſſimus, & nunc ſeveri eſſe compellimur: amavimus enim ſemper perſonam & charam habuimus totam illam Auſtriæ domum, ſed quid aliud poſſumus? exceſſus hominis, & indurata obſtinatio cogunt nos juſtitiæ arma una ponere. Numquam vel minimum pœnitentiæ ſignum aliquod dedit: contempſit ſemper cenſuras, contempſit monita noſtra, & a correctione errores majorum errorum occaſionem quæſivit &c. Dat. Romæ xxviii. aprilis anno III.*

XII. Conjurat Sigiſm. adverſus Fridericum Imp.

Non modo pontificiæ authoritati obniti non perhorruit Sigiſmundus, verum cum conjuratis, qui imperialem etiam dejicere dignitatem moliebantur, iniit fœdus: ad quem comprimendum Pius ducem Mediolani ſollicitavit, ut Sigiſmundo bellum inferret, de Imperatore enim Friderico, in quem civile conflabarat bellum locutus hæc ſcribit (c): *Queritur ille a nonnullis principibus Germaniæ ſcandalum grave, inter quos Sigiſmundus eſſe non in poſtremis aſſeritur: hunc cum vicinus ſit dominio tuo, optat Imperator a te diffidari, & bello invadi, ſperans mala propinqua illum implicitum curaturum potius ſua, quam aliena negotia.* Captavit inde occaſionem Franciſcus Sfortia, qui præter jura Mediolanenſem ducatum Romani imperii vectigalem armis invaſerat, eblandiendi Friderico beneficiarii juris, quo ipſum ille induere detrectaret, quippe qui contendebat filiam Sfortiam in beneficiario imperii principatu non poſſe ſuccedere, atque adeo illius jus ad ſe devolutum. Flagitanti itaque Pontifici ut iniret (d) armorum ſocietatem cum Friderico reſpondit Franciſcus, moveri ſe admodum adverſis ejus rebus, arma tamen ad imperiales tuendas partes accingi non poſſe, cum Imperator ipſe clientelare ſacramentum ultro oblatum etiam tum repuliſſet. Quo accepto reſponſo Pius, qui Franciſco ſtudebat, ut illi ac poſteris partum armis principatum aſſereret, ſuaſoriam ſcripſit epiſtolam (e) ad archiepiſcopum Colonienſem de tradendo imperiali liberalitate Franciſco Sfortiæ ducatus Mediolanenſis beneficiario jure, ne in Italia Germanici imperii majeſtas penitus obſoleſceret; paucos enim Italos illam colere, ac temporum curſu contingere poſſe, ut duces Mediolanenſes opibus & potentia florentes ducatum imperio obnoxium profiteri recuſent: digniſſimum vero ob egregias dotes Franciſcum Sfortiam, qui in clientem imperii admittatur.

(c) Lib. brev. pag. 214.

Solicitatus ad movendum illi bellum Mediolanenſis.

Controverſum de Mediol. principatu an devolutum ſit ad imperium.

(d) Ibid. pag. 190.

(e) Ibid. pag. 240.

Agit interpretem Pius ut ſacramentum Mediolanenſis admittatur.

Pius Papa II. archiepiſcopo Colonienſi.

XIII.

Venerabilis frater, &c. Quæ tuæ fraternitati nunc ſcribimus novit Deus, quod pro retinenda dignitate Romani imperii, & manutenenda extimatione nationis Germanicæ dicimus, neque in hoc plus apud nos valet cujuſque reſpectus, quam res ipſa, & veritas. Dilectus filius nobilis vir Franciſcus Sfortia dux Mediolani magni eſt, ſicut noſti, in Italia nominis, magnæ potentiæ, ſuaque in omnibus rebus plurimum extitmator auctoritas: prædeceſſoris noſtri Caliſti III. & noſtris temporibus præcipuo adjumento fuit Eccleſiæ: protexit illam, cum fuit expediens, non favore tantum & nomine, ſed armis quoque atque impenſis. Nulla unquam in eo rebellio, nullus contemptus eſt adinventus: paruit Romanis Pontificibus ſemper, ſicut catholicum, & vere fidelem principem decuit: virtus etiam ejus quanta ſit, ac diſciplinæ militaris præſtantia res ab eo geſtæ declarant: fraternitas quoque tua ex fama potuit illa noviſſe. Sciunt amicitiam ejus multi eſſe æſtimandam, cum & amicos in pretio habet, & gratitudinem in acceptis beneficiis ſervet.

Datæ in ejus gratiam ad ſeptemviros literæ.

Præter præmiſſa eum nos multum dileximus, dignum cenſentes quem Romana eccleſia in filium peculiarem teneret, idem vellemus ab imperio fieri, ſuamque cauſam majori charitate accendi. Optat inveſtituram ducatus ſui, quem tenet: optat a Germanis dominium omnium recognoſcere & ſucceſſionem filiorum ſuorum: ſine imperiali majeſtate hæc fieri non poſſunt. Novimus nos auctoritatem tuam præcipuum in his momentum habere, & de voluntate non dubitamus: hortamur igitur fraternitatem tuam in Domino, & ex corde requirimus, ut ſuſcipere in te promotionem hanc velis, & ita cum Imperatore efficere, ut non ſolum in danda inveſtitura, ſed in cæteris, quæ fieri ſunt apta, gratioſum ſe reddat; accipiendum enim ſemper eſt quod poteſt impendi; ſupra vires nec petendum aliquid nec cupiendum: æſtimari aliter non minus fideles devotio quam grandis pecunia. Faciet in hoc rem gratam Apoſtolicæ ſedi, & imperio, cujus electores, plurimum utilem: nam, ſi hunc attendimus, pauci jam in Italia reſtant, qui ad Imperatorem reſpi-

Spectare ad decus imperii ut conferatur inveſtitura.

piciant : hic autem, qui devote admodum reſpicit, negligendus non eſt. Pateſt imperialibus rebus opera ſua multum conferre: poſſunt & loca, quæ tenet. Noſti præterea ſtatum Italiæ, intelligis etiam vicinorum potentiam. Neſcimus quid fortuna, quid tempora ſint allatura : non omnes ea mente eſſent, qua Franciſcus Sfortia eſt, dummodo potirentur ducatu, a quo tenerent parum attenderent. Negligendum non eſſe hunc in Italia titulum dicimus, nec imperio jus hoc adimendum. Datum, &c. Fuit hæc ingentium bellorum materies, ſed ſuis locis reſervanda.

Helvetii Sigiſmundum Auſtriac. ut hoſtem eccleſiæ inſectati.

Nunc cœptam de Sigiſmundo Auſtriaco, in quem ut ſuſciperet bellum Franciſcus Sfortia flagitabat præmii ergo Mediolanenſem principatum imperiali authoritate ſibi confirmari, narrationem proſequimur: faverat antea adverſus eundem Sigiſmundum Pius Helvetiis, qui plura ipſi loca eripuere : cum vero Albertus dux Auſtriæ doleret Auſtriacæ familiæ jura ab Helvetiis diripi, graviter apud Pontificem queſtus eſt, obtulitque ſe inter Sigiſmundum, & Nicolaum Cuſanum Cardinalem Brixinenſem concordiæ futurum interpretem. Cui reſpondit Pius (a), Helvetios in ulciſcenda illata Eccleſiæ injuria laude dignos, neque jam de Cardinalis Brixinenſis juribus, ſed de pontificia authoritate agi, quippe Sigiſmundus, ſpreto Mantuano decreto, a pontificia ſententia ad futurum concilium temere provocaverat, cenſuriſque eccleſiaſticis perculſus, illas ſacrilego obtriverat contemptu, obſirmatuſque in pertinacia ſacroſanctam poteſtatem infringere annitebatur. Addidit vero Pontifex, non aliud ultionis genus de Sigiſmundo a ſe expeti, quam ut ille reſipiſceret, ac tum eum amantiſſime paterno ſinu exceptum iri. Præcipuam earum literarum (b) partem inſerendam hiſtoriæ cenſuimus : *Si*, inquit, *dilecte fili Suitenſes confœderati caſtra domus Auſtriæ invaſerunt, & obſident, faciunt quod ſacrilegum Sigiſmundi & impœnitens cor digne meretur : mandaſſe nos illis quidquam tale non ſane meminimus.* Et infra : *Quod requiris confœderatis mandari, ut ab offenſione deſiſtant, vel treuguas componant, in eo libenter tuam petitionem exaudiremus, ſi cum Deo poſſet concedi : verum cum in dies ſuperbia & rebellio Sigiſmundi magis exereſcat, non poſſumus cum honore Apoſtolicæ ſedis & noſtro beneficium illi conferre, qui authoritati noſtræ ita proterve inſultat. Ultima eſt petitio tua, ut tibi antedictam facultatem dedamus : dicimus iterum tibi, dilecte fili, minimum in hoc Cardinalis eſſe intereſſe : Eccleſiæ tota eſt contumelia, impoſita in Cardinalis, non propterea publica injuria eſſet compoſita : humiliato prius corde eſt opus veniam petat Sigiſmundus : oportet ſatisfieri Apoſtolicæ ſedi : nobiſque convenit : redeunti ad nos nunquam claudemus Eccleſiam, nec pietatem negabimus, quæ ſibi eſt ultro ſæpe oblata. Domus Auſtriæ affecti plurimum ſumus : vulnera illius ſunt nobis communia : poſt longam expectationem, & diutinam patientiam inviti, & dolentes ad juſtitiæ arma confugimus.*

(a) Ib. p. 228. & 249.

Fridericus pro Sigiſmundo deprecatorem agit.

(b) Sup. p. 228.

Negat pacem dandam Sigiſmundo niſi ſe ſubmiſerit.

XIV. Defendenda erat eo majori conſtantia pontificia auctoritas, quo plures in Germania ad eam labefactandam conſpirarant. Effutiebant ii, Pium Germanico nomini parum amicum, & Francofurti celebres cœtus indixerant, ut nefaria inter ſe conſilia conferrent. Qua de re certior factus Pontifex, datis ad Germanos proceres Francofurtum conventuros apoſtolicis literis (c), iniquam ſuſpicionem delevit, monuitque, ut pontificios internuntios audirent, neque adverſus Eccleſiæ dignitatem aliquid molirentur.

(c) Lib. brev. p. 196.

Nobilibus viris prælatis, & principibus, nec non oratoribus in dieta Franderfordienſi proxime conventuris.

Moniti principes ne quid noxent in Cæſarem.

Eſtote memores reverentiæ, quam debetis matri veſtræ Eccleſiæ : adhibete Deum, & conſcientiam in conſilia veſtra : plus apud vos ratio, & animarum ponderet ſalus, quam privati aliquorum affectus. Dileximus ſemper nationem Germaniæ : privatim & publice laudis ſuæ prædicatores fuimus : manus quoque noſtra, quantum cum Deo licuit, avara illi non fuit : publicum bonum ubique quæſivimus, non debemus pro noſtra in vos charitate mercedem aliam ferre, quam eam, quam bene de vobis merentibus conſueti eſtis perſolvere. Salvatoris tremendum illud verbum cordi veſtro inſideat : Væ illi, per quem ſcandalum venit; *hæc vox, ut boni eſt patris, ſic bonorum ſit filiorum eam audire.* Eodem argumento etiam archiepiſcopum Treverenſem (d), tum ſingulos principes (e) Germanici imperii a novandis in ſedis Apoſtolicæ majeſtatem rebus dehortatus eſt. Cumque in ejuſmodi conventu peragendo Imperatoris etiam dignitas periclitatura foret, Fridericus ipſam vetuit (f) : tum ut hoſtium numerum imminueret ; de ineundis cum Mathia Hungariæ Rege induciis cœpta colloquia iniit ; qua de re eum commendavit Pontifex, atque ad mutuam fœdus pro tuenda adverſus factioſorum molitiones pontificia imperialique auctoritate allexit (g) : *Audimus*, inquit, *diverſis ex locis, quæ in diminutionem ſtatus utriuſque noſtrum innatione tententur, dicere aliud hoc loco non poſſumus, niſi nos temporum conditionem vehementer mirari, in quibus homines debiti ſui tam parum ſint memores, & per ſcandala quærant non quæ publici ſunt, ſed quæ privati ſunt boni. Speranda eſt in his omnibus protectio Dei, ab ambobuſque nihilominus ſingula agenda, per quæ malignantium conſilia locum non habeant : ſi tua*

(d) Ib. p. 197.

(e) Pag. 198.

(f) Pag. 292.

Pacis colloquia cum Mathia Fridericus redintegrat.

(g) Pag. 311.

Apoſtolica illi clientela promiſſa.

ſere.

Digitized by Google

ſerenitas, ut ſcribit, nobiſcum eſt, concurſuri nos quoque pari animo tecum ſemper ſumus futuri, cum etiam ſine requiſitione tua egerimus uſque in hunc diem.

Admonitus ut publicis cœtibus interſit.

Interjectis nonnullis conſilium addidit, ut Fridericus, qui ad nullos antea principum conventus pro Chriſtiana republica augenda, aut Germanico nomine defendendo, indictos ſe contulerat, indeque apud plures invidiam, & contemptum ſibi creaverat, quaſi inertiæ & ſordibus totum ſe dederet, celebrandis in poſterum publicis cœtibus intereſſet, plurium enim benevolentiam eo diligentiæ ſpecimine ſibimet conciliaturum, & invidorum ora molitioneſque ſua præſentia coërciturum: *Qui de his rebus*, inquit, *optime judicant perſonalem tuam comparitionem ſupra modum collaudant mirantes, quod hoc facere tandiu diſtuleris: nos quoque qui te in immenſum diligimus, non ſolum id in primis expediens arbitramur, ſed ut facias rogamus & petimus, qui enim abſenti tibi nunc contradicit, idem te præſente aſſentiet: qui in abſentem invehitur, præſentem laudabit: quos abſentia tua ad conſpirationem facit audaces, adhærentes præſentia reddet: non videberis labores fugere neque expenſas: nemo tuam majeſtatem rei Germaniæ negligere dicet: multorum benivolentiam præſens conciliabis, quam abſens amittere cœperes.*

Præſentiam ad frangendos hoſtes valituram.

Subdit maxima ſe affectum fuiſſe lætitia ubi audivit de induciis ipſum inter atque Hungariæ Regem pangendis agitari: *Conſolationem incredibilem attulit id, quod de pace, vel treugis cum Hungaris indeſinenter tractari ſignificas, hanc enim rem ſalutarem tibi: ſalutarem catholicæ fidei, & tuis rebus neceſſariam credimus: utinam aliquando dies ille illuceat, cum ſublatam de medio tantam diſſenſionem videamus.*

XV.

Intulerat Friderico ſine cauſa bellum Ludovicus Bavariæ dux, quare Pium rogavit idem Imperator, ut eccleſiaſticarum cenſurarum illum pœnis compeſceret; cui ille reſpondit (a), prius concordiæ rationem tentandam videri, Friderico vero offerente Bavaro legibus & æquitate controverſiam diremptum iri, neque illum ad pacem flectente, dedit (b) poſtea Pontifex mandata Auguſtenſi Cardinali, ut cenſuris ipſum ac ſocios percelleret. Suſcepit adverſus Ludovicum Imperatoris partes Albertus Marchio Brandeburgenſis, auctumque eſt belli incendium, cujus extinguendi cupidus Pontifex, ne univerſam Germaniam magno religionis detrimento inflammaret, Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem reintegrandæ paci operam navare juſſit (c): *Cum*, inquit, *non ſine diſplicentia noſtra ſenſerimus inter chariſſimum in Chriſto filium nobilem virum Albertum marchionem Brandeburgenſem ex una, & dilectum filium nobilem virum Ludovicum Bavariæ ducem, & nonnullos alios eccleſiaſticos, & ſæculares principes colligatos parte ex altera, diſſenſiones dudum exortas in diem magis continuare, & illis in hunc modum vigentibus nihil inde ad publicam fidei cauſam contra impios Turchos opportunum poſſe ſperari, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum anno MCDLXI. XVI. kal. januarii pontificatus noſtri anno* IV. Erat porro marchio Brandeburgenſis non Imperatori modo, ſed etiam Romano Pontifici ſtudio & obſequiis addictiſſimus, quo nomine a Pio laudibus efferri meruit (d).

(a) Ib. p. 247.

Bavaro reſpuenti juri ſtare cenſuræ objectæ.

(b) Ib. p. 226.

Brandeburgenſis in eum cauſam Cæſaream ſuſcipit.

(c) L. I. p. 36.

Auctæ Germaniæ turbæ.

(d) Lib. brev. p. 198.

XVI.

At contra utrumque conjurabat Diętherus Iſemburgenſis archiepiſcopus Moguntinus, qui per ſimoniacam labem ſolium conſcenderat, & pontificiam imperialemque authoritatem obterere moliebatur. Is primum cum deſignatus archiepiſcopus eſſet, juſſus Mantuam accedere, ut cœtibus illis pro tuenda in Turcas religione intereſſet, inanes excuſationes attulerat, confirmatuſque in archiepiſcopali dignitate ea lege, ut excurrente unius anni curſu ſedem Apoſtolicam adiret, vivendique normam ab ea exciperet, delatum a ſe ea de re juſjurandum poſtea perfidia violavit (e); irarum autem ſuarum cauſæ hæ fuere (f). Pollicitus fuerat, admiſſa anathematis mulcta ſi promiſſa non ſervaſſet, diſſolvere nomen ſuſceptum a mercatoribus, qui pontificio fiſco neceſſariam auri vim pro annatis, quas vocant, pendendi & diplomatibus confirmatæ dignitatis conſequendis, intulerant: cumque acceptam mutuo pecuniam conſtituta die non perſolviſſet, a minoribus tandem judicibus curiæ Romanæ ex judiciorum ordine anathemate damnatus eſt. Poterat facile huic malo occurrere, atque ab ea hujuſmodi ſententia provocare ad Pontificem, quo inſcio res acta erat: ſed inſania ductus mox in Apoſtolicam ſedem iras conatuſque omnes convertit, ac Sigiſmundi Auſtriaci exemplo a Pontifice ad concilium, quod nullum erat, & cujus cogendi non ad Dietherum, ſed ad Pontificem ſpectabat authoritas, appellavit: conceperat etiam antea odia in Pium, quod cum decumæ, & aliud auxiliare aurum in Moguntina provincia ex indulgentiis redigendum in Turcici belli ſumptus cogenda forent, affectaretque partem ad ſe derivare, Pontifex ſacrilegum latrocinium exhorruiſſet, atque exinde furens Dietherus calumnias in legatum apoſtolicum, & Pontificem ipſum evomuerat, quaſi prædas tantum, & Germanica ſpolia, non animarum ſalutem religioniſque amplificationem quærerent. Præterea violare etiam imperialis authoritatis apices auſus eſt, indictis publicis ordinum Germaniæ conventibus, in quibus conceptum virus effunderet. Ad placandum furentem præſulem, inque viam ſalutis traducen-dum

(e) Gob. l. 3.

(f) Pius l. 38. p. 93. Gob. l. 6. Naucl. vol. 2. gen. 49.

Mogunt. archiep. a minoribus judicibus curiæ Rom. damnatus anathemate.

Non ad Pontificem ſed ad concilium provocat.

Calumnias ſpargit in Pont. ob redactum ex indulgentiis aurum.

Cæſaria auctoritatem indictis conventibus labefactat.

(a) Gob. l. 6.
(b) Serar. Mogun. rer. l. 5. in Diethero primum.

dum miſit Pius (a) nuntios Rodulphum decanum Wormatienſem, & Franciſcum canonicum Toletanum: ſed ille nullis conſiliis optimis flecti ad ſaniorem mentem potuit; de cujus pervicacia & duritie elegans eſt apud Nicolaum Serarium (b) epigramma ex veteri codice mſ.

XVII. Gregorium Hamburgenſem hæret ſovet.

Eo etiam prorupit illius impietas, ut cum ſuaderent legati pontificii, ne Gregorium Haymburgenſem ob hæreſis labem anathemate perculſum, & Sigiſmundi Auſtriaci oratorem in cœtum, cui ipſe præſideret, admitteret, illum in primis, quæ vellet, dicere juſſerit; *Cujus*, inquit Gobelinus, *oratia plena blaſphemiarum atque errarum fuit, unde poſtea non jam Gregorium, ſed Errorium appellavere catholici.* Addit author Dietherum excepiſſe illius dicta, ac Germanicis verbis, cum alioqui imperitus eſſet, habuiſſe orationem, in qua plura mendacia de exacto ſacramento fidei, & impetratæ confirmationis ratione effutierit, ac demum ut Germanos eorum commodi oſtentatione, partibus ſuis irretiret, has calumnias evomuerit: *Vel decimas, quas petunt, vel indulgentias, quas afferunt arbitramini bellum contra Turcas gerendum, Ajunt pecunia opus eſſe: inſidiæ ſunt. Quod ſi me audivertitis, non prævalebunt fraudes: ego ad futurum concilium appellavi, non tam quod injuſte ſum excommunicatus, quam ne provinciales mei decimarum onere afficiantur. Unicum hoc nobis remedium adverſus Apoſtolicæ ſedis imperium relictum eſt; vos ſi ſapietis exemplo meo, & vobis ipſis, & ſubditis veſtris peropportune conſuletis.*

Nititur Germanis ſuadere ne pendant decimas pro bello in Turcas.

XVIII.

(c) Gob. l. 6.

Confutavit mendacia, & impia ejus verba Rodulphus Germanus pontificius nuntius, cujus orationem refert Gobelinus (c): inter alia hæc ipſi exprobravit: *Ora a quo judice provocaſti? Ab eo certe, qui non habet in terra ſuperiorem: namque quis major Papa in terris? quæ celſior authoritas? quæ ſublimior dignitas? quæ poteſtas altior quam Jeſu Chriſti vicarietus? ab ea appellaſti, Diethere, qui tamen ægre ferres, ſi quis provincialium tuorum a te ipſo appellaſſet. Sed quem appellaſti judicem? quem provocaſti tuæ cauſæ cognitorem? Futurum concilium, dicis, appellavi. Et ubi eſt futurum concilium? ubi ſedet? ubi tribunal ejus requiremus, pulchra inventio, ut impunita ſint ſcelera, ut liceat ſine metu judicis aliena invadere. Is judex appellatur, qui nuſquam reperitur. In conventu Mantuano adverſus hanc nequitiam lex edita eſt, quæ appellanti ad futurum concilium eam irrogat pœnam, qua rei majeſtatis, & fautores hæreticorum plectuntur. Intelligis, quæ te pœna expectet, Diethere? quamvis Apoſtolicæ ſedis decreta parvi exiſtimas, cum non ſatis erraſſe fuit, niſi & alios tuo errore involvas, quando & hos proceres, ut appellationi tuæ adſtipulentur, hortaris.*

Provocationis illius iniquitas demonſtratur.

Convertit deinde orationem ſuam ad præſentes Rodulphus, hortatuſque eos eſt, ne Diethei cauſa animas æternis cruciatibus addicerent; tum addidit omnes judices eccleſiaſticos, & epiſcopos mox juris dicendi amiſſuros auctoritatem, ſi ad futurum concilium provocare liceret: ſi enim ſupremum id tribunal fuerit, mox ad id appellandi, ſpreto medio, viam aperiri: quod vero ad aurum ex decimis & indulgentiis redigendum collocandumque in bello Turcico ſpectabat; niſi aſſentiantur Germani, Pontificem illud non coacturum. Victi his rationum ponderibus Germani Dietheri petita reſpuere; quocirca pudore confuſus vocatis tabellionibus clam editam provocationem damnavit; id quod antea etiam Fridericus Palatinus Rheni, qui ejuſmodi appellationi adhæſerat, a Rodulpho edoctus egerat, quamvis uterque poſtea ad ingenium redierit. Trahere etiam in ſocietatem ſceleris conatus fuerat Maguntinorum canonicorum collegium; ſed ipſi nefariam ejus appellationem admittere detrectarunt (d).

Licet caſſa omnium judicum auctoritas.

Germani e Dietheri petitis abhorrent. Damnat ſuam provocationem Dietherus.

(d) Lib. brev. pag. 217.

XIX.

(e) Gob. l. 6.

Incendiſſe in ſe plurium odia Dietherum cum partem ſimoniaca labe principatum majoribus flagitiis inquinaret, refert Gobelinus (e), quare de eo gradu dejiciendo ſumpta ſunt a Pontifice conſilia; *Dietherus*, inquit, *divina & humana jura contemnens, nulla excommunicationis abſolutione obtenta, divina profanavit officia, infra tempus a jure ſtatutum epiſcopalem ordinem neglexit accipere, creditoribus nunquam ſatisfecit: juramentum, quo ſe curiam petiturum aſtrinxerat, impudenter violavit, novas adverſus Pontificem excitare turbas procuravit, canonicos eccleſiæ ſuæ per contumeliam ejecit, bellis cruentiſſimis ſe immiſcuit, villas & eccleſias incendit, ſubditis graviſſima impoſuit onera; aliis uxores abſtulit, aliis ſubſtantiam arripuit: ſacerdotia pretio vendidit, reddendi juris nullum adhibuit ſtudium. Fœda omnium rerum facies apud Maguntinos; capituli nulla reverentia; lamentari populus, conqueri clerus; nemo ſuum præſulem laudare. Quibus Pontifici enuntiatis, cum omnes ex Rhenanis partibus venientes Dietheri regimen accuſarent, vitamque turpiſſimam eſſe dicerent, non cenſuit Pius temeritatem, ac nequitiam hominis ulterius ferendam fore, ſi modo potentem aliquem inveniret, quem poſſet adverſus Dietherum erigere in eccleſia Maguntina Pontificem, ne ſententiam fruſtra ferret.*

Nondum cenſuris ſolutus profanat ſacra.

Humana & ſacra pervertit.

XX. De exauctorando Diethero actum.

Addit auctor ipſum miſiſſe Joannem Flaſlandium decanum Baſileenſem, ut exploraret, an quis ex canonicis clientelis fultus Diethero auderet ſe opponere, compertumque Adolphum Naſſovienſem comitem imperiali clarum ſtemmate, qui antea

Digitized by Google

tea in archiepiſcopum a parte canonicorum fuerat expertus, dignum archiepiſcopali apice, & amicis florentem, qui habito cum ſuis colloquio ad pontificiam ſententiam in Dietherum ad exitum perducendam ſe obtulerit. Et quidem extant Pii literæ ad Maguntinorum canonicorum collegium datæ (a) vIII. kal. maii, quibus hortabatur, ut diſſimilem moribus Diethero præſulem deſignarent. Reverſus itaque Flanſlandius, ac Tibur ſecutus Pontificem, ipſum de iis, quæ exploraſſet, certiorem fecit; quæ vero geſta ſint ſubjicit hiſce verbis Gobelinus (b): *Quinque Cardinales aderant, Rothomagenſis, Zamorenſis, Spoletanus, S. Suſannæ, & vicecancellarius. His Pontifex accerſitis Diætheri ſcelera, & contumaciam propoſuit, & quid in tanta rebellione ſit agendum percunctatur, ſecreto ſub pœna excommunicationis indicto. Cenſent omnes deponendum, cujus tot tantaque crimina referrentur, nec opus eſſe tela judicii adverſus Dietherum, qui publice ad futurum concilium appellaſſet, pejeraſſetque, nec ſtatuto tempore ſacris pontificalibus fuiſſet initiatus; manifeſta crimina non egere ordinario proceſſu; Adulphum, & ſua virtute, & progenitorum claritate Maguntinam mereri eccleſiam. Deponitur e veſtigio Dietherus: Adulphus in ejus locum ſufficitur: liberantur vaſſalli a juramento præſtito, jubenturque novo electo juſjurandum fidelitatis exhibere. Fiunt literæ, ac Joanni cubiculario ſummo ſilentio in Germaniam perferendæ traduntur.* Inſertæ ſunt eæ literæ (c) pontificio regeſto, in quibus latæ ſententiæ cauſæ exprimuntur, ac primum illi objectum, quod cum ſeptem arbitri ad deſignandum archiepiſcopum ſtatuti eſſent, ac tres Adolphum delegiſſent, tres alii Dietherum, ſeptimus vero alium, & hunc a Diethero fuiſſe auro corruptum. Præcipua vero ſententiæ in eum latæ pars hæc eſt.

(a) Lib. brev. pag. 220.

(b) Gobel. ſup. lib. 6.

Cardinalium damnatur ſententiis.

Adolphus Naſſovien. in ejus locum ſuffectus.

(c) Lib. bull. 38. pag. 93.

Ad perpetuam rei memoriam.

XXI. *Providimus eccleſiæ Maguntinæ de ſua perſona, literaſque proviſionis in forma conſueta decrevimus, neque enim ea nobis innotuerant de ipſo vitio,* (nimirum corrupiſſe auro unum ex ſeptem arbitris, in quos erat compromiſſum, qui majorem eligentium numerum conſtituit,) *quæ poſtea palam emerſerunt, & bonum eſſe arbitramur, quem capitulum Maguntinum in paſtorem efflagitaſſet: procuratores Dietheri ejus nomine & in animam ejus ea nobis juraverunt, quæ cæteri epiſcopi Romanis Pontificibus jurare conſueverunt, & ultra hoc venturum ipſum perſonaliter infra annum ad præſentiam noſtram quocunque in loco cum Romana curia degeremus, ad quæ facienda procuratores prædicti ſpeciale mandatum exhibuerunt. Credidimus bonis verbis ejuſdem Dietheri, qui per literas & nuntios ſuos optimum ſe futurum & obedientiſſimum filium pollicebatur: ſed cum animo ſitienti expectaremus hunc hominem tanquam ſedis Apoſtolicæ propugnatorem, & catholicæ fidei defenſorem ea curare, quæ pro tutela Chriſtianæ religionis in Mantuano conventu concluſeramus, invitare homines ſuæ nationis ad expeditionem contra Turchos obeundam, ad obediendum in ea re Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ad quem idcirco legatum de latere miſeramus, ad parandos exercitus, ad ſolvendas decimas, ac vigeſimas, & trigeſimas contribuendas, alia præſidia præſtanda; homo in reprobum ſenſum datus, Dei hoſtis, & totius gratitudinis inimicus mox cornua erexit in Apoſtolicam ſedem, & matri ſuæ maledicere cœpit, latravit contra nos pluribus modis, legatumque noſtrum calumniatus eſt, qui decimas conaretur exigere, quibus copiæ contra Turchos armari poſſent, palamque dicere non eſt veritus, nos argentum nationis, non fidei defenſionem quærere, licet nos decimas ipſas non niſi conſentiente natione exigi mandaviſſemus, & illarum cuſtodiam ac diſpenſationem in manibus eorum tradi juſſiſſemus, quos natio ipſa delegiſſet. Inter hæc accidit ut, ad inſtantiam mercatorum, qui pecunias Apoſtolicæ ſedi debitas ſibi mutuo conceſſerunt, cum jam ſatisfactionis tempus præteriſſet, Dietherus ipſe excommunicaretur abſque noſtra conſcientia, nam id per judices inferiores in forma cameræ fieri ſolet. Quod ubi ad ejus notitiam pervenit, cenſuris innodatus non quomodo ſe ſolveret, & ad communionem fidelium rediret, ſed quomodo magis ac magis ſe pœnis immergeret excogitavit: non recurrit ad nos, nobis nullam querelam fieri curavit, nullum a nobis præſidium, nullum remedium petiit, ſed paſſim clamans, & vociferans contra nos indigna ſe pati dicens, & Apoſtolicam ſedem blaſphemans, conficto quodam infamatorio libello ad futurum concilium contra Mantuanam bullam appellavit, excommunicationem ipſo facto, a qua niſi a nobis abſolvi non poteſt, & alias pœnas contra reos majeſtatis, & hæreticæ pravitatis fautores a jure fulminatas incurrens. Nec animo irreverenti, & infrunito ſatis fuit primam ſedem bis modis contempſiſſe, niſi & divina quoque contemneret: illis ſe publice immiſcens palam, & notorie excommunicatus, & in irregularitatem incidens. En quæ reverentia canonum: quis timor Dei: quæ religionis conſideratio! Bis excommunicatus, bis extra Eccleſiam factus, non coactus, non juſſus, non abſolutus eccleſiam ingreditur, & divinis officiis ſe ingerit, & ſacroſancta polluere audet.*

Impie in Pontificem calumniatur.

Edita ad Concilium provocatione hæreſeos crimine ſe devincit.

Nimia eſt hæc contumacia, ac rebellio, & argumenta ſunt hæc hominis de Chriſtiana religione parum bene ſentientis. &

omnia

Digitized by Google

omnia jura divina, & humana confundentis: quod in Diethero manifeſtiſſimum eſt, quem violaſſe juramentum ſuum nobis præſtitum, apertiſſime conſtat; namque cum terminus ad nos veniendi jam ſemel prorogatus inſtaret, non fidei memor, non promiſſi tenax, non debiti obſervator, non juramenti cultor; ſed excommunicatus, perjurus, irregularis, & totius religionis expers atque inimicus, labi tempus permiſit, nec ad nos venit, nec quod venire non poſſet ſe excuſavit: quippe qui elevata facie, & arroganti mente nihil ſe debere Romano præſuli exiſtimat, & fortaſſe majorem eo ſe credit, verbo, & opere ſuperbus: & inflatus opinione ſui nunc iſtos, nunc illos hortatus eſt, ut appellationi ſuæ damnatiſſimæ adhærerent, ſperans ſuam nequitiam tanto magis inultam eſſe, quanto plures mali conſilii ſui conſortes inveniret; ſed pauciſſimi & adhæſerunt, & illi quidem decepti & circumventi, quorum aliqui cognita fraude mox ab eo in ea parte ſequeſtrati ſunt, & appellationi renuntiaverunt, ſeque fideles eccleſiæ Romanæ filios declaraverunt, ſcientes nihil tam pernicioſum eſſe, quam in errore cognito perſiſtere. Dietherus autem feroci animo, & mente perverſa quotidie magis ac magis inſaniens, quamvis capituli ſui adhæſionem extorquere non potuiſſet, tamen aliarum eccleſiarum capitula, ac prælatos in ſuam dementiam trahere omni ſtudio niſus eſt.

Germanos in idem ſcelus pellicere annititur.

Indixerat auctoritate ſua nationis conventum apud Francofordiam: quod ſibi ex eo licere affirmat, quia Maguntinus præſul per nationem Germanicam Romani imperii archicancellarius exiſtat. Fatemur eum, qui Maguntinæ præſit eccleſiæ archicancellarium eſſe imperii apud Germanos, ſed vocare nationem in unum aliquem locum invito Imperatore poſſe, aut ei licere nequaquam fatemur: ſed ipſe non minus multa ſibi arrogans nondum ſacris pontificalibus initiatus, nondum epiſcopus, nondum inveſtitus ab Imperatore, nondum regalia conſecutus, adverſante & contradicente Imperatore nationem vocare audet, & conventum tenere: & quamvis dicat ea ſe idcirco agere, ut nationi, & reipublicæ Chriſtianæ conſulat, quod ad eum non pertinet, niſi quatenus a ſuperioribus mandetur; re tamen vera nihil aliud ſtudebat, quam ſibi favores adverſus Apoſtolicam ſedem in reprobata appellatione ſua quærere.

Negat Pont. invito Imp. cœtus indici poſſe a Mogunt.

XXII. Hæc cum nos accepiſſemus, nuntios noſtros viros præſtantes ad eum miſimus, qui male vadentem retraherent, & in viam reducerent, monſtrarent ſibi quatum a recta tramite diſceſſiſſet, quantum divinis legibus adverſaretur, quanto in periculo eſſet, quantum ſibi, & nationi ſuæ, & univerſæ Chriſtianitati ejus conſilia nocere poſſent: ſed nihil profuerunt hortamina noſtra, multi principes, ac prælati eum flectere fruſtra conati ſunt: non audivit genitorem, qui recta monebat, non conſiliariis ſuis auſcultavit, ſuffraganeum ſuum inſignem theologum, qui quantum Apoſtolicæ ſedi quilibet epiſcopus obnoxius exiſtat, per ſacras literas fideliter oſtendebat, contumeliis proſecutus eſt; nemo animum ſuum potuit immutare, nullum audire niſi ſe ipſum voluit, & qui prurientes auribus ſuæ cupiditati conſona dicerent. Cumque apud Francofordiam, prohibente Imperatore, congregationem habere non poſſet, cum boni etiam domino paruerunt, ad Maguntiam conventum tranſtulit, ibique præſidere præſumpſit, quamvis pauci advenere, quorum magna pars, non ut ei auſcultaret, ſed ut ejus reprimeret audaciam: nec tamen defuere nonnulli, qui ejus inſaniæ conſentirent: inter quos Gregorius Hamburgenſis inventus eſt, quem veriori vocabulo Erroneum appellant, iniquitatis alumnus, quem quamvis hæreticum publice damnatum, & excommunicatum, ac rebellem Dietherus ipſe non ignoraret, ad conventum admiſit, & illi palam communicavit, noſtris nuntiis ne id ageret commonentibus. Sed cur vetet excommunicatus excommunicatum, infidelis infidelem, perjurus perjurum, aut rebellis rebellem? pares cum paribus facile conveniunt, & colligatas inter ſe gerunt perfidi caudas. Gregorius Sigiſmundi ex principibus Auſtriæ jam damnati, & excommunicati propter injectas in Cardinalem S. Petri manus in eo conventu nuntius affuit, dignus damnati ſui orator, & dignus quem Dietherus ſuæ perfidiæ conſortem admitteret.

Admonitus officii ab internuntiis Apoſt. non reſipuit.

Epiſcopum recta monentem proſcidit injuriis.

Confirmatus in ſcelere a Greg. Hamburgen.

XXIII. Habitus igitur eſt conventus Maguntiæ multo minor quam Dietherus ſperavit, in quo ipſe plenus minarum multa contra nos & Imperatorem locutus eſt, audens os in cælum ponere, & de duobus capitibus vilis oviculæ maledicere: & quamvis nuntii noſtri magnopere eum hortarentur ne ſe hoſtem Apoſtolicæ ſedi redderet, ne damnatam appellationem proſequeretur, ne Imperatori moleſtus eſſet, ne Papam impugnaret: intelligeret ſe nullam habere cauſam cur talia tentaret, perſuaderet ſibi omnia, quæ honeſta eſſent, facile poſſe a nobis impetrari: recognoſceret ſtatum ſuum, neque altiora ſe quæreret: ſciret ſe, quantum ad Romanum Pontificem attineret, ovem eſſe non paſtorem, & quantum ad Imperatorem vaſſallum ſe gerere, non dominum, & utrumque ſibi judicem eſſe: impenderet reverentiam ſuis ſuperioribus, & dominorum potius clementiam, quam cenſuram experiri vellet, homo tamen cervicoſus, & qui odio inextinguibili contra Romanam ſedem ardet, nec Imperatoris nomen audire poteſt, nullis flecti precibus, nullis deterreri comminationibus potuit, quin conceptum contra nos virus evomeret, plura tentare auſus, quæ Apoſtolicæ ſedi & Romano im-

Junxit fœdus cum Sigiſm. excommunicato.

In eccleſiam & imperium rebellare auſus.

imperii juribus mirum in modum adverſabatur; ſed noverant prudentes viri, qui aderant machinamenta ejus, nec manus tamen malignitati dederant. Finem habuit conventus aliter quam ſperavit Dietherus; erunt enim vana conſilia, nec temeritatis diuturna eſt cum proſperitate ſocietas.

Diſſenſere ab eo Germani.

Confuſus abrenuntiovit provocationi.

Fractus omnino, & deſertus ab his, in quibus plurimum ſpei collocaverat Dietherus paululum immutatus eſt, vocatiſque nuntiis noſtris tanquam reſipere vellet, mandari & contumelioſiſſima appellationi ſua renuntiavit: verum id haud quidem publice, ſed in domo coram paucis, quem non tam appellaſſe, quam appellationem revocaſſe pudebat: ſperaverunt tamen nuntii noſtri eum in viam redire velle; ſed cum interius hominem tetigerunt, nihil ſolidi inventum eſt: perſeverabat in auſteritate ſua, & ſibi Romanam ſedem cedere dignum arbitrabatur, &, tanquam nos ab ea, non ipſe a nobis inſtrui deberet, arrogantiſſime loquebatur, non ſe ſatisfacturum mercatoribus obtulit, non vitam emendaturum, non juramenta ſervaturum, aut alia facturum, quæ tentar: ſed tanquam nobiſcum paciſci vellet hæc atque illa promittebat, ſi nos ſibi, quod ipſe cupiebat, promitteremus. Quibus ex rebus animadvertentes incorrigibile cor ejus eſſe, nec ſperandum, quod ad frugem recte vivendi perduci poſſit, & maxime cum ejus electio, ſicut ante diximus, per ſimoniacam labem celebrata fuerit, de qua nobis poſtea gravia teſtimonia ſunt exhibita, & hoc in partibus illis vulgatiſſimum eſt, difficile eſt enim, ut poteſtas malis artibus acquiſita bonis moribus adminiſtretur. Cumque multa querelæ ad nos pervenerint de malo ipſius Dietheri regimine, de violentia, qua utitur in ſubditos, de tyrannide, de rapina, de ſævitia, de pluribus aliis exceſſibus, non eſt viſum nobis hæc ulterius diſſimulare; eſſet enim nimis periculoſum, ſi Dietherus ipſum in eccleſia non ſua præſidere, & ſponſam illam immaculatam ulterius in adulteri poteſtate permitteremus, quod nihil aliud videri poſſet, quam oves lupo devorandas tradere, & devotum eccleſiæ Maguntinæ clerum, qui hactenus ab eo corrumpi non potuit, in manu hoſtis dimittere, qui pro ſua libidine vindictam ſumeret, & cum impunita hæc tanta rebellio exſtitiſſet, facile aliorum animos ad audenda ſimilia traheret.

Non ſe emendare, ſed paciſci velle indicavit. Simoniaca arte intruſus. Famam multis corrupit ſceleribus.

XXIV. *Eapropter cum manifeſtiſſimum ſit Dietherum præfatum ad futurum concilium appellaſſe, eaſque in pœnas incidiſſe, quæ in literis per nos Mantuæ editis continentur, juramentumque violaſſe non ſolum de veniendo ad nos intra præſcriptum tempus, ſed etiam de obedientia, & reverentia præſtanda: qui mandata noſtra contempſit, & multa contra nos, & ſtatum noſtrum molitus eſt, cum literas apoſtolicas accipere neglexerit, cum intra tempus a jure ſtatutum nec ſe fecerit promoveri, nec prorogare tempus poſtulaverit, cum excommunicatus, ac publice denuntiatus divinis ſe immiſcuerit aſſiſtit, & irregularitatem incurrerit, in cenſuris ita ſorduerit, ut de hæreſi vehementer ſuſpectus videatur, cum eos multis modis perſecutus ſit, qui ſe excommunicatum vitare voluerunt, cum multa ſibi arrogaverit, quæ ei non conveniunt, de Papa & Imperatore judicare præſumens, cum clero & populo ſuo gravis & injurioſus exſtat, atque eccleſiam ipſam Maguntinam in ſpiritualibus, & temporalibus male gubernet, & multis incommodis afficiat, ſintque hæc omnia ita publica atque notoria, ut nulla poſſint tergiverſatione celari, quamvis propter præmiſſa jam cecidiſſe a jure ſuo videri poſſit, ſi quod in eccleſia Maguntina, aut ex electione, aut ex proviſione noſtra præmiſſis ſibi competiit; nihilominus de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium ad majorem cautelam propter hujuſmodi tam temerarios auſus, & tam enormia facinora ipſum dicta eccleſia Maguntina, & omni jure, quod ſibi in ea competere poſſet, privamus & privatum eſſe declaramus, atque amovemus ab eadem, & ab omni vinculo abſolvimus, quo tenerentur ordem, capitula, præpoſitos, ſcholaſticos, cuſtodes, camerarios, cantores, theſaurarios, omneſque ac ſingulos prælatos, quocumque modo cenſeantur, canonicos, paſtores, plebanos, vicarios perpetuos, ac temporales, altariſtas ipſius eccleſiæ, ac totius diœceſis Maguntinæ, omnes denique ac ſingulos vaſſallos, legios, caſtrenſes, ac ſimplices, officiatoſque omnes cujuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtant, ſcabinos civitatum, ac oppidorum, villarum, fortalitiorumque omnium, burgimagiſtros, conſules, eorumque rectores quocumque cenſeantur nomine, & ſubditos univerſos, ac ſingulos ejuſdem eccleſiæ Maguntinæ eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & juramento, ſi quod ei præſtiterint, liberos & abſolutos eſſe decernentes, ac mandantes eiſdem, & eorum cuilibet ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto contravenientes incurrant, ne de cætero ipſi Diethero aut ſuis procuratoribus in aliquo reſpondeant, pareant vel intendant, ſed ipſum tanquam morbidam pecudem, & peſtilentem beſtiam ubique devitent. Nulli ergo, &c. Dat. Tiburc anno dominicæ incarnationis MCDLXI. XII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno III.*

Sacramento violavit.

Excommunicatus divina tractavit.

Exauctoratus decretoria ſententia.

Clientes fidei ſacramento ſoluti.

Perſtringit præcipua hujus diplomatis capita Naucletus (*a*); deque Diethero archiepiſcopali jure depulſo conſentanea tradunt alii ſcriptores (*b*). Quomodo autem id peractum fuerit diſſentiunt: & ſane

XXV.

(*a*) *Naucl. vol. 2. gen. 49.*

(*b*) *Camp. in vit. Pii II. Plat. in eod. Pii II. Serar. Magunt. rer. l. 5. & annal. archiepiſcop. Magunt. in Diether.*

Gobelinus illum repentina vi ab Adolphi ſociis Maguntiæ oppreſſum, nullo cum civibus certamine commiſſo, refert his verbis: (a) *Adſunt conjurati, & cum eis Ludovicus comes Faldenſis ex Bajoariæ ducibus: convocatur capitulum; conveniunt frequentes canonici, & cum his Dietherus adeſt. Ibi Adulphus literas apoſtolicas in manu tenens archiepiſcopum Maguntinum ſe conſtitutum a Romano Pontifice declarat, Dietherumque depoſitum, jubetque literas legi, ac ſibi poſſeſſionem eccleſiæ tradi. Dietherus rei novitate attonitus aliquandiu quid agat incertus, tandem appellare ſe, inquit, a Pontifice non bene inſtructo ad eumdem bene inſtruendum. Canonici parere ſe cupientiſſimis animis Pio Pontifici dicunt, Adulphumque complexantes in epiſcopali ſolio collocant, eique obedientiam præſtant: exultat univerſa civitas, clerici alter alterum invitant, eamque diem eſſe fatentur, qua tandem ſævæ tyrannidis excuſſerint jugum. Dietherus poſtquam ſibi capitulum, & univerſum adverſari clerum animadvertit, cum paucis clam urbem egreditur, & ad munitiſſima, quæ ſibi parebant oppida confugit. Quod ſi Adulphus, quemadmodum facultas fuit, eum intercepiſſet, & ſeipſum & Maguntinam eccleſiam atque omnes circumjacentes regiones ingentibus, quæ poſtea ſecutæ ſunt, calamitatibus liberaſſet. Non provident omnes omnia, & ipſa ſæpe felicitas hebetat intellectum; Adulphum nimia confidentia decepit, qui tanquam cum capite membra omnia ſua recepiſſet eccleſiæ, contempſit adverſarium: ſecutum eſt deinde bellum.* Hæc Gobelinus, a quo diſcrepant ſcriptores Germanici (b), qui ajunt menſe octobri anni proximi Moguntiam noctu ab Adolpho proditione captam, ac quingentos cives ferro obtruncatos, mulieribus vim illatam, Dietherum vero pene interceptum, niſi noctis ſilentio per funem ſe e mœnibus una cum Philippo comite Catzenelbogio demiſiſſet, ingreſſuſque ſcapham piſcatoriam fuga in tutiora loca ſe recepiſſet, e quibus poſtea in Adolphum bellum redintegravit.

(a) *Gobel. l. 6.*

Pontificia ſententia provocata in opus. Sero provocat ad Pont. Dietherus. Adolphus in ſolio collocatus.

Dietherum ex urbe diffugere mole ſinit.

(b) *Nau. vol. 2. gen. 49. Serar. l. 5. in Adol. Ann. Mogunt. arch. in Diether.*

XXVI. Redintegratum a Diethero bellum.

Implicita his diſſenſionibus Germania, Pontifex Beſſarioni Cardinali legato, cui educendi in Turcas crucesignati exercitus provincia demandata erat, hoc conſilium dedit (c).

(c) *Lib. brev. pag. 259.*

Cardinali Niceno,

Venerabilis frater ſalutem, &c. Intelleximus ex literis tuis quem exitum Viennenſis dieta acceperit; mœrorem quoque cognovimus ex adverſa conditione rerum a fraternitate tua ſuſceptum. Eſt certe dolendum nationem tam celebrem, quæ in dieta Mantuana de ſe tanta promiſerat, & cujus ſuffragio cuncta bene ſucceſſura ſpes erat, ita diſſimilem ſui eſſe inventam. Nos certe hæc audientes triſtati admodum ſumus; & quamquam ſciremus præclaris operibus impedimenta hujuſmodi ſemper opponi, mirati tamen ſumus conditionem Chriſtianam, quæ privatis intenta, ſeipſam relinquens, ſerpere tantum incendium videt ac patitur. Erigendi ſunt nihilominus oculi noſtri ad Deum, & ab eo ſalutem noſtram fieri putanda. Non propterea deficimus animo, neque ſpes noſtra infirmior redditur; ſi viæ præmeditatæ non valent, valere poterunt novæ. Fortaſſe quæ recepta Mantuæ ſunt Deo non placent, alia ipſe magis fructuoſa cognoſcit. Nos in tenebris poſiti judicia ſua prævidere a longe non poſſumus, id ſemper eſt a nobis agendum, ut meliora ſperantes deſertores noſtri non videamur: Et infra. *Solet boni perſeverantia etiam in bonum inducere, neque ſi hoc tempore indurata ſunt corda, ſperandum eſt talia ſemper futura; eſt ſæpe mira in humanis converſio, & unde non creditur aperitur iter ſalutis.*

Conventus Viennenſis irrito exitu diſſolutus.

Monitus Beſſario ut omnia divinæ committat providentiæ.

Te autem ex provincia diſcedente ingens hoſtibus favor ſine dubio accederet, ac deſperata re Chriſtianorum omnia ſibi jam patere arbitrarentur, majoreſque ſpiritus ad invaſionem noſtram aſſumerent: quin etiam fidelibus ipſis conſternatio calamitoſa inſurgeret, diffidentes venire amplius ad bonum aliquod poſſe: Hungari quoque, quos magis decet, quam voluntas retraxit, nacti occaſionem hanc excuſabilem, vel pacem, vel treuguas cum Turcis componerent; omnis inde infamia noſtra eſſet, non Germanorum. Scis in benefactis non ſolere deeſſe calumnias; multo magis in hac reſecatione tractatuum, quæ reprehenſionis habet colorem, nobis non deeſſent. Servandum eſt quantum poſſumus nomen bonum in Eccleſia, idque agendum, ut non vituperetur miniſterium ſedis. Porro cum multis in locis ſuffragia Mantuæ decreta cum ſtudio colligantur, voluntariis quidem reaſſumendi, recuſantibus autem aperte protervendi majores cauſæ darentur, atque ita omnis hæc ſubventionis pars caderet. Denique cum & tuæ fraternitati, & toti orbi ſæpe ſcripſiſſemus, nos niſi cum vita opus dictæ dimiſſuros, videremur ad jactantiam, non ad veritatem magnificas ſponſiones feciſſe; quæ opinio quantum rebus conferret, tu ipſe cognoſcis: Et infra: *Nos undecima octobris hortati te ſumus per literas noſtras, ut imperialem celſitudinem ad ſubſtituendum in capitaneatu belli Fridericum comitem Palatinum induceres.* Additur nonnullis interjectis: *Si animus Cæſaris inclinatur, eumdem comitem ad imperialem curiam evoces, ibique ſi propoſitum erit hoc onus ſuſcipere, cum omni ſolemnitate crucem vexillumque tradas;* pauloque poſt: *Si vel Imperator non aſſentiret, vel comes ipſe provinciam non acceptaret, tentabis num tranſigere hoc idem cum aliquo nationis principe valeas. Nil autem horum feliciter ſuc-*

Det operam ut Palatinus ſacri belli dux creetur. Si hic recuſet collectitias copias paret.

ſuccedente, meminerit quod tua olim ſententia Mantuæ fuerit, quantum probaveris collectitium exercitum fieri, & hoſtiotem, ut ajebas, militem mendicare. Hunc rationem, cæteris diſſipatis, inire te volumus, & tanquam ultimum noſtræ ſpei perfugium ſumma ſtudio quæri. Dat. Romæ III. junii anno III.

Perducere hoc conſilium ad exitum Beſſario Cardinalis non potuit, cum Germani ad Turcicum bellum ſubſidiarias decumas conferre detrectarent, adeo ut pontificio nomini ea de cauſa infenſi eſſent: gerendæ itaque rei in Turcas ſpes elanguere, obortaque novarum rerum ſuſpicio, ne Germani iras in Romanam ecclesiam, ipſis optime conſulentem, verterent. Quod cum Beſſarion Cardinalis agnoviſſet, ne ægros animos exulceraret, ad conventus Norembergæ indictos nuncium miſit, qui conceptum de ſolvendis ſacerdotiorum decumis metum ex congregatorum animis abſtergeret; quod legaſi factum commendavit (a) Pius, ut novandarum rerum occaſionem removeret; fœderi autem Imperatorem inter Regemque Hungariæ ſanciendo eum dare operam juſſit (b): *Intelliges*, inquit, *venerabilis frater cæteris ferme deſperatis, quorum cauſa et aſſus, reſtare tibi ſolam compoſitionem Imperatoris, & Regis, cui intendere utiliter poſſis*. Comparatis ita male ad religionis tuitionem Chriſtianis, atque in exitium pronis eorum rebus, quatiebat ſui terrore Pannoniam Mahometes, adeo ut fama increbreſceret ipſum iterum ad Albam Regalem caſtra moturum: qua excitatus Joannes Carvajal Cardinalis S. Angeli, qui ad Romanam curiam iter ornare decreverat, ſubſtiterit in eo regno, ne periclitanti deeſſet, qua de re a Pontifice hiſce literis collaudatus eſt (c): *Scribis*, inquit, *diſceſſum e regno, quem in poteſtate tua poſueramus, adeo te diſtuliſſe, quod ſit opinio conſtans Turcum magnis apparatibus ad obſidendam Nandoralben venturum. Grata eſt nobis hæc deliberatio tua, ac quamquam te, quem toto hoc pontificatu non vidimus, libenter apud nos videremus, tamen cognoſcentes quanti referat ad communem ſalutem legatum Apoſtolicæ ſedis Regi, & regno aſſiſtere, æquo animo deſiderium noſtrum deponimus, & malumus circumſpectionem tuam iſthic cum fructu verſari, quam hic cum conſolatione noſtra quieſcere*; paucisque interjectis: *Rogamus interim forti animo expectationem hanc feras, & cogites quantum meriti apud Deum, & gloriæ apud homines per hos annos mora Hungarica tibi attulerit: antea ut Cardinalis tantum notus eras quibuſdam in locis, nunc in tota Chriſtianitate, ut pugil Chriſti diceris, ac prædicaris: nationes quoque barbaræ nominis tui expertes non ſunt. Quæ regia ſervitus de ſe offert plurimum nos ſunt conſolata: nil glorioſius præſtare Deo poteſt, quam patrocinium fidei. Utinam nos viribus, quas vellemus, juvare poſſemus animum ſuum, faceremus id quidem libenter: ſed ultra non poſſumus. Ex Germania nil jam eſt expectandum, cum principes ſint inter ſeipſos diſcordes, & majora impedimenta quotidie etiam contra ſedem Apoſtolicam parent, &c. Dat. Romæ II. maii anno III.*

Intermiſſa decumarum exactio ob Germanorum querelas.

(a) Lib. brev. p. 217.

(b) Ib. p. 209.

Mahometes imminet Ungariæ.

(c) Ib. p. 208.

Carvajal Card. in Ungaria ſubſiſtere juſſus.

XXVII. Convertit Mahometes impetus in Trapezuntinum imperium Sinopem, atque infelicis Græciæ reliquias, uti dicetur inferius. Nec minus quam Hungaria horrebat Rhodus ſæviſſimi illius tyranni metu, cum armorum fœdus cum ſultano Ægyptio iis pactionibus coiviſſet, ut Ægyptius Cyprum ſibi ſubigeret, ipſe Rhodiorum equitum nomen excinderet, inſulamque Turcico imperio adjungeret, ut anno ſuperiori a nobis dictum eſt. Eo vero Turcicus terror gravius Rhodios perculerat, quo viribus admodum, ob luis, ac dein conſecutæ famis graſſationem, debilitati eſſent. Miſſis itaque oratoribus occidentalium Chriſtianorum opem implorarunt, ne ipſis, qui tot antea pericula nominis Chriſtiani tuendi gratia adiiſſent, jam in ſummum diſcrimen adductis deeſſent. Acceſſere illi primum ad Pontificem, qui Chriſti cultores encyclicis hiſce literis ad capienda arma, aliaque ferenda præſidia eſt cohortatus (d).

Conſpirant Ægyptius & Turca ad delendos Chriſtianos.

(d) L. 37. p. 71.

Univerſis Chriſti fidelibus ad quos noſtræ præſentes literæ pervenerint ſalutem, &c.

Si principes Chriſtiani dudum per nos fiducialiter convocati, quo tempore dietam illam ratione defenſionis fidei tum neceſſariam celebrare inſtitueramus, Mantuam conveniſſent, aut certe pro eis alios deſtinaſſent, neque Peloponenſes, neque regni Cypri miſerabiles populi Chriſtiani, alii a Mahomete Turcorum, alii vero a ſoldano Saracenorum ſævis iratiſque principibus turpi ac fœdo certamine ſuperati, pœnas crudeliſſimas dediſſent. Nunc vero ad cumulum cladis, & calamitoſæ infelicitatis partium orientalium, in quibus ad hæc uſque tempora Dei nomen impune coli venerarique licuit, ſupervenerunt oratores dilectorum filiorum noſtrorum magiſtri hoſpitalis Jeruſalem, & illius ſacri conventus Rhodii, nomine religionis univerſæ Jeroſolymitanæ, anxie dolenterque referentes, Turcum cognomento magnum, & ſoldanum, duo Chriſtianis noxia infeſtaque capita adverſus divinam religionem hactenus crebris atque magnis victoriis illuſtratam, arma communia ex vi confœderationis terra marique hoſtiliter comparaſſe, quæ res tanto tumultu, ac trepidatione populos eorum concuſſit, ut conſilium quidem capere aliud ignorarent, niſi fuga loca relinquere, ne ulteriorum infortuniorum viribus deſtituti experirentur.

Peloponeſus ac Cyprus expugnatæ.

His

Rhodii in diſcrimen adducti.

Hic igitur difficultatibus in tanta rerum expectatione, ac ſubditarum trepidatione ipſi magiſter, & conventus irretiti, futuris providere caſibus intendentes, oratores ſuos hujuſmodi ad veſtrum, dilecti filii, aliorumque præſtantium Chriſtianorum principum, ac univerſitatum præſentiam, opem atque præſidium imploraturos, citato curſu mittere decreverunt. Multa ſiquidem commoda, ac pene omnia ipſis hoſtibus nefandiſſimis ſuffragantur: quæ omnia temporum vigente malitia deſunt relictis pene ab omnibus, & bello jam feſſis dilectis noſtris filiis Rhodianis, & illis undique nectitur mortale bellum, quod cum ſupra vires per eos diutius fuerit ſuſtentatum, nunc ad extrema penitus devenerunt. Invaſit præterea dudum illos peſtis inaudita, quæ partes mortalium e tribus duas una æſtate peremerat. Peſtem ſubſecuta incredibilis fames, & hæc adeo valida, ut plebem vix adhuc gradientem ad herbarum agreſtium eſum impelleret. Poſt hæc nunquam quieti ita fuerunt, quia terra marique bellis graviſſimis vexarentur, donec opportunitate captata nuperrime tum Turchus, quam ſoldanus immaniſſimi duo fidelium perſecutores de expugnatione, ac everſione tantæ religionis, quæ cunctorum Chriſtifidelium toto oriente adverſus Mahometicam pravitatem vices gerit incommutabiliter conſtituerint, ac bellica ad id omnia opportuna conſtruxerint. Adverſus igitur tanti certaminis apparatum ipſi magiſter, & conventus militum ſuorum robur, & ſubſidia cætera illis poſſibilia jure optimo poſcunt, prout ipſi veſtræ devotioni literis per nos recognitis, & confirmatis oſtendent.

Equites Rhodum ſe conferre juſſi.

Hortamur itaque eandem veſtram devotionem, ut ipſis oratoribus aut eorum alteri, quia ingens eſt in mora periculum, ſuper omnibus illis, pro quibus deſtinantur, negotiis favore, ac auxilia præſto eſſe velitis; neque otioſe aut negligenter ipſa negotia differantur curetis; & vos pro virili parte in communi totius fidei Chriſtianæ tuitione, ac defenſione, quibus poteritis ſuffragiis pie animoſeque omni ſtudio, conatu, ac ſolicitudine inſurgere velitis per illum Deum, cujus de gloria agitur, qui etiam pro nobis non mundana hæc contemptibilia dedit, ſed proprium ſanguinem ad ſalutem noſtram effudit, veſtram devotionem etiam atque etiam requirimus, & rogamus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLX. XIV. kal. febr. pontificatus noſtri anno III.

Edixit etiam Pontifex (a) omnibus Rhodii ordinis equitibus, ut Rhodum ad eam contra barbaricos impetus propugnandum ſe conferrent: tum edita ſanctione cœtus Avenione indictos Rhodum tranſtulit.

(a) *Ib. p.* 73.

XXVIII. Ad orientales etiam Januenſium colonias, quæ hoſtilibus infidelium impreſſionibus expoſitæ erant, defendendas Chriſtianos excitavit (b). Potiebantur etiam tum Genuenſes Caffa inſigni emporio in Taurica Cherſoneſo, cui Tartari Turcæque inhiabant, noxarumque veniam iis propoſuit Pius, qui ſubſidiariam ſtipem in bellicos uſus Caffenſibus conferrent. Eo autem gravior erat diſcriminis terror quo Mahometes valida adeo polleret claſſe, ut mare obſeſſum teneret, neque jam amplius per Boſphorum Thracium in Pontum Euxinum penetrare poſſent Genuenſes, ſed terreſtri itinere ferre ſubſidia tantummodo poſſent, quæ cum illi contraherent, Pontifex fideles monuit (c), ut tutum iter profecturis ad munieodam Caffam præſtarent, neque commeatus cauſa vectigalia exigerent, tum his verbis diſcrimen, in quo erant Chriſtiana loca Ponto adjacentia propoſuit (d): *Dilecti*, inquit, *filii protectores comperarum S. Georgii communis Januæ poſt captam a Turchis Conſtantinopolim, cum Caphenſem civitatem populo refertiſſimam Chriſtiano, & alia loca Pontici maris Chriſtianorum pariter plena, ne in manus incidant infidelium miſſis per ſingulos annos navibus, viris, armis, munitionibus, & pecuniis pro poſſe curati ſint, & præcluſo ad præſens maritimo itinere cogantur ad dictorum civitatis, locorum, ac populorum defenſionem terreſtri itinere longiſſimo, & difficillimo viros, & alia præſidia mittere.*

(b) *Ib. p.* 143.

(c) *Ib. p.* 277.

Prohibiti a Turca Genuenſes ne mari auxilio Caphæ afferant.

(d) *Ib. p.* 143.

Terreſtri itinere mittunt ſuppetias.

Venit tandem Caffa, Theodoſia olim nuncupata, Gazariæ metropolis aliquot poſt annis in Turcarum poteſtatem; ſed non eſt hujus loci luctum ante tempus accerſere. Addimus nunc maximas Genuæ exortas diſcordias (e) inter patritios, qui principatum affectabant, & Adurnios, quorum ſtudio pulſi Galli fuerant, in exilium ejectos. Præterea inter Fregoſios non parvi motus ſunt excitati, ut brevi principatu ſe abdicare Paulus coactus ſit. Extant vero pontificiæ literæ hoc anno XXIII. martii ad Paulum archiepiſcopum Genuenſem datæ (f), quibus Pius ipſum hortatur, ut ad ſedandas ſeditiones incumbat, tum aliæ XXVII. ejuſdem menſis exaratæ (g), quibus gratulatur privatis cum commodis publica prætuliſſe: *In immenſum*, inquit, *lætamur, quod ſine cæde, & ſanguine compoſita civitas eſt: bene feciſti, publicam utilitatem præferre privatis commodis: officium eſt boni paſtoris animarum ſibi commiſſarum ſalutem ſpectantis.* Conſignatæ ſunt ejuſdem diei nona aliæ ad ducem Genuæ, recenter ad gubernacula reipublicæ vocatum, literæ (h): *Intelleximus*, inquit, *ex literis tuis proxime ad nos miſſis nobilitatem tuam unanimi conſenſu civium ad ducatum eſſe aſſumptum, & civitatem Januenſem, quæ ex diſſenſione civili in maximum diſcrimen* XXIX.

(e) *Bizar. l.* 13. *Foliet. l.* 11.

Graviſſimis diſſidiis Genuenſes laborant.

(f) *Lib. brev. p.* 215.

(g) *Ib. p.* 216.

(h) *Pag.* 215.

men videbatur adducta, omnibus bene compoſitis in pace quieſcere: ſunt utraque jucunda & grata, plurimamque hoc tempore nobis optanda, &c. Dat. Romæ xxvii. martii anno iii. De Genuenſibus diſcordiis iterum recurret ſermo: nunc intermiſſas res orientales repetemus.

XXX. De recuperando Cypro agitata conſilia.

Funeſta erat Cypriarum facies Jacobo Luſiniano, Joannis Regis defuncti filio ſpurio, ſoltani Ægyptii ope regno potito, atque cum hoſtibus Chriſtiani nominis conjunctiſſimo, cujus regni in priſtinam libertatem revocandi cupidus Pontifex, ad comparandam claſſem, Joannis Regis Aragonum ope, derivatis in illius ſumptus imperatis decumis, alioque auro ſubſidiario in ejuſdem Regis provinciis colligendis, curas intendit, cui provehendæ rei Tarraconenſem archiepiſcopum, epiſcopum Elnenſem, & deſignatum præſulem Syracuſanum præfecit hoc diplomate (a).

(a) L. 12. p. 152.

Venerabilibus fratribus Petro archiepiſcopo Terraconenſi, & Joanni epiſcopo Elnenſi, ac Antonio de Veneriis electo Syracuſano nunciis, & oratoribus, ac commiſſariis noſtris, &c.

Cum non ſine dolore, & lacbrymis referre poſſimus præter veterem, & toti orbi vulgatam calamitatem, quam ipſa Chriſtiana religio ab immanibus Turchis retroactis temporibus paſſa, & quotidie invaleſcentibus in ea illorum viribus patitur, & jam ſuperioribus menſibus regnum Cypri a ſoldano Babylonia infidelium principe pro majori parte fuerit occupatum, quæ res univerſa profecto Chriſtianitati tremenda eſt, tum propter peccata fidelium afflictiones undique cumulentur; & ex altera parte iidem Turchi nationem Hungarorum, quæ nobis pro clypeo hactenus fuit, his temporibus magna gentium numero premere, & quotidie magis incurſionibus, ac præliis fatigare non deſinunt, ita ut, niſi his calamitatibus noſtra proviſione celeriter occurratur, tam de recuperatione dicti regni Cypri deſperare, quam de ipſorum Hungarorum ad reſiſtendum potentia merito formidare poſſimus; nos cupientes pro obvianda hujuſmodi calamitatibus, & recuperanda dictum regnum unam claſſem inſignem, ope & auxilio tam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Aragonum Regis illuſtris, quam aliorum principum, qui huic ſancto operi contribuere voluerint, & ſpecialiter de decimis, & oblationibus in regnis, & dominiis præfati Regis Aragonum colligendis, præparare, & ad vendicandum dictum regnum Cypri de manu eorundem infidelium, & demum arcendam Turchorum ferociam, quantocius fieri poterit, deſtinare, & ubi nos, qui libenter per nos ipſos præmiſſa tractaremus hujuſmodi tractatibus perſonaliter intereſſe non poſſumus, ſperantes quod vos propter fidei integritatem, & rerum experientiam vices noſtras in tractando ea, quæ vobis præſentialiter committimus, ſcietis & poteritis perfecte, gerere, & quæ optamus perficere, vos ad tractandum præmiſſa apud præfatum Regem Aragonum nuncios, & oratores, ac commiſſarios noſtros tenore præſentium deputamus, ut ad præfatum Aragonum Regem accedatis, eumque ad opem huic ſanctæ expeditioni ferendum, & dictam claſſem præparari juvandum noſtro nomine adhortari curetis, nec non ut clerum regnorum, & dominiorum præfati Aragonum Regis in unum locum ad tractandum de præmiſſis convocantes, eis Chriſtianæ religionis neceſſitatem exponatis, & tam de fabricandis ſeu alias habendis triremibus, ac navibus, quam de illarum ducatu perſonis idoneis committenda, & reliquis omnibus, quæ ad hujuſmodi apparatum pertinent, pertractetis, omniaque & ſingula, quæ ad perficiendum ipſum opus expedire videritis apud Regem, & clerum præfatos noſtro nomine peragatis, & exequamini, &c. Inſtruit ipſos ad ea gerenda ampliſſima authoritate, cogendarumque decumarum provinciam imponit. *Dat. Romæ apud S. Petrum an. MCCCCLX. VIII. kal. februarii pontificatus noſtri anno III.*

Decreti ad eum internuntii.

Imploratæ Joannis Regis Arag. pro ſubmittenda claſſe auxilia.

XXXI. Ludovicus Cypri Rex obſeſſus a Sultano.

Urgebat eo magis auxilii ferendi neceſſitas, cum Ludovicus Sabaudus Rex Carolæ vir ab Ægyptio exercitu obſidione cingeretur, ut ſignificavit Pontifex Elnenſi epiſcopo A. S. N. his verbis: *Cum*, inquit, *ſuperioribus menſibus regnum Cypri a ſoldano Babylonia infidelium principe occupatum fuerit, & illius Rex filius noſter in Chriſto chariſſimus a ſoldano obſeſſus in quodam caſtro detineatur;* & infra, *nos cupientes pro obvianda hujuſmodi calamitatibus, & recuperanda dictum regnum, ac ejus Regem de manu infidelium eruenda unam claſſem maritimam ope, & auxilio omnium principum, qui huic ſancto operi contribuere voluerint, & præſertim dilecti filii nobilis viri Ludovici ducis Sabaudiæ, de cujus re ſpecialius agitur, præparare.* Junxit cum aperta vi dolos Jacobus Luſinianus ad firmandam ſolium, miſitque ad Pontificem oratores, ut Chriſtiani Regis nomen ſibi inter Chriſtianos conciliaret: ſed ii indigni judicati ſunt, qui ut regii nuncii exciperentur. A nemine itaque illis obviam itum eſt, neque xenia de more miſſa: auditi privatim, & increpiti fuere, quod obeundam Jacobi nomine legationem ſuſcepiſſent, cum illos non lateret ipſum per ſummum ſcelus tyrannidem occupaſſe, pepigiſſeque infandum fœdus cum religionis hoſte: cumque oratores nihil de rebus publicis potuiſſent ad votum aſſequi, ad privata ſe convertere, ut aliquas ſaltem literas more curiæ Romanæ obſignatas afferre poſſent, quas oſtenta-

Jacobi tyranni oratores increpiti a Pontifice.

rent

rent populo, proque ſua libidine interpretarentur. Sed Pontifex Græcarum artium non ignarus vacuos prorſus remiſit (a). Interea Carola Regina, ut viro in Cerinenſi arce obſidione preſſo ſuppetias ferret, cum Rhodiorum vires tenuiores eſſent, in occidentem ad colligendum auxiliarem exercitum venit, primumque adiit Pontificem, a quo honorificentiſſime accepta, cultuque eſt, prodeuntibus obviam cunctis Cardinalibus, tum laute in palatio eſt habita, ut narrat Joannes Gobelinus (b) hiſce verbis.

(a) Æn. hiſt. Aſiat. c. 97. Jac. Luſin. in hiſt. Cypr. hoc ann.

Carola Regina in occidentem venit.

(b) Gob. l. 7.

XXXII. *Carlota, quæ Rhodum petierat, comparatis aliquibus auxiliis cum nova militum manu, quam ſocer ex Sabaudia miſerat ad virum, quem Cypri reliquerat apud Cerines, rediit eo propoſito, ut Nicoſiam peteret non parva ſpe freta recuperandi regni. Jacobus conſiliis ejus exploratis iter intercepit, conſertoque prælio multos Gallorum interfecit, reliquos in caſtellum repellit; quo in loco uſque in hanc diem Ludovicus obſidionis incommoda fert: reliquæ partes inſulæ Jacobo tanquam Regi parent, excepto Coloſſi oppido, quod Rhodii tenent, & Famaguſta quam Genuenſium eſſe diximus. Carlota viro dimiſſo iterum contendit Rhodum, ærumnarum deinde plena in occidentem navigans, Tyberina cum appuliſſet oſtia, Romam & Chriſti vicarium viſere ſtatuit, miſſiſque nunciis, aut aditum peteret adverſo flumine vecta apud ædem S. Pauli deſcendit in terram. Pontifex Cardinales, & univerſam curiam occurrere juſſit, advenientemque in aula conſiſtorii publico excepit, ac deinde in parte palatii ſeorſum collocavit, ciburiaque illi, & familiæ magnifice adminiſtravit. Mulier quatuor, & viginti annos nata videbatur, ſtatura mediocri, lætis oculis, facie inter fuſcam, & pallidam, ſermone blando, & Græcorum more torrenti ſimili, veſtitu Gallico, moribus qui regio ſanguini convenirent. In primo congreſſu exoſculatis Pii pedibus pauca locuta eſt: verum poſtridie, cum inter paucos Pontificem conveniſſet, hanc per interpretem orationem habuit.*

Romæ Pontificem convenit.

Ejus oratio.

Infelices domus meæ caſus non te arbitror, maxime Pontifex, ignorare; nam quæ regio in terris, noſtri non plena laboris eſt? Quis neſcit Cypriorum ærumnas, & miſeram regni ſortem? Bis ego infelix nupſi: virum, quem duxi ex Portugalia, repentina & immatura mors abſtulit; quem acceſſivi ex Sabaudia Ludovicum obſeſſum ab hoſte reliqui; liber an captus ſit, ignoro: unicam ex matrimonio filiam in ſpem regni parentes educaverunt: ſucceſſi patri, & Reginæ nomen paterno jure adepta cum viro cœpi regnare. Frater extra matrimonium natus, ſi frater eſt, qui ſanguinem ſuum perſequitur, auxiliis ab Ægypto quæſitis hæreditatem meam invadit, regnumque occupat, me atque virum ad necem quærit. Unicum nobis refugium apud Cerines ſervatum eſt, illic cruentas evaſimus infeſti Germani manus. Inſulam reliquam præter Auguſti fanum, & Coloſſum hoſtes tenent. At qui hoſtes? Chriſtianos fortaſſe aut aliquos religionis amicos adverſari nobis exiſtimas? Pone hanc opinionem: cum inimicis crucis Chriſti bellum gerimus. Ægyptii Cyprum tenent, noſtræ religionis infenſiſſimi hoſtes, Mahometicæ inſaniæ ſectatores: his data libertas eſt quos velint ex regno pueros aſportare, templa Dei noſtri deſtruere, Mahometanos ritus inſerere: frater meus pſeudochriſtianus fœdiſſimo juramento ſoldano ſe aſtrinxit, ut regno potiretur. Verum longe deceptus eſt: penes eum nomen Regis, penes admiralium ſoldani poteſtas erit. Conata ſum quoad potui mihi, & Chriſto regnum ſervare: vicit Mahometes, expulſi ambo ſumus: ſpes modica cum viro apud Cerines reſtat, ſi manet adhuc.

Ego dum ad te navigo auxilium petitura, Venetorum naves incurro, quarum gubernatores inſectis me bonis excuſſerunt: vix unica retenta veſte, & commeatu modico ad te ſum navigare permiſſa: regno dejecta inops, & nuda prorſus ad te confugi. Subveni oro bis propemodum viduæ: miſerere regii ſanguinis, miſerere infelicis regni, ne prorſus ab orthodoxa fide recedat, ne pro Chriſtianis ſubeant Ægyptii. Tu pater religionis es, ac magiſter fidei; te decet in primis curare, ut Chriſtianus cultus immineatur. Si perit Cyprus, peribit & Rhodus, nec Creta ſalvabitur: ad Siciliam uſque, & ipſa Italiæ littora barbarorum claſſes enavigabunt, ab Ægypto, ab Africa, a Syria, Aſia, & Græcia timendum erit Italiæ, niſi occurris in tempore, niſi prius ſubvenis quam Orientis inſulæ hoſtium fiant. Mihi ſi opem tuleris, non deeſt animus paternum recuperare regnum, brevi parva manus occidentalium militum victoriam dabit. Non ſunt Ægyptii, qui vires occidentalium ferant, nec ego ex te omne auxilium flagito: ad ſocerum pergere inſtitui, & amitam, ſocrum, & propinquos Galliæ Reges: inde, ut ſpero, quantum ſat fuerit exercitus cogam. Tu mihi triticum dato, & vinum, quod obſeſſis afferam, ſed neque, niſi adjuves, in Sabaudiam ire poſſum: tempeſtatibus agitata neque ferre amplius mare, neque in navibus eſt quod edam; terra quoque iter mihi clauſum nec equos habenti, nec argentum. In tua ſum manu, Pontifex, pereo niſi porrigis manum. Atque his dictis illacrymata ſubticuit.

Pius ita reſpondit. Pone lacrymas, atque confide filia: non te deſeremus: nota tua nobilitas, & tua calamitas nobis eſt: indigna pateris, non inſolita: inſtabile regni ſolium eſt, nulla potentia longa: hos erigi, illos deprimi Deus permittit. Et nunc XXXIII.

Pii reſponſum.

in

in tuo genere thronum tuum fratri dedit, te in exilium miſit; tui ſoceri, ut arbitramur, & tui viri peccata luis: ſocer rogatus in Mantuana conventu ea pro defenſione fidei adverſus Turcas promittere, quæ reliqui Italiæ principes pollicerentur, nullo pacto perſuaderi potuit, at vel minimè auxilii ſpem faceret. Vir tuus, cum ad te navigavit, haud quaquam dignatus eſt ad nos uſque Mantuam proficiſci quod ſibi erat facillimum per Padum ad Oſtio Mincii evecto. Contempſere nos ambo pater, & filius; propter quam rem diximus inter Cardinales: contemnit Eccleſiam Sabaudiæ domus, nec religioni dignatur polliceri opem: hic adoleſcens, qui modo in Cyprum navigat, pœnas dabit: datale regnum ſe poſſeſſurum exiſtimat, fallitur: ejicietur, utinam manus hoſtiles evadat. Pater ejus qui nobis auxilia adverſus Turcas negavit, ad nos ſupplex veniet filio rogaturus opem: faxit Deus, ut nos opitulari poſſimus. Evenere prædicta: utinam falſum fuiſſet, quod tunc expreſſimus. Placuit Deo contumaciam plectere, & Sabaudienſis, & tuæ domus. Quoties mater tua Apoſtolicæ ſedis mandata contempſit? portant filii peccata parentum: nemo ſine cauſa miſer eſt. Deus his caſibus te probat, filia: in eo ſpera, & ipſe te liberabit. Horridam tempeſtatem placida ſerenitas ſequitur: in quiete ſiaitur labor. Quæcumque poſtulaſti ex nobis feres: equos dabimus, quibus ad ſocerum pergas, & ſumptus itineris, & frumentum, & vinum in Ancona rediens paratum invenies, quod navibus ad obſeſſos vehas: exercitum ipſa in Sabaudia, & in Gallia coge, quo regnum vendices.

XXXIV. Datus illi commeatus.

Regina pro reſponſo gratias egit: manſitque deinde diebus circiter decem Romæ donec baſilicas martyrum præcipuas viſit, & allocuta Pontificem quater aut quinquies, impetratis, quas voluit, pro ſe ſuiſque comitibus gratiis, itineri ſe commiſit. Pontifex ſingulos Cardinales ſingulos ei elargiri equos juſſit, & ad numerum uſque neceſſarium ipſe ſupplevit, diſpenſatoremque addidit, qui ſumptus itineris miniſtraret, etiam extra terras Eccleſiæ, ſi neceſſitas ingrueret: comitatus ejus equitum circiter quinquaginta fuit: Quod Senenſes Pontificis ſecuti exemplum, per ſuos fines abunde paverunt: idem fecere Florentini, & Bononienſes, & deinde reliqui per quorum provincias uſque in Sabaudiam ventum eſt, cuncti, ut Reginam decebat, ſummis honoribus excepere, nuſquam minus quam in Sabaudia bene viſa. Exhauſta nimirum viris & opibus erat Sabaudia, neque ulla auxilii ſpes illi ex Gallia affulſit, quamquam eam Pontifex Ludovico Regi commendavit (a). Itaque poſtea, regreſſa per Mantuam ac Venetias, Rhodum ſe contulit, deinde ad Cerinenſem arcem rediit, atque etiam Papham in deditionem recepit (b): ſed paulo poſt utraque arx a Jacobo tyranno obſidione cincta, ac Paphus brevi illius jugum iterum accepit: tum reliquiæ Græcorum imperii in Aſia a Mahomete everſæ ſunt (c).

Nulla ex Sabaudia auxilia elicere poteſt.

(a) *Lib. brev. ep.* 388.

(b) *Jac. Luſinian. in hiſt. Cypr. hoc ann.*

(c) *Lib. brev. ep.* 388.

XXXV. Græcorum imperii in Aſia excidium reliquiæ.

Duxit nimirum in Græcos Aſiaticos exercitum Mahometes, quo tempore Davidis Imperatoris Trapezuntini, aliorumque Aſiæ Regum fœderatorum oratores in occidente verſabantur, ut occidentales Reges ad bellum Mahometi inferendum concitarent. Legationis princeps erat Ludovicus Bononienſis Minorita, qui orientis patriarchæ titulos ſibi afferebat, de quo ſuperiori anno a nobis plura dicta ſunt, is vero, hoc ineunte, a Pio ad Carolum Francorum Regem, & Philippum ducem Burgundiæ cum ampliſſimis mandatis, quæ ſubjectis literis continentur, legatus eſt (d), ut ipſos ad conficiendam contra Turcas expeditionem, paciſcendumque cum Trapezuntino, Perſa, Armenio, Georgiano, Meſopotameno armorum fœdus accenderet.

(d) *Lib. 12. pag. 64. ext. etiam apud Waddin. hoc ann. nu. 12.*

Dilecto filio Ludovico de Bononia fratri ordinis B. Franciſci de obſervantia regulari oratori noſtro ſalutem, &c.

*Devotio tua, quam felicis recordationis prædeceſſoribus noſtris Nicolao V. & Caliſto III. & nobis hactenus oſtendiſti te gerere ad orthodoxam catholicam Chriſtianam fidem, & ejus defenſionem contra perfidiſſimum crucis Chriſti perſecutorem Turcorum Regem, tua quoque prudentia, & diligentia, quam implendis & perficiendis iis, quæ per ſedem Apoſtolicam tibi in prædictis commiſſa fuerunt, tamquam bonus religioſus adhibuiſti, nos inducit, ut quoniam propter illa ſolicitanda ac feliciter perficienda ad orientis partes a ſede Apoſtolica jam tertio miſſus fuiſti, etiam nunc te ad chariſſimos in Chriſto filios Reges, & dilectos filios principes, univerſitates, & populos occidentis Chriſtianos tranſmittamus. Volumus itaque & tibi mandamus, ut tu cum dilectis filiis Michaele de Aldigeriis oratore chariſſimi in Chriſto filii noſtri Donolis * Imperatoris Trapezundorum, & Nicolao Gabrielis oratore chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Perſarum, ac Coſchodan de Coreche oratore dilecti filii noſtri Gorgoreæ ducis Georgianiæ, cum Mahumeta quoque oratore magni principis Aſſambech ſoldani Meſopotamiæ, & Morata oratore dilecti filii nobilis viri Verthurech in Armenia domini, te ad iter accingas, & ad præfatos Reges, principes, & univerſitates, ac populos occidentis accedens in primis narres, & exponas ſingulis quidquid egiſti in partibus orientis, deinde præfatos occidentalium oratores pariter ſingulis noſtra nomine præſentes, & diligentiſſime commendes: quos oratores admonere debebis, ut ea, quæ nobis ſuorum dominorum nominibus*

* Davidis.

Agebant tum in occidente orientalium Regum oratores.

nibus, verbo, & in ſcriptis obtulerunt, omnibus nota faciant, poſt factamque ipſorum oratorum expoſitionem tu ſimul cum eis diligenter apud illos occidentales inſtabis, ut & ipſi ſeſe oſtendant veros nobiles, & Chriſti milites, ac ſuæ fidei, quæ nihil habere debeat pretioſius, ardentiſſimos zelatores, in memoriam eiſdem reducendo ea, quæ nos cum maximis expenſis, laboribus, & incommodis in dieta Mantuana, communicato ſolemniter

Data Ludovico Minoritæ provincia.

cum omnibus, qui aderant, conſilio, decrevimus, ut Turcum de Europa divino adjutorio fugaremus; unde noſtris hujuſmodi occidentalibus inſtantius perſuadere conaberis, aliquo modo deficiant, quando tantum ab oriente auxilium eſt oblatum, firmam ſingulis, & certam ſpem præbendo ex omnibus, quæ Mantuæ promiſimus, nos ea nullo pro Dei gratiam defuturos, immo ultra illa omnia nos facturos.

Curabis vero diligentiſſime, ut occidentales ipſi de iis, quæ facere propoſuerint, nos per ſua ſcripta certificent: quibus attente vehementerque memorabis quantum ſit neceſſarium ſubſidia orientalibus ſupradictis afferre, priuſquam ſæviſſimus ille Turcus eorum animum & conatus habens exploratos, oſtiuſis & aliis incommodis, vi & armis ipſos a bono propoſito divertat, ſicque prout, & ſupinotiſſimi in noſtra præſidia ii principes ob oſtenſam nobis fidem, & amicitiam patiantur. Et demum nos amiſſo tali tantoque præſidio, cui vix par inveniri poſſet, majoribus ſolito damnis periculiſque impliceremur. Tu itaque pro ſolita devotione, & obedientia tua hoc ſanctum onus libenti ſubeas animo, ut ad Dei laudem fideliter exequi admitaris, pro quo apud Deum immortale præmium, & a ſede Apoſtolica gratiam & benevolentiam conſequeris. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLX. id. januarii pontificatus noſtri anno III.

XXXVI. Adit cum cæteris Gallorum Regem.

Profectos oratores ad Carolum VII. Francorum Regem refert Monſtreletus (a), atque ab eo magnifice habitos: quid vero poſtulantibus exercitum in Turcas mitti reſponderit, ſibi non exploratum addit. Inde abiere ad Philippum Burgundiæ ducem (b), ad quem extant commendatitiæ Pii literæ (c) de his oratoribus ſcriptæ, cuique honorifice elegantem orationem, ipſum ad bellum ſacrum ſuſcipiendum adhortantes, habuere, quæ typis cuſa eſt (d), in qua etiam & pollicebantur, Aſiaticos Reges, ſi bellum adminiſtraret in Turcas, in Jeroſolymitano ſolio illum collocaturos. Præcipua illius pars infra ſcripta eſt (e): *Ecce magi venerant ab oriente ad ſtellam, quam viderunt in occidente, non aurum, non thus, non myrrham [quæ caduca ſunt] afferentes, ſed alia quædam multo majora deferentes, pacem ſcilicet, & unionem cum occidentalibus denuntiantes,*

(a) Monſtrel. vol. 3. pag. 85.

Burgundo regnum Hieroſol. pollicetur ſi in Syriam acceſſerit.

(b) Meyer. lib. 16.

(c) Extant apud Waddin. an. 1460. nu. 11.

(d) Ext. apud Æn. Sylv. ep. 380.

Illius oratio.

Chriſtianos ad communem fidei noſtræ defenſionem, & amplitudinem exhortantes, & te ad decus, & gloriam, & immortalitatem tuæ domus exſuſcitantes: ad ſtellam, inquam, veniunt occidentalem, hoc eſt ad tuam dominationem, quæ cum fidei lumen Chriſtianiſſimum ſemper extiterit, tum vero iſtis diebus tanto ſplendore effulſit, ad orientem uſque coruſcans tam fama pervulgatiſſima omnium gentium, & nationum, tum prædicatione reverendiſſimi domini patriarchæ, ut orientales principes, & nationes illuminans nova conſilia inire, novaſque res moliri pro amplitudine ſanctiſſimæ fidei Chriſtianæ docuerit, & oratores ſuos clariſſimos lumine ad tuam aſque præſentiam auguſtiſſimam perduxerit, & [ut ſperamus] ampliſſimo lumine univerſum orbem illuſtrabit: non enim ſine cauſa aut repentino quodam conſilio, vel temeritate aliqua ducti hi oratores ab illuſtriſſimis principibus eorum, & populo miſſi veniunt ad dominationem tuam, ſed matura deliberatione, & divina diſpoſitione ducuntur: nam quemadmodum magi illi ab oriente ad ſalvatorem noſtrum Deum verum, & authorem religionis Chriſtianæ pervenerunt, initium ipſius ſurgentis fidei ſignificantes, ſic ex eiſdem regionibus principes ad te Dei noſtri verum imitatorem pium, pacificum, & religioſum principem, patronum, & conſervatorem illius ſanctiſſimæ fidei confugiunt, proclamant, & invitant, ut pro vetuſta conſuetudine tua una ſecum non ſolum illam tuearis, quæ a barbaris ignominioſe vexatur, & laceratur, ſed exonerare, & amplificare velis, & domum ſanctam Jeruſalem a fœdiſſima infidelium ſervitute liberare, quemadmodum eam ſuperioribus temporibus a religioſis viris coli inhabitarique curaviſti: nam licet nonnulli principes Chriſtiani [pace eorum dixerim] regio nomine Jeroſolymitano ſint inſigniti, tu tamen non verbis, ſed re illum titulum jam pridem tibi attribuiſti, ac vendicaſti, tum aſpera contra infideles gerendo bella, tum Chriſtianos homines ibi degentes, ac commorantes opibus annuiſque ſumptibus ſuſtentando. Sed cum hæc luce meridiana clariora ſint, & in ore omnium gentium, & nationum verſentur, non ero in præſentiarum in his exponendis occupatus.

Veniam ad ſanctam piamque deliberationem principum orientalium, qui ſuperioribus annis tum propter antiqua odia, quæ inter ſe exercebant, atroci gererent bella, tamen auctore, & perſuaſore reverendiſſimo domino patriarcha pacem, & unionem expetiverunt, fœdus ac ligam omnes iverunt, & tum contra cæteros Chriſtianæ religionis inimicos, tum maxime contra truculentiſſimum, & immaniſſimum Turcum Conſtantinopolitanum Chriſtiani nominis inimiciſſimum admirabili quodam conſenſu conjuraverant, quem facile ſe debellaturos hoc tem-

Propoſitæ rei bene in Turcum gerendæ ſpes.

tempore pro comperto habent, ſi modo ex iſtis occidentis partibus bellum vel parvum illi moveatur. Cogitantes igitur ipſi principes diu multumque ad quem occidentis principem pro tanta re peragenda mittere deberent, occurrebat in primis illuſtriſſima dominatio tua, quæ multa pro fide, & Chriſtianorum utilitate communi clariſſima & ſanctiſſima facinora peregit. Itaque communi omnium utilitate attenta, poſtquam rem mature inter ſe examinaverunt, communibuſque copiis maximum exercitum comparaverunt, nonnulliſque principibus infidelibus, Turco tamen Conſtantinopolitano inimiciſſimis, ſecum adſcitis & confœderatis, decreverant tandem mittere ſuos oratores cum literis, & nuntiis ad omnes principes occidentis, ſed in primis ad illuſtriſſimam potentiſſimamque dominationem tuam, tanquam ad auctorem, & principem hujus belli felici auſpicio gerendi, mandaveruntque ipſis oratoribus, ut primo denuntient tibi, quid iſti principes in oriente perfecerint, deinde te orent, & proteſtentur, ut cum ſis ſacri baptiſmatis fonte renatus, & Chriſti ſalvatoris nomine inſignitus, & inter Chriſtianos principes maximus, & potentiſſimus, tantæ commoditati tibi divinitus oblatæ deeſſe nolis: immo ad defendendum & amplificandum Chriſtianum nomen cum ſumma laude, & gloria nominis tui, te promptiſſimum, ac benigniſſimum præbeas.

Hæc, magnanime princeps, oblatio non eſt profecto contemnenda, nec ulla pacto negligenda in tanta præſertim animorum gentium omnium orbis terrarum cupiditate, atque ardore belli ſuſcipiendi contra impiiſſimos hoſtes ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & violatores gentium. Verum quia Chriſtianum nomen a terra delere, & penitus extinguere omni conatu viribuſque nituntur, nec aliud commodius tempus expectare oportet, ecce remotiſſimæ gentes a noſtro climate, ſe offerunt, orant, obteſtanturque quod nunquam auditum nec lectum ſuperiori tempore auſim affirmare, teipſum eligunt orientales inter tot principes occidentis, te omnes principes, te omnes populi, & nationes occiduorum partium ſequentur; tedentque omnes Chriſtiani ſitibundo pectore, & accincti armis expectant: tantum principio opus eſt: adeo enim Chriſtianorum animum animi, quos adivimus, ad hoc juſtiſſimum bellum ſuſcipiendum ſunt parati, atque inflammati, ut ſi principium aliquod

Delatos Philippo ob orientalibus Regibus honos.

fiet, ingens & incredibiles hominum multitudo confluet ad militandum ſub fortiſſimis ſignis, ac vexillis illuſtriſſimæ dominationis tuæ, &c. Spopondit illis Burgundus (*a*) opem operamque ſuam, modo principatui ab Francorum Rege cautum foret, muneribuſque egregiis eos ornavit. Reverſi autem in Gallias exequiis Caroli Francorum Regis interfuere.

(*a*) *Monſtrel. vol. 3. Meyer. ubi ſup.*

XXXVII. Funeſtus Caroli Regis obitus.

Funeſtus vero extitit tanti Regis obitus, qui cum multa ſapientia regno ampliſſimo armorumque potentia floreret, in ſummam calamitatem cecidit. Conceperat ille maxima in Delphinum ſibi immorigerum odia adeo, ut de illo primogenituræ jure exuendo, evehendoque in ſolium Carolo duce Andegavenſi ſecundo natu conſilia agitaverit, eaque de re Pium conſuluerit (*b*), a quo, ne bellorum civilium materia in Galliis præberetur, deterritus eſt: perculſus vero aliquorum ſuſurris, qui venenum ipſi paratum ſignificaverant, ſeptem dies ſine cibo tranſegiſſe fertur: quo animadverſo, cum jam de ſalute actum foret, conjunctiſſimi illum ad cibos capiendos adegere, ſed fruſtra, cum jam vitalia ex inedia exaruiſſent, clauſaque eſſent, de quo hæc Gobelinus (*c*): *Patris dementiam imitatus, veneno ſe periturum exiſtimans, ab omni cibo abſtinuit, nec prægustanti filio credidit, qui alter ſupererat, nomine Carolus annos circiter quindecim natus. Adſtant amici, & conſanguinei, pereuntemque fame Regem cernentes, multis precibus ut ederet fruſtra ſuadebant. Sic Rex inedia maceratus, & morbo quodam, quem illi ajunt in gutture proveniſſe, vita exceſſit. Rex ſuo ævo & magnus & memorabilis, cujus in utramque partem admirari fortunam licet. Cæterum clauſis jam vitalibus mortem certam intuens,* inquit Paulus Æmilius, *gratias Deo egit, quod die peccatricis feſto e vita hac revocaretur, die enim divæ Magdalenæ feſto deceſſit Magduni Biturigum, ejus ſæculi LXI.* [1].

(*b*) *Balcur. de tud. t. lib. 1.*

Seipſum necavit fame.

(*c*) *Gob. l. 6.*

Accepto ejus mortis nuntio Ludovicus filius ex Belgio in Gallias profectus paternum regnum accepit (*d*), atque a Jovenello archiepiſcopo Rhemis inunctione regia ſacratus eſt. Adfuere in ea celebritate legati orientalium Regum, flagitaruntque ut expeditionem conficeret in Turcas: ſed pluribus diebus promiſſis deluſi, re infecta reverſi ſunt ad Pontificem, a quo non ita, ut antea, honorifice ſunt acce-

(*d*) *Monſtrel. vol. 3 pag. 87. & alii ubi ſup.*

Ludovicus filius ipſi ſuccedit.

NOTÆ [1] VIta ceſſit hoc anno Carolus VII. Galliarum rex, poſt exactos in regno annos novem ſupra triginta, adjectis menſibus novem. Hujus laudes ex coævis ſcriptoribus cumulat Spondanus, qui & adnotat Ludovicum XI. ejus filium & ſucceſſorem, hoc ipſo anno die XV. auguſti ritu ſolemni regni coronam ab archiepiſcopo Remenſi traditam aſſumpſiſſe. Statimque in ipſo fere regni exordio pragmaticæ ſanctionis revocatione pontificem ſibi egregie demeruit. Hujus revocationis totam invidiam in epiſcopum Atrebatenſem reiicit auctor querimoniæ de profligata pragmatica ſanctione, quam in mſ. codice nactum ſe Baluzius alicubi teſtatur. MANSI

accepti, cum ſuſpicio oborta eſſet (iniquis nempe ab iis, qui præclara aliorum facinora rodunt, injecta, nam veram non fictitiam legationem extitiſſe inferius conſtabit) Ludovicum illum Minoritam inſignem eſſe impoſtorem, qui adumbratam eam legationem confinxiſſet, ut auri vim ingentem, ac regia munera iis artibus compararet; cui falſæ opinioni vitio ſuo occaſionem Ludovicus ipſe dedit, nam & apoſtolica imperia in obeunda legatione in Gallia erat tranſgreſſus, & plurimum aurum undique eleemoſynarum ſpecie abraſerat, atque etiam antea in Germania quæſtus cauſa ſolvendarum legum canonicarum jus ſibi arrogarat: quapropter literæ apoſtolicæ, quibus orientis patriarchs deſignabatur denegatæ illi fuere: qui tamen Venetiis aliquos epiſcopos ita circumvenit, ut ab iis ſacris patriarchalibus ſe initiandum curaverit: ob quæ auſa in vincula conjici juſſus fuerat; qua de re certior factus, in fugam una cum ſuis ſe conjecit.

Ludovicus Minorita plura perperam auſus.

Negatæ illi lit. Apoſt. quibus patriarcha erat deſignatus.

XXXVIII.

Sacris patriarchalibus ſe initiandum Venetiis curat.

Carceris metu aufugit.

Interea dum levia de bello in Mahometem gerendo verba funduntur, is victrices copias ſuas ad regna imperiaque excindenda ducebat. Et quidem in primis Sinopem in ſuam redegit poteſtatem, ac ſolo terrore bellum confecit, ut narrat Pius, recenter geſtam rem hoc anno deſcribens (a): *Ferunt*, inquit, *Sinopis tyrannum prædivitem eſſe propter æris metalla, quæ in Sinopea terra effodiuntur: Mahometes Turcarum Imperator theſauris ejus inhians, anno ſuperiore exercitum ad capiendam Sinopem miſit, qui turpiter rejectus eſt; hoc anno, majoribus copiis terra mareque comparatis, ipſe per ſeſe urbem invadendam ſtatuit; ſed Iſmael loci dominus non expectato impetu ſeſe dedit, quamvis legatum ad nos miſerit multa pollicitus, ſi ſibi auxilia ſubmitterentur: ſed longum eſt Chriſtianos non modo armare, ſed conſulturos de ſumendis armis congregare. Non miramur ſi apud obſeſſum principem plus inſtans metus, quam ſpes longinqua, & dubia potuit.*

Sinope expugnata a Mahomete.

(a) *Pius hiſt. Aſiat. cap.* 55. *Phrantz. l.* 3. *c.* 27. *Bizar. hiſt. rer. Perſic. l.* 9. *& alii.*

Capta Sinope univerſam Paphlagoniam (b) ſubegit, convertitque in Trapezuntem imperialem Comnenorum urbem univerſos impetus; quo tempore hæc tradit Pius (c): *Trapezuntii ſub Imperatore ſunt Chriſti cultores, qui anno proximo legatum ad nos miſit auxilia contra Turcos orans, quorum arma atque impetum verebatur, noviſſime Venetorum literas accepimus, quæ Turcarum Imperatorem in Pontum cum exercitu trajeciſſe ferebant; nec dubium faciebant, quin Trapezuntii ſeſe dederent, cum Hiſmael Sinopenſium dominus, qui diu reſtiterat, tandem imperata feciſſet: nondum vero fama æquata eſt.* At brevi illa fuit confirmata; inſigni enim ignavia Imperator ſpe incolumitatis ductus deditionem fecit, quem tamen poſtea Mahometes confictis mendaciis crudeliter ſua manu trucidavit; de quo hæc Phrantzes (d): *Caraſuntem, & Trapezuntem manibus Davidis Comneni Regis, & circumjectam regionem univerſam eripuit, & omnes propemodum dynaſtas, ac principes ibi habitantes, miſeros nihilque proficientes, ſuis toparchiis exuit: quibus diſcedentibus, locum ad habitandum Adrianopoli deſcripſit, ubi etiam Demetrius deſpota Peloponneſi dominus vivebat, cui de vita ſuſtentanda providit, eique & quos ſecum habebat magnam Ænum, Lemnum, Imbrum, Samothracem in cenſum addixit. Regi autem Trapezuntis Davidi Comneno oppidis quibuſdam attributis ad Taurum montem domicilium aſſignavit, quem poſt modici temporis intervallum, reperta adverſus illum cauſa non vera, facultatibus omnibus ſpoliavit, ac pugione interfecit.* His conſentanea tradunt Calcondyles (e) in Turcica, Bizarrus (f) in Perſica, & Boſius (g) in equitum Jeroſolymitanorum hiſtoria.

Subacta ab eodem Paphlagonia.

(b) *Id. ibid.*

(c) *Pius hiſt. Aſiat. cap.* 53. *Phrantz. ſup. c.* 27. *Calcondyl lib.* 9. *Bizar. ſup. lib.* 9. *Boſius lib.* 7.

Trapezuntius ignave deditionem facit.

(d) *Phrantz. ſup. c.* 27.

(e) *Calcond. de reb. Turc. l.* 9.

(f) *Bizar. hiſt. Perſ. l.* 9.

(g) *Boſius hiſt. equit. Hier. p.* 2. *lib.* 7.

XXXIX.

De ingentibus conſequentibus annis inter Uſumcaſſanum & Mahometem geſtis præliis Turcogræciæ (h) hiſtoriæ author hæc refert: *Tempore quo Joaſaphus patriarchatum agebat, ſultanus Mehemet cum maximo exercitu, & validiſſimo terra marique Trapezuntem invaſit, cujus Rex erat David ex Comnenia ſtirpe oriundus: hic tam ſubito tantarum copiarum adventu perterritus, cum viribus reſiſtendi deſtitueretur, ſe quantumvis invitus ſubmiſit.* Et infra: *Ita tantam provinciam abſque labore, ac prælio adeptus eſt, quæ ab Amiſuante initium capiens uſque ad Iberiæ hodie Georgianam appellant fines porrigitur, oppidis, urbibus, hominibus frequens, & numeroſa cive Trapezuntios trifariam partitus eſt; unam partem ipſe ſibi ac purpuratis ſuis in miniſtros ſumpſit, alteram in urbem Conſtantini colonos deduxit, tertiam illic in patria habitare juſſit non quidem intra urbem, ſed extra mœnia. Ipſum Regem Trapezuntium, & omnes ejus primores in naves conjectos Conſtantinopolim deportavit.* Et infra: *Poſtea bella contra Uzunaſanem (duxerat is filiam Davidis ex qua tres filios ſuſceperat) orta cum adverſus eum ſultanus profectionem ſuſciperet afflictum illum quondam Trapezuntis Imperatorem de medio ſuſtulit.* Oppreſſam vero Trapezuntem fraude protoveſtiarii Chriſtianæ rei proditoris tradit idem author, ac Joaſaphum cognomento Coſam patriarchatu dejectum a ſultano, detonſam illi barbam, ac alteri ſiſſas nares, cum nollent permittere protoveſtiario ipſi baſſæ rogatu, ut ſuperſtite uxore aliam duceret Demetrii Aſanis filiam quæ principi Athenarum nupta fuerat. Illum vero dum teſſeris luderet infelici mor-

(h) *Turcogr. l.* 2. *pag.* 20.

Trapezi expugnatio.

te occupatum periiſſe, quod triſte divinæ vindictæ exemplum in patriarcharum hiſtoria reperit; *Ut baſſa*, inquit, *vidit patriarcham, & magnum eccleſiarcham plane a gerendo illi morem abhorrere, apud ſultanum obtinuit, ut patriarcha barba præcideretur, & magni eccleſiarchæ naſus ab utroque latere ſinderetur: ac ſtatim ſine mora patriarcham edicto regio e patriarchico throno deduxit, atque inde depulit: Mihi vero* (*in eodem loco, ubi barbæ defectionem paſſus fuerat, magna ille voce inquit*) *non tantum barbam deferam veritatis cauſa, ne transgrediar leges meas; atque in pœnas incurram, ſed ipſas etiam manus, & pedes atque adeo caput ipſum. Ita patriarchica ſede expulſus exiit.* Et infra: *Cæterum turpem amoris ſui cupidinem explevit protoveſtiarius, acceptaque poteſtate a baſſa duxit illam mulierem contra leges adulterio inquinans, legitima uxore ſua, & liberis abdicatis, & expulſis proſus. Verum non diu inultum tantum ſcelus divinæ vindictæ gladius abire ſivit, qui minus ei dignum facto præmium daret, ſed brevi & celeriter dedit: quodam enim die ſedens ille cum quibuſdam primoribus, alea & teſſeris ludebat, tunc extendit manum, ut teſſeras prehenderet, & jaceret, dumque extendit, continuo moritur horribilem in modum, ſtridens dentibus. O patientiam Dei ſe ab iraſcendo in longius etiam ſuſtinentis. Perlata ad ſultanum, & baſſam ſubita, & terribili illa protoveſtiarii morte admiratio eorum animos invaſit, & cognoverunt eſſe juſto Dei judicio factam ultionem diſciplinæ cauſa, converſi atque ſunt.*

Turcorum tyrannis in patriarchas Græcorum.

Divina in protoveſtiarium ultio.

XL. Porro in dicti patriarchæ locum ſuffectus eſt a Græcis Marcus Hieromonachus cognomento Xylocarabes, qui quartus numero extitit, poſtremuſque patriarcha liberis ſuffragiis poſt captam Conſtantinopolim deſignatus; nam cæteri pretio dignitatem a Turcarum tyranno coemerunt, ut Turcogræca monumenta prodidere; *Hi enim quatuor*, inquiunt, *hactenus commemoratorum patriarcharum, qui ſunt Scholarius, Iſidorus, Joaſaphus, & Xylocarabes, quiſque ita creatus fuit, ut omnino nullum ſultano donum afferret, ſed libere facti ſunt, ſicut olim ſub Imperatoribus Romanis: quo tempore Imperator munera patriarchis dabat, ſicut hoc ſupra diſerte ſcripſimus.* Addit author Xylocarabem dejectum patriarchatu improbitate Trapezuntinorum, qui cum in aula ſultani amicorum multitudine gratia florerent, ſubornarunt clerum muneribus, atque in invidiam vocarunt Xylocarabem impoſita fœda calumnia, quaſi vectigalis nomine mille aureos ſultano eſſet pollicitus ad eblandiendum patriarchatum, tum ſubdit: *Ita convenerunt Trapezuntii proceres, & nonnulli alii ampli civitatis homines, acceptoſque mille corrogatos ſultano miſerunt cum his verbis: Quia patriarcha majeſtati tuæ tributum ducatorum mille promiſit, ecce damus id & nos, ut patriarcham faciamus noſtrum monachum, quia cunctus populus, & una clericorum chorus non ferunt patriarcham Marcum. Rex, ut eam orationem audivit, etſi equidem, & diu hæſit cogitabundus, reputans cum animo ſuo, quanta vis eſſet invidiæ, quanta ſtultitia Romanorum, & quam parum in via Dei ambularent; tum reſpondens dixit. Ita certe eſt: pollicitus fuit hos mille ducatos patriarcha. Hoc ſultanus eo conſilio reſpondit, ut legem novam ſoncieat iniquam induceret, quicumque fieret patriarcha principium felicitatis munera majeſtati ipſius danda duceret: at miſerandus patriarcha Marcus tale nihil neque dixerat, neque promiſerat, ſola ſcilicet calumnia, uti diximus, hoc educendi ipſius e ſolio cauſa commenta fuerat. Tunc ſultanus, ut aurum illud accepit, dixit. Quoniam igitur iſte cuncto populo inviſus eſt ſane dejicite eum, & create illum, quem vultis: confeſtim itaque Marco patriarchatum abrogarunt invito per deteſtandam injuſtitiam, eumque inde expulerunt.*

Subornatus auro Mahometes ut Græcis patriarchatum vendat.

XLI. Excitatæ inde ſunt turbæ, probante Marco ſe calumniis circumventum: quo animadverſo Dionyſius Philippopolis metropolita irrepſit in patriarchatum opera Mariæ Reginæ ſultani novercæ aucto honorario vectigali, quod peſceclum vocitant: *Interim*, inquit Turcogræca hiſtoria, *Regina Maria quod animo conceperat de Dionyſio faciendo, id etiam in opus perduxit: duo namque ducatorum millia in lancem argenteam conjecit. Cum his ad ſultanum acceſſit, eum adoravit, aurum manibus portans: quam ut ille vidit, interrogavit eam: Quid ſibi mater mea iſtud auri cum argentea lance vult? Reſpondit hæc: Habeo quemdam monachum mihi proprium, quem quæſo mihi per majeſtatem tuam liceat facere patriarcham. Accepit ſultanus aurum, magnas gratias novercæ ſuæ egit, quæ tantam ipſi acceſſionem fecerat. Tunc ei dicit: fac mea mater iſtud, quod vis; cumque mandatum ſultanus miſiſſet, abductus eſt e throno Symeon, patriarchico honore, & dignitate ſpoliatus.* Poſteri tranquillo honore non licuit Dionyſio; accuſatus enim, quod circumciſus fuiſſet a Turcis, & oſtenſo in ſynodo præputio, ſemet abdicavit; electuſque iterum ſuperior Simeon Trapezuntius, qui peſceſil, id eſt vectigalis patriarchici nomine, duo millia aureorum coactus pendere; poſt triennium Raphael Hieromonachus Servius indigniſſimus indignum trudit.

Græcorum patriarcharum ſimonia.

Indigni indignos extrudunt.

Hic aditum in palatium habebat multorum amicitia florens, baſſis charus, apud

quos

Digitized by Google

quos cum libere agere poſſet, adit eos ſupplex, colloquitur, paciſcitur, pollicetur ſe quotannis illaturum in ærarium palatii regis Charatzium, hoc eſt, tributum duo millia aureorum. De peſcheſio jam convenerunt, quod daretur quando novus fieret patriarcha. Baſſæ poſtquam hæc audierunt amicum ſuum Raphaelem libenter admiſerunt, eaque de re ad ſultanum retulerunt: qui re audita multum delectatus eſt, ſtatimque Simeonem e patriarchico throno abduci imperavit, quod & factum eſt. Quam pravis vero moribus infectus eſſet novus patriarcha, octavus numero, nomine Raphael Hieromonachus Servius, deſcribit Turcogræcæ author, ſic inquiens: *Erat porro ebrietati, & crapulæ multum deditus, immo quotidie per totum anni orbem bellando dies, & noctes hujuſmodi morum diſſolutione traducebat: nullas canonicas horas, nec veſpertinas, nec matutinas ipſe unquam audiens, quotieſcumque aliquis, aut propter neceſſitatem, & uſum ſpiritualem, aut propter jus dicendum ipſum quærebat, nunquam ſobrius erat, ſed ſemper ebrius: quod ut magis credatur, ajo, ipſo veneranda magnæ paraſceves die, quando ſanctiſſimæ paſſioni domini noſtri Jeſu Chriſti meditationi invigilandum erat, ipſum vino oppletum fuiſſe: ſtetiſſe quidem in throno, verum præ ebrietate conſiſtere non potuiſſe, ſed de manu ejus ſceptrum ſuorum excidiſſe: id humo quidem ſuſtulerunt eique, cum e ſomno excitus fuiſſet, reddiderunt: qua de cauſa omnibus odio fuit tum conſecratis hominibus tum laicis, idque partim propter quotidianam temulentiam, partim propter linguæ ruditatem, Græca enim non callebat, ſed tantum ſervice ſciebat.* Et Infra: *Cum hoc modo thronum conſcendiſſet pollicitatione bis mille ducatorum quotannis pro tributo perſolvendorum, primus annus elapſus eſt, & charatzium erat dandum: accerſiverunt ergo ipſum baſſæ in ſenatum, poſtulantes ab eo promiſſum charatzium; at iſte ſimplex nec charatzium habebat, nec quemquam qui ipſi ſuccurreret, non clericum, non primarium virum, non de populo ullum. Videntes ergo baſſæ ſe ab ipſo deluſos eſſe, conjecerunt miſerum in carcerem. Elapſis aliquot diebus petiit ſibi facultatem a baſſis dari e cuſtodia exeundi ob cogendam a Chriſtianis ſtipem, ſi forte ex eleemoſynæ collectione poſſet, quod fiſco debebat, perſolvere. Paruerunt illi, ſed loco indumenti collo, & humeris catenam ferream gravem injecerunt adjuncto Turca, qui eum trahebat, & cuſtodiebat. Quocumque igitur cotranatus veniebat, mendicabat, & quæ colligebat in cibum, ac potum vertebat; ita miſer hanc ærumnoſam vitam reliquit.*

Nova de annuo vectigali cum Turcis conventio.

Horrenda eccleſiæ Conſtantinopolitanæ deſolatio.

Juſta in ſimoniacum patriarcham ultio.

In hujus locum ſubrogatus eſt Manuel dictus Maximus olim eccleſiarcha, cui nates fiſſæ ob legem Chriſti de conjugio non ſolvendo in cauſa protoveſtiarii Trapezuntii, in quo creando ſervatos ritus deſcribit Turcogræca hiſtoria hiſce verbis: *Hunc eccleſiarcham fecerunt monachum, & pro Manuele Maximum nominaverunt. Tunc ei dederunt minorem ſignificationem, & poſt veſpertinum cantum majorem. Poſtridie cum liturgia celebraretur toto populo congregato, tum ſacri ordinis, tum ſæcularis declaravit ipſum Heracleenſis patriarcham in Pammacariſtæ templo magna frequentia, ſolemnitate, & bono ordine: tum apprehenſum in ſublimi patriarchatus throno ſtatuit, dato etiam paſtorali baculo in manu, muſicis interea pſalmorum cantu dominum, & ſacrorum principem de more celebrantibus: cum ipſe benedictionem populo domini dedit. Hic ad hunc modum peractis, duxerunt ipſum pontifices, clerici, & primores cum eo. aureis peſcheſii cauſa ad ſultanum, cujus ipſe manum oſculatus illam pecuniam in portum intulit. Deinceps in cujuſque anni exitu binorum millium ducatorum charatzium dederunt.*

Ritus in creando patriarcha.

XLII. Hæc de miſera Græcorum ſchiſmaticorum ſorte ex ipſorum monumentis delibanda viſa ſunt, ut eorum improbitas, & calamitas in luce collocetur, qui a Turcarum tyrannis potius quam a Romanis Pontificibus patriarchalis dignitatis auctoramentum petere maluerunt: tunc vero Moſchos, qui Conſtantinopolitani patriarchæ imperio antea obnoxii fuerant, ab illo ſe divulſiſſe ex Joannis Baſilii magni ducis oratoribus inferius referemus: nunc ad Mahometem II. a quo hi patriarchæ pro libidine præficiebantur orienti, dejiciebanturque, redeamus, quem propagatis denique in Cappadocia late victoriis, triumphali pompa reverſum Conſtantinopolim, claſſem in Ægei maris inſulas, quæ parebant Chriſtianis, immiſiſſe tradunt (a), ac Lemnum, Leſbumque expugnaſſe, Mitylene urbe prope deleta, & inſulanorum multitudinem velut alteram coloniam Conſtantinopolim abduxiſſe; Nicolaum vero Cataluſium Leſbi principem patricium Genuenſem immaniter interemiſſe, Samothracem etiam inſulam a Mahomete antea captam ex literis pontificis (b) conſtat, quibus Joannem Laſcarim Rodauquinæ inſulæ ducem commendat, ut ad eam e ſervitute Turcica liberandam ſtipem conferret. De Lemno porro, Leſbo, Taxo, Nembro, aliiſque minoris nominis inſulis, quas antea Calliſtus III. Ludovici patriarchæ opera eripuerat Turcis, iterum ab hoſte occupatis hæc ad ſui excuſationem refert Pius (c), cum ob acceptam Ferdinandi contra Gallos cauſam earum patrocinium intermiſiſſet: *Acquiſita*, inquit, *inſulæ ad hoſtes rediere, cum nos inteſtinis Italiæ motibus, & ſubditorum ſeditionibus occupati, longinqua proſpicere non poſſemus, præſertim cum Roma ipſa in periculo eſſet non ſolum baronibus per circuitum, ſed a-* *lequi-*

Moſchovitica eccleſia a Conſtantinopolitana divulſa.

Lemnus Leſbuſque a Mahomete expugnatæ.

(a) *Bizar. hiſt. Perſic. l. 9. Boſius p. 2. l. 7. & alii.*

Samothrace & Imbrus ſubactæ.

(b) *Pius l. 12. p. 316.*

(c) *Pius hiſt. Aſiat. c. 88.*

Excuſat ſe Pius quod partas a Calliſto inſulas non defenderit.

liquibus Romanis civibus res novas molientibus, & eccleſiaſtica potentia inſidiantibus.

XLIII. Leſbon tueri adverſus Turcam Veneti abnuunt. (a) Gob. l. 10.

Potuiſſe Venetos Leſbon ſervare contra Turcarum impetus, cum florentiſſimam claſſem in mari tenerent, ſed dum ſua commoda ab aliis Chriſtianorum ſegregant, ſibi conflaſſe exitium Gobelinus refert (a): *In Aſia*, inquit, *Turcarum Imperator claſſe Leſbon inſulam famæ notiſſimam cepit, freto non magno a Trojano diſcretam agro: tyrannum inſulæ ab origine Genuenſem, & qui primi erant apud eum, & omnes Italici generis viros palo ſuffixit, reliquam turbam in ſervitutem redegit.*

Italici generis Leſbii palis ſuffixi.

Potuiſſent Veneti periclitantibus opem afferre, quorum claſſis quatuor, & forſan viginti triremium inſtructiſſima prope aderat, qua viſa fugiſſent hoſtes: ſed præfectus injuſſu ſenatus Turcis bellum indicere non præſumpſit: nunc & ipſum pœnitet, & ſenatum, qui maris imperium affectare Turcas non dubitant, & Chio timent, & Rhodo, nec Euboeam ſervare poſſe confidunt.

Pœnituit poſtea Venetos, cum Euboeæ timere cœpiſſent. (b) Hiſtor. de Europ. c. 12.

Præter tot inſulas & regna adjuncta eſt Turcico imperio nobiliſſima peninſula Peloponeſus olim dicta, nunc Morea, de qua hæc Pius in illius hiſtoria narrat: (b): *Thomas quamvis hereditario jure Imperatorem ſe dicere poſſet, cujus majores longa ſerie Græcorum nomini imperaverant, metu tamen Mahumetis eo titulo abſtinuit, & cum Callixtus Pontifex maximus in ſui pontificatus initio adverſus Turcas inviraret, exiſtimavit Thomas Turcarum imperium proculdubio ruiturum, Mahometique tributum negavit, Cum vero non tam magnifica facta quam verba eſſe animadvertit, perſoluto tributo, & adjectis donis Mahometi reconciliatus eſt; nunc vero, ſi vera eſt fama, per hos dies allata violatæ fidei majorem ſubire pœnam compulſus, Mahometi prorſus ſubjectus eſt, Peloponeſus tota Turcarum imperio adjecta.*

(c) Turcog. lib. 1.

De Demetrii & Thomæ Palæologorum clade prodit (c) hæc Turcogræca de duobus Palæologis hiſtoria: *Cum ad ſultanum allatum eſſet inter Palæologos fratres duos deſpotas non convenire, ſed quotidianas inter eos concertationes eſſe, nec item tributum, quod convenerat, ab eis pendi, & quod pejus a Demetrio ſignificari, fratrem Thomam conventis non ſtare, ſed veteres Patras, & Calabrita, quæ ipſius majeſtati dedita eſſent, animum ad hanc inclinare, cumque ex ditione fratris prædas agere, cumque his de cauſis ab eodem Demetrio literis ad ipſos, & oppida capienda evocaretur, ita ille percitus infeſtis armis in Peloponeſum contendit.*

Thomas & Demetrius deſpotæ inter ſe diſſentiunt.

Addit Matthæum Aſanem Demetrii ſororem illi Corones arcem dediſſe, ſimiliterque Demetrium deſpotam Spartam, & ſe ipſi commiſiſſe ea lege, ut filiam uxorem duceret, quæ ritu Saracenico deſponſa Adrianopolim tranſmiſſa eſt. Cæterum miſerum Demetrium, qui ſocer Mahometis fieri affectarat, ad tantam redactum inopiam, ut ne quidem equum habere Adrianopoli permitteretur, & vix ob Mahometæ baſſæ preces ſupplicium evaſiſſe: de Thoma vero fratre feliciore, qui ad Romani Pontificis ſinum perfugit, tradit hæc Turcogræca hiſtoria: *Thomas autem adventu Regis cognito profugit, & cum uxore, liberis, familiaque reliqua Romam perrexit, benigne exceperunt ipſos Itali, aſſignatis ad vitam degendam alimentis. Sed non multo poſt idem rebus humanis exemptus eſt, relictis inter liberos duabus etiam filiabus: harum una Serviæ Regi nupſit, altera principi Ruſſiæ ſeu Moſcoviæ. Habuit & neptem, quam ſultanus Mahemeta Boſnæ regno, & omni circumjacente regione potitus accepit, occiſo ipſo etiam Rege.*

Uterque a Mahomete oppreſſus.

Thomæ liberi.

Susceperat Thomas duos filios, quorum minorem natu Manuelem, ajt, deſeciſſe ad Mahometem, a quo duabus concubinis, & totidem famulis donatus eſt: majorem autem natu Andream in pontificio aſylo magnifice cultum viſuri ſumus. Cæterum Thomam ex Patracenſi urbe ſecum caput S. Andreæ Apoſtoli, ut pretioſiſſimum theſaurum in Italiam aſportaſſe, refert Gobelinus (d): *Thomas Palæologus interea Conſtantini ultimi Græcorum Imperatoris frater a Turcis imperio dejectus Romam venit, demiſſo apud Anconam pretioſo B. Andreæ capite, de quo poſtea ſuo loco dicemus. Pontifex profugum benigne excepit, miſertuſque nobiliſſimi ſanguinis manſionem ei in ædibus Sancti Spiritus non procul a palatio, & in ſumptus menſtruos trecentos aureos conſtituit, Cardinales ducentos addidere: cui & roſa aurea in die dominica quæ inde nomen habet, dono data eſt, qui honor nobiliori cedit.*

(d) Gob. l. 5.

Romam profugit. Exceptus eſt benigne.

Quingenti aurei menſtrui illi conſtituti.

XLIV.

Proferente ita latius Turcici imperii terminos Mahomete, exciſoque Trapezuntino imperio, quod a Comnenis ex ruinis Conſtantinopolitani, cum a Francis anno MCCIV. captum eſt, excitatum fuerat, ſteteratque annis ducentis, & quinquaginta ſeptem, Pontifex tantis barbarorum progreſſibus perculſus educere exercitum in expeditionem adverſus Mahometem II. decrevit, moreque prædeceſſorum ipſum monuit, ut Chriſtianorum imperium vaſtare deſineret, atque hortatos eſt (e), ut Chriſtiana ſacra amplecteretur, tumque orientis imperatorem jure appellatum iri, atque imperium ſuum latius propagaturum religione quam armis; immo nos Ægyptios, Syros, Arabes, Afros, ab illo ſubactum iri; contemnendos eſſe eorum ſuturos, qui ajunt baptiſmo ſuſcepto illum a Turcis dejectum iri, ac modum, quo populos facile in officio contineret edocuit: Conſtantini & aliorum Regum, qui Chriſto nomen

(e) MS. Vallicel. ſign. n. 91. pag. 92. & l. 1. ep. Pii II. nu. 396.

men

Pius Mahometem de amplectenda Chriſti fide ſollicitat.

men dedecant exempla propoſuit, nec non ingentem gloriam, quam Turcis ad veram fidem adductis ſibi pariturus eſſet: inanem eſſe hujus mundi fœlicitatem, ac veram in cœlo ſervata lege evangelica conſectandam: tum myſteria fidei Chriſtianæ expoſuit, multa de Trinitate, quam in Deo Turcæ negant, diſſeruit, Mahumeticæ legis deliramenta detexit: matre enim Albana Chriſtiana natus Mahometes, ut ſupra diximus, ſuperſtitionis Mahumeticæ impietatem ſuſpectam habebat, nullamque legem ipſum coluiſſe creditus eſt.

Pius epiſcopus ſervus ſervorum Dei illuſtri Mahometi principi Turcorum timorem divini nominis, & amorem.

Rogat ut ſcripta legat & an æqua ſint diſcutiat.

Scripturi ad te aliqua pro tua ſalute, & gloria proque communi multarum gentium conſolatione & pace, hortamur ut benigne audias verba noſtra, nec prius damnes, quam judices, nec prius judices, quam ſingula diligenter intelligas. Accipe quod ſcribimus in bonam partem, & uſque in finem patienter audi. Si bona ſunt, quæ ſuademus, amplectere: ſi mala reſpue, & in ignem mitte, neque idcirco epiſtolam rejiciat, quia Chriſtiani hominis eſt, & ejus Chriſtiani, qui cæteris præeſt: non enim te odio proſequimur, neque tuo inſidiamur capiti, quamvis noſtræ religionis hoſtis exiſtas, & armis Chriſtianam urgeas plebem: operibus tuis, non tibi, ſumus infenſi: diligimus jubente Domino inimicos noſtros, & pro perſecutoribus noſtris oramus. Sapientibus & inſipientibus debitores ſumus, & omnes cupimus fieri ſalvos, Græcos, Latinos, Judæos, Saracenos, & omnibus optamus bona.

Multa amoris ſigna exhibet.

Vera optat bona.

Sed ſcimus vera bona neminem aſſequi poſſe, qui extra evangelium degit, & a Chriſto domino noſtro eſt alienus. Noli autem aures claudere, aut oculos avertere, cum Chriſtum nominamus, quem Mahometea lex, in qua natus es, & virum ſanctum, & prophetam magnum, & Virginis filium, & miraculis clarum dicit. Multa tibi per eum, & maxima bona advenient, ſi ei credideris, & ejus ſacris initiari volueris. Ne horreſcas hæc, cum principium aſpicies, ſed audienda eſt tota lex, deinde judicium promendum. Audi quo tendimus: multa tibi & tuis progenitoribus cum Chriſtianis bella fuerunt, multus ſanguis effuſus, multæ urbes deletæ, ſacræ ædes incenſæ, raptæ virgines, violatæ matronæ, vaſtati agri, ſcelera patrata ſunt quæcumque in mentem venire poſſunt, dum Turcus & Chriſtianus, uter imperet, gladio contendit: tibi, & ut fama & opera ipſa loquuntur, ingens deſiderium eſt Chriſtianos ſub jugum mittere, & imperium Latini nominis obtinere, & ſunt fortaſſe, qui hoc facile ſuadent, & omnia tuis armis pervia dicunt: & alii, tuos vires amplificantes, Chriſtianas attenuant: alii in diviſionibus & odiis, quæ gentem noſtram exedunt, ſpem collocant, haud difficile exiſtimantes eos vinci ab exteris poſſe, qui domi diſſident. Nos non ita ignarum te credimus noſtrarum rerum, quin ſcias quanta eſt Chriſtianæ gentis potentia, quam valida Hiſpania, quam bellicoſa Gallia, quam populoſa Germania, quam fortis Britannia, quam audax Polonia, quam ſtrenua Hungaria, quam dives, & animoſa, & bellicorum perita rerum Italia, ſola Hungaria diu progenitores tuos, & teipſum fatigavit: octuageſimum jam annum adverſus Hungaros Turcorum ſigna feruntur, & adhuc circa Savum, & Danubium hærent: una te gens tuoſque vires agitat: quid facias, ſi tibi cum Italis, aut Gallis, aut Germanis res fuerit ampliſſimis, & robuſtiſſimis populis?

Expoſita præterita bella inter Turcas & Chriſtianos.

Chriſtianos ob mutua diſſidia vinci poſſe Turcæ putarunt.

Chriſtiani imperii fortitudo quanta.

XLV.

Fortaſſe eſt, qui dicat, Juſtinianum Imperatorem Conſtantinopoli ſedentem, miſſo in Italiam Beliſario, cum parva manu militum perditam Romam, & reliqua loca uſque ad Alpes recuperaſſe, nec te Juſtiniano minorem eſſe. Cave ne te fallant adulatores, domeſtica Regum & aſſidua peſtis: faciles principes magna de ſe loquentibus aurem præſtant, atque idcirco ſæpe decipiuntur: rarus eſt qui, non ſe vero majorem credat. Juſtinianus univerſæ Græciæ, & Illyrici, & Aſiæ, & Lybiæ dominus erat, & Italiam non acquiſivit, ſed recens perditam recuperavit, & a Gothis gente barbara non ab Italis abſtulit: nondum amor imperii Romani in mentibus Italiæ refrixerat, neque ullus erat, qui barbaricum jugum æquo animo ferret: cuncti arma pro imperio, & pro patria magnis animis ſuſceperunt, nec tam Beliſarius Italis libertatem reſtituit, quam Itali ſuum decus vendicarunt. Tui progenitores nunquam aut poſſederunt Italiam, aut viderunt, nec tibi jus ullum in ea eſt: quod ſi pergas Italiam invadere, ſenties tibi cum viris bellum eſſe. Fatemur, res claras tui majores egere, nec tua minora ſunt opera, qui Conſtantinopolim expugnaſti, & Peram e regione Genuenſium coloniam, & Peloponeſum magna ex parte in deditionem accepiſti, & in Raſcia, & in Valachia non parum agri adeptus es, & ſæpe tuos hoſtes fudiſti, & hoc anno Sinopem vetuſtam urbem Regis Eupatoris patriam, & ejus tyrannum cepiſti, & Trapezunte direpta incolas ejus, & Imperatorem in captivitatem abduxiſti, & Joannem Caſſanum, prælio congredi auſum ſuperaſti! magna hæc tibi videntur, nec nos parva eſſe dicimus. At Julius Cæſar, cum de victoria Pontica triumpharet in curru, quo vehebatur, hæc verba juſſit inſcribi: Veni, vidi, vici. *Imbelles eas gentes, & parvi momenti exiſtimans, quas Pompejus paulo ante domuerat, & tu hac æſtate ſuperaſti. Alia eſt Italorum natura, aliæ vires, alia in-*

Italia qua ratione parta a Juſtiniano.

Expugnandæ a Turcis Italiæ difficultas propoſita.

Mahometis ingentes victoriæ.

Imbelles erant populi quos vicit.

genia

genia alii animi. Neſciunt ſubeſſe, qui ſoliti ſunt præeſſe: & nunc tota Italia armata eſt, equis & hominibus plena, nec pecunia caret, quæ nervus belli dicitur. Non pugnabis contra fœminas Italiam, aut Hungariam aut aliam in occidente provinciam ingreſſus;

Pugnandi diſpar ratio cum Italis ac cum Aſiaticis.

ferro hic res geritur, non Aſiaticis ſudibus, chalybeus thorax pectora tegit, equi ſimul & homines tecti pugnant, ardentes fervent, nec vano metu pavent: fortior ſit neceſſe, & manu promptior, & animo præſtantior, qui eos loco depellat. Nec Chriſtiana diſſidia deſiderio tuo conducere putes, aut in his confidas: unientur Chriſtiani omnes ſi quando te audierint ad interiora Chriſtianitatis accedere: nec tu melius Chriſtianorum paci conſulere potes, quam validis & magnis copiis Chriſtianitatem invadens. Ceſſabunt privata odia ubi publica ſenſerint, & conjunctis viribus adverſus communem hoſtem arma ſumentur. Nec tu neceſſe arbitreris ad propulſandas tuas incurſiones, ad comprimendum tuum impetum, tuaſque vires elidendas totam Chriſtianitatem intendam eſſe, quod fatemur difficile;

Uno ex quatuor nationibus Chriſtianis ad domandos Turcas ſufficit.

ſed una ex quatuor nationibus ſatis fuerit ſuperque ſatis tuas copias profligare: atque ut de aliis taceamus, quamplures eſſe in tuo palatio arbitramur, qui totam Italiam luſtraverunt, & vires & ingenia noſcunt; ipſos audi atque interroga, an æquari tuis viribus Italia poſſit, an vinci tuis armis, an tuo imperio ſubjici. Plus negotii Romanis fuit Italiam acquirere, quam orbi reliquo fræna imponere.

XLVI. Dicet aliquis, quod ſupra tetigimus, inteſtina odia, quæ noſtram gentem exagitant, introitum tibi in Italiam poſſe præbere, & ſi unus principum te excludat, alterum incluſurum, daturumque aditum. Sunt diviſiones ſane, & inimicitiæ, & ſimultates inter Italos plures, & graves, & periculoſæ, & utinam non eſſent;

Religionis amor diſſidentes Italos conjungere in Turcas ſolitus.

ſed nullus eſt, qui dominum peti non Chriſtianum velit, omnes in fide orthodoxa mori volunt: nulli animus eſt a religione recedere, non hic invenies, quod tui majores apud Græcos, qui contendentibus de imperio duobus nunc uni nunc alteri mitunt potenti auxilia miniſtravere, donec ambos enervatos, & exhauſtos ejicere, & ſibi principatum arripuere. Alia ſunt Italiæ potentia, alii Regum oculi, alia civitatum conſilia. Venetorum reſpublica ſapientia dives & auro, Chriſto devota, ut noſtra fert opinio, prius evertetur funditus, quam hoſtem religionis in Italiam patiatur intrare: atque hæc quidem per ſeſe, quando ſtatuerit, nullis adjuta viribus tuas opes evertit, tantum terra marique poteſt. An Florentinæ urbis magnificentiam ignoras, & vires, & opes, & quanta erga Jeſum reverentia, quantus amor? credis ne fieri poſſit, ut hæc civitas Italiam diverſæ religionis hominibus aperiri ſinat. Sunt aliæ multæ urbes inſignes, multi principes clari, & magni.

Neapolitani regni ſtatus.

Nihil de regno Siciliæ dicimus, quod armis hac tempeſtate concutitur, non poſſumus multa nobis de illo promittere; licet tamen hoc aſſerere, quod quamquam duo Reges de ipſo litigent, & bello decertent, mallent tamen uterque regno privari, quam tuis auxiliis victoria potiri; quod ſi ad te alter confugerit, totius Italiæ in ſe odia concitabit.

Reliquarum Italiæ partium vires.

In Gallia ciſalpina, quæ & ipſa pars eſt Italiæ, dux Mediolanenſis in armis excellit, & potentia par Regibus habetur: nec parvæ ſunt ducis Mutinæ vires, aut Januenſis qui Liguribus præeſt. Non contemnendus ducis Sabaudiæ opulentus, & validus in Italia principatus. Adeſt marchio Mantuanus, ſunt alii complures urbium domini, quibus nihil poteſt eſſe moleſtius, quam nobilem Italiam vanæ ſuperſtitionis ritu fœdari. De noſtris & eccleſiæ Romanæ civitatibus, & provinciis tacemus, quando noſtram tibi profeſſionem haud ignotam eſſe confidimus, quibus ſola cura eſt ſervandæ, & amplificandæ fidei domini noſtri Jeſu. Hæc ſi accepiſti ab aliis, gaudemus, veritatem enim accepiſti: ſin minus, hortamur hæc diſcutias, & verum veſtiges, invenies nihil nos eſſe mentitos. Non ſolum ſibyllæ, ut quidam ait, de evangelii pagina recitamus. Difficile eſt, atque adeo difficile, ut impoſſibile dici queat te tua in lege permanentem voti compotem fieri, ſi, ut ajunt, imperium Chriſtianorum deſideras.

XLVII. Dices quamplurimos tibi Chriſtianos ſubeſſe, & de reliquis idem ſperas.

Græcorum & Latinorum ratio diſpar. Non erant veri Chriſtiani quos domuit Mahometes.

Non eſt par ratio, pauciſſimi ſub tuo imperio Chriſtiani ſunt, qui ad veritatem ambulent evangelii, omnes aliquo ſunt errore imbuti, quamvis Chriſtum colant; Armenii, Jacobitæ, Maronitæ, & alia quædam nomina Græca; a Romana eccleſiæ unitate aberrabant; cum tu Conſtantinopolim invaſiſti, neque adhuc decretum Florentinum acceperant, & in errore ſtabant, neque de ſancto Spiritu, neque de purgatorio igne conſona rectæ fidei ſententiæ. Pauci fortaſſe inopes veri Chriſtiani neceſſitate, non voluntate, tibi obediunt. At urbes Italiæ potentiſſimas non eſt tuum cogere, validiores ſunt, quam tuis queant exercitibus ſuperari.

Clades in Belgradenſi obſidione propoſita.

Noſti quæ tibi acciderunt cum Taurinum invaſiſti, quod noſtra ætas Belgradum vocat. Pauci crucesignati innumerabiles tuas copias proſtraverunt: non eſt de Italis ſperanda victoria, quibus adverſa fuit cum Hungaris pugna. Quæris ut tandem videamus quo noſtra feſtinat oratio, & id dicamus, quod ad ſcribendum compulit, tuamque gloriam, & tuam ſalutem tibi denique oſtendamus, adhibe his paucis animum.

Ratio qua inter Chriſtianos propagare imperium poſſit.

Si vis inter Chriſtianos tuum imperium propagare, & nomen tuum quam glorioſum efficere, non auro, non armis, non exercitibus, non claſſibus

opus

opus eſt. Parva res omnium, qui hodie vivunt, maximum & potentiſſimum, & clariſſimum te reddere poteſt. Quæris quæ ſit? Non eſt inventu difficilis, neque procul quærenda, ubique gentium reperitur, id eſt aquæ pauxillum, quo baptizeris, & ad Chriſtianorum ſacra te conferas, & credas evangelio.

Propoſita gloria ex ſuſcepta fide comparanda.

Hæc ſi feceris, non erit in orbe princeps, qui te gloria ſuperet, aut æquare potentia valeat. Nos te Græcorum & orientis Imperatorem appellabimus, & quod modo vi occupas, & cum injuria tenes, poſſidebis jure. Chriſtiani te omnes venerabuntur, & ſuarum litium judicem facient. Oppreſſi undique ad te veluti commune patrocinium confugient, ex toto fere orbe ad te provocabitur: multi ſponte ſua ſeſe tibi ſubiicient, tribunalia tua ſequentur, & tributo præſtabunt. Licebit tibi ſurgentes extinguere tyrannides, juvare bonos, oppugnare malos, nec Romana eccleſia te arguet recta via vadentem: eadem erit erga te charitas primæ ſedis, quæ in cæteros Reges, & tanto major quanto eris ipſe ſublimior. Facile hoc pacto ſine ſanguine, ſine armis multa poteris nanciſci regna. Vladiſlaus Lituaniæ princeps Vitoldi frater, cum aſpiraret ad regnum Poloniæ, eſſetque infidelis, ut voti ſui compos fieret Chriſtianus effectus eſt, & regnum obtinuit, cujus nunc filius Caſimirus regnat, alter filius, qui etiam apud Hungaros regnavit, in bello contra genitorem tuum geſto ſuperatus occubuit.

Auctum iri ſine cæde ejus imperium.

Wladiſlai Lithuani ad Chriſtum converſi expoſitum exemplum.

Quid veri de te fiet Chriſtianis initiato ſacris? magnus erit ad te concurſus & felicitatis genus exiſtimabitur inter ſubjectos tuos annumerari; quippe, ut arbitramur, ſi Chriſtianus fuiſſes mortuo Ladiſlao Hungariæ, ac Bohemiæ Rege nemo præter te ſua regna fuiſſet adeptus. Speraſſent Hungari poſt diuturna bellorum mala ſub tuo regimine pacem, & illius Bohemi ſecuti fuiſſent, ſed cum eſſes noſtræ religionis hoſtis, elegerunt Hungari viri fortes & fideliſſimi religionem potius cum bello retinere, quam ea perdita pacem conſequi: quot ſunt in Epiro, in Peloponneſo, in Macedonia, in reliqua Græcia, in Dalmatia in inſulis Ægæi, Carpatii & Jonii maris, qui tuum imperium non alia de cauſa refugiunt, niſi quia alienus es a Chriſti ritu: & hi modo ad nos, modo ad alios recurrunt, opemque petunt extrema omnia ſubituri priuſquam te circumciſum, & alienigenam dominum ferant, & nos eos aliquando argento, aliquando frumento, aliquando rebus aliis ſublevamus: quod ſi baptizatus eſſes, & nobiſcum ambulares in domo Domini cum conſenſu, nec illi tuum imperium tantopere formidarent, nec nos eis adverſus te ferremus opem, ſed tuum potius brachium in eos imploraremus, qui jura eccleſiæ Romanæ nonnumquam uſurpant, & contra matrem ſuam cornua erigunt: & ſicut noſtri anteceſſores Stephanus, Hadrianus, Leo adverſus Aiſtulphum, & Deſiderium gentis Longobardeæ Reges Pipinum, & Carolum magnum acceſſiverunt, & liberati de manu tyrannica, imperium a Græcis ad ipſos liberatores tranſtulerunt, ita & nos in Eccleſiæ neceſſitatibus tuo patrocinio uteremur, & vicem redderemus accepti beneficii.

Si fiat Chriſtianus plures populos ſponte illi ſubjectum iri.

Mutua beneficia acceptorum a ſede Apoſtolica.

O quanta eſſet abundantia pacis! o quanta chriſtianæ plebis exultatio! quanta jubilatio in omni terra! Redirent Auguſti tempora, &, quæ poetæ vocant, aurea ſecula renovarentur: habitaret pardus cum agno, vitulus cum leone, gladii verterentur in falces, in vomeres, ac ligones rediret omne ferrum: excolerentur agri, evellerentur aſpera dumeta, terra niteſceret, vici repararentur & urbes, reſurgerent templa Deo ſacrata, quæ ceciderunt: emergerent quæ collapſa monaſteria replerent viris religioſis, divinis omnia laudibus perſonarent. O quanta tibi rediret felicitas, qui ad æterni paſtoris ovile cunctas redigeres oves! quantum te omnes amarent, obſervarent, extollerent, qui communis omnium pacis, & ſalutis fuiſſes auctor! Dicet aliquis hanc pacem, hanc unionem, hanc communem lætitiam haberi poſſe ſub tua lege. Errat qui hoc cenſet, multos Reges, multos populos victos eſſe oportet, priuſquam tuam legem ubique diſſemines nec ſi unias corpora, unies animos: ſciunt Chriſtiani ſuam legem ſanctam eſſe, & veram, & ſalutarem, nec dimoveri ab ea poſſunt quamvis aliqui aut libidine ducti, aut avaritia tracti, aut voluptate illecti, aut metu mortis attoniti, aut cruciatu ſuperati nonnumquam circumciduntur, & in tuos ritus concedant, quorum ſi corda poſſes inſpicere, intelligeres neminem eſſe, qui libenter conſultoque receſſerit ab evangelio.

Exinde pax in orbe floreret.

Errantes populos ad veritatem adduci tunc ob ea poſſe.

Deſinat ſperare poſſe omnes ferro cogere ad Mahometiſmum.

XLVIII.

Sub lege Mahometea nunquam pax conſtituenda.

Oſtendimus ſupra quantum præcellant Chriſtianæ gentis vires, & quam difficile ſit tot nationes Chriſtum colentes evincere: non eſt qui pacem ſperet ſub lege Mahometea, in qua non eſt ſalus: difficultates experimentes ipſe vides, qui etſi multis Chriſtianis, hiſque omnino non veris imperas, minime tamen eis tuam legem perſuadere potes, minus perſuadebitur veris, quæ non eo argumentationibus rationum, ſed in ſolo ferro fundata eſt, & quæ vincere diſputando non ſperat, vi vincere tentat. Non ſunt Chriſtiani, qui vel bello ſuperari poſſunt, vel diſputationibus decipi, quando & armis excellunt, & rationibus munitiſſimi ſunt, non ſolum divinæ ſcripturæ, ſed etiam philoſophiæ. Impoſſibile eſt ſub lege Mahometea unionem fieri: ſub Chriſtiana facile fieri poteſt: & id magna ex parte in tua voluntate conſiſtit: tu unus ſi annuas, Tur-

Nec armis nec ratione vinci Chriſtiani poſſunt.

ei omnes annuent. Nec Syrii, aut Ægyptii, aut Arabes, aut Lybici adverſabuntur tecum: quidquid eſt extra Helleſpontum, & Euphratem, & quidquid poſſidet in Europa converteretur. Quid faciet baculus Ægyptiorum ariadentne, quando Chriſtianum te viderit effectum? quid imbellis Arabs? quid nudus Afer? Omnibus his Æthiopes imminent, presbytero Joanni parentes, qui Chriſtianus eſt. Non poterunt & illis, & reliquis Chriſtianis obſiſtere. Nili curſum retinere poſſunt Æthiopes, & congregatam aquam dimittere, quæ rumpat aggeres, ut totam inundet Ægyptum, atque ſubmergat cum ſydus apparet arcturi. Hiſpani, & Siculi facile Mauritaniam invadent, & Catalani cum Januenſibus ſcis quantum valeant occidua claſſes, & quantus eſt terror, vel Tyriis, vel Alexandriæ, vel cæteris orientalibus, quando Chriſtianæ triremes ad eos navigant. Tua certe authoritas, & animi magnitudo, & in bellis felicitas apud omnes admirationi eſt, qui Mahometem ſequuntur legem: quod ſi te nobis adjunxeris, brevi totus oriens revertetur ad Chriſtum: una tantum voluntas pacare orbem poteſt, & ea tua eſt, ſi ad baptiſmi gratiam ſe convertat. In te eſt crudelibus bellis imponere finem, & tantum præſtare mortalibus bonum, quantum effari non poſſumus.

Si fiat Chriſtianus Ægyptios, Arabes & Afros ab eo ſubigi poſſe propoſitum. Europæos illi laturos auxilia.

Totum Orientem Chriſtianum futurum.

XLIX.
Objectio de mutuis Chriſtianorum bellis.

Quæret aliquis, quomodo quieſcet orbis Turcis ad Chriſtum converſis? quando nec ipſi Chriſtiani inter ſe concordes exiſtunt, & multa per Italiam, Germaniam, Galliam, & reliquas provincias deſæviunt bella. Diſſidere inter ſe noſtræ gentis homines non negamus, & pluribus in locis ferro contenditur. Divino olim conſilio ſub Octaviano propter reverentiam Salvatoris, qui tunc ſecundum carnem natus eſt, ea pax in orbe fuit, quæ nec antea nec poſtea viſa eſt. Difficile eſt, & propemodum impoſſibile quieſcere in terris omnia, ubi homines ſunt affectibus ſubjecti reprobis, illum ambitio exagitat, hunc cupiditas trahit, libido alium impellit: multa eſt inter mortales belli materia, ſed non ſunt tam atrocia inter Chriſtianos prælia, quam inter Turcas & Chriſtianos. Chriſtianus cum Chriſtiano de agri poſſeſſione, de regno, de imperio, de gloria contendit: cum Turco de religione, de libertate, de vita. Inter Chriſtianos, qui bello vincuntur poſitis armis nec vitam, nec libertatem amittunt, & multis etiam patrimonia dimittuntur, principes imperio privantur, inferiores dominum mutant, reliqua tenent.

Non ita ſunt inter eos ſæva bella.
Belli civilis ac Turcici diſpar ratio.

In præliis, quæ geruntur aut cum Turcis aut cum Saracenis, qui ſuccumbunt, ſi vitam non amittunt, in ſervitutem rediguntur, & multi etiam religioni renuntiare coguntur. Hæc acerbiſſima ſunt, & immaniſſima bella, quæ ſi tolluntur, quod in te ſitum eſſe monſtravimus, pax maxima exorietur, & univerſalis quies. Non ſunt reliqua bella huic comparanda, faciem quodammodo pacis habent, & otii; nec illa tam multa erunt quando unus adſit, qui ſolo nutu compeſcere poſſit injurias, qualiter te futurum non ambigimus, ſi cum tua potentia Chriſtianus efficiaris. Videſne quantum tibi laudis afferet baptiſmi lavacrum? quantum cum Chriſto ſublimis, & conſpicuus redderis? quis prohibet aquam? quid metuis? voces fortaſſe aulicorum times tuorum, quorum non dubitamus dictaros tibi aliquos, quid cogitas? quid agis? quorſum te tua voluntas trahit? vis baptizari? Vis Chriſtianus fieri? neſcis quod periculum adeſt? Omnes te Turci deſerent, & ubi exiſtimas fieri magnus, fies nullus, & Turcus natus Turcos deſeres: inter Turcos creviſti: Turcorum te manus extulit, Turci Aſiam, & Græciam gubernant, Turci exercitibus præſunt, qui ſi vel minimam famam tuæ mutationis, neſeverint, e veſtigio ſumptis armis te dejecto, Imperatorem alium ſubſtituent; tu nudus & expulſus, ſi evaſeris, apud Chriſtianos mendicabis panem: nam quis Turcus eſt, quem ſuæ religionis pœniteat? moriemur omnes priuſquam noſtri prophetæ jugum excutiamus.

Pacandi univerſi orbis vera ratio.

Quis terror offuſus Mahometi ne Chriſtianus fieret.

Non ſunt parva, quæ iſti obiiciunt; adhibenda eſt, & huic parti medela, quam nemo te ipſo melius invenerit. Noſti tuos homines, & quibus provincias commiſeris non ignoras; quanta ſit cuique fides, & quis animus non te latet non ſit ſine periculo magnum facinus, & memorabile: vilia ſunt quæ parvo emuntur; diligentia hic & labore opus eſt, pervestiganda ſunt amicorum conſilia, noſcenda ſubditorum ingenia, & his utendum eſt, quos fidos & prudentes videris. Seroinat tibi non pauci ex Chriſtianis nati, qui quamvis circumciſi ſunt, non tamen Chriſti nomen oderunt; his exercitus, his præfecturas credere potes, qui tui ſunt amantiſſimi, & ita regnum ordinare, ut quando velis præſto ſint omnes. Tui ſubditi magna ex parte Græci ſunt, & Armenii, ut diximus, & Jacobitæ, qui etſi aliquos errores habent, Chriſtiano tamen nomine cenſentur, nec aliud magis cupiunt, quam te ſimilem ſibi eſſe, & illum Deum colere, quem colunt ipſi; ſperarent meliori loco eſſe futuros, qui nunc mancipia quam viliſſima ſunt, tributa exſolvunt gravia, injuriis afficiuntur quotidianis, ad bellum ducuntur inviti, & inermes cædibus exponuntur, privantur liberis, & uxoribus; miſerrima res eſt, poſtquam filios educaverant eos perdunt, rapiuntur in palatium pueri, circumciduntur, & Mahometis ritibus imbuuntur; vident infelices parentes non modo corpora liberorum, verum animas ire perditum, & anguſtiæ inter tot calamitates plorare non præſumant, majora mala timentes. Nemo horum te diliget, neque enim natura fert,

L.
Expoſita ratio retinendi etiam mutata religione imperii.

Promoveri ab eo facile poſſe ad præfecturas Chriſtianos.

Miſera Græcorum ſub jugo Turcico conditio.

at

ut eos amemus, a quibus patimur mala; quod ſi te Chriſtianum cernerent, mirum in modum diligerent, felicitatem tuam cuperent, & omnibus ſtudiis tuam gloriam quærerent, & filios ſuos, & ſeipſos quam libentiſſime tibi donarent; magna eſt horum multitudo, & pro ſua religionis conſtantia: quod ſi prudenter eos tractaveris, nihil tibi de religione Turcorum verendum erit. Hi medios inter Chriſtianos ſeſe videntes, tuæ potius voluntati conſentient, fortunas, & dignitates ſervature, quam mortis periculo ſe ſubiiciant. Neu ſuademus rem novam, aut inſuetam, tritum eſt, quod oſtendimus, multi hoc & magni Reges aggreſſi ſunt.

Cladovæi gentilis in Gallias ad Chriſtum converſi exemplum propoſitum.

Apud Francos gentilis, & idololatra Chriſtianus effectus eſt Cladovæus, & ſimul cum eo regni proceres baptizari non renuerunt. Apud Hungaros Stephanus noſtris initiatus ſacris omnem illam gentem Chriſto acquiſivit. Apud Viſigotos, qui longo tempore in Hiſpania regnaverunt, & uſque in hæc tempora ejuſce gentis ſanguis imperat, Recaredus Levigeldi filius

Reccared. in Hiſpania.

ſuadente Leandro Hiſpalenſi epiſcopo, Arriana renunciavit hæreſi, & cum omni gente ſua catholicam fidem complexus eſt. Apud Longobardos Agilulphus ſuaſu conjugis Theodelenda reliquit idola, & cum omni populo Chriſtianæ ſeſe legi ſubjecit.

Agilulphi in Longobardia. Alterius in Iberia.

Apud Iberos, qui ſunt in Aſia, imperante Conſtantino majore Rex gentis cum conjuge, & omni nobilitate, atque plebe ad prædicationem unius captivæ mulieris relicta idolorum inſania baptizatus eſt. Sed quid moramur, & non exemplum illud adducimus, quod omnium maximum? Conſtantinus ipſe Imperator, ac monarcha viam aperuit, quam tu & tui ſimiles ingredi abſque ulla cunctatione poſſetis. Omnes qui eum præceſſerant Imperatores, excepto Philippo, gentiles fuere. Jovem, Mercurium, Apollinem, Herculem, & alia quæ ſunt monſtruoſa numina, tamquam deos colebant: ſenatui & omni Romano populo ſtultitia Chriſtus erat, proponebantur paſſim edicta, quæ Chriſtianos comprehendi jubebant, niſi ſacrificarent idolis, crudelibus modis interfici, nil vilius erat nomine chriſtiano, infame genus, & maleficium habebatur ſummum Chriſto credere, ſub Nerone, ſub Domitiano, ſub Diocletiano crudeliſſima in Chriſtianos deſævit perſecutio.

Conſtantini magni in Romano imperio.

At Conſtantinus acceptis imperii faſcibus, poſtquam perſuaſus eſt a Silveſtro prædeceſſore noſtro in ſimulachris dæmonia coli, & unum tantum Deum eſſe cum Patre, & Spiritu Sancto Chriſtum Jeſum, & in evangelica tantummodo lege ſalutem inveniri, non eſt cunctatus Chriſti fidem amplecti. Non dixit ſenatus mihi adverſus erit, reſiſtet populus, copiarum duces alienabuntur, imperio deiiciar. Sed alto animo jactans in Deo ſpem ſuam legem e-

Non timuit ille ſenatum & populum.

dedit, qua publice Chriſtum coli juſſit, & eam fidem teneri ab omnibus imperio ſubjectis, quam beati Apoſtoli Petrus & Paulus Romanis tradidiſſent, nec propterea ſiniſtri aliquid ſibi accidit, ſed tum potiſſimum excellens, & glorioſus evaſit, cum in vexillis ſuis crux domini Jeſu appoſita reſplenduit. Viderat per quietem in aere ſignum crucis, & vocem audierat dicentem: In hoc, Conſtantine, ſigno vince. *Vidiſſe poſt medium diem cum tota exercitu crucem in cælo radiantem, & legiſſe hæc verba ſplendidiſſimis characteribus expreſſa:* In hoc vince, *Conſtantinus ipſe, & B. Arthemius martyr teſtantur:* Per quietem vero de labaro præferendo edoctum refert ex Euſebio Baronius (a). *Paruit, vexilla crucis erexit, civilibus bellis finem impoſuit, ſuperavit hoſtes, barbaros afflixit, imperium ampliavit, pacem ſubditis dedit, eccleſias aperuit, concilia ſacerdotum celebravit, hæreſes eliminavit, lucem, quam acceperat ab evangelio, cunctis gentibus communicavit, magnificus, & excelſus ſuper omnes Cæſares inventus, a Græcis, & Latinis noſtris celebratus: imperavit annos ſupra triginta; ſedem imperii apud Byzantium, publicis tum privatis ædificiis magnifice conſtructis, de ſuo nomine Conſtantinopolim appellavit, & plenus dierum apud Nicomediam edito teſtamento, in quo filios imperii ſucceſſores reliquit, ut Chriſtianum decet, ſacris eccleſiæ receptis, e vita deceſſit. Quid erat, quod ille amplius in terra poſſet optare? imperio potitus eſt, omnium maxima vita ei, & longa fuit, & parum obnoxia morbis, inimicos humiliatos vidit, & [quod hominibus dulciſſimum eſſe ſolet] heredes ampliſſimæ fortunæ filios dimiſit, nec alienum fuerit tantum Imperatorem, qui Chriſtianam fidem tantopere ampliaverit, in alia ſæcula cum Chriſto regnare, ut eſt credere, cui ſervivit dum hic viveret. Quod quod ſi omnibus, qui patriam auxerint, juverint, defenderint, certum eſt eſſe in cælo definitum locum, in quo beati ævo ſempiterno fruantur philoſophi doctiſſimi tradiderunt, multo id certius de illis ſperandum eſt, qui pro lege Domini, vel ſervanda, vel augenda ſummis ſtudiis contenderunt, ſicut de Conſtantino oſtenſum eſt, quem ſicut in terra felicem fuiſſe didicimus, ita & in cælo beatum credimus.*

(a) *Bar. Annal. to.3.an. 312. n. 19.& ſeq.*

Fœlicitas illius imperii poſt Chriſtianam fidem amplexam.

Poſt terrenam fœlicitatem cæleſtem accepit.

LI. *Eadem proculdubio eventura tibi eſſe confidimus, ſi nobiſcum ſapiens Chriſtum colas, & magnum Conſtantinum imiteris, quemadmodum Romani cum ſuo Imperatore Chriſtiani ſunt effecti, ita & Turci tecum baptizabuntur, eritque tuum regnum ſuper omnia, quæ ſunt in orbe, & nomen tuum nulla ſilebit ætas, Latinæ te literæ, & Græcæ, & barbaræ celebrabunt. Nemo inter mortales erit, qui te potentia aut glo-*

Felicitas in hoc orbe & in altero propoſita Mahometi ſi Chriſtianus fiat.

ria præcedet. Magna ſunt hæc, quæ promittimus; majora quæ ſequuntur; de regno, de potentia hujus ſæculi, de gloria hac humana ſumus locuti; caduca hæc & incerta ſunt & fluxa, omnes morimur, omnia nata occidunt, & omnia orta ſeneſcunt; brevis eſt humanæ proſperitatis curſus, cito regnum deficit, nulla potentia longa eſt, gloria quoque clari nominis quomvis de maximis rebus diu perſeveret, finitur tamen aliquando, & cum tempore deficit; nihil eſt inter mortales non mortale; conterit omnia tempus; eſto duret per multa ſæcula nomen, quæ dulcedo poſt obitum laudis? aut damnatus eſt homo in altera vita, & nihil ei prodeſt fama, quæ remanſit; aut ſalvatus eſt, & ea non eget beatitudine donatus æterna, quæ omni ex parte pleniſſima eſt. Filios ac nepotes præclara majorum nomina juvant, & nobis quoque dum vivimus dulce eſt talem hæreditatem poſſe relinquere, quæ ſit poſteritati ſolatium; eſt id quidem aliquo modo bonum, ſed meliora quærenda ſunt, & ſtabilia bona, quæ noſtra ſint, neque unquam nos deſerant. Philoſophi, quos Peripateticos vocavit antiquitas, tria bonorum genera poſuerunt, & alia eſſe animi dixerunt, alia corporis alia externa. Stoici ea dumtaxat bona exiſtimarunt, quæ animum excolerent; hæc facit juſtitia, prudentia, moderatio, fortitudo, & quæ ſunt aliæ in animo dotes: egregiam corporis formam, roboris multitudinem, nobilitatem, clientelas, opes inter bona non acceperunt, quæ neque ſunt in poteſtate noſtra, neque poſſeſſori felicitatem præſtant. Sed neque illæ quatuor virtutes, quæ principales exiſtimantur tranquillam hominis mentem reddunt, niſi adjungantur aliæ tres, quas theologicas appellant, & in animo ſitæ ſunt ſpes, fides, charitas. Triſtis eſt & in anxietate moratur, & torpet & angitur, & nihil boni operatur, qui ſpe futuræ vitæ privatus eſt. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, qui eſt ultimum hominis bonum, & finis in quem tendimus. Charitas divino amore fervet, curioſa eſt, animæ noſtræ, & proximo conſulit, quem jubet lex, ut tanquam nos ipſos, diligamus; ſi ergo animi bona cupimus, & moralibus virtutibus opus eſt & theologicis.

Mundana felicitas vana ſine æterna.

In quo felicitas conſtituta a Stoicis.

LII. Quantum differant Chriſtiani a Mahometanis.

Neque in hic ulla eſt nobis cum tua lege contentio; alia ſunt in quibus diſcrepamus: fatebitur tua lex & vitam æternam in altero ſæculo reperiri, & his itineribus ad eam perveniri: dicet fidem neceſſariam eſſe, verum non eam fidem, quam nos recipimus: amplectetur, laudabit charitatem, ſed alia ejus officia dicet, quam Chriſtianus. Sine ſpe non poſſe bene hominem eſſe fatebitur: ſed ſpei finem longe diverſum a noſtro recipiet, pax erit in nominibus, bellum in rebus. Faceſſat hæc nunc contentio, & quomodo vera & æterna bona ex fide Chriſti conſequi poſſis, & animæ tuæ conſulere, quæ immortalis eſt, oſtendamus. Etſi enim hujus ſæculi, quæ dicuntur, bona concupiſces, & inter mortales magnus videri vis, non tamen animæ tuæ oblitum te credimus, nec ex illorum numero cenſemus, qui cum Epicuro & aliis quibuſdam delirantibus philoſophis extingui animam ſimul cum corpore putaverunt; nec rurſum te ſine Deo eſſe cenſemus, ſicut olim de Gallæcis in Hiſpania traditum eſt, qui nullum colebant Deum. Et de Pythagora, quem ferunt dicere ſolitum eſſe, non liquere ſibi an Deus aliquis eſſet: quæ diſputatio adeo impia judicata eſt, ut ab Athenienſibus auctor ejus ejectus ſit, & libri, in quibus ea continebantur, exuſti. Poſſidonius ſcripſit, Epicurum nihil de Deo ſenſiſſe, ſed ea, quæ de Diis loquutus eſt, invidiæ depellendæ cauſa dixiſſe. Stultorum hæc aſſertio, ſicut in propheta legimus: Dixit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus. Haud equidem te adeo rudem exiſtimamus, ut cœlum credas rectore carere, & hanc pulcherrimam mundi machinam ſine cauſa emerſiſſe, & omnia fieri fortuito. Sed arbitramur te Deum noſtrum confiteri, & ea eum credere, qui cœlum creavit & terram, & omnia quæ in eis ſunt, & quod quæ creavit non negligit: nec te ignorare cenſemus incorruptibiles eſſe animas hominum, &, cum e corporibus noſtris migrant, in alias regiones transferri, & bonas læta ſortiri loca, & malas ad ſupplicium rapi: quod non ſolum in evangelio noſtro ſcriptum eſt & in prophetis, ſed tua quoque lex idem docet, quamvis in hoc mundo temporalia, quæ putantur bona, caſu quodam fortuito evenire non recte arbitratur. Socrates & Plato & Ariſtoteles philoſophorum principes de mundi regimine, de immortalitate animarum, de Deo eadem crediderunt, quæ Chriſtiani, quamvis aliqua nova legis arcana, quæ nondum edita erant, ignoraverunt. Platonis in epiſtolis hæc verba leguntur: Credendum eſt autem ſemper veteribus ſacriſque ſermonibus nobis aſſerentibus, animam immortalem eſſe, judiceſque habere, ac pœnas dare maximas, cum a corpore fuerit ſeparata; quod intelligendum cum male vixerit.

Animæ ſalus omnium maxima cura eſſe debet.

Divinitatem & animæ immortalitatem fatentur Turcæ.

Bonis & malis præmia & ſupplicia parata noverunt philoſophi.

LIII.

Non eſt hic locus apud te examinandus, qui pro tua lege Deum eſſe intelliges, qui omnia videt & omnia judicat, & animas corporea mole ſolutas pro ſuis operibus in alio ſæculo vel præmia recepturas, vel ſupplicia, non dubitas. Quæ cum ita ſint cognoſcis ſtultum terrenis rebus ita aliquem inhærere, ut cœleſtia negligat, & dum corpori ſtudet, animam perdat. Breve eſt omne, quod vivimus, etiam ſi ævum Mathuſalem, aut etiam Neſtoris annos poſſimus attingere: quidquid æternitati comparatur momentaneum eſt: quotus hodie reperitur, qui centeſimum impleat annum? Vita hominis, ut inquit propheta, in ipſis

Vita ob brevitatem non multum æſtimanda.

ſeptua-

Digitized by Google

ſeptuaginta annis, in potentatibus aliquando ad octuaginta protenditur, ulterius labor & dolor. Quotus iterum ex eis, qui naſcuntur, ad perfectam pervadit ætatem? quam multi moriuntur infantes? quot pueros extingunt morbi! pauciſſimi juventutem ſuperant. Anguſtiſſima eſt vita hominis & incerta, mille inſtant in omnes horas pericula, mille mortis fauces vitæ noſtræ inſidiantur, minima res curſum noſtrum interrumpit. Alieno hic arbitrio ſumus: vocat nos Deus quando vult, & ubi vult, & cum minime credimus, tum citamur: peremptoria monitio eſt, nec licet provocare, aut contra niti; parendum eſt altiſſimo Domino, & villicationis ratio reddenda. Sapiunt qui ita vitam inſtituunt, ut vocati alacri animo abeant, & coram judice, qui nihil ignorat, impavidi conſiſtant, in die illa tremenda & amara valde, in qua nil amplius mereri licet, & omnis ſpes ac metus ex his, quæ acta ſunt, pendet, neque ſupplicare juvat nec negare. Eſt igitur de anima curandum, quæ, poſt hanc vitam, aliam habet vitam, in qua vel dolet, vel gaudet: Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, *inquit in Evangelio Dominus,* animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima ſua? *Hac vivimus, hac ſapimus, hac Deo ſimiles ſumus, hæc melior pars noſtri eſt, rebus omnibus pretioſior, hæc, dimiſſo corpore, in alias regiones ingreditur, corpus in terra jacet, & in pulverem convertitur, uſque ad ultimum maximumque judicium ſenſu carebit, tunc vero pro meritis, quæ illi cum anima fuere communia, vel ad gloriam, vel ad pœnam reſurget. Quid Nino prodeſt late per Aſiam imperaſſe? quid Semiramidi? quid Dionyſio? quid Herculi ad Indos uſque penetraſſe? quid Adanthirſo Scythiæ atque Aſiæ jugum impoſuiſſe? quid Oſyridi dimiſſa Ægypto per Syriam & Aſiam in Thraciam duxiſſe copias? quid Agamemnoni Ilium excuſſiſſe? quid Cyro imperium Perſarum conſtituiſſe? quid Alexandro magno illud evertiſſe, & uſque ad Hyſpaſim in orientem, & ad Jaxartem fluvium ſeptentrionem verſus arma tuliſſe? quid Hannibali Italiam vexaſſe? quid Scipionibus Carthaginem deleviſſe? quid Pompejo orientales Reges debellaſſe? quid Julio Cæſari ſubacta Gallia Romanum imperium invaſiſſe? quid Hunnorum Regi Attilæ, Pannonia potito, Aquilejam in Italia ſubvertiſſe? quid Tamerlano tot Aſiæ Syriæque urbes incendiſſe? atque avum tuum prælio ſuperaſſe? quid genitori tuo Amurati ſæpe de Græcis, ſæpe de Hungaris triumphaſſe? quid cæteris Regibus, atque Imperatoribus res magnas, & claras geſſiſſe prodeſt, ſi abſque cognitione veri Dei mortui ſunt? & nunc eorum animæ apud inferos cruciantur: laudantur hic, & ardent illic. Quæ ſane voluptas in cruciatu eſſe poteſt? quæ dulcedo gloriæ in doloribus? dura vox eſt eorum, qui vel in tauro Phalaridis beatitudinem eſſe dicunt: non bene cohabitant dolor ac voluptas, nec ullus eſt in felicitate mœror. In cœlo plena felicitas eſt, apud inferos plena miſeria: cum eo ventum eſt, nihil juvat gloria, quæ præceſſit & fama ſæculi.*

De æterna maxime curandum.

Sine hac nulla proſunt imperia.

Miſerum eſt laudari ubi non ſis, ardere ubi ſis.

LIV.

Studendum igitur eſt, ut poſt obitum, qui per omnes horas ſe infert certus & incertus, animabus noſtris bene conſulamus: præveniendus eſt piis operibus dies mortis, & omnes actus noſtri ita dirigendi, ut Deo placeamus; ipſe eſt enim finis omnium, & ſummum bonum, ad quod aſpiramus, & ipſa beatitudo, cujus cupiditas omnibus mortalibus ineſt, quærendum eſt iter ad eam, id recta fides oſtendit, & operatio juſtitiæ, quia nec juſtitia ſine fide, nec fides ſine juſtitia ſufficit: Juſtus ex fide vivit; *ut ſcriptum eſt, & ſine fide nemo eſt acceptus Deo. Tua lex (ut ajunt) in ſua quemque religione ſalvari hominem cenſet, ſi alioquin caſte juſteque vivat, niſi Mahometea traditione relicta ad aliam tranſierit. Dicunt & in tua lege ſcriptum eſſe (eſt enim ſibi ipſi ſæpe contraria) nulli ſalutem patere niſi in ea. Nos contra ſentimus, & certi ſumus viam vitæ ſoli Chriſtiano, ſi bene agat, apertam eſſe; ait enim veritas noſtra in evangelio:* Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvabitur; qui non crediderit, condemnabitur. *Tu ergo ſi futurum credis ſæculum, ſi vis fieri ſalvus, ſi animæ tuæ bene conſultum cupis, ut fidem Romanæ eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, & baptiſmum recipias oportet. His duabus clavibus fide & baptiſmo aperiuntur paradiſi portæ, illis tamen qui appoſite ad fidem vivunt, nam ſine operibus fides mortua eſt: evangelio præbendæ ſunt aures & Chriſti doctrina ſequenda, quæ nullum fallit.*

Mahometes ſenſit in ſua fide quemque ſalvari poſſe.

Sine Chriſti fide nemini ſalus patet.

Dicis nolle tua legi noſtram præponere, aut Mahometem relinquere prophetam magnum. Rogavimus ab initio, ut benigne audires, idem nunc petimus, & nunc maxime attentis auribus & pia mente opus eſt, & judicio recto, quando ad radicem arboris infructuoſæ admovemus ſecurim; audi ſeriem rerum, noſce hiſtoriam fidei, præbe aures vero, cui perraro eſt in altis ædibus locus. Calliſthenem philoſophum crudelibus modis lacerum in cuſtodiam rapuit Alexander, quo vera loquens divinum cultum homini denegavit; & Clitum Philippi laudes commemorantem lancea transfodit. Timent homines exempla, & videntes melius adulatoribus ſuccedere, quam recta monentibus, ad nugas ſe convertunt, & quæ placeant loquuntur. Antigonus aliquando unus ex ſucceſſoribus Alexandri, qui regna-

Rogatur Mahometes ut veritati aurem præbeat.

Cur verum non audiant principes.

gavit in *Aſia*, *inter venandum mutata veſte, relictis comitibus, errabundus apud agreſtes homines in vili tugurio pernoctavit incognitus; & cum bibens, de ſeipſo tanquam de altero percunctatus aſtantes, omnia, quæ fecerat, mala ab eis audivit. Mane quæſitus atque inventus, cum veſtem allatam & regium ornatum vidiſſet:* Date, *inquit,* purpuram, quam ut primum indui, verum de me niſi hac nocte nunquam audivi; *& Auguſtus mortuo Varo ideirco ſeipſum ſupra modum dolere ajebat, quia non eſſet a quo verum audiret. Ad pauperes philoſophos relegata eſt inquiſitio veri, qui propterea ſapientiæ amatores vocantur, quia veritati ſerviunt, & nolunt decipi. Turpe eſt cuique homini errare, maxime Regi, qui ſi per ſeipſum non ſatis intelligit prope habeat magiſtros, quos interroget. Tantum placeat audire, ut pudeat, diſcere quod ignoras. Tria ſunt hominum genera, ut inquit Heſiodus, primi & optimi, qui ſeſe per omnia noſcunt: hi proximi qui recta monentibus auſcultant: tertii prorſus damnandi ſunt, qui neque ipſi vident neque videntibus credunt: ſed nulla in re periculoſius erratur, quam in his, quæ pertinent ad fidem neque utilius invenitur verum. Recte ad Antipatrum de Alexandro ſcribit Ariſtoteles monens, ne pro tot exercitibus, victoriiſque, & ſubjugatione orbis terrarum glorietur, ſed cogitet quod ſi quis de Deo recte cognoſcat, non minori gloria dignus eſt, quam ipſe pro tantis rebus geſtis tantaque potentia, & in* Cognitio Dei cum maximo imperio ab Ariſt. comparata. *ethicis ſapientem, inquit, eſſe amiciſſimum Deo; ſapiens autem nemo exiſtimandus eſt, qui a recta fide eſt alienus; in his vero, quæ ſunt fidei, neque tuus legifer ſatis intellexit, neque tu in hanc uſque diem ſatis didiciſti.*

LV. *An vero recta monentem audire & ſequi velis, futurus dies oſtendet: ſi vero hæc quæ ad te ſcribimus audieris, ſignum erit ad diſcendum parati: ſi feceris, quæ monemus, eris procaldubio ſapiens: nemo ſapientem contemnit, nemo odit: nemo eſt, qui nolit eſſe ſapiens: verum primus ſapientiæ gradus eſt nolle errare, & verum quam libentiſſime audire, maxime in his rebus, unde homini eſt ſalus, ſicut eſt religio, quæ ordinatur ad æternam vitam. Audi ergo verum circa religionem: ſi non ſcribimus verum, argue ſcribentes, & deſpice tanquam ſtultos: ſed noli falſum dicere, niſi cognoveris falſum eſſe, & narrabimus breviſſime ab initio mundi uſque ad abitum ſalvatoris Chriſti noſtræ legis arcana: deinde aliqua de tua lege dicemus, eaque conferemus ad invicem, & quantum interſit oſtendemus, conabimurque, quantum ex alto dabitur, lucem tibi oſtendere, per quam poſſis ad eam lucem pervenire, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

LVI. Doctrina Chriſtiana de creatione mundi. *Cum creaſſet Deus in principio cœlum, & terram, & lucem & ſolem & lunam, & alia ſydera, & plantas, & herbas, & volucres, & piſces, & quadrupedum genus inexterminabile, ut ſcribitur in geneſis principio, ac reptilia, ac alia animantia, poſtremo Adam creavit & inſufflavit in eum ſpiraculum vitæ, & poſuit eum in paradiſo delitiarum, & fecit adjutorium ſimile ſibi Evam ex coſta ejus eductam, & data licentia, quo poſſent cæterorum plantationum degustare fructus, ut abſtinerent a planta * prudentiæ imperavit; & ambos, cum prævaricati eſſent, ex paradiſo dejecit, atque humanum genus morte damnavit, juſſitque laborioſam vitam & ærumnis plenam agere.* * ſcientiæ boni & mali. De peccato Adami. *Ab his propagata creatura rationalis. Quæ cum rurſus animo rebelli divinam majeſtatem contemneret, & in vitia quæque prolaberetur, aquarum diluvio deleta eſt.* De diluvio. *Noe cum conjuge, & ſex aliis animabus in arca ſalvatus eſt, & ab his omnes homines, qui modo ſunt & poſt diluvium fuerunt, originem ducunt. Tres filii Noe Sem, Cham, & Japhet recedentibus aquis in locum ſuum humanam gentem reparaverunt adeo, ut tradatur priuſquam Noe moreretur quatuor millia hominum ex ſuis & filiorum lumbis exiviſſe, ex quibus etiam iniqui emerſerunt. Nimbrotes filius Cham, & qui cum eo in contumeliam Domini turrim Babel ædificare cœperunt: in eo diviſum eſt labium univerſæ terræ, & confuſione impeditum opus. Secuta eſt peccatum peſſimum Pentapolitanæ ſubverſio, & Abraham & Loth inventi religioſi, in ſemine Abraham benedictæ ſunt gentes, & circumciſionis pactum cum eo percuſſum eſt: fuit enim juſtus & placuit Deo in operibus ſuis cum filium Iſaac divino juſſu immolare non detrectaſſet, neque Iſaac patris vinum deſeruit, cui natus eſt Jacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael: & huic duodecim filii fuerunt, a quibus duodecim tribus emanarunt.* De Pentapoli ſubverſa. De Abrahamo. *Cognita quod Joſeph, quem putabat extinctum, magnus & potens eſſet in Ægypto cum reliquis filiis ad eum migravit: multiplicatum eſt illic Judæorum ſemen, & in gentem magnam cum creviſſent Iſraelitæ, ſurrexiſſetque Rex alius, qui Joſeph & opera ejus ignoraret, graviſſimis laboribus oppreſſi ſunt, & contumeliis innumerabilibus affecti; & miſerante Deo per manus Moyſi, & Aaron ſervitutem effugerunt, & ſicco veſtigio rubro mari trajecto per annos quadraginta cibo cœleſti vitam in deſerto egerunt, & circa montem Sinai divinam legem in tabulis lapideis acceperunt.* De lege Moſaica. *Acquiſita eſt terra promiſſionis, ſed non tota in manu Moyſi. Poſt abitum ejus mirabilia fuerunt opera Joſue, & Judicum, inter quos etiam prophetæ claruerunt viri excellentiſſimi. Succeſſerunt deinde Reges, & alii prophetæ in populo Dei, & non ſine cœleſti numine conſervata eſt gens Hebræa, & pro-* De prophetis.

phetæ

phetæ quidem interpretati legem ſalubria tradidere præcepta, virtutem extollentes, & vitia effulminantes, & multa per illos ſcripta ſunt divinitus revelata, quæ de futuris notitiam præbuere: non tamen pauca perpeſſi adverſa Judæi, cum legem Domini contemnerent, & in traditionibus patrum non permanerent. Ceperunt eos Chaldæi, & in ſervitutem redegerunt, & nunc Syri, nunc Arabes, nunc Ægyptii in eos arma verterunt; multæ fuerunt eorum tribulationes, multæ calamitates, ac miſeriæ, ſed de omnibus liberavit eos Dominus, cum ad Deum clamaverunt, & tota mente redierunt, quia cor contritum & humiliatum non deſpicit divina majeſtas.

LVII. Eadem fatentur Mahometani.

Hæc, ut arbitramur, communia tibi nobiſque ſunt, & in alcorano Mahometto magna ex parte continentur. Verax igitur & tua, & noſtra judicia lex Judæorum, verax Moyſes, & David, & Salomon, & Iſaias, & Jeremias, & Ezechiel, & Daniel, veraces omnes prophetæ Domini, vera Judæorum fides, qui ante Chriſtum in lege manſerunt, mendaces omnes gentes, quæ coluerunt idola. Notus ante Chriſtum ſolum in Judæa Deus. Nihil hucuſque contendimus: concedes hæc, niſi fallimur, omnia: in his, quæ ſequuntur diſcordia oritur. Sed nos in luce ambulamus, neque offendimus ad lapidem pedes noſtros, & ne de cætero tu quoque offendas, magnopere cupimus, & ultra ne deſipiaris lumen afferimus. Tu creatura Dei es, & ovis ejus, ſed errabunda extra caulas in alienis paſcuis, procul ab ovili dominico lethiferum carpis cibum, & peſtifera alteris herba: nos boni paſtoris exemplo, qui relictis nonaginta novem ovibus in deſerto, unam, quæ aberraverat, ſecutus eſt, te quærimus, & in viam ſalutis aptamus reducere. Dolemus te virum excellentem, nobilitate majorum illuſtrem, geſtarum rerum gloria clarum, imperio magno præditum, & pluribus naturæ dotibus eminentem, non incedere in viis Domini, non noſſe mandata ejus, non eſſe in lege ſua: compatimus tibi, & tuorum ſubditorum infelicitatem deploramus, qui tecum pereunt, nec te credimus libenter errare, cujus naturam bonam eſſe confidimus: ignorantia veri te retinet: tui te parentes & ipſos per ignorantiam decepere, cum progenitoribus laberis, ſed timenda eſt ſcriptura quæ ait: Ignorans ignorabitur. *Quod ſi cæteris in rebus præcipuam curam exactam diligentiam, ſummum ſtudium adhibes, ne quis fallat te, circa religionem potentiſſime curandum eſt, ne fallaris: in qua tanto cautiorem te eſſe oportet, quanto in ea cum majori periculo delinquitur.*

Admonitus ut inquirat quæ ſit vera religio.

Cæterarum rerum ignorantia, hæc quæ ſunt temporalia, in hoc ſæculo adimere poteſt; religionis error alterius vitæ bona, id eſt animæ felicitatem eripit: quod ne tibi accidat, ſi nobis aures, & fidem præſtiteris, facile adjumento erimus.

LVIII. Vaticinium de tempore adventus Christi.

Audiviſti ea, quæ de veteri teſtamento diximus: nunc de novo agendum eſt, in quo plurimum diſcordamus. Audi quæ ſubjungimus, ſic & tuæ legis tenebras odio habebis, ut ſperamus, & noſtra lucem amabis. Duo in veteri teſtamento vaticinia reperiuntur, quorum alterum illud eſt, quia non auferetur ſceptrum de Juda, neque dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, ſive ut Chaldæi dicunt Meſſias. Alterum eſt quod ait: Cum venerit Sanctus Sanctorum, ceſſabit unctio veſtra. His vaticiniis prædictum eſt in adventu Chriſti Judæos & regnum amiſſuros eſſe, & ſacerdotium, & ſicut & factum eſt. Regnum quod Judæorum fuerat Idumæi acceperunt; regnante namque primo Herode Antipatri filio genere Idumæo, & alienigena, Chriſtus ex Maria virgine natus eſt, Dei filius, verus Deus, & verus homo, qui ſacerdotium Judæorum ad Chriſtianos tranſtulit, Petro ſibi ſucceſſore relicto, in quem Pontificis maximi poteſtatem tranſfudit, neque ulterius apud Judæos paſtoralis ovium cura permanſit, dicente Domino ad Petrum: Paſce oves meas; *paſtor ipſe bonus & Pontifex magnus Chriſtus paſtores deinceps, & pontifices Chriſtianos, non Judæos, eſſe conſtituit, quamvis Petrus & alii plures ex Judæis non amplius Judæi ſummum pontificem acceperunt: atque in hunc modum Judaica ceſſavit unctio, & tranſlatum eſt ſacerdotium, quo facto & lex ipſa tranſlata eſt, dicente Apoſtolo, quia:* Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt ut legis etiam tranſlatio fiat. *Deus igitur qui multifariam multiſque modis olim patribus in prophetis locutus fuerat, noviſſime per filium ſuum, quem conſtituit heredem univerſorum, per quem fecit & ſæcula, allocutus homines novam legem edidit, & nova dedit præcepta, quibus ſervatis vitam merentur æternam.*

Impletum regnante Herode.

Cur Sacerdotium judaicum deſierit.

LIX.

In tempore igitur, quod in altiſſimo Trinitatis conſilio æterno fuerat definitum, regnante apud Hebræos Herode, imperante apud Romanos Auguſto, quieſcente mundo, & adventum Domini mirabili, & inaudita prioribus ſæculis pace honorante, miſſus eſt Gabriel angelus de cœlo, qui Mariæ felicem conceptionem & ſacratiſſimum partum annunciaret; ſed ante præcurſor natus eſt Joannes, qui pœnitentiam prædicaret, & viam Domino præpararet. Concepit virgo de Spiritu, ut prædixerat angelus, & ſervata dignitate virginitatis filium ſimul & dominum peperit. Natus eſt Chriſtus & ſalvator octavo kal. januarias, & in ipſis kalendis circumciſus eſt, & juxta vocem angelicam Jeſus appellatus, qui ſalutem attulit humano generi. Plurima de infantia Salvatoris ſcripta ſunt; nec dubium eſt, quin omnis ætas ſignis & miraculis plena fuit.

Christi nativitas.

Omnis ætas Chriſti miraculis claruit.

fuerit; ſed eccleſia noſtra gravitas, & acre judicium ea tantum recipit, quæ certa ſunt, apocrypha prætermittit. Duodecimus Salvatoris annus memoriam habet, quia templum ingreſſus cum legis doctoribus diſputavit, & aliqua ex parte ſplendorem ſuæ dignitatis oſtendit: ſed circa trigeſimum annum fulgor ille plenus emicuit: tunc enim baptizatus eſt a Joanne, & Joannem ipſe baptizavit, & paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. *Convertit aquam in vinum, & innumerabilibus coruſcavit miraculis. Elegit ſibi diſcipulos, quos vocamus Apoſtolos, & circumiens regiones, & mentes hominum, & corpora ſanavit ægrotantium, & faciens ipſe quæ docebat, toto triennio prædicavit evangelium, per Judæam, & vicinas provincias beatiſſima vox ejus intonuit, quæ vita hominum eſſe deberet oſtendit, & præcepta tum vetera innovavit, tum nova prioribus utiliora inſtituit, abdita & obſcura, quæ erant in veteri lege, multa revelavit, & abſconſos prophetarum aperuit ſenſus, & quæ de ſe prædicta fuerant, palam expoſuit, myſterium ſanctæ Trinitatis oſtendit, & unitatem in Trinitate monſtravit, docens tum Patrem, tum Filium, tum Spiritum Sanctum divinis honoribus proſequendum, & hos tres unum eſſe Deum. Prædixit non modo mortem ſuam, verum etiam genus mortis, & quod tertia die reſurgeret, & quod aſcenſurus in cælum rediturus eſſet in fine ſæculi judicare vivos, & mortuos. Comprehenſus eſt, ſicut ipſe voluit & traditus Pilato præſidi, qui eum neci daret, teſtes in eum citati ſunt, nec inventa eſt mortis cauſa, quia peccatum non fecit, nec repertus eſt dolus in ore ejus. Maximum crimen objecerunt, quia filium Dei ſe fecit & Regem dixit, & propter veritatem occiſus eſt, crucifixus atque ſepultus, & juxta verbum ſuum reſurrexit a mortuis, & quadraginta diebus cum diſcipulis commemoratus cum eos confirmaſſet & corroboraſſet, atque in orbem ire juſſiſſet evangelium diſſeminaturos, tandem videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, aſcendit ad cælum, & ſedet ad dexteram Dei Patris, & inde venturus eſt judicare vivos & mortuos, & redditurus unicuique ſecundum opera ſua. Interea Spiritus Sanctus ab eo miſſus omnia ſuggerit Eccleſiæ, quæ neceſſaria ſunt ad vitam æternam. Hæc nos Chriſtiani firmiter credimus, hæc eſt fides noſtra, quam cunctis gentibus prædicamus & impartiri omnibus cupimus; hæc ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus per fideles manus immutilata, & incorrupta ad nos uſque delata ſunt. Hæc vos Turci, & Saraceni magna ex parte negatis; etſi enim Chriſtum ex Virgine natum, & ſanctum virum, & Dei flatum, & prophetam magnum, & mirabilium operum effectorem, & adhuc viventem confitemini; Deum tamen & Dei Filium eſſe inficiamini, nec ſibi nec Sancto Spiritui divinitatem conceditis, & Trinitatem perſonarum in divinis reſpuitis, & Chriſti mortem deridetis, quem tranſlatum & alium ſibi ſimilem loco ſuo interfectum arbitramini: nec ejus adventum in extremo judicio expectatis, & alia non pauca Chriſtianæ legis rejicitis, & plurima creditis quæ apud noſtros riſu digna videntur & quæ non dimittimus intacta. Et quæ nos credimus non ſolum ex nova lege, ſed ex veteri mutuamur. Vos Mahometi & alcorano ejus fidem tantummodo adhibetis, & hominem mortuum ſine conteſte, ſine ratione, ſine miraculis ſequimini: nos vivo credimus, vivit enim veſtro teſtimonio Chriſtus; nos Deo præſtamus aures & ſignis & rationibus ſacris ducimur teſtimoniis. Quod ſi nos audies, monſtrabimus breviter noſtræ legis ſplendidam lucem, & tuæ obſcuram caliginem detegemus.*

Circa trigeſimum annum tum plura edidit. Deus e cælo teſtimonium perhibuit de ipſo.

Ut ſuam mortem & reſurrectionem & adventum prædixerit.

Aſcenſio illius in cælum.

Ex Virgine natum & prophetam fatentur Mahometani & modo vivere.

Negant Deum eſſe vel mortalium.

Sequuntur mortuum hominem ſine ratione ſine miraculis. Eorum teſtimonio Chriſtus Mahometem vincit.

LX. *Sed opus eſt piis, & attentis auribus quando fidei ſublimitas attingitur, & magni Dei panduntur arcana: ſæpe jocis & inanibus fabulis te præſentem adhibuiſti, & leviores audiviſti narrationes, non eſt cur hæc gravia contemnas, aut ea noſſe recuſes, ex quibus tua pendet ſalus. Non eſt anima nobilis, cui non inſit veritatis amor: non eſt homo, qui nolit ſalvus fieri. Audi ergo qui generoſus es, audi quæ te ſalvare poſſunt. Quid eſt inter Turcos, & Chriſtianos controverſiæ, in quo ſimul contendimus? quæ diſſidii cauſa? Sane non alius diſcordiæ fons eſt, niſi quia circa divinitatem non eadem ſapimus. De Patre, de Filio, de Spiritu Sancto contendimus, hoc eſt præcipuum diſſidium, quo ſublato facile omnia conſentientur. Attingemus hæc, &, quæ ſit inter nos de divinitate diſſenſio latius exponemus.*

LXI. *Nos in Deo tres dicimus perſonas Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, vos unum tantum, quem nec patrem nec filium dicitis ſed Deum tantummodo appellatis, & hunc unicum eſſe dicitis creatorem cæli & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt. Nulla eſt de unitate contentio, non latent nos verba Moyſi dicentis in exordio legis:* Audi Iſrael dominus Deus tuus unus eſt: *& rurſus in lege ſcriptum eſt:* Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: non erunt tibi dii alii præter me. *Et rurſus:* Ego ſum qui ſum, & ſi quæſierint nomen meum, vade & dic eis; Qui eſt miſit me ad vos. *Et in cantico Exodi dicitur;* Dominus omnipotens nomen ejus. *Quæ teſtimonia unum eſſe Deum, & unum dominum manifeſte declarant, & unam poteſtatem, & unam naturam. Nomen fatemur idem, quod vos: hæc amicitia eſt atque concordia,*

Conſentiunt unum eſſe Deum creatorem cæli & terræ.

nobis

nobis unus Deus eſt: nam Deus naturæ, dominus poteſtatis nomen eſt nobis unum. Dicitis principium omnium rerum eſſe Deum, nos idem affirmamus; in quo igitur diſſentimus? Multa ſunt, quæ de Deo aliter Chriſtiani dicunt, aliter Saraceni ſeu Turci; vos Deum corporeum dicitis, nos incorporeum: Vos fortuita eſſe, quæ hic in terra geruntur, arbitramini, nec curare de his Deum, nos gubernare eum, qui creavit omnia non dubitamus. Vos Deum Patrem in divinitate negatis; nos Patrem & Filium cognoſcimus. Vos Spiritum Sanctum ex divina majeſtate reiicitis; nos ponimus & veneramur. Mittamus alia, hoc aggrediamur, in quo plus ponderis eſt.

Diſſentiunt dum ejunt ex Alcorano corporeum & providentiam negant.

Nos Chriſtum Dei filium dicimus; vos negatis; cur negatis? Sane quia nec uxorem habet Deus, ex qua Filium procreare poſſet; quod ſi uxor fuerit Filioſque genuerit, mundus, qui unico imperio regitur, in plures diviſus dominos, diu ſtare non poſſet: in unitate concordia eſt, quæ ſervat imperia, in pluralitate diſcordia, quæ maxima regna ſubvertit. Sed quis tam rudis, tam vecors, tam demens Chriſtianus eſt, qui generare Deum ex connubio & permixtione fœminæ arbitretur? Non ſumus adeo hebetes Chriſtiani, ut tantum nefas admittamus. Saracenis ſuaderi hoc poſſet, qui Deo & corpus, & caput, & manus, & cætera membra concedunt.

Ineptiæ eorum cur negent Dei filium.

Nos Deum ſpiritum eſſe aſſerimus, incorporeum, immortalem, æternum & incomprehenſibilem, qui dum ſeipſum intelligit, in mente ſua Verbum concipit, quod nos Filium Dei eſſe dicimus, nec aliud eſt in Deo ſeipſum noſſe atque intelligere, quam Deum eſſe, nihil etenim in Deo niſi Deus: Deum autem cujus eſt Verbum nominamus Patrem, & proceſſum ipſius Verbi generationem Filii dicimus.

Docetur Mahometes ut gignatur Verbum.

LXII. Nec veritas hæc de Verbo Dei apud Chriſtianos tantum illuxit: gentiles philoſophi ante Chriſti adventum eadem, quæ nos aſſerimus, nonnulli affirmaverunt, ſiquidem Platonici in ſuis libris aperte dixerant, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & reliqua ferme omnia comprobant de Verbo Dei, quæ Joannes in evangelio ſuo tradit uſque ad incarnationem Verbi, quam ignorant; quia nondum natus erat Chriſtus, & alta legis myſteria abſconderat Deus a ſapientibus hujus ſæculi, quæ revelavit parvulis.

Myſterium hoc agnitum a Platonicis ex traditione vetuſta.

Quod igitur Platonici Verbum Dei nominant, & Deum eſſe dicunt, nos Filium vocamus ex Deo genitum, & Deum eſſe fatemur, nec ruinam mundi ex Filii generatione timemus, quandoquidem unus dumtaxat Filius eſt: Pater & Filius unum ſunt, una poteſtas, una voluntas, una majeſtas, nec Verbum conceptum ab intellectu concipiente diſcordat.

Ut non timenda ſit inter Patrem Filiumque diſſenſio.

LXIII. Obſcura hæc videbuntur: at ſi voles præſto erunt, qui lumen afferant, & apertiſſima omnia reddant. Tu ſolem hunc corporeum cernis, qui noctem abire efficit, videns hic a ſeipſo lucis producit radios; hæc productio generatio quædam eſt in ſole, & radii filii ſolis non inconvenienter vocantur: quæ ſimilitudo quamvis multifarie eſt inepta [nam ſolis plures ſæpe videmus radios, & Deo unicus eſt Filius] in eo tamen convenit, quia una eſt & ſolis & radiorum ſubſtantia, & una eſt Patris & Filii divinitas atque eſſentia, quamvis comparatio corporalium rerum nulla ſatis cum divinis æquiparari poteſt. Sed accipe teſtimonia, & quæ ratione non capis, crede auctoritati. Vetus teſtamentum & Judæis & Chriſtianis & Saracenis commune eſt: Eructavit, inquit David ex perſona Dei, cor meum verbum bonum; hoc eſt quod Dei Filium dicimus, & unigenitum Patris æterni, non ex carnali conjugio aut humano complexu, ſed ex corde Dei, hoc eſt ex intellectu productum aſſerimus;

Teſtimonio prophetarum de generatione Verbi.

& rurſus: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie dicit, quia Deo nec heri præterit, nec cras imminet, ſed hodie ſemper adeſt, cui præſentia ſunt omnia. Iterum: Ante luciferum, inquit, genui te. Ut intelligas quia non loquitur de Salomone David, ſed Deus Pater de Filio Deo, quia ante Luciferum nemo fuit, etenim in libro ſapientiæ legimus ſapientiam, quæ Dei filius eſt, dicentem: Nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram: ante montes & colles ego parturiebar; nunquam enim Pater ſine filio fuit, nec ſine Patre Filius.

Cur dicatur genitum hodie & ante Luciferum.

Vel ante abyſſos.

Et hoc eſt, quod in Evangelio inquit Joannes: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Quæ myſteria profunda, & alta cum non intelligeret Arrius, nec Mahometes comprehenderet, negare maluit Dei veritatem, quam ſuam ignorantiam confiteri; & ſuas ineptias imprudentes ingerere, quam alteram ſapientiam humiliter diſcere. Stulta hæc & damnoſa pertinacia eſt; Deo enim & prophetis oportet credere, & ſi quid eſt cujus rationem non capimus, debemus cum Paulo dicere: O altitudo divitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus.

Arrius & Mahometes hoc myſterium non intellexere.

Fatentur juriſconſulti non omnium, quæ a majoribus ſuis inſtituta ſunt rationem reddi poſſe, & tamen legi parendum eſſe, quia ſine cauſa condita non fuit: quanto minus arcana Dei licet agnoſcere: plurimæ ſunt occultæ cauſæ, ad quas nulla potuit curioſitas hominum pervenire: ſicut oculi noctuæ ad ſolem, ita & noſter intuitus ad ea, quæ ſunt divinitatis. Non eſt

Credendum eſt de Deo quod mens non capit.

ergo mirandum ſi neque generationem Filii, neque Spiritus Sancti proceſſionem neque Trinitatem in divinitate intellexit carnalis homo, vel Arrius, vel Mahometes: ſed illud in eis damnabile, ac deteſtabile fuit, quod ſacræ ſcripturæ divinisque teſtimoniis non acquieverunt? Nam quid opus eſt argumentis ubi Deus ipſe loquitur?

LXIV. Non opus argumentorum ubi divinum adeſt teſtimonium.

De Pythagoreis traditum eſt, quod in diſputando ſoliti erant dicere: Ipſe dixit; *ipſe autem erat Pythagoras, tanquam ejus auctoritati non liceret adverſari, quanto minus Deo, qui verax eſt, & omnis homo mendax? Sed negabis hæc eſſe Dei, quæ aſſerimus teſtimonia. De hic poſterius diſſeremus: nunc de Spiritu Sancto agendum eſt, cui tua lex divinos honores abrogat: non eſt hujuſmodi erroris Mahometes inventor: Arrii, & Macedonii hæc olim dementia, ſed eorum viras apud Ægyptios, & Arabes aliquando latuit, & poſtremo auctore Mahomete, & magiſtro ejus Sergio late diffuſum eſt. Ne movearis dum vera loquimur: cave ne ſequaris errorem: diſce Spiritum Sanctum eſſe Deum, & tertiam in Trinitate perſonam.*

Hæreſis negans Trinitatem latebat inter Arabes.

Diximus paulo ante, Deum Patrem, dum ſe cognoſcit, Verbum concipere, & Filium gignere; nunc quod ſequitur adjicimus, cognitioni adnexam eſſe appetitivam quandam operationem, cujus principium voluntas eſt: inter operationes vero, quas voluntas producit, præcipua eſt amare. Adhibe hic aures, & mentem erige in Deo perfectam, & abſolutam fateri cognitionem oportet, & amorem pari modo, cujus proceſſus per appetitivam operationem exprimitur, ſicut & Verbi generatio per intellectivam; & alia eſt operatio quæ intelligit, alia quæ appetit: intellectiva ex his completur, quæ ſunt quodammodo in ipſo intelligente, nam ſicut ſenſibilia in ſenſu, ita intelligibilia in intellectu dicimus eſſe: appetitiva autem complementum accipit ſecundum quemdam ordinem, vel motum ad eas res, quæ obiiciuntur appetitui, & occultum quoddam principium ſui motus habet; ea vero, quæ a principio feruntur arcano ſpiritus nomen acceperunt, namque & ventos ſpiritus dicimus, & in ſcripturis procellarum ſpiritus appellantur, quia non apparet afflationis ſpiritus initium; reſpirationem etiam & arteriarum motum, ab intrinſeco & occulto principio manantem, vocamus ſpiritum, atque hoc modo congruenti quadam ſimilitudine, quantum divina humanis verbis declarari poſſunt divinus ipſe amor a Patre Filioque procedens Spiritus dictus eſt. In nobis duplici ex cauſa procedit amor, aliquando ex corporea & materiali natura, & is plerumque immundus eſt, & menti noxius: aliquando ex ipſa proprietate ſpiritualis naturæ, cum bona intelligibilia, & rationi convenientia adamamus: & hic purus eſt amor, & laudabilis & animæ ſalutaris.

Ut proceſſio Spiritus S. per amorem fiat.

Cur ſpiritus nomen illi inditum.

Amor duplex materialis & ſpiritualis.

In Deo corporalis amor ſeu materialis locum non habet, ſed ille tantum reperitur, qui ſimplex eſt & nitidiſſimus, & puriſſimus, quem Spiritum Sanctum appellamus, nec nos intellectuali Sancto amore quidquam proſequimur, niſi quod intellectu concipimus: conceptio autem, ut diximus, quæ fit intellectu, verbum eſt, atque ita neceſſe eſt amorem ex verbo oriri. Amat enim Deus, quod de ſeipſo intelligit, id eſt Verbum, quod concepit intelligendo, Verbum autem Dei dicimus Filium Dei, qui & ipſe patrem novit & amat, atque ita fit, ut amor ipſe, cui ſanctus Spiritus eſt nomen, ex Patre Filioque procedit, ſitque cum Patre & Filio pariter Deus: nam ſicut divinum intelligere eſſentiam divinitatis eſt, ita & amare: & ſicut Deus ſe ſemper intelligit, ita & ſe ſemper amat, & omnia amat, ſuam bonitatem dum amat: rurſuſque ſicut Deus Filius, qui eſt Verbum Dei in natura divina ſubſiſtens Patri coæternus, perfectus & unus Deus eſt: ita & Spiritus Sanctus Deus eſt, Patri & Filio coæqualis & coæternus. Et quia omne quod ſubſiſtit in natura intelligibili apud nos perſona dicitur, apud Græcos hypoſtaſis, conſequens eſt, ut tres perſonas in divinitate ponamus, quia tres ſunt ſubſiſtentes Pater, & Verbum, & Spiritus ſanctus, neque perſonas dicimus eſſe per eſſentiam diverſas, ſed per ſolas relationes diſtinctas, quæ ex proceſſione Verbi & amoris proveniunt.

In Deo tantum ſpiritualis eſt.

LXV. Ut non ſint tres dii licet ſint tres perſonæ divinæ.

Atque in hunc modum Chriſtiana religio divinitus illuſtrata diſtinctas tres perſonas confitetur in divinis, non tres Deos ſicut Mahometes falſo opinatus eſt; ſed Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum eſſe ab æterno Deum aſſerimus, nec tamen ipſum Patrem qui Filius eſt, nec Filium qui Pater eſt, nec Spiritum ſanctum qui Pater eſt, aut Filius: una eſt enim Patris, & Filii & Spiritus Sancti eſſentia, in qua non eſt aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, quamvis in perſonis alium Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum, divina docente authoritate dicamus. Nec ſimilitudo in his, quæ creata ſunt, ſumma deeſt Trinitati: Invisibilia Dei *ſicut Apoſtolus ait*; per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque ejus virtus, ac divinitas, *relucet quippe in anima noſtra quædam divinæ Trinitatis imago, eſt enim anima noſtra ſubſtantia quædam incorporea, & ratione prædita, & actus quidam ſive forma organici corporis, quæ, dum corpus movet & regit, ſui meminit, ſe intelligit, & ſe diligit: quibus in rebus quædam apparet trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris, & tria hæc ad ſeipſa referuntur, quia non eſt amor ſine me-*

Non eſt aliud pater aliud filius aliud Spiritus S. licet ſit alius.

Ut imago Trinitatis eluceat in animo rationali.

memoria, nec memoria ſine notitia; nam quis meminit aut amat quod neſcit: inſeparabilia ſunt hæc a ſemetipſis, & tamen quodlibet eorum & ſimul omnia una eſſentia ſunt, & una vita in anima una. Differunt quia memoria non eſt intelligentia, vel voluntas: nec intelligentia voluntas, ſive amor. Quod ſi diligenter inſpicias, invenies ſummæ illius Trinitatis atque unitatis veſtigium, & imaginem quamdam, quamvis imparem, quicumque enim ſempiternam & incommutabilem naturam per memoriam reminiſcitur, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profecto reperit in ſeipſo ſummæ Trinitatis imaginem, non tamen omnino ſimilem, ſed qualemcumque, ita ut in ſimilitudine magna inveniatur diſſimilitudo: etſi enim homo meminit, intelligit, & diligit, non tamen memoria eſt, nec intelligentia, nec dilectio, ſed ſunt hæc in eo, & in una ſubſtantia, non ſicut accidentia in ſubjectis, quæ poſſunt abeſſe, ſed ſubſtantialiter exiſtunt in anima; & unus homo eſt, qui habet hæc tria, non ipſe eſt hæc tria: in ſimplici vero natura, quæ Deus eſt, quamvis unus ſit Deus, tres tamen perſonæ ſunt, ut dictum eſt, & ipſe Deus eſt & tres perſonæ, ſed illud ſatis ad rem noſtram eſt, quia tria hæc aliquo modo unum ſunt.

At in ſimilitudine magna eſt diſſimilitudo.

LXVI. *Reperitur & ſub aliis nominibus, & alio modo in noſtra natura illius ſummæ, & ineffabilis Trinitatis imago. Nam mens & notitia ejus, & amor ſunt tria quædam, mens enim novit ſe, & amat ſe, nec amare ſe poteſt niſi etiam noverit ſe, duo quædam ſunt mens, & notitia ejus, duo enim ſunt mens, & amor ejus: cum ſe novit mens, & ſe amat manet trinitas, ſcilicet mens, amor, & notitia: & hæc tria quamvis diſtincta invicem ſint, unum tamen eſſe dicuntur, quia in anima ſubſtantialiter exiſtunt: & eſt ipſa mens quaſi parens: & notitia ejus quaſi proles ejus: mens enim cum ſe cognoſcit notitiam ſui gignit, & eſt ſola parens ſuæ notitiæ: tertius eſt amor, qui de ipſa mente & notitia procedit, dum mens cognoſcens ſe, diligit ſe, non enim poſſet ſe diligere, niſi cognoſceret, amat enim placitam prolem notitiam ſuam, & ita amor quidam complexus eſt parentis & prolis: nec minor eſt amor parente & prole, ideſt mente & notitia, cum tantum ſe diligat mens, quantum ſe novit & quanta eſt. Conſiderat hæc rationalis homo, & videns tria in una eſſentia concurrere extendit ſe ad contemplationem Creatoris, & intelligit unitatem in trinitate, & trinitatem in unitate, & unum Deum colit, unam eſſentiam, & unum principium, ſicut & patriarchæ & prophetæ atque Apoſtoli tradiderunt.*

Alia Trinitatis imago ſumpta ex mente notitia & amore.

Unicum eſt mundi principium quia unica eſt perſonarum eſſentia.

LXVII. *Sed audiamus tandem ipſos, & divinæ legis authoritatem, & teſtimonia in medium afferamus, ſine quibus omnis eſt vana argumentatio. Deum Patrem omnes ſacræ litteræ confitentur, & Dei nomen paternitatem ad omnia refert, & ſi Filium dicimus, non poſſumus Patrem negare. De Filio adducta ſunt teſtimonia legis. Ergo & Pater oſtenſus eſt, ſicut & Salvator ait:* Philippe qui videt, me, videt & Patrem meum. *Nunc de Spiritu Sancto quod cœpimus, proſequendum eſt. In geneſi legimus quia:* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas; *quis tunc Dominus niſi Deus fuit? & cujus Spiritus niſi Dei? & quomodo Dei Spiritus niſi Deus? Deus eſt quidquid Dei eſt, nec aliud illi immixtum eſt, incompoſitus eſt, ſimplex eſt, & purus Deus. In Job ſcriptum eſt:* Spiritus Domini fecit me, & ſpiraculum omnipotentis Dei vivificat me. *Dei ſunt hæc opera non hominis, quis fecit hominem niſi Deus? aut vivificavit hominem niſi Deus? Eſt igitur Spiritus Domini, propter quod dictum eſt in pſalmo:* Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. *Quis Spiritus niſi Deus, cui cœlum ſedes eſt, & terra ſcabellum pedibus ejus? & apud poetas:* Deum namque ire per omnes, & terras tractuſque maris cœlumque profundum; *traditum eſt. Et rurſus:* Eſtne Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aer, & cœlum, & virtus? *Propter quod recte inquit David:* Quo ibo a Spiritu tuo *oſtendens non eſſe locum, in quo poſſit fugere Spiritum Domini, qui eſt ubique: eſſe autem ubique, implere, & continere mundum ſoli Deo tributum eſt. Deus igitur Sanctus Spiritus eſt, qui hæc peragit, & futura prænoſcit, & prædicit ſicut ſcriptum eſt:* Reſponſum accepit Symeon a Spiritu Sancto, quia non moreretur niſi videret Chriſtum Domini; *non eſt cur Deum negemus, qui Dei efficit opera, non igitur ſolus Pater Deus eſt, neque ſolus Filius, ſed Spiritus Sanctus cum Patre ſimul, & Filio Deus eſt, quia non adverſatur rationi Trinitas perſonarum in unitate divinitatis, quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt.*

Veteres prophetæ Deum patrem dixere ergo & filium aſſerunt.

Teſtimonia veteris teſtamenti de Spiritu S.

Sed jam Trinitatem ipſam e ſacris codicibus demonſtremus, & Moſen ante omnes audiamus, cujus hæc ſunt verba in capite libri, quem geneſim noſtri vocant: In principio creavit Deus cœlum & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. *Tria commemorat, Deum, principium, & ſpiritum; ideo in Deo Patrem intelligimus, in principio Filium, in ſpiritu domini Spiritum Sanctum, & accipitur hic in loco principium pro Filio, ſicut in pſalmis de ſuo Filio dicit Deus:* Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciferum genui te: *atque ita in exordio naſcentis mundi Trinitas ipſa in divinis perſonis adducitur. Hic ſi placeret inter-*

Teſtimonium Moſis de Trinitate.

interſeri poſſet de Helvim ſecundum Hieronymum ad Marcellam. Tentans diabolus primos parentes interpoſito ſerpente, & ſuadens, ut edant de ligno prohibito: Eritis, *inquit,* ſicut dii ſcientes bonum, & malum; *quod perinde accipiendum, ac ſi diceret, eritis ſicut divinæ perſonæ, quibus ignotum eſt nihil. Et cum ejecit Adam de paradiſo, inquit Dominus:* Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis. *Quibus nobis? Patri ſcilicet, Filio, & Spiritui Sancto: ſed manifeſtius eadem Trinitas oſtenditur cum dicitur:* Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; *cum ait faciamus ad noſtrum, plures perſonas inducit; cum dicit imaginem, unitatem divinitatis oſtendit; nec ſolitarius eſt, cum dicit:* Faciamus, *neque alieno a ſe loquitur qui,* noſtram, *ait. Duo ſunt pluralia verba:* Faciamus *&* noſtram, *ut videatur Pater cum Filio, & Spiritu Sancto miſcere ſermonem, quem non ſono vocis, ſed intellecta: quæ ſingularia ſunt, quia unus eſt Deus, & una expreſſa eſt divinitatis eſſentia. Dixerat:* Creavit Deus cœlum, & terram; *mox ſubjungitur;* Faciamus, *&* noſtram, *ut pluralitas in perſonis intelligatur. Idem Pſalmiſta canit regius dum ait:* Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. *Quid manifeſtius dici poteſt? in conditione cœlorum tres perſonæ concurrunt Dominus, Verbum, & Spiritus, Dominus Patrem exprimit, in Verbo Filium accipimus, in Spiritu oris ejus Spiritum illum, quem ſanctum vocamus: & rurſus propheta, ut Trinitatem perſonarum in divinitate cognoſcat, ter Deum invocat in benedictione:* Benedicat nos, *inquit,* Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. *Trina Dei confeſſio trinitatem exprimit perſonarum, & cum ſubditur, metuant eum omnes fines terræ, unitas aperitur divinitatis. In pſalmo quoque XLIV. multum expreſſe Trinitatem inuit cum dicit Filio:* Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi; *& poſtea ſubdit:* Propterea unxit te Deus, Deus tuus, *id eſt Pater & Spiritus Sanctus, & cum ſequitur,* præ participibus tuis, *myſterium incarnationis aperit, de quo ſuo loco proſequemur. Iſayas in viſione ſua clamantia introducit ſeraphin:* Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth; *ter Sanctus ad tres perſonas refertur, & ſemel dominus, & ſemel Deus dicitur, quia unus eſt dominus unus eſt Deus. Et rurſus idem vates ex perſona Chriſti loquitur, & dicit:* Dominus meus miſit, & ſpiritus ejus Dominus meus, *inquit, id eſt Pater miſit me ſcilicet Filium, &* Spiritus ejus, *qui eſt Spiritus ſanctus. Quis hic non intelligit Trinitatem.*

Aliud loquentis Dei.

Alia Davidis teſtimonia.

Alia Iſaiæ.

Non latuit prophetas hoc myſterium. Poſſunt & alia plura hujuſmodi teſtimonia ex veteri teſtamento afferri, quæ Trinitatem plane oſtendunt; clarius tamen loquutus eſt in evangelio Dominus, qui cum in orbem mitteret diſcipulos: Euntes, *inquit,* docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *tres nominavit perſonas: in nomine dixit, non in nominibus, ut eſſentiæ unitatem in perſonarum trinitate monſtraret. Et Joannes evangeliſta, qui de pectore Domini veritatem hauſit, in epiſtola ſua inquit:* Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt. *Et Apoſtolus Paulus:* Miſit, *inquit,* Spiritum Filii ſui in corda veſtra. *Et alibi:* Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum habitat in vobis. *Et iterum:* Ex ipſo, inquit, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria; *ex ipſo dicit propter Patrem, & per ipſum propter Filium, in ipſo propter Spiritum Sanctum: non dicit ex ipſis, aut per ipſos, ſive in ipſis, ſed ipſi honor & gloria, inquit, ut Trinitatem ſimul, & unitatem cognoſceremus; atque his teſtimoniis, & authoritatibus illuminata eſt deſuper Chriſtiana religio; ſumma enim fiducia confitetur, & prædicat unum eſſe Deum, qui eſt cauſa cauſarum, principium, & finis omnium rerum, & omnis author creaturæ, ſummum bonum, & nihilominus tres perſonas in Deo recognoſcit, & trinitatem in unitate veneratur, cui qui adverſatur ſalutis expertem ſe reddet, & ambulat in tenebris & veritas non eſt in eo. Tu vero ſi ſapias de tenebris emerges, & candida luce perfuſus ſacratiſſimam Trinitatem, & cognoſcendo coles, & colendo cognoſces, nec adverſaberis ſacroſancto evangelio, in quo legitur:* Verbum caro factum eſt.

Diſtinctius in novo teſtamento explicatum Trinitatis myſterium.

Unum principium unus finis una omnium cauſa conſervans in Trinitate perſonarum.

LXVIII.

Negat tuus legiſer incarnationem Verbi: Nam cur, *inquit,* factus eſt Deus homo & in ligno crucis paſſus, qui alio modo humanum genus redimere poterat? *Negat tua lex Chriſti necem, & alium ſuo loco interfectum exiſtimat, nec Deum incarnatum cognoſcit, neque crucifixum, aut mortuum. Nos utrumque prædicamus, quia factus eſt homo Deus, & paſſus eſt, & propter ſalutem hominis hæc facta eſſe teſtamur; ait enim de ſe ipſo Dominus:* Venit Filius hominis ſalvare, quod perierat. *Conſtabat primi parentis errato omnes homines culpa teneri, clauſa erat paradiſi porta, nec mortalibus patebat in cœlum aditus: decebat ſummam Dei bonitatem hominem, quem condiderat, reparare, nec miſerum eſſe perpetuo ſinere, qui ad beatitudinem perfruendam creatus fuerat: ſed obſtabat juſtitia Dei, quæ pro peccato ſatisfactionem exigebat: dignus erat infinita pœna qui majeſtatem offenderat infinitam, nec homo tanti erat, ut infinitam poſſet redimere culpam: ſtabat hinc divina juſtitia*

Argutia Mahometis cur incarnationem verbi neget.

Diſſolvitur.

Infinita pœna dignus homo eam luere non poterat.

alteo.

ultionem petens, illinc divina bonitas miſerandum eſſe contendens, audienda fuit utraque vox, quia univerſæ viæ Domini miſericordiæ & veritas. *Quare etſi poterat Deus aliter humanæ imbecillitati conſulere, eſt enim omnipotens; hic tamen convenientiſſimus fuit modus, quem elegit, ut aſſumpta humana natura, ipſe nodos ſolveret. Factus eſt Deus homo, ut homo fieret Deus:* Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cœlo proſpexit; *conjuncta eſt humanitas divinitati, ut acciperet de plenitudine bonitatis, quod ſua defectum ſuppleret infirmitatis. Fuit hic modus ſalvandi humani generis divinæ bonitati conveniens:*

Modus redemptionis maxime conveniens.

ſatisfactum eſt juſtitiæ ſimul, & miſericordiæ; ſatisfactum eſt amori & odio; placuit hoc divinæ potentiæ, quæ omnem defectum noſtrum ſua virtute ſuperat: placuit & ſapientiæ, quæ nihil fruſtra, nihil non decenter, ac convenientiſſime facit, & licet neceſſitate abſoluta, qua neceſſarium dicimus, ſine quo aliud eſſe non poteſt, incarnatio Verbi neceſſaria non fuit, eo tamen modo, quo neceſſarium accipitur, in quo convenientius & congruentius pervenitur ad finem, dicere non pudet ad reparationem hominis incarnationem Filii Dei neceſſariam fuiſſe: Ego ſum Deus, ego ſum Dominus, & non eſt abſque me ſalvator; *ex perſona Chriſti inquit Iſaias, quia non poterat homo ſalvare ſeipſum, & neceſſarium fuit, ut homo fieret Deus, & Deus homo ſalvaret hominem: propter quod pulcherrime, & ad propoſitum aptiſſime innuit ex noſtris prædeceſſoribus unus in hunc modum de myſterio divinæ incarnationis:*

Qui Deus idem & Salvator ex Iſaia.

Suſcipitur a majeſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad pendendum conditionis naturæ debitum natura inviolabilis eſt unita paſſibili, Deuſque verus, & homo verus in unitate temperatur, ut quod noſtris remediis congruebat, unus atque idem hominum Deique mediator & mori ex uno & reſurgere poſſet ex altero; niſi enim eſſet verus Deus, non afferret remedium, niſi eſſet verus homo non præberet exemplum. *Intelligis quam convenienter Filius Dei carnem aſſumpſerit ut Deus, & mortem obierit ut homo.*

D. Leonis inſignis ſententia.

LXIX.

Iſaiæ de incarnatione Verbi teſtimonium.

Sed quæris teſtimonia antiquæ legis? non negabimus, præſto ſunt: Ecce, *inquit Iſaias,* Virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emanuel, *quod interpretatur,* nobiſcum Deus; *quomodo nobiſcum Deus niſi quia* Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis? *& iterum ejuſdem prophetæ verba ſunt:* Puer natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, cujus imperium ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. *An non ſic myſterium incarnationis plane oſtenditur, & quæ tunc futura erant tamquam præterita manifeſtantur?* Puer, *inquit,* natus eſt nobis, *quia natus eſt in humana paupertate,* & datus eſt Filius, *quemadmodum Joannes ait:* Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, *datus eſt Chriſtus ex divinitate, natus ex humanitate, natus ex Virgine,* cujus imperium ſuper humerum ejus. *Quod eſt imperium Chriſti niſi lignum crucis, in quo pependit? mundum vicit, aereas poteſtates debellavit, & ſubacto triumphatoque diabolo, in regnum ſuum potenter intravit;* oportuit enim Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam; *ut habetur in evangelio Lucæ. Imperium igitur ſuper humerum ejus, fuit, quia crucem ſuam ſuis geſtavit humeris, quamvis eo fatigato Simon Cyrenæus angariatus ſit eam tollere. Dicitur admirabilis propter ſigna, & prodigia, quæ fecit, lumen cæcis, auditum ſurdis, claudis ambulationem, debilibus fortitudinem, & mortuis vitam reſtituens. Conſiliarius appellatur propter evangelica conſilia quæ adjecit antiquæ legi. Deus aſſeritur, ne putares purum hominem natum, nam Deus humanæ naturæ conjunctus eſt. Fortis, quia ſpoliavit infernum, & portas æreas confregit, & vectes ferreos diſſipavit. Pater futuri ſæculi, quia cælum aperuit electis, & regnum homini præparavit æternum poſt hanc vitam in cæleſti Jeruſalem. Princeps pacis, quia nato Chriſto, clauſum eſt apud Romanos templum Jani, & mira pax eſt orta, &* Gloria in excelſis Deo, *cantaverunt angeli,* & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *unde dicit & alio loco idem Iſaias incarnationem Verbi:*

Cur dicatur imperium Chriſti ſuper humerum ejus.

Dominus judex noſter, Dominus legifer noſter: Dominus Rex noſter ipſe veniet, & ſalvabit nos; *quod perinde accipiendum eſt ac ſi dicat carnem accipiet, & mortem pro nobis ſubibit. Et rurſus;* Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael, *Salvator abſconditus inquit, quia in carne latuit Salvator Iſrael, quia ſua morte noſtram mortem redemit, & ne putes temporalem eſſe ſalutem ſalvationis genus addidit,* Iſrael ſalvatus eſt, *inquit,* in Domino in virtute Domini; *& ſubdit* ſalute æterna, *quam conſecuti ſunt omnes qui ex Iſrael Chriſto crediderunt. Apertiſſimum eſt teſtimonium Iſaiæ. Sed audi Jeremiam; ſua ſunt hæc verba:* Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo germen juſtum ex ſemine David, & regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet judicium & juſtitiam, & in diebus illis ſalvabitur Juda, & habitabit Iſrael confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Deus, juſtus noſter. *Conſidera verba, & attende myſteria.* Suſcitabo, *inquit* germen juſtum; *id eſt Chriſtum ſanctum & juſtum:* Ex ſemine David, *ſecundum carnem, quia ex proſapia regia & de ſanguine David Maria mater Domi-*

Alia de Salvatore futuro teſtimonia Iſaiæ.

Hieremiæ teſtimonium quo Chriſtus vocatur Deus.

Aliud ejuſdem.

mini nata eſt: Et regnabit Rex, *quomodo regnabit? Sane quemadmodum ipſe apud Matthæum in evangelio dixit:* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra; *quod eſt Regem eſſe.* Et ſapiens erit; *ut, ſapientia ſcilicet creata, quæ hominis eſt, & increata, quæ Dei eſt, & quæ eſt ante ſæcula:* Et faciet judicium *diſcretionis, & juſtitiam diſcuſſionis, nunc diſcretionis, dum elegit ex mortalibus quos vult, & alios ſuo arbitrio dimittet, & in fine ſæculi juſtitiam diſcuſſionis, quando reddet unicuique ſecundum opera ſua:* In diebus illis ſalvabitur Juda, *id eſt, quicumque crediderint, & baptizati fuerint ſalvi erunt.* Et habitabit Iſrael confidenter; *in ſtatu Eccleſiæ triumphantis:* Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum: Deus, juſtus noſter, *ut ſcias quia Chriſtus ex ſemine David natus eſt non ſolum homo, ſed etiam Deus eſt, nec alteri quam Chriſto hæc verba convenire poſſunt.*

LXX. Aliud ex propheta Baruch.

Accedat & alius propheta Baruch nomine, quid ille ait? Hic eſt, *inquit*, Deus noſter & non æſtimabitur alius adverſus eum. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo; poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. *Docent hæc aperte incarnationem verbi, & hominem factum Dei filium manifeſtant. Nunc de morte audi, & eos contemnito, qui Chriſtum eſſe tranſlatum, & quendam mortuum, ſed incredibili dementia citra diem ſupremum judicii cum omnibus angelis interficiendum putant. O nefandam audaciam, & ſtultitiam alios inauditam! Dimittimus Angelos, quorum ſubſtantia incorporea eſt, & immortalis, Chriſtum interfectum negant, & ajunt interficiendum. At David ex perſona Chriſti:* Quæ non rapui tunc, *inquit*, exolvebam, *quia non peccavit, & pœnas dedit, & pro alieno delicto mortem ſubiit, quod manifeſtius Iſaias oſtendit dicens:* Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus. Omnes enim nos quaſi oves erravimus, unuſquiſque in viam ſuam declinavit, & Deus poſuit ſuper eum iniquitatem, *id eſt pœnam pro iniquitatibus expiandis*, omnium noſtrum. *Et ſubditur:* Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum. *Et paulo poſt:* Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt, ipſe multorum peccata tulit, & pro tranſgreſſoribus rogavit. *Si vidiſſet propheta paſſionem Chriſti, vix potuiſſet apertius loqui. Nec Jeremias tacuit tormenta Domini, quem cum in ligno crucis ita loquentem inducit:* O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. *Et ipſe Salvator*

Ut Prophetæ prædixerint eum pro peccatis hominum paſſurum.

de ſe ait: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. *Et iterum:* Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed vitam æternam habeat. *Et ne de morte dubites, ſcribit evangeliſta:* Cum accepiſſet Jeſus acetum dixit: Conſummatum eſt; & inclinato capite emiſit ſpiritum. *Prophetæ Chriſtum moriturum, & a mortuis ſurrecturum prædixerunt: evangeliſtæ & obiiſſe in cruce, & ſepultum reſurrexiſſe tertia die affirmant. Certa res eſt, nihil ambiguitatis habet, veritati omnia conſonant. Reſurrexit Dominus, aſcendit ad cœlum, & venturus eſt iterum, & faciet judicium in fine ſæculi. Tua lex hæc non recipit, quia non ſapit de Chriſto, quæ ſapere oportet; cujus alterum adventum non ſolum evangelium, ſed antiqui etiam vates oſtenderunt, ſicut paulo ante de Jeremia diximus. Conteſtis ejus eſt Daniel, dicens:* Ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum pervenit. *Et ſequitur:* Et dedit ei poteſtatem, & regnum & omnes populi, tribus, & linguæ ſervient ei. *Quibus verbis vere doctores judicium Chriſti facile inveniunt in fine mundi. Et ipſe Chriſtus de ſeipſo loquitur:* Dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos judicantes duodecim tribus Iſrael. *Et in actibus Apoſtolorum legimus conſtitutum eſſe Chriſtum a Deo Patre vivorum, & mortuorum judicem. Hæc nos de Deo ſentimus, hæc & firmiter credimus, hæc ſalubriter prædicamus, æternam vitam promittentes omnibus, qui Chriſto credunt, & in Trinitatis nomine baptizati opera faciunt evangelio digna.*

Ut Chriſtus ſuam paſſionem prædixerit.

Prædixerit & reſurrectionem.

Negant Mahometiſtæ adventum ſecundum Chriſti.

Contraria prophetarum teſtimonia.

Quæres quæ ſit iſta vita æterna, quid agat illic homo, qua voluptate lætetur, & quam beatitudinem aſſequatur. Reſpondemus cum evangelio Joannis: Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Summa ibi felicitas erit videre Deum in ſua natura, & ejus perfrui bonitate gaudium noſtræ mentis erit. Hoc ſatiabimur, hac implebimur. Hinc ſumma felicitas erit habere Deum, & Deum cognoſcere:* Videmus enim nunc per ſpeculum, *ait Apoſtolus:* Tunc facie ad faciem, *& in jubilo teſte Job:* In facie Domini videbimus lumen, & ſatiabimur, cum apparuerit gloria ejus. *Et erimus ſibi ſimiles, ſicut ait Joannes:* Nec oculus vidit, *inquit Iſaias*, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Dominus diligentibus ſe. *Et Apoſtolus non eſſe dignas paſſio-*

De beatitudine hominis & in quo collocetur a Chriſtianis.

poſſiones hujus ſæculi decit ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

LXXI. Quam beatitudinem ſuis Mahometes promittat.

Tua lex in alia vita flumina lactis, & mellis & vini promittit, & ciboria delicata, & uxores multas, & concubinas, & virginum coitus, & angelorum in turpibus obſequiis miniſterio, & quidquid caro depoſcit. Bovis hæc paradiſus, & aſini potius, quam hominis eſt. Nam quis mortalis eſt, hominis habens faciem, qui per omnem vitam ſuam corpori ſerviat? quis non aliquando in mentis ſeceſſum abit? quis non paſcit intellectum aliquando, & a ſenſibus recedit ſpeculando. An non eſt honoris, & gloriæ voluptas multo jucundior, & diuturnior, quam veneris? An non dulcior eſt bene acta vita laus, quam cibus ipſe, vel potus? bibit ſapiens atque edit ut vivat, tua lex ideo vitam appetendam homini exiſtimat, ut edat & bibat. Sicut in hoc ſæculo carneus fuit legifer tuus, ita & in futuri carni ſtudendum putavit: neque curavit ſociare mentem, cui omne ſtudium fuit implere ventrem, atque in ea re ſummum bonum eſſe putavit, quod neque gentiles philoſophi, præter paucos, admiſiſſent, inter quos fuit ſumma de ſupremo bono diſſenſio: alii in doloris privatione felicitatem poſuerunt, ut Diodorus *: alii in honeſtate voluptati conjuncto, ut Calypho: alii in ſcientia ut Erilus *: alii in ſola virtute atque honeſtate, ut Zeno & Stoici: alii in bonis animi & corporis & fortunæ, ut Ariſtoteles, & Peripatetici: ſoli Ariſtippus, & Epicurus, & eorum ſchola ſummum bonum in voluptate locaverunt, atque hic tua lex conformis eſt, qui ſux omnium philoſophorum & fœtidum cœnum fuere, nec tamen in eo errore fuerunt, ut hanc fœlicitatem in altero ſæculo expectarent, quibus futuræ vitæ ſpes nulla fuit mortalem animam exiſtimantium.

* Democritus.
* Erophilus.
Cum Epicuro ſenſit.

LXXII. Noſtri philoſophi ſummum bonum nec in terra nec in ſenſu, ſed in cœlo, & in Deo quærendum cenſent, & eo ſatiandam mentem exiſtimant, & natura inſtinct, nos, ut cœlum aſpicientes eo votis omnibus aſpiremus, ſicut eſt illud poeticum:

> Os homini ſublime dedit cœlumque tueri.
> Juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Demonſtratur carnalem voluptatem non eſſe finem hominis.

Quis neſcit finem his præſtare, quæ ſunt ad finem? omnia hæc corporea oblectamenta ea reperta ſunt, ut ſpes hominis conſervari & in ſuum finem per hæc adduci poſſet: quis aut ederet, aut biberet, aut procreandis liberis operam daret, niſi eſſet in his aliqua delectatio; at hæc non eſt finis hominis, qui ad Deum factus eſt, & niſi ad Deum veniat, nunquam quieſcit, nec per carnales delectationes ad Deum ipſum pervenitur; ſed quanto his magis immerſus eſt homo, tanto eſt ab ipſo Deo remotior, qui aliquando eo beatior exiſtit, quanto angelicæ divinæque naturæ magis, ac magis adhæret, nec curat carnalia deſideria, qui bonis fruitur ſpiritualibus: ſicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt, ſic deliciæ ſpirituales carnalibus non cohærent. Trahunt illæ ad ſe humanam naturam, & totam in ſe rapiunt, nec ſtatere ſinunt niſi quæ caro appetit: Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro, ut inquit unus ex noſtris. Tua lex in paradiſo voluptates admittit, quas nec Solon nec Lycurgus permiſit in terra: quot ſordities de cibo, & potu & aliis voluptatibus oriuntur, quas in paradiſo nefas fuerit nominare? aut enim gignerentur ſine fine homines, & implerent omnia nunquam morituri, aut fruſtra eſſet permixtio maris & fœminæ ſine fructu, quæ etiam in hoc mundo damnatur.

Refellitur ſuillus Mahometis paradiſus.

LXXIII. Dicis: Quid ergo fœminis opus eſt, ſi non eſt coitus? dicimus & nos, quid opus eſt coitu ſi non eſt generatio propter voluptatem decet? At hæc fœda voluptas eſt & indigna, quæ paradiſum non ingreditur, nam quomodo illic permiſſa erit hæc turpitudo, quæ hic tamquam obſcœna prohibetur, & tantum propter ſobolem, aut evitandi majoris mali cauſa permittitur. Hippocrates divinæ vir ſcientiæ venereum coitum partem eſſe quandam morbi teterrimi exiſtimabat, quem noſtri comitialem dixerunt. Quis igitur habens aliquod humani pudoris, ac ut verbis cujuſdam gentilis utamur, voluptatibus illic duabus coeundi atque comedendi, quæ homini cum ſue atque aſino communes ſunt, gratuletur? Non ſunt hæc quæ pia mens in cœlo requirat. Dicis iterum. Non plena erit felicitas in paradiſo, ſi aliquod defuerit oblectamenti genus: ergo ut exiſtimas, cum variis rebus oblectentur homines ſaltatione, venatione, piſcatione, ludo, lucro, cantu, cibo, potu, venere, & aliis quampluribus, eadem omnia in paradiſo tuo requires, & cum Virgilio dices:

> Quæ gratia curſus
> Armorumque fuit vivis quæ cura nitentes
> Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

LXXIV. Ut Beatitudo locanda ſit in viſione & amore Dei.

Vana hæc philoſophia eſt, quam nulla unquam civitas bene inſtituta recepit. Nos ut diximus, mentis gaudia & ſpirituales delitias quærimus. Beatitudo noſtra quam expectamus in altera vita, eſt ipſa Dei viſio, qua nihil optabilius inveniri poteſt. Videbit enim beatus animus quæ ſunt in cœlo, & quæ ſub cœlo, quid erit quod ejus aſpectum fugiat, qui videbit videntem omnia? quæ nunc videntur obſcura de Deo, de Trinitate, de incarnatione Verbi

de

de proceſſione Spiritus Sancti, de ſacramentis eccleſiæ, de cæteris arcanis, tunc aperta erunt & manifeſta, nullum deerit oblectamentum, nihil requiret ultra plenus animus; nam quid pleno opus eſt? nihil illi deeſt, qui nihil cupit: deſideria noſtra implebit optimus, ac maximus Deus, in quo omnia bona ſunt, nec ullum cupiditatibus noſtris relinquet locum. Erit Deus omnia in omnibus, qui ſine fine amabitur, ſine defatigatione laudabitur. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit illius ſupernæ civitatis quanta ſint gaudia? Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari. Neque illic beatitudo humani corporis in epulis erit aut in vino, aut in coitu. Ex redundantia beatitudinis animæ glorificabitur corpus ipſum & ſimilitudinem ejus induet: fulgebit tamquam ſol in conſpectu Dei, tenuitati ejus nulla reſiſtet materia, levitas & agilitas infinita ſpatia in ictu oculi permeabit, nihil erit quo amplius lædi poſſit: inviolabile erit, & impaſſibile more animæ; & ita totus homo exultabit, & dicet cum propheta: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. *Nec fruſtra erit differentia ſexuum, aut artus reliqui ſuperfluent: reſurgent viri & feminæ integris membris, & non ſolum in ſpecie, ſed in ipſo individuo humanæ naturæ perfectio redintegrabitur: nec tamen animales operationes aderunt, nec commixtio maris, & feminæ, quia ceſſabit cauſa, propter quam fuerat introducta, erit enim completa multitudo hominum a Deo præfinita, nec ullus erit carnalis appetitus, nec pulſabit tentatio: inimici non patebit inſidiis locus: cum perventum fuerit ad triumphum, pax ibi ſtet inconcuſſa quies, & ſumma concordia vigebit.*

Quanta illa futura ſit.

In corpori impaſſibili deerunt paſſiones animales.

LXXV. *Vides inter tuam, & noſtram beatitudinem quantum intereſt? noſtra felicitas nobiliori hominis parti, id eſt, animæ reſpondet, tua viliori, id eſt, corpori; noſtra mentalis eſt, tua carnalis: noſtra fulgens & nitida, tua obſcura & fœtida: noſtra cum angelis ipſi Deo communis eſt, tua cum ſuibus & aliis pecoribus: noſtram docti omnes laudant, tuam vituperant: noſtra cælo digna eſt, tua etiam in terra reprehenditur. Sed dices, ſacris etiam codicibus convivia reperiri, quæ futura videntur in cæleſti Jeruſalem potu ciboque plena, inquit enim Iſaias:* Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium. *Et in ſapientia legimus:* Miſcuit vinum, & poſuit menſam. *Et iterum:* Venite & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. *Et in Eccleſiaſtico:* Cibavit illum Deus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ potavit illum. *Et Dominus apud Lucam:* Ego, *inquit,* diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. *Omnia hæc & his ſimilia ſpiritualem habent intelligentiam, quia de menſa ipſa ſapientiæ non corporalis vel cibus, vel potus aſſumitur, ſed mentalis, qui ſuaviſſimus eſt, ac mundiſſimus, & hic eſt, quem nos expectamus in futuro ſæculo. Tanto eſt igitur noſtra dignior, quam tua felicitas, quanto nobilior, & divinæ beatitudini propinquior. Sed attingamus nonnullas alias tuæ legis ineptias, quæ tum ſacris literis adverſantur, tum philoſophicas rationes excludunt.*

Beatitudo Mahometanorum communis cum porcis fingitur.

Cur cibi & potus a prophetis mentio fiat in regno Dei.

LXXVI. *Dicit legifer tuus, quod tetigit eum Deus manu ſua inter humeros, & uſque ad medullam dorſi ejus penetravit frigus, quod perinde eſt, ac ſi corporeum eſſe Deum affirmet, quia tactus non eſt niſi per corpus, nos incorporeum dicimus Deum. Ait enim Iſaias ex ore Dei.* Ego cœlum & terram impleo; *quod non poſſet fieri ſi corporeus eſſet; & propterea dicit in pſalmis David;* Spiritus Domini replevit orbem terrarum; Spiritus, *inquit,* Domini, non corpus Domini. *Et Joannes in Evangelio;* Spiritus eſt Deus. *Philoſophi Deum purum actum dicunt eſſe, principium omnium rerum naturæ omnino ſimplicis & æternæ, quod ſi corporeus eſſet, eſſet compoſitus ex elementis aut alia materia, & poſterior ſuis partibus, neque ſimplex, neque primus, neque origo rerum; & creaturas haberet ex ſeipſo excellentiores, angelos ſcilicet nobiliora ſunt enim ſpiritualia, quam corporea quod eſt opinari abſurdum, ne dicam aſſerere; nec ſimul ſtare poteſt, ut cauſa cauſarum ſit Deus, ſicut philoſophi volunt, & compoſitus inveniatur; eſſet enim ab alio compoſitus, & illum nos potius diceremus Deum, qui eum compoſuiſſet: non eſt igitur corporeus Deus, quia compoſitus non eſt. Nec movemur quia in ſacris literis, & caput, & manus, & pedes, & oculi, & digiti, & cor, & uterus, & hujuſmodi attribuantur Deo, utitur enim Spiritus Sanctus, qui loquitur in ſcripturis, vocabulis, quæ ſunt in uſu per ſimilitudinem quamdam, ſicut dicit Ezechiel ex perſona Dei:* Ego viſionem multiplicavi, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum eis; *eſt enim naturale homini per ſenſibilia ad intelligibilia pervenire, & omnis noſtra cognitio a ſenſu capit exordium. At idcirco ſpiritualia nobis in ſacris codicibus ſub metaphora corporalium exhibentur, quodque ita fit, ut etiam rudes aliquid capiant, qui alioquin eſſent divinæ ſapientiæ minus idonei auditores.*

Tribuit Deo Mahometes corpus frigidius glacie.

Si Deus compoſitus eſt partibus ſuis poſterior eſt.

Compoſitor potius illius Deus putandus.

Cur membra Deo tribuant aliquando prophetæ.

LXXVII. *Dicit præterea tuus Mahometes, omnium peccatorum cauſam eſſe Deum, & exclamans his verbis utitur:* O Deus, quibus vis

Fingit Mahometes Deum eſſe authorem peccati.

vis bonam, quibus vis malam viam præbes; *nos mortale peccatum averſionem quandam dicimus ab ultimo fine, nec poſſibile cenſemus Deum, qui ultimus finis eſt, voluntatem cujpiam a ſe avertere, eſſet enim ſibi ipſi contrarius; & ſi Deus omnia diligit quæcumque fecit, ut eſt illud ſapientiæ:* Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti; *quomodo conſentaneum eſt, ut peccati cauſa ſit ipſe Deus, cui dixit in pſalmo David:* Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem? *& in eccleſiaſtico legimus:* Omne detrimentum erroris odit Deus; *contraria ſunt amor, & odium. Audi ulterius intolerabilem tuæ legis errorem:* Si nobis, *inquit*, adverſa incumbunt, incubuerunt & cæteris, ſunt enim iſtæ dies, caſus, & fortuna. *Negat divinam providentiam curare mortalia; nos de divina ſapientia dicimus, quod* attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter. Nec, *ſummæ Dei bonitati convenit ea negligere, quæ creavit; propter quod inquit per Matthæum Dominus.* Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt.

Refellitur blaſphemus error.

Negat Mahometes divinam providentiam.

LXXVIII. Fingit angelos ex igne creatos & mori.

Addit Mahometes angelos creatos ex flamma ignis, & peccare, & mortuos eſſe. Nos cum propheta dicimus, quod Deus fecit angelos ſuos ſpiritus, & creavit eos ex nihilo, & philoſophos nobiſcum ſententes habemus, qui omnes angelos, quos vocant intelligentias, incorporeos eſſe dixerunt: nec peccatum in angelis reperiri poſſe cenſemus, qui Deum in eſſentia videntem omnia vident, & omnia intelligunt ad ſuam perfectionem neceſſaria: nec eſt inter ignorantia peccati mater, nec ſubjectam corruptioni angelicam naturam arbitramur, quia non eſt materia, quæ ſeparari poſſit a forma, ſed ipſa forma per ſe ſubſiſtit incorruptibilis, & immortalis. Origenis præclari, & excellentis ingenii viri, ſicut multa extant præclariſſima opera, ita nonnulli perverſiſſimi errores reperiuntur, inter quos unus ille eſt, quod dæmones per Dei miſericordiam liberandos eſſe aliquando aſſerit. Hunc ſecutus eſt Mahometes qui ſolvandos per alcoranum malos angelos affirmat: nos cum Iſaia de omnibus damnatis ſive hominibus ſive angelis unam ſententiam habemus, quod vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur; & Salvator in evangelio damnatis in ultimo judicio ignem æternum repromittit diabolo, & angelis ejus præparatum.

Dæmones per Alcoranum ſalvandos ſomniat.

LXXIX. Animam effinxit eſſe portionem animæ Dei.

Quid quod tuus legiſer animam humanam portionem aſſerit animæ Dei? Sicut nonnulli philoſophi palam tradiderunt, & Manichæi ſequuti ſunt; nos humanam animam ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factam dicimus, ſicut ſcriptum eſt in geneſi: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; *quod de anima dictum eſt, non de corpore, quod ſi anima hominis portio eſſet Dei, eſſet utique Deus, nec eſſet homo non Deus, quod dicere ſtultiſſimum eſt cum manifeſtum ſit, labi hominis animam a bonitate in malitiam, a veritate in errorem, a gaudio in triſtitiam, a ſpe in deſperationem: quod eſt a Dei ſubſtantia penitus alienum.*

Quæ abſurda ex eo ſequantur.

LXXX. Alias fingit omnes ex materia produci.

Nec illud verum eſt, quod in veſtra lege traditur, animas hominum ex materia productas eſſe omnes. Aſſerunt enim philoſophi ab extrinſeco eſſe homini intellectum, ſed quod innatus ſit ſpiritus vitæ juſſu Dei, & theologi rationales animas omnes ex nihilo creatas dicunt, & Adam, cum factam vidiſſet feminam: Hoc os inquit, de oſſibus meis & caro de carne mea: *non dixit animam de anima, & propterea in pſalmo cantitur:* Qui finxit ſingillatim corda eorum: *ponitur enim cor pro anima, quia ſedes ejus in eo eſt, & Deus ſibi animarum productionem reſervavit propter earum dignitatem qui per Iſaiam ait:* Omnem flatum ego feci; *quod intelligitur de flatu ſpirituali, qui eſt rationalis anima. Præterimus quod cœlum ex fumo factum dicitis, quod ſi verum eſſet corruptioni ſubjaceret. Prætermimus quod ſolem & lunam æquales ab initio virtute & lumine tuus propheta teſtatur. Nos dicimus cœlum ex nihilo creatum, & duo luminaria magna feciſſe Deum ab initio, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti.*

Ut creentur a Deo ex nihilo.

Cœlum ex fumo factum finxit.

LXXXI. Polygamia ob eodem inducta.

Ad illud tranſimus, quod in veſtra lege dulciſſimum, & ſaluberrimum eſſe putatis, uxores multas ducere: quod ſi Deo placuiſſet creato homini ab initio, non unam tantum ſociam præbuiſſet, ſed plurimas, nec dixit Deus relinquet homo patrem, & matrem & adhærebit uxoribus ſuis, ſed uxori ſuæ dixit, nec amicitia inter virum, & uxorem vera eſſe poteſt, ubi non eſt æqualitas: cur vir pluribus miſceatur, mulier vero uni tantum adhæreat, cujus eſt in alias plures diſtractus amor? Nec propterea numerus hominum augetur, quia plures uni nubant fœminæ, cum totidem viri privati conjugio ſine prole decederent, & præſertim cum mulieres pauciores numero exiſtant. Iniqua inſuper res videtur, & naturali adverſa libertati, unius urbis civium alios multiplici matrimonio uti, alios in ſolitudine degere, nec propterea laudanda conſuetudo, quod in veteri lege pleroſque ſanctos viros pluribus uxoribus fuiſſe conjunctos legimus, quia non id ex lege, aut ex voluptate fecerunt, ſed divina quadam diſpenſatione, ad ſobolem procreandam, quæ creſceret in cultu Dei. Tacemus de divortio, quod eſt contra legem evangelicam, & de adulterio, & fornicatione, & aliis ſceleribus, quæ licet antiqua lex deteſtetur, & nova prorſus abominetur, apud vos tamen conceſſa videntur. Non eſt quod omnia tuæ legis errata percurramus, quando neque nobis ſcribendi

Refellitur.

Innumera alia ſtulta finxit Mah.

bendi, neque tibi legendi ſatis eſt otii, & tu ipſe pro tuo ingenio multa intelligis adeo ſtulta eſſe, ut nulla poſſint ratione defendi.

LXXXII. *Tota de Deo quæſtio eſt, huc omnia referuntur, totum in hoc conſiſtit, ut Chriſtum Jeſum Deum eſſe credamus; quo conceſſo neceſſe eſt ejus legi obedire, & ejus verbis credere, qui verax eſt, & mentiri non poteſt. In ejus lege Trinitatem, de qua ſupra diximus, in unitate divinitatis comperimus, & incarnationem verbi, & proceſſionem Spiritus Sancti, & reliqua omnia quæ retulimus uſque ad extremum judicium: quod autem Chriſtus Deus ſit, jam ſupra oſtenſum eſt ex veteri lege atque prophetis. Licet etiam ex tua lege monſtrare, quæ prophetam & ſanctum virum fuiſſe Chriſtum aſſerit; ſi propheta & ſanctus, ergo verax: ſi verax & Deus, nam Deum ſe ipſe teſtatus eſt dicens:* Ego & Pater unum ſumus. *Et:* Qui videt me, videt & Patrem. *Et ſi* creditis in Deum & in me credite. *Et alia multa hujuſmodi, per quæ divinitas Chriſti colligitur, & æqua cum Patre, & Spiritu Sancto majeſtas. Bene eſt igitur, ut legem noſtram amplectaris, quæ verax eſt, & ſalubris a Deo data, & tuam relinquas, in qua non veritas neque ſalus, homo illam tulit peccatis & ignorantia plenus. Intellexiſti quanta adduximus ex veteri lege teſtimonia, quibus Deus oſtenditur & homo Chriſtus Jeſus, & pro noſtra ſalute ſupplicio crucis affectus.*

Aſſerit Mahometes Chriſtum fuiſſe prophetam veracem. Quæ ſequantur ex ea aſſertione.

LXXXIII. Cohortatio Pii ad Mahom. II. Imp. *Audiviſti ſacroſancti evangelii atteſtationes, & ipſius Chriſti voces, quem tua lex ſanctum habet. Quid igitur obſtat baptiſmo? quid prohibet aquam? quid moraris? ingredere jam tandem ſalutis iter, & cum præcellentibus viris, & magnis Imperatoribus ad æternam ſalutem ſub Chriſto pervenito. Diximus de Conſtantino ſeniore, & Philippo, qui rempublicam tenentes in Chriſtum credidere. Poſt Conſtantinum ceteri Cæſares idem iter ſecuti ſunt, & in fide noſtra dormierunt, excepto Juliano apoſtata, qui ex monacho Cæſar factus tranſivit ad idola, quæ vitam laxiorem promittebant. Sed ille bello Perſico pœnas dedit, & ſagitta confoſſus in incertum miſſa, coactus eſt moriens dicere:* Viciſti Galilæe; *ſic enim per contumeliam vocabat Chriſtum. Fuerunt & aliqui ſchiſmatici, & hæretici, qui etſi Chriſtiano nomine, non tamen recta inceſſerunt via. Imperatores Chriſtiani nullo errore polluti inventi ſunt Jovinianus, Gratianus, Valentinianus, Juſtinus, duo Theodoſii, Arcadius, Honorius, Carolus magnus. Lodovicus & plures Francici, & Theutonici, tres Othones, Henrici aliquot & non pauci ſub aliis nominibus; prætereimus alios Reges fama claros, qui vel in Gallia, vel in Hiſpania, vel in Anglia, vel in aliis provinciis Chriſtianis ſacris initiati fuerunt, & in Domino mortui ad vitam creduntur migraviſſe beatam. Cum his non eſt cur te pudeat Chriſti jugum ſubire, & ſub eo regnare, per quem Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Multos invenies Reges, qui te colentem Chriſtum honorabunt: etſi eorum aliquando horrebant Reges Chriſti nomen, & propter idola Chriſtianos perſequebantur, poſtea tamen propter Chriſtum idola deleverunt.*

Tot Cæſarum exemplo propoſito.

Quam illi honorificum futurum ſit ſi Chriſtum profiteatur.

LXXXIV. *Honeſta hæc ſocietas eſt, cum qua te vocamus in viam veritatis & pacis, illa nihil dignitatis habet, cum qua te tua lex in devia rapit; nam præter Othomannorum familiam, de qua natus es, & illuſtres progenitores tuos, quis eſt qui magnopere laudari inter Saracenos queat? Celebratur Saladinus quidam, & aliqui pauci nomen habent, quia res memoria dignas geſſere. At Chriſtianorum excellentiſſima nomina omnes hiſtoriæ impleverunt. Noti ſunt in Syria, & in Ægypto, & in Aſia Godefridus, Balduinus, Boamundus, Tancredus, Conradus Philippus, & alii admodum multi, qui ab extremis Galliarum, & Germaniæ finibus cum ingentibus copiis Jeroſolymam petiere, iterque ſibi per medios hoſtes ferro paravere. Hos tibi comites damus, cum his te Chriſto jungere cupimus: honeſtiores hi ſocii ſunt quam Ægyptii effeminati, aut imbelles Arabes. Tua origo, ſicut accepimus, Scythica eſt; inter Scythas multos fuiſſe viros in armis claros memoriæ traditur, qui vectigalem Aſiam pluribus ſeculis tenuerunt, & Ægyptios ultra paludes ejecerunt. Non ſunt comparandi, aut Ægyptii, aut Arabes Scythico generi; non eſt forti, & ignavo æqua ſocietas: mirandum eſt tantum potuiſſe ſuis faſcinationibus Arabes, ut audaces & præſtantes Scythas in ſuam ſocietatem adduxerint. Quid dicimus ſocietatem? non eſt hæc ſocietas, ſervitus eſt, quando eorum lege ſubjectus es, quæ utinam lex eſſet, & non deceptio ac præſtigium. Conformior tibi cum Chriſtianis ſocietas erit; fortibus viris facile amicantur fortes, virtus virtuti placet, pulchra, & ſtabilia ſunt inter æquales conſortia, ſi eadem religio eſt, idemque cultus Dei. Age igitur accipe Chriſtianos ſocios, accipe fidem & baptiſmum, qui te hic faciet in terris magnum quoad vixeris, & poſt obitum in cœlo beatum reddet.*

Ut Chriſtianorum gloria Saracenorum gloriam ſuperet.

Turcarum origo.

LXXXV. *Audiſti promiſſa evangelica, & quomodo cuncta, quæ diximus, veteris legis auctoritate probantur, ſed times ne te decipiamus. Recordaris tui legiſlatoris, qui aſſerit legem & prophetas a Judæis, evangelium a Chriſtianis eſſe corruptum, tantumque de veritate, vel novi teſtamenti, vel veteris remanſiſſe, quantum alcorano continetur. Exploratum id forſitan arbitraris, & verum eſſe, atque idcirco teſtimoniis noſtris*

Finxit Mahometes veterem legem a Judæis, novam a Chriſtianis corruptas.

ſtris

Digitized by Google

ſtris non adhibes fidem, nec baptizari audes nec in Chriſtum credere. Utinam tam bonus fuiſſet tuus legifer, quam callidus; tam verax quam verſutus; tam juſtus quam iniquus: tota eſt artificioſa & fraudulenta lex ejus, nam qui divinum ſibi abeſſe auxilium non ignorabat, ad humanas confugit aſtutias: cupiebat legem condere, quæ ſibi nomen daret, famamque etiam per flagitia cuptabat, ut Nicoſtratus ille, qui Dianæ Epheſiæ templum incendit,

Mira & impia artes impoſtoris.

& animadvertens antiquam & novam legem, quamvis honeſta eſſet, duram tamen vulgo videri, & ſervatu difficilem, fieri poſſe exiſtimavit, ut innumerabiles populi in ſuas traditiones concederent: nam gentiles quamvis laxiori lege tenerentur, quam Chriſtiani, continentiam tamen, & modeſtiam & frugalitatem commendabant, & philoſophis auſcultabant virtutis amatoribus, neque ſinebant ſuos cives corrumpi vitiis, aut voluptate marceſcere.

LXXXVI. Crevit igitur ſecta Saracenorum licentia vitiorum: placuit uxores ducere, quot mallent, eaſdemque dimittere cum diſplicere cœpiſſent, habere concubinas quamplures, & in omne libidinis genus poſſe provolvi, indulgere ventri cuncta, quæ vellet, & ori, præter vinum, univerſis immergi voluptatibus: etſi enim aliqua jejunia in lege tua præcipiuntur, id etiam ad irritandam voluptatem factum eſt, nam Saraceni diem jejunantes, nocte quam longa eſt epulantur, & bibunt, nec alium ob cauſam vini uſus interdictus eſt; niſi quia noceret in ardenti terra, qualis eſt Arabia, & major eſt in frigidis voluptas poculis. Hoc unum ergo Mahometis inventum fuit, ut legem propagaret ſuam, ea præcipiens, quæ grata eſſent auditoribus, & maxime plebibus, quæ jumentis ſimiles exiſtunt; nec fefellit eum opinio in hac parte: placuit nova lex & brevi tempore ita crevit, ut in multis populis, gentibus, ac linguis reciperetur, cui fundamenta in voluptate jacta fuerunt.

Crevit Mahometiſmus ex vitiorum licentia.

Vulgi cupiditati legem accommodavit.

LXXXVII. Verum ſicut agricola non imprudens poſtquam vineam plantavit, foſſam circumducit & ſepem, ne diſtruatur a feris, ita & Mahometes ſuam legem conſervare ac munire ſtatuit: animadvertit homo ſagax duobus modis ſuum dogma convelli poſſe atque confundi, authoritate ſcilicet & ratione, atque adverſus hæc duo, quæ poterant invenire remedia non neglexit: authoritati oppoſuit, quod paulo ante retulimus; antiquam ſcilicet, & novam legem depravatam eſſe, nec quidquam veri reſtare, niſi quod alcoranus haberet: rationi arma objecit, jubens ne quiſquam de ſua lege diſputaret, neve rationem quæreret; in eum, qui contra niteretur, ferro vindicandum eſſe, atque hujuſmodi vallo callidus veterator communivit. Sed non hic adamantinus murus, neque ferreus, neque ex vivo lapide; fragilis materia eſt: creta & luta munita domus facile oppugnabitur, neque reſiſtet telis noſtris. Facile ruunt ædificia in arena fundata, aggrediamur hæc telis tuæ legis munimenta.

Ejus ars ad eam ſtabiliendam.

Authoritatem mendacio evertit.

Intentatâ morte de ſua lege diſceptari vetuit.

LXXXVIII. Corruptionem in primis ſacrarum literarum objicitis. Hoc ei probandum fuerat, qui factum aſſerit: nobis ſatis erat negare factam. Libet tecum aliter agere, & apertam tui legiſlatoris calumniam oſtendere. Lex Judaica, quam Moyſes & prophetæ tradiderunt, antequam Mahometes naſceretur, pluribus ſæculis ſcripta fuit, & multis in locis promulgata, & in alienas tranſlata linguas, nec fuit unus interpres, ſed plurimi, rogante Ptolemæo Philadelpho, ſeptuaginta presbyteri legem interpretati ſunt, & conſona dixerunt. Aquila etiam & Theodotion, & Symmachus, & alii vetus teſtamentum traduxerunt: facta eſt antiqua lex & Græca & Latina multis ætatibus, antequam tua promulgaretur, impletæ ſunt omnes bibliothecæ Moyſis & aliorum prophetarum traductione. Alexandriæ, Romæ, Athenis, Carthagine, Syracuſis, Toleti, Lugduni, & in omnibus locis quæ inſignia eſſent ſive apud Græcos, ſive apud Latinos vetus teſtamentum ex Hebraica veritate traductum & habebatur & publice legebatur. Quis ille Judæus tam potens fuit, qui corrumpere legem ubique gentium potuit? nondum natus erat Chriſtus, cum LXX. interpretum editio facta eſt: quo tempore nulla erat cauſa corrumpendæ legis, cum nulla eſſet cum Chriſtianis nondum natis de lege contentio: nec propter alios oportebat aliquid legi detrahere, qui legem non acceperant, nec propter ſe, qui talem acceperant & laudabant.

Demonſtratur corrumpi non potuiſſe ſacras literas.

Vetus teſtamentum ubique ante Chriſtum promulgatum fuit.

LXXXIX. Si qua corruptio intervenit, in ea potuit intervenire, quæ apud Hebræos remanſit, non in ea, quæ inter Latinos & Græcos divulgata eſt, & per infinitas diffuſa provincias, quanquam nec Judaica corrupta eſt, quæ uſque in hanc diem cum Græca & Latina traditione concordat: difficilis ac pene impoſſibilis fuiſſet corruptio in tot manibus: Mahometi levo fuit unum codicem corrumpere, & illum tanquam verum his tradere, qui ſibi ab initio crediderunt: quod ſi multi ſunt hodie apud vos codices unius continentiæ, non tamen idcirco veritas in eis eſt, ab uno enim, qui falſus erat, emanantes omnes falſitatem continent, quia non defluunt ex amaro fonte dulces rivuli. Quærimus ex te, magne princeps, ſi, te judice, duo rationum codices afferuntur, quorum alter ex altero tranſcriptus exiſtat, & in eo, de quo facta eſt tranſcriptio, Sempronius mille debere talenta ſcriptus eſt, in exemplato duo millia, cui potius fidem dabis? An non exempla magis quam exemplato? Hebræi parentes antiquæ legis exiſtunt, & apud eos exempla legis.

Ex aliquibus libris corruptis a Mahomete non ſequitur omnes fuiſſe corruptos.

gis habentur, apud alios exemplaria.

XC. Similitudo eximia qua refelluntur Mahometani.

Rurſus ex te quærimus, quatuor inveniuntur rationum libri apud quatuor negotiatores, Seium, Gajum, Titium, & Sempronium, in eo quem Sempronius producit creditor ipſe Lucii in centum talentis ſcriptus invenitur, in aliis debitor, cui credes? quid reſpondebis? an non tres libros uni præferes? certe non dubitabis præferre, ſi ita judicas ſoluta quæſtio eſt. Quatuor libri vetus habent teſtamentum, unus eſt Hebræorum, alter gentilium, tertius Chriſtianorum, ultimus Saracenorum, qui a cæteris diſcrepat, mendax enim eſt, nam reliqui conformes inveniuntur, nam & Græci, qui gentiles erant ante Chriſti adventum, & Latini ante Mahometem vetus teſtamentum non alio modo habuerunt, quam nos hodie habemus. Hoc fortaſſe infitiari poſſes, quia non reperiuntur hodie gentiles, qui bibliothecas habeant veteres. Sed interroga Judæos: invenies vera eſſe quæ dicimus, & adhuc extat Joſephus Hebræus, qui tranſlationem antiquæ legis in manu Ptolemæi, quem nominavimus, gentilis hominis atteſtabatur factam: ex qua poſtea

Figmenti Mahometani diſſolutio.

traductiones emanarunt, quæ uſque in hunc diem perſeverant, & Hebraicæ veritati concordant. Stulta eſt igitur Mahometis fictio, & turpis inventio, nec quidquam habet veriſimile, nec tam confutatione, quam deriſione digna eſt.

XCI. Ut novum teſtamentum corrumpi non potuerit ubique terrarum.

Quod dicimus de veteri teſtamento, idem licet de novo intueri, quod nec ab uno ſcriptum eſt, nec in una lingua, nec in uno loco, nec in uno tempore, & tamen una ſententia eſt, & unica concordia, quod Græci habent, hoc Latini, hoc Hebræi, hoc Syri, Armeni, hoc omnes barbari Chriſtum colentes; quamvis hæretici aliqui ad tuendos errores ſuos corrumpere nonnullos codices auſi fuerunt. Quid ages? quid dices? cui fidem adhibebis? an ſoli Saraceno? an Latino: an Græco, an Hebræo? multo antiquior eſt Chriſtiana lex quam Saracena. Audita eſt in omni terra evangelii tuba, ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exivit ſonus eorum & in

Ante Mahometem ubique promulgatum fuit.

fines orbis terræ verba eorum. *Vulgata eſt & recepta lex Chriſti per totum Romanum imperium, priuſquam tuus legifer, prodiret in lucem, & idem evangelium, quod nunc habemus, omnes gentes ſuſcepere, nec fuit majoribus noſtris aut facultas corrumpendi rem adeo vulgatam, aut neceſſitas, cum non eſſet Mahometes, cum quo de fide contenderent. Corruptio ei neceſſaria fuit, qui novam legem edere*

Edituro novam legem corruptio neceſſaria tantum fuit.

voluit veteri & novæ contrariam? nec dubium faceret juſtus judex, quin Chriſtiano major fides adhibenda ſit, vel Chriſti legi, quam Saraceno. Ipſe enim conſervator eſt ſuæ legis & manet in traditione patrum, Saracenus ab ea receſſit, & inventiones ſequitur novas, quas ſui majores ignoraverunt. Evangelia apud nos quatuor recepta ſunt, quæ ſumma diligentia, vigenti ſtudio, & veriſſima multis modis recognita fuerant.

XCII. Ex prophetis ſacram ſcripturam non corrumpi poſſe.

Non eſt igitur, quod tuus legifer de corruptione ſacrarum literarum poſſit objicere. De civitate Domini, quæ eſt Eccleſia, inquit in pſalmo David: Fundavit eam in æternum. *Non eſſet fundata in æternum Eccleſia, ſi fundamentum ejus, quod eſt evangelium violari aut corrumpi potuiſſet, nec verum fuiſſet, quod ait propheta Baruch loquens de lege Dei:* Lex, quæ in æternum; *nec illud ſtaret, quod dicit:* In æternum permanet verbum tuum, & in ſeculum ſeculi veritas tua. *Nec Iſaias vera fuiſſet de Chriſto locutus, dicens:* Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet cor, & roboret illud in judicio & juſtitia uſque in ſempiternum. *Nec Gabrieli angelo credimus, qui de Chriſto Mariæ Virgini ſic ait:* Dabit illi dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in

Ut Chriſtus regnet in domo David in æternum.

æternum. *Quomodo regnat Chriſtus in domo David, niſi per fidem? quomodo per fidem niſi per evangelium? quomodo per evangelium æternum, ſi corruptum eſt evangelium? mendax lingua, falſa calumnia:* Ego vobiſcum ſum, *inquit Dominus*, uſque ad conſummationem ſæculi. *Et Oſeæ prophetæ verba ad Eccleſiam conferuntur:* Sponſabo te mihi in fide uſque in ſempiternum; *& ad Petrum vicarium ſuum inquit Salvator:* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Et iterum:* Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, *Prævaluiſſent portæ inferi, & defeciſſet fides Petri, ſi falſum eſſet evangelium, quod ſequimur. Sed manet fides magni paſtoris in eccleſia Romana, quæ nunquam inventa eſt erraſſe, neque errabit in æternum; magiſtra eſt enim & mater omnium fidelium, & diſciplina veritatis.*

XCIII. Quod dæmon Porphyrio dixit de Chriſto idem Mahometes aſſerit.

Cave, Mahometes, cave, magne princeps, ne ſequaris errorem Porphyrii Siculi, qui tuæ legi conſona dixit. Is ex Chriſtiano ſiuu ad idola tranſiens ait ſe Deos conſuluiſſe, quid de Chriſto ſentirent, & illos reſpondiſſe bonum fuiſſe virum Chriſtum, ſed peccaſſe diſcipulos ejus, qui divinitatem ei attribuerant, quam ſibi ipſe nunquam arrogaſſet. Hoc deorum teſtimonium eſt idolorum, quæ tu dæmonia eſſe non dubites. An non intelligis fraudem? An non vides tui legiferi & dæmonum eſſe unum argumentum? unam colluſionem? unam fallaciam? & Chriſto diabolum invidere, ejuſque gloriæ & majeſtati detrahere, cujus conſilio atque ſuaſu tua lex edita eſt evangelica atque Moſaica contraria?

CXIV.

Dices pari modo Chriſtianam legem Moſaicæ adverſari, nam quæ juſſit Moyſes

plu-

Objectio Mahometis quod nove lex veteri adverſetur. Diſſolvitur.

plurima vetat, & permittit, quæ ille vetuit. Neſcis antiqua legis arcana, quæ diu gravida fuit novam in utero gerens, &, cum ſtatutum divino conſilio tempus venit, eam peperit. Vidit Jeremias per ſpiritum legem hanc novam, cum ait : Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Juda fœdus novum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum : ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos dicit Dominus dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum. Novum fœdus,

Prædictum erat novam illi ſucceſſuram.

inquit quia baptiſmus circumciſioni ſucceſſit : Et legem meam; *inquit*, ſcribam in corde eorum; *quia vetus lex in tabulis lapideis ſcripta fuit, nova per charitatem in corde hominum radicata* : Et ero eis in Deum; *quia nova legis auctor, & promulgator Chriſtus Deus, & homo eſt; antiqua per Moyſen innotuit tantum hominem, & adveniente perfecto evacuatum eſt imperfectum, nec amplius in præputio nobiſcum Deus, ſed in corde poſſidetur, dicente Apoſtolo* : Si circumcidamini, Chriſtus nil vobis proderit; *nec ulterius cerimonia legis habent locum, venit enim ille, de quo loquitur in Deuteronomio Moyſes* : Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus, ipſum audies. *Et ſubdit* : Ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia verba, quæ præcepero

Prædicaverat Moyſes audiendum Chriſtum.

& illi. *De Chriſto hæc propheta locutus eſt ex ore Dei, quod verum erat os, in cujus adventu legalia, & cerimonia defutura erant, ſicut apud Matthæum ſcriptum eſt* : Lex & prophetæ uſque ad Joannem; *ſacra enim, quæ veteres obſervabant, annuntiativa erant venturi Chriſti, quæ in ejus*

Legalia quæ futura erant prænuntiabant.

adventu completa ceſſaverunt, & alia inſtituta ſunt virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. Et ſicut ſacerdotium mutatum eſt, ſub cujus adminiſtratione lex erat, ita & legem mutari oportuit. Non eſt igitur adverſa veteri nova lex, quæ in ejus ventre concluſa erat,

Chriſti nova lex veteris perfectio eſt.

& adveniente Chriſto, & evangelii luce clareſcente, poſtfacta circumciſioni, & aliis ceremoniis antiquitus obſervatis, ſicut præfinitum erat, finem impoſuit. Eſt autem Chriſtiana lex tanto dignior quam Judaica, quanto nobilius eſt oraculum Dei, quam hominis.

Quæ argutiæ Mahometem Imp. continuerint ne Chriſtianus fieret.

XCV. *Cognoſcis jam, niſi fallimur, veritatem & majeſtatem noſtræ legis, nec utilitatem ignoras incipiſque de tua diffidere, & ardes deſiderio diſputandi, veliſque latius cuncta diſcutere : ſed obſtat legifer tuus, & inquirere verum prohibet, & interminatur & clamat* ; Non eſt mea lex, quæ diſputationi ſubjicienda ſit : cave ne quid loquaris; arma ſunt in manu tua, dum mihi credis multum imperii adeptus es; qui non audiunt vocem meam gladio contenendi ſunt : enſis meæ legis dignitatem tuetur. In Arabia ortus ejus fuit, ex parvo principio quantum creverit vides. Ægyptum adjeci meæ legi, & Syriam, & Meſopotamiam, & Lybiam, & Numidiam, & Mauritaniam, & partem Hiſpaniæ, & divitem Aſiam, & doctam Græciam, & fortem Thraciam, & nobilem Macedoniam. Sunt & aliæ quamplurimæ regiones ſub imperio meæ legis quæ armis, non verbis quæſitæ ſunt. Muliebre eſt verba verbis revellere, viri ferro decertant : ſi non fuiſſet vera mea lex, non dediſſent ſuperi imperio noſtro nec non dominationi noſtræ tantos ſucceſſus, atque proſperitates : amat nos Deus, & legis odorem ſentiens gratulatur & ſternit iter victoriis noſtris : ſcis quam feliciter ſæpe in hoſtes pugnaſti, & modo in Ponto, ſæpe in Græcia. En, fili, quid cogitas, quid moliris, tot triumphis ſub mea lege illuſtratus, Chriſtum ſequeris, cujus cultores ſtraviſti toties, & ad internecionem uſque cecidiſti? cave ne meam linquens legem relinquaris a Deo.

XCVI. *Credimus his te verbis non parum commoveri, & aliquem ineſſe in tua mente timorem : ſed audi quam inanis eſt timor* : Omnis qui malum facit, *inquit in evangelio veritas*, odit lucem. *Fures noctu domos perfodiunt, & in obſcuro adulteri latitant : non adhibent teſtes qui peccant, qui mentiuntur nolunt deprehendi mendaces. Cum his ſentit tuus legifer. Veretur, ne diſputando ſuæ legis vanitates innoteſcant: Veretur ne pudenda ſua detegantur. Prohibet diſceptari verbis, armis defendi ſuam legem jubet, nec alium judicem, quam ferrum depoſcit : multumque gloriatur de ſuæ legis incremento. Diximus cur creverit, plebes voluptas allexit; neque inficiamur multas tuæ gentis victorias partas, & ingentia confecta bella, & te ipſe præliis clarus evaſiſti. Viciſti hoſtes non paucos, & triumphaſti ſæpe : fuiſti tamen etiam aliquando victus. Parva Chriſtianorum manus tuas ingentes copias, ut ante diximus, apud confluentes Savum inter ac Danubium paucis ante annis delevit, non milites veterani, non duces in bellis ante probati, non viri nobiles armis potentes & equis, ſed pauci cruceſignati, ex agris collecti, inermes & nudi, fide tantum armati, non ferro fulgentes & auro tuos fuderunt exercitus : quod ſi victoria veritatem legis oſtendit, hoc uno prælio ſatis admonebaro, in quo pauci fugarunt multos. Tuæ victoriæ nihil mirabile habent, ad quos numquam ſine grandi tuorum prærogativa ventum eſt.*

Cur alcoranum armis tantum defendi voluerit Mahometes.

Si ex victoriis comprobanda religio ex probant quæ divinius partæ.

An victoria Mahometanorum oſtendant veram eorum legem eſſe.

XCVII. *Sed quid agimus? non hic argumentationibus ſtat recta fides. Vici, fudi hoſtes, imperium teneo, & ſi ſic licet arguere, vera fuit ſub Alexandro magno tot victoriis illu-*

Ex eo abſurdo quot abſurda ſequantur.

illuſtrato, & ſub ejus ſucceſſoribus religio, qui & in Græcia, & in Aſſyria, & in Syria, & in Ægypto, & in Lybia, & in Perſide, & in Scythia, & in Indiis, regnavere imperio per arma quæſito. Vera etiam Romanorum fides uſque ad priorem Conſtantinum, qui orbem ſibi ferro ſubjecerant, & omnes domuerè, quas adiere gentes. Scimus tamen & Alexandrum & ejus heredes Romanos, & qui ſub eis erant, Judæis exceptis, idola coluiſſe: alii Jovem, alii Martem, alii Mercurium, nonnulli ſolem, & alia ſydera, multi etiam, ut Ægyptii, animalia bruta colebant, quis neſcit, *inquit unus ex poetis*.

Qualia demens
Ægyptus portenta colit, crocodilon adorat.

Et quod ſtultius fuit, & allium, & porros, & cæpe inter numina poſuerunt, præclara tamen Ægyptiorum victoriæ memorantur, ſicut de Oſiride proditum eſt, qui victum peragravit orbem. Ergo & deos Ægyptiorum recipiemus, & veram eorum religionem fatebimur, quia vicerunt. Non non ſic ratio ſuadet, neque ſic Judæi ſenſere, qui victi ab Aſſyriis, & ab Antiocho, & a Romanis, & in ſervitutem ducti, non tamen victorum leges de his acceperunt, ſed victi & angariati, & mille modis oppreſſi, in ſua lege manſerunt. Nec nos Chriſtiani cum prælio ſuperamur, aut aliis calamitatibus affligimur, legem noſtram aut relinquimus aut accuſamus, ſed arbitramur pium Deum nos tamquam filios propter peccata, quæ committimus verberare, quia non paremus evangelio, non ſervamus legem noſtram, neque manemus in traditione ſanctorum patrum; ſed victi fragilitate aberramus, & labimur ut homines, ipſe vero lapſos corrigit, & plagis multis noſtras iniquitates emendat.

Veram religionem colentes ſæpe ob peccata ab idololatris victi.

XCVIII. Quid dicant victi Chriſtiani.

Cognoſcimus errata noſtra, & conſiderantes, quæ fecimus minorem eſſe pœnam, quam delictum non ignoramus. Si cadimus in bello, ſi amittimus regnum, ſi jugo ſervitutis opprimimur, dicimus cum Daniele propheta, Deum eſſe in cœlo, qui revelat myſteria, mutat tempora, & transfert regna, ut univerſi cognoſcant, quod dominatur excelſus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud; Novimus Deum & Judæos & Chriſtianos poſſe, cum velit, & voluiſſe aliquando, alterius ſectæ hominibus ſubiicere propter offenſas populi, qui eum ad iracundiam provocavit: ſed converſi ad eum non deſperamus miſericordiam conſequi: quamvis enim iraſcitur Deus, ut inquit propheta, non tamen obliviſcitur miſereri, pius eſt & benignus, non deſerit clamantes ad ſe. Abſit autem, ut propter victoriam meliorem eſſe credamus religionem victorum; ſic enim fatendum eſſet omnes, qui vicerunt Hebræos, melius de Deo ſenſiſſe, quam ipſi victi; quod neque tu diceres, neque tuus legifer, qui defenſionem ſuæ traditionis in armis collocat, & omne genus ratiocinationis effugit maximum iniquitatis indicium. Non ſic beatus Petrus, & paſtor conſtitutus gregis Chriſtiani, paratum ſe ait omnibus rationem reddere de ea, quæ erat in eo, ſpe & fide; nec aliter ſuos auditores edocuit B. Laurentius martyr: Mea nox, *inquit*, obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. *Et in evangelio non probat Dominus eum, qui lucernam accendit & ſub modio ponit, ſed ſuper candelabrum eam eſſe vult, ut luceat omnibus, qui ſunt in domo, & prædicari verba ſua ſuper tecta jubet, & de ſeipſo dixit:* Ego palam locutus ſum mundo.

Maxime iniquum ſe Mahometes oſtendit qui pro ratione arma obtrudit.

XCIX. Chriſtus ſuæ legis rationem reddidit.

Deceptores & pſeudoprophetæ in angulis prædicant, & volunt occulta eſſe, quæ dicunt, ac juramenta taciturnitatis exigunt. Sicut Romæ accidit in his, qui bacchanalia celebrabant: in occulto enim Deo ſuo ſacrificantes nullum flagitium libidinis omittebant. Quod ſi alia non eſſent adverſus tuam legem indicia hoc unum ſufficere potuit, quia prohibuit ejus lator in diſputationem venire; ſciebat non æqua eſſe neque vera, quæ tradiderat; videbat veterem, & novam legem contra ſe ſtare, intuebatur philoſophorum acutiſſimas rationes ſibi adverſas eſſe, nec ſperavit in cœtu hominum; aut in ſcholis virorum excellentium ſua deliramenta poſſe defendi: Animadvertit homo ſagax, & ingenioſus in malo gentiles, qui deos colebant, damnatos eſſe, & jam prope modum exterminatos, nec Judæis locum eſſe, quorum lex tranſlata eſſet, cum ſacerdotio ad Chriſtianos: cumque ſtatuiſſet novam legem, magnumque ſibi nomen dare, ſperavit, quod modo evenit, iratum Deum Chriſtianis, qui ſuæ legis mandata tranſgrediebantur, adverſus tranſgreſſores victoriam conceſſurum; atque idcirco ſuæ legis defenſionem in armis collocavit, quam alioquin hominibus gratam propter licenciam voluptatum non ambigebat. Diaboli hoc fuit inventum: antiquus hanc viam ſua nequitia ſerpens excogitavit, qui, cum vidiſſet ſeſe procul ejici, & Chriſtiana religione augeſcente idola deleri, nec amplius deorum multitudini locum eſſe, ſed unum tantum adorari cum Patre & Spiritu Sancto Jeſum Chriſtum, Heraclio imperante, Mahometis ſpiritum exercuit, cumque ſibi miniſtrum elegit, hominem vanum, petius idololatram, fortuna pauperem, mente ſuperbum, natione Arabem, conſilio uſum quorumdam Judæorum, & Chriſtianorum perverſorum, inter quos fuit Sergius ſpiritu ambitionis inflatus: legem tertiam edidit ex veteri, & nova conſtrtam, multis ineptiis extrinſecus adjectis. Legem diximus, quia ipſe legem vocat, nos blaſphe-

Norat Mahometes ſua figmenta cum ratione pugnare.

Inventa illius fluxere a dæmone.

Quorum conſiliis ſit uſus.

miam

miam rectius appellabimus. Rugaſti frontem, avertiſti oculos, horruiſti, turbatus es, ſubiratus es dum hæc dicimus. At ſi veritatis amicus es, audienda eſt veritas, neque tibi legifer, ſi tibi amicus eſt, veritatem interdicet, quæ tanto magis amica eſt, quanto ſalubrior, & homini ab ipſa natura convenientior.

C. An Alcorano legis nomen congruat.

Audi verum, & diſce quomodo ſit appellanda lex. Legem dicunt philoſophi, quod ratione præcipitur, & ſunt qui nil aliud legem eſſe affirmant, quam rectam rationem a divino numine ductam: Quidquid igitur rationi adverſum eſt, legis nomine caret. At tuus legifer ratiocinari de ſua lege prohibet, & ſolum arma illi ſuffragari vult, non eſt igitur dicenda lex, niſi ex illis quarum conditores apud Iſaiam Dominus maledixit. Docet nos David cognoſcere legem Domini, dum ea quæ propria ſunt exponit. Attende & videbis an Mahometea lex de cœlo & a Numine ſit tracta divino, an aliunde: Lex Domini, *inquit propheta,* Immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis. *Immaculata eſt lex Domini, quia mala quæque excludit, neque libidinem, aut turpitudinem ullam admittit; ſic apud eundem prophetam: eloquia Domini caſta dicuntur, & apud Job legitur:* Non invenietis in ore meo iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit; *& Apoſtolus,* Lex ſancta, *inquit,* & mandatum ſanctum juſtum & bonum. *At quomodo Mahometea lex immaculata, quæ ſtupra & adulteria, & omnes libidinum maculas, ac fœditates admittit.*

Quæ ſint legis divinæ propria.

CI. Mahometanæ præcepta de oratione & jejunio decerpta ex evangelio.

Dices, quia jejunia quædam præcepit, & orationes, & eleemoſynas; non damnamus hæc, abſit ut ea mala dicamus; inventorem eorum Mahometem eſſe negamus, abſque Mahomete ſciebamus hæc eſſe bona. Jejunavit Elias, jejunavit Chriſtus; orare & frangere eſurienti panem ſuum, & egenos & vagos in domum ducere multo antiquius eſt, quam tua lege inventum. Multi nos legiſlatores ad opera pietatis invitarunt. Verum adulterari, fornicari, ſervire ventri, & in cœno voluptatum jacere, ſolus tuus legifer inter bona collocat, ſolus Mahometes eſt, qui turpia docet, & flagitia præcipit. Quamvis hæreticorum more, ut facilius decipiat, bona ſimul & mala commiſcet. At lex, quæ Domini dicitur, ut inquit propheta, animas convertit ad ultimum finem: at lex Mahometea non convertit ad Deum, ſed avertit ab eo; Dicit enim dominus Deus: Eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum. *Mahometes;* Uxores, *inquit,* ducite & concubinas, quot placet; nam ego quadraginta virorum in meis lumbis vires habeo, & uxoribus atque ancillis permiſceor plurimis.

Quam turpia ſint quæ propria Mahometis.

Ut glorietur ſe turpiſſimum eſſe.

CII.

Quid de teſtimonio fideli? Cum data eſt Moyſi lex Domini in monte Sinai fulgura, & coruſcationes apparuerunt, & ſigna de cœlo, quæ teſtimonium legi præbuerunt; lex Chriſti miraculis admodum multis confirmata eſt, dicente ipſo: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum, *ſcilicet infidelitatis,* non haberent; *& propterea de veteri, quæ convertit ad ſuum creatorem & ad ſummum bonum, & nova lege inquit David:* Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. *Et in evangelio Lucæ circa finem legimus:* Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Deo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *At Mahometis legem, quæ ſigna, quæ miracula probant? Audiamus eum:* Non ſum miſſus, *inquit,* niſi in virtute gladii, & qui non ſuſceperint meam prophetiam occidantur, aut reddant tributum, pretium pro infidelitate ſua. *Quid hoc? numquid manifeſte negat ſe miraculorum virtute venire, & ficta falſaque eſſe omnia ſigna demonſtrat, quæ tui legiſdoctores in populis prædicant. Non habet igitur tua lex teſtimonium niſi in armis; ſed id non eſt fidele, ut ante docuimus.*

Divina lex divino teſtimonio fulciri debet.

Negat Mahometes ſuam legem alio teſtimonio ſtabiliri quam gladio.

CIII.

Ad ultimum tranſeamus, & quomodo ſapientiam præſtet parvulis, id eſt populis tua lex animadvertamus. Sapientia, ut antiqui tradiderunt, divinorum, & humanarum rerum ſcientiam continet, eſtque admodum ſapida & dulcis, dum amorem divinitatis mentibus noſtris inſtillat, propter quod inquit pſalmographus; Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; ſuper mel ori meo! *Tua lex neque de Deo ſapit, neque de cœleſtibus, neque terrena ſatis intelligit, quæ putat ſuperis curæ non eſſe. Magna olim & florida in Alexandria philoſophorum ſchola fuit, & multi per Syriam, & Aſiam viri doctiſſimi claruerunt, quorum nomina ad nos uſque pervenerunt; at poſtquam lex Mahometea curſum habuit, pauciſſimi nominantur, qui naturæ arcana perſcrutati excellentes evaſerint, quia non præſtat parvulis ſapientiam tuus propheta aut tua lex, cujus fundamentum voluptas eſt, & tutela gladii; inter nos vero liberalium artium ſtudia admodum florent, legitur publice philoſophia, auditur in ſcholis theologia, nullum doctrinæ genus prætermittitur, gymnaſia literarum in pluribus Italiæ civitatibus clariſſima reperiuntur; nec trans alpes in Hiſpania, in Gallia, in Germania, in Britannia collegia deſunt virorum excellentium, qui ſapientiam præſtant parvulis, eſt enim ingens Chriſtianorum cura, ut indocti erudiantur & veritatem intelligant in noſtra lege, quæ nunquam mentita eſt divinitus comprehenſa.*

Lex Mahometana omnem tollit ſapientiam.

Chriſtiana omnis alumna ſapientiæ.

CIV. Mahometana lex deliramentis derideculis plena.

At legifer tuus non modo mentitur, ſed leviter & indocte, ſed imprudenter, ſed inſipide mentitur, & ſibi ipſi ſæpe contrarius eſt, quemadmodum ſua legis inſpector plane intelligit. Innumerabiles ſunt ejus ineptiæ, & aniles fabulæ, pueriles nugæ,

de

Digitized by Google

de quibuſlibet hoc loco pauca referre, quæ de cæteris judicium præbeant. Exponens Mahometes capitulum alcorani, quod dicitur filiorum Iſrael in hanc ſententiam loquitur; Sit laus ei, qui ſervum ſuum ab oratorio, quod eſt helcarara, ipſa eſt domus Meſche, uſque in oratorium ſanctæ domus Jeruſalem nocte una tranſtulit, circa quam benediximus Deum. O vos homines audite & intelligite, cum abii a vobis, venit ad me Gabriel ſero poſt pſalmodiam veſpertinam, quæ ultima eſt, & ait. O Mahometes jubet Deus, ut ſe adeas. Cui reſpondi: Et ubi eum viſam? Et ait Gabriel: Ubi ipſe eſt, & jumentum illico adducit, magnitudine inter aſinum & mulum, elberabil vocatum humanæ vocis capax, & una non amplius hora iter egi annorum quinquaginta millium. Et ait Gabriel: Aſcende animal, & ito ad ſanctam domum. Aſcendere volentem fugiebat jumentum, & juſſum eſt ſtare, quia Mahometes aſcenſurus eſſet. Nunquid accerſitus eſt? inquit, & reſpondente Gabriele accerſitum eſſe. Non ſinam, addidit, niſi pro me Deum roget. Obtuli preces Deo meo pro jumento, quod me ſedente ſuavi greſſu inceſſit, ponens ungulam pedis anterioris in orizonte ſui viſus, & minori ſpatio quam ictus impletur oculi ad ſanctam domum perveni. Comes uderat Gabriel, qui duxit me ad domum ſanctam in Jeruſalem & vicinam rupem, dixitque, deſcande quoniam ex rupe in cœlum aſcendes: & colligato illic jumento portavit me humeris ſuis in cœlum, & cum applicuiſſemus ad cœlum mundi, & ad portam ejus, pulſavit Gabriel, & quæſitum eſt quis eſſet, & reſpondit Gabriel: Ego ſum; & iterum quærenti quis tecum adeſt, reſpondit; Mahometes, & ſubdidit janitor; Numquid vocatus? & ait Gabriel: Vocatus; & aperta eſt porta, & vidi angelos, & bis genua flectens rogavi pro eis, & accepit me rurſus Gabriel, & vexit ad ſecundum cœlum, & fuit diſtantia inter cœlum, & cœlum quantum eſt iter quingentorum annorum, & ſicut in primo cœlo ita in hoc cœlo pulſatum extitit, & reſponſum pari ſolemnitate ad ſeptimum uſque cœlum procedit, æquam cœlorum diſtantiam ponens; & ait, in ſeptimo cœlo vidiſſe ſe angelorum populum, & longitudinem angeli cujuſquam inſtar mundi fuiſſe, & aliquorum mille vicibus extenſiorem, & inter eos unum aliquem inveniſſe, cui ſepties centena millia eſſent capita, & in quolibet capite totidem ora, & in quolibet ore linguæ totidem, quæ ſeptingentis mille millibus idiomatibus, laudabant Deum, & rurſus alterum angelum oſtendiſſe, qui fleret, & quæſiviſſe cauſam fletus, & cum ille dixiſſet culpas eſſe, oravi pro eo: & tunc commendabat me Gabriel alii angelo, & ille alii, donec fui in conſpectu Dei, & tribunali ejus adhæſi, tetigitque me manu ſua Deus inter humeros, & frigiditas manus ejus pervenit uſque ad medullas dorſi mei.

Iter quinquaginta millium annorum emenſum eſſe in terra ſingit.

Aniles ejus fabulæ.

Fingit angelos eſſe horrenda monſtra.

Deum corporeum & gelu concretum.

CV.

His nugis atque deliramentis implet Mahometes aures populi. Sed audiamus alteram fabulam in libro, cui titulus eſt: De doctrina Mahometis. *Duo angeli nominantur Arather, & Narather, quos ille aſſerit juſſu Dei in terram deſcendiſſe, ut genus humanum regerent atque inſtruerent tribus mandatis acceptis. Primum, ut quemquam occiderent. Alterum, ne quid injuſte decernerent. Tertium, ne vinum biberent. Cum aliquandiu rexiſſent, & omnia ex toto orbe ad eos judicia devolverentur, mulier quædam decente forma, & omnium pulcherrima adverſus maritum ſuam cauſam habens judicium ab eis petiit, atque ut faventes haberet judices, ut apud ſe prandium haberent, multis precibus invitat. Non abnuunt angeli, paratur ſplendidum convivium, epulas & pocula mulier ipſa miniſtrat, apponuntur fercula multiplicia, & combibit vinum, quod cum angeli recuſarent, inſtante ſæpius muliere, & multas objiciente blanditias, tandem biberunt, & inebriati vino in hoſpitam incaluerunt, ejuſque concubitum poſtularunt: ſpondet mulier ea conditione, ut alter eorum aſcenſum in cœla oſtenderet, alter deſcenſum: placet conditio illa. Ut iter didicit, mox in cœlum relictis atque irriſis angelis abiit, quem Deus recognitam inter ſydera collocavit, cui lucifer eſt nomen: angeli ad judicium evocati catenis ferreis in puteo profundiſſimo relegati ſunt, uſque ad diem judicii permanſuri, cum elegiſſent in hac potius vita, quam in altera plecti.*

Inſana altera ejuſdem fabula ob quam vinum prohibuit.

Angelos modo non hydras ſed homines eſſe fingit.

CVI.

Hæc eſt ſapientia Mahometis, quam docet parvulos: hæc ejus theologia, hæc doctrina divinitus revelata. Mira hominis audacia, ne dicam ſtultitiam ſeu dementiam. Quot ſunt in his fabulis deridenda ſomnia! non objurgamus jumenti verba; quando & aſinam ſacræ literæ loquentem produnt, & gentiles bovem. Sed quid eſt quod una hora iter quinquaginta millium annorum peragitur? metire hæc & diligenter cogita ac corpori nondum glorificato id poſſit accidere. Quo ivit? Ubi fuit? quid circuivit? non adhuc cœlum aſcenderat; quibus in locis tantum ſpatii peragravit? nec jumentum eum tulit. Quis tulit eum? Unde venit? Quomodo venit? nihil horum dixit. Quid peccaverat jumentum, ut precibus egeret? cui non eſt lex alia, niſi natura & illi paret. Quid oſtiariis in cœlis collocatus rogantis Mahometis egebat. An non ſatis felix erat? fortaſſe altiùs cupiebat aſcendere, tamquam non ſit illic perfecta omnium beatitudo, & regnat adhuc ambitio, diſtantiam cœlorum oſtendit,

Deliramenta illius plena contradictionibus.

& ſphæ-

& ſphærarum quanta ſit craſſitudo demonſtrat. Quingentorum annorum iter ex cælo in cælum ponitur, & patere ſpiſſitudinem. Quid hoc? Quis credat? gentilium fabulis ſimile ſomnium eſt. Ajunt illi Dionyſiodorum quemdam geometriæ ſcientia nobilem in patria extremum diem obiiſſe, propinquos ſuum ei duxiſſe, ad quos pertinebat hereditas: hoc conſecutis diebus cum juſta peregerint inveniſſe in ſepulchro ejus epiſtolam Dionyſiodori nomine ad ſuperos ſcriptam, quæ diceret, cum a ſepulchro ad infimam perveniſſe terram, eſſeque illuc uſque quadraginta millia ſtadiorum. Nec defuerunt geometræ, ut Plinius ait, qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe miſſam, quo deorſum a ſummo longiſſimum eſſe ſpatium, & ibidem pilæ medium, ex quo conſecuta computatio eſt, quæ circuitum terræ ſeu totius pilæ ambitum ducenta quinquaginta quinque millia ſtadiorum pronuntiavit. Sed armonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, eodem Plinio teſte addit huic menſuræ ſtadiorum ſeptem millia: Eratoſthenes hujuſcemodi rerum ſolertiſſimus indagator univerſum terræ ambitum ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum prodidit: Hipparchus ſtadiorum paulo minus viginti quinque millia adjecit. Reperiuntur & aliorum ſententiæ admodum diſſimæ, neque in hunc uſque diem mortali cuipiam ſatis exploratam credimus terræ menſuram, cujus neque ſeptentrionem, neque meridiem verſus cogniti fines ſunt. At tuus legiſer majora concepit animo, qui tamquam cælum aſcenderit quingentorum annorum itinere diſtare cælum a cælo prodidit, quoniam tanta eſſet craſſitudo ſphærarum. Hoc idem aſſerit rabbi Moyſes Hebræus genere, philoſophus, qui apud Ægyptios claruit. At philoſophi, quos noſtri probant, non ita ſentiunt, nec Ptolemæus Alexandrinus aſtronomorum facile princeps de craſſitudine lunaris ſphæræ cum tua lege concordat, in qua iter annorum ſexaginta novem, & aliquorum menſium, ac dierum poſuit millibus paſſuum viginti quinque, ſeu ſtadiis ducentis pro quolibet die computatis. Alii vero aſtronomi, qui hæc diligenter indagaverunt, ſphæram ſolis pluſquam ſexcentis vicibus ſuperare lunam tradiderunt: rurſuſque martis ſphæram, quamvis ſole altior eſt, & longe majorem habet ambitum, ſpiſſitudinem tamen multis vicibus ſuperari improbum humanæ mentis uſum; verum ita ſubtili argumentatione comprehenſum, ut pudeat aliquos non credere. Plurimi hæc incerta reſpuunt. Tuæ legis latori fortaſſe credendum fuerit, non quia illuc angelo bono deferente conſcenderit, ſed quia cum perverſo ceciderit: quod ſi hac de cauſa fidem expetis, credimus: alioquin cum ſacra Scriptura dicimus: Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regis inſcrutabile eſt: *ſed alia percurramus.*

Inepta de ſphærarum craſſitie finxit.

De terræ magnitudine quid ſenſerint philoſophi.

Quid de craſſitie cælorum.

Ab his ſomnia ſua mutuatus videtur Mahometes.

CVII. *Angelos, ſe vidiſſe affirmat, eoſdemque corporeos: ſi mundo majores angeli ſunt, neceſſarium eſt aliquam eorum partem extra mundum eſſe: at philoſophi mundi circumflexu omnia contineri dicunt, neque quidquam exterius eſſe. Tuus legiſer quando aliquid ſolito plus ebibit, ſopori deditur, quidquid ſomniavit pro vero retulit, & omnia ſibi licere putavit: quo errore & angelos corporeos, & peccare, & agere veniam, & ſe rogaſſe pro eis dixit. Simili ſomnolentia tactum ſe ſuper humeris affirmavit manu Dei, cujus gelu uſque dorſi medullas penetraverit, quæ omnia ſuperius confutata ſunt. Quis illud patienter audiat, quod angeli Dei vino inebriati ſpecie mulieris decepti concubitum ejus appetierint, quæ, iter in cælum edocta, ad conſpectum magni Dei pervenit, & honorifice accepta inter aſtra locum obtinuerit, angeli pœnas dederint, atque idcirco vinum homini interdictum, quod tanti mali cauſa fuerit? Commemorat hæc tuus legiſer, & tanquam ex penu Dei recepta hominibus inculcat. Vide quam graviter, quam vero quam perite loquitur: poetarum figmenta, quæ pueris leguntur, inter arcana legis inſerit. Pueri noſtri non ſine riſu audiunt, cum rapta in cælum fœminæ referuntur, & in aſtra commutatæ, quæ major & minor urſa vocantur, pigri circa plauſtra bootæ lucentes.*

Inſana Mahometis contradictio circa magnitudinem angelorum.

Quam ſtultum fingere angelos vino & luxuria incaluiſſe.

CVIII. *Credimus pro tua ſapientia te jam parvifacere atque contemnere tuæ legis figmenta, ſed miraris vehementer, quod in dies aliqui relicto dogmate Chriſtiano ad tuum migrant, & aſſerentes iniquam legem noſtram, amplexi tuam circumcidantur, & tuis initientur ſacris, & qui Trinitatem prædicabant, nunc deteſtentur, & qui Chriſtum cruci affixum colebant, & laudabant, nunc derideant. Sunt qui hoc agunt, non dubitamus: ſed qui homines? Sane aut libidinis ſervi aut ambitionis, & quibus nullus erat locus in noſtra lege, ſpreti a nobis & ejecti, tanquam vilia, & inutilia mancipia ad te tranſiverunt, nec tamen illos inextinguibilis conſcientiæ vermis rodere ceſſat: quod ſi poſſes eorum introſpicere corda intelligeres proculdubio eos aut vitæ futuræ ſpem nullam habere, aut admodum eſſe anxios, quia fontem aquæ vivæ reliquerunt Chriſtum Jeſum, & neſciunt quo pacto redeant, majus ſuum peccatum exiſtimantes, quam Dei miſericordiam. Sed quid miraris ſi ad opes conſequendas, ad voluptates exhauriendas nonnulli tuæ legi ſe ſubjiciunt? non eſt hoc novum nec dignum admiratione: idem quoque & Saraceni faciunt, qui ſæpe ad nos migrant. Illud eſt mirabile, illud ſtupendum, illud magnopere celebrandum, quod tot millia populorum Chriſtiano inſignita nomine ſub tuo impe-*

Ex poetis finxit fœminam in ſydus converſam.

Mahometanorum argumenta ex Chriſtianorum ad eos defectione.

Diſſolvitur.

Mirentur tot alios tanta pro fide pati.

rio degunt, gravia tributa pendunt, nunc liberis privantur, nunc conjugibus, opprimuntur duriſſima ſervitute, lacerantur, vexantur mille modis, nec tamen Chriſtianæ legi renuntiant: quod ſi tuam acciperent mitiat ferrent imperium, fierent liberi, honores & opes ſperare poſſent; ſed malunt tolerare ſervitutis jugum, & in ſquallore ac miſeria vivere, quam Chriſtum negare. Hoc ſtupendum eſt, & divinum opus, & quod te præcipue movere debet, non quod pauci a noſtra lege aberrent, ſed quod tam multi in ea perſeverent, & quod tanta ſit vel in adverſis conſtantia miraculum eſt. Facit hoc bonitas legis, & ſecuritas æternæ vitæ, quam nemo ſapiens præſenti poſtpoſuit.

Probatur inde Chriſtianæ legis veritas.

CIX. Quanta ſit ejus dignitas.

Quid tu hic dicas? quid contra hiſcere aut mutire poteris? Vera eſt Chriſtiana lex ex utero recepta Moſaica, ex prophetis, ex divinis oraculis: Deus auctor ejus eſt: Filius Dei, qui eam tradidit, ex ore Dei manifeſtata eſt: pura eſt, & nitida, & immaculata, & ſancta, perfecta ex omni parte, nullam habet rugam; nuſquam deficit, nuſquam claudicat: in ea qui quærit invenit; qui petit accipit, & pulſanti aperitur. Ipſa eſt fons clementiæ, juſtitiæ culmen, pietatis ſpeculum, manſuetudinis & miſericordiæ plena: pro ea martyres innumerabiles ſunt occiſi, ſenes, juvenes, pueri, matronæ, virgines, ſcientes beatos eſſe mortuos, qui moriuntur in Domino. Prætérimus ſigna & prodigia, quæ certitudinem Chriſtianæ legis oſtendunt. Quis viros commemorare queat ex Chriſtiano genere divini, & humani juris excellentiſſimos profeſſores, vera mundi lumina, ſcientiæ fontes, qui uſque ad mortem in ſide Chriſti perſeverantes, præclara volumina ediderunt, quæ tanquam ſydera quædam doctrinæ humanas mentes illuſtrant? Et quænam ullo in loco lex eſt, quæ alteram habeat Auguſtinum, alterum Hieronymum, alterum Ambroſium, alterum Gregorium? & ne Græcos prætereamus, quæ religio virum unquam habuit, qui Origeni comparari poſſet? quamvis hic in pleriſque locis erravit. Quis Joanni Chryſoſtomo exæquabitur? quis magno Baſilio? quis Cyrillo? quis Gregorio Nazianzeno? Non ſufficiet dies ſi numerare pergimus illuſtres noſtræ legis doctores ſive vivos ſive mortuos, quamvis non ſint mortui, ſed nunc maxime vivunt, & tanquam ſtellæ in firmamento lucent, qui fidem ſacratiſſimæ Trinitatis elucidarunt. Quid dicamus de religioſis domibus, in quibus angelica ducitur vita, & pro peccatoribus aſſiduæ effunduntur preces Domino, nec unquam ceſſant divinæ laudes, & pſalmodiæ?

Quanti martyres pro ea occiſi.

Quot in ea fulſere doctores & Sancti.

CX. *Benedictus Nurſienſis apud nos multorum monachorum doctor, & pater extitit: apud Græcos magnus Baſilius: ſecuti ſunt Bernardus abbas Claravallis, & Bruno, qui Chartuſiam inſtituit: quotidie ſanctorum virorum apud nos augetur numerus, ædificantur nova monaſteria, & ſancta renovantur inſtituta. Quos fructus edidit ſeraphicus Franciſcus animus paupertatis amator in Umbria, quæ pars eſt Italiæ, natus? quot eum diſcipuli ſecuti ſunt? quot ſub ejus regula ſancti floruerunt? Antonius Patavii jacet miraculis clarus, Bernardinus Senenſis in Aquila, quem noſtra ætas quaſi alterum Paulum prædicantem audivit. Nicolai Lyrani extant opera, quæ omnes admirantur: Dominicus in extremis Hiſpaniæ natus oris quaſi alius veſper emicuit, qui novum quendam ſanctum, & nitidum vivendi morem ſuis auditoribus tradidit, & Prædicatorum inſtituta regula univerſum illuſtravit orbem. Multi diſcipuli ejus clariſſimi evaſerunt; ſed præcipua eſt magni Alberti fama, quia nullum doctrinæ genus ignoraſſe creditus eſt: nec minor eo Thomas Aquinas fuit in litteris, & ſi major extitit ſanctitate. Claruit & meo ſæculo ſub eadem regula Vincentius Hiſpanus, quem noſter anteceſſor inter ſanctos Chriſti confeſſores retulit. Et in ordine D. Auguſtini Nicolaus Tolentinas, paulo ante inter cæleſtia relatus ſanctorum agmina: nova in dies prole floreſcit noſtra religio. Quod ſi non deſunt peccatores divinam provocantes majeſtatem, non deſunt etiam conciliatores viri ſancti Deo accepti, & virgines immaculatæ, precibus aſſiduis divinam iram avertentes, nec timenda ruinam tantis adeptæ patrociniis.*

Moltis confirmata miraculis.

Si ſint in ea aliqui peccatores non deeſſe tamen viros ſanctos.

CXI. *Tu ergo, princeps nobilis, qui non es rationis incapax, neque ingenii obtuſi, ſollige quæ diximus, & confer ea in mente tua, & conſule tibi, & tuæ genti, & noli eſſe incredulus ſed fidelis: relinque tenebras, & lucem ſequere: intelliges quo pede claudicat tua lex, & quantis ſcatet erroribus, & quam procul a veritate recedit, & quod non eſt in ea ſalus, novæ & antiquæ legis inimica. Intelliges quam ſolida eſt evangelica doctrina, quam vera, quam ſancta, quam munda & immaculata, & quod ea tantum iter in cælum oſtendit, & non alia. Intelliges, ſi verba noſtra memoria tenes, quod Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate colenda eſt: neque altera, contradicit alteri. Intelliges, quonam modo Pater ſibi Filium æqualem genuit, & quomodo a Patre & Filio ſanctus procedit Spiritus, qui eſt charitas & amor, & ſimul colendus eſt, & Deus eſt: & quod Filius pro noſtra ſalute incarnatus eſt, mortem tulit, & ſpoliato inferno tertia die reſurgens, quadraginta diebus cum diſcipulis converſatus aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, venturus in fine ſæculi judicare vivos, & mortuos: quo facto mali perpetuo pœnam ignis ſubibunt, boni æternam beatitudinem conſequentur, non ex carnalibus*

Doctrinæ Chriſtianæ ſumma.

deſi-

*deſideriis, aut impudicitiis, non inhabita-
bat, ſed in dulcedine mentis, & in charita-
te Chriſti, quæ ſuperat omnem ſenſum. An-
te omnia vero monſtratum eſt, non poſſe te
aſſequi inter Chriſtianos gloriam, & poten-
tatum, quam videris optare maxime apud
Europæos, & occidentales populos dum in
tua ſecta perſeveraveris: quod ſi velles
Chriſtianis imitari ſacris, magnam tibi
ſpem facimus, & potentiæ, & gloriæ.*

CXII. *Memento igitur verborum noſtrorum, &
accipe fidele conſilium: ſume baptiſmum Chri-
ſti & lavacrum Spiritus Sancti. Amplecte-
re ſacroſanctum evangelium, & illi te to-
tum committe. Sic tuam animam lucrifacies,
ſic Turcorum populo bene conſules, ſic tuæ
cogitationes adimpleri poterunt, ſic tuum
nomen in ſæcula celebrabitur, ſic te omnis
Græcia, omnis Italia, omnis Europa de-
mirabitur: ſic Latina te litera, ſic Græ-
ca, ſic Hebraica, ſic Arabica, & omnes
barbaræ celebrabunt. Sic nulla ætas de tuis
laudibus conticeſcet, ſic pacis amator, &
fundator quietis appellaberis, ſic te Tur-
ci animarum ſuorum repertorem, & Chri-
ſtiani ſuæ vitæ conſervatorem vocabunt:
Syri, Ægyptii, & Lybici, Arabes, & quæ-
cumque ſunt aliæ gentes extra Chriſti caulas,
aut his auditis tuam viam ſequentur, aut
tuis & Chriſtianis armis parvo negotio do-
mabuntur, & ſi noluerint in noſtra lege te
ſocium habere, experientur dominum in ſua:
nos te juvabimus, & omnium eorum aſſiſten-
te divina gratia legitimum principem con-
ſtituemus. Hæc ſunt, quæ tibi cum baptiſ-
mo præmia promittuntur: his te bonis di-
vina pietas procul dubio cumulabit obſequen-
tem evangelio. Quod ſi reſpueris conſilia
noſtra, peribit tanquam fumus gloria tua,
& tu more hominum reverſus in cinerem to-
tus morieris. Chriſtus regnabit in æternum,
cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum.
Amen.*

Oſtenſum Mahometi Imp. ſi fiat Chriſtianus imperium ipſius latiſſime amplificatum iri.

CXIII. Obtuſas Pio aures præbuit Mahometes. Exaratas vero ſuperiores literas hoc anno colligitur ex aliis (a) ad Ludovicum Francorum Regem datis quibus eum hortatus eſt, ut ruenti religioni opitularetur, miſerumque orientis ſtatum expoſuit, ex quibus conſtat hoc anno Trapezuntinum bellum a Mahomete geſtum, & authores (b), qui ad ſuperiora tempora retulere refellas.

(a) Pius II. lib. ep. n. 387.

(b) Bizar. hiſt. Perſ. l. 9. Boſi. as l. 7.

Ludovico Francorum Regi illuſtri.

*Quia Regina Cypri ad nos ex regno ſuo
dejecta, & ex terris profecta eſt, & ad
tuam credimus ſerenitatem proficiſcetur,
conſilium & auxilium petens, nam regnum
ejus a ſoldani Ægyptii gente occupatum
eſt: & quia, ſicut accepimus, Maho-
metes Turcorum dominus Sinopim, & Tra-
pezuntem, & multas alias in Aſia civi-
tates, ac provincias de novo ſibi ſubje-
cit, & in Europam victor, ac tamen eo
propoſito revertitur, ut Chriſtianitatem pro-*

Expoſitio Pio Regi Gallo Mahometis progreſſus.

*terat & conculcet, ſerenitatem tuam roga-
mus, & ſtanter petimus, ut reſpicias in
quo ſtatu eſt catholica fides, & quomodo
ex uno latere Turci, ex alio Saraceni ur-
gent. Pone ante oculos lamentabiles Chri-
ſtianorum voces, qui per Aſiam, & Græ-
ciam in medio nationis perverſæ conſtituti
miſerabilibus modis affliguntur, cogita in
quo loco eſt ſacrum Domini ſepulchrum, quod
inſpicere abſque Mahometanorum voluntate
non poſſumus: ſancta terra, quæ nobis lucem
fidei præbuit, nunc in tenebris eſt: totus o-
riens plenus eſt ſpurcitia Mahometica, quæ
etiam in Europam ſuum virus effudit, in-
de Græciæ, hinc Hiſpaniæ parte occupa-
ta, nec dies eſt in qua non mille Chri-
ſtianorum animæ pereant. Rhodus in peri-
culo, & nobilis inſula * maris quondam
dicta Peloponeſus in poteſtate Turcorum eſt
paucis exceptis locis: Epirus tota ad eos
confluxit; Bulgaria, Valachia ex parte
Turcis parent: Hungaria vulnus expectat
quia multis afflicta cladibus non poteſt tan-
ti belli motus ſuſtinere, nec eſt qui con-
ſoletur eam; timet victorem Mahometem
jam ſpoliis ornatis, & Aſiæ viribus au-
ctum. Timemus ſane illi genti, timemus
& aliis, qui ſunt in hoſtium circuitu,
nec nos ſumus, qui ſuccurrere poſſimus:
volvimus oculos noſtros modo huc modo il-
luc, & luſtramus omnium Chriſtianorum
provincias, nemo Regum, nemo principum
nobis occurrit, qui tantæ rei ſubvenire
poſſit niſi tu ſolus, quem pius Deus ſui
populi ſalvatorem, ut confidimus, huc uſ-
que ſalvavit incolumem, nec permiſit in
manus te perſequentium incidere. Tu Dei
ope hereditarium regnum in pace conſequu-
tus es mortuo patre Philippus Burgundiæ
dux clarus, & potens tibi obſequentiſſimus
eſt, & cæteri duces & comites regni glo-
riantur, & tibi ſine controverſia parent.
Ex Anglia, ſi volueris, nil tibi adver-
ſabitur; Hiſpaniam habes amicam; omnes
per circuitum te venerantur, & colunt,
& legationes ex longinquis partibus, ac ex
ipſa Italia te honoratum, & ſalutatum
veniunt: magna eſt gloria ſua, magnum
eſt Dei donum.*

* peninſula

Extremum Cypro & Ungariæ excidium imminere.

Propoſita gloria ſi imperium Chriſtianum ſervarit.

Burgundum ſuorum laborum comitem finitimoſque Reges non adverſaturos.

CXIV. *Intellexit divina pietas cogitationes tuas,
& multa cognovit in animo tuo propoſita
eſſe ad commune bonum, nec dubitamus
quia, cum eſſes exul quodammodo a regno
tuo, tecum ſæpe dixeris. O ſi paterno in
ſolio aliquando ſedeam, quanta faciam tibi
Deus grata! certe non patiar tuam here-
ditatem Turcorum inſania laniari. Audivit
te Deus, & omnia tibi adverſa repulit,
planavit iter tuum, & te in alto regno
collocavit excelſum præ Regibus terræ: om-
nia tibi tranquilla dedit: ſi quid aliquan-
do intra te Deo promiſiſti, id ſervato, ſi
non promiſiſti quod non eſt veriſimile reco-
gnoſce beneficia, quæ accepiſti a domino
Deo tuo, qui te filium Regem creavit,*

Reponat gratiam animi pro beneficiis.

& regnum, cum diu extorris fuiſti, ſumma cum gloria reſtituit: oſtende te gratum divinæ pietati, & pro tanto beneficio vicem rependo: tolle, ut facturum oratori noſtro ſpopondiſti, pragmaticam conſtitutionem, & hoc facto, quod non eſt difficile, erige te totum in auxilium Chriſtianæ religionis contra Turcos, ſtudio ut expeditio adverſus hoſtes Chriſti fiat, exhibe te hujus rei ducem, & caput, nec dubita, cuncta erunt tibi proſpera. Hæc eſt negotium, te dignum, tibi hæc gloria ſervata eſt, nihil eſt in quo te laudabilius exercere poſſis: hereditaria hæc tibi provincia eſt; nam pugnare contra Turcos & vincere, & terram ſanctam recuperare, & fidem ſalvare, & Romanam eccleſiam honeſtare Francorum Regum proprium eſt, & hæc tu commodiſſime præſtare potes vera Francorum ſoboles: ſapientia & rerum experientia præditus, in opulento & pacifico & potentiſſimo regno ſublimatus. Omnium oculi in te reſpiciunt, omnes afflicti te invocant, & nos præter te non videmus, qui hæc poſſit præſtare, ideo ad te unum recurrimus Chriſtianæ fidei defenſorem. Tu ergo & a nobis, & a toto Chriſtianorum populo rogatus, & in primis a Deo commonitus, prepara te huic provinciæ, ad quam feliciter dirigendam omnia obtinebis a nobis, quæ a juſto & pio Chriſti vicario, & B. Petri ſucceſſore obtineri debeant. Dat. Romæ die XXVI. octobris anno MCCCCLXI. pontificatus noſtri anno IV.

Verſos eſſe in eum omnium oculos.

CXV. Sacratus enſis a Pio ad Ludovicum tranſmiſſus.

Ut eumdem Regem ad conficiendam in Turcam expeditionem incitaret Pius, apoſtolica prece ſacratum enſem inter natalitii dominici ſolemnia miſit (a), vagina diſtincta gemmis incluſum, in quo hi verſus inciſi erant.

(a) Gob. l. 7.

Exerat in Turcas tua me Ludovice furentes
Dextera, Grajorum ſanguinis ultor ero.
Corruet Imperium Mahumetis, & inclyto rurſus
Gallorum virtus te petet aſtra duce.

Extant eodem argumento datæ tum a Philelpho rhetore eximio literæ (b), quibus Carolum Francorum Regem ſollicitabat, ut Turcas bello peteret, qui, excisis penitus orientalibus Chriſtianis, deinde in occidentales furorem converſuri eſſent: *Non te præterit*, inquit: *quanta clades invaſerit Chriſtianam religionem ſuperiorum principum vel negligentia vel ignavia, qui dum otia dum voluptatibus ſtudent, tum Conſtantinopoli urbe illa clariſſima, tum univerſa Thracia, tum Triballi atque Illyrici, populi magni & præpotentes, noviſſime autem Peloponeſus tot urbibus, tot pollens hominum millibus Turcorum teterrimo jugo colla ſubjecit: quod ſi Turci voluptatibus dediti, ſi homines barbari, & agreſtes turpiſſimum ſibi ducunt, & perniciosum in primis quietem agere, atque fovere otium, quid facere debent principes Chriſtiani, quorum religio plena eſt honeſtatis, planeque divina?* Et infra: *Solus es in univerſa Chriſtiana republica, qui dignitate & viribus & opibus ſine ulla controverſia reliquis Chriſtianis omnibus antecellis, et eam natus ætatem, quæ ſimul cum prudentia & animi & corporis perfecerit in te robur, oblata eſt occaſio belli cum juſti ac pii, tum maxime ſalutaris: vides quam in dies magis atque magis augeſcit Turcorum peſtifera illa funeſtaque tyrannis, non eſt tibi diutius differendum, ne cunctando latius ſerpat virus. Dum Turcæ ignobiles ſerviles que negliguntur, habenturque contemptui, non Aſiæ ſolum maxima opulentiſſimaque regna ſubjugarunt, ſed etiam Europæ latiſſimos nobiliſſimoſque populos, atque ampliſſimas regiones & egerunt in ſervitutem, aguntque quotidie, & cum nunc maxime videntur abeſſe ab Italia, & Germania, id moliuntur, agunt, aſſequuntur, ut intra Italiæ Germaniæque limina verſari, & circumquaque infeſta arma concutere, atque vibrare gladios poſſint: quid enim adverſus Colchos Mahometus Amyras profectus eſt? quid Trapezuntios oppugnat? nempe, ut nihil ſibi poſt tergo relinquat infeſtum, quo liberior ſit ad Italorum Germanorumque perniciem.*

Cum Hungaris ſimdus traditur percuſſiſſe, Hungari enim ferociſſimum genus hominum ubi ſe audiſſent a cæteris principibus deſtitutos, vel ab ipſis potius principibus Chriſtianis oppugnari, a Turcis autem quotidie affligi, atque opprimi, ancipiti bello diſtracti ac vexati, tandem coacti ſunt accipere quam Turci voluerunt conditionem: quid enim facerent inopes & egeni, niſi aſſiduo mole rapinarum ac cædium, cum ſe circumvallari undique hoſtibus infeſtiſque armis intuerentur? Quid non ſuadeat indignatio? quid non perficiat deſperatio? At neceſſitati qui reſiſtere poſſit, dum Chriſtiani potentatus alii dormitant, alii, quæ pro fide Chriſti debuerant, inter ſe invicem efferata atque truculenta tela convertunt? Mahometus vigilat, & quæ offertur, opportunitatem non deſerit; ſed ut juvenis & Chriſtianorum præda non minus opulentus, quam animoſus, exercitus quotidie novos comparat ex ſubjugatis hoſtibus, ſeque & viribus munit & imperio decorat, ſitque jam omnibus formidabilis. Valachos habet tributarios, magnam Illyriæ, & Dalmatiæ amnis ſuperioribus partem occupavit ac tenet: nuper Sinopem urbem munitiſſimam, & rebus omnibus abundantem ſolo nomine terrore in deditionem accepit; Sebaſtopolim intrepide ac fortiter repugnantem ut vi expugnaſſet capiſſetque, totum illum po-

polum

(b) Philelph. l. 17. ep. ad Ludov. Reg. Franc.

Philelphi ad Ludovicum cohortatio.

Digitized by Google

pulum Chriſtianum ſudibus per omne contumeliæ ſævitiæque genus inflixit. Oppugnatur Trapezus regia urbs emporiumque Colchorum, atque ea oppugnatur quidem & terra & mari a viribus & furore ſæviſſimi deique Mahometi, & ita pervicaciter oppugnatur, ut non longe abſit ab interitu; ſed hæc & alia pleraque multo diligentius, ac melius vir excellentiſſimus Petrus Poſterula tuæ regiæ majeſtati, qui te veluti numen quoddam & colit & veneratur, coram exponet. Age igitur, Rex invictiſſime, induere armis juſtitiæ, tegere pietatis clypeo, cape fortitudinis gladium & duce atque adjutore Chriſto Jeſu in barbaram illam, & invabilem, abjectamque nationem age victrices atque felices copias, minimo admodum labore gloriam tui ſempiterni nominis tibi comparaturus: quid enim memorem quantam ſis facturus acceſſionem ex hac tam præclara exoptataque de Turcis victoria maximo tuo florentiſſimoque regno? poſſident enim Turci non ſolum Myſiam, Phrygiam, Cariam, ac Lyciam quatuor Aſiæ opulentiſſima regna, ſed quidquid jacet Phœnicibus ad Helleſpontum teterrimo premunt & atrociſſimo dominatu, in Europa vero a mari Euxino intra Dalmatiæ viſcera univerſum continentem egerunt in ſervitutem. Omitto inſulas aliaſque permultas regiones, quas tenent jugo preſſas, illic ad Colchos, hinc ad Getas uſque ultra Danubium. Hæc omnia ſi volueris [quid enim velle non debes] tua futura ſunt, & id quidem brevique & facili victoria, numquam enim Turci ſuperiores eſſe conſueverunt ullo virtutis genere, ſed aut negligentia hoſtili, aut ignavia, aut etiam diſcordia vicere, qui pugnare neſcirent, vel nollent, &c. Ex Mediolano XVII. kal. novembris MCDLXI.

CXVI. Pius in Gallica aula ob Ferdinandi clientelam male audit.

Antea vero, nimirum menſe auguſto, Joannem epiſcopum Atrebatenſem legati apoſtolici authoritate inſtructum Pius miſerat, ut eos, qui pontificem carpebant, quod nimirum Pius nil niſi ſplendida verba pro tuenda in oriente religione dabat: Gallicum jus amplificandæ nepotis dignitatis cauſa nimio in Ferdinandum ſtudio oppugnabat: accenderat civile in Anglia bellum miſſo epiſcopo Interamnenſi, Regemque Henricum dejecerat; partimque clandeſtinis ſuſurris, partim apertis ſermonibus detrahebant, compeſceret, tum maxime, ut Ludovicum ad ſanctionem pragmaticam, in mediis eccleſiæ tumultibus a ſeductis præſulibus, nulla idonea fultis poteſtate latam abolendam permoveret: de qua legatione dicto Atrebatenſi epiſcopo data literarum pars hæc præcipua eſt (a).

Interamnensium mittit pro refellendis adverſariorum ſuſurris.

(a) Pius l. 1. ep. cur. pag. 10.

Cum nos ad Franciæ, & cæteras Galliarum partes, nec non Angliæ & Scotiæ regna, dominia quoque dilecti filii nobilis viri Philippi ducis Burgundiæ, etiam extra dictum regnum Franciæ conſiſtentia, pro nonnullis arduis negotiis noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium cum poteſtate legati de latere præſentialiter deſtinemus; &, ſicut ad noſtrum non ſine maxima mentis perturbatione pervenit auditum, nonnulli viri perjurio, & præſertim eccleſiaſtici, ſæculares, & diverſorum ordinum regulares dictorum regnorum, non ſine vehementi hæreſis ſuſpicione, non attendentes ſcriptum eſſe: Principem populi non maledices, cum maledixerint, ac de nobis ipſaque eccleſia, & illius officialibus falſa eblocuti fuerint, plurium gloriantes, & non verentes os in cælum ponere, linguis eorum ſuper terram tranſeuntibus, ut aliquid poſſe videantur, irreverenter faſtuoſoque Spiritu animoſius exardeſcentes, etiam in diverſarum perſonarum præſentia ore tabeſcente, & inverecunda facie; cum ipſi ſilere, ac majorum ſuorum opiniones, & judicia audire, illaque pro poſſe ſectari deberent, etiam in particularibus ſeu generalibus conſiliis verba quamplurima, etiam noſtrorum miniſterii, & officii depreſſionem attingentes, proferre, noſque & officiales prædictos, ipſamque Romanam eccleſiam cunctorum matrem, veluti malignitatis alumni, in ſuis maledictis lacerare non ceſſant; quamplures quoque ex eis etiam pontificali dignitate præditi authoritatem ſanctionis canonicæ contemnentes, literis & proceſſibus apoſtolicis, quominus executioni mandentur, obviare non verentur in multorum injuriam, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum, &c. (dedit deinde Pius legato ampliſſima mandata, ut in illos, qui pontificiæ authoritati detraxerint, nullo dignitatis diſcrimine ſeveritatem adhibeat) *Dat. Tibure anno dominicæ incarnationis MCCCCLXI. XIII. kalend. ſeptembris pontificatus noſtri anno III.*

De Angliæ tumultibus, ob quos admodum auctos abrogata eſt Franciſci epiſcopi Interamnenſis legatio, dicetur inferius: nunc in primis quæ ad extinctam pragmaticam ſanctionem & ad Ludovicum Regem ſpectant percurrenda ſunt. Præbuit plurima Ludovicus in primis regni exordiis virtutum exempla Regis optimi, ut Pius ad Cardinalem Conſtantienſem ſcripſit (b): *Illud jucundum eſt viſum, quod diverſis ex locis ſentimus ſerenitatem ſuam ad religionis, & juſtitiæ cultum inſtitutionem regni ſui dirigere, & velle omnino, ut cum integritate ubique vivatur, maximam fundamenta hæc præbere ſpem poſſunt futurum illum devotiſſimum Apoſtolicæ ſedi, & honoraturum Eccleſiam Dei.* CXVII.

(b) Lib. brev. p. 244.

A religione & juſtitia regnum auſpicari viſus.

Abolendam ſanctionem pragmaticam decernit.

Non difficile fuit ita comparatum Ludovicum ab Atrebatenſi epiſcopo ad pragmaticam ſanctionem abolendum adducere; quippe, ut refert Gobelinus (c): *Prima*

(c) Gob. l. 6.

ejus

ejus profeſſio extitit pragmaticam ſanctionem, quam pater induxerat, prorſus eliminare, & Apoſtolicæ ſedi in rebus eccleſiaſticis ſummum imperium permittere, nec opus monitore Atrebatenſi epiſcopo fuit: id jampridem facturum ſe B. Petro Apoſtolorum principi voverat, ſi paternum ſolium aliquando conſcenderet. Tradit idem auctor (a), Ludovicum Joanni Atrebatenſi præſuli legato apoſtolico ſacramento ſe devinxiſſe, pragmaticam ſanctionem abrogatum iri, cum id votum Deo nuncupaſſet. Confirmant hæc Ludovici Regis ad Pontificem datæ literæ (b), quibus eandem ſanctionem delevit iis potiſſimum permotus argumentis, quod ea effervefcente ſchiſmate per ſeditionem condita eſſet, auctoritatem ſedis Apoſtolicæ labefactaret, licentiæ præſulum fræna laxaret, aliorum regnorum cum Eccleſia conſenſioni adverſaretur, tum a minoris auctoritatis præſulibus contra apoſtolicæ dignitatis apices concepta eſſet.

(a) *Id. l. 7.*

(b) *Ext. l. 2. collect. operi Plat. juſſu Sex. IV. p. 537. & typis cuſa inter ep. Pii II. n. 388. & in actis conc. Later. ſeſſ. 4. to. 4. conc. par. 2. edit. Binii p. 17.*

CXVIII. Obedientiam Pio inſignibus literis defert.

Ludovicus Dei gratia Francorum Rex tibi ſanctiſſimo, & beatiſſimo patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem, & plenæ devotionis affectus.

Deum ſolum ſcientes eſſe, cujus providentia bene conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & urbes religione cingi atque defendi, quam armis & mœnibus, & vicarium Dei viventis ea veneratione proſequimur, ut ſacra præſertim in eccleſiaſticis rebus tua monita veluti vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus: quapropter, beatiſſime pater, etſi conſtitutio quædam in regno noſtro, quam pragmaticam vocant, magno prælatorum conventu, magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & jam callum obducens quietum pene fixerit ſtatum, tu tamen tuis ad nos literis illam a regno noſtro auferri, explodi, abrogarique flagitas; idem quoque nobis dilectus & fidelis conſiliarius noſter Joannes epiſcopus Atrebatenſis, quem cum poteſtate legati de latere ad hoc noſtrum regnum miſiſti, commemoravit: & ad ea per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vovenda, & promittenda nos, antequam regnum ſuſcepiſſemus, religionis ſoſbenctus quædam deduxerat; nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice rerum eccleſiaſticarum tua auctoritate, audemus ac volumus: & id quidem tanto volumus animo propenſiori, quanto nobis regnum Franciæ florens, & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his, quæ tuo nomine nobis aperta ſunt; ipſam ſcilicet pragmaticam ſanctionem tibi tuæque ſedi eſſe ſuſenſam, utpote quæ in ſeditione, & ſchiſmatis tempore atque per ſeditionem ſeditioniſque a tua ſede figuram nota ſit, & quæ dem tibi, a quo ſacræ leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit auctoritatem, omne jus & omnem legem diſſolvit; illud enim exoritur, quod idem conſiliarius noſter nomine tuæ ſanctitatis aſſumpſit, ut, dum per pragmaticam ipſam ſumma in Eccleſia tuæ ſedis auctoritas minuitur, dum prælatis in regno noſtro quoddam licentiæ templum per illam perſtruitur, dum congruens unitas ad alia regna conformitaſque tolli videtur, abroganda ſit ipſa pragmatica, pellendaque a regno noſtro, quippe quæ adverſus tuam ſedem omnium eccleſiarum matrem vel ab inferioribus prælatis lata ſit, tamquam, ut ſcriptura loquitur, ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique lignum eſt. Quæ quidem, beatiſſime pater, licet pleri que docti homines confutare niterentur atque diluere, multique nos dehortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ, te antiſtitem ſacrorum dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus, teque jubente ſequimur, tibi & beatiſſimi Petri cathedræ conſentimus & jungimur.

Plures doctos ne oboleretur obluctatos.

Itaque, ſicut mandaſti, pragmaticam ipſam a regno noſtro noſtroque Viennenſi delphinatu, & omni ditione noſtra, per præſentes pellimus, dejicimus, ſtirpituſque abrogamus, & quam qualemve ante pragmaticæ ipſius editionem circa eccleſiarum, beneficiorum, aliarumque rerum ſpiritualem diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro omnique ditione noſtra tui prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant, & exercebant, talem eandemque noſtro adjutori beatiſſimo Petro, tibique ſucceſſori ipſius reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo imperio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctata: tu enim, cum ſcias quid auctoritate divinitus tibi tradita poſſis, quas pro regni noſtri & eccleſiarum in eo tranquillitate poſtulabimus, non negligas res neceſſarias, poteriſque ſemper quod optimum fuerit judicare. Utere igitur deinceps in regno noſtro poteſtate tua, ut voles, atque illam exerce, nam ut hominum membra nulla contentione capitis uno atque una mente ducuntur, ſic tuis ſacris decretis Eccleſiæ prælati in regno noſtro & delphinatu conſonantiam, & obedientiam plenam reſundent. Quod ſi forte obnitentur aliqui aut reclamabunt, nos in verbo regio pollicemur tuæ beatitudini, atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis aut oppoſitionis obſtaculo prorſus excluſo, eoſque, qui tibi contumaces fuerunt, pro tuo juſſu comprimemus, & refrænabimus. Datum Turonis ſub magno ſigillo noſtro die XXVII. menſis novembris anno Domini MCCCCLXI. & regni noſtri primo. Per Regem in conſilio.

CXIX. At ii ſpretis Petri cathedræ conſentire.

Si qui rebelles fuerint regia vi comprimendos.

CXX. Adjungimus Gallicis rebus hoc anno in Cameracenſis agri oppido, cui Juchii nomen

Condita per ſeditionem tempore ſchiſmatis pragmaticam profitetur.

men erat, ſtatutum ſuiſſe, ut refert Monſtreletus (a), divinæ juſtitiæ exemplum in filio improbo, qui matrem e domo trina vice inhumane pepulerat, dicens malle ſe, ut domus incendio conflagraret, quæque in ea eſſent abſumerentur, quam ut unico die in ea matrem commorari permitteret: mox enim eodem die incognito caſu accenſo igne eadem domus in favillas redacta eſt.

(a) Monſtr. vol. 3. p. 83.

Divinæ juſtitiæ exemplum in filium impium.

CXXI. Extremo anno XVIII. decembris a Pio II. relati ſunt in Cardinalium numerum plures doctrina, & authoritate, gerendarumque rerum peritia conſpicui viri, de quibus hæc narrat Joannes Gobelinus (b): *Cum Pontifex majorem Cardinalium partem in ſuam ſententiam veniſſe cognoſceret, congregato collegio ſecunda feria ante quatuor adventus tempora de Cardinalium creatione ſermonem habuit, & numerum expoſuit, & perſonas nominavit. Reſpiciebant Cardinales taciti alter alterum, & cum ex ipſis vultibus intelligerent ſummo Pontifici annuendum eſſe, nemo auſus eſt adverſari, cuncti laudavere nominatos, atque in eorum creatione conſenſere. Tunc Pontifex non expectata ſexta feria, in qua pronunciari Cardinales conſuevere, ſtatim annuente, ac requirente collegio, pronuntiationem fecit, juſſitque in diem, quæ prope aderat, ejuſmodi ſolemnitate ſtatutam ſilentio tegi. Cardinales ex Italicis creati ſunt Bartholomæus Rovarella archiepiſcopus Ravennas, qui jampridem in regno Siciliæ legatum geſſerat, doctrina, conſilio, & morum integritate conſpicuus: Jacobus epiſcopus Papienſis natione Lucenſis, privilegio Senenſis, & ab ipſo Pontifice, qui dexteritatem ingenii dilexiſſet, Picolominea donatus familia: Franciſcus Mantuani Principis filius nondum viginti natus annos, verum qui corpore longe majorem præ ſe ferret ætatem, & gravitate, ac prudentia prope ſenili: ille ad titulum presbyteris aſſumptus, hic ad diaconatum,* nempe S. Mariæ novæ: *Ex Gallicis Joannes epiſcopus Atrebas egregius vir doctrina, ingenio, ac divina quodammodo memoria præſtans: Ludovicus Lebretus ex regio Francorum ſanguine ortus, placidæ converſationis, & cujus vita generi conveniret. Ex Hiſpanis Jacobus epiſcopus Urgellenſis domo Cardonea, literis & moribus ornatus, cujus majores ad regni quondam faſtigium pervenere: his titulis presbyterorum aſſignati. Cœperat jam Pontificem vexare chiragra atque ardore urgere intolerabili, propter quod publicatio Cardinalium in conſiſtorio patenti ſine ipſo facta eſt. Cardinalis Nicænus de laudibus eorum verba fecit. Digna creatio judicata, quæ de viris excellentibus facta eſſet, & qui poſſent Eccleſiæ prodeſſe, vel ſuo ingenio, vel amicorum auxilio: nec minus collaudata eſt Pontificis prudentia. Ex creatis noviter Cardinalibus unus tantum aderat Jacobus Lucenſis, cui Pontifex lectulo decumbens ſua manu vel ægrota rubrum galerum impoſuit. Ravennati, & Urgellenſi aulici Pontificis pileos tulere: reliqui poſtea curiam petentes pro more iiſdem inſignibus honeſtati fuerunt.*

(b) Gob. l. 7.

Actus Cardinalium cœtus.

Novorum Cardd. nominatio.

Quod ad Jacobum Papienſem attinet, CXXII. extat pontificium diploma (c) ejus gratia editum ipſa die, qua Cardinalium collegio eſt aggregatus, nimirum XIV. kal. januarii, quo etiam Ticinenſis eccleſiæ adminiſtrationem una cum cardinalatu conjunctam illi aſſeruit. Porro extat apud Cardinalem ipſum Papienſem elegans parænesis ſibi ipſi inſcripta, cum ſacræ purpuræ jus accepiſſet, qua mentem ad divinum timorem contemnendaque gratulantium lenocinia obfirmat: *Credo*, inquit ſeipſum adhortans, *hunc in quem veniſti gradum non tam honoris nomen habere, quam oneris, nec tam otii, quam negotii locum. Reprimet hæc cogitatio efferventem ſe animum, & leviora faciet quæcumque ſunt gravatura; ad ſana etiam conſilia animum præparabit: ſi aliud eſſe cardinalatum putas, erras vehementer. Quidquid hic eſt, labor eſt & diſpenſatio Chriſti, non quies aut imperium. Auxiſti miniſterium Dei, augenda pariter humilitas eſt, ac patientia: ſanctum miniſterium hoc a te exigit dicens Dominus. Qui mihi miniſtrat me ſequatur; hoc videlicet dicit, ſicut humiliar ego & patior, ſic tu humiliare & patere. Collati honores ſi delectant, non contriſtent honorum opera: nil magnum cardinalatus ex ſe habet, occaſionem laudis afferat, non laudem; tantuſque ipſe eſt, quanta illius eſt virtus, qui eum ſuſtinet: clarus, ſi ea dignus gloria: ſine honore, ſi vita eſt contemptibilis: non facit cathedra ſacerdotem, inquit Chryſoſtomus, ſed ſacerdos cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, &c.*

(c) Pius l. 17. p. 220.

Repoſita hoc anno eſt ſolemni ritu a CXXIII. Pio II. in ſanctarum virginum catalogo Catharina Senenſis, ſanctitate & miraculis clariſſima, provehentibus ſacram hanc actionem Senenſibus ſuis precibus apud Pontificem, ut refert Gobelinus (d) his verbis: *Pontifex rogatus a ſuis civibus B. Catherinam Senenſem inter ſanctas Chriſti virgines referre, accito epiſcoporum conſilio, qui tunc erant in urbe: de vita & miraculis inquiſitione per tres Cardinales facta, qui omnia, quæ invenerant coram retulere: interrogato conventu quid videretur, cum reſpondiſſent univerſi canonizandam virginem fore, in baſilica B. Petri ſuggeſtum apparari juſſit, in quo re divina peracta orationem habuit de laudibus virginis, quam hic non inſerimus, in volumine reliquarum orationum conſcriptam. Ea ſiuttæ ſummo Cardinalium, epiſcoporum, abbatum, & aliorum, qui aſſiſtebant, prælatorum conſenſu, adhibitis*

(d) Gob. l. 5.

Conſecrata a Pio S. Catharinæ Senenſis memoria.

ſole-

Digitized by Google

ſolemnitatibus conſertis Catharinam ipſam in cathalogo ſanctarum virginum aſcribi mandavit: commemorationem ejus fieri quotannis inſtituit: viſitantibus ſepulchrum, in quo jacent oſſa in eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam, indulgentias ſeptem annorum conceſſit: ac canonizationis literas ipſe dictavit, quæ inter alias ejus epiſtolas continentur. Impreſſæ ſunt hæ literæ, inſertæque bullario (a) ſed pluribus ſcatent mendis, quæ nos ex regeſto Vaticano (b) emendavimus; ea vero delibanda cenſuimus, in quibus Pontifex affert virtutum exempla, & argumenta ſanctitatis, quæ in eadem B. Catherina radiarunt, præfatus enim plura de orbis creaturis, quæ divinam gloriam ſuæ naturæ præſtantia explicant, deque humano genere collapſo, ac redempto, legeque evangelica inſtructo, quam tamen pars maxima aut reſpuat, admiſſamve non impleat, ſermonem convertit ad ſanctos utriuſque ſexus, quibus divina providentia Eccleſiam ſingulis ſæculis illuſtravit: inter quos effulſit B Catharina, cui quidem Urbanus VI. Innocentius VII. Gregorius XII. virginum ſanctarum cultum decernere fuerint meditati, ſed ſchiſmatis turbinibus agitati deſtiterint non ſine arcano divini Numinis conſilio, ne quod pars una ſacrum pronuntiaſſet, altera profanum cenſuiſſet, reſervatamque rem Senenſi viro in Petri ſolio conſidenti, ut civem Senenſem conſecraret. Tum quæ de Catharina poſt graviſſimum examen comperta ſint ita exponit.

(a) *Bull. in Pio II. conſt. 6.*
(b) *L. 16. bull. p. 80.*

Pius Papa II. ad perpetuam rei memoriam.

CXXIV. *Virgo Catharina ex civitate Senenſi oriunda, mediocribus orta parentibus prius Deo ſeſe dedicavit, quam Deum poſſet per ætatem cognoſcere. Sex annos nata, ut Domino ſerviret, eremum concupivit, & urbe egreſſa in caverna quadam loco ſolitario delituit, quamvis jubente ſpiritu paululum demorata domum redierit. Angelicam ſalutationem edocta quoties paternæ domus ſcalam aſcendit, toties per ſingulos gradus flexo genicalo beatiſſimam virginem matrem Domini ſalutavit, & anno major virginitatem ſuam conſecravit Chriſto, quem ſua in majeſtate ſedentem mirabili viſione contemplata eſt, & arcana cœleſtis aulæ vidit, quæ non poteſt effari lingua mortalis. Mundanas delitias a ſe omnes abdicavit, orationi totam ſe dedit, corpuſculum ſuum jejuniis, vigiliis, ac verberibus afflixit, coæquales puellas, ut idem facerent & docuit & perſuaſit.*

Pubes effecta ſciſſis crinibus mortale conjugium recuſavit, convicia & maledicta hominum ſprevit, B. Dominici habitum, quem fœminæ geſtant de pœnitentia nuncupatæ, extorſit potius quam impetravit: ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quam vilis apud homines & abjecta videri. Pauperibus Chriſti, nam id pater ſibi indulſerat, larga manu ſubvenit, ægrotantibus ſumma diligentia miniſtravit: diabolicas tentationes, & aſſiduas malignantium ſpirituum pugnas patientiæ clypeo, & fidei galea ſuperavit; incarceratos, & oppreſſos, quibus valuit modis, conſolata eſt. Nullum ab ea verbum non religioſum, non ſanctum excidit: omnis ſermo ejus de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei, & proximi, de cœleſti patria.

Inſignis ejus charitas in proximos.

Nemo ad eam acceſſit, qui non doctior melior que abierit: doctrina ejus infuſa, non acquiſita fuit: prius magiſtra viſa eſt, quam diſcipula, quippe quæ ſacrarum literarum profeſſoribus, ipſiſque magnarum eccleſiarum epiſcopis difficillimas de divinitate quæſtiones proponentibus prudentiſſime reſpondit, & adeo ſatisfecit, ut tanquam agnos manſuefactos remiſerit, quos tanquam lupos & leones ferocientes acceperat: quorum nonnulli divinam in virgine ſapientiam admirati, diſtributis mox inter Chriſti pauperes, quas poſſidebant, ſubſtantiis, accepta Domini cruce vitam deinde evangelicam egerunt.

Summa hujus virginis abſtinentia fuit, & mirabilis vitæ auſteritas: nam, cum vini, & carnium uſum prorſus abjeciſſet, nec palmentariis ullis uteretur, ad extremum eo deducta eſt, ut nec legumina ederet, nec pane veſceretur niſi cœleſti, quem verus Chriſtianus in Sacramento ſumit altaris. Inventa eſt aliquando a die cinerum uſque in pentecoſtem jejunium perduxiſſe ſola Euchariſtiæ communione contenta, per annos circiter octo minimo herbarum ſucco, eorumque parum retento, & communione ſacra ſuſtentata eſt: ad cibum quaſi ad ſupplicium pergebat. Ad communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quaſi ad cœleſtes nuptias invitata eſſet, ſumma cum alacritate proficiſcebatur: cilicio ſub veſte utebatur, quo carnem macerabat: nullæ illi plumæ, nulla pulvinaria erant, lectum ſibi ex aſſeribus confecerat, atque in eo jacens breviſſimum ſomnum accipiebat, raro enim ultra duas horas inter diu noctuque dormiebat, reliquum omne tempus vigilando, orando, prædicando, opera miſericordiæ agendo, contrivit: ſpinoſis cordulis carnem ſuam maceravit: dolore capitis pene aſſiduo torquebatur, æſtuabat febribus, nec illorum cruciatu carebat: luctabatur quam frequentiſſime cum dæmonibus, multiſque illorum moleſtiis vexabatur, ſed ajebat cum Apoſtolo: Cum infirmor tunc fortior ſum. *Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat: aſſiſtebat miſeris indigna ferentibus; arguebat peccatores, & blandiſſimis verbis ad pœnitentiam revocabat; præcepta ſalutis omnibus læta dabat; quid ſectandum, quid* fu-

CXXV. Gravioribus jejuniis virgineum corpus maceravit.

Cœleſtibus in communione perfundebatur delitiis.

Plures ad ſanctiorem vitam traduxit.

fugiendam eſſet alacri vultu oſtendebat; diſſidentes ſummo ſtudio componebat, multa extraxit odia, & mortales ſedavit inimicitias.

CXXVI. Gregorio XI. votum ab ipſo nuncupatum de ſede urbi reſtituenda patefecit. Suſpenſa in aere divina contemplatione fruebatur.

Pro pace Florentinorum, qui tum Eccleſia diſſidebant, & interdicto ſuppoſiti erant eccleſiaſtico, Appenninum & alpes tranſire, atque uſque in Avenionem ad Gregorium XI. Pontificem maximum anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitavit, cui votum ſuum de petenda urbe Roma in occulto factum & ſoli ſibi, ac Deo notum, ſeſe divinitus cognoviſſe monſtravit; fuit enim in ea ſpiritus propheticus, & multa prædixit antequam fierent, & oculiſſima revelavit. Rapiebatur ſæpe a ſpiritu, & in aere ſuſpenſa divinis contemplationibus paſcebatur, adeo extra ſe acta, ut expuncto percuſſaque nihil omnino ſentiret, idque frequenter ſibi contingebat cum diviniſſima reficeretur Euchariſtia. Magnum & ſanctum erat in plebibus Catharinæ nomen: undique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus deducebantur, & multi curabantur languoribus, & febribus in Chriſti nomine imperabat: & dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus, propter quas res duobus Romanis Pontificibus Gregorio, cujus paulo ante meminimus, & Urbano VI. acceptiſſima fuit, adeo ut legationibus coram fungeretur, multiſque & magnis ſpiritualibus gratiis ab eis donaretur.

CXXVII.

Eadem cum vitæ agonem jam peregiſſet anno ætatis ſuæ tertio circiter ac trigeſimo, in urbe Roma diem ſuum clauſit: de cujus animæ in cælum aſſumptione & glorioſa receptione, ſtupendæ & admirabiles revelationes factæ reperiuntur apud eas perſonas, quæ virginem dilexere, maxime vero apud ejus confeſſorem Raymundum Capuanum ſacræ theologiæ magiſtrum, qui poſtea generalis totius ordinis Prædicatorum pater, magiſter, & rector effectus eſt: is namque, cum Genuæ ageret, ea nocte, qua virgo migravit, hora matutinis intra dormitorium apud imaginem Matris Domini eam contemplatus eſt miro ſplendore fulgentem, & verba ad ſe conſolatoria dicentem. Corpus aliquandiu ſervatum, denique in eccleſia fratrum Prædicatorum, quæ de Minerva dicitur, Romæ conditum eſt, non ſine maxima populi devotione ac reverentia, cujus tactu plerique ægroti ſalutem conſecuti ſunt, adeo ut nonnullis ſaluti fuit ea tetigiſſe, quæ ſacrata virginis membra tetigere. Poſtea quoque virgo ipſa jam cælo recepta vota ſupplicantium benigne audivit, &, ut a ſponſo & domino ſuo Chriſto ſalvatore exaudirentur, curavit: multi enim ex diverſis ægritudinibus curati ſunt, qui audita B. Catharinæ glorioſiſſima fama ejus patrocinium ſupplices petivere.

Poſt mortem mox B. Raymundo Genuæ apparuit.

Poſt mortem fulſit miraculis.

(Addidit Pontifex hæc omnia rite probata perpenſaque, & Cardinalium ſenatum, ac præſules cœlitum honores illi decernendos cenſuiſſe, quorum ſecutus ſententiam, illam in ſanctarum ordine repoſuit, & ſacram illius memoriæ recolendæ diem primam mali recurrentis ſingulis annis dominicam inſtituit: tum ejus ſepulchrum in prædicatorum eccleſia eadem die luſtraturis nonnulla indulgentiarum præmia elargitus eſt, adjecta diplomati hæc temporis nota:) *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXI.* III. *kal. julii pontificatus noſtri anno* III.

Recoli juſſa illius anniverſaria dies.

CXXVIII.

Perfecto eo ſacro ritu, quo B. Catharina inter cælites eſt relata, Pontificem menſe julio, cum æſtivi ardores accenderentur, Tibur ſe contuliſſe tradit Joannes Gobelinus (a), quod literæ a nobis ſuperius adductæ Tibure exaratæ confirmant, addit vero Fridericum Urbinatem conatum Pontificem dehortari ab ea profectione, quod Tiburtini antea eccleſiaſticum præſidium admittere detrectaſſent, atque nonnulli ex iis proditores cum Piccinino Everſoque hoſtibus ſenſiſſent: at Pium eo magis urſiſſe iter, ut fluctuantes in fide contineret confirmaretque. Cumque eo perveniſſet in editiore loco, in quo vetus Tibur ſteterat arcem excitaſſe: cum etiam antea Urbem veterem e ruinis Centum cellarum conditam mœnibus cingendam curaſſet. Dum Tibure agebat, exacta jam æſtate, a Joanne Turrecremata S. Sixti Cardinale invitatum, ut monaſterium Sublacenſe, cujus adminiſtrationi præerat Joannes, viſeret, eo laxandi curis animi cauſa cum quatuor Cardinalibus ſe contuliſſe, refert idem author (b), ac locum, in quo S. Benedictus ſolitariam vitam egerat, ita deſcribit; *Monaſterium ſub altiſſimo ſaxo ædificatum eſt, ita ut magna pars ejus vicem tecti gerat, partem exterius conſtruxere: ædes ipſa ſacra, & officinæ monachorum multæ intra ſaxum patent. Benedictus magnus ille monachorum pater, & Deo plenus, in quo Nurſia totum quod habuit bonitatis effudit, priuſquam domus ulla hoc in loco conſtructa eſſet, aut homo quiſpiam habitaret, ſolus in hac eremo pœnitentiæ locum ſibi delegit, procul ab humano cultu, nulli cognitus niſi Deo: in duriſſimo ſibi lapide lectum ſtravit: hic ſe vigiliis ac jejuniis maceravit: hic Deo gratiſſimum præbuit famulatum. Secuti ſunt eum diſcipuli, & empta eſt habitari ſpelunca, ſicut in altis ſcopulis nidos videmus arundinum in crepidine lapidum, ita eſt hoc monaſterium cernere affixum ſublimi ſaxo, ex quo ſæpe fruſta concidunt, quæ aut monachos perimunt, aut ædificii ruinam faciunt. Multa hic ſancti viri miracula referuntur, & tintinnabulum oſtenditur, quo diabolus illuſiſſe bonis operibus conatus eſt. Monachi tertiter viginti hic degunt.* Nonnulliſque interjectis de Mona-

(a) Gob. l. 5.

Pii iter Tyburtinum.

(b) Id. l. 6.

Deſcriptio loci in quo D. Benedictus primitus religioſæ vitæ excoluit.

ſtica diſciplina ab iis egregie culta addit.

CXXIX. *Pius cum ſuperius atque inferius in utroque monaſterio rem divinam coram ſe celebrari juſſiſſet, & omnia loca exoſculatus eſſet, quæ fama vulgaret Benedicti corpus tetigiſſe, ſpiritualee gratias elargitus, quas monachi petivere, & omnium conſcientiis abunde ſaturatis ad oppidum pernoctaturus deſcendit.* Recenſet auctor alia minora Pontificis itinera, ac Tybur indeque Romam poſt pridie nonas octobris rediiſſe, aliquot Tiburtinis obſidibus ſecum ductis, utque magifice exceptus ſit, deſcribit: *Redeunti Pontifici Cardinalium ordo obviam factus eſt, & Thomas Amorea deſpotus, & legatorum diverſorum, gentium, ac Regum ingens caterva, externis moribus, ac veſtibus admirabiles. Præcipue vero in ſe omnium convertit oculos Regis Poloniæ legatio, quam proceri juvenes eleganti facie, ac flavis crinibus poſt tergum vento dimiſſis, in veſte viridi non pauci præcedebant, altis ac præpinguibus inſidentes equis, manu baliſtas more gentis uno ex latere, & alio gladium & pharetram ex pelle lybiſtidis arſa ſagittis plenam geſtantes: ſuper crines aut levem pileum viridi colore pennarum, aut ex floribus ſerta tulere. Supra humanam ſpeciem viſa juvenum forma, qui appropinquante Pontifice ab equis deſilientes proni in terram cum legationis principibus Salvatoris vicarium adoraverunt, quem antea nunquam viderant. Ipſe urbem ingreſſus ſummo civium favore exceptus ſalutatis in baſilica S. Petri beatis Apoſtolis, in palatium apoſtolicum ſeſe recepit, cum non tres menſes integros abfuiſſet.*

Redit in orbem Pius cum ingenti pompa.

CXXX. Poſt hæc Gobelinus (a) ad civiles motus, inter Joannem Regem Aragonum ejuſque filium Carolum Vianæ principem excitatos narrationem convertit. Certaſſe illos diu ante de Navarræo ſceptro jam indicavimus, extantque Pii literæ, ſuperiori anno abeunte, ad epiſcopum Tiraſonenſem datæ (b), ut motas de ſacerdotiis, quæ tum a Joanne tum a Carolo, flagrante diſſidio, collata fuerant, lites apoſtolicis fultus mandatis ſine forenſi ſtrepitu dirimeret. Inveteratum autem ejuſmodi bellum hoc anno magis recruduit, Joanne opprimente Carolum, ut morem gereret uxori, illius novercæ, ex qua ſuſceptos liberos ad ſolium evehere ambiebat; nam, quod ad Navarræum regnum ſpectat, obſervat in primis Gobelinus (c), Joannem, cum Blancam Navarræ Reginam duxit, dotale regnum ea accepiſſe lege, ut ſuſcipiendo filio, cum ad ætatem gerendo ſceptro idoneam perveniſſet, Regnum transferret. Indigna etiam res viſa, Joannem Regem, cum in Aragoniæ, Valentiæ, Catalonniæ, Balearium, Trinacriæ, Sardiniæ, Corſicæ regni, Alfonſo fratri ſucceſſiſſet, nunquam Carolum a regni ordinibus in ſolemnibus comitiis majorem natu filium heredemque ſceptrorum de more gentis agnoſcere voluiſſe: (d) quæ res una maxime optabatur, ut inter patrem & filium arctiſſima coaleſceret concordia. Sed quod omnino atrox fuit, populorumque odia, & arma in Joannem concitavit, inſignis extitit proditio, qua Joannes e majori Baleari inſula redintegrandæ amicitiæ ſpecie vocatum ad ſolemnes Ilerdenſes cœtus filium noctu comprehendi violata fide, atque in cuſtodiam tradi juſſit (e); moxque in eum ficto ordine judiciario agere cœpit.

(a) Gob. l.7.

(b) Pius l. 37. p. 48.

Navarræum bellum inter Regem Aragon. ac filium Carolum recrudeſcit.

(c) Gob. l.7.

(d) Sur. l. 17. c. 2. 12. & 19.

(e) Sur. l. 17. c. 3. & alii.

CXXXI. Circumventum illum a noverca calumniis plerique tradunt: alii tamen paterna ipſum odia exaſperaſſe ideo ajunt, (f) quod cum antea Catharinam Alfonſi Regis Luſitaniæ ſororem ducere uxorem ex patris voluntate pepigiſſet, decreviſſet deinde Iſabellam Henrici Regis Caſtellæ ſororem præferre, cum ex eo fœdere & Navarram ſibi aſſerere, & paternum furorem cohibere poſſet. Doluere populi iniquam Caroli vicem, ac primum mollire precibus Regis animum pertentarunt, ut inſontem filium vinculis abſolveret: ſed ipſe mox illum rapi in alium carcerem munitiorem juſſit, ducente privignum vinctum noverca, ne fugam caperet. Ulteri indignum facinus Catalani arma ſumpſere (g), excitarique ingentes ubique pro liberando Carolo populorum motus. Acceſſit bello Henricus Rex Caſtellæ, atque in Navarram exercitum immiſit adeo, ut Joannes Rex cinctum ſe undique periculis perhorruerit. Coactus itaque filium laxavit carcere, utque omnia a Catalanis poſtulata admiſit. Verum haud ita multo poſt, nimirum ix. kal. octobris Carolus mortem oppetiit (h) ætatis anno quadrageſimo, contracto, ut ajunt, ex gravioribus curis morbo, cum Joannes Caſtellæ Regem in ſuas partes traheret; nec tamen defuere (i), qui veneno lento propinato in carcere eum contabuiſſe crediderint. Moriturus a patre, cum quo tot geſſerat bella, veniam petiit, Navarræque regnum Blancæ ſorori, quam Joannes pater cuſtodiæ addixerat, ex avi Caroli Regis teſtamento reliquit (k). Ut vero ſecuti ſint deinde ingentes in Catalonia ob Caroli deſiderium motus adverſus Joannem Regem, jactaverintque nonnulli ad illius ſepulchrum patrari miracula, & de ſanctorum honoribus illi decernendis egerint, quos Pontifex irriſerit, fictioque deinde elanguerit, narrant Gobelinus (l), & Surita (m). Nunc alterius principis, nempe Henrici Luſitani, cujus opera & ſtudiis patefactas Indias, & barbaris gentibus illarum evangelium vidimus, obitum conjungemus.

(f) Gob. l.7. Marian. l. 23. c. 2.

Flagitio in carcerem conjectus a patre filius.

Traditus novercæ.

(g) Gob. ſup. l. Sur. ſup. lib. c. 6.

Cathalani & Caſtellani pro inſonte arma ſumunt.

E novercæ manibus eripitur.

Sine paterno conſenſu renuntiant heredem.

Paulo poſt extinctus Carolus.

Navarræ jura ſorori Blancæ reliquit.

(h) Sur. l. 17. c. 24.

(i) Marian. l. 23. c. 3. & 4.

(k) Surit. c. 24.

(l) Gob. l.7.

(m) Sur. l. 17. c. 42.

CXXXII. Præfectus ille erat militiæ Jeſu Chriſti, qui

Digitized by Google

qui ſacer equeſtris ordo florebat in Luſitania, eumque magiſtratum Pontifex in ſucceſſorem Alfonſum Regem Luſitaniæ, & Algarbii, Ceptæque & Alcaſſaris in Africa dominium contulit (a), iis potiſſimum adductus rationibus, quas ipſi hiſce literis ſignificavit.

Luſitanus Rex militiæ Jeſu Chriſti princeps a Pio renuntiatur.

(a) Pius l. 1. p. 45.

Pius Papa II. Regi Luſitaniæ.

Dum tuam ſingularem erga nos, & ipſam eccleſiam devotionem, operoſæ ſollicitudinis ſtudia, continuatoſque labores, quos pro divini nominis gloria, defenſione, & exaltatione catholicæ fidei, conſervanda Eccleſiæ unitate, ac profectu fidelium animarum pratuliſti, dumque præclaras tuas virtutes, quibus inter cæteros catholicos Reges tanquam ſydus irradians debita meditatione penſamus; attendentes quoque te juſtitiæ, & pietatis cultorem eſſe, quæ maxime victores Deo placent, & principes alacres reddunt; ac ſperantes quod prædictæ tuæ virtutes majores in futurum fructus producent, ad Dei honorem, & Chriſtianæ religionis utilitatem merito inducimur, ut te apoſtolici favoris gratia proſequamur. Et infra: *Plenariam habentes notitiam, quod progenitores tui prædictum, & plures alios militiarum magiſtratus in Portogalliæ & Algarbii regnis ad expugnandos infideles inſtituerunt, & quod non ſolum pro conſervatione, & defenſione civitatis Ceptenſis & oppidi Alcaſſaris, quæ in Africa, & in partibus Saracenorum conſiſtunt: & cui iidem Saraceni crebros faciunt inſultus, omnique ſollicitudine intendunt illa ſuo dominio ſubjicere, ſed & in claſſibus & exercitibus, quos pro augmento & defenſione fidei catholicæ, ac cuſtodia populorum tibi commiſſorum, qui eiſdem Saracenis vicini exiſtunt, plurimas expenſas neceſſario te ſubire oportet, quas multis annis ſuſtinere non poſſes, niſi tibi Apoſtolicæ ſedis, cui fideliſſimus ſemper fuiſti, patrocinium ſuffragetur, &c. Dat. Romæ anno* MCCCCLX. VIII. *kal. februarii pontificatus noſtri anno* III. Abdicavit ſe Alfonſus Rex deinde eo magiſtratu, quem Pontifex in Ferdinandum ducem Bejenſem ejuſdem Regis & Leonoræ Imperatricis fratrem transfudit, ob ejus ſingulares animi dotes piumque propugnandæ fidei ardorem: *Fide dignis*, inquit, *relatibus certiores effecti, quod velut intrepidus dux zelo fidei orthodoxæ adverſus crucis æmulos, & Chriſtiani nominis inimicos continuo bella movere, & claſſem pro viribus præparare molires.* Addimus Luſitanis rebus, Joannem epiſcopum Coimbricenſem creatum hoc a Pio Apoſtolicæ ſedis nuntium in Regis Alfonſi Regnis, atque legati auctoritate inſtructum.

cxxxiii. In Anglia male geſta res eſt a Franciſco epiſcopo Interamnenſi legato apoſtolico, quocirca ex legatione revocatus fuit, ejuſque munus in Joannem Joffredum epiſcopum Atrebatenſem transfuſum eſt, ut ſuperius indicavimus. Ante hæc vero maximæ in eo regno converſiones factæ, eoque in variis præliis eximii duces militeſque cecidere, ut ſi ferrum ſtrinxiſſent in Turcas, ingentes referri victoriæ potuiſſent: extant vero Pontificis literæ (b) hoc anno undecimo martii die ad Henricum Regem miſſæ, quibus illi de civilibus Angliæ bellis condolet, hortaturque, ut in Deo ſpem ſuam collocet.

(b) Pii II. brev. p. 235.

Pius Papa II. Regi Angliæ.

Conſolatoriæ ad Angl. Reg. literæ.

Compatimur toto corde tuæ ſerenitati pro iis moleſtiis, quas paſſus es hactenus, dolentes regnum tuum tam nobile variis diſſenſionibus continuo affligi: afficimur genti Anglicanæ vim magnam ad ſumma omnia habenti. Afficimur celſitudini tuæ, cujus eſt bonitas nota, & devotio erga Apoſtolicam ſedem ſemper laudata: ſcimus concertationes hujuſmodi te abhorrere, paciſque & concordiæ eſſe amatorem. Vellemus opera noſtra omnem tibi incumbentem moleſtiam poſſe avertere. Præſtaremus hoc charitati tuæ libenter, nec deſiderares a nobis ullum boni patris officium: nunc autem, cum in remotis poſiti efficere ultra non valeamus, æquo animo ferenda eſt tibi omnis conditio. Dat Deus turbulentias hujuſmodi ſervis ſuis tentans per eas, quam conſtantiam gerant, non tamen eos relinquit, nec patitur in opprobrium dari. Sperantes in Domino ſecunda omnia tibi evenient, & ut ita facias, hortamur ac ſuademus. Si qua in re nos utiles vides ad ſalutem regni & tuam, pietas noſtra nullatenus deerit; præſtabimus cuncta, quæ in Deo poterimus, atque ex te ipſo bonum animum intelliges. Scripſimus venerabili fratri epiſcopo Interamnenſi A. S. L. ut tibi in omnibus adſit, te juvet, nec quantum in eo eſt conſolari permittat, &c. Dat. Romæ XI. *martii anno* III.

Extant etiam literæ (c) ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem legatum, qui maxima in Anglia valebat auctoritate, & crucem Roma miſſam præferebat (d), juſſuſque eſt ad ſedandos Anglicos tumultus incumbere. Datæ etiam aliæ ad Richardum comitem Warvici, qui in eo inteſtino bello ſanguine conjunctos amiſerat, conſolatoriæ (e); *De caſu conſanguineorum tuorum, quos periiſſe in acie memoras multum dolemus. Vellemus inter Chriſti fideles pacem eſſe atque concordiam, nec tam celebre regnum tali calamitate diſcindi.* Nonnulliſque interjectis ſubdit: *Regem non eſt neceſſe nobis commendes, propter bonitatem ſuam, & præcipuam ad ſedem Apoſtolicam fidem ipſum paterne diligimus, quæcumque poſſumus in ſui beneplacitum facere parati ſumus, quantum cum Deo licet præſtare, &c. Dat. Romæ* x. mar- cxxxiv.

(c) Ib. p. 235.
(d) Pag. 234.
(e) Pag. 234.

xr. martii anno sts. Ex his literis conſtat Richardum Wɜrvici comitem finxiſſe apad Pontificem ſe Hentico pto firmando illius regno ſtudere. Et quidem tsadit Naucietus (*a*), eumdem Richardum Watvicenſem Hentico regium nomen titulosque aſſesuiſſe, quo tempore Richardus Eboracenſis tedactum in ſaam poteſtatem Henricum exuere regiis inſignibus annitebatur, qaod præſeſetre ad ſpeciem potuit, cum Angli adhac in Henrico regiam majeſtatem ſacramenti memores ſuſpicerent. Cæterum tam Richasdum comitem Wasvici, quam Franciſcum iegatum Apoſtolicum fuiſſe præcipuos evertendi Henrici authores tradidere hiſtoriæ Anglicæ ſcriptores. Et quidem Polidorus Virgilius (*b*) narrat, cæſo a Regina Margareta Richardo Eboracenſi, in quo etiam ejus filius Rotlandiæ comes, tum Vvarvici comitis parer, comes Sarisburiæ occabuere, Richardum Vvarvicenſem cum exercitu ad phanum Aibani in Reginam ſigna extuliſſe, ſed ab ea profligatum: ac tum Regem Henricum, quem ſecam duaerat, iibestati reſtitutam. Hæc prælia ſecutam eſt aiiad cruentiſſimum die xxvsit. martii, ut conſignat Monſtreletus (*c*), in quo Eduardus ducis Eboracenſis cæſi filius & Richardus Vvarvicenſis Henricum proſtravere. Potaiſſe porro Reginam Margaretam poſt pattam de Richardo Eboracenſi victoriam Londinenſes ad ſaa accipienda imperia cogere & ſolio virum teſtitaere narrat Gobelinas: (*d*) ſed dum præcipuos conjuratos ad ſupplicium poſcebat, in odium venit cunctis Londinenſibus, ut in extremam deſperationem eff:tati decotam, in acie mortem turpi ſupplicio prætulerint, atque Edaardi Eboracenſis Richardique Vvarvicenſis ſigna ſint ſecati. Commiſſa (*e*) eſt decretoria de Angiicano regno pugna quarto aprilis die, quæ in palmatum celebritatem incidit, tanto animorum asdore odiotumque pertinacia, ut decem horis certatum ſit, ac viginti hominum millia utsinqae cæſa faerint: denium vero Henricus, cam ſaos terga dediſſe conſpexiſſet, una cum uxore & filio fuga ſe ſubduxit. Capta ad decem hominum millia, quorum alii vulnerum doiore perière, alii valetudinem priſtinam tecepere [t].

(*a*) *Naucl. vol. 2. gen. 49.*

(*b*) *Polyd. l. 23.*

(*c*) *Monſtr. vol. 3. p. 85.*

(*d*) *Gob. l. 3.*

Nimia acerbitate Margareta Londinenses in deſperationem conjicit.

(*e*) *Monſtr. vol. 3. p. 84. Polyd. ſup. l. 23.*

Cæſa in civili prælio viginsi Anglorum millia.

Parsa ea victoria Eboracenſis, qui jam anre prælium Regem ſe dixerat quod Henricas pactum fœdus cum Richardo violaſſet, coactis ad Weſtmonaſterium sv. kal. julii regui comitiis regia inſignia corripuit (*f*) atqae Henricum Margaretamque regni hoſtes pronuntiavit, patriſque caput ſtraminea illuſum ab iis corona honorifice ſepelivit. Ita Henricus qaem Gallicæ coronæ cupidine toties pacem, & Pontificum inſtabilitatem humanarum terum psoponentium, monita reſpaiſſe vidimus, poſt amiſſas Gallicas provincias, Angliæ etiam regno ſpoliatas eſt. Qui ad Jacobum Regem Scotiæ confugit, collectoque exercitu ad tecuperandum regnum in agtum Dunelmenſem excurrit, ducemque Summerſeti ad ſtudiam ſui perduxit: ſed ad Exbamum commiſſa pugna exutus exercitu iterum in Scotiam perfugit: ac tum Eduardus magis tes ſuas conſtabilivit, ac cuſtodes limiti Scotorum præfecit, qui obſervarent ne Henricus in Angliam ad novas ses tentandas irrepeset, maritimoſque portus muniit, ne Regina Margareta ex Galliis ad pelliciendos in defectionem Anglos appelleset. cxxxv.

Richardus Eboracen. regno potitus.

(*f*) *Id. l. 24.*

Henricus iterum cum Scotis tutus.

De hac vero alios triſtes caſus enarrat Monſtreletus (*g*): ipſam dum ana cum Varenæ dynaſta, ac filio in Anglia per nemus denſum iter babebat, a latronibus captam omnibas opibus ſpoliatam faiſſe: cumque pertimeſceret ne contrucidaretur, dum prædones inter ſe de partienda præda certabant ferso, hac occaſione uſam filium complexa celesi curſu in abditiſſimos receſſus aufugiſſe: cumque labore ſatiſceret, in latronem inciſiſſe, iliique filium Regem geſtandum commendaſſe, demam ab boſte captam una cum filio, a Ludovico vero XI. Francorum Rege qainquaginta millibus aureoram redemptam, donatamque aonuis vectigalibus ea lege, ut Renati Siciliæ Regis parentis in provinciam jura ad Gallicum imperiam tsaduceret refert additionum ad Monſtreletam aathor (*h*).

(*g*) *Monſtr. vol. 3. p. 96.*

Triſtes Margaretæ Reginæ caſus.

(*h*) *Append. ad vol. 3. Monſtrel. p. 57.*

Addimus nunc Pontificem dimiſiſſe hoc anno in Boſniam tres illos olim Manichææ cxxxvi.

hæ.

NOTÆ [t] UT omnia in chronologia menda ex annalibus ſubducantur, animadvertiſſe oportet, inteſtina illa Anglorum prælia, nondum plane exacto anno præcedenti cœpiſſe. Cornelius Zantfliet Leodienſis monachus, qui chronicon ſuum a Martene vet. mon. to. V. vulgatum ad hunc aſque annum perduxit opportune admonet, anno ſuperiori die feſta S. Stephani protomartyris inter regem Henricum, & ducem Eboracenſem præliatum fuiſſe, prevalentibus regiis, ipſo Eboracenſium duce interfecto. Secundum hæc Angliæ regina altero prælio rebelles contudit, non vero Richardum Eboracenſem interfecit, ut ſeribit Annaliſta, cum dux ille priori in prælio cecidenit. Tertio tandem itum ad arma eſt, ac vincentibus conjuratis Henricus aufugit in Scotiam, & victores Eduardum Eboracenſem ſalutarunt in Regem. Hæc Cornelius, ex quo recentiorum Angliæ hiſtoricorum lapſus in annalibus corrigas. Manss

hæreſeos præcipuos ſigniferos, quos antea Stephanus Thomas Rex ad ſedem Apoſtolicam vinctos Nonenſi epiſcopo perducendos curaverat; orthodoxæ enim fidei dogmatibus a Joanne Turrecremata Cardinale S. Sixti eruditi hæreſim damnaverunt, ſeque eccleſiæ Romanæ aggregarunt; qui propterea non modo omni nexu ſoluti, verum in clientelam pontificiam, ut veræ jam religionis eſſent præcones, qui erroris antea ſatores extiterant, accepti fuerunt hoc diplomate (a).

(a) Pius l. 15. p. 54.

Dilectis filiis Georgio Cucbipuich, Stoyſano Turtchouich, & Radonilo Vecichinch de regno Boſnæ ſalutem, &c.

Pia mater Eccleſia, quæ nuſquam claudit gremium redeuntibus, eorum tranſgreſſorum errores ſumma pietate, & clementia ad viam veritatis & juſtitiæ, ac fidei reducere quotidie deque faucibus antiqui hoſtis eripere quærit perlibenter, illiſque piis affectibus proſequi gratioſe, ut tanto erga ipſam Eccleſiam fideliores exiſtant, quanto illius benignitatem guſtaverint pleniorem. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod olim vos ab hoſte humani generis decepti eſtetis, & contra Chriſtianam religionem & fidem catholicam ſentientes, ac maxima duritia cordium veſtrorum errores peſtiferos & damnatiſſimos teneretis, ad viam veritatis agnoſcendam ad ſanctam Romanam eccleſiam preſpicientes, cum chariſſimus in Chriſto filius Stephanus Thomæ Rex Boſnæ illuſtris, & vere catholicus vos ad eandem viam veritatis reducere non valeret: ut ab eiſdem erroribus facilius deſiſteretis, & viam agnoſcere ſalutis valeretis, ad eandem ſanctam Romanam eccleſiam & nos ac ſedem Apoſtolicam, prout ex debito tenebatur, tranſmiſit: apud quam perſonaliter conſtituti omnipotentis Dei gratia & Spiritus Sancti illuſtratione repleti, omnes Manichæorum errores & illorum hæreſim abnegantes, ac veritates ex doctrina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ collectas, & dictis erroribus contrarias vobis datas & declaratas, interpretatas, ac per vos bene intellectas, benigne & voluntarie ſuſcipientes, ac ſanctam fidem Chriſtianam & catholicam Eccleſiam confitentes, unitati ac veritati Chriſtianæ fidei ſponte & libere vos ſubmiſiſtis, nec non quod nullo unquam tempore in hujuſmodi erroribus reincidere contrarium ſentientes aut prædicantes, ſub pœnis a jure relapſis & reincidentibus præfixis, ſed in vera fide Chriſtiana, noſtra obedientia, & ſub ſancta Romana eccleſia mandatis perſiſtere, firmiter, credere ac illis obedire libere promiſiſtis, prout in quibuſdam litteris veſtris manibus conſcriptis, & apud nos & ſedem Apoſtolicam depoſitis, plenius continetur.

Nonnulli proceres Boſnenſes a Manichæorum erroribus abducti.

Cum autem, ſicut exhibita nuper pro CXXXVII. *parte veſtra nobis petitio continebat, vos in orthodoxa fide permanere, & catholicam Eccleſiam ſequi ſummopere intendatis; nec non ad partes veſtras redeuntes eccleſias aliquas conſtruendi & ædificandi, illaſque dotandi pro devotione veſtra licentiam elargiri, voſque ſub noſtra & B. Petri ſuperioritate & protectione recipi, & ab omni ſuperioritate eximi deſideretis, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis ſuper his opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de tranſgreſſorum converſione ingenti mentis noſtræ hilaritate reficimur, & qui vos in charitate non ficta ſub gremio ſanctæ matris Eccleſiæ Chriſtifidelium conſortio ſolemniter recepimus, ut converſio & veritatis cognitio alios alliciat, vos auctoritate apoſtolica tenore præſentium ab omni ſuperioritate, juriſdictione & imperio, in vera fide catholica ac in mandatorum ejus obſervantia & in ejuſdem intelligentia recta manentes, eximimus: ac ſub noſtra & B. Petri protectione ſuſcipimus, vobiſquoque ad patriam veſtram redeuntibus, cum ex longitudine loci ad præſens judicem ſpiritualem conſtituere non valeamus, quouſque per nos aliter ſuper hoc vobis provideri contingat, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Stephanum Thomam Regem Boſnæ illuſtrem pro judice, ſuperiore, protectore, & conſervatore veſtro vobis conſtituimus, aſſignamus & deputamus. Et ut ferventius in fide hujuſmodi perſeverare, ac ad veſtrum exemplum alios allicere valeatis, & divina miſericordia continue illuſtrari, nec non pro incremento fidei orthodoxæ, & fidelium ſalute, vobis & veſtrum cuilibet ut in villis & locis veſtris eccleſias ſub vocabulis aliquorum glorioſorum ſanctorum erigere & ædificare, ac erigi & ædificari facere, aliorum ſuper hoc licentia minime requiſita, ut in illis divina officia celebrentur, ac omnes & ſingulos redditus prædictarum villarum, nec non bona quæcumque ad vos pertinentia pro dotibus, & erectione ipſarum eccleſiarum erigendarum & ſuſtentatione veſtra, & illorum qui illis in divinis & pro tempore ſerviverint, dare, conſtruere & aſſignare libere poſſitis & valeatis, jure diœceſanorum & parrochialium eccleſiarum ſemper ſalvo, & ſine ipſorum præjudicio, auctoritate præfata tenore præſentium concedimus facultatem. Dat. Tyburi anno MCCCCLXI. XV. non. auguſti anno III.* Duos ex his in fide orthodoxa conſtantes perſtitiſſe ſcribit Gobelinus (b), tertium vero, ubi Boſniam attigit, ad Stephanum comitem, qui Manichæam inſaniam ſectabatur armiſque firmabat, transfugiſſe.

Excepti gremio eccleſiæ.

(b) Gob. l. 5.

Illa.

I. ILlatum eſt urbi ſolemni pompa S. Andreæ Apoſtoli ſacrum caput anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo decima indictione: & quidem illud a Thoma Peloponeſi deſpota Pio II. Pontifici, ut ſupra indicavimus, dono traditum, non modo Latini (a), ſed etiam Græci ſcriptores conſentiunt, inter quos Phrantzes de Thomæ in Italiam adventu loquens hæc ſcriptis mandavit (b): *Papæ Pio II. anno altero pontificatus ipſius S. Andreæ Apoſtoli, qui primus a Chriſto vocatus eſt, caput dedit.* Reliquerat deſpota illud pretioſiſſimum pignus Anconæ anno ſuperiori, ad quod excipiendum, Narniamque, qua par erat, religionis magnificentia aſportandum Pius Alexandrum Cardinalem tit. S. Suſannæ miſerat, illique Anconitanorum Æſinorumque diſſidiis compoſitis hæc mandata dederat (c): *Reliquias B. Andreæ quanto ſolemnius potes afferto, legem obſervans per alias literas tibi monſtratam: veneranda eſt memoria tanti ſancti; non ſolum quia tantus eſt in Eccleſia Apoſtolus, ſed quia annitenti tibi ad pacem adjutor fuit conſtanter, voluitque, ut ad deportandum caput ejus miſſus afferres ſimul & pacem. Dat. Romæ VII. martii anno III.* Alexander itaque ſuperiori eodem anno ſacrum caput in Narnienſem arcem tranſtulit, in qua honorifice ardentibus coram pluribus lampadibus repoſitum fuit: hoc vero anno cum jam turbarum authores compreſſiſſet Pius, ac provinciam eccleſiaſticam pacaſſet, venerandas tanti Apoſtoli reliquias in urbem devehendas decrevit: utque majores populorum concurſus ad ornandam pompam pelliceret, ſacra indulgentiarum præmia iis propoſuit (d), qui celebritati intereſſent, editaſque ea de re literas in præcipuis Italiæ urbibus promulgari juſſit: tum Cardinales tres Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum natione Græcum, dictum Alexandrum Cardinalem de Saxoferrato vitæ ſanctimonia, & literarum doctrina clarum, & Franciſcum Cardinalem Senenſem Narniam miſit, ut ſacrum caput efferrent.

(a) Gob. l.8. Steph. Infeſſ. mſ. vat. ſign. n. 111. & aliis.
(b) Phran. tz. l.3. c. 26.
S. Andreæ caput Romam a Thoma Palæologo allatum.
Alexand. Card. ad illud excipiendum miſſus.
(c) Lib. brev. p. 234.
(d) Gob. l.8.
Propoſitæ indulgentiæ ad celebritatem concurſuris.

II. Interea Romæ ad illud excipiendum meriti inſtruebantur apparatus. Conceperat animo Pontifex Apoſtolorum Petri & Pauli capita compoſito agmine religioſo obviam ei deferre: ſed gravior argenti, quo incluſa ſunt, moles obſtitit; nam ſupra quatuor millia pondo feruntur. Cardinales Narniam profecti recognitis ſigillis ſactas reliquias ſumma religionis ſignificatione ſuſcepere, atque ad pontem Milvium palmarum die, videlicet pridie idus aprilis detulere, occurrentibus ubique pietatis ergo populorum catervis, & in pontis turri, relictis archiepiſcopis Sipontino & Beneventano, qui excubias agerent, collocarunt. Quo autem ritu Pontifex eaſdem Romam tulerit, his verbis deſcribit Joannes Gobelinus (e): *Pontifex ipſe cum reliquo ſenatu, cumque omni clero, cum legatis principum, & proceribus urbis, atque ingenti populi multitudine Flamineam portam exiit palmæ ramum in manu geſtans, & pariter Cardinales, ac reliqui prælati palmas portaverunt, quibus præcedenti die ab ipſo Pontifice donati fuerant ob Salvatoris memoriam. Plena erat omnis via populo, nec vel agri, vel vineæ præ multitudine hominum videri poterant, adeo vulgus obtexerat omnia, at primum in prata ventum eſt, quæ diximus, juſſit Pontifex Cardinales, ac prælatos ab equis deſcendere, & ſacerdotalibus acceptis ornamentis ſacriſque veſtibus, quantum arcus jacere poteſt, iter pedibus agere, ſecumque ſuggeſtum conſcendere. Erant omnium ſacerdotum paludamenta alba, alba mithra, & omnis ornatus albus, & in viridi prato candidior videbatur. Tenebat ora inſpectorum attonita mirabilis ordo, & dignitas, & pompa tot ſacerdotum, qui bini palmas gerentes in manibus, & Deo preces porrigentes cum Pontifice maximo aſtante populi corona per prata lento paſſu, & gravibus incedebant vultibus. Erant duo aditus in ſuggeſtum per gradus ſlementes, alter ponti Milvio erat oppoſitus, alter urbi, & dum Pontifex hunc aſcendit præ gaudio & devotione illachrymeat, ſequente collegio cleroque omni, Beſſarion cum aliis duobus Cardinalibus alterum ſcandit arculam ferens, in qua ſacrum caput clauſum continebatur, eamque depoſuit in altaris medio, cantoribus ſacra carmina intonantibus. Exin facto ſilentio, præſentatis clavibus, & obſignaculis recognitis aperta eſt arcula, & Beſſarion accipitus ſacrum Apoſtoli verticem flens flenti Pontifici tradidit.*

(e) Gob. l.8.
Concurſus extitit celeberrimus.
A Beſſarione in Pontificis manus ſacrum pignus repoſitum.

III. *Ipſe autem Pontifex, prius quam ſacra oſſa contingeret, genibus flexis, ante aram proſtratus, vultu demiſſo & pallenti, madidis oculis, ac tremula voce in hunc modum locutus eſt. Advenisti tandem o ſacratiſſimum & odoratiſſimum S. Apoſtoli caput: Turcarum te tua ſede furor expulit: ad fratrem tuum Apoſtolorum Principem confugiſti exulans, non deerit germanus tuus tibi: reſtitueris in ſolio tuo cum gloria, volente Domino, licebitque aliquando dicere. O fœlix exilium, quod tale reperit auxilium: interea temporis cum tuo germano aliquandiu commoraberis, & pari honore cum eo potieris. Hæc eſt alma Roma, quam prope cernis, pretioſo germani tui ſanguine decorata: hanc plebem, quæ circumſtat, B. Petrus Apoſtolus frater tuus* pitu-

Habita ad D. Andræam a Pio oratio.

Digitized by Google

pientiſſimus, & cum eo vas electionis S. Paulus Chriſto domino regeneravit: nepotes tui ex fratre Romani omnes te veluti patruum patremque ſuum venerantur, colunt, obſervant, & tuo ſe uti patrocinio in conſpectu magni Dei non dubitant. O beatiſſime Apoſtole Andrea veritatis prædicator, & aſſertor Trinitatis eximiæ, quanto nos hodie gaudio reples, dum verticem hunc tuum ſacrum, & venerandum coram aſpicimus, qui dignus fuit, in quo viſibiliter ſub ignis ſpecie in die Pentecoſtes ſanctus reſideret Paraclytus?

O vos omnes, qui Jeroſolymam petitis ob reverentiam Salvatoris viſuri locum, ubi pedes ejus ſteterunt, ecce ſedem Sancti Spiritus, ecce divinitatis ſolium: hic, hic conſedit Spiritus Domini: hic tertia in Trinitate perſona viſa eſt: hic oculi fuerunt, qui ſæpe Dominum in carne viderunt: hoc os ſæpe Chriſtum eſt allocutum: has genas non eſt dubium quin ſæpe Jeſus fuerit oſculatus: en magnum ſacrarium, en charitas, en pietas, en animæ dulcedo, en conſolatio ſpiritus? Et quis eſt, cujus viſcera non commoveantur? cujus non ardeant intima cordis? cui non excidant præ lætitia lachrymæ, in conſpectu tam pretioſarum Apoſtoli reliquiarum? Gaudemus, exultamus, jubilamus adventu tuo diviniſſime Apoſtole Andrea, neque enim dubitamus quin tui capitis comes adſis, & cum eo urbem ingrediaris. Odimus Turcas Chriſtianæ religionis hoſtes, in hoc non odimus, quod tui adventus cauſa fuerunt; nam quid nobis optatius contingere potuit, quam tuum hoc honoratiſſimum intueri caput? ejus fragrantiſſimo perfundi odore? Id moleſtum eſt, quod advenienti tibi non eos honores impendimus, quos mereris, nec te poſſumus pro tua excellenti ſanctimonia digne ſuſcipere: ſed accipe voluntatem noſtram, atque æquo animo patere, quod pollutis manibus tua contrectamus oſſa, & te peccatores intra mœnia comitamur urbis. Ingredere ſanctam civitatem, & eſto propitius Romano populo. Sis omnibus Chriſtianis ſalutaris tuus advocatus, ſit pacificus ingreſſus tuus, ſit felix fauſtaque tua nobiſcum mora. Eſto noſter advocatus in cœlo, & una cum beatis Apoſtolis Petro & Paulo hanc urbem conſerva, & univerſo populo Chriſtiano pie conſule, ut veſtris patrociniis fiat miſericordia Dei ſuper nos, & ſi qua eſt ejus indignatio propter peccata noſtra, quæ multa ſunt, tranſeat ad impios Turcas, & ad nationes barbaras, quæ Chriſtum dominum contemnunt.

Implorata ejus erga Romanum populum clientela.

IV. Addit auctor: *Poſtquam vero Pontifex dicendi finem fecit, exoſculatus eſt ſacrum caput, & omnes pariter, qui erant in ſuggeſto flentes oſculati ſunt.* Interjecta deinde ſacra prece a Pontifice fuſa ad Deum hæc ſubdit: *Accepit venerandas Apoſtoli reliquias in manus ſuas, & elevans in altum circumiens undique ſuggeſtum oſtendit populo deſideratum donum, nec quiſquam fuit, qui ejus viſione privaretur; moxque voces altiſſimæ auditæ ſunt multitudinis, Dei miſericordiam implorantis.* Celebrati dein ſacri cantus, ac Pius venerandum pignus in manibus tenens, collucentibus circum facibus, e ſuggeſto deſcendit, inſtructoque agmine religioſo Cardinalibus ſeptemdecim, ut ait Stephanus Infiſſura, (a) & epiſcopis palmas præferentibus, ad eccleſiam B. Mariæ Flamineæ portæ adjacentem, in qua imago Deiparæ a B. Luca evangeliſta depicta recondita eſt, profectus, ſacrum caput altari impoſuit, nonnulloſque epiſcopos vigilias ibi agere juſſit: ipſe in monachorum ædibus pernoctavit.

Luſtratas ſacris reliquiis populus.

(a) *Infiſſ. mſ. vat. ſig. n. 111.*

V. Ubi dies illuxit, & ſacra a Pontifice peracta ſunt, religioſo inſtructum ornatu agmen progredi cœpit, ac tantus faces præferentium numerus extitit, ut ad triginta millia perveniret, ſacerdotumque ea fuit multitudo, ut priores S. Petri baſilicam ſubirent, antequam Pontifex e populeo Virginis templo diſcederet. Deſcribit fuſa narratione Gobelinus ſacræ pompæ ordinem, locorum per quæ ſolemnis illa ſupplicatio ducta eſt, geſtatumque Andreæ Apoſtoli caput, apparatum eximium, veſtitos nimirum periſtromatibus domorum muros, excitata altaria, incenſa thura, temperatiſſimos vocum concentus, ſubornatos in angelorum ſpeciem pueros, picturarum illecebras, tum pias populi voces interciſas ſuſpiriis, opemque Apoſtoli implorantis. Addit idem author, ut Pontifex ſacrum Apoſtoli verticem in ara principe, in qua Apoſtolorum Principis corpus jacet, repoſuerit, atque Iſidorus Cardinalis epiſcopus Sabinenſis, qui olim Ruthenorum eccleſiæ præfuerat, ex apoplexia, qua ſuperiori anno percuſſus fuerat, linguæ paralyſi laborans vociſque uſu orbatus ad ſacrum deoſculandum pignus properarit, tum Beſſarion Cardinalis orationem habuerit, ad quam inter alia hæc Pontifex reſpondit: *Tibi Andrea, digniſſime Chriſti Apoſtole, quem ab ineunte ætate uſque in hoc ævo præcipuum cultu venerati ſumus & intra cœli cultores cum pleriſque aliis nobis advocatum, & protectorem elegimus, omnes ſuppetias, quæ ſunt in noſtra poteſtate ad recuperandas tuas oves, tuamque domum hic in terra volenti & cupido animo pollicemur; nihil eſt enim, quod nobis magis cordi ſit, quam Chriſtianæ religionis, & orthodoxæ fidei defenſio, quam tui noſtrique hoſtes Turcæ conculcare nituntur: quod ſi Chriſtiani principes noſtram vocem audire voluerint, & ſuum paſtorem ſequi, videbit & lætabitur omnis Eccleſia, nec nos quæ ſunt officii noſtri neglexiſſe, nec te fruſtra huc impetratum fra-*

Triginta millia Romanorum ſacro capiti prætulere faces.

Sacra pompa inſtructa magnificentiſſime.

In ara principe baſilicæ D. Petri ſacrum caput repoſitum.

Rogatus D. Andreas ut Reges ad ſequendum Pont. in Turcas conſociet.

Digitized by Google

fratris auxilia veniſſe. Atque his dictis, & collecta decantata ſurgens dimiſit in altari nobile pignus, ut omnibus ea die videndum pateret, auditoribus ſacri palatii cuſtodia demandata: indeque, abiens cantantibus Cardinalibus & epiſcopis, & alta voce Deum laudantibus, ivit ad locum ex quo videre poterat, & multitudini benedixit, ac nepos ejus ſecundum carnem Cardinalis Senenſis plenarias indulgentias annuntiavit.

VI. Repetita in Sigiſmund. Auſtriac. & Gregorium hæreſiarcham ſententia.

Subdit Gobelinus, ut Pontifex feria v. ſacræ hebdomadæ, qua redempti a Chriſto humani generis memoria recolitur anathematis ſententiam adverſus Sigiſmundum Auſtriacum, cujus nefaria facinora ſupra recenſita ſunt, tum adverſus Gregorium Hamburgenſem plurium fœdorum errorum ſatorem, obfirmantemque in pertinacia Sigiſmundum tulerit: tum ejuſdem principis in ſcelere obſoleſcentis miſertus eumque in Eccleſiæ ſinum revocare cupiens, Deum pro ipſo precaturis nonnulla indulgentiarum præmia eſt impertitus.

VII. (a) *Gob. l.8.* (b) *Pio l.1. p. 102.* (c) *Gob. ſup. l.8.* (d) *Id. l. 10.*

Affecerat (a) etiam antea Pius eadem pœna ipſamet exnæ dominicæ die tum xv. (b) kal. maii Sigiſmundum Malateſtam Arimini tyrannum ejuſque fratrem (c) Cæſenæ toparcham: cumque Sigiſmundus improbitate eccleſiaſticam ſeveritatem eluderet, demum fractus armis concidit (d). Coegerat ille exercitum, in quo triginta duæ equitum turmæ, totidemque peditum erant, ac vulgarat famam, ipſum in Neapolitanum regnum, ut Joanni Andegavenſi opem ferret, ad iter ſe comparare, ſed Senogalliam partim vi, partim proditione in ſuam poteſtatem redegit. At mox Fridericus Urbinas, & Neapoleo Urſinus eccleſiaſticas copias in eum duxere: quos cum viribus præſtare accepiſſet, relicto in arce præſidiario agmine, noctu cum exercitu dilabi meditatus eſt: at exploratoris opera detecto ejus conſilio, pridie idus auguſti a pontificiis ducibus primo impetu fuſus fugatuſque eſt, indeque in Apuliam fruſtra periturus auxilia perfugit, acciſis tum Andegavenſium rebus; quocirca ingreſſus navem, ut toparchiam ſuam repeteret, in Dalmatiæ littus procella ejectus eſt, profectuſque Venetias opem a duce popoſcit. Ut vero actio de induciis Ferdinandum inter & Gallos ineundis, excludente Sigiſmundum Pontifice, Galliſque annitentibus ut fœdere comprehenderetur, ſublata fuerit, dicetur inferius; alia enim quæ præceſſere, prius ſunt percurrenda.

Sigiſm. Malateſta fuſus fugatuſque.

VIII. Inſignis Gallorum Regis ad Pium legatio.

Decreta eſt hoc anno a Ludovico Rege inſignis legatio ad Pontificem, quam obiere duo Cardinales, iidemque epiſcopi Richardus Conſtantienſis, & Joannes Joffredus Atrebatenſis, quos ſecuti ſunt Andegavenſis & Sanctonenſis epiſcopi, & abbates aliquot, ac proceres nobilitate conſpicui, quorum princeps erat Petrus comes Calvi-montis, tum nonnulli doctores, & ſanctioris ſenatus regii purpurati inter oratores allecti. Habuit Atrebatenſis Cardinalis orationem (e), deque pragmatica ſanctione abrogata Pium certiorem fecit, ac Ludovici nomine fidum ei ipſum, obſequentemque futurum ſpopondit: tum miſſurum ingentem exercitum in Turcas, ſi Neapolitanum regnum Renato aſſereret: *Publica*, inquit Gobelinus, *documenta exhibuit, quibus conſtabat Ludovicum Regem ex omni regno ac ditione ſua pragmaticam ſanctionem ejeciſſe, illamque protinus extirpaſſe, & ad nihilum redegiſſe, obedientiamque Romanæ primæque ſedi, ac Pio Pontifici tamquam Jeſu Chriſti vicario veram, & integram reſtituiſſe, denuoque reſtituere, eſſet enim Ludovici animus tamquam Pontificis filium ſe gerere, atque ab ejus voluntate nutuque numquam diſcedere. Fecit & de Turcis mentionem, quorum gladius non ſine magno catholicæ fidei periculo Chriſtianis cervicibus immineret: cogitare Ludovicum de religionis tutela, ſi regnum Siciliæ Andegavenſi familiæ pareat, & Genua Gallicum ſubeat jugum, ut par eſſet, miſſurum in Græciam contra Turcas equitum quadraginta millia peditum, qui arcubus utuntur, millia triginta, qua manu facile poſſet Mahumethes ab Europa deturbari, & iterum Syriam cum ſacroſancto Chriſti ſepulchro recuperari.*

(e) *Gob. l.7.*

Septuaginta armatorum millia offert adverſus Turcas ſi Gallis Pius faverit.

IX. Dimiſſo conſiſtorio ingentia lætitiæ ſigna ob abolitam ſanctionem pragmaticam in Romano populo emicuiſſe, æra campana vi ſumma pulſata, accenſos noctu ignes faceſque colluxiſſe, refert author, additque his peractis regios oratores conqueſtos de Pontifice, qui Ferdinando auxiliarem exercitum contra Renatum ſubmiſiſſet, præſertim cum pateret Aragonios vi & injuria id regnum ſibi vendicaſſe, quod Gallis ob benemerita in ſedem Apoſtolicam traditum fuerat: ad hæc vero reſpondiſſe Pium, auxilia ſe revocaturum, ſi poſitis armis controverſia in judicium adduceretur, vel ſi Rex armatorum ſeptuaginta millia, ut Cardinalis Atrebatenſis dixerat, inſtrueret; perque Italiam in Græciam, & Aſiam iter pararet, ſimulac enim alpes ſuperaret, omnia illi ex voto ſucceſſura, Genuam ſubituram Regis imperium, Neapolitanum regnum ſine mora Renato comparatum iri. Demum de induciis actum, ut vel judicio, vel pactione lis dirimeretur. Miſſæ itaque ad Regem a Pontifice literæ, ut ſi vellet de tempore deque modis induciarum paciſceretur: ad revocandum vero ſubſidiarium exercitum Ferdinando miſſum oratores regii Pium flectere non potuerunt (f). Interea

Reſponſum ſi Rex ea duxerit conceſſum iri.

Negat Pius revocare exercitum ex regno Neap. Galli ad Trojam extrema clade fuſi a Ferdin.

(f) *Gob. l.8.*

terea dum cunctatur Ludovicus Rex, neque inducias facit, nec valida ad Joannem Andegavenſem mittit auxilia, pugna apud Trojam commiſſa eſt, in qua Joannes Andegavenſis una cum Piccinino fuſus eſt a Ferdinando Rege xv. kal. ſeptembris. Non ea fuit clades, quæ reparari non potuiſſet a Gallis, ſed geminum malum eorum res fregit, nam &

Antonius Urſinus deficit ad Ferdinandum.

Sigiſmundus Malateſta ipſis fœdere junctus, qui exercitum traducere in Aprutium fuerat meditatus, ſexto jam ante die ad Senogalliam, ut dictum eſt, fuerat profligatus, & Joannes Antonius Urſinus princeps Tarentinus, qui antea poſt Sarnenſem victoriam Joannem Andegavenſem imprudenti conſilio averterat, ne trepidantem Ferdinandum, antequam auxilia pontificia poſſet ſibi adjungere, opprimeret, ab illo ad Ferdinandum ipſum defecivit, pacis interprete Bartholomæo Rovarella Cardinale, qui eam dignitatem ob navatam Ferdinando operam in Neapolitana legatione ſibi pepererat. Referuntur hujuſmodi fœderis leges tum a Pontano (a), tum a Gobelino, & pleriſque aliis, quæ a Pontifice confirmatæ fuerunt (b). Aſcripta eſt iis literis hæc formula: *Datum Petrioli Senenſis diœceſis anno MCCCCLXII. id. octobris pontificatus noſtri anno v.*

(a) Pontan. de bello Neap. l. 4. Gob. l. 10. Summont. in Ferd. I.
(b) Pius l. 45. p. 050.

X. De judiciis actum.

Ruentibus ita in regno Neapolitano Joannis Andegavenſis rebus, pluribuſque proceribus ab ejus fœdere dilabentibus, Ludovici & Renati Regum oratores de induciis promiſſis pacturi, qui antea, dum felicior Joanni ſors arriſerat, alias ex aliis moras duxerant, tum urſere Pontificem (c), ut inducias decerneret; cum vero quantas poſcerent ſciſcitatus eſſet Pius, & illi quadrimeſtres dicerent, reſpondit potius triennales pangendas, ut interea bellum in Turcas geri poſſet: inſtabant vero Ferdinandi Regis Neapolitani & Franciſci Sfortiæ Mediolani ducis oratores, ne inducias Gallis concederet, hoſtes enim, antequam vires colligerent, proſternendos: quibus reſpondit Pontifex, Ferdinandum ut ipſi viſum erit rem acturum, revocatum iri tamen eccleſiaſticum exercitum, ſi Galli inirent inducias. Demum eæ hac ratione fuere abruptæ: amplexus eſt quadrimeſtres inducias Pontifex cum Gallis ea lege, ut Sigiſmundus Malateſta excluderetur; negarunt ii fœderatum earum beneficio orbandum: contra inſtare Pontifex, illum Romanæ eccleſiæ prius bellum intuliſſe, quam Renato Regi conjungeretur, factamque eidem eccleſiæ injuriam a Renato, qui fœdus armorum cum Malateſta ipſo ſanxiſſet: ita diu res agitata demum infecta evanuit, lætis admodum Ferdinandi oratoribus, qui victoriam induciis ſibi præripi dictitabant, quamquam poſtea adverſo caſu haud modicum perculſus (d) eſt Ferdinandus Celani comitatu a Nicolao Piccinino occupato Rogerotti ope, qui matrem comitiſſam principatu dejecit: tum Sulmona etiam ab eodem Piccinino ad deditionem coacta, atque obſidione Pontiſlatroni, quam urgebat Ferdinandus Rex, ſoluta, adeo ut fugientis ſpecie Capuam ſe receperit.

(c) Gob. l. 10.

Quadrimeſtres pactæ.

Diſcuſſæ poſtea quod Malateſta non admitteretur.

(d) Id. l. 11.

Ferdinandi res iterum fluctuare viſæ.

XI. Ludovicus Rex erga Eccleſiam obſervantiſſimus.

Hoc anno edidit Ludovicus Francorum Rex de quo paulo ante memoravi, præclarum juſtitiæ & munificentiæ exemplum, traditis Romanæ eccleſiæ Valentinenſi & Dienſi comitatibus; rem geſtam narrat Joannes Gobelinus (e), atque ii comitatus ad Pontificem devoluti eſſent: *Atrebatenſis*, inquit, *cum eſſet in Vetuenio Pontifex Ludovici Franciæ Regis literas in conſiſtorio dederat, quarum vigore procurator conſtitutus comitatus in Delphinatu duos circa Rhodanum Valentinenſem, ac Dienſem Romanæ donaret eccleſiæ, Pius acceptaverat, ob quam rem placuit Antonium Noxetanum ad Regem mittere, qui donaturum rerum promiſſionem, & promiſſi fidem exigeret. Ultimus terrarum dominus a ſuis olim nepotibus in carcerem fuerat conjectus: ille moriens ultima voluntate Franciæ Regem ea ſibi conditione nuncupavit heredem, ut ſi quid unquam ad ingratos nepotes ex ſuis bonis ſineret pervenire, hereditas ad Romanam eccleſiam devolveretur: Carolus, qui tunc regnabat, oppida quæ teſtatoris fuerant, pleraque exheredatis nepotibus dederat, teſtamentumque violaverat. Ludovicus ad regnum ſublimatus, quod eſſet Eccleſiæ reſtituendum cenſuit, data poteſtate Atrebatenſi, qui retenta hereditatis parte ultra Rhodanum ſita, reliquam Pio traderet: idque factum habuit ratum, quamvis præfecti locorum primas ejus juſſiones neglexerint.*

(e) Gob. l. 9.

Valentinenſem & Dienſem comitatus illi dat.

XII.

Confirmant hæc Pontificiæ literæ (f) his conceptæ verbis.

(f) Lib. brev. de cur. p. 121.

Ad perpetuam rei memoriam.

Chariſſimus in Chriſto filius Ludovicus Rex Francorum Chriſtianiſſimus & religioſiſſimus princeps, poſtquam patre ſuo Carolo Rege vita functo feliciſſime regni Franciæ coronam, ac delphinatus comitatuumque prædictorum dignitatem & dominium plenum auctore Deo recepit, pro ſuo zelo, & conſcientiæ puritate minime paſſus eſt eludi, confringi, vel in aliquo lædi ultimam voluntatem prædicti comitis: deteſtabiliſſimum namque ab animo teſtantis fore putavit, ſi vel tanti flagitii pœna quoquomodo remitteretur, vel recompenſam aſſequerentur illi, quos non ad commoda, ſed ad pœnarum acerbitatem notari defuncti voluntas, & ratio publicæ diſciplinæ ſuadent. Sive igitur quod a præfato Carolo Rege minus paritum fuit voluntati prælibati comitis, data præſertim illis recompenſa, qui in ipſum defunctum comitem tam inhumane ſævi-

Tranſlatum propterea jus in ſedem Ap.

vierant : ſive quod comitatus prædicti, qui ab eccleſia Romana directo dominio magna ex parte manant, devoluti aliquin ab aliquibus extimabantur : ſive quod eccleſiam Romanam omnium Chriſtianorum matrem Chriſtianiſſimus ipſe Rex munificentia regali honeſtare omnibus viribus certat atque augere, tanto dignioribus laudibus excellentiam ſuam dignam cenſemus, quanto ſua ſponte comitatus prædictos cum omnibus juribus nobis & Apoſtolicæ ſedi reſignat, donatque, atque largitur.

Reſtitutum Pio a Rege Ludov.

XIII. *Dilectus nempe filius noſter tit. S. Martini in montibus S. R. E. presbyter Cardinalis, & apoſtolica diſpenſatione epiſcopus Atrebatenſis, pleniſſimo ipſius Ludovici Regis mandato litteriſque munitus coram venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus comitatus prædictos cum omnibus civitatibus, caſtris, villis, feudis, hominibus, juribus, mero & mixto imperio, juriſdictione, territorio, & pertinentiis univerſis citra Rhodanum fluvium conſiſtentibus in nos, & Romanam eccleſiam ipſius Ludovici Chriſtianiſſimi Regis nomine tranſtulit, donavit, & reſignavit, eorumdemque comitatuum poſſeſſioni civili ipſius Regis nomine ad noſtrum commodum ceſſit, nobiſque adipiſcendæ poſſeſſionis prædictorum omnium liberam facultatem largitus eſt, proviſo quod caſtra, & dependentia ex comitatibus prædictis in Franciæ regno conſiſtentia in dominio ipſius Regis heredumque ſuorum cum juris plenitudine remaneant, quodque ab ipſis conſanguineis accepta recompenſa, tamquam ab indignis, caſſa & irrita fuiſſe & eſſe declaretur.*

His in Cardinalium conſilium adductis Pius oblatos ſedi Apoſtolicæ comitatus admiſit, pronuntiavit ultimi comitis conſanguineos omni jure excidiſſe, denique ut gratiam Ludovico Regi referret hæc ſanxit : *Volentes ſtudia tam religioſi principis erga Apoſtolicam ſedem benignis proſequi favoribus, eidem Regi, non obſtante donatione & tranſlatione præmiſſis, omne jus qualitercumque nobis competens in caſtris antedictis, quæ in regno Franciæ clauduntur & conſiſtunt, permittimus ſicuti ſuſque integrum, ac illibatum, illi quoque ad ipſius Regis ſuorumque commodum renuntiamus & cedimus, ac Regem præfatum ab omni feudo, vaſſallagio, ligio, & homagio, ac fidelitatis juramento, quod aliàs ſuper præmiſſis nobis, & eccleſiæ Romanæ præſtitit, abſolvimus & liberavimus per præſentes, &c. Dat. in abbatia S. Salvatoris Cluſinæ diœceſis anno MCCCCLXII. III. kalendas auguſti pontificatus noſtri anno IV.*

XIV. Longe aberat a Ludovici religione, ac pietate Georgius Podiebrarius Bohemiæ Rex, a quo decreta eſt inſignis ad Pontificem legatio, cujus princeps Procopius Rabeſtenius Bohemici ſigilli præfectus vetere amicitia Pontifici conjunctus, & in gerendis Friderici Imperatoris rebus ſubminiſtrandiſque conſiliis ſocius, orthodoxæ vero fidei obſervantiſſimus ; tres alii oratores Huſſitica errantione infecti. Quod nam vero Georgii conſilium eſſet, exponit hiſce verbis Cochlæus (a) : *Per eam*, inquit, *legationem volebat Rex, ut circa fidem Eccleſiæ minus eſſet ſuſpectus, catholicis maxime Vratiſlavienſibus, qui propter eam ſuſpicionem obedientiam & homagium ei præſtare recuſaverant, ſedi Apoſtolicæ obedientiam præſtare tamquam princeps catholicus, & acceptare Eccleſiæ unitatem, ſed ea lege, ut compactata Bohemorum approbaret Papa.* Ex iis oratoribus Procopius Georgii nomine obedientiam Pontifici ut Chriſti vicario detulit : ſacerdos vero Huſſita de calicis communione tanquam divinitus revelata, & obliquis illationibus ad ſalutis neceſſitatem pertinente plura præcipiti oratione fudit.

(a) Jo. Papien. in comm. l. 6. Gob. l. 7. Cocl. l. 12.

Decreta a Georgio Rege Bohemo ad Pium legatio. Huſſitæ oratoris impia oratio.

XV. Ad hæc Pontifex regii obſequii ſignificationem gratam acceptamque habere ſe reſpondit : deinde quanta floruiſſet dignitate Bohemia antequam peregrina dogmata in ea diſſeminarentur expoſuit, tunc primum ſacerdotibus eccleſiaſtica prædia, & vectigalia erepta, excuſumque articulum de civili dominio, quod ſacerdotibus vetitum eſſe voluere : tum alios errores de prædicationis evangelicæ, quam vocitabant, libertate, de non ferendo Imperio ac magiſtratu cujuſquam, quem lethali noxa devinctum conſtaret, tum de calicis uſu ad ſalutem neceſſario, emerſiſſe ; & hujus quidem poſtremi non aliquem excellentem divinæ legis interpretem, non Joannem Hus, non Hieronymum Pragenſem, ſed Jacobellum grammatici ludi magiſtrum, qui ſimplices ſubornarit, tamquam ſacerdotes ſibi ipſis tantum felicem immortalitatem cœleſtemque beatitudinem reſervarent : at eum Jacobelli errorem in concilio Baſileenſi damnatum ; pactiones autem, ex quibus uſus calicis Bohemis ac Moravis tantum, qui jam illum frequentarant, permittebatur, fuiſſe violatas ; nam & invitos ad illum adactos, & infantibus traditum eſſe ; nec ſacerdotes, juſſos monere ad ſynaxim accedentes Chriſtum ſub utraque ſpecie contineri, paruiſſe ; atque ita ejus concilii pactiones amplius non valere, cum leges iis additæ a Bohemis ſervatæ non eſſent : quod vero Georgius Rex eundem calicis uſum poſceret, rem in Cardinalium ſenatu agitatum iri. Facta ſunt deinde a Cardinalibus cum regiis oratoribus plura colloquia de concordiæ ratione, qua Bohemia ſe ad aliorum Chriſtianorum occidentalium ritus accommodaret : ſed ii, qui lue Huſſitica inquinati erant, ad honeſtatem flecti non potuere.

Pontificis reſponſum.

Grammatiſta ad ſacerdotum calumniam hæreſim de calice neceſſario commentus.

De concordiæ ratione cum oratoribus actum.

XVI. In publico itaque Cardinalium ſenatu Bo-

Bohemis in hanc ſententiam, dictis antea conſentientem reſpondit Pontifex, uti narrat Jacobus (a) Papienſis, qui aderat:

(a) Jac. Papien. ubi ſup.

Obedientiam recipere ſe quamquam communem nimis ac diminutam, crediturum Apoſtolicam ſedem tum demum illos veram absolutamque præſtare, cum pulſis erroribus ad ovile Domini Rex regnum reduceret, quod ut maturè faciat per profeſſam ea hora obedientiam ſe arctius imperare: calicem vero, quem tantopere commendaſſent, illis nec neceſſarium eſſe, nec fane eſſe etiam utilem, definiiſſe ſynodum Conſtantienſem: non licere ab inſtituto Eccleſiæ, quæ Spiritu Dei regeretur, abire: inſtituiſſe autem, ut qui extra ſacerdotium eſſent, calice abſtinerent, quando & communicante turba effuſionis, utrobique periculum eſt, & ad viaticum ægrorum ſacerdote longius eum ferente ſervari difficile poteſt; tum autem ut indocta plebs, quæ ſenſibus ducitur, niſi ſub utraque ſpecie non ſumi a ſe totum Chriſtum & integrum crederet: conventorum porro, quæ memorarent, modo nullam vim eſſe, nec licere illis, quod crederent eorum omnem rationem bipartitam videri permitti, altera, ut qui unionem Romanæ ſedis ſervarent, ritumque in cæteris tenerent eccleſiæ, ſumendi quoque calicis uſum haberent: altera vero permitti, ut ſi re inde ad concilium delata illi nihilominus deſiderio calicis tenebantur, eumque miſſis legatis peterent indultum iri ſacerdotibus ſuis facultatem illum iis tantum miniſtrandi, quibus & per ætatem liceret, & ſponte ſua pie depoſcerent, lege perpetuo adjecta, ut præfarent populis ante calicem debeant, non in pane carnem tantum, neque in vino ſanguinem tantum, ſed ſub ſingulis totum Chriſtum atque integrum contineri: illos non ſervaſſe conventa, ſynodum quæ obtuliſſet non induiſſe: cum ea non ſervaverint, conventorum nullum beneficium eſſe, quod poſt illa non indulſerit ſynodus: conventis nihil extare: non indulſiſſe autem, vel quod non petierint Bohemi, vel quod indigni ob neglectum habiti ſunt: ita cauſam non ſupereſſe cur aut nunc ex conventu appellent, aut Romanam ſedem iis moveri oporteat: ſed nec commodum paſtori Eccleſiæ, nec illis videri expediens nova nunc ratione id ipſum permitti: negaſſe hoc ſemper priores Pontifices: ab iis in tanta re diſſentire non ſani eſſe conſilii: laturas indigne cæteras gentes, his datam, prohibitam aliis participationem hanc calicis: nationes quietas operæ pretium non eſſe nunc commovere: proclive quoque hoc ad errorem videri, quod ad neceſſitatem ſalutis pertinere eum, ſi concedatur, rudis populus nimirum ſit crediturus, quam rem potiſſimum damnet Eccleſia: porro autem dividendorum animorum, & perpetuandi odii eam conceſſionem perpetuam cauſam afferre: eſſe in Bohemis parvem adhuc ſanam nobis conformem, hanc diſſimili ritu idem nunquam ſenſuram, conflicturam armis & animis: timendam proinde Domini vocem, deſolatum iri quodcumque in ſe diviſum ſit regnum: æquius eſſe veteri ſententiæ novam concedere, quam veterem novæ, illam totius Eccleſiæ probatam conſenſu, hanc quorumdam tantum Bohemorum ſuſceptam judicio, reliquorum fidelium repudiatam decreto: circumſtare inſuper regnum potentiſſimas plebes Theutones, Hungaros, Polonos, infeſtas itidem illas uſque futuras, ac nullo licet proferantur ſedis decreta putaturas verſari eos in errore, ſicut & nunc quoque exiſtimant: nimia quoque arrogantia Bohemicam gentem damnaturas, quæ plus contenderet, plus ſibi depoſceret, quam Chriſtianorum reliqua multitudo, jurgia, obtrectationes, & pugnas hinc proventuras: inconſultum videri intus atque extra perpetuos ſibi hoſtes ciere, nominiſque hæretici ſubire infamiam: expendiſſe diligenter hæc Romanum Pontificem, cui utile quod ab illis petitur credere, neſcire quid petant: diſpenſatorem ſe miniſteriorum Dei eſſe, ad paſtores opus pertinere gregem dominicum paſcere, illumque in viam rectam ſtatuere; non intelligere homines aliquando, quæ vero ſint bona; pœnituiſſe ſæpe mortales peracti voti atque impetrati; quod oratores nunc petant ad vitam æternam non pertinere; fumum quemdam atque inanis gloriæ ventum quæri; hortari proinde eos contenti ſint ſub ſpecie tantum panis corpus Domini ſanguinemque aſſumere; ad ſalutem id ipſum ſufficere, admonente Domino: Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi. Qui manducat hunc panem vivet in æternum; diſcipuli Emaus euntes in fractione panis Dominum agnovere: nollent pluris his eſſe, aut patres eorum ſapientia anteire, qui ſub una tantum ſpecie Sacramento accepto in Chriſto mortui ſunt, ad notam illorum filiorum eſſe viam contrariam. Adjungant ſe igitur non erranti Eccleſiæ, in unicaque religione uniant regnum potentiſſimum olim, poſt labefactatum, rediturum mox in antiquas opes & gloriam, ſi doctoribus errorum prætermiſſis in viam redierint primam, matremque audierint Romanam eccleſiam.

Negatur laicis Calicis uſus.

Conventa a Bohemis non obſervata.

Propoſitæ cauſæ cur negetur calicis uſus.

Præſtictum Bohemiam in diſſenſiones conjectum iri.

Expoſita mala imminentia.

XVII. Fantinus internuntius Ap. ad Regem Bohemiæ decretus. Vetat Georgio Regi ne calice utatur utendumque prohibeat laicis.

Hactenus Pontifex ad oratores, qui polliciti ſunt omnia relaturos Georgio Regi, utque major perferendis ad ipſum mandatis fides adhiberetur, oratorem pontificium una ſecum iturum popoſcere. Reverſis in Bohemiam iiſdem oratoribus indicti ſunt ad eos audiendos ſolemnes Pragæ conventus, atque primo die omnia ordine expoſuere. Altera productus Fantinus orator pontificius apoſtolica mandata conſtanti animo ita abſolvit: *Imperavit Georgio, ut calice abſtineret, idemque a cæteris fieri. Renuntiavit quoque juſjurandum ſolemne, quo inter ſacra coronatio-*

Ni pareret perjurii & hæreſeos notam ſubiturum.

nis de iis cæteriſque ad religionem pertinentibus ſe olim adegerat; præſtandam promptius tanti promiſſi fidem edixit, quam ministerio Sedis Apoſtolicæ repetat: cum ſi non præſtiterit; timendam videri, ne perjurii hæreſiſque ſubeundam ſit infame judicium, cujus rei magno Regi ad tuendam æſtimationem curam non levem eſſe oporteat.

XVIII. Impie Georgius hæreſim de calice laicis neceſſario, profeſſus.

His auditis Georgius excanduit, ac ſuperante metum perfidia, larvam catholici Regis, quam etiam tum ad conſtabiliendas res ſuas prætulerat projecit, palam enim in conventu, natum ſe & educatum in calicis communione profeſſus, addidit impie, tenere ſe illam divina lege imperatam laicis, meritos virtute ſua Bohemos, ut ante alias gentes illam acciperent, quæ per inanes minas cum ignominia non ſit dimittenda: non temeratum a ſe de abolenda hereſi ſacramentum, cum non Bohemia, ſed reliquæ nationes calicis uſu abſtinentes in hæreſi verſarentur; blaſphemas etiam voces in ſedem Apoſtolicam effudiſſe refert Coclæus (a): non illam ſedem ſanctam eſſe, ſed peſtilentiæ cathedram: at unionem fidelium omnium ſedem eſſe ſanctam quæ, Romæ non eſſet. Moxque violato gentium jura ethnicis Regibus, qui oratores pontificios ad ſe miſſos colunt nequior, Fantinum, cum prius illi ſtricto pugione mortem intentaſſet, & a ſuis fuiſſet cohibitus, ne illius ſanguine manus commacularet, in vincula conjecit, ac Procopium Rabenſtenium regii ſigilli præfectum ob fidem orthodoxam ſuſpectum in cuſtodiam tradidit: quamquam poſtea utrumque Friderici Imperatoris aliorumque principum precibus flexus liberarit: de quibus hæc in mſ. tabularii Vaticani (b) referuntur, quæ ad ſuperiora confirmanda ſilentio prætereunda non ſunt viſa.

Blaſphemiam in ſedem Ap. cui obſequium devoverat evomit.

(a) *Cocl. l. 12. hiſt. Huſſ.*

Mortem ſtricto pugione internuntio intentat.

(b) *MS. arch. vat. inſcr. miſcellanea.*

Georgii Regis Bohemiæ oratores, quorum princeps Procopius Rabenſteinus fuit, Romæ Pio obedientiam publice præſtiterunt, faciente verba Procopio. Poſt eum ſacerdos quidam ejus collega ex Huſſitarum ſecta torrente oratione peroravit, compactata Regis ac regni nomine confirmari petens, aut de novo dari, ſine quibus regno quieſcere non poſſet. Pius obedientiam Regis benigne ſuſcepit, deinde regni Bohemiæ afflictiones, & ingentes calamitates, quas ob ſeceſſionem a catholica fide paſſi erant, enarravit, aperuitque aſſertorem hæreſis de communione ſub utraque ſpecie, non doctorem aliquem peregrinum, ſed Jacobellum quemdam grammaticæ ludi magiſtrum fuiſſe, qui primus aſſeruit communionem ſub utraque ſpecie ad ſalutem eſſe neceſſariam: quam rem poſtea Baſileenſe concilium damnaſſet, & quamvis conditionibus quibuſdam eam communionem habentibus rationis uſum indulſiſſet, conventa tamen nequaquam eſſe ſervata: velle ſuper ea re cum fratribus deliberare. Poſt hæc concione publice rurſus advocata, oſtendit compactata non tenere, neque utile eſſe aut honeſtum videri ea rurſus concedere: oportere Regem, qui obedientiam præſtitiſſet paulo ante, & in coronatione ſuo jurejurando Pontifici ſe pariturum promiſiſſet, ejus mandata ſuſcipere, ſeque tandem Romanæ, & univerſali Eccleſiæ coarctare. Legati Bohemorum Pontificem orarunt, ut unum e ſuis cum eis mitteret, qui Regem ad ea hortaretur, miſſuſque eſt Fantinus Dalmata, qui alias procurator fuerat Regis. Ii in Bohemiam reverſi Georgio cuncta exponunt: ille vero publico indicto conventu ad vigiliam B. Laurentii Pragæ, ubi præſcripta advenit dies, juſſit legatos ſuos, quæ Romæ geſta erant, enarrare. Quod cum illi diligenter feciſſent, Rex mirari ſe dixit Papæ conſilium, qui regni quietem magno labore per compactata acquiſitam perturbare vellet: ſe hæreſim in coronatione abjuraſſe: communionem autem ſub utraque ſpecie, quæ in evangelica doctrina eſſet fundata, eiſque a magna ſynodo Baſileenſi eſſet conceſſa, hæreſim numquam putaſſe, ſtatuiſſeque ſe qui in ea natus, educatuſque eſſet, & ad regiam dignitatem evectus, cum uxore & liberis, amiciſque omnibus in ea vivere & mori, neque aliam ſalutis viam credere, quam uti communione ſub utraque ſpecie.

Ut Georgius ſollicitatus ſit ad præſtandam quam ſpoponderat fidem.

Impia Georgii profeſſio.

Rogavit deinde aſtantes proceres, quidnam haberent animi ſi quis propter compactata bellum inferret. Tum .... cum hæreticis, qui magno numero aderant, conſultatione habita, ii Regi immortales gratias egerunt, quod ſe pro eorum fide declaraſſet: tum & corpora & fortunas omnes pro ſua defenſione obtulerunt. Catholici autem, qui etiam multi aderant, conſultatione ſimiliter facta reſpondent, nihil ſibi umquam cum ſuis compactatis fuiſſe, nec in poſterum futurum, velleque ſicut & ipſi in fide a prioribus accepta vivere & mori, de auxilio autem præſtando conſueviſſe ſuperiores Reges nihil ſine progenitorum ſuorum conſilio aggredi, ipſa vero compactata ſine eorum conſilio petiviſſe, decreviſſeque ea ſervare: proinde ſi quid ob eam rem pati contingat, eorum auxilium petat, quorum conſilio ſit uſus; ſi tamen ubi honor Dei & juſtitia non læditur ei & regno numquam defuturos.

XIX.

Juſſit deinde Rex omnes poſtera die ad audiendum Fantinum redire Apoſtolicæ ſedis nuncium. Sequente die aſſiſtente multitudine Rex Fantinum vocari juſſit. Et audivimus, inquit, Fantinum ut apoſtolicum nuntium, poſtea adverſus eum ut procuratorem noſtrum aliqua proponemus. Ad hæc Fantinus jure gentium legatos ſalvos

ubi-

ubique eſſe oportere ait; petere ut id ſibi Apoſtolicæ ſedis nuncio ſervaretur. Annuente Rege Fantinus apoſtolica mandata expoſuit, multis rationibus oſtendit, Bohemorum ſeceſſionem ab univerſali Eccleſia calamitates infinitas regno contuliſſe: Regem memorem eſſe debere juramenti in coronatione præſtiti, & obedientiæ palam Pontifici promiſſæ; Pontificem jubere, ut hereſim ſuorum Huſſitarum rejiciat, compactata, quæ nulla ſunt, relinquat: a communione ſub duplici ſpecie abſtineat: rebelles decano Pragenſi coercendos tradat; tandem ad ſanctam Romanam atque univerſalem Eccleſiam ipſe cum omni regno revertatur. Hac cum iniquo animo audiſſet Rex, Fantinum proditorem ſuum appellavit, eumque paulo durius duxit. *Ad quem Fantinus ſe cum procurator eſſet fidelem ſemper fuiſſe oſtendens, non debere iraſci Regem, ait, ſi nunc nuncius apoſtolicus ſui domini mandata exponat: & magno animo Regi comminatus eſt: futurum, niſi Pio Pontifici obediret, ut regno privaretur, hæreticuſque atque excommunicatus declararetur.*

Expoſita a Fantino conſtanter mandata apoſtolica.

XX. *Poſtera die Rex Fantinum capi, & in vinculis poni juſſit, Procopium cancellarium privavit ſuiſſetque ſævitum in plures, niſi catholicos proceres Rex timuiſſet. Juſſit poſt hæc Rex presbyteros omnes adeſſe. Affuit ad præſtitutum diem decanus eccleſiæ Pragenſis archiepiſcopatus adminiſtrator cum clericis catholicis numero ſeptingentis quatuordecim, quos omnes prius inſtruxit ad fidei conſtantiam, martyriumque animavit: in Pragenſi eccleſia. Profecti inde ad Regem omnes ſimul ibi Rochezanam cum ſuis complicibus invenere. Rex ad concionem egreſſus, cum multa per ſacerdotes crimina quotidie perpetrari, & regni pacem turbari conqueſtus eſſet, tandem juſſit omnibus ut compactata ſervarent. Catholici conſultatione prahabita gratias primo egerunt Regi, quod pacem in regno conſervare curaret; deinde non dubitare aliquos eſſe ſacerdotes malos: verum ſi ex ſuis eſſent, eſſet congruere, ut nominarentur, non impunita fore eorum ſcelera: compactatis nunquam eguiſſe, nec tum indigere, neque cognoſcere aliquam in eis ſalutem: nolle nunc aliam fidem, quam Romana eccleſia ſuis majoribus tradidiſſet. Quæ a decano dicta cum omnes approbaſſent, Rex iniquo animo tulit. Deinde, cum Fantinum, nec etiam mortis terrore in ſuam ſententiam poſſet trahere, perſuaſus a Ludovico Bavariæ duce, & pleriſque aliis eum tandem poſt tres menſes dimiſit.* Conatum vero ipſum proceres Bohemos catholicæ fidei cultores in ſuas partes trahere, ſed illos conſtanter reſtitiſſe, teſtatur Joannes Gobelinus (a), dato hoc Zedenkonis Sternbergiorum reſponſo: nunquam ſibi conventa de calicis uſu curæ fuiſſe, neque illis uſos unquam, nec uſuros in poſterum: patrum ſe viam tenere, nec a Pontificum inſtitutis diſceſſuros: nunquam eorum rogatam ſententiam de pactionibus Baſileenſibus obſervandis, quamvis alii Reges nil gravioris momenti ipſis inconſultis decernere conſuevissent; eorum itaque ope potiretur, quorum conſilio uſus eſſet; cæterum quod ad Regis regnique rem ſpectaret, in officio permanſuros.

Monita a catholicis Georgio data.

Illum cum regii ſigilli præfecto vinculis mancipat.

(a) *Gob. l. 10. Card. Papien. ubi ſup. & alii.*

Proceres catholicos corrumpere conatur.

XXI. Tentavit variis modis Georgius eoſdem proceres ſubornare, ſed aliud reſponſum elicere non potuit, inſtruendiſque fraudibus intentus, ut clerum catholicum perverteret, ſolemnes ſacerdotum cœtus indixit; ſed horum religio illius perfidiam vicit. Rem geſtam narrat Gobelinus (b): *Poſt dies*, inquit, *aliquot juſſit Rex presbyteros catholicos ex toto regno primores ad ſe proficiſci; convenere viri quatuordecim & ſeptingenti in caſtello Pragenſi terrore pleni tanquam ad cædem vocati eſſent. Decanus eccleſiæ majoris, & archiepiſcopatus adminiſtrator multa locutus adverſus perfidiam Huſſitarum, cohortatus omnes, ut in vera religione conſtanter permanerent, ſexta feria rem divinam ſumma devotione peregit, & Spiritus Sancti gratiam invocavit, quæ adverſus iram Regis pauperes ſacerdotes protegeret: quod cum animadvertiſſent Huſſitæ, id ipſum die ſabbati in omnibus ſynagogis ſuis fecerunt. Cum dies conſtituta vocationis adeſſet, ſummo diluculo catholici eccleſiam Pragenſem petivere: decanus eos in ſacellum S. Vinceſlai avocavit, & quomodo ſe coram Rege deberent gerere commonuit, & quibus loqui liceret quibuſque tacere neceſſe foret oſtendit, juſſitque ne vel minimam quæſtiunculam cum adverſariis inchoarent: quod ſi furere aut inſanire Regem contingeret, & in aliquos manus injicere, ſcirent in multis membris unum eſſe corpus, neque unum poſſe tangi, quin læderetur alterum, opponerent ſe omnes pro ſalute unius vel minores. Promiſere omnes, verum non ſine lacrymis ac ſingultibus, proſtratique coram patronis regni Bohemiæ ſanctis martyribus & confeſſoribus adverſus violentiam perfidi Regis ſuffragium petivere: moxque terni, & trini tanquam in pompa procedentes e caſtello Pragenſi uſque in regiam pervenere: & alii quidem flebant, quod ad victimam pergerent, alii ridebant. Prævenerat jam Rochezana cum multitudine ſuorum complicum, & latus ſtipabat Regis.*

(b) *Gob. l. 10.* Sacerdotes catholici a Georgio exciti.

Initum inter eos fœdus pro fide tuenda.

XXII. Ubi affuere omnes, Georgius clerum atrocibus accepit verbis, quod inter ſe opinionibus diſſentirent, atque impudicitia ſacerdotium fœdaſſent; tum hoc imperium fraudis plenum addidit: *Præcipimus vobis, ut compactata, quæ pro pace regni noſtris prædeceſſoribus Baſileenſe concilium indulſit, inviolabiliter obſervetis: ſi quis contra fecerit noſtram in ſe iram provocabit, neque enim paſſuri ſumus, quæ Sigiſmun-*

Hæreticus Rex eos proſcindit conviciis.

Jubet compactata obſervari.

mundus, Albertus, & Ladiſlaus Reges auctoritate apoſtolica conceſſa laudaverunt, veſtris contentionibus infringantur. Seceſſere his auditis catholici, & cum ad probra modeſte reſpondiſſent, de conventis Baſileenſibus hæc adjecere: *De compactatis dicimus idem, quod pridem regni proceres per te rogati reſponderunt: nunquam illis eguimus, nec egemus hodie, nec Romana ſedes illa unquam conceſſit; Baſileenſe tantum concilium indulſit, utrum autem quibus indulta fuerunt juxta conceſſionem illa teneant, Deus viderit. Pacem, quam dicis compactata præſeferre, libenter amplectimur, at quod nobis ad æternam vitam præſidium aliquod afferant non intelligimus. De majeſtate tua illud nobis perſuademus, quod venerabilem eccleſiam Pragenſem in ſuis ceremoniis non impedies, neque alium ritum nobis inculcabis, quam noſtris majoribus ab Apoſtolica ſede traditum: illa eſt porta cœli, mori præſtat quam illi contraire. Hæc adminiſtrator nomine omnium locutus cum finem dicendi feciſſet verſus ad ſuos, percunctatus eſt, an placeret quod pro omnibus reſpondiſſet, qui una voce dixerunt. Placet, & in æternum placebit.*

Quid Georgio reſponſum.

XXIII. Infremuit ad hæc Rex hæreticus, & graviter queſtus eſt ſcripſiſſe aliquem, illum hæreticum ſe declaraſſe, & ſævire in nuncium apoſtolicum, vetuitque quemvis pro eo liberando verba facere. Dimiſſa concione iterum atque iterum edicto clerum catholicum convocavit, deque uſus calicis conventis ſermonem inculcavit: ut numquam extorquere potuit, ut ea catholici laudarent. In illa vero concione cum Rochizana Huſſitarum ſignifer presbyterum quemdam ſibi non obtemperantem vocaret in judicium apud Regem Georgius ſtomachatus libera illum voce perſtrinxit, velle quidem Rochezanam ad ſua imperia omnes adigere, nullius vero imperio obſequi: neque enim vie impietatis conciliis Conſtantienſi & Baſileenſi, quæ ipſius errores damnarant, nec Romanis Pontificibus parere dignabatur, ſed ſuam ſententiam univerſo orbi catholico arroganter præferebat, in eamdemque inſaniam Georgium aures ipſi præbentem adduxerat.

Rochezana ſacerdotes catholicos in judicium vocat apud Regem. Perſtringitur velle ſibi parere ab omnibus nemini parere.

XXIV. Ubi Pontifex neglecta a Georgio apoſtolica imperia, violatum fidei ſacramentum, hæreſim publice vulgatam, tyrannice in legatum ſæviſſe audivit, judiciario ordine in eum agere conſtituit (*a*): ac primum ad Wratiſlavienſes contra Georgii vim confirmandos, propoſito edicto ipſos a clientelari ſponſione Georgio Regi præſtanda liberavit (*b*), ne in errorem adducerentur, cum Georgius damnatos de calicis uſu tamquam ad ſalutem neceſſarios ritus obſervaret, propagaretque in Bohemia, cum juſſa pontificia reſpueret, neque ulla reſipiſcentiæ ſigna daret.

(*a*) *Papien. ſup. com. 6.*
(*b*) *L. 2. p. 132.*

Wratiſlavienſes ſacramento Regi hæretico præſtito liberati.

Ad futuram rei memoriam.

Iis ſuperioribus annis non ignorantibus, quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Georgius Bohemiæ Rex illuſtris, cum regni coronam ſuſciperet, Deo ſalvatori noſtro in favorem Chriſtianæ regligionis, & regni Bohemiæ reformatione juraſſet; videntes quoque ex illo tempore frequentes literas ſuas, in quibus de ſe & ſubditis ſuis ſpondere nobis ſingula videbatur, quæ ad Chriſtiani principis officium pertinerant; miſimus ad eum oratores noſtros venerabilem fratrem Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, & dilectum filium Franciſcum de Toleto archidiaconum de Aſtigia, qui dilectos filios noſtros clerum, capitaneos, proconſules, conſules, & communitates civitatis Wratiſlaviæ, & oppidi Nampſlamenſis uſque ad id tempus ob ſuſpicionem hæreſis præſtare homagium recuſantes ad obedientiam ejus reducerent, pacemque & unitatem inter eoſdem ſtatuerent. Clerus igitur, capitanei, proconſules, conſules & communitates prædicti per adhærentes, quæ per eoſdem oratores de ſinceritate Regis dabatur, obedienter acquieverunt noſtris conſiliis & cum eodem per capitula convenerunt, quod poſt triennium & menſem ex tunc computandum homagium prædictum antea recuſatum ſerenitati ſuæ perſolverent, & cætera facerent, quæ in eiſdem capitulis latius continentur.

Pontificiæ de ea re literæ.

Fingenti ſe catholicum Georgio catholici parere juſſi.

Cum vero Rex ipſe, ſicut opera oſtendunt, & oratores etiam ſui ad nos poſtmodum miſſi in conſiſtorio publico declararunt, ad gremium univerſalis Eccleſiæ nondum rediiſſe; ſed damnatos diu ab Eccleſia ritus obſervare, & ut in regno obſervent facere, manifeſte appareat; cumque etiam mandata noſtra in eodem conciſtorio de colendis iis ritibus ſuæ ſerenitati in vim ejus, quam præſtabat, obedientiæ facta implere neglexerit, nec ſignum in eo ullum melioris mentis cernamus; nolentes, ſicut nec velle debemus, fideles animas in fraudem induci, & per commercia immundorum quod mundum eſt inquinari, ejuſdem triennii & menſis terminum, ipſorumque capitulorum vim & effectum juxta præſentibus haberi volumus pro expreſſis uſque ad noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum auctoritate apoſtolica per præſentes ſuſpendimus, & prorogamus, decernentes clerum, capitaneos, proconſules, conſules, & communitates prædictos ad præſtationem homagii hujuſmodi, & eorundem capitulorum obſervationem, durante beneplacito eodem, nullatenus teneri, aſtrictoſque eſſe. Nulli ergo, &c. Datum Pientiæ anno MCCCCLXII. VIII. kal. octobris pontificatus noſtri anno V.

Ubi patuit perfidia reſciſſa decreta priora.

Editum eſt de Wratiſlavienſibus adverſus Georgium in apoſtolicam clientelam acceptis proximo anno decretum, Regeſque ac principes, tum Bohemi, Moravi, Luſatiique proceres moniti, ut Wratiſlavien- XXV.

Proceres moniti at cum Wiatiſlavienſibus ſentiant.

vienſium cauſam tuerentur. Fuere hæc ingentium bellorum, quæ ex Georgii perfidia, & Pontificum pio ardore dimanarunt, principia. Porro antea Georgius cum Friderico Palatino Rheni comite, & Diethero ſede Moguntina deturbato adverſus Adolphum Naſſovium, qui illi eccleſiæ Pii authoritate fuerat præfectus (a), iniqua conſilia inire cœperat; qua de re Pontifex factus certior, Georgium qui ſuſceptam catholici Regis perſonam adhuc gerebat, ac principes nobileſque Bohemiæ viros ab eo fœdere divellere conatus eſt: (b) *Te inquit, fili Rex, voſque alios ſub obteſtatione divini judicii, in quo majeſtas Altiſſimi unicuique pro ſuorum ſcelerum, inobedientiarum, & delictorum qualitate perpetuam pœnam rependere eſt, requirimus & monemus, ne dictum Dietherum & comitem Palatinum compliceſque & alios adhærentes prædictos, aut nuntios vel oratores pro dicto Diethero loquentes audire vel auſcultare quoquomodo debeatis, vobis nihilominus, & veſtrum cuilibet ſub excommunicationis & anathematis, aliiſque infraſcriptis pœnis, quas quilibet veſtrum, qui contra fecerit, eo ipſo ſe noverit incurriſſe, diſtrictius inhibentes &c.* anathema, interdictum eccleſiaſticum, bonorum Eccleſiæ fiduciariorum mulctam Diethero opem porrecturis intentat. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXII. kal. maii pontificatus noſtri anno IV.*

(a) *Gob. l.6.*

(b) *L. 39. p.169.* Objectæ illi cenſuræ ſi auxilia ſubmiſerint.

XXVI. De conflata inter Fridericum Palatinum & Dietherum ſocietate adverſus Adolphum Naſſovium agunt Gobelinus (c), & Nauclerus (d), quorum prior narrat ut Dietherus felicibus Adolphi ſucceſſibus territus primum de concordia ipſum poſtularit ceſſeritque archiepiſcopatu, nonnulla oppida ad vitam honeſte ſuſtentandam pactus; mox vero firmatam ſacramento pacem infregerit, cum Palatinus illi armorum ſocietatem ad recuperandum principatum obtuliſſet. Moverat ad id Palatinum livor, quod Adolphus Marchioni Badenſi & comiti Wirtembergenſi, quos hoſtes putabat ſuos, fœdere junctus eſſet; tum nonnullorum cauſa oppidorum Moguntinæ ditionis, quæ Dietherus ei tradidit. Fultus itaque illius potentia Dietherus crudele bellum Adolpho intulit, ac Moguntinum agrum rapinis, cædibus, incendiis, ſtupris fœdavit. Acceſſiſſe nefario ejuſmodi fœderi Ludovicum ducem Bavariæ cognomento divitem, refert Nauclerus: contra quos Pontificis Imperatoriſque mandatis obſequentes Ludovicus alter Bavariæ dux cognomento Niger, Albertus Brandeburgenſis, Carolus Badenſis marchiones, Joannes ejuſdem frater epiſcopus Metenſis, & Udalricus comes Wirtembergenſis Adolphi partes tuebantur. Geſtæ plures

(c) *Gob. l.6.*

(d) *Naucler. gen. 49. vol. 2.* Palatinus Diethero arma auxiliaria ſpondet.

Moguntinum agrum evaſtat.

velitationes, ac tumultuariæ pugnæ; numquam tamen integræ copiæ in campum eductæ, neque jam adeo de Adolpho, ac Diethero agebatur, quam de Pontificia & imperiali authoritate, quam factio altera oppugnabat, altera aſſerebat. Hos motus pacaturus Philippus dux Burgundiæ addictus Pontifici de pace ambas partes poſtulavit, jamque erat dies conſtituta, qua principum procuratores conventuri eſſent: quæ antequam appeteret Adolphi partium proceres Ludovicus Niger, Joannes Metenſis, Carolus marchio Badenſis & Udalricus, comes gloriæ ſpe, & evaſtandæ Palatini Rheni ditionis cupidine excitati, paucis tamen ſtipati copiis ineunte julio in Palatinatum hoſtili excurſione irrupere, obviiſque vicis injecere ignes; quod Palatinus præſentiens cum Diethero, contractis majoribus longe copiis accurrens, reditum iis interclusit in agro Haidelbergenſi, ac pugna conſerta cæſi plures nobiles viri, atque epiſcopus Metenſis, Badenſis marchio, & comes Wirtembergenſis capti. Ut vero pro iis liberandis ſuam Pontifex authoritatem adhibuerit, belloque ſit finis impoſitus, proximo anno dicetur: nunc ex Germanicis ad Hungaricas res digredimur.

Burgundus concordiæ agit interpretem inter Adolphum & Dietherum.

Facta in palatinatum excurſio.

Adolphi copiæ profligatæ.

XXVII. Hoc anno Matthias Pannoniæ Rex celebratis Budæ menſe aprili ſolemnibus regni cœtibus plures leges ad juſtitiam probe adminiſtrandam, componendumque regni ſtatum promulgavit: tum etiam de cauſis in eccleſiaſtico tribunali dirimendis hoc decretum (e) tulit.

Plures leges a Matthia Rege editæ.

(e) *Ext. in appen. Bonfin. p.78.*

Articuli cauſas rerum ſpiritualium concernentes.

Omnes cauſæ rerum myſteria, & defectus ſacramentorum. Item cauſa in facto fidei, & cauſæ hæreſum, ſeu ſuſpectorum de hæreſi. Item cauſæ teſtamentariorum, & eadem acceſſoriorum. Item cauſæ matrimoniales, & acceſſorium eorundem, ſpecialiter autem dotis, & rerum paraphernalium donationum propter nuptias, & juris quartaliti, ſi non intentetur pro hæreditate poſſeſſionaria adipiſcenda. Item cauſa decimarum realium, & perſonalium, & acceſſorium earundem. Item cauſæ uſurarum. Item cauſæ viduarum & miſerabilium perſonarum, ſi non agitur pro poſſeſſionibus & prædiis adipiſcendis. Item cauſa fidei violatæ, & omnium perjuriorum, & cauſæ quarum finis tendat ad correctionem pro peccato. Item omnes cauſæ, in quibus quis incidit in ſententiam excommunicationis hominis, vel canonum. Quibus quidem articulis præmiſſis modo nobis præmiſſo præſentantes ſupplicaverunt nobis dilecti prælati, barones, proceres, & nobiles regni noſtri, ut eoſdem articulos regio conſenſu approbantes dignaremur deinceps facere obſervari. Nos itaque ſupplicationibus eorundem prælatorum, baronum, procerum, & nobilium prædicti

Sanctio de cauſis eccleſiaſticis cognoſcendis a præſulibus.

regni

regni noſtri inclinati prædictos articulos, & qualibet eorum acceptando, & approbanda decrevimus, &c. Datum Budæ 22. die congregationis generalis anno Domini MCCCCLXII.

XXVIII. (*a*) *Gob. l. 9.*

Mahometes Matthiam de pace poſtulat bellumque intendit.

Concuſſa (*a*) porro eſt hoc anno Pannonia Turcici belli metu, ac Boſna & Walachia: vectigalia illius regni evaſtata fuerunt a Mahomete: qui antequam ſigna attolleret in Hungariam, Matthiam Regem poſtulavit de pace, adjecta lege, ut Boſnam & Walachiam Turcico imperio permitteret; at Matthias quamvis inteſtino cum Friderico æmulo implicitus bello, pacem earum provinciarum damno emere conſtanter reſpuit, ac virum nobilem ſuperiori anno e Turcica pretio servitute ad Pontificem oratorem decrevit, qui Mahometis petita minaſque exponeret, Turcam maximum exercitum comparare, quo Pannoniam invadat, Boſna & Walachia datis tantum placari poſſe, a quibus prodendis hoſti animus abhorreat. Cæterum ſi Hungariam barbarus ſibi ſubegerit, in Italia ejus arma expectanda, cum ad occidentis imperium debellato orientali aſpiret; poſcere itaque Hungarum a Pontifice opem in extremis rebus.

Poſtulat a Pio Matthias auxilia.

Ad hæc reſpondit Pius exhauſto licet ærario pontificio, ſuo tamen auro mille equites, qui Regi profecturo ad bellum ſe conjungant, conducturum: non defuturos auxilio Venetos, ac proximo anno majores ſuppetias ſubmiſſum iri. Abiit itaque in Hungariam orator, Cardinalis Strigonienſis promiſſam auri vim pro Pontifice diſſolvit, ac Veneti aureorum viginti millia Regi miſere; ſed leviora erant hæc contra exercitum validiſſimum ſubſidia. Irrupere maximo impetu Turcicæ copiæ in Walachiam, brevique illam tempore Mahometis imperio ſupremo adjunxere.

Nummarium aliquod ſubſidium datum.

XXIX.

Gerebat tum Walachiæ principatum Bladus ſive Wladus, alias Dracuica, vir omni fera immanior, qui ut acceptam Mahometis beneficio tyrannidem ſibi aſſereret, omnes provinciæ proceres ſibi ſuſpectos blande vocatos cum uxoribus, filiis, famuliſque palis confixit, eorumque opes ac dignitates inter eos quos ſibi ſatellites aſciverat, partitus eſt: tanta vero virorum, mulierum, ac puerorum, in quos eam exercuit carnificinam multitudo extitit, ut ad viginti millia pervenirent. Deinde cum Mahometem metueret, armorum fœdus in Turcos cum Matthia Hungarorum Rege pepigit, Mahometiſque oratores viros principes, qui ipſum appetierant inſidiis, ſuperatos ſtipitibus ab imo ad ſummum tranſfodit: & quamquam viribus impar Mahometi, implorata Hungarorum ope, collectoque decem circiter millium equitum exercitu, tardiora Turcarum agmina ſæpius concidit, atque ex inſidiis procurrens tumultuario certamine cædes plures edidit: quin etiam noctu incurrere in Turcarum caſtra, & ad ipſum tentorium Mahometis, ut eum neci traderet, irrumpere meditatus, tantum intulit terrorem, ut vix ſumma Mahometis diligentia Turcæ, ne in fugam ſe converterent, contineri potuerint. Sed cum ab imperiali tentorio aberratum eſſet, mileſque ad diripiendam gazam Turcicam ſe diſtraxiſſet, allucescente aurora fugere coactus, plures e ſuis amiſit. Deinde Mahometes compoſito agmine, per Walachiam late graſſatus, eam adeo attrivit, ut Walachi Mahometis exercitus terrore, & Draculis minoris natu verbis victi illum principem renuntiarint. [1] Quo cognito Wladus in Hungariam auxilia collecturus confugit. Sed a Matthia Rege in Alba regali in vincula eſt conjectus, cum Hungari illum ob exercitam in principatus auſpiciis hominum carnificinam judicio poſtularent: quamquam poſtea e carcere dimiſſus, auctuſque exercitu plura in Turcas prælia geſſerit, in quibus demum occubuit, ejuſque caput dono Mahumeti tranſmiſſum eſt.

Ejus expeditio in Podoliam.

Wladus in Turcica caſtra noctu irrumpit & Mahometem quærit ad necem.

Coactus in Ungariam profugere.

Poſt varia prælia occiſus.

XXX. Walachia a Turcis vaſtata.

(*b*) *Pius l. 17. p. 310.*

Inhorruit ad eam Mahometis expeditionem Boſna, cujus limiti imminente hoſte Pontifex a Stephano Rege Boſnæ, tum a Stephano duce certior factus de proxima barbarica irruptione, Laurentio archiepiſcopo Spalatenſi nuntio apoſtolico dedit (*b*) mandata, ut Myſios ſive Boſnenſes crucis ſymbolo inſigniret: *Fraternitati*, inquit, *tuæ ſi caſus acciderit dictarum Turcorum irruptionis & invaſionis regni & ducatus Boſnæ prædictorum, publicandi cruciatam ſuperius ſcriptam, & tam in eorum regna, ducatu, dominiis, terris, & locis, quam alibi per miſſos nuntios & prædicatores auxilia & ſubſidia Chriſtifidelium implorandi, quæ omnia ſupra-*

NOTÆ [1] Quamquam Annaliſta optimos habet dicti ſui teſtes, ex quibus evincitur Mahometes hoc anno Walachiam totam victor excurriſſe; vix tamen credo ſecundo ſemper Marte a Turcis pugnatum. Horum enim temporum ſcriptor diligens hiſtoriæ miſcellæ Bononienſis, non ſemel, ſed bis teſtatur receptas hoc anno Bononiæ literas a mercatoribus Venetis datas, quibus ingentes victoriæ duæ a Walachis de Turcis relatæ nunciabantur. Priores literæ redditæ Bononiæ die XXIII. referebant certatum feliciter a Walachis ad Danubium, cæſis ex hoſtibus 20000. oppidis lociſque permultis in præmium victoriæ cedentibus. Literæ aliæ docebant die XXIII. proſpere iiſdem præliatum terreſtri, & navali certamine in Walachia, in quo ad 40000. ex hoſtibus cæſa. Mansi

prædictorum Regis & ducis præſidium convertantur & diſtribuantur, prout tibi melius videbitur faciendum, auctoritate apoſtolica concedimus facultatem. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXI. x. kal. aprilis pontificatus noſtri anno IV.

(a) Pius II. l. 17. p. 309.
(b) Bonfin. dec. 3. l. 10.
Jaiza Boſnenſium regia expugnata a Mahomete.
(c) Ext. apud Ægid. Rojam. in annal. Belgic.

Stephani etiam Regis rogatu ſacram ædem Jaizenſem, in qua S. Lucæ evangeliſtæ reliquiæ religioſe reconditæ erant atque ad eas ingentes fiebant populorum concurſus, pluraque miracula divinitus patrabantur, Pius nonnulla indulgentiarum præmia templum illud luſtrantibus impertitus eſt (a). Erat Jaiza, ut deſcribit Bonfinius (b), in mediterraneæ Yllirici regionis edito monte ſita, quam duo amnes circumfluunt, ac deinde ad radices montis urbiſque ambitum in Savum devolvuntur, beneficio loci & operis munitiſſima, Boſnenſiumque regia, quam Mahometes anno proximo cepit, ut refert Pontifex in litteris (c) ad ducem Burgundiæ miſſis accepit.

XXXI.

Elatus igitur tot ſecundis rebus Mahometes Boſnam ſubigere, atque in occidentale penetrare imperium conſtituit: neque ea res latuit Stephanum Regem Boſnæ, qui ſceptro parentis vita functi correpto, inclinante anno oratores pro imploranda ope, regiaque corona a Romana eccleſia obtinenda, tum epiſcopatibus in Boſnia inſtituendis ad Pontificem legavit. Habitam ab iis orationem refert Joannes Gobelinus (d) quam ob rerum pondus repetendam ducimus: *Rex Boſnæ,* inquit, *filius tuus, beatiſſime pater, nos ad te miſit, juſſitque tuo nomine hæc dicere. Certior factus ſum Mahumetem, qui Turcis imperat, æſtate proxima infeſta contra me ſigna moturum, & jam copias & belli machinas apparaſſe. Non ſum ego, qui tantum impetum ferre poſſim: oravi Hungaros, & Venetos, & Georgium Albanum ut opem mihi afferant: idem ex te peto, neque auri montes poſtula: ſcire hoſtes ac provinciales meos cupio tuum mihi favorem haudquaquam deeſſe, ſi norint Boſnenſes me non futurum in bello ſolum, fortius dimicabunt, neque Turca terras meas ingredi audebunt, quarum ſunt aditus difficillimi, & arces pluribus in locis propemodum inexpugnabiles. Tuus anteceſſor Eugenius patri meo coronam obtulit, & pontificales eccleſias in Boſna voluit erigere. Renuit pater, ne Turcarum in ſe odium provocaret, erat enim novus Chriſtianus, nec Manichæos adhuc regno expulerat: ego a puero baptizatus fui, & litteras Latinas didici, & Chriſtianam fidem ſolide complexus ſum, non timeo quæ pater timuit, coronam ut ad me mittas opto, & ſanctos epiſcopos: hoc ſignum erit te mihi non defuturum: ſi qua ingruerit belli moles, ſpem ſubditis a te coronatus terrorem hoſtibus afferam. Juſſiſti vivente genitore meo arma,*

(d) Gob. l. 11.

Boſſinenſis oratoris ad Pium oratio.

Poſtulat a Pontifice coronam Boſnenſis Rex.

quæ in Dalmatia ſub Venetorum manu erant, cruciatæ nomine collecta, ut ad eum mitterentur: non placuit ſenatui Veneto: jubeto ad me modo mittantur, fortaſſe majus imperium invenies, quando mutata eſt mens Venetorum, & Turcis feruntur indicturi bellum.

*Hæc peto, & ut legatum ad Hungaros mittas, qui meam cauſam Regi commendet, horteturque arma mecum jungere. Hoc pacto ſalvari Boſna poterit, alioquin peritura eſt. Turca in meo regno munitiones aliquas conſtruxere, & in agreſtes mitem animum oſtendunt: dicunt futuros liberos quicumque ad ſe deficiunt, blandeque complectuntur. Ruſticorum rude ingenium non intelligit artes, & libertatem perpetuo duraturam exiſtimat: facile his dolis illecta plebes a me deficient, niſi tuo præſidio munitum viderint, nec diu nobiles * in ſuis arcibus perſeverabunt deſerti a ruſticis. Si quæreret regnum meum Mahumetes, neque ultra progredi vellet, ferenda eſſet mea ſors, neque pro me tuenda reliquam Chriſtianitatem vexare deceret, verum inſatiabilis regnandi cupido nullas habet metas: poſt me Hungaros agitabit, & Dalmatas Venetis ſubjectos, & per Carnos, & Hiſtros quæret Italiam, cujus imperium ambit, & ſæpe de Roma loquitur, atque huc direxit animum: quod ſi permittentibus Chriſtianis meo regno potitus fuerit, aptiſſimam provinciam, & loca peropportuna inveniet ad ſuum deſiderium explendum. Ego tempeſtatem primus expecto, poſt me Hungari, & Veneti, & reliquæ nationes ſuam ſortem experientur, nec Italia conquieſcet: ſic ſtat conſilium hoſtis. Hæc explorata ad te defero, ne olim dixeris non fuiſſe prædicta, & me argueris negligentiæ. Pater meus anteceſſori tuo Nicolao, & Venetis futuram Conſtantinopolis calamitatem prædixit: non fuit adhibita fides, amiſit cum ſuo magno malo Chriſtianitas regiam urbem, & patriarchalem ſedem, & Græciæ columen. Nunc ego de me vaticinor, ſi fidem dabis & opem, ſalvabor, alioquin peribo, & meam ruinam multi ſequentur. Hæc Stephanus ad te deferri juſſit: tu, qui pater es Chriſtianæ religionis, & conſilium, & auxilium adhibe.*

Ut Ungari cum ipſo jungant arma.

* a fidelibus

Victa Boſnia Ungariam Dalmatiamque & Illyriam vexatum iri. Italiæ clades impendere admonet.

Conſtantinopolis excidium prædictum Nicolao & Venetis.

Vera nimium hæc erant, quæ de ſuo exitio Boſnæ Rex præſagivit, atque illud ſorte divina ope propulſaſſet, niſi ipſemet ſeſe Turco prodidiſſet. Ad hæc vero reſpondiſſe Pium, adhibito prius Cardinalium conſilio, refert Gobelinus, notam in primis Mahometis ad occidentis imperium aſpirantis ambitionem: non defutura Hungarorum, Venetorum, Dalmatarumque auxilia: excitatum iri cathedrales eccleſias, & inſtituendos epiſcopos mitti: coronam ſine damno Regis Hungariæ non poſſe, cujus Boſna ve-

XXXII. Pontificis ad Boſſinenſem reſponſum.

ſtigelis: ſic ſi is aſſenſerit, mox tradiram iri non laceſſendum Hungarum, a quo ſint expectanda ſubſidia, ſed conciliandum officiis, ac Stephanum Matthiæ conjunctum Turcicos impetus propulſaturum. Adjectus eſt Boſnenſibus oratoribus collega Dominicus Lucenſis nuntius pontificius, qui eorum petita apud Venetos Hungaroſque urgeret: ſed hæc ad irritum cecidere, nam proximo anno Stephanus Rex a Mahomete captus necatuſque eſt, ac mox univerſa Boſnæ Turcicum jugum accepit. At, quid inter tot Mahometis victorias ad eam reprimendam avertendamque a Chriſtianis cervicibus moliretur Pontifex, dicere aggrediamur.

Miſſus internuntius qui Ungaros & Venetos Boſſinenſi conjungat.

XXXIII. Diſplicebat Pontifici vehementiſſime, agitatam Mantuæ expeditionem evanuiſſe, neque in Germania exercitum auxiliarem (a) conflari potuiſſe, qui conjunctus Hungaris crucesignata vexilla Turciæ inferret, & licet Beſſarion Cardinalis legatus plures ob id celebrandos conventus curaſſet, eos tamen re infecta diſſolutos; qua de re graviſſimas apud eundem Cardinalem querelas effuderat (b). Hæc ante geſta cum archiepiſcopus Moguntinus obiiceret ſpoliandem opibus ex imperatis decumis, redigendoque ex indulgentiis auro ſubſidiario Germaniam, neque amplificationem fidei, ſed opum amplitudinem a Pontifice quæri. At quam temere ea eſſent effutita, docuit exitus; Pius enim vocatis ad ſe Cardinalibus ſex præcipuis expoſuit (c) numquam ſe poſt ſolutos Mantuanos cœtus ſuſcepta de fide contra Turcas tutanda conſilia dimiſiſſe, vireſque non animos ſibi defuiſſe: duxiſſe inſomnes in ea cogitatione noctes: puduiſſe nihil moliri in Mahometem modo in Pannoniam, modo in Dalmatiam, atque in alia regna, ubi vellet, graſſantem, cupidinem gerendi cum hoſte belli animam ſuum inceſſiſſe, ſed impares omnino vires eſſe, ni Chriſtiani Reges arma conjunxerint: indictos propterea Chriſtiani imperii conventus Mantuæ, ſed id conſilium evanuiſſe: miſſos legatos petitum opem, ſed ludibrio fuiſſe: impoſitas clero decumas in bellicos ſumptus, ſed mox ad futurum concilium provocatum: ſacras propoſitas indulgentias, ſed mox avaritiæ inſimulatam ſedem Apoſtolicam, quaſi abradendi auri cauſa id fieret; quæcumque agantur in partem iniquam detorqueri: ſeque dolore pene intabuiſſe, cum chriſtianam rem peſſum ire cerneret, neque illius erigendæ ſpes affulgeret. Quæ demum altiſſima cogitatione verſaſſet expoſuit hiſce verbis, ut narrat Gobelinus (d): *Cum dies noctesque taciti magis ac magis huc atque illuc animo feramur, ut de communi ſalute conſilium inquiramus: unum tandem remedium in mentem venit noſtro judicio valentiſſimum, & forſitan non eſt aliud. Audite: paucis explicabimus, deinde noſtram ſententiam judicabitis. Philippus Burgundiæ dux, quo anno Conſtantinopolis amiſſa eſt, votum vovit publice Deo iturum ſe contra Turcas, & bellum cum eis geſturum, & hoſtem Mahumetem ad ſingulare certamen provocaturum, ſi vel Federicus Imperator, vel Carolus Franciæ, vel Ladiſlaus Hungariæ Rex, vel magnus quivis alius princeps, quem ſe ſequi non dedeceret, ad hoc ipſum bellum proficiſceretur, nullus adhuc inventus eſt ex nominatis, qui ſe tanto prælio accinxerit. Excuſatum ſeſe Philippus exiſtimat, quia non eſt impleta voti conditio: excuſatus eſt, non abſolutus: ſtat obligatio, loquitur votum, nec tacet juramentum: poteſt adhuc ſatisfieri conditioni, poteſt princeps magnus aliquis huic expeditioni ſe accingere, ac Philippum, ut ſe ſequatur accire: niſi paruerit reus erit juramenti, & voti violati, quod laturam ejus mentem haudquaquam arbitramur. Sedet in animo noſtro, quamquam ſenili & ægroto corpore, bellum contra Turcas pro fide catholica ſuſcipere, & in expeditionem ipſam proficiſci, Burgundoque ut nos ſequatur edicere, qui Regis ac Pontificis locum tenemus, juramenti votique fidem requirere: nulla patebit excuſatio: Rege major & Imperatore bellum petet Chriſti vicarius, obnoxium voto ducem non decebit domi manere: ſi annuat deſiderio noſtro Philippus, non veniet ſine comitatu magno & valida: nobilem principem multi ſequentur: Regem Franciæ decem millia bellatorum non mittere pudebit, qui ſeptuaginta millia publice pollicitus eſt. De Germania, de Anglia, de Hiſpania ſua ſponte non pauci aderunt. Hungari, qui ſuam rem agunt deeſſe non poſſunt, nec Veneti, ubi tantos viderint apparatus, claſſem negabunt. In Aſia Caramannus & alii, quibus Mahumetis potentia ſuſpecta eſt, haud dubie arma corripient. Epirotæ, Albani, Boſnenſes, Raſciani, Walachi, Bulgari eorumque erigent quando tantis viribus a Chriſtianis repeti Græciam viderint. Quis neſcit Romanum Pontificem cum Venetis & Hungaris ſequente Burgundiæ duce, adjuvante Franciæ Rege, Turcarum gentem poſſe delere.*

Sed habenda eſt ante omnia certitudo de Venetis, & eorum exploranda conſilia, qui mores Turcarum potentiamque novere, & quibus viribus, quibuſque artibus ſuperandi ſint non ignorant; fruſtra Burgundis Galliſque hanc expeditionem ſuaſerimus, niſi concurrant Veneti, quibus maria patent; his noſtra in primis aperienda ſententia: ſi non approbant, vana fuit cogitatio noſtra: ſi laudant, Francum & Burgundum miſſa legatione hortabimur, ne deſint Chriſtianæ religioni: ex Franco auxilia poſtulabimus: Burgundum ex voto requiremus; quibus, ut par eſt, conſentientibus, propo-

ſitum

(a) Gob. l. 7.

(b) Pius lib. brev. p. 256.

(c) Gob. l. 7.

Poſt tot clades Pius inferendi Mahometi belli conſilium concipit.

(d) Gob. l. 7.

Ejus oratio ad Cardinales.

Ut Burgundus religione voti ſe liberum exiſtimet.

Si Pontifex proficiſcatur ſecuturum.

Ex Gallia & aliis regnis ingentes copias elicitum iri. Orientales crucesignato exercitui ſe conjuncturos.

ſtum & iter noſtrum publicabimus; inter Chriſtianos diſſidentes quinque annorum inducias ſervari mandabimus, parentes cæleſti benedictione donabimus, rebelles anathemate feriemus, epiſcopos, abbates, atque omnis ordinis eccleſiaſtici viros ea in hoc opes auxilia jubebimus impendere, quæ commode præſtare poſſint, inobedientes excommunicabimus, & tanquam ignis æterni mancipia diabolo donabimus; reliquos Chriſti fideles, ut opem pro ſuis facultatibus afferant, indulgentiarum largitionibus, & gratiis ſpiritualibus alliciemus. Et quis erit, qui audito Pontifice motu non moveatur? Niſi fallimur, hæc unica via eſt, quæ dormientes Chriſtianos valeat excitare, & Regum ac populorum corda movere. Vulgata deliberatio quaſi tonitru magnum excutiet ſomnum, & ad tuendam religionem fidelium mentes eriget; non arma, non equi, non homines aut naves deerunt, terra marique facile ſtruemus bellum, poſtquam certa res fuerit Romanum Pontificem cum ſacro ſenatu vectu itinere communem ſalutem quærere: nec alienum deſiderare argentum, qui non modo ſuum aurum, verum etiam & ipſum corpus pro Chriſti nomine ſit expoſiturus. Hæc nobis in mentem venere, an ingenio noſtro inventa ſint, an Deus ipſe inſpiraverit, vos judicate.

Eccleſiaſticum ordinem vectigal eummarium præbiturum.

XXXIV. Hæc Pontifex ad Cardinales, qui ubi Pontificis verba ingenti admiratione affecti audivere, non dubitarunt ex Deo eſſe quæ Dei cauſam agerent: verum in re maxima; & antea inaudita tempus ad conſilium ſuis librandum ponderibus popoſcere. Quo lapſo diu inter ſe collatis ſermonibus, demum dignam vicario Jeſu Chriſti cogitationem cenſuere, qui more optimi paſtoris pro ſuis ovibus animam ponere decerneret; propoſuere tamen nonnullas difficultates, quas Pontifex antea meditatas facile diſſolvit: deinde Venetos in ſacri belli ſocietatem allicere litteris conatus, hortatus eſt ut rem hanc iis tantum patefacerent, ſine quibus ad exitum perduci non poſſet. Veneti igitur coacto rogatorum ſenatu divinum judicarunt ſuſceptum a Pontifice conſilium, neque opera neque armis rempublicam defuturam ſpopondere: hoc autem tempore defuncto Paſchali Malipetro Chriſtophorum Maurum ducales apices accepiſſe refert Gobelinus (a): *Virum*, inquit, *inſigni pietate, & probitate*; cui S. Bernardinus olim familiaritate conjunctiſſimus, ipſum reipublicæ Venetæ futurum ducem ſæpe prædixerat, quem ob ſenil gravitatem honori cedere cogitantem Pontifex deterruit, ne Dei voluntati reſiſteret, cum tempus hoc ipſi ſervatum putaret, quo arma Chriſtiana in Turcas vertenda eſſent, ipſo enim duce pari ardore in ſacra expeditione conficienda Venetos ei conſenſuros; de ſucceſſore vero rem exploratam non eſſe. Laudato itaque a Venetis conſilio de exercitu a Pontifice ipſo ejus imperatore contra Turcas educendo, Pius ſuaſoribus Cardinalibus Laurentium epiſcopum Ferrarienſem ad Ludovicum Francorum Regem, ac Philippum ducem Burgundiæ legavit (b), ut ambos ad ſuſcipiendum religionis patrocinium reſtituendumque ſuo ſplendori orientem incitaret: qui profectus Ludovicum ad pontificia vota flectere non potuit (c), ægertime enim ferebat quod cum Pontifici decreta legatione ampliſſima maximum contra Turcas exercitum ſpopondiſſet, ſi Gallicum nomen in Neapolitano regno infeſtari bello deſineret, ab inferenda vi abducere eum non potuiſſe, ſuſpicabaturque vana eum confinxiſſe de bello Turcico, ut Gallica auxilia, ne in Neapolitanum regnum contra Ferdinandum ſubmitterentur, diſtineret. Promiſit demum oratorem ad Pontificem, qui de Turcicis & Siculis rebus ageret ſe miſſurum: interea tamen Henricum Anglorum Regem, cujus uxor Margareta Regina ad ipſum ſe confugerat, regno reſtituendam decreviſſe. Digreſſus inde ad Philippum ducem Burgundiæ legatus e morbo convaleſcentem reperit, a quo ampliſſima promiſſa retulit, juſſitque legatum ipſum ut cum proceribus qui a conſiliis ſibi erant, de militum numero, de tormentis bellicis comparandis, cogendo auro, atque itinere ineundo colloqueretur. Ut vero poſtea Philippus egregia verba & vota perjurio violarit in ipſo expeditionis procinctu, dicetur inferius: nunc reliqua in Turcas cogitata a Pio geſtave proſequimur.

Cenſent Cardinales dignam eſſe Pontifice Turcicam expeditionem.

Veneti ſpondent arma ſociaturos.

(a) Gob. l. 10.

Decreti ad Gallum & Burgundum legati ut ſocient arma.

(b) Gob. ſup. l. 7.

(c) Id. l. 9.

Gallus Rex interpretatur Pii conſilium fictitium eſſe in gratiam Ferdinandi.

Burgundus verba dat & difficultates injicit.

XXXV. In Pontificis fidem, ac poteſtatem, ut diximus antea, venerat Monobaſſia urbs munitiſſima ſitu, & portu inſtructa, idoneaque ad ejiciendos e Peloponeſo Turcas, ſi Chriſtianus exercitus in eam Græcorum auxilio ſubmitteretur; de quo conflando cum Pius cogitaret, & Cardinalis Beſſarion decem millia militum mira facinora in peninſula facturos conſtanter affirmaret, eum eſt adhortatus, ut in Germania, ubi legati apoſtolici munus obibat, ad eas copias comparandas principum ope incumberet: at diſſipata ſunt ea conſilia, in Turcicam iterum miſſa Monobaſſia ſervitutem, quam deinde recuperatam a Venetis, iterumque a Turcis, quibus hactenus paret expugnatam, dicemus inferius. Iniit aliam hoc anno defendendæ Peloponeſi rationem Pontifex. Transfugerat in occidentem Thomas deſpota Conſtantini ultimi Conſtantinopolitani Imperatoris frater hereſque imperii, ſi jura armis fulcire potuiſſet; ſed tantum aberat a recuperando imperio, ut poſt Demetrii fratris ad Mahometem II. defectionem, Peloponeſiaci principatus parte amiſſa, auxilia imploraturus ſedem

De auxiliis Monobaſiæ mittendis actum.

Monobaſia in Turcorum ipſa poteſtatem.

De auxiliari exercitu Thomæ deſpotæ dando actum.

(a) L. 1. de cur. p. 70.

Apoſtolicam adierit, ut jam ante a nobis narratum eſt. Hunc Pontifex cum auxiliari exercitu inſtruere ad recuperanda amiſſa meditaretur, hortativas literas (a) ad antiſtites, Reges, principes, ac populos dedit, ut Ipſi imperii orientalis heredi, Imperatoris filio, poſtremorumque duorum Imperatorum fratri copias ſuppeditarent.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, aliiſque eccleſiarum prælatis, nec non chariſſimis in Chriſto filiis Regibus illuſtribus, & nobilibus viris ducibus, marchionibus comitibus, baronibus, ac univerſitatibus civitatum, caſtrorum, villarum, locorum omnibuſque & ſingulis Chriſtifidelibus ad quos literæ iſtæ pervenerint.

XXXVI. Encyclica ad fideles de ea re literæ.

Quis poſſit ſine lachrymis referre eam, quæ paucis ante annis fuit Conſtantinopolitanæ urbis calamitatem, cum impius & ſceleratiſſimus Turcus, ut leæna conſurgens, & quaſi leo erectus non accubuit, donec devoraret prædam, & occiſorum ſanguinem bibere cœpit, & devaſtavit urbem regiam, quam olim Chriſtianiſſimus princeps Conſtantinus veluti alterum orbis caput erexerat: potitus eſt loco, qui longo tempore murus, ac propugnaculum fuerat totius Europæ: Imperatorem nobiliſſimum ex illuſtri, & ampliſſima Palæologorum familia, & nomine Conſtantinum extinxit, cives primarios ferino, ac bellnino ritu trucidavit, & ut ipſe furore plenus, & miniſtrans morti in omne facinus execrabile ferretur, lactantes adhuc pueros in deplorantium matrum ſinibus interfecit, matres ipſas abſque ulla ſexus aut ætatis reverentia ex virorum ſuorum complexibus in nefaria atque impura flagitia traxit, templa ac ſacra loca, quod referentes horreſcimus, ſpoliavit, fœdavit, evertit: ſuper ſacratiſſimam B. Virginis imaginem, ad quam totus olim oriens devotionis cauſa confluebat, talia pro impuritate atque obſcœnitate ſua commiſit, quæ caſtis & pudicis auribus execrabilia ſunt & penitus horreſcenda. Ita extincta eſt regalis ſedes maxima ac nobiliſſima: ita deleta eſt imperatoria civitas: urbs, de qua egrediebantur mille, relicti ſunt in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relicti ſunt in ea decem, quæ libera erat facta eſt ancilla, & coinquinaverunt eam gentes: Et infra.

Expoſita Mahometis in excidio Conſtantinop. immanitas.

Horrendum ejus ſacrilegium in Virginis imaginem.

XXXVII. Quæ curæ in his malis a Pio adhibitæ.

Quamquam ſtatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ reperiſſemus ſatis fluctuantem, ac turbulentum, nec ſine manifeſto periculo diſcedere ex urbe poſſemus, omnibus tamen omiſſis, media hyeme, quamvis ſenes & corpore debiles & invalidi, ad Mantuanam ſynodum, quo omnes Chriſtianos principes, & potentatus convocarimus, profecti ſumus: illic quid egerimus, quot ſuſtinuerimus labores, quanta patientia uſi ſumus, quantum curam, ſollicitudinem, induſtriam adhibuerimus ad Chriſtianos principes excitandos, nullus eſt qui ignoret, & tamen, ita exigentibus peccatis, nullus optatus finis ſecutus eſt: nec ideo ceſſavimus, quantum in nobis fuit, & quantum vires noſtræ patiebantur, Chriſtianæ reipublicæ ſuccurrere: legatos Apoſtolicæ ſedis ad diverſa loca non ſine graviſſimis ſumptibus tranſmiſimus, Pannonios Turcis vicinioros non modico pecunia ex fiſco noſtro juvimus. In Peloponeſum, quæ provincia maxime tunc ab hoſtibus infeſtabatur, militum præſidium ex Italia miſimus: ſed, o miſerabilem temporum noſtrorum conditionem, his non obſtantibus, crevit creſcitque continue infidelium furor, & in dies magis potentia eorum graſſatur, non ſufficit Romana eccleſia per ſe Turcorum viribus occurrere, cæteri hoc, quaſi nihil ad ſe pertineret, negligunt. Quis referat caſtra, oppida, civitates, immo inſulas integras, atque provincias ex eo tempore a Turco crudeliſſime captas atque direptas? Inter cætera potitus eſt Peloponeſo, provincia nobili, atque ampliſſima, & tam virorum quam glebæ ubertate potentiſſima: eam poſt multos, ac nefarios crudelitate fidelium populos, quos in turpiſſimam ſervitutem redegit, exhauſtam explevit ſceleratiſſimis Turchis, dilectum filium virum excellentem Thomam deſpotum Moreæ ex illuſtri Palæologorum familia ſuperſtitem, & Conſtantini Imperatoris germanum regno pepulit. Sic Peloponeſus amiſſa eſt a Chriſtianis, & a Turchis tenetur, in quo loco maximam ſpem poſueramus, unde Chriſtiani facta expeditione quam commodiſſime Turcum poſſent invadere: dominus vero Peloponeſi Thomas excellens princeps, & vere catholicus ad ulnas noſtras confugere coactus eſt, quem utinam tam facile juvare poſſemus, quam libenter grateque ſuſcepimus: Et infra.

Ut Thomas Deſpoto perfugerit ad ſedem Apoſt.

Cæterum quia deſpotus ipſe tamquam prudentiſſimus princeps, donec concedente Domino generalis expeditio fiat, pro viribus ſua tentare ipſe exoptat, quantum adjuvantibus Chriſtifidelibus proficere in Græcia poſſit ad recuperanda, quæ perdidit, ea præſertim loca, quæ ad invadendos hoſtes, cum tempus advenerit, opportuniora ſint, & magis accommoda, non improbavimus hunc animum ejus, ſed laude potius, & ſuffragio Chriſtianorum duximus dignum. Inter cætera autem loca hujuſmodi omnium commodiſſimus eſt Peloponeſus, nec parva ſpes habetur eumdem Thomam deſpotum ejus provinciæ naturalem dominum, ſi ſe illuc cum mediocri præſidio contulerit, facile recuperaturum: Et infra: *Cæterum quia ad tantam rem ſubeundam majora ipſemet præſidia neceſſaria eſſe intelligit, quem nos ſolevare vellemus, & vidit uſque in præſentem diem nil per nos ſibi nega-*

Præire universali expeditioni cupiat.

Rogati principes ut eum armis juvent. *gatum, quod ferre vires noſtræ valerent, ſperant ſuffragia noſtra huic piæ cauſæ non defutura, ad illa conquirenda conſilium cepit perſonaliter proficiſcendi, propterea cum in præſentiarum ad vos veniat, o venerabiles fratres, o Chriſtianiſſimi principes, o filii dilecti, vos omnes & ſingulos per fidem veſtram atque pietatem, per Chriſtianum nomen, quo inſigniti eſtis, per viſcera domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus res agitur, obſecramus, per ejus tremendum judicium requirimus, ut ad neceſſitatem Chriſtianæ fidei oculos convertentes exurgatis aliquando atque excitemini, labantem rempublicam ſuſtineatis, oppreſſos populos ſublevetis, in ſervitutem crudeliſſimam ac turpiſſimam redactos liberetis; nunc autem præfatum deſpotum in recuperanda patria ſua, quod principium eſſe poterit ſalutis Chriſtianorum, viribus, armis, militibus, præſidiis, hortationibus, precibus apud alios juvetis. Quod ſi vos non movet publica neceſſitas, ſi Chriſtiani populi ſalus, ut ita fateatis, non ſuadet, moveat vos ſaltem commiſeratio iſtius principis, qui ex illuſtri, & antiquiſſima Palæologorum familia ortus, Imperatoris filius, Imperatoris frater, ipſe aliquando per ſucceſſionem Imperator futurus, vir catholicus, prudens, magnus, ac fortis animi, omni imperio, regnis omnibus ſuis, ſoli patria, tot oppidis, ac civitatibus ſpoliatus, profugus, natali ſolo nudus, atque egens ad vos confugit, opem veſtram implorat, &c.* Addit hortationes alias, ut opem atque auxilium illi ferant, ac ſigna ejus ſecuturis ſuſtentaturiſve ſuis ſumptibus in caſtris milites præmia indulgentiarum pollicetur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXI. VI. id. februarii pontificatus noſtri anno IV.*

XXXVIII. Irriti cadunt Thomæ conatus. Ad irritum cecidere pontificiæ preces Regibus ac principibus Chriſtianis nulla, aut levi ex Græcorum calamitatibus miſeratione commotis, ſuiſque tantum augendis rebus intentis, delit arumve lenociniis irretitis: nulla quippe Thomam colligere auxilia potuiſſe, refert Phrantzes (a). Implorantem etiam pontificiam miſericordiam Iſacio Palæologo imperiali ſtemmate claro pro redimendis duabus filiabus e Turcica ſervitute, Pius Chriſti cultores apoſtolicis litteris hortatus eſt (b), ut ſtipem illi conferrent: *Cum*, inquit, *ſicut accepimus duæ filiæ dilecti filii, nobilis viri Yſaybii Palæologi ex ſtirpe Imperatoris Conſtantinopolitani geniti, & quem felicis memoriæ Conſtantinus ultimus conſobrinum appellabat, ſicut fidedigno teſtimonio intelleximus, per immaniſſimos Turcos, & Chriſtiani nominis inimicos captivæ detinentur, & ipſe Yſacbius bonis temporalibus penitus deſtitutus eas a captivitate, & miſerabili ſervitute hujuſmodi redimere nequeat paupertate*

(a) Phranz. l. 3. c. 27.

(b) Pius l. 45. p. 27.

tanſante, ac de Græcorum rebus hactenus.

XXXIX. Cypri Regina a Turcis opem poſcit ac ſpernitur. In Cypro Carola Regina in arce Cerinenſi obſeſſa a Jacobo fratre ſpurio, qui tyrannidem invaſerat, cum auxilia a principibus Chriſtianis elicere non potuiſſet, ut Ægyptios pelleret, confugit ad Mahometem Turcarum Imperatorem, ac Florinum comitem Paphi oratorem miſit: ſed is nulla impetrare potuit, cum Mahometes de Cypro permittenda Ægyptio, & Rhodo ſibi ſubiicienda fœdus ſanxiſſet: immo cum a baſſa juberetur uxorem cum filiis Conſtantinopolim evocare, quod ipſius baſſæ conjugis ſoror eſſet, nec ille fidem Chriſtianam prodere vellet, medius ab eodem baſſa ſectus eſt, & Cerinenſis arx commeatuum inopia preſſa, cum jam feles & canes in cibos expeterentur, tum etiam præfecto corrupto, cum quo Jacobus tyrannus notham filiam matrimonio jungere pollicebatur, in Jacobi ipſius poteſtatem pactione militari venit. Illius orator ob fidem medius ſectus. Cerinenſis arx fame ad deditionem compulſa.

XL. Afri ex Hiſpanis plures abducunt in ſervitutem. Non in oriente modo Mahometani Chriſtianos opprimebant, verum ex Africa etiam irrumpentes complures Hiſpanos abducebant in ſervitutem, neque libertatem largiebantur, niſi Chriſti cultum abiicerent, aut plurimo auro ſe redimerent; quorum miſertus Rex Luſitanus ducentos & quinquaginta e ſuis ſubditis ex Africana ſervitute eruit, ac ſocietatem, quæ liberandis captivis daret operam, inſtituendam curavit, quam Pius apoſtolico confirmavit diplomate, ac prærogativis auxit.

Ad futuram rei memoriam.

Pro parte Alfonſi Regis, aſſerentis, quod ipſe ducentos quinquaginta captivos e manibus dictorum Saracenorum tam ex propriis pecuniis, quam ex eleemoſynis Chriſtifidelium noviſſime liberavit; nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi unam ſocietatem, captivorum nuncupatam, erigendi, & inſtituendi licentiam concedere, ac ſaluti animarum eorundem Chriſtifidelium ſocietatem ipſam pro tempore intrantium conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfati Regis pium, & laudabile propoſitum in hac parte plurimum in domino commendantes, ac ipſorum Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati præfato Regi qui unam ſocietatem pro redemptione captivorum eorundem in aliquo loco ad id per ipſum Regem ordinanda inſtituere, nec non Chriſtifidelibus ſocietatem ipſam pro tempore ingredientibus, qui in eorum ingreſſu decem regalia illius monetæ, quæ quatuor volendinos conſtituunt, deinde ſingulis annis decem alia regalia ejuſdem monetæ, & pro redimendis eiſdem captivis a manibus Saracenorum manualiter in pecunia numerata perſolverint, quod ipſi poſſint, & qui- Sodalibus conceſſa privilegia.

& quilibet eorum poſſit idoneum eligere confeſſorem, qui ſingulis eorum confeſſionibus diligenter auditis pro commiſſis, etiam ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica eſſet merito conſulenda, ſemel dumtaxat in eorum introitu, & in caſibus epiſcopalibus quoties fuerit opportunum, debitam eis abſolutionem impendat, & injungat pœnitentiam ſalutarem, eiſque in ſinceritate fidei, in unitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, remiſſionem in mortis articulo concedere poſſit, eadem auctoritate indulgemus. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXI. kalend. februarii pontificatus noſtri anno IV.

XLI. De equeſtribus transferendis familiis pro fide in Africa propaganda actum.

Tenebat in Africa idem Rex Alfonſus Septam famoſam urbem, ex qua olim Saraceni ad Hiſpanias occupandas copias eduxerant; tum aliam arcem, cui Alcazar nomen erat, ad barbaros ab excurſionibus prohibendos idoneam: cumque Africani variis molitionibus, & inſidiis eas oppugnare non deſinerent, Pontifex defendendi limitis imperii Chriſtiani ſolicitus, mandatum Calixti III. de condendis trium equeſtrium ordinum religioſorum Luſitaniæ ædibus, quod nondum in alterutra arce perfectum fuerat, inſtauravit (a), ut adjuncto equitum præſidio Chriſtiana res in Africa firmior perſiſteret.

(a) L. 19. p. 34.

XLII. (b) Pius l. 11. p. 113.

In Æthiopia occidua religio propagata.

Proferebatur (b) Luſitanorum opera in alia Africæ parte, quæ Oceano Atlantico perfunditur, Chriſtianum imperium, ac non modo in inſulis Canariis, de quibus jam longe ante actum eſt, religio propagabatur, ſed in Guinea etiam regione ampliſſima, quam Æthiopes gentilitio errore adhuc irretiti incolebant: verum latius divinus cultus effloruiſſet in iis oris, ſi ſacerdotes ad animarum potius lucra, quam ad humana commoda fuiſſent intenti, ac pauci eas regiones inhabitare ob rerum inopiam audebant. Profecturo autem in eaſdem oras epiſcopo Rubicenſi Pius ampliſſimam poteſtatem detulit, (c) ut quoſcumque religioſos viros, qui vitam Chriſto ſacrare non abnuerent, ſecum adduceret, retineretque: *Cum*, inquit, *ſicut accepimus, tu ad converſionem nonnullorum infidelium, in inſulis Canariæ, & provinciæ Guineæ conſiſtentium, plurimum, ut teneris, intentus exiſtas, & quemadmodum paſtorali congruit officio pro illorum reductione, & ſalute tui miniſterii partes interponere affectuoſe proponas, ſed propter nimiam terræ, & perſonarum illius paupertatem presbyteri, & clerici ſæculares illic habitare recuſent, & ob inopiam multi eorumdem converſorum ad fidem, ſine miſſis, & aliis divinis officiis degentes, plerumque abſque ſacramentis eccleſiaſticis decedant, non ſine periculo animarum: nos ſaluti eorumdem, cunctorumque fidelium conſulere cupientes, fraternitati tuæ, donec converſio & presbyterorum ac clericorum penuria hujuſmodi duraverit, religioſos cujuſcumque ordinis uſque ad ſufficientem numerum, petita tamen per vos a ſuperioribus ſuis, quamvis non obtenta licentia, aſſumendi, eoſque* [*dummodo exemplaris vitæ, ac bonæ fuerint converſationis, & famæ*] *in illis partibus retinendi*, & inſra, *facultatem concedimus*, &c. Ornavit præterea eodem diplomate Pius ſacris beneficiis eos, qui inferendæ Guineæ evangelii luci operam erant navaturi; tum ad Chriſtianos nefarios, qui neophytos in ſervitutem abſtrahebant, coercendos, tantum ſcelus auſuros cenſuris eccleſiaſticis perculit. Conſignatæ ſunt eæ literæ hac formula. *Datum Petrioli Senenſis diœceſis anno MCDLXII. non. octobris pontificatus noſtri anno V.*

(c) Ibid.

Clericorum inopia religioſi Ghineæ & Canariæ eccleſiis præfecti.

Avehentibus in ſervitutem neophytos objectæ cenſuræ.

XLIII. Contuſi Granatenſes.

Geſta hoc anno feliciter res eſt adverſus Saracenos Granatenſes, quos Henricus Caſtellæ Rex bello perſequebatur, cui Pontifex poſcenti ſubſidiarium cleri aurum attribuit tertiam partem decumarum, quæ pro ſacra contra Turcas expeditione imperatæ fuerant: tum mediam illius auri vim, quod ex indulgentiarum promulgatione redigendum erat, uti cum ipſo Antonius e Veneriis deſignatus epiſcopus Syracuſanus nuntiuſque apoſtolicus, & decumanæ pecuniæ quæſtor convenerat, ad quem datæ hæ literæ (d): *Conſiderantes aſſidua bella, quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris contra Saracenos Granatæ gerere conſuevit, & ſua clariſſima merita, quibus ſemper erga Romanam eccleſiam tam ipſe, quam ſui progenitores claruerunt, fidem catholicam & honorem Apoſtolicæ ſedis defendendo, cum memoratus Rex pro ſuo ardentiſſimo zelo, & augmento Chriſtianæ fidei in oppreſſionem Saracenorum, & aliorum infidelium ferventior efficiatur, & contra illos magis, ac magis inſiſtere cum ſuis viribus polliceatur; nos ejuſdem Regis ſynceritatem, fidem inconcuſſam, & quamplurimas ſuas heroicas virtutes recenſentes, & quod tamquam verus pugil, ac propugnaculum fidei contra hoſtes ipſius, non ſine graviſſimo ſuæ vitæ diſcrimine, ſæpenumero pugnavit, & fortioribus præſidiis pugnare inſtituit; provideregue volentes, ut pro executione promiſſionum factarum per ipſum Regem defectu pecuniarum debita executio deeſſe non poſſit, cum memoratus Rex, prout fideli teſtimonio percepimus, propter hujuſmodi & alia bella plurimum pecuniis exhauſtus ſit, ſi aliter fieri non poſſe videris, contentamur & volumus, ut dictus Rex omnium, & ſingularum pecuniarum*

(d) Pius l. 11. p. 208.

Digitized by Google

Decumanorum ſubſidia Caſtellæ Regi attributa.

rum occaſione decimarum pro expeditione in Turcos facienda in regnis & dominiis prædictis exigendarum tertiam partem, & medietatem pecuniarum provenientium ex cruciata pro dicta guerra habeat, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ MCDLXI. XVI. kal. martii pontificatus noſtri anno IV.

XLIV. (a) Gob. l.10. Marian. de reb. Hiſp. l.23. c.3.

Parta (a) igitur eſt de Saracenis Granatenſibus Henrici Regis auſpiciis inſignis victoria & arx Gaditana vulgo Gibraltaris Chriſtiano cultui reſtituta a Guſmanio Medinæ Sidoniæ duce, eoque clarior triumphus extitit, quod humano ſanguine fœdatus non fuit: cum enim exortis inter barbaros inteſtinis diſcordiis præſidiariæ Gibraltaris copiæ ad oppidum aliud, cui novi injecti fuerant tumultus, tuendum accurriſſent, Caſtellani Guſmanio duce in Gaditanam arcem fecere impetum, eaque biduo ſunt potiti, maxima religionis amplificatione, cum plures olim Chriſtiani pro ea obtinenda cæſi putarentur, quam lapides in ejus mœnibus ſtructi eſſent. Captis Gadibus, Algezira, quæ hoſtilibus incurſionibus patebat, a Chriſtianis fuit firmata. Quo nuntio Pius accepto admodum recreatus eſt, cum in ea parte res Chriſtiana refloreſceret. Porro Caſtellæ Regem, ne in Granatenſes Saracenos admodum inde debilitatos vires effunderet, Cataloniæ turbæ diſtraxere: illum enim Catalani adverſus Joannem Regem Aragonum in ſeditionem verſi eodem tempore ſibi in principem aſciverunt (b): Joannes vero, ut partes ſuas conſtabiliret, Ludovicum Francorum Regem in armorum fœdus adverſus Catalanos allexit (c), oppignerans, pactuſve Ruſcinonenſem comitatum pro navata opera illi ſe traditurum, de quibus agunt fuſius hiſtorici: nobis ea perſtrinxiſſe ſuffecerit. Addimus ad Henrici Regis Caſtellæ commendationem, illum ſignificaſſe Pontifici, præcipuo ſe pietatis ſenſu affici in recolenda ſacratiſſimi dominici ſanguinis effuſione: ad cujus augendam religionem, & fideles indulgentiarum præmiis ad idem pium ſtudium alliciendos Pontifex diploma VIII. id. julii conſignatum propoſuit (d).

Gaditana arx a Mauris recepta.

(b) Marian. ib. Rex Caſtellæ in principem aſcitus a Catalanis. (c) Sur. l.17. c.38. Belcair. in in Commen. rer. Gall. dec. 1. n.5. & alii. (d) Pius l.40 p. 441. Idem miro pietatis ſtudio recolendæ paſſionis dominicæ addictus.

XLV. (e) Gob. l.11. Controverſia de ſanguine dominico Dominicani & Franciſcani ſibi mutuo hæreſeos crimen impingunt.

Adductum (e) fuerat eum temporis in controverſiam, an ſanguis Domini pro redimendo humano genere fuſus triduo illo, quo anima ſanctiſſima a corpore ſegregata erat, hypoſtatice Verbo divino conjunctus fuiſſet, dignuſque extitiſſet latriæ cultu. Moverat eam controverſiam Brixiæ inter concionandum Jacobus Picenus Minorita celeberrimus concionator in Italia, & Hungaria, de quo a nobis actum ſæpius eſt, ac latriæ cultu non adorandum cenſuerat: poſtulatus ob id hæreſeos a cenſore fidei ordinis Prædicatorum tumultum auxerat, productis pluribus auctoribus dicti aſſertoribus: delata ad Pontificem eadem controverſia proximo anno coram ipſo celebris theologica concertatio fuit inter utriuſque ſacri ordinis lectiſſimos viros.

XLVI. Luem in urbe graſſantem fugit Pius.

Hoc anno peſtis urbem pluraque alia loca invaſit, cum Pontifex Viterbium, inde balnea petiturus ſe contuliſſet, quo etiam Cardinales ſunt profecti, atque ita brevi curia ibi aucta eſt. Celebravit in eadem civitate Pius ingenti pompa inſtitutæ a Chriſto Eucharistiæ celebritatem, in qua edita magnifice pia ſpectacula deſcribit Gobelinus (f), additque ſubortam deinde luem, ac plures cives & aulicos extinxiſſe, Pium vero paucis apud ſe retentis Cardinalibus, ac data aliis, quo vellent ad declinandum morbum pergendi poteſtate, Volſinum ſe recepiſſe, aliiſque circum oppidis perluſtratis Corſinianum natale ſolum veniſſe, quod aſſentientibus Cardinalibus epiſcopali inſignitum dignitate Pientiam appellari juſſit, ac templum inibi magnificentiſſime conſtructum dicavit, quæ fuſe proſequitur idem Gobelinus (g); extat vero apoſtolicum diploma (h) quo idem oppidum epiſcopalis ſedis dignitate exornavit, hiſque prærogativis affecit.

(f) Gob. l.8.

Corſinianum epiſcopali apice ornatum Pientiam vocat.

(g) Ibid. (h) Pius l.r. p. 187.

Ad perpetuam rei memoriam.

XLVII.

Unus epiſcopus Pientinæ & Ilcinenſi eccleſiis præſit, cujus quidem epiſcopi, cum dictas eccleſias pro tempore vacare contigerit, electio fiat per utrumque capitulum ſemel in Pientina, & ſemel in Ilcinenſi eccleſiis, & ſic deinceps alternatis vicibus, ſed pro prima vice, cum in poſterum eam fieri contigerit, in Pientina eccleſia celebretur. Cæterum cupientes ipſas eccleſias ſingulari beneficio decorare, eas & earum præſulem pro tempore exiſtentem cum capitulis, clero, populis, civitatibus, oppidis, caſtris, ſeu villis prædictis, & totis illarum diœceſibus ab omni juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, dominio & poteſtate archiepiſcopi Senenſis pro tempore exiſtentis, ejuſque officialium, ac aliorum quorumcumque ordinariorum judicum motu, auctoritate, & ſcientia ſupradictis in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, ac ſub noſtra, & B. Petri & ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, dictaſque eccleſias, & earum præſulem Romanæ eccleſiæ nullo medio decernimus ſubjacere, ita tamen quod, ſi qui in cauſis ab epiſcopo Pientino, & Ilcinenſi ejuſque officialibus ad archiepiſcopum Senenſem prædictum, ſeu ejus metropoliticam curiam pro tempore appellare voluerint, liceat eis id libere facere, ipſique archiepiſcopo ſeu ejus officialibus, vel delegatis ab eo hujuſmodi appellationum cauſas cognoſcere & definire, ita & quemadmodum alias cauſas appellationum a ſuis ſuffraganeis interpoſitarum cognoſcunt, liceatque etiam ipſi archiepiſcopo pro tempore exiſtenti cum

per

per Pientinam, vel Ilcinenſem civitates aut diœceſes, iter faciet, præ ſe crucem portari facere, ſicut in locis ſuæ provinciæ portari facere conſuevit, in reliquis autem nullam ordinariam juriſdictionem in epiſcopum Pientinum, & Ilcinenſem, aut ejus ſubditos valeat quomodolibet exercere: nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, nec non quibuſvis indultis, & literis apoſtolicis præfatis Groſſetano, & Cluſino, ac Aretino epiſcopis, vel eorum eccleſiis in genere vel in ſpecie conceſſis, quorumcumque tenorum fuerint, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Dat. Pientiæ anno MCDLXII. id. auguſti pontificatus noſtri anno IV.

XLVIII. (a) *Gob. l. 11.* Inter Ludovicum Gall. & Eduardum Angl. Reges pax agitata. (b) *Lib. brev. p. 223.* Negat Eduardus veteri in Normanniam & Aquitan. juri cedere. (c) *Gob. l. 9.*

Dum Pientiæ verſaretur Pontifex adverſus Franciſcum epiſcopum Interamnenſem ob flagitia in Anglica legatione patrata judiciaria ſeveritas adhibita eſt (a). Is, ut diximus, adverſus Henricum Regem conjurarat, revocatuſque ex legatione, ſubrogato in ipſius locum Joanne epiſcopo Atrebatenſi, iterum hoc annitente in Angliam trajecerat, ut inter Ludovicum Regem, & Eduardum, qui pulſo Henrico ſceptrum arripuerat, pacem componeret, quod a Pio laudatum eſt literis (b) ad eum ſuperiori anno vigeſimo octobris datis: Non potuit ille controverſias conciliare, cum Eduardus veteri in Aquitaniam Normanniamque de jure non decederet. Ludovicus itaque Francorum Rex Henrici Regis cauſam defendendam ſuſcepit. Philippus dux Burgundiæ ſe cum Eduardo affinitate & fœdere devinxerat; atque inde inter Francum Burgundumque odiorum ſemina pullularunt (c).

XLIX. Burgundus cum Eduardo, cum Henrico Gallus paciſcuntur. (d) *Belcar. in comm. rer. Gallic. decad. 1. n. 4.* (e) *Gob. l. 11.* Henricus iterum in Anglia fuſus. Diſſenſionum civilium cauſa Interamneoſi epiſcopo aſcripta.

Porro Margaretæ Reginæ in Gallias ad Ludovicum transfugienti auxiliaris exercitus decretus (d) eſt hoc anno, quo instructa navigavit in Scotiam, conjunctiſque Scotorum ſubſidiariis copiis, in Angliam incurrit (e), aliquas expugnavit arces: ſed demum conſerto prælio Henricus Rex ac Regina ab Eduardo fuſi fugatique fuerunt, recuperatæ arces, ferroque in milites præſidiarios Anglos ſævitum. Hac victoria fracti omnium animi, qui Henrici partes tutabantur, ad Eduardum defecere, Henricus in Scotiam ſe recepit, Regina cum filio inops conſilii in Gallias reverſa eſt. Hæ Anglicarum rerum converſiones aſcriptæ ſunt Franciſco epiſcopo Interamnenſi, qui legatus in Angliam, ut auxilia in Turcas eliceret, motuſque Anglicos ſedaret, diſſenſionem concitaſſet, anathema in regiarum partium ſtudioſos tuliſſet, ac regnum cœleſte perduellibus ſpopondiſſet; qua de re graves querelæ in Pium a Gallis cæteriſque Henrici fœderatis fundebantur, cum ipſe, ut invidiam a ſe amoveret, datis ad Anglos literis (f) profeſſus eſt, Franciſcum legatum hæc omnia, ſe inſcio invitoque, improbe peregiſſe, rupiſſeque imperia apoſtolica, ac propterea in cuſtodiam fuiſſe traditum, tum perperam latas in Henrici ſectatores cenſuras diſſolvit.

(f) *L. 45. p. 148.*

L. (g) *Gob. l. 11.* Convictus ſcelerum Interam. epiſc. exauctoratus.

Incluſum illum in mole Hadriana fuiſſe, refert Gobelinus (g), quamquam ut Eduardi Regis procurator, & ducis Mediolanenſis conſiliarius ad ſedem Apoſtolicam veniſſet, ut juſtam eluderet ſeveritatem; a judicibus vero interrogatum mox ſine tormentis de vexillo, quod Romanæ eccleſiæ nomine extulerat, de anathematis ſententia in regias partes tuentes lata, tum alia objecta confeſſum, nec non ſimoniacam labem in ſacerdotiis, ſacris ordinibus, & indulgentiis conferendis: ob quæ flagitia mitiore pœna affectus eſt, epiſcopatu depulſus, damnatuſque, ut in monaſterium ad deflenda crimina detruderetur. Quo audito ille, ut cum monachis Caſinenſibus Benedictinam diſciplinam profiteretur expetiit, quod ipſi mox permiſſum eſt, &, ut in presbyteratus ordine miniſtrare poſſet, conceſſum. Addit Gobelinus Pontificem Petriolum ad balnea profectum, ibique a Senenſium oratoribus rogatum, ut patriam adiret, eos officioſe repuliſſe, cum omnino contagionis expers ea urbs non eſſet, ac Tudertum ſe contuliſſe. Denique ubi a Romanis oratoribus peſtilentiam abiiſſe accepit, idibus decembris Tuderto diſceſſit, ac XV. kal. januarii exceptus maxima populi gratulatione Romam ingreſſus eſt, cujus itinera, ac reditum accuratiſſime deſcribit idem Gobelinus, cui pontificiæ literæ pluribus ex locis exaratæ conſentiunt.

Inter Caſſinenſes religioſam diſciplinam profitetur.

Liberata lue Roma Pius ad eam reverſus.

LI. Dux Genuenſis per ſeditionem exauctoratus. (h) *Gob. l. 11. Aug. Juſt. l. 5. Bizar. hiſt. Gen. l. 13. Foliet. l. 11.*

Hoc anno abeunte XVIII. kal. januarias Paulus archiepiſcopus Genuenſis, facta conjuratione cum Paulo Benedicto, & Martineto ſtirpis Fulgoſiæ principibus, Ludovicum gentilem ſuum ducalibus apicibus exuit (h), adductumque coram arcis præſidiario præfecto a Ludovico impoſito, furcæ, quam erigi juſſit, figendum interminatus, niſi nuncuparent deditionem, ad quam faciendam ea arte ipſos compulit. Ita Ludovicus quater patriæ ducatum geſſit, totieſque velut inutilis cum dedecore ejectus eſt; Paulus vero iterum ſacræ rei adminiſtrationi profanam adjunxit, utque Genuæ imperium ſibi aſſereret, quod paucis tantum diebus anno ſuperiori tenere potuerat, literas ad Pontificem dedit (i), ut legibus, ſi quæ vetarent ducale munus cum archiepiſcopali conjungi, ſolveretur: ambitionem autem ſuam multis fictæ in patriam charitatis fucis coloravit,

(i) *Ext. ejus lit. apud Gob. ſup. lib. & apud Aug. Juſtin. & Bizar. ubi ſup.*

quaſi

quaſi ad componendas civiles diſcordias, utque in priſtinum ſtatum rempublicam reſtitueret, a Genuenſibus adactus ad id fuiſſet. [1]

His acceptis Pius proximo anno reſpondit ei mirari ſe ab ipſo iterum ſuſceptos ducales apices, cum jam ante inconſtantiam popularem expertus non tam cito magiſtratum iniiſſet, quam eo abire coactus eſſet; tum ad probe gerendum principatum eſt adhortatus: *Magna eſt*, inquit, *tibi bene agendi neceſſitas impoſita, niſi rectam juſtitiæ virgam tenueris, niſi vim prohibueris, niſi paci & otio conſulueris, niſi modum pravis cupiditatibus impoſueris, niſi teipſum, & tuos ſtipatores in honeſtatis formam redegeris, non ſtabit poteſtas tua, brevi dominaberis, cito regnum amittes, ejicieris non ſine tuo, & ſacerdotalis amictus magno dedecore: ſi tamen ejiciaris, & non pejora tibi accidant, ut ſunt ante oculos exempla domeſtica, vide quid agas: non eadem eſt ſacerdotalis, & imperii norma: paternam & omni clementia plenam eſſe pontificalem adminiſtrationem oportet, non tyrannicam. Multa in ſæculari principe ferunt homines, quæ abhorrent in eccleſiaſtico: quæ in laico puſilla & levia æſtimantur delicta, in clerico maxima & graviſſima judicantur: ſacerdotes quorum vita veluti ſpeculum inferioribus eſt, non ſolum a malis operibus abſtinere, ſed omnia declinare convenit, quæ quoquomodo ſpeciem mali præſeferunt. Vide quem vitelum aſcenderis, ſi potes eo pie ac juſte imperare, ac non ſubditos ſolum, ſed te ipſum coercere, ſi vales virtute irrumpere iniquitatem, ſi pro communi utilitate quærenda, non pro tua libidine explenda, ducatum accepiſti, ſi ad tuendam religionem Chriſtianam adverſus impias Turcas animum geris, & in eam rem corpus tuum devovere proponis, & injuriam proximi non quæris, confidentes, rite & ſecundum leges tuæ civitatis principatum hunc ad te delatum eſſe, & quod, ut polliceris, utiliter populo tuo præeris, illum tibi, & tuis civibus, & univerſæ reipublicæ Chriſtianæ in nomine ſanctæ Trinitatis benedicimus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris pridie kal. februarii MCCCCLXIII. pontificatus noſtri anno v.* Prænuntiavit vera Pius Paulo, qui enim initio multa optimi principis ſigna præ ſe ferret, Gallos, qui facta cum aliquot Genuenſibus coitione Genuam adorti erant, vicit (a), dein poſtea in tyrannum verſus, brevi non modo ducatu, ſed urbe etiam ejectus eſt.

Monita illi a Pio data.

(a) *Gob. l. 11. ſup.*

LII. Inſigne miraculum editum Januæ in Zicha ſerva.

Hoc anno vigeſima martii die inſigne miraculum Genuæ obtigiſſe narrat Auguſtinus Juſtinianus (b) liberatam nimirum morbo inſanabili Margaretam natione Ziecam eodem momento temporis, quo cilicium B. Catharinæ Senenſis magno pietatis ſenſu deoſculata eſt: cum vero illa Petri Vigevani opificis ſervituti mancipata eſſet, a Senatu Genuenſi ob miraculi magnificentiam in libertatem vindicata eſt.

(b) *Aug. Juſtin. l. 5.* Illa a ſenatu libertati reſtituta.

NOTÆ [1] Literæ illæ pontificis ad Paulum Genuenſem archiepiſcopum, quæ in annalibus hic recitantur, non ad ſequentis anni exordium cum Annaliſta, ſed potius ad alterius 1464. initium ſpectant; cum enim annum 1463. diem pridie kal. februarii cum anno pontificatus V. jungant, plane conſtat annum hic veteri ſtilo ſignari. Ex quo illud conſequitur, tumultus illos Genuenſes, hic ab Annaliſta relatos, partim quidem ad præſentem, partim vero ad ſequentem annum pertinere. Congruit ſcriptor miſcellæ Bononienſis, qui amotum a regimine Ludovicum Campofregoſo aſſumptumque Paulum archiepiſcopum anno tantum ſequenti narrat. MANSI

I. SÆvæ funeſtæque imperio Chriſtiano clades illatæ ſunt Servatoris anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio undecima indictione, proferente latius Turcicam tyrannidem cupidiſſimo imperii, & Chriſtiani ſanguinis fundendi Mahomete II. nec fidelibus principibus in eum ſociantibus arma, ſed in mutuam potius perniciem maximo religionis damno ſtringentibus: quibus malis obviam iturus Pontifex dedit in primis operam, ut diſſidentes Reges, ſine quorum ope ſacrum bellum geri non poterat, in concordiam redigeret. Exaſperarat jam ante, ut vidimus, acerrima de regno Hungarico Matthiam inter & Imperatorem contentio, maximaſque attulerat calamitates, Friderico laniante regnum illud, quod tueri debuerat, ac Matthia Rege, ut Turcicos impetus comprimeret, diſtracto. Jam quidem antea pluries de faciendo inter ipſos fœdere agitatum fuerat, atque tanto operi operam navarant Joannes Carvajalis S. Angeli, & Beſſarion Cardinalis legati: hortatoriis etiam literis utrumque principem Pontifex ſollicitarat: dein Hieronymum quoque archiepiſcopum Cretenſem, ac demum Rodulphum præpoſitum Friſingenſem, & pontificiam referendarium Dominicum

(a) Gob. in com. Pii II. l. 12. Naucl. vol. 2. gen. 49. & alii. Pax inter Frid. Imp. & Matthiam Ung. Regem inita. epiſcopum Torcellanum legavit (a), quibus ultro citroque commeantibus, demum in eas concordiæ leges adverſæ partes conſenſere, ut Matthias pro redimenda ſacra corona, quam olim S. Stephanus geſſerat, Friderico octoginta aureorum millia penderet: eidem etiam oppida, quæ in Pannoniæ limite occuparat, permitteret; ſi prole caruiſſet, Maximiliano Friderici filio ſceptrum relinqueret. Imperator vero Matthiam in filium cooptare juſſus eſt. Ceterum Hungariæ quidem regios titulos præferre permiſſus eſt; veritus tamen, ne ulterius præter ea, quæ obtineret, latius in Pannonia ditionem proferret; tum obſtrictus ad Hungariam contra Turcas omni ope atque opera defendendam; de quibus hæc in veteri ms. tabularii Vaticani hiſtoriæ mandata reperio.

II. Ut Matthias acclamatus fuerit Rex. *Cum Ladiſlaus Rex Pragæ extinctus repente eſſet, Hungari ad novi Regis electionem congregati, apud Peſtam, Michaele Silagi annitente, Matthiam Huniadis filium Regem acclamarant: educitur e carcere ad regnum Matthias, quinquaginta millibus aureis Georgio perſolutis, & filia ejus uxore deſponſata; ſed cum poſt hac coronam ab Imperatore obtinere non poſſet, deſpectui pluribus eſſe cœpit: hinc diſſidium inter eorum proceres; e quibus nonnulli Fridericum Imperatorem Regem ſuum elegerunt, & cum regnum diu capere non poſſet, hinc inter Fridericum & Matthiam capitales inimicitiæ ortæ. Tandem cum magna pars procerum Matthiæ Regi jam reconciliata eſſet, & Fridericus regni coronam, ac titulum retinens Hungariam aſſiduo infeſtaret, annitentibus Pii legatis Rodulpho Faventino & Dominico Torcellano epiſcopis pax confecta eſt, quamvis Cardinalis S. Angeli, & poſtea Cardinalis Nicenus, ac deinde Cretenſis archiepiſcopus legati, ad id miſſi, multa diu quamvis fruſtra prius laboraſſent: pax his legibus dicta eſt: Matthias regnum & regis titulum conſervato, Imperatoriſque adoptivus filius eſto, atque auri LXXX. millia diſſolvito: decedente ſine liberis Maximilianus alter Imperatoris filius ſuccedito: Imperator regni tamen nomen, & oppida quædam vita comite retineto: regnum ulterius ne ingreditor: ſacram coronam Matthiæ reddito; amici deinceps ambo ſunto. Hæc omnia adimpleta ſunt, & pax regno reddita.*

Dein Friderico delatum ſit regnum.

III. Deſcripta eſt earum pactionum formula (b) in regeſto pontificio, in quibus ad exitum perducendis in plures difficultates delapſi ſunt, atque in primis, ut inquit Joannes Gobelinus (c), graves Hungari querelas fudere, tantam auri vim pro reſtituenda corona a Friderico exigi; deinde an prius pecunia coronave tradenda eſſet: ad quæ legati pontificii reſpondere, ut ipſis utraque concrederentur ipſoſque ſimul aurum Imperatori, ac coronam ſacram Hungaris reſtituturos. Aliæ etiam difficultates, quæ afferebantur, ſolutæ, cum Mahometes, irruptione in Boſnam facta, terrore Pannoniam, ac Germaniam quateret; atque apperente ſacro Magdalenæ die a Friderico Imperatore de firmato fœdere hæ confectæ literæ (d).

(b) Ext. apud Pium II. l. 1. de cur. p. 236.
(c) Gob. ſup. l. 12.

Novæ difficultates ſubortæ conciliatæ.

(d) Ext. apud Pium II. l. 26. 177.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Auſtriæ, Stiriæ, Charinthiæ, & Carniolæ dux, dominus marchiæ Sclavonicæ, & portus Naonis, comes in Haſpurg Tirolis, Ferretæ, & in Kyburg, Margravius Burgoviæ, &c.

IV. Qui fuerint interpretes concordiæ. *Recognoſcimus, cum alias occaſiones differentiarum & controverſiarum inter nos ex una, & inclytum regnum Hungariæ, prælatoſque, barones, nobiles, proceres, incolas, & inhabitatores ejuſdem regni Hungariæ parte ex altera ſubortarum & vertentium ad nonnullos articulos & capitula pacis & concordiæ in præſentia venerabilis Hieronymi archiepiſcopi Cretenſis tunc Apoſtolicæ ſedis legati miſſi devetatum fuerit, quod nos ad exhortationem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Pii in præſentia, & medio venerabilium Dominici epiſcopi Torcella-*

ni

ni Apoſtolicæ ſedis ſimiliter legati miſſi cum poteſtate legati de latere, & Rodolphi de Rudaſtraim præpoſiti Friſingenſis, & Vormatienſis eccleſiarum decani, ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ referendarii Apoſtolicæ ſedis oratoris, & nuncii in præſenti cauſa ſanctitatis ſuæ commiſſarii cum venerabilibus & magnificis Stephano Colocenſi, & Baebienſi eccleſiarum archiepiſcopo, Iacique ejuſdem Colocenſis comite perpetuo, Joanne epiſcopo Vuaradienſi principibus, Nicolao de Voylakcz vuayvoda Tranſylvano, & Machovien, & regni Sclavoniæ bano compatre noſtro onmete, Ladiſlao de Palutz judice curiæ regiæ, & Emerico de Zapolia ſummo theſaurario regio, & capitaneo partium ſuperiorum regni Hungariæ devotis fidelibus noſtris dilectis nomine ſereniſſimi principis domini Matthiæ præfati regni Hungariæ Regis filii noſtri chariſſimi, prælatorumque baronum, procerum, & nobilium ejuſdem regni ad finalem, & ultimatam concluſionem eorumdem articulorum ſponte, libere, bona & ſincera voluntate in hunc, qui ſequitur, modum devenimus.

V. In primis ad finem optatæ pacis & concordiæ deliberatum, & concluſum eſt, quod nos Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ idem Rex, dux Auſtriæ, &c. præfatus, & heredes noſtri a nobis per rectum lineam deſcendentes infraſcripta caſtra, & oppida, quæ in metis,

Nonnulla oppida Ungarici limitis Frederico permiſſa.

& limitibus regni Hungariæ conſtituta paſſidemus, & in noſtris manibus per nos, & alios noſtri nomine tenemus, videlicet Vorchenſtaim, & Kobelſdorff cum ſuis pertinentiis omni imperio, & juriſdictione poſſideamus, teneamus, ac illis libere utamur, & gaudeamus pacifice & quiete, abſque ſereniſſimi principis Matthiæ dicti regni Hungariæ Regis filii noſtri chariſſimi, ac heredum & ſucceſſorum ſuorum, & prælatorumque, baronum, procerum, & nobilium ejuſdem regni quorumcumque, per ſe aut alios eorum inquietatione, turbatione, exactione, gravamine, & moleſtia quibuſcumque de jure, & de facto, ac ceſſione juris eorum præſertim, qui intereſſe ad loca prænominata ſe habere prætendunt in favorem quorumcumque, quovis quæſito colore facta aut feuda, ſalvis tamen decimis & cauſis eccleſiaſticis, quæ in foro ſuo ventilari, & agitari poterunt, prout juris eſt & rationis: in foro vero ſæculari in perſonalibus actionibus, & realibus contra & adverſus noſtros ſubditos, & caſtrorum prætactorum quomodolibet motis aut movendis coram judicibus per nos Imperatorem præfatum in locis hujuſmodi pro tempore deputatis actor juſtitiam poſtulet, & requirat, quæ ad requirentis inſtantiam expedite adminiſtrari debet. Proviſo quod eo ordine ad requiſitionem prædictorum ſubditorum noſtrorum, & dictorum caſtrorum per Regem pro tempore, & ipſum regnum Hungariæ eorumque officiales procedatur, & procedi curetur.

Etſi paſſagium generale contra Turcos pro defenſione fidei, & ipſius regni fieri contigerit, in ea re requiſitione prævia a nobis iidem ſubditi maneant incluſi, ſic tamen, quod in eum caſum hujuſmodi exactionis per nos ſupradictum Romanorum Imperatorem debita fiat diſpoſitio, & adverſus contravenientes, qui quomodolibet etiam pro ſuo intereſſe aliquid attentarent contra ea, quæ præterita ſunt, aut nos & heredes noſtros, tanquam contra violatores pacis, & Rex ipſe pro tempore, & regnum nobis potenter aſſiſtentiam faciant. VI.

Adjectum etiam eſt & concluſum, quod poſt obitum noſtrum Rex pro tempore, & regnum Hungariæ facultatem habeant dicta caſtra Vorchenſtaim & Kobelſdorff, & eorum redditus, caſu quo idem caſtrum Kobelſdorff per nos demolitum non fuerit, attento quod modicæ extimationis & ruinoſum exiſtit, retinendi ab heredibus noſtris pro ſumma quadraginta millium florenorum ungaricalium, & ducatorum boni auri, & juſti ponderis.

Item quia nos ſupranominatus Fridericus Romanorum Imperator, &c. bonis & honeſtis reſpectibus hucuſque titulo, & nomine Regis regni Hungariæ uſi ſumus, deliberatum eſt & concluſum, quod nos hujuſmodi titulo Regis a prælatis, baronibus, proceribus, nobilibus, & aliis regnicolis regni Hungariæ in antea libere, & quiete in eorum literis, & ubilibet honorati & decorati, quoad vixerimus remunemus & Rex dicti regni Hungariæ, & aliorum regnorum eidem regno cohærentium nominari & vocari & eo titulo uti & frui poſſimus & valeamus: impedimento, contradictione, & turbatione Regis pro tempore dominorum, & inhabitatorum ipſius regni prorſus amote. VII.

Ungarici regni tituli eidem conceſſi.

Item ut reſpublica & felix ſancta Romana eccleſia Chriſtianaque religionis ſtatus augeri & promoveri eo ſalubrius & utilius poſſit, nos Fridericus Romanorum Imperator præfatus prædictum ſereniſſimum Matthiam Regem Hungariæ pro filio noſtro adoptivo habebimus, & paterne amplectemur, & in præſentiarum in filium recipimus & adoptamus, eique & regno amicitiam, favores, & promotiones paternas in antea faciemus, eundemque Regem Matthiam filium noſtrum nominabimus: & in recognitionem tantæ clementiæ, quæ multis reſpectibus, nobis & eidem Regi Matthiæ ad honorem, & commoda cedet, ut digna viciſſitudine gratitudinis debita ſe erga nos exhibeat, concluſum eſt, quod idem Rex Matthias adoptione filius noſter nos Imperatorem Romanorum prætactum ex adverſo, quoad vixerimus, pro patre honorare, reputare, nominare, ſcribere & tenere

VIII. Cooptatus in filium a Friderico Matthias.

tenere debeat, prætactique Stephanus Colocenſis archiepiſcopus, Joannes Vvaradienſis epiſcopus, Nicolaus de Vuylakiz Vuayvoda, Ladiſlaus de Palotz, & Emericus de Zapoli nomine prælatorum, baronum, procerum, nobilium, & incolarum & inhabitatorum dicti regni Hungariæ atque ſuo annuerunt, quod idem Rex Matthias nos Fridericum Imperatorem prædictum patrem ſuum, & Regem nominet, honoret, reputet, & nobis patet ſuo, & Regi Hungariæ ſcribat.

Juſſus Matthias Fredericum patrem ſuum & Regem appellare.

Inſuper iam præfati Stephanus Colocenſis archiepiſcopus, Joannes epiſcopus Vvaradienſis, Nicolaus de Vuylachtz Vuayvoda, Ladiſlaus de Palotz, & Emericus de Zapolia prædictum Regem Matthiam, ac non prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores regni Hungariæ prædicti, ac ipſum regnum vigore mandati ipſis traditi ſuis literis obligaverint, & aſtrinxerint ad ſervandum inconcuſſe perpetuo, nobiſcum & heredibus terriſque & dominiis noſtris pacem inviolabilem, legis & inſcriptionibus in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, immo ſublatis eiſdem, nobiſque & filio noſtro chariſſimo Maximiliano conſilia, auxilia, & conſubſidia cunctis in adverſis contra quoſcumque, toties quoties opportunum fuerit, ſanctiſſimo domino noſtro Papa ſede Apoſtolica & ſancta Romana eccleſia dumtaxat exceptis, efficaciter pro poſſe danda, facienda, & proſequenda, ad noſtram & præfati filii noſtri requiſitionem, præfatorum regni Hungariæ & regis pro tempore expenſis, dum tamen in expeditione generali contra Turcos in hoc non fuerint præpediti, ac mora irrationabili & contradictione quibuſvis in his omnino ceſſantibus, libertatibus dicti regni in aliis ſemper ſalvis: ob quod nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, nos ac heredes noſtros, terras & dominia noſtra, ac incolas & inhabitatores earundem vice reciproca obligamus, & aſtringimus per præſentes ad ſervandum ſimiliter inconcuſſe perpetuo cum præfato filio noſtro Rege Matthia heredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, ac ipſo regno Hungariæ, prælatiſque, baronibus, proceribus, nobilibus incolis, & inhabitatoribus ejuſdem regni Hungariæ pacem inviolabilem, legis & inſcriptionibus in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, immo ſublatis eiſdem.

Fridericus & Matthias ad mutua ſibi exhibenda auxilia adſtricti.

IX. Spondet Fredericus omni ſtudia Ungarorum adverſus Turcem futurorum.

Præterea grata viciſſitudine favoribus, & promotionibus dictum filium noſtrum Matthiam Regem Hungariæ ejuſque bonum ſtatum, ſignanter contra Turcam & infideles Chriſti hoſtes, apud ſanctiſſimum dominum noſtrum ſummum Pontificem, ſedem Apoſtolicam, principes ſacri Romani imperii, & alios, ubi opportunum fuerit ſincere promovebimus. Et ſi, præmiſſis tamen ſignanter ad cauſam ceſſiorum ut ſupra ordinatis ſemper ſalvis, nos ſupradicti Fridericus Imperator, & Matthias filius noſter aut ſubditi noſtri, alicumque inter ſe, aut unus alter ad alterum querelas aut petitiones quaſcumque habere prætenderimus, illas ut de jure & non aliter proſequi debebimus, quorum occaſione juſtitia ad conquerentium requiſitionem expedita erit adminiſtranda.

Item ad finem, quod ſincera affectio noſtri Friderici Romanorum Imperatoris præfati, quam ad dictum Matthiam Regem filium noſtrum, & prætactum regnum Hungariæ gerimus ab omnibus amplius cognoſci valeat, nos venerabilibus, & magnificis Stephano Colocenſi archiepiſcopo, & Joanni Vvaradienſi epiſcopo, Nicolao de Vuylachtz vuayvoda, Ladiſlao de Palotz, & Emerico de Zepolia præfatis ſacram coronam ipſius regni Hungariæ, nobis Imperatori Friderico prætacto per quandam ſereniſſimam Elizabeth Reginam una cum ſereniſſimo olim bonæ memoriæ Rege Ladiſlao ad fideles manus aſſignatam, & hucuſque fideliter tentam & cuſtoditam, ne ad alienas manus illam devenire contingeret, oppidumque Sopronienſe nomine dicti Matthiæ Regis filii noſtri, & ipſius regni Hungariæ gratioſe aſſignavimus, & omnem obligationem ſuper eodem remiſimus.

Item ad majorem ſolidationem paterni amoris, ac in retributionem clementiſſimæ affectionis noſtræ ad præfatum Matthiam Regem filium noſtrum, & ipſum regnum Hungariæ, quodque nos eo promptius, & ad ipſius regni commoda, & boni ſtatus incrementa uberius promovenda alliciamur, deliberatum & concluſum eſt, quod vacante regno Hungariæ, filiis ſeu nepotibus legitimis ex præfati Regis Matthiæ lumbis procreatis non extantibus, nos ſupradictus Fridericus Romanorum Imperator, aut filius noſter, quem ad hoc deputandum duxerimus, & poſt noſtrum deceſſum filius noſter, quem reliquerimus, aut ſi plures a nobis fuerint relicti alter ex iſtis, quem regnum ipſum prælegerit in Regem, ipſi regno Hungariæ præficiamur, aut præficiatur cum plena ejuſdem regni adminiſtratione.

Quid conventum ſi Matthias ſine prole deceſſerit.

Item ſi ut præfertur, præfatum regnum Hungariæ vacaverit, providere debet per prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores ejuſdem regni, quod nos Fridericus Romanorum Imperator prænominatus, aut filius noſter, ut præmittitur, conſilio, & potenti auxilio ejuſdem regni Hungariæ, ut moris eſt, coronemur ſeu coronetur, & in adminiſtratione plena regni in pace recognoſcamur, ſeu recognoſcatur, & efficaciter pro Rege teneamur, ſeu teneatur.

Item concordatum, & concluſum eſt, quod omnes injuriæ, differentiæ, diſſenſiones, impetitiones quæcumque, & actiones inter nos partes præfatas, etiam occaſione felicis recordationis Regis Ladiſlai, ac aliàs

X. Præteritorum injuriarum amniſtia promulgata.

quo-

quomodolibet ſubortæ, etiam nobis hinc inde ex quacumque cauſa competentes quoad nos, & heredes & ſucceſſores noſtros, utrinque penitus remiſſa, & extincta eſſe debent, omniſque indignatio, & diſplicentia, quas nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, & dictus Matthias filius noſter Reges contra quoſcumque prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores dicti regni, & alios eccleſiaſticos, & ſæculares occaſione adhæſionis nobis utrinque hinc inde factæ concepimus, in futurum minime ulciſcatur, neque via facti neque juris, ſed ſimiliter remiſſa, & extincta eſſe debent; pollicentes & promittentes in verbo imperiali, nos omnia & ſingula in prætactis articulis, & capitulis contenta, & conſcripta, & per nos fieri debere, facturos, proſecuturos & completuros, ac a præfato commiſſario ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, ad id poteſtatem habente, & nihilominus ex poſt etiam a ſua ſanctitate & ſede apoſtolica, confirmationes opportunas ex certa ſcientia petituros, & obtenturos, quibus ſtabimus, & parebimus realiter & cum effectu, dolo, & fraude in his omnibus ceſſantibus quibuſcumque. In cujus rei teſtimonium imperialis noſtræ majeſtatis ſigillum præſentibus fecimus appendi. Datum in Nova civitate feria tertia ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini MCDLXIII. imperii noſtri XII. regnorum noſtrorum Romani XXIV. Hungariæ vero V. Confirmatæ ſunt hæ pactiones a proceribus Hungaris Stephano Colocenſi, & Bachienſi archiepiſcopo, Joanne Waradienſi epiſcopo, Nicolao Wylak Tranſilvano, & Machovienſi eodemque regni Sclavoniæ bano, Ladiſlao e Palotz juſtitiæ ſummo præfecto, Emerico e Zapolia præfecto ſummo regii ærarii, & in in ſuperiori Pannonia copiarum duce, quorum literæ iiſdem pene verbis, paucis immutatis conceptæ ſunt, quas Matthias ratas, ac firmas eſſe ſtatuit. Præcipua regii diplomatis pars hæc eſt (a).

Eædem pactiones confirmatæ a Matthia.

(a) Ext. ib. p. 187.

Matthias Dei gratia Rex Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, &c.

XI. *Notificamus univerſis præſentes noſtras literas inſpecturis, vel audituris, quod cum ſereniſſimus, ac invictiſſimus princeps dominus Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Auſtriæ, Stiriæ, Charinthiæ, Carniolæ dux, &c. Pater noſter chariſſimus tanquam patris amator, & zelator,* & infra, *nos in ſuæ majeſtatis filium adoptaverit & receperit, noſque pro filio nominare, tenere, paternaliter proſequi, ac nos & regnum noſtrum maxime in facto Turcorum apud ſanctiſſimum dominum noſtrum,* de Pontifice loquitur, *principes imperii, & alibi fideliter promovere ſpoponderit: ſacram regni noſtri Hungarici coronam dudum apud ſuam majeſtatem, per genitricem quondam felicis recordationis Regis Ladiſlai prædeceſſoris noſtri depoſitam, benigne reſtituerit, pacem inviolabilem pro ſe & heredibus, ac ſucceſſoribus, nec non dominiis ſuis cum regno noſtro inierit, & conſtituerit, aliaque plura grata nobis & regno noſtro fecerit, nos de conſilio, & conſenſu prælatorum, baronum, comitum, nobilium regni nedum in præfata congregatione Budæ obſervata, ſed & in alia congregatione noviſſime in Tolna tenta, & habita, omnia & ſingula per dictos archiepiſcopum, epiſcopum, Nicolaum vvayvodam, comitem Ladiſlaum de Palotz, & Emericum de Zapolya concluſa & accepta, prout in literis eorum deſuper datis continetur, pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris ratificamus, & approbamus, eaque rata & grata habebimus & proſequemur, & ultra ea, quæ in dictis eorum literis continentur, de ſimili conſilio prælatorum, baronum, comitum, & nobilium regni noſtri ſimiliter pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris volumus, & ita cum ſua majeſtate ex parte regni concordatum eſſe dicimus, & profitemur, quod idem ſereniſſimus dominus Imperator pater noſter chariſſimus, & heredes ſui per rectam lineam deſcendentes infraſcripta caſtra & oppida, videlicet, Vorchteaſtein, Kobelſdorff, Ferream civitatem, Gúns, & Rechnicz cum ſuis pertinentiis, ac omni imperio & juriſdictione poſſidere & tenere, & illis libere uti & gaudere debeant & pacifice & quiete, &c.* Adjectæ ſunt nonnullæ conditiones imperialibus literis inſertæ, tum addit: *Denique a præfato ſanctiſſimi domini noſtri commiſſario primum, & demum etiam a ſanctiſſimo domino noſtro confirmationem omnium præmiſſorum ex certa ſcientia, cum derogatione pro hac vice juramenti per nos deſuper præſtiti ſolliti,* nempe in coronatione de non repetendis bello dictis caſtris, *cum omni diligentia petemus & peti faciemus, dolo & fraude ac quacumque ſiniſtra adinventione vel machinatione ceſſantibus quibuſcumque. In quorum omnium fidem, robur, & teſtimonium præſentes noſtras literas appenſione ſigilli noſtri fecimus communiri. Dat. in oppido noſtro Budenſi feria III. poſt feſtum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini MCCCCLXIII. regnorum noſtrorum Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c.* Solicitatus itaque Friderici Imperatoris, ac Matthiæ Regis, necnon ordinum Hungariæ precibus Pontifex, ut confectas pactiones apoſtolico robore muniret, eorum votis, edito diplomate XI. kalend. novembris conſignato, aſſenſit. Ad hujuſmodi autem pactiones uterque princeps neceſſitate coactus venit, cum in ſummum pene diſcrimen a ſuis hoſtibus adducti eſſent: nam in primis Imperator ab Alberto fratre, quem Hungari ſociali exercitu confirmarant (b), bello eſt appetitus, ac Vien-

(b) Apud Pium l. 5. p. 236.

nen-

Frederi-cus obſeſſus a fratre adactuſque ad deditionem. nenſes in conjurationem allecti, excuſſo ejuſdem jugo, ipſum in Viennenſi arce cum Leonora Auguſta filioque Maximiliano arctiſſima cinxere obſidione, ac poſt varias hoſtiles impreſſiones adhibito omni telorum genere, ad arcis deditionem turpiter compulere. Hoc facinus Pontifex damnavit, ac Sicrovienſi & Laventino epiſcopis provinciam dedit (a), ut perduelles Viennenſes cenſuris percellerent. Potitus eſt (b) Vienna Albertus, ac præcipuos conjuratos, qui ipſi fuverant, ac poſtea ad Fridericum defecerant, ſupplicio affecit.

(a) *L.* 45. *p.* 124. (b) *Naucl. vol.* 2. *gen.* 49.

XII. At ſi his periculis domitus Imperator Hungaris tandem pacem dedit, non ea minus Matthiæ Regi pernecеſſaria extitit, cum ingens malorum moles inſtaret, qua perterritus Albertum epiſcopum Veſprimienſem, ut tradit Gobelinus (c), ac Stephanum Signiæ comitem ad Pontificem legavit, qui eum de imminente Turcica irruptione certiorem facerent: Hungarorum vires ad tantum hoſtem propulſandum impares eſſe, cum omne exercitus robur ſuperioribus bellis abſumptum, opeſque exhauſtæ eſſent, rogaruntque Pontificem, ut Hungaris ſuppetias in tanto diſcrimine ferret, Regeſque hortaretur ne Pannonium Chriſtiani propugnaculum imperii everti paterentur, quo everſo facile iter ad inferenda cunctis provinciis ſigna Turcica pateret. Audito oratore Pius, meritaque laude Hungarica virtute cumulata, mille equites ſumptu pontificio in eum annum ſuſtentaturum ſe eſt pollicitus, Regeſque ad arma conjungenda concitaturum: in proximum vero annum majoris ſubſidii ſpem dedit. Quo reſponſo accepto oratores læti in Pannoniam redierunt. Ampliora vero quam refert Gobelinus auxilia Pium Hungaris ſpopondiſſe, ex hac literarum parte (d) ad Antonium decanum Piſtorienſem quæſtorem apoſtolicum de cogendo pro Hungaris auro ſubſidiario colligitur: *Nuper*, inquit, *ad reſiſtendum impiis Turcorum conatibus inter cætera nonnulla millia equorum, & peditum bene expeditorum ſumptibus tam noſtris quam aliorum Chriſtifidelium chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Regi, & pro illius parte hucuſque ſatisfecimus, in dieſque ſatisfacere nitimur, &c. Dat. Tybure anno MCDLXIII. viii. id. auguſti anno v.* Porro ut Chriſtiani milites regni cœleſtis ſpe allecti alacrius Chriſti cultum contra Mahumetanos tuerentur, ad Savum vel Danubium occurſuris hoſti noxarum veniam tribuit (e).

Decreta ab Ungaro ad Pont. legatio.

(c) *Gob. l.* 11.

(d) *Pius l.* 1. *p.* 246. Suſtentatæ a Pio aliquæ auxiliares copiæ.

Profecturis adverſus Turcas indulgentiæ propoſitæ.

(e) *L.* 42. *p.* 334.

XIII. Indixit etiam pius ad conciliandam Chriſtianis divinam clementiam ſolemnes ſupplicationes, quas in ſingulis Chriſtiani orbis eccleſiis, cœnobiis, locisque religioſis, recurrente cujuſque hebdomadæ feria quarta, compoſito agmine religioſo peragi, preceſque pro adipiſcenda victoria contra Turcas fundi juſſit (f).

Imperatæ preces publicæ.

(f) *L.* 42. *p.* 334.

Venerabilibus fratribus patriarchis archiepiſcopis, & epiſcopis ubilibet conſtitutis ſalutem, &c.

Adverſus Chriſtianos Turcarum furor.

Sane cum perfidiſſimus Chriſtiani nominis inimicus Turcorum princeps Mahometus poſt innumeras pene Chriſtifidelium civitates, & terras ferro flammaque vaſtatas, & tyrannidi ſuæ ſubactas, orbis Chriſtiani ſibi polliceatur imperium, ac ingenti conflato exercitu maximiſque bellicis apparatibus inclytum regnum Hungariæ, Chriſtianitatis antemurale fortiſſimum, invadere & expugnare, ac per illud ad reliquas Chriſtianorum ſubjugandas provincias iter ſibi patefacere, ac ſanctiſſimum ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti indelebile nomen de terra delere, ac ſceleſtiſſimam Mahumeti ſuæ ſectam propagare execranda temeritate contendat, nos plane cognoſcentes ad obviandum tam impiiſſimis illius conatibus, & imminenti Chriſtifidelibus & Chriſtianæ religionis periculo humanam potentiam abſque divino ſuffragio, & ſine ſpiritualibus arma temporalia nihil proficere, divinam inprimis miſericordiam implorandam, & ad arma ſpiritualia recurrendum cenſuimus, ut miſericors Deus noſter, a quo omnis in cœlo, & terra poteſtas eſt, & ſine quo humanæ vires non ſubſiſtunt, piis & devotis populi ſui placatus precibus, fideles ſuos ab imminenti hoſtium periculo tueatur, & propugnatoribus ſuis, qui ad obviandum nefandiſſimis hoſtium conatibus concurrerint, brachio ſuæ virtutis aſſiſtat, & illorum contrita ſuperbia, optatam Chriſtifidelibus deſuper victoriam concedat.

Indictæ ſolemnes ſupplicationes.

Quapropter cupientes huic imminenti periculo modis omnibus, quibus poſſumus, obviare, proceſſiones ſolemnes in toto orbe Chriſtiano per clerum, & populum Chriſtianum per ſingulas eccleſias, monaſteria, & loca religioſa ſingulis quartis feriis ſingularum ſeptimanarum cum litaniis, & orationibus contra paganos fieri conſuetis, pia fidelium devotione celebrandas auctoritate apoſtolica tenore præſentium indicimus, atque ſtatuimus, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus vos, & quilibet veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios in veſtris civitatibus, & diœceſibus per ſingulas eccleſias, monaſteria, & loca religioſa civitatum, & diœceſum earundem proceſſiones hujuſmodi, ut præmittitur, fiendas per vos indictas clero & populo Chriſtiano publicetis, eaſque nihilominus in eccleſiis, monaſteriis, & locis veſtris hujuſmodi modo præmiſſo peragendas indicatis, ac a clero & populo veſtro per eaſdem eccleſias, monaſteria, & loca religioſa, & eorum cœmiteria, & loca illis vicinora, de quibus & prout vobis viſum fuerit expedire, ſingulis quartis feriis prædictis honorifice & devote fieri & peragi

faciatis & procuretis, &c. Propoſitæ ſacræ indulgentiæ ſunt, qui hujuſmodi ſolemnes ſupplicationes obirent. Datum Tybure anno MCCCCLXIII. pontificatus noſtri anno V.

XIV. Mahometis in Boſnam expeditio.

Hæc molliter geſta, nec ſeſe pro defendenda Dei gloria Chriſtiani excitarunt, dum ſæviſſimus Mahometes innumeras Turcarum acies in Stephanum Regem Boſnæ induxit. Prævideràt Stephanus tempeſtatem, nec profuit ei Pontificis, Regis Hungariæ, & Scanderbegi auxilia anno ſuperiore imploraſſe. Conceptarum a Turca irarum cauſa hæc erat. Detrectarat Boſnenſis (a) annuum vectigal a majoribus perſolvi ſolitum pendere, addideratque facto verborum contumeliam. Arcem etiam munitiſſimam excitatam a Turcis ad Savi & Boſnæ fluminum oſtia, ex qua in Hungariam & Sclavoniam patebat Turcis aditus, expugnarat. Irruente itaque Mahumete, ut acceptam injuriam ulciſceretur, cum Stephanus expaveſceret, & a Romana eccleſia in ea ſe conjectum pericula quereretur, Nicolaus Modruſienſis epiſcopus Pontificis legatus in Hungariam ad colligendum ſubſidiarium exercitum procurrit. Excitati Apoſtolicæ ſedis nomine Hungari ſumpſere arma, ac Savo tranſmiſſo hoſtem a tergo adoriri conſtituunt, reique bene gerendæ affulgebat ſpes, cum unius viri perfidi ſcelere Boſna in Turcicam ſervitutem eſt adducta.

(a) Gob. l. 11. Calcond. l. 10. Bonfin. dec. 3. l. 10.

XV. Bobazium Turcis deditum.

Deſcribit funeſtum caſum his verbis Gobelinus (b): *Unus ex Turcarum ducibus, baſſam vocant, decemquarta hal. junias ingentibus præfectus copiis ſub oppido Bobazio, quod regni Boſnæ caput fuit, caſtra locavit: poſtridie Imperator conſecutus eſt. Radacus Manichæus olim, deinde Chriſtianus mentitus oppido præfectus erat: is pretio corruptus hoſtem intra mœnia recepit, ſuaſitque cuſtodibus arcis, ne Turcis, rerum domino, reſiſterent. Tradita eſt arx munitiſſima, quæ facile poterat biennio defendi nulla re indigens. Imperator præter opinionem potitus oppido ad perſequendum Regem cum parte copiarum baſſam mittit: triginta millibus paſſuum Rex aberat in oppido, quod Lazi vocant, eo namque Turcarum adventu percepto cum theſauris confugerat, Dalmatiam petiturus. Baſſa cum veniſſet Lazi abiiſſe Regem invenit, eumque magnis itineribus conſecutus in caſtello Elutia clauſit, & arcta cinxit obſidione. Ille quarta demum die, fame & ſiti coactus, ſeſe cum omni theſauro, quem quinque Reges tot annis congregaverant, fidei baſſæ credidit: quem Imperator ad ſe ductum multa ſpe demulcens facile induxit, ut oppida, quæ in ſua poteſtate reſtaverant, reddi juberet, plura & meliora a ſe denique expectaturus. Scribitur præfectis arcium, ut claves munitionesque tradant, parent omnes: atque ita octo fermo dierum ſpatio amplius ſeptuaginta natura & arte munitiſſima oppida, & auri amplius quam decies centena millia nummum ex Chriſtianis opibus in manus hoſtium pervenere, quamvis non tam re, quam nomine Boſnenſes Chriſtianum ſibi nomen uſurpavere: raptæ matronæ atque virgines, templa ſanctorum diruta, viri religioſi omni contumeliarum genere affecti, nobilitas omnis ad ſervitium in Aſiam miſſa, Regi paucis poſt diebus caput abſciſſum, & cum eo alti ſanguinis plerique necati.*

(b) Gob. ubi ſup.

Stephanus Rex cum theſauris fugam corripit.

In Turcarum poteſtatem redactus.

Boſſinenſes arces Regis imperio Turcis traditæ.

XVI. His non abſimilia referunt ab Joanne Leunclavio (c), ait enim: *Quod dicitur Muchemetem Bozinæ Regem captum occidiſſe paulo explicandum latius, ut plenius tum barbara perfidia Muchemetis, quam immanitatis horrenda facinus cognoſcantur. Stephanus ergo Rex Bozinenſis, & uxorio jure Serviæ Raſciæve deſpota, bello petitus a ſultano Muchemete II. & obſeſſus Jaitzæ, blanditiis tyranni per quoſdam de induſtria ſubornatos e caſtello Jaitzeno evocatur, & ad colloquium arceſſitur, cum barbaro temere fidem habuiſſet, manuque capita pacto inter ſe, ac Muchemetem intra geſtans in caſtra veniſſet, capitur, cute juſſu Muchemetis vivus exuitur, juſto denique Dei judicio cum vita regnum, quo fraude patrem filius ſceleratus excuſſerat, amittit. Hoc modo tum Bozina, Raſcia, & Serviæ magna pars Turcorum in poteſtatem venit: Matthias tamen Rex Hungarus Jaitzam cum XXVII. Bozinæ oppidis recepit, quam militum corona deinde rurſum Muchemetes circumdedit & oppugnavit, ſed irrito conatu, fama duntaxat adventantis Matthiæ territus, ab obſidione Bozinæque finibus diſceſſit.* Ex hoc triſti exitu diſcant principes nunquam Turcis fidere, qui perfidiam genus virtutis ac triumphi eſſe arbitrantur.

(c) Leuncl. in pandectis.

Cute vivus nudatur Boſnæ Rex.

Jaitza a Matthia Ungariæ Rege recuperata.

Eandem Mahometis perfidiam, & ſævos mores deſcribit Franciſcus Philelphus (d) in litteris ad Ludovicum Foſcarinum, quibus admonet nullum fœdus cum perfidiſſimo tyranno pangi poſſe: *Quæ ſe mitiorem Amorathus in ſuos, & munificentiorem in omnes geſſit, eo Mahometus iſte avaritia ſævitiaque ſua eſt apud omnes deteſtabilior. Debacchatur homo truculentus & rapax in univerſum humanum genus; quæ ſit inſinuandi vis, quod fidei ſacramentum non minus contemnit, quam ignorat: omne vel æquitatis, vel pietatis munus libidine ſua furoreque metitur: humanam omnem felicitatem voluptatibus iis definit, quas communes habet cum belluis; ſed eo inferior & abominabilior quavis bellua, quod omnem belluarum ſpurcitiam atque diritatem & vita ſuperat & morum, vel truculentia, vel nequitia: & hunc ſinitis, viri patritii, & tantis opibus, tantis viribus principes, regnare diutius? Ite obviam per immortalem Deum nefario iſti teterrimoque latroni,* ſta-

(d) Phil. l. 19.

Mahometis mores.

Mahometis ſumma perfidia.

ſtatuite dignas pœnas de prodigioſiſſimo monſtro: quid enim longius expectatis? poteſtis ne quietem allaturum, qui omni eſt inſtabilior, ac mobilior euripo? quid inconſtantius ejus mente? quid magis varium? quid incertius? quid diverſius? quid fallacius? quid vobis fidum eſſe ab eo poſſit in tanto rerum progreſſu, qui intra pauciſſimos menſes & Neopolli vicos omnes, ejuſque ſuburbia vaſtavit ac diripuit, & Argos funditus delevit? An minus fortaſſis audiſtis, quod proverbii loco uſurpatur apud Turcos, eandem eſſe rationem & pupilli & Regis, quod male vel geſſerit vel promiſerit? Tutor id a pupillo præſtari non oportere, nec item ab Rege, ſi quid minus recte Nulla apud Turcos fides. *aut adminiſtratum a ſuis fuerit, aut conſtitutum, quippe quam dicant poſſe per illos falli, cum negligentius rei conſuluitis. Ille nunc Æniam urbem amicam, & tributariam, deinde quod reliquum erat Ætoliæ, & Epiri ſuæ tyrannidi adjecit: poſtea Triballos ſubjugavit omnes: quid enim in Triballis aliud reſtat præter Bellogradum? quod ipſum oppidum, ut ab Hungaris adhuc tenetur, fortiſſimeque defenditur, ita infauſtæ illi atque atroci bello futurum puto exitioſum.*

XVII. Rex trucidatus nobileſque ſervituti mancipati.

Nec ab his diſcrepantia de Boſnæ excidio, Regeque contra deditionis pactiones trucidato fuſe tradit Calcondyles (*a*): tuliſſe vero famam eum ab ipſomet Mahomete Chriſtiani ſanguinis avido cæſum ſcripſit Pontifex (*b*) hoc anno ad univerſos fideles, ut eos ad religionis cauſam contra Turcas defendendam concitaret: non deſunt tamen, qui ſpecie colloquii interceptum, juſſuque barbari cute exutum referant (*c*). Tenuerat ſecundum poſt Regem in Boſna gradum Stephanus dux Manichæa infectus inſania: is etiam a filio ad Turcas deficiente bello petitus in Dalmatiæ inſulas fugere compulſus eſt: quamquam poſtea cum filio Turcicam perfidiam, quæ Boſnæ Regem contra conventa necarat, exhorreſcente in gratiam rediit. At Regina Boſnæ amiſſo regno viroque trucidato Turcicam rabiem fugiens in Sclavoniam conceſſit, ſed a Paulo bano contra hoſpitii fœdera data eſt in cuſtodiam, e qua poſtea emiſſa Romam profugit, Pontificumque ſuſtentata liberalitate, moriens Romanæ eccleſiæ imperii in Boſnam jura teſtamento reliquit, ut dicetur inferius. Cæterum Sclavoniæ banus, paulo poſt violatum hoſpitii jus a Turcis, qui in illius ditionem excurrebant, cum quingentis nobilibus interceptus contrucidatus eſt. Struxere etiam inſidias Turcæ Matthiæ Pannoniæ Regi, qui ad tutandum limitem cum copiis provolarat, ſed eæ bellica arte eluſæ fuerunt, atque Turcarum dux, qui quatuor millibus militum ſuccinctus graſſabatur, a Matthia ipſo cum omnibus ſuis

Regina Boſnæ Romam poſt varios errores profugit.

(*a*) *Calcond. ſup. l.* 10.
(*b*) *Æn. Sylv. in lib. Epiſtolar. n.* 412.
(*c*) *Bonfin. dec.* 3. *l.* 10.

in fugam eſt actus, ut vero anno proximo idem Hungariæ Rex Jaizam Boſnenſium regiam, ac reliquum regnum bello Turcis eripuerit, ſuo loco dicemus.

XVIII. Hic vero non prætermittimus in illa Jaizæ deditione Turcis facta Minoritas quoſdam pios avexiſſe ſacras S. Lucæ Evangeliſtæ reliquias, quæ a Boſnenſibus colebantur, ne a barbaris conculcarentur, ac Venetias delatas Chriſtophoro Mauro duci tradidiſſe, a quo in eccleſia B. Job honorificentiſſime reconditæ feruntur. At contendunt ſibi Patavini iis ipſorum urbem exornatam, & graviſſima argumenta ad ſuam ſententiam confirmandam adducunt: nam in primis perlatum Romam conſtat a S. Gregorio Pontifice, dum Pelagii Papæ apocriſiarius erat, S. Lucæ evangeliſtæ caput, quod ab Imperatore Tiberio dono acceperat, ſacrum autem corpus, quod Patavini in eccleſia S. Juſtinæ venerantur, capite truncum eſſe, alterum vero, quod Venetias ex Boſna advectum eſt, integrum eſſe paret. Plura alia addidit argumenta Jacobus Cavacius, (*d*) quæ authoritate confirmantur martyrologii Romani, in quo emendatius reſtituto ad xv. kal. novembris de tranſlatione reliquiarum hæc verba leguntur: *Natalis B. Lucæ Evangeliſtæ, qui multa paſſus pro Chriſti nomine Spiritu Sancto plenus obiit in Bithynia, cujus oſſa Conſtantinopolim tranſlata ſunt, & inde Patavium delata.* Non modo in Boſna Chriſtianæ res prorutæ, verum etiam in Macedonia admodum depreſſæ fuere, Mahometes enim ad eam opprimendam tantos eduxit in expeditionem exercitus, ut cum immineret Scopiæ, Scanderbegus barbarica potentia perterritus pacem ab hoſte ſupplex flagitarit: deinde miſſo ad Pontificem oratore excuſavit factum, cum pro ſervanda provincia ad id neceſſitate fuiſſet adactus, bellum tamen, cum Apoſtolica ſedes juberet, redintegratum iri in Turcas, ac, ſi principatu ab hoſte pelleretur, perfugii locum in terris Romanæ eccleſiæ popoſcit. Pii reſponſum refert Gobelinus (*e*): *Pontifex*, inquit, *neceſſariam pacem non improbavit, ſi* [*quod ajebat Georgius*] *imperium Apoſtolicæ ſedis ſalvum eſſet, refugium paſſo in agris Eccleſiæ non defuturum, ſi pro religione pugnans ab hoſte fidei eilceretur.*

S. Lucæ reliquiæ e Boſna Venetias translatæ.

Scanderbechus ad flagitandam pacem adactus.

(*d*) *Cavac. hiſt. cœnob. S. Juſtin. Patav. l.* 5.

(*e*) *Gob. l.* 12.

XIX. Non poterat quidem Scanderbegus humano judicio tot exercitus adverſus ſe toties immiſſos ſuſtinere, niſi divina illum providentia texiſſet, atque ut alterum Judam Machabæum cœleſti vi confirmaſſet. Nondum enim fluxerant induciæ, cum Mahometes (*f*), qui abſente Scanderbego in Aſia & Europa late imperium auxerat, impetus omnes in Macedoniam convertit: ſed divino munere Syna, qui viginti millibus Turcarum ſuccinctus erat, amiſ-

(*f*) *Marin. Barlet. l.* 11.

amiſſis ſignis & impedimentis cæſus eſt a Scanderbego cum octo equitum peditumque millibus occurrente: Aſſumbegus citra Ocridam cum triginta millibus profligatus; Juſſumbeg, qui interiorem Albaniam penetrare erat auſus, cum octodecim millibus fugatus, conciſis in turpi fuga duobus millibus: Caraxbeg Aſiaticus multis victoriis clarus a Mahomete triginta millia armatorum ad Scanderbegum debellandum expetiit; conceſſa ei omnia ab illo, atque etiam decem millia ſuperaddita: ſed cum autumno præcurſorum quatuor millia immiſiſſet, ea mature detecta ferro deleta fuere: progreſſus tamen in Livad planitie caſtra fixerat, in eumque mane Scanderbegus incurrere cœperat, cum maxima imbrium copia diremit prælium, tamque ſæva tempeſtas triduo demiſſa eſt, ut barbarus prodigium eſſe ratus merſis pluribus jumentis Epirum deſeruerit. At Mahometes cum vinci armis Scanderbegum non poſſe doleret, aſtu aggreſſus, de pace verba fecit, quibus obſidem ejus filium ſibi reddi, & liberum aditum, ut irrumperet in Venetos dari petiit: quæ poſtulata a Scanderbego repulſa fuere: ſine his legibus poſtea redintegrata pax: quam paulo poſt violarunt fœdifragi barbari abacta e Macedonia præda, tum in Peloponeſo Venetorum agrum ſunt prædati; quare Veneti Gabrielem Trivifanum ad Scanderbegum oratorem, ut arma reſumeret, decrevere, qui inter alia hæc expoſuit: *Ad pullulans jam ex oriente malum, moxque, niſi cito occurratur, univerſam Europam invaſurum dirigere & intendere velis, certum enim tibi ſit atque exploratum, princeps ſereniſſime, quod perfidus & ſubdolus tyrannus iſte non alia ratione quam ſumma perfidia atque ſimulatione pacem tecum iniverit, cum nullum Turcis Epiroticoque generi naturale amoris commercium intendere poſſit, ut quo primum ſtiliter reliquos Reges & principes Chriſtianos tibi vicinos ſibi ſubjeciſſet [videbat enim a te armiſque tuis valde infeſtari, nec ea ſufferre poſſe] propagatis de hinc viribus, & imperio ſuo in nos arma converteret. Jam vidimus poſtquam barbarus iſte tecum pacem compoſuit, & ab armis viribuſque tuis tutum ſe eſſe, & quietum proſpexit, confeſtim arma ſua in Raſcianos populos, & Triballos convertit, eoſque perfundedit, deinceps Illyricos debellavit, Thraces evertit, Græcis e regno dejectis Trapezuntinum imperium expugnavit, viribus ſuis unxit, remque in majus provexit; nunc vero rupta pacis fœdere, omnique violato jure in nos arma convertit, agrum tuum pariter & noſtrum longe lateque depopulatus eſt. Ecce, Scanderberge princeps, fides tibi a barbaro quam belle ſervata, bellum excitavit, arma intulit, jam ad pugnam provocat te, & haud perplexe ſuam indicat voluntatem atque furorem; ferenda ne hæc æquo animo? tacendum adhuc? confidendum barbaro? ſtandum promiſſis ejus? dum Chriſtianum nomen evertat.*

XX. Proferente ita latius in Europa Turcici imperii limites Mahomete, Ægyptius idemque Babylonius ſultanus Turcæ fœdere junctus maximum incuſſit terrorem, ne ex Aſia Chriſtiani nominis reliquias, quæ Saracenicæ tyrannidi actum tum obſtiterant, excinderet. Fremebant barbari, quod unica Rhodus liberas cervices efferret, ac plura conſilia, ut eam ſibi ſubjicerent, Periclitatur Rhodus.
agitabant; quamobrem Pius Imperatorem, Reges, principeſque literis excitare conatus eſt (a), ut Rhodo periclitanti auxilia ſubmitterent: *Ut*, inquit, *a fide dignis acceptmus claſſem munitiſſimam parant*, nimirum ſoldanus & Turca, *in Rhodum, quantum univerſis Chriſtianis conferat celſitudines veſtras credimus non latere: nihil enim præter hanc*, nempe Rhodum, [*quod dolenter referimus*] *in illis oris ſub ditione Chriſtiana remanſit, quod in ipſorum Turcorum atque ſoldani non ceſſerit poteſtatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXII. kal. martii pontificatus noſtri anno v.* (a) L. 41. p.406.

XXI. Vexavit Turca Rhodum pluribus excurſionibus, viciſſimque a Rhodiis maritimis graſſationibus laceſſitus eſt: porro ſummum Rhodiorum equitum magiſtrum a Pio II. concitatum, ut ſecum ac Venetis, & Burgundo, & Hungariæ Rege armorum ſocietatem in Turcas iniret, refert Boſius (b); ſuſceptum vero jam erat bellum a Venetis antequam Boſna amitteretur Aloyſio Lauredano ingentium animorum duce, qui Turcis ad Boſnenſem expeditionem profectis adjungendæ Veneto imperio Peloponeſi occaſionem arripuit (c). Favebant illi Macedones, totque auxilia in illius caſtra confluxere, ut ad triginta millia hominum in aciem poſſet educere. Illati Turcis belli hæ cauſæ propoſitæ, injuriarum propulſatio, Chriſtianæ religionis tuitio; Argolica expugnatio, & Naupacti direptio contra fœdera barbaris objectæ. Geſta initio a Venetis feliciter res eſt, Turciſque maxima formido injecta, Peloponeſiacus iſthmus, qui inter duo maria Jonium & Ægæum milliarium ſex intervallo protenditur, eaque de cauſa Examilium nuncupatur, longo muro ac turribus ſupra centum & quadraginta, cum vetuſta extarent fundamenta, incredibili celeritate ductis utrinque foſſis internoque excitato aggere communitus eſt. Ubi vero Veneti Stephanum Regem Boſnæ infeliciter captum audiere, maxime trepidatum eſt, ne in eos Mahometes arma verteret, perque Dalmatiam irrumperet; quocirca Pontificis, ac Regum Chriſtianorum auxilium imploraverunt. Raguſini pariter, Geor-

(b) Boſius hiſt. equit. Hieroſ. l.8.

Veneti Mahometi bellum inferunt.

(c) Gob. l. 11. & 12. Calcond. l. 10. Phrantz. l.3. c.27. Sabel. l.3. dec.6. & alii.

Examilium ducto ab utroque mari muro communitum.

gius Macedoniæ princeps, deſpota Artæ, & alii quamplures conſilia, & opem ab eodem Pontifice popoſcere. Pius Venetias Beſſarionem Cardinalem Nicænum legavit, qui ſenatui ſpem auxilii daret, aſſereretque Chriſtianos Reges in ſacram expeditionem excitatum iri. Interim Raguſinis peditum ſupplementa, ac ſubſidiaria annona ſubmiſſa, ad Philippum vero Burgundiæ ducem Lucas Dalmata nobilis nuntius ire juſſus, ut ipſum nuncupati in Turcas voti memorem faceret.

Plures principes a Pont. auxilia poſcunt.

Burgundus ad votum ac opus provocandum admonitus.

XXII. At Philippus moræ cauſas prætexere, atque in Anglos & Gallos, quorum oratores componendæ pacis gratia expectaret, derivare, re autem vera, ut narrat Gobelinus (a). *Leſcivienti inter delitias Burgunda quamquam ſeni, & modo in choreis, modo in palæſtres voluptates haurienti, cœnaſque lautiſſimas ad noctis uſque medium perducenti, cura religionis excidit.* Addit author averſos fuiſſe etiam procerum animos a bello ſacro: *Purpurati*, inquit, *præterea expeditionem in Turcas peſtiferam ducere, principem ætate gravem pravo conſilio domum relinquere, ignotaſque provincias bella quærere, Burgundis animis remotam eſſe in Græcia militiam, numquam reverſurum fuerit. Sua quiſque metere pericula, alii labores metuere, alii ſumptus, alii mutationem imperii animo volvere, pro mitiſſima patre filium regnaturum, cujus anxietate perſpectam naturam habeant, vereri ne clementiſſimo domino crudelis ſuccedat: illud evitari non poſſe, quia novum dominum novi ſequantur miniſtri, ſibi relinquendam aulam eſſe ſive in militiam proficiſcantur, ſive domi maneant: deteſtari omnes propoſitum principis, & cum non auderent adverſari palam Domino, cauſas moræ clam nectere, tardoque ſuapte natura nemo ſtimulum adhibere.*

(a) Gob. l. 12.

Carnis delicitæ curas belli ſacri delent.

XXIII. Dum ita in voluptatibus bacchabatur Burgundus, moneri a divino Numine officii viſus eſt, quippe qui poſt tertiam noctis vigiliam inopino correptus morbo, abalienatis ſenſibus concidit, ac de illius ſalute amiſſa ſpes eſt: dein proximo die veluti miraculo reſtitutus, ſuam in ſpernendo voto perfidiam proceribus accerſitis accuſavit, profeſſus divina tantum gratia vitam ſe accepiſſe, commeruiſſeque mortem ob abjectas de ſacra expeditione curas: proinde ut omnes ſacro operi ſe accingerent, imperavit. Vocato etiam Luca nuntio pontificio referre Pio juſſit, appetente feſto die aſſumptæ in cœlum Virgini ſacro, oratores de bello Turcis inferendo acturos ſe tranſmiſſurum, rogareque, ut die conſtituta principum Italorum oratores congregaret. Miſſus eſt quoque a Burgundo Guilelmus epiſcopus Tornacenſis, qui primum Pontifici ex arcano aperuit ſuſceptam a Philippo de adminiſtrando bello Turcico ſententiam: deinde ea de re elegantem Romæ in publico conſiſtorio habuit orationem, promiſitque Philippum proximo vere ducturum in Turcas copias ſuas, non ſenio, non ſanguini parſurum, nec ducis modo, verum & militis munus acturum. Excepta eſt ampliſſimis cum elogiis hujuſmodi Philippi legatio, pluraque in ejus commendationem prolata: ſed quam repetere pudeat, cum hæc poſtea nova ſegnitie & perfidia ipſe labefactarit.

Vexatus morbo ſe reum voti violati agnoſcit.

Mittit oratores ad Pont. pro inſtruendo bellico apparatu.

XXIV. Interea Pius poſtridie ejus diei, accerſitis in concilium Italorum oratoribus, expoſitaque Philippi ſponſione, ſciſcitatus eſt, quæ tandem pro tuenda religione ſubſidia conferre vellent; iiſque reſpondentibus admiſſuros lubenter onera, quæ ſedes Apoſtolica in tam juſta cauſa imponeret, ſubjecit, ut inquit Gobelinus (b); *Quid opus eſt multis immoremur? Extat Mantuanum decretum, illud, ſi placet, ſervabimus: in eo ſecundum vires diſtributa ſunt onera, clericis decima, laicis trigeſima proventuum trium annorum impoſita ſunt: Judæis omnium bonorum vigeſima. Laudaverunt hoc omnes populi, quamvis poſtea executio impedita eſt, Italia novis bellorum motibus perturbata; nunc pax propemodum redit; licebit jam Turcis inferre bellum: pecunia, quæ neceſſaria eſt, ſecundum decretum colligi poterit: nobis nec facilior alia via occurrit, nec diſtributio æqualior.* Ad hæc oratores Italiæ addidere, laudare ſe quidem illa tamquam privatos, nullis tamen mandatis a principibus pro iis admittendis fultos eſſe; conſulturos vero principes ſuos an æquis poſtulatis aſſentirentur. At inter hos oratores Venetus ſubjecit, non his adhortationibus egere ducem, qui jam Urſatum Juſtinianum valida inſtructum claſſe immiſiſſet, partemque Peloponeſi Turcis eripuiſſet; decumas, vigeſimas, trigeſimas ſenatus conſilio imperaſſet, nec rempublicam Venetam Pontifici in ea cauſa defuturam: ac tum Pius collaudatis Venetis, ad reliquos oratores converſus, ut omnem corradendi auri occaſione belli ſacri ſuſpicionem ab ſe removeret, hæc dixit, ut refert Gobelinus (c): *Ite, & veſtris dominis renuntiate, quæ diximus, atque hoc unum addite, nos eorum pecunias minime cupere nec tangere illas velle, exigant ipſi a ſuis ſubditis argentum, atque in milites & naves erogent, quibus in bello poſſimus uti: ipſi duces ſibi delegant, & ſua navibus affigant ſigna, libentius hæc auxilia, quam pecuniaria ab eis accipiemus.*

Coacti a Pio Italorum principum oratores.

(b) Gob. l. 12.

Veneti nunquam Pontifici defuturos polliciti.

(c) Gob. l. 12.

XXV. Obſtitit his ex arcano Orator Florentinus, & inconſultum conſilium ſuggeſſit Pio, ne Venetos, qui jam bello ſe cum Turcis implicuerant, juvaret ne, ſi Græciam ab ipſis ſubjici contingeret, illi qui ſe Romanæ reipublicæ ſucceſſiſſe jacta-

Florentinorum in Venetos invidia.

ctarent, deinde aucti viribus Italiæ leges dare aggrederentur. Excuſſit ejuſmodi Florentinorum conſilia plena livoris Pontifex, & ni in Turcos jungerentur vires pericula oſtendit. Tum proximo die vocatis in arcanum conciſtorium Cardinalibus expoſuit uti ſextus jam annus excurreret, ex quo ipſe pontificia ſede conſcenſa bellum ſacrum pro vero Dei tuendo cultu promovere conſtituiſſet; ac multa de bello Neapolitano inter Ferdinandum & Renati Regis filium geſto, cujus leves ſupererant reliquiæ, tum pacato Piceno præfatus; ſuſceptum jam conſilium de imitando Chriſto, qui pro ſuis ſanguinem fudiſſet inſtruenda claſſe, petenda Græcia, expugnandis Turcis explicuit, non aliam defendendæ religionis viam extare, fruſtra pro ſuſtentando crucеſignato exercitu imperatas decumas, fruſtra Mantuanos conventus celebratos, neque jam verbis, ſed operum exemplis ad officium adduci populos, atque ad pium ardorem concitari poſſe, cum hæc ſubdidit (a).

(a) Gob. l. 12. Pii oratio.

Principatus facile his modis retinetur, quibus ab initio partus eſt: abſtinentia, caſtitas, innocentia, zelus fidei, religionis fervor, contemptus mortis, martyriique cupido Romanam eccleſiam toti orbi præfecerunt. Primi Petrus & Paulus inclyto martyrio dicaverunt: ſecuti deinde Pontifices alter poſt alterum longa ſerie ad gentilium tribunalia rapti, dum falſos deos accuſant, Chriſtumque verum & ſingularem Deum manifeſta voce fatentur exquiſitis ſuppliciis mortem obiere; eoque pacto novellæ plantationi conſuluerunt. Credidere diſcipuli magiſtros vera locutos, qui ſua doctrina mortem firmaſſent, nec illis potuerunt ab ea tormentis avelli, veri & probati paſtores, qui pro gregibus ſuis animam poſuerunt, magiſtrum & dominum imitati Jeſum æternum, & optimum paſtorem, qui pro ſuis ovibus in ara Crucis acceſſus humanum genus pio patri reconciliavit. Converſis deinde ad Chriſtum Romanis, apertis tecleſiis, & evangelio paſſim diſſeminato, ceſſavere martyria, & ſancti confeſſores introiere, qui doctrinæ lumine ſanctiorisque vitæ fulgore non minus Chriſtianis plebibus profuerunt, quam martyres, vitiis hominum fræna ponentes, quæ ſolent in pace latius evagari. Ab his & ab illis Eccleſia noſtra magna effecta eſt. Servari non poteſt niſi prædeceſſores noſtros imitemur, qui regnum Eccleſiæ condidere, nec ſatis eſt confeſſores eſſe, prædicare populis, fulminare vitia, virtutes in cælum tollere: ad priores illos accedendum eſt, qui pro teſtamento Domini ſua corpora tradiderunt. Nihil eſt, quod pro ſalute gregis nobis commiſſi perpeti non debeamus, etiamſi anima ponenda ſit. Turcæ modo iſtam, modo illam Chriſtianorum provinciam vaſtant. Boſna hoc anno capta eſt,

Ut eccleſia a martyribus firmata ſit.

& Rex gentis obtruncatus: trepidant Hungari, trepidant vicini omnes, & quid agemus? armatas illis copias mittemus obviam? non eſt aurum, unde parentur: quid ergo? Reges hortabimur illis occurrant, atque hoſtes e noſtris finibus propulſent? at hoc fruſtra tentatum eſt. Non bene dicitur: Ite, fortaſſe melius audient. Venite; hoc tentare libet. Stat ſententia in bellum contra Turcas pergere, Chriſtianoſque principes, ut nos ſequantur, facto ſimul, & verbis invitare: fortaſſe cum viderint magiſtrum, & patrem ſuum Romanum Pontificem Jeſu Chriſti vicarium, ſenem & ægrotum in bella vadentem, pudebit eos manere domi, arma capient, defenſionemque ſacræ religionis fortibus animis amplectentur. Hac niſi via Chriſtianos in bellum excitat, neſcimus aliam: bene ingredi placet. Scimus rem ſenio noſtro periculoſam eſſe, uſque ad certam quodammodo mortem profecturos; neque hanc recuſamus: cuncta Deo committimus. Fiat voluntas ejus. Moriendum nobis aliquando eſt, neque intereſt quo in loco dum bene moriamur: beati qui moriuntur in obſequio Domini: mors bona malam vitam redimit: nobiſcum bene actum putabimur, ſi Deo placuerit in ejus ſervitio noſtros finiri dies.

In extremo diſcrimine Pii conſilium.

Decernit morti occumbere in promovenda Chriſti cauſa.

XXVI.

Vos, qui tantopere nos adhortati eſtis in Turcas bellum movere, domi in otio remanere non decet: oportet membra ſuo conformari capiti, & illud ſequi, quocumque ierit: quod agimus neceſſitatis eſt: promiſſa eſt profectio noſtra Philippo Burgundiæ duci, & infra, *promiſſa duci & Venetis profectio, ſine dedecore ſummaque turpitudine negari non poteſt: non eſt integra res: ire oportet: periculoſum iter ingredimur, non negamus, nobis ſcilicet, qui ſenes, & valetudinarii ſumus, cæteris non item, quando ſpes magna victoriæ conſequendæ oblata eſt; neque enim ſoli in hoſtem pergimus. Venetorum valida claſſis, & maris domina nos comitabitur, aderunt & alii potentatus Italiæ, dux Burgundiæ occidentem attrahet ſecum, a ſeptentrione urgebit Hungarus, & Sarmata, rebellabunt per Græciam Chriſtiani, atque in caſtra noſtra procurrent: Albani, Servii, Epirotæ libertatis tempus adveniſſe gaudebunt, & partes noſtras adjuvabunt: nec deerunt in Aſia motus Caramani, & Janſæ & aliorum, qui Ottomannos oderunt. Adſit tantum divinus favor ad victoriam, cætera ſuccurrunt, nec nos pugnaturi pergimus corpore debiles, & ſacerdotio fungentes, cujus non eſt proprium verſare ferrum: Moyſem illum ſanctum patrem imitabimur, qui pugnante adverſus Amalecitas Iſraele orabat in monte: ſtabimus in alta puppe, aut in aliquo montis ſupercilio, habenteſque ante oculos divinam Euchariſtiam, id eſt dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ab eo ſalutem & victoriam*

Qui futuri ſint belli ſocii.

De Caramanos & alios ſpes conceptæ.

Locata in divino auxilio Pontificis confidentia.

pugnantibus noſtris militibus implorabimus; cor contritum & humiliatum non deſpiciet Dominus: eritis & vos nobiſcum, exceptis ſenibus, quibus ut remaneant ignoſcimus, orabitisque pariter & operibus bonis Chriſtiano divinitatem reddetis propitiam.

Cogitatis dum iſta dicimus, quod erit interea Romanæ regimen eccleſiæ; recuſabunt ultramontani ultra mare te ſequi, nec in abſentia tua ſatis tutum erit Eccleſiæ patrimonium: iſthuc pergimus, omnia proviſa ſunt. Audite: Romanam curiam & omnia ejus officia, & duos pariter legatos ex ordine veſtro apud urbem relinquemus, alter ſpiritualibus negotiis præerit; temporalibus alter: invenient omnes quod quærent non inique petentes, majores tantum cauſæ & perdifficiles & raræ ad nos deferentur. Vicarius noſter juſtitiam temperabit, beneficia conferet, viduatis providebit eccleſiis, ſuccurret egentibus, diſpenſabit & elargietur gratias pro dignitate & perſonarum meritis. Alter ſubditis eccleſiæ jus dicet, & hoſtem propulſabit præſidio militum ſultus, quorum ductor erit Antonius nepos noſter. Huic equitum tria millia, peditum duo millia relinquemus, quorum pars apud Picenſes manebit. Hoc pacto, quantum humana poſſumus ratione proſpicere, in tuto dimittemus omnia. Sed nihil eſt in quo magis ſperemus quam in Altiſſimi adjutorio; niſi enim Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Pro Deo noſtro propriam ſedem & Romanam eccleſiam relinquimus, & hanc canitiem, atque hoc debile corpus ſuæ pietati devovemus. Non erit immemor noſtri: ſi non dabit reditum, dabit in cælum aditum, & primam ſedem ſponſamque ſuam indemnem conſervabit. Audiſtis propoſiti noſtri ſeriem: vos nunc viciſſim animi veſtri ſententiam promite.

Qua ratione ditioni eccleſiaſticæ conſulendum.

De legatis duobus creandis.

Se Chriſto devovet Pius pro tuendo ejus cauſa.

XXVII.

Cardinales ſe illum ſecuturos profeſſi.

Hæc dicta ſuſpiriis lachrymiſque crebro intercisa altius infixa ſunt animis Cardinalium, qui etiam a lachrymis temperare non potuerunt. Prior in ſacro collegio Cardinalis Oſtienſis idemque archiepiſcopus Rothomagenſis Pontificem laudibus extulit, ſeque eum per tumida procellis maria ſecuturum profeſſus eſt. Cardinalis etiam Carvajal epiſcopus, interpuncta ſingultibus voce, hæc addidit: *Hominem te hactenus exiſtimavi Pontifex, nunc angelum judico: viciſti opinionem meam: Deus adſit tuis cœptis, ego lateri tuo ſemper comes adero, ſive aqua ſive terra ſit iter habendum, nec te per flammas euntem deſeram, quando recta in cælum vadis.* His non diſparia cæteri ordine ſuo ſubjecere, exceptis Spoletano, qui antea ab eo conſilio Pium abducere niſus fuerat, & iterum plures propoſuit difficultates, quæ a Pontifice diſcuſſæ fuere, & Joanne Atrebatenſi, qui eo in re ſemper Pio reſtitit.

Reſiſtunt duo Pii conſilio.

XXVIII.

(a) Gob. l. 12.

Interea (a) oratores Italorum principum ab iis reſponſum de petitis ſubſidiis elicuere: Mantuanum decretum de indictis decumis, vigeſimis, & trigeſimis Ferdinandus Neapolitanus Rex, Franciſcus Mediolanenſium dux, Borſias Ateſtinus, Ludovicus marchio Mantuanus, tum Lucenſes admiſere, Florentini inania dedere verba, Genuenſes, Sabaudus, Montisferratenſis quamvis rogati, neminem ad conventum legarunt. Quæ dum gerebantur, Veneti cum Turcis certabant in Peloponeſo, atque octo equitum barbarorum millia ex Attica ad dejiciendo iſthmi Corinthiaci mœnia provolarunt: ſed jam aucto admodum opere non ſine damno propulſati fuerunt. Lemnos præterea, & complures Ægæi maris inſulæ dictæ Cyclades, excuſſo Turcico jugo, ad Venetum imperium deſcivere. Quibus auditis Pontifex (b) decretum de ineunda in Turcas expeditione Cardinalium aſſenſu editum in celebri cœtu ad undecimum kal. novembris hujus anni promulgavit. Extat illud inter cætera Pii opera typis excuſum (c), in quo primum præfatus, ut expugnata Conſtantinopoli Nicolaus V. & Calliſtus III. Chriſtianos Reges ad comprimendam Turcicam tyrannidem concitare fuerint niſi: obſurduerint vero ad eorum voces populi: ex Pannonia tantum, & Germania pauci iique ignobiles, ſed in divinitatis conſpectu clariſſimi accepto crucis ſymbolo ad Albam Græcam Mahometem religioni inſultantem profligarint: ſubdit Pius, ut ipſe Calliſto in apoſtolatus munere, & fidei tuendæ cura ſucceſſerit, Mantuanum cœtus celebrarit, quidve egerit, & quæ ſint conſecuta, his verbis deſcribit.

Itali principes præcipui Mantuanum decretum admittunt.

Turci iſthmo Corinthiaco propulſati.

Lemnos & Cyclades ex iis recuperatæ.

(b) Id. ib.

(c) Æn. Sylv. lib. epiſt. n. 397. & n. 5. bibl. Vall. ſig. n. 19. p. 131.

Decretum Pii de ſacra expeditione in Turcos obeunda.

Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus.

XXIX.

Ezechielis prophetæ magna ſententia eſt, venientem gladium niſi nunciaverit ſpeculator animarum, quæ perierint, ſanguinem de manu ejus requirendum fore: quod verite ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri Nicolaus V. & Calliſtus III. ab eo tempore, quo Turcorum efferata rabies Conſtantinopolim expugnavit, venturum ad interiora Chriſtianitatis hoſtilem gladium clamare non ceſſaverunt, & commonere Chriſtianos principes, ac populos quanto in periculo eſſet noſtra religio, niſi occurreretur hoſtibus, priuſquam magis invaleſcerent: ſuaſere ut arma ſumerent, defenſionem catholicæ fidei ſubirent, furentibus beſtiis obviarent, nec ſinerent immanem draconem Mahometum fideles devorare animas. Videbant ferocem illius animum occupata Conſtantinopoli minime quieturum, cujus inexplebilis eſſet dominandi cupiditas: nec dubium quin orientali ſubjecto imperio ad occidentale aſpiraret. Annunciata eſt in tempore futura calamitas, sed non eſt credito;

Sæpius moniti Reges de imminente a Turcis periculo.

dita; non fuerunt audita ſanctorum paſtorum voces, utiles admonitiones ſurda pertranſivit aure populus Chriſtianus: Hungari tantum ſub Calliſto vigilantes arma ſumpſerunt, qui de tuendo regno ſolliciti, dum ſuos fines obſervant, cuſtodiunt noſtros: ex ipſis Hungaris & Teutonibus magna ex parte & aliis vicinis non pauci, quamvis pauperes & ſecundum ſaeculum ignobiles, incliti vero in conſpectu Dei, crucem Domini aſſumpſerunt, & magno in hoſtes ſpiritu perrexerunt, quorum potiſſime auſibus apud Albam græcam, quam noſtri Belgradum vocant, Turcorum ingentes copiæ profligatæ fuerunt, & Mahumethes ille terribilis ac ferox turpem arripuit fugam, nationes aliæ, tamquam nihil ad eos Turcorum facta pertinerent, in ſuis ſedibus quietæ manſerunt.

Nos deinde, ſicut Domino placuit, quamvis indigni tanto munere, Calliſto ſucceſſimus, qui mox in apoſtolatus initio Mantuanum conventum indiximus, in quo de communi utilitate communibus Chriſtianorum conſiliis ageremus. Venit in mentem quod per Iſaiam ſcribitur: Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta, noli timere, vocem tuam, *dictum id nobis putavimus, ſatisfecimus, ut arbitramur, præcepto: aſſumus in tempore præfinito non ſine ſumptu, & labore gravi: oſtendimus fidelibus Chriſtianis vulnera ſua, & quæ paſſi fuerant, & quæ paſſuri videbantur, niſi ſeipſos adverſus Turcas defenderent: clamavimus, quaſi tuba exaltavimus vocem noſtram: audivit omnis Eccleſia, ſed non exaudivit verba noſtra, non fuit plus ponderis noſtris, quam prædeceſſoris vocibus, fruſtra conati ſumus, incaſſum abiere labores.*

Fruſtra ſolicitari ut arma in Turcas ſtringerent.

XXX.

Interea quantum creverunt Turcorum vires, difficile dictu eſt, auditu miſerum, A mari Pontico uſque ad amnem Savum, & ab Ægæo pelago uſque ad Danubium nobiliſſimas interjacentes provincias ſuæ poſſeſſionis facere. Tranſiverunt & ipſum Danubium, Valachiæque magnam partem occupaverunt. Penetraverunt & Savum atque agros Hungariæ longe lateque vaſtaverunt. Hoc anno Boſnam invaſerunt, univerſumque regnum ſibi ſubjecerunt, & inſulam Lesbon. Quanta vero crudelitate in ſubactis urbibus ac provinciis uſi ſunt, horret animus dicere; in Conſtantinopoli Græcorum Imperator obtruncatus eſt, & caput ejus haſta ſuffixum per caſtra delatum eſt: Raſcianis principibus eruti ſunt oculi: in Lesbo multitudo pubium palo transfixa: in Boſna Regem, qui ſalutem pactus ſeſe dederat cum patruo ſuo, Mahometes ipſe humano ſanguine inſatiabilis ſua manu, ut fertur, jugulavit, Quis nobiles viros, quis ſacerdotes commemoraverit ad eadem raptos,

Turcarum in victos perfida crudelitas.

ſenes & juvenes in plateis immaniſſime trucidatos? ubique cruor cæſorum viſus, ubique morientium gemitus auditus, nulla reverentia matronarum, nulla virginum, fœdum relatu eſt quantum hoc genus hominum in libidine ſit immerſum, cui omnes abbominationes gentium pſeudopropheta, quem venerantur, indulſit. Quid de ſacroſanctis eccleſiis dicemus? templum illud S. Sophiæ Juſtiniani opus toto orbe memorabile Mahometis ſpurcitiis reſervatum eſt: reliqua ſacraria aut diruta ſunt, aut polluta: altaria diſjecta, aut protrita: imagines ſanctorum deletæ aut luto fœdatæ, nulla ſalvatoris Chriſti aut glorioſiſſimæ Matris ejus ſtatua ſine ſingulari probro dimiſſa: ſimulacrum Crucifixi per deriſionem in caſtra delatum, ſaxis & luto petitum, & tandem in cœno relictum. O domine Deus: Venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem eorum, & non erat qui ſepeliret. *Quamvis non poteſt lædi tua majeſtas, nec tua gloria minui, decet tamen ſervos tuos, decet nos miſeros Chriſtianos, quæ tuos oculos in contumeliam ſiunt, totis conatibus avertere atque ulciſci:* Et infra.

Impie ſacrilegia in rebus ſacris conculcandis.

Majores noſtri Jeroſolymam perdidere, & omnem Aſiam, & Lybiam: noſtro tempore Græcia eſt amiſſa, & Europæ maxima pars: in angulum orbis redacta Chriſtianitas eſt: Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulcrum, niſi Saraceni velint, videre non poſſumus: quæſtus cauſa nobis illud oſtendunt. Patriarchales ſedes venerandæ digniſſimæ Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina, & Jeroſolymitana jugo ſervitutis oppreſſæ a Saracenis occupantur, aut a Turcis, non ſine dedecore & ignominia Chriſtiani nominis Romanam eccleſiam matrem omnium fidelium, ac magiſtram, quam beati Apoſtoli Petrus & Paulus ſuo martyrio dedicarunt, nunc nobis eripere Mahometes intentatur, & faciet, niſi tandem excitemur a ſomno, & conatus ejus ſtudemus elidere: Et infra.

XXXI. Ob ſacrum intermiſſum bellum omnia in pejus lapſa.

Alios hactenus exhortati ſumus defenſionem fidei ſuſcipere, atque in bellum ire, miſſuri legatos, & alia facturi, quæ noſtræ facultates ſufferre poſſent, manſuri pro neceſſitatibus Eccleſiæ apud ſepta ovium, quæ reſtant nondum expugnata, nunc majora promittemus, & quando aliter excitari Chriſtianorum torpentia corda non valemus, nos ipſos periculis objectabimus, noſtrumque caput adverſus Turcos afferemus in bellum, & quantum nobis eccleſia Romana, & patrimonium B. Petri miniſtrare poterit, tantum pro fide catholica protegenda exponemus, & profundemus in hoc itinere, nec ſoli proficiſcemur in hoſtes, clariſſimo enim genere natus, & amabilis Deo princeps Philippus Burgundiæ

Conſtanter Pius omnia pro Chriſti obſequio profundenda.

Burgundum ac Venetum ſocios futuros exponit.

dux

dux in hanc expeditionem venturum ſe offert, non ſine delecta militum manu, & exercitu valido: potentis & clari Venetorum ducis Chriſtophori Mauri ingens & formidanda claſſis ſuperioribus menſibus in Græciam navigavit, totamque fere Peloponeſum vi atque armis eripuit hoſti, Iſthmumque peninſulæ, qui ſex millibus paſſuum inter duo maria patet, undecim, ut ajunt, diebus excitatis muris ac turribus clauſit, memorabile factum, & inter præclara veterum opera numerandum; hæc eadem claſſis, ut promiſſum eſt, nobis non deerit. Spondent quoque & cæteri Italiæ potentatus pro ſua religione, & in commune bonum affectione præcipua tam ſancto digna opere auxilia. Favente nobis Altiſſimo, maritimum bellum feliciter abſolvemus, quoniam non ſunt Turci pares in pelago Venetis.

XXXII. Matthiam Regem Ungaricum exercitum educturum.

Ex altera parte in terra pugnabunt Hungari, genus hominum in bello ferox, & jam Turcos vincere didicerunt. Inclytus Rex gentis hujus Matthias jam coronam, & pacem in regno conſecutus ingentes poterit derivare, atque in prælium ducere copias. Hæc nobis certiſſima ſunt belli præſidia, cum his ibimus, cum his Dei prælium decertabimus. Erunt & Albani nobiſcum & multi per Græciam, ut ſperamus, & aliæ hoſti ſubjectæ provinciæ, a Turcis deficientes, caſtra noſtra ſequentur; Chriſtiani enim ſunt, oderuntque Mahometem: hoſti parent coacti metu, qui non eſt diuturnus magiſter officii, ut primum ſpes libertatis affuerit, adverſus inſolentes dominos cornua erigent. Nec deerunt in Aſia motus, ut ſunt in omni gente atque in omni provincia male pacati homines, & novitatum cupidi, qui tempus expectant: non erit facile Turcis tot locis occurrere: difficile defenditur, quod undique a multis oppugnatur. Quod ſi quis innumerabiles hoſtium copias eſſe dixerit, nec putaverit in caſtris fidelibus parem numerum cogi poſſe, reſpondemus, multum inter ſe diſtare homines, & alios natura imbelles eſſe, alios feroces; virtus ſpectanda magis eſt, quam numerus: non eſt in multitudine exercitus victoria belli, de cælo fortitudo conceditur: tam facile Deo noſtro eſt in paucis vincere, quam in multis: noſtra cauſa Dei eſt, pro lege Dei pugnabimus: ipſe Deus conteret hoſtes ante faciem noſtram.

Albanenſes caſtra ſequuturos.

Græcos correpturos arma pro excutienda tyrannide.

Confutatæ argutiæ negantium ſuſcipiendam expeditionem.

Audimus ſuſurrare aliquos, non deſunt qui murmurantes ajunt, quid ages in bello ſenex, ægrotus, ſacerdos? non eſt bellare tuum, nec potes nec debes ferire gladio, qui loco ejus ſuffectus es, cui præcepit Dominus, gladium in vaginam mittere. Reges tuo juſſu tenentur enſes exerere, tuum eſt juſta bella gerentibus benedicere. Fatemur non convenit nobis effundere ſanguinem, quando per alios poſſumus juſtitiæ fideique neceſſitati ſubvenire: quod ſi religio in periculo eſt, & abſque noſtra non poteſt ferro defendi, non eſt nobis vetitum, quod Samueli, & Eliæ legitur fuiſſe permiſſum: ſed non eſt hoc propoſitum noſtrum, ut gladio pugnemus in bello; nam quo pacto ſtringeremus enſem, qui vix manum ad benedicendum populum poſſumus elevare? Oratione pugnabimus, non ferro, precibus adjuvabimus præliantes, non brachiis: erimus in alta puppi aut in aliquo monte propinquo dum præliabitur, & noſtris benedicemus, hoſtibus vero maledicemus; quemadmodum de Moyſe legitur in bello Amalechitarum, quo orante vincebat Iſrael, ceſſante orare ſuccumbebat. Orabimus & nos ſine intermiſſione pro bellatoribus noſtris, hoc præſtare poterimus, hoc ſedulo faciemus, cor contritum & humiliatum non deſpiciet Dominus: poſſemus & hoc ipſum domi manentes facere, nec minus valerent preces: ſed non eſt ſola orationis cauſa, quæ nos propriam ſedem relinquere cogit, & in bellum trahit; ut alios excitemus pergimus, exemplo noſtro quamplurimos invitare ſtudemus: ſequentur & nos venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, quemadmodum ad hoc ipſum, qui validi ſunt, ſponte ſe obtulerunt. Sequentur & epiſcopi complures, & alii minoris ordinis ſacerdotes & clerici non oraturi tantum, verum etiam pugnaturi, cum res ipſa poſtulaverit: expertas quoque bellorum & robuſtiſſimas militum cohortes, & fortia pectora juvenum ex agris Eccleſiæ ducemus ad prælium, qui nobis oratione pugnantibus, ferro pugnabunt. Ibimus extenſo dominicæ crucis vexillo, ſacratiſſimum Chriſti corpus præcedet, & ſanctarum reliquiarum arcula: Salvatorem in bella vadentem ſequemur, ipſi cohærebimus, ipſi preces aſſiduas porrigemus, ab ipſo ſalutem implorabimus, miſerebitur noſtri, ut arbitramur, piiſſimus Jeſus, nec populum ſuum in hoſtium manus venire permittet, cujus pretioſiſſimus ſanguis in ara crucis a maligno nos hoſte liberavit.

Reſpondet Pius non ferro ſed precibus ſe pugnaturum.

XXXIII. Adimende tunc ſegnibus excuſationum diffugia.

Et quis erit Chriſtianorum tam feri, tam lapidei, tam ferrei pectoris, qui audiens Romanum Pontificem B. Petri ſucceſſorem, domini noſtri Jeſu Chriſti vicarium, æternæ vitæ clavigerum patrem, ac magiſtrum univerſorum fidelium cum ſacro ſenatu Cardinalium plerique multitudine in bellum pergere pro tuenda religione, libens domi remaneat; & quæ poterit excuſatio quemquam juvare: ſenex, debilis, ægrotus in expeditionem pergit, & tu juvenis ſano, ac robuſto corpore domi deliteſces? Summus ſacerdos, Cardinales, epiſcopi prælium petunt, & tu miles, tu baro, tu comes, tu marchio, tu dux, tu Rex, tu Imperator in ædibus propriis otiaberis? Sicine perverti hominum officia patieris, ut quæ ſunt Regum, ſacerdotes agant, quæ nobilitati conveniunt, ſubire clerum oporteat? neceſſitas ita nos urget, quia non poſ-

ſumus alio pacto pro divina legis defenſione Chriſtianorum animos commovere. Utinam hoc modo commoveamus.

Non pergimus in bellum tanquam noſtri ſit officii, ſed quoniam aliter conſulere fidei non valemus; neſcimus an hoc ſufficiens remedium erit. Mandavit Dominus B. Petro, ut titubantes fratres ſua converſione confirmaret, dicens: Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. *Quod Petro dictum eſt, & nobis dictum intelligimus: confirmare fratres, qui titubant, debemus: confirmabimus vos fratres, & filios ut ſequamur hac profectione noſtra: & ita non prævalebunt portæ inferi adverſus Eccleſiam Dei nobis commiſſam. An denegabitis nobis auxilia veſtra, & caput veſtrum patrem, ac magiſtrum in hoſtes proficiſcentem fideles Chriſtiani relinquetis? en quanta vobis erit gloria ſequi Dominum cum ſacratiſſimo corpore Jeſu, ipſumque Romanum præſulem ſine veſtris præſidiis in hoſtem pergere.*

Commonentur principes officii. *Noſcite Reges, ac principes officium veſtrum, idcirco gladium geritis, ut Eccleſiam fidemque tueamini, utque ut malos & iniquos homines debita pœna coerceatis: & quinam homines pejores quam Turci reperiuntur, qui fidem S. Trinitatis abiicientes, & ſalvatorem Chriſtum verum Deum eſſe negantes, abominabilem Mahometis complexi legem in omnia ſcelera prolabuntur, & jam maximam orbis partem ſuis nefandiſſimis abuſibus fœdaverunt, & legem conantur evangelicam diſſipare? Adverſus hos gladium dedit vobis divina majeſtas, in hoc illum exercere debetis, ut divinam ulciſci contumeliam. At non pudet tandiu tam fœdam gentem tam turpiter in Chriſtianos eſſe graſſatam?*

XXXIV. Hortatoria ad Chriſtianos oratio. *An bellum non ſatis juſtum, non ſatis neceſſarium eſſe putatis adverſus nationes, quæ convenerunt diſperdere vos, & ſancta veſtra? Accingamini jam tandem, & quoniam ſine nobis ire non voluiſtis, ite nobiſcum: ſumite arma & ſcutum, & venite in auxilium noſtrum, immo vero veſtrum, & univerſæ reipublicæ Chriſtianæ:* Et infra: *Mementote profeſſionis veſtræ, quam in baptiſmate ſubiiſtis: cogitate quantum Deo tenemini, & quantum proximo, reddite vicem pro ſuſceptis beneficiis: eſtote grati Altiſſimo, qui vos creavit ex nihilo, nec animalia bruta aut lapides, ſed homines rationales eſſe voluit, & cum primi parentis culpa damnati eſſetis, ac mancipia facti dæmonum, miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, qui morte ſua mortem veſtram deleret: ſtupenda & inæſtimabilis charitas, ut ſervum redimeret filio ſuo non pepercit. Dominus Jeſus in cruce pro nobis inter latrones pependit, innocens agnus cum ſceleratis deputatus eſt: ſpecioſus forma præ filiis hominum verberatus, laceratus ab impiis, deformis apparuit, a planta pedis uſque ad verticem non erat in eo ſanitas, neque ſpecies, neque decor; ſic placuit Patri, qui propter peccata noſtra tradidit illum, propitiatorem enim propoſuit eum per fidem in ſanguine ſuo: iniquitates noſtras ipſe portavit, & livore ejus ſanati ſumus, qui, cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus.*

XXXV. Apoſtrophe ut pro Chriſto arma ſtringant. *O crudelis Chriſtiane, o ingrate, o mentis inops, poteſne iſta audire, & non animo commoveri, & non cupere pro illo mori, qui pro te mortuus eſt? De honore illius agitur, qui te de diabolica ſervitute pretioſiſſimo ſanguine ſuo redemit, de Chriſti nomine diſceptatur, de fide catholica, de baptiſmo, de cæteris Eccleſiæ Sacramentis, de ſacroſancto evangelio: adverſus hæc omnia Turci militant, hæc evertere ac delere prorſus conantur, & tu nihil contra moliris? Quid agis iners? redde te gratum Deo, & cogita quonam pacto creatori Redemptorique tuo aliqua ex parte ſatisfacias, & quoniam peccator es, redime tuas iniquitates hac tam ſancta, & ſalutifera profectione. An divitias bonitatis Domini, & patientiæ, & longanimitatis ejus contemnis? An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Cave ne ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, iram tibi theſaurizes in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus: convertere & age pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus tuis, & non erit tibi ruina: propterea expectat Dominus, ut miſereatur tui: projice prævaricationes antiquas, & fac tibi cor novum, & ſpiritum novum, & veni, milita pro Domino, ne morte moriaris æterna. Cogita de proximis tuis, & fratribus Chriſtianis, qui vel ſunt in captivitate Turcorum dura ſervitute preſſi, vel capiuntur in dies, atque in ſervitutem rapi verentur. Si homo es, humanitas te trahere debet, ut opem feras homini indigna ferenti:* Miſereantur rus Chriſtianorum. *ſi Chriſtianus, pietas evangelica, qua jubemur proximos tanquam noſmetipſos diligere. Conſidera proximorum tuorum Chriſtifidelium ærumnas, in quos Turci deſæviunt: filii e complexu parentum, & infantes ab uberibus matrum eripiuntur, violantur uxores in conſpectu virorum; ſenes tanquam inutiles occiduntur, juvenes tanquam boves aratro junguntur, & terram vomere vertunt: miſerere fratrum tuorum, affer opem tam dura ferentibus.*

Quod ſi nihil horum te trahit, de tua ſalute cogita, nec te tutum idcirco exiſtimes, quia manſionem fortaſſe procul a Turcis ſortitus es: nemo tam remotus eſt, quin reperiri queat, ſi vicinum dimiſerit in periculo, ſi eum, qui ante te proximus eſt igni dimiſeris, & ipſe ſimiliter a vicino, qui retro te habitat, dimitteris: talet o-

por-

portet nos eſſe in alios, quales in nos illos cupimus invenire. Nolite auxilia Gallorum ſperare Teutones, niſi & vos Hungaris, nec vos Galli Hiſpanorum, niſi Teutonicis opem fertis: qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur & vobis. Nec propterea ſibi quiſquam blandiatur, quoniam principatu polleat, aut regno; Conſtantinopolitanus Imperator, & Trapezuntinus, & Rex Boſnæ, & Raſcii domini, & alii quamplures principes capti & crudeliter occiſi, quid ſit expectandum edocent: nihil tam contrarium Mahometi quam nomen regium: orientis adeptus imperium ad occidentale feſtinat, novam erigere monarchiam conatur uni Turcorum imperio, & uni Mahomettæ legi cuncta ſubmittere ſtudet. Si poteſtis talia ferre, principes ac populi Chriſtiani, manete domi, nec jam de ſubvertenda formidabili Turcorum potentia cogitate: at ſi ſervile jugum horretis, ſi contumeliam Dei, & proximi tolerare nequitis, ſi pudet ſemiviros Aſiaticos Græcorum gentem, quod numquam antea fecerunt, ſubegiſſe, eoque ſuperbiæ prorupiſſe, ut Europam ſibi totam brevi tempore parituram ſperent, ſi cor virile vobis eſt, cor nobile, cor altum, cor Chriſtianum ſequimini veſtigia patris veſtri, ſequimini caſtra noſtra, venite in auxilium fidei, venite in auxilium fratrum veſtrorum, opponite vos murum pro domo Dei: cogitate de veſtra ſalute, de veſtra gloria: nolite permittere, ut ſine veſtris auxiliis proficiſcamur in Turcos, mittite ſubſidiarias acies, juvate Chriſtianum exercitum: quanto fortiores ibimus, tanto citius, auxiliante Domino, cum victoria revertemur.

Plura regna exciſa quia proximorum nullus eſt miſertus.

Nec putetis inſuperabiles Turcos eſſe, vinci & poſſunt, & ſæpe victi fuerunt: quantum valerent arma Turcorum Belgradum oſtendit: minor eſt Turcorum potentia, quam fama feratur: imbellem atque inermem multitudinem ad prælium ducunt, quam tamquam pecudum gregem diſſipare licebit: nec ipſa Turcorum agmina gravioris armaturæ uſum didicere, raræ loricæ, rariores thoraces induunt, nec galeas more noſtro lucentes oſtendunt, raro teguntur corpora ferro, acinace utuntur & arcu, parma ſe protegunt & galeis, pileiſa quadam materia duraque contextis: quod ſi in Latinas inciderint acies rigentes chalybe ferrataſque haſtas, & cataphractos equos, & manubaliſtarum ſagittas intelligent ſe cum mulieribus hactenus pugnaſſe, nunc cum viris eſſe certandum. Diximus quæ nobis hactenus promiſſa ſunt auxilia, & quanta ſpe victoria procedamus.

Non formidanda Turcorum arma.

XXXVI. Allatæ ſpes de Græcis ad Pontificem concurſuris.

Quod ſi vos quoque conjunxeritis arma, & auxiliares addideritis turmas, multo alacriores ibimus, nec dubium quin orientales ingreſſi provincias tanto majorem ad nos concurſum inveniemus dedentium ſe populorum, quanto validior fuerit noſter exercitus. Si movebimini vos Chriſtiani occidentales, & animarum veſtrarum paſtorem ſecuti fueritis, movebuntur & multi ex Græcia atque Aſia Chriſtiani, qui verum eſſe Chriſti vicarium Romanum Pontificem non dubitant. Jamdiu non fuit in Oriente Romanus præſul: ut primum innotuerit adveniſſe Latinam claſſem Romanum vehentem præſulem, innumerabiles turmæ, non dubitamus, ad viſendum B. Petri ſucceſſorem cum fletu & lachrymis, ſacros oſculaturi pedes, accurrent, ſeque & ſua promittent ei. Hac ſpe freti, venerabiles fratres, ac filii dilectiſſimi, his rationibus perſuaſi, his conſiliis moti, venerabilibus fratribus noſtris Cardinalibus hoc ipſum ſuadentibus, corpus noſtrum canitiemque noſtram, & ſeniles ac debiles artus huic ſanctæ expeditioni conſecravimus, Dominoque commendamus, ſtatuentes circa nonas junias, quæ proxime inſtant, Anconam petere, atque in ejus portu navem conſcendere, & cum ea claſſe, quam interim noſtro & aliorum ſumptu poterimus inſtruere, Adriaticum ingredi pelagus, & ulterius recto itinere adverſus hoſtes fidei proficiſci: non dubitantes quin Philippus Burgundiæ dux, maritimis armatus copiis, ad idem tempus præſto adſit, Venetique validam claſſem, de qua dictum eſt, expeditam in mari habeant, & tam ille quam iſti ſeſe nobis conjungant ſub vexillis Eccleſiæ, ac vivificæ crucis ſigno adverſus impios Turcos authore Domino feliciter pugnaturi: cruceſignati autem, qui ſuis aut mittentium ſumptibus in hac pia expeditione militaturi ſunt, ut navigia æquo pretio ad trajiciendum a Venetis habeant, curabimus.

Deliberatum in Adriatico mari conſcendendam claſſem.

Ea propter vos omnes & ſingulos Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, & cujuſcumque conditionis viros eccleſiaſticos, religioſos & ſæculares, qui de ſorte Domini effecti eſtis; vos quoque Imperatorem, Reges, duces, marchiones, comites, communitates, barones, nobiles, milites, cives, & alios quoſcumque fideles, ſive in urbibus commoremini, ſive in agris, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti, per paſſionem ejus, qua nos redemit, per judicium extremum, in quo ſtabitis ante tribunal ejus accepturi unuſquiſque ſecundum opera ſua, per ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Dominus diligentibus ſe, obnixe monemus, requirimus, & obſecramus, ut quæ commode poteſtis in hanc ſanctam expeditionem nobis auxilia præbere non differatis, ſed in tempore prædicto ad nos mittatis. XXXVII.

Ad pios cujuſque ordinis oratio.

Veniat per ſeipſum qui validus eſt, & commode poteſt: qui vero non venit, mittat alium aut alios juxta vires ſuarum facultatum: ſi neque alium poteſt mittere, XXXVIII.

de

de bonis a Deo ſibi collatis quantum ſecundum conſcientiam ſuam poteſt, per fideles manus in hanc expeditionem contribuat, aut in ciſtis reponat, quæ ad hoc opus in ſingulis diœceſibus conſtituentur: nec dubitet quiſpiam magna præmia conſecuturos a Domino eos, qui hoc ſanctum opus, & tam neceſſarium pro ſuis viribus adjuverint: manifeſtum enim exploratumque eſt omnibus, qui ſacroſanctam religionem, fidemque orthodoxam adjuverint, auxerint, defenderint, certum eſſe in cælo & definitum locum in quo beati ævo ſempiterno fruantur. Additis nonnullis, quibus pollicetur felicem immortalitatem, ac noxarum veniam ſacram hanc expeditionem obituris, aut per Hungariam in Turcas progreſſuris, vel milites ſubmiſſuris, denuntiat principibus, ipſos læthali crimine ſe obſtringere, nec ad æternam gloriam aſpirare poſſe, niſi in eo religionis ancipiti periculo contra impios in arma conſurgerent. *In tanto*, inquit, *Chriſtianæ religionis diſcrimine quantum a Turcis in præſentiarum cernitur imminere, nulli dubium eſſe debet, quin Chriſtiani omnes tam Reges & principes, quam alii potentatus & privati homines ad defenſionem catholicæ fidei & ſanctæ legis evangelicæ juxta poſſibilitatem ſuam cum bonis & corporibus ſuis de neceſſitate ſalutis viriliter aſſurgere, & indeſinenter aſſiſtere teneantur. Eapropter fideles ipſos Jeſu Chriſti cultores univerſos & ſingulos cujuſcumque ſtatus & conditionis fuerint, ſive pontificali, ſive imperatoria, vel regali præfulgeant dignitate, harum ſerie monemus ac requirimus, & in vim promiſſionis factæ in ſacri ſuſceptione baptiſmi & in vim juramenti præſtiti, cum dignitatum ſuarum inſulas ſuſceperunt, & per obedientiam nobis debitam, eis & eorum ſingulis mandamus, ut hanc ſanctam expeditionem, ad quam profecturi ſumus non ſine maximo corporis noſtri diſpendio, modis quibus poſſunt, quam celerrime adjuvare, & promovere feſtinent, ob illa cujus cauſa agitur exuberantia ſuſcepturi præmia, & in præſenti vita, & in futuro: negligentes autem negligentur, & in extremo judicii die minime inter illos invenientur, quibus dicturus eſt Dominus:* Venite benedicti patris mei, percipite regnum; *nam quo pacto cum Chriſto regnaturus eſt, qui temporale regnum, aut delitias, aut voluptates pro Chriſto non vult relinquere? cum dicat ipſe Chriſtus in evangelio:* Qui diligit patrem ſuum & matrem ſuam aut uxorem & filios pluſquam me, non eſt me dignus.

Hæc cauſa ad omnes pertinet.

XXXIX. *Conſiderate iſta fideles Chriſtiani, & mente revolvite diligenter, ne ignorantes ignorremini, & tandem pœniteat non adjuviſſe in periculo conſtitutam Chriſti religionem & fidem: caveant ſibi qui tales extiterint. Tu vero quicumque fueris Chriſtiane fidelis, qui pro tuis facultatibus expeditionem contra Turcos ſubeundam adjuveris, benedictus eſto in civitate & benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui, fructus terræ tuæ, fructuſque jumentorum tuorum, & armentorum, & gregum: benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ: benedictus eſto ingrediens & egrediens: det Dominus inimicos tuos, qui conſurgunt adverſum te corruentes in conſpectu tuo, & mittat Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper opera manuum tuarum, & abundare te faciat omnibus bonis, & conſtituat te in caput, & non in caudam. Tibi autem qui nolens audire verba noſtra non modo juvare opus ſanctiſſimum, ad quod anhelamus, negligis, verum etiam volentes adjuvare impedis, aut deterres, non ſolum noviſſima illo tremendi examinis die coram Redemptore tuo, cui omnia dedit pater in manus, ad ſempiternum ſupplicium eſt expectanda, ſed miſera interim per omnem vitam timenda calamitas: juſtum enim eſt vere Dei judicium, juſtæ ultiones ſuæ: conſiderat ſemitas pedum tuorum, nec falli in factum poteſt; paratam vero bonorum & malorum operum gerens mercedem, nec irremuneratum quod bene, nec impunitum quod male geſſeris eſſe permittet: fidelis autem populi ſui & ſanctæ Eccleſiæ ſuæ & legis ſuæ catholicam fidem perturbans, ubicumque eris invenieris ab eo, & quæ divinæ voces iniquis denuntiant, erunt tuo capiti horis omnibus trepidanda, ne videlicet maledictus ſis in civitate, maledictus in agro, & ne mittat Dominus ſuper te eſuriem & ſitim & increpationem in omnia tempora tua, ne egeſtate, febre, & frigore te percutiat, ne ſis ſemper calumniam ſuſtinens & oppreſſus cunctis diebus & ſtupens ad terrorem eorum, quæ videbunt oculi tui, ne det tibi Dominus cor pavidum, & deficientes oculos, & animam mœrore conſumptam, & ne ſit vita tua quaſi pendens ante te, & ne timeas nocte ac die, non credas vitæ tuæ; adverſus vero hanc iram Domini Dei tui poteſtas nulla tua, nomen nullum tuum, nec terrenum privilegium poterit prævalere; ſagittæ ejus acutæ penetrant ad intima cordis, & carbones deſolatorii animam nocentem exurunt.* Nonnullis interjectis, quibus piratæ deſiguntur anathemate, ac urbes eccleſiaſtico juſtitio ſubjiciantur, quæ commercium cum iis iniverint, has preces fundit.

Fidelibus ſacram militiam adjuturis fauſta precatio.

Publicæ pacis perturbatoribus divinæ iræ intentatæ.

XL. *At Tu domine Deus, qui noſti corda hominum, & renes illorum ſcrutaris, & nihil ignoras eorum, quæ fiunt, ſi bene agunt Chriſtiani principes privatique homines, ſi de tuo honore ſolliciti ſunt, ſi expeditioni, quam pro tuendo evangelio præparamus, quæ præſtare poſſunt, auxilia non denegant, adjuva eos, dirige greſ-*

Pii ad Deum oratio.

ſus eorum, dicique multiplica, retribue mercedem pro benefactis: conſerva eis regna, & principatus, patrimonia, & poſſeſſiones auge, & tandem ad pinguia paſcua tua, & divites menſas accerſita. Quod ſi corde indurato ſua potius, quam tua quærentes, privatas cauſas magis, quam publicas curant, avaritiæ ſtudent, voluptatibus ac deliciis indulgent, & nos ad tua bella vadentes nolunt aſſociare, aut auxilio juvare, cum poſſunt; quin potius opem ferre volentes impediunt, aut converte illos Domine, & ſana quod infirmum eſt, aut quod noxium eſt, ne noceat, cohibeto. Anguſtias noſtras aſpicis, pie Deus, de excelſo ſancto tuo & noſti, quod præter gloriam nominis tui, & præter ſalutem gregis dominici nil aliud quærit vox noſtra. Memento domine Jeſu Chriſte, quod beato Petro, & ſucceſſoribus ejus claves regni cœlorum tradidiſti, volens quæcumque ligarentur ab eis in terris, ligata eſſe in cœlis, quæ ſolverentur ſoluta; ecce adſum B. Petri ſucceſſor impar meritis, auctoritate non minor, indignus vicarius tuus, reſpice ad preces noſtras, & exaudi nos de alto ſolio tuo: benedicito quibus ipſi benediximus, & quibus maledixerimus maledicito: ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Da felicem curſum cœptis noſtris: altiùs ſanguinis ſervorum tuorum, qui effuſus eſt a Turcis, clamat in conſpectu tuo: audi gemitus compeditorum, & redde inimicis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum; improperium, quod exprobraverunt tibi: reſpice ſuper populum tuum benignis oculis: fac nos ire cum proſperitate ad bellum tuum, ac reverti felices: da nobis victoriam de tuis hoſtibus, ut tandem recuperata Græcia, per totam Europam dignas tibi cantemus laudes, tibique perpetuo ſerviamus, & omnis terra te adoret, & nomini tuo pſallat in ſæcula ſæculorum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXIII. XX. kal. novembris pontificatus noſtri an. VI.

XLI. Perlecta hæc in publico conſeſſu ex audientium oculis lacrymas elicuere, Burgundique oratores actis gratiis Philippo ea ſe relaturos ſpopondere, & evolutis proxime diebus una cum Venetis, ac ſummo Pontifice fœdus contra Turcas ad unum, duos, treſve annos pepigerunt ea lege, ut nulli ſine ſociis a bello diſcedere liceret; addideratque Pius, veniente Philippo in Italiam, profecturoque in orientem ſimul ſe profecturum, ſultique ampliſſimis mandatis oratores ad eandem pactionem ſuos principes devinxere. Extant hoc argumento inſignes ad Chriſtophorum Maurum Venetiarum ducem literæ a Pontifice datæ (a).

(a) *Inter ep. procerum mundi collectas ab Hieron. Donzelin. p. 239.*

Chriſtophoro Mauro duci Veneto.

Quod jampridem occulta concepimus animo, nunc in lucem venit, ac omnibus patet. Æſtate proxima bellum contra Turcas movemus, & apoſtolicas ſacer ſenatus comes erit, nec deerunt robuſtæ militum cohortes, quæ, nobis oratione pugnantibus, ferro dimicent: decretum noſtrum publice lectum eſt XC. kal. novembris: quod promiſimus, faciente Deo optimo maximo, perficiemus; neque irrita fient verba noſtra: quantum pro viribus poterimus, tanto fortiores ad bellum proficiſcemur. Comitabitur & nos dilectus filius Philippus Burgundiæ dux e clara Francorum ſanguine natus, quem validas & veteranas legiones adducturum non dubitamus. De hujus exercitu maxime ſperamus nec minus de claſſe veſtra, quam paulo ante Peloponneſum navigare juſſiſtis, cujus egregia facinora priſcis æquanda factis multa cum gloria referuntur. Hanc perſeveraturam in bello contra Turcas nobiſcum & cum Philippo duce confidimus, nam & ita cum oratore veſtro ſtatutum eſt: nec dubium nos habet, quin totis viribus veſtris huic bello faveatis, quod pro amplitudine fides noſtra ſuſcipitur. Hæc quamvis magna ſint, feliciſſimos tamen curſus mihi polliceri videntur, ac certiora & majora victoriæ ſigna, ſi tu bello interfueris, teque nobis adjungat, reipublica doctor & princeps. Multum in bellicis rebus auctoritas valet & ſplendor & gloria principum: terrentur ſæpe magnis nominibus hoſtes, & fama magis, quam re ipſa diſſipantur; multum crede nobis terroris affert inimicis noſtris magni ducis Burgundi auctoritas, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dom. MCCCCLXIII. VIII. kal. novembris pontificatus noſtri anno VI.

Veneti ad conſtantium contra Turcas ſolicitati.

XLII. Suſcepto eo difficillimo bello Pius Franciſcum Sfortiam ducem Mediolani bellica peritia & viribus florentem ad ſocietatem ſecum ineundam allicere ampliſſimis literis (b) eſt conatus: cumque ingentia mala a Turcis Chriſtiano imperio illata, gravioraque alia impendentia expoſuiſſet, ſignificavit ipſi ampliſſimam expiandorum criminum cœleſtiſque beatitudinis comparandæ, atque afferendi etiam poſteris & augendi principatus occaſionem patere, ſi expeditionem adverſus Mahumetem conficere vellet, eumque Pontificem una cum pluribus aliis principibus, maximeque Philippo Burgundiæ duce, qui nuncupato voto militiam ſacram erat profeſſus, ſequeretur: nec de ulla domeſtica ſeditione metuendum, cum Florentinos, Venetos, Gallorumque Regem amicos haberet; cum Galeatium gerendo principatui parem cum Blanca duciſſa relinqueret. Quibus ille acceptis literis arma ſeniliſque annos conſecrare ſe Chriſto reſpondit (c): monuit tamen Pontificem maximo apparatu opus eſſe, cum Mahome-

(b) *Gob. l. 12.*

Ducem Mediolani ad ſacrum bellum ſollicitat.

(c) *Ext. ejus lit. apud Pium II. ep. n. 392.*

tes trecenta militum millia, ac plures ſocios Reges Mahometanos, qui Turcicum imperium deleri æquo animo non paterentur, in aciem educere poſſet.

Sanctiſſimo domino in Chriſto patri Pio Papæ II. Franciſcus Sfortia Mediolani dux.

XLIII. Captata ab eodem diffugia. *Vereor, beatiſſime pater ne circa duo nos brevitas temporis urgeat, & quod ad tantum apparatum terra marique diſponendum, quantus huic maximæ expeditioni moli neceſſarius eſt, parum ad ver uſque primum ſpatii ductum eſſe exiſtimem, & quod quia pleriſque malis peſſimæ ægritudinis reliquiis teneor, quæ, niſi quotidie magno ſtudio, & diligentia curarentur, in maximum me periculum traherent: inſtituerunt medici, adhibito magni examinis conſilio, balneis illas curare atque conſumere, pollicenturque illis me ad ſalubrem & integram valetudinem reſtituere: quod ſi factum, ut ſpero, fuerit, aliaque, quod Deus avertat, legitima cauſa non advenerit, inſtitui quantum ſupereſt mihi vitæ pro defendenda Chriſtianorum religione, pro fide catholica amplificanda, pro Dei evangelio conſervando, pro Mahometis idololatria ex ſanctiſſimis Dei templis jam non ſolum profanatis, ſed adulteratis, proſſundatis, dirutis expellenda deducere.*

XLIV. *Nam ſi Decius pariter & Decii filius pro ſenatus populique ſui victoria, ſi plerique alii Romani pro patria, ſi innumerabiles pene omnium ætatum, gentium, nationum pro mortali dumtaxat gloria ſeſe devoverunt, quid nobis faciendum, quibus cæleſtis gloria, ac beatitudo æterna proponitur? Ibimus profecto in expeditionem hanc, & partem noſtram pro incorruptibili corruptibilem, pro cæleſti terreſtrem, pro æterna mortalem, pro perpetua caducam exponemus; & quamquam pro tua ſingulari prudentia, magnaque rerum experientia, opportune te conſideraſſe exiſtimem quæ ad hanc maximam expeditionem neceſſaria ſunt, tamen tua ſingulari bonitate & clementia fretus, velut, qui rei bellicæ ſtudioſiſſimus fui, dicam quod ſentio.*

XLV. Quæſita metus incutiendi argumenta. *Primum quod in bellis ſuſcipiendis conſiderandum eſt & magno conſilio explorandum, quanta ſit inimicorum potentia, quantus & qualis exercitus, quæ ſit eorum militandi diſciplina atque induſtria, qui locorum ſitus, quibus vel ſe valeat externis præſidiis auxiliiſque tueri, vel impugnare hoſtem, atque repellere, de hinc ita ſe ad bellum parare, ut optima ſpe de victoria habeatur. Turcorum quidem potentiam adeo ſpernendam, ut quæ ad victoriam neceſſaria ſunt negligamus, non cenſeo: neque, ut ab inferendo bello deſiſtamus, timendam. Vidi quidem capitula iſthinc ad me tranſmiſſa, de hinc illa eadem diligentius ac majore ſtudio viris, ut par eſt credere, inimicarum virium ac facultatum peritis examinata atque digeſta oſtendi. Trecenta millia militum Turcorum Imperatorem ductarum fore affirmant, pleroſque deinde alios Mahometææ ſectæ Reges, qui cum ob eorum perfidiam, tum quod ſibi, ac rebus ſuis, gentibus, populis, regnis timebunt Turcorum ruinam deſolationemque non patientur.*

Quæ ſit Turcarum Imperatoris potentia.

XLVI. *Ad quæ litteræ tuæ eos populos inermes effœminatos, imbelles eſſe reſpondent, fateor quoque, beatiſſime pater, maximam eorum partem ita eſſe, verum in armis belliſque expeditionibus, uti facile meminiſſe poſſumus multis ætatis noſtræ annis, cum in maxima Chriſtianorum ſtrage verſati ſint, arma habent ad eminus cominuſque pugnandum, pro eorum lege atque Imperatore non modo parere imperiis, ſed mori quoque docti atque parati ſunt, habent præterea & ad invadendum, & ad fugiendum equos agiles, corporaque eorum agilia. Adde etiam caſtris ſexdecim, ut plures affirmant, pugnatorum millia quos a *Zanettarios vocant, robur firmamentumque militiæ, phalangis inſtar, armis aſſuetos, rei bellicæ expertos, diverſarum nationum diverſarumque gentium mercede conductos. Hæc ſicut non timenda, ita non ſpernenda exercitui quales pro adipiſcenda victoria vires apponendæ ſint, qualeſque exercitus conducendi, (& ſi cum Philippo cæteriſque in tuis literis nominatis ſatis erit gentium Italicarum, earum ſcilicet, quæ in hanc expeditionem ducentur, ad monſtrum hoc virulentum & fœtidum conculcandum) te non prævidiſſe modo, ſed providiſſe certior ſum, novi enim ſicut acumen ingenii, ita & maximam rerum experientiam, atque ſingularem ac prope divinam ſapientiam tuam. Itaque aliarum te nationum chriſtianarum principes potentatuſque ad ſupplendas exercitus tui vires aut vocaſſe, aut vocaturum non dubito. Et quamquam commonitiones has præſumptione certa non carere, quod minervam inſtruere velim, plane cognoſco, fideliter tamen benignitati tuæ dictas, pie atque humana ſuſcipias oro. Si igitur, ut ſoles cætera omnia, ita hæc quoque recte inſtitueris, non modo Europa Mahometeam idololatriam depellemus, verum Chriſtiana ſigna in Aſiam traducemus, Jeruſalem Dei ſacrarium recuperabimus, Jeſu nomen fidemque catholicam ſanctumque evangelium in ea loca reſtituemus, in quibus per Apoſtolos tradita olim atque propagata fuerant, deſideratum triumphum Romam ad ſedem tuam reportaturi, capitolium quoque barbaricis orientalium populorum ſpoliis cingemus, quibus tandem Lateranam Petrique baſilicam exornabimus, &c. Dat. Mediolani VIII. kalend. novembris anno MCDLXIII.*

* Janiſſaros

Expoſitæ rei bene gerendæ ſpes.

XLVII. Extimuit Pontifex ne dux Mediolani a Pio

Pii ad Blancam ducissam cohortatio.
(a) Lib. ep. n. 393.

a pio conſilio deficeret, ſeque Blancæ ducissæ lacrymis emolliri fineret, quamobrem graviſſimis eam ſententiis monait, ne illum ab ea expeditione deterreret: (a) *Virum*, inquit, *tuum adverſus impios Turcas arma ſumere jubet Deus, hoc enim ei ſcribimus, vide ne obſtes: periculoſum eſt divinæ voluntati reſiſtere. Periclitatur Chriſtiana religio, in foribus hoſtes adſunt: prope ad radicem poſita eſt ſecuris, niſi vigilamus, niſi forti animo reſiſtimus hoſti, actum eſt de nomine Chriſtiano: ſpes magna ſalutis in tuo viro ſita eſt: ſi ſumpſerit arma & ſcutum, ductoremque ſe Chriſtianis præbuerit, liberabit Dominus in manu ejus populum ſuum, & immaniſſimum draconem conteret: quod ſi provinciam hanc recuſaverit, nec divinæ vocationi paruerit, cæteri quoque ſe ſubtrahent, impedieturque ſua culpa Chriſtianæ fidei expectata defenſio, &c.* Ita prorſus contigit, cum Franciſcus Sfortia tum Philippus Burgundus eximiis cœptis turpiter defuiſſent, ut enim Gobelinus ſcribit (b): *Deliciis præſentibus devinctus animus futuras contempſit, excuſationeſque procul quæſitas obtendit.*

Mediolanensis & Burgundus a cœptis deficiunt.
(b) Gob. l. 12.

XLVIII. Comparandis interea ſubſidiis intentus Pius nuntios, quos in variis regnis habebat ea, quæ fiſco pontificio inferenda eſſent, curare juſſit, ut in ſacrum bellum inſumerentur; quo argumento extant literæ (c) ad Franciſcum Martinum Valentinenſem, & Jacobum Prats Barchinonenſem canonicos eoſdemque in regno Valentino internuntios ſuos, quibus orientalis profectionis conſilium aperuit: *Nuper*, inquit, *religionem ſævæ Turcorum rabie, quæ omnia fere loca orientalium partium, in quibus Chriſtianum nomen celebratur, ſuæ ditioni ſubmiſerunt, in diſcrimine poſitam eſſe videntes, pro illius defenſione, & recuperandis locis prædictis ad partes Græciæ una cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, epiſcopis, aliiſque prælatis & perſonis eccleſiaſticis, ac gentium & armorum copiis, maritima claſſe ſub vivificæ crucis vexillo proficiſci, & inibi, prout expediens erit, moram trahere deliberavimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis MCDLXIII. pridie non. novembris pontificatus noſtri anno* VI. Dedit iiſdem mandata, ut fideles ad ſequendum in ſanctiſſima illa expeditione Pontificem promoverent, quod in aliis etiam regnis geſtum.

(c) Pius lib. 2. p. 1.

Promulgari juſſa in Hiſpania Pontificis expeditio.

XLIX. Navavit etiam Pius per apoſtolicas literas operam, ut plures epiſcopos laborum ſocios ſibi aſciſceret, inter quos extitit Marcus epiſcopus Tarviſinus Marci Cardinalis Veneti nepos, qui paratam ſe Pontifici ad eum in orientem comitandum obtulit, quare a Pontifice his literis commendari meruit (d): *Nuper*, inquit, *attendentes innumerabilia animarum pericula cunctis deflenda fidelibus, incommoda perſonarum, diſpendia rerum, depreſſiones & depopulationes immenſas, quibus crudeliſſima Turcorum gens Chriſtianam religionem efferata rabie ſuperioribus diebus affecit, & quod magis paſſim appropinquans illam penitus extinguere molitur, de fratrum noſtrorum conſilio deliberavimus adverſus eoſdem Turchos perſonaliter accedere, & nonis junii proxime futuri in portu civitatis noſtræ Anconitanæ navem conſcendere, prout aliis noſtris literis omni nationi Chriſtianæ manifeſtavimus, & deinde plurimum affectantes, ut nonnulli Italiæ epiſcopi in eadem claſſe nobiſcum venirent, te inter alios per certas noſtras in forma brevis literas requiſivimus, ut te accingeres & parares comitem nobis, ſequendo noſtra veſtigia tempore ſtatuto: cui quidem requiſitioni fraternitas tua prout decet catholicum antiſtitem per tuas literas, quas inde recepimus, alacri animo acquievit.* Ut idonea profectioni ſubſidia epiſcopus ipſe compararet, jus ei Pontifex contulit, ut ad triennium epiſcopatus vectigalia locaret, ac monaſteriorum, quæ ſuæ curæ erant demandata, mediam cenſuum partem oppigneraret: qua etiam ratione permotus Franciſco S. Mariæ novæ diacono Cardinali conceſſit (e), ut pro cogendo ob ſacram expeditionem auro nonnulla eccleſiæ Mantuanæ jura fiduciaria abalienaret.

(d) L. 27. p. 127.

Indictus dies pro obeunda expeditione.

(e) L. 26. p. 309.

L. Præluxit porro exemplo cæteris omnibus principibus unicus Matthias Hungariæ Rex, corona & ſceptro digniſſimus, ac fidei defenſor acerrimus, quem arctiſſimum contra Turcas armorum fœdus cum Venetis junxiſſe, oſtendunt confecta ea de re publica monumenta, quæ extant in MS. Vallicellano (f) præfixo hoc titulo.

Ungariæ Rex fœdus init arctiſſimum cum Venetis.
(f) MS. Val. ſign. lit. B. n. 19. p. 87.

Liga ſeu confœderatio juncta inter ſereniſſimum dominum Regem Hungariæ & illuſtriſſimum dominium Venetiarum anno MCCCCLXIII.

In nomine Dei æterni. Amen. Poſtquam perfidus Turchus perpetuus Chriſtiani nominis hoſtis victoriarum curſu vehementius elatus in dies factus eſt inſolentior, modo hos, modo illos potius quadam ejus ſævitia, quam rei militaris peritia domuit, & ditioni ſuæ Græciam, Bulgariam, Serviam, Conſtantinopolim urbem, olim opulentiſſimam, Peloponeſum, Trapeſundam, Moldaviam, & alia maritima loca, poſtremoque Boſinam, provincias omnes Chriſtianum nomen profitentes, nullo propemodum repugnante ſubegit, ut etiam Chriſtianæ religionis cultores, de quorum excidio jam dudum molitus eſt, ſternere non deſinit, eſt ſperandum in divina clementia ſummi Creatoris noſtri, qui pro redemptione noſtra tormentum crucis ſubire dignatus eſt, quod ab

Imperia, regna & Provinciæ a Mahomete Chriſtianis erepta.

Digitized by Google

hujuſmodi perſecutionibus Turcorum hoſtium nunc fidelem populum ſuum Chriſtianum liberabit, jamque ipſe pater omnipotens aſſiduis deprecationibus fidelium ſuorum, divinum auxilium implorantium, placatus, & quorum averſæ ſunt domus, diſſipatæ fortunæ, liberi in ſervitutem tracti, parentes crudeliter interempti, miſericordia motus, victoriis illis tot Chriſtianorum cruore pollutis, finem impoſuit. Et ut victoriarum curſus adverſum Turcos citius dirigatur, illuſtriſſimum dominium ducale Venetiarum, in Turcorum nomen ſemper infeſtum, ad hoc bellum adverſus Turcos ſuſcipiendum una cum ſereniſſimo domino Rege Hungariæ in hanc hodiernam diem excitavit, ſimulque ſocietate & fœdere junxit, ut effrænata Turcorum audacia, quæ ulterius ferenda non eſt, cum falſa Mahometana fide tam ex mari, quam ex terra penitus deleatur, & ipſi ſæviſſimi Turci ſceleratiſſimi facinoris meritas pœnas luant.

Terreſtre & maritimum bellum indictum Turcis.

LI. *Itaque divino numine adducti ſereniſſimus & excellentiſſimus dominus dominus Matthias Dei gratia Rex Hungariæ, &c. ex una, ex altera parte illuſtriſſimus dominus dominus Chriſtophorus Mauro Dei gratia dux, & inclytum dominium Venetiarum, etiam, in Dei nomine ad hanc compoſitionem, unionem, intelligentiam, & ligam contra infidum Turcum optimo animo, & ſinceriſſima mente unanimiter, & ſimul convenerunt cum his modis infraſcriptis, pactis, capitulis, conventionibus, promiſſionibus, & obligationibus pro conſervatione ſanctiſſimæ Chriſtianæ religionis, & amplificatione nominis Chriſti ſummi Creatoris noſtri.* Prima hujus fœderis pactio hæc fuit, Venetos tandiu aperto bello Turcam inſectaturos, quandiu Matthias Rex cum eo bellum gereret: illos præterea inſtructuros claſſem quadraginta triremium, atque in loca maritima incurſuros; per Dalmatiam etiam perque Peloponeſum pedeſtres equeſtreſque acies ad diſtrahendum in pluribus locis hoſtem educturos. Obſtrinxit ſe viciſſim Hungarus per loca Turcico Imperio conterminа irrupturum cum exercitu validiſſimo adverſus infideles: conſtitutumque eſt, ut nihil Veneti in limite Hungarico, nihil Hungarus in Veneto novarent, nec pars altera, altera non aſſentiente, cum Turca pacem conficeret. Reſervatum præterea jus univerſis Regibus, principibus, ac ducibus accedendi huic fœderi, quod idoneis denique formulis communitum, ac promulgatum eſt, adjecta loci & temporis nota his verbis. *Actum in Sirimio in Vvaradinopetra in aula ſereniſſimi, & excellentiſſimi domini Regis prædicti anno Domini MCCCCLXIII. indictione XI. die XII. ſeptembris, præſentibus reverendiſſimis, & digniſſimis dominis, Stephano archiepiſcopo Colocenſi, & Joanne epiſcopo Vvaradienſi, ac magnificis & potentibus dominis Michaele digniſſimo comite Palatino regni Hungariæ, Nicolao Unaynoda bano Sclavoniæ, comite Stephano de Frangipanibus bano Croatiæ, Pamano comite Zagoriæ bano Sclavoniæ, ac magnifico domino Emerico Zapd regio theſaurario digniſſimo, & aliis dominis præſentibus & aſtantibus partibus ad hæc vocatis & ſpecialiter rogatis.*

Data aliquis regibus libertas ut accedant fœderi.

LII. Scripſit tunc Franciſcus Philelphus orationem hortativam ad Venetos (a), ea qua hæc repetenda viſa ſunt, in quibus modum & ſpes rei bene gerendæ, & & præſentium rerum ſtatum deſcribit: *Multo certe plures noſtri milites, quam Turci omnes futuri ſint, quot enim urbes veſtro parent imperio in Epiro ipſa, & Illyrico, & Ætolia. Alexander præterea qui Turcorum lingua Scander dictus eſt, & in Albania, quæ tres eas provincias, & nomine ſuo & viribus eſt complexa, plurimum poteſt, quid aliud magis cupit atque exoptat, quam opportunitatem offerri ſibi ulciſcendi ſuas in Turcos & majorum ſuorum injurias? Eſt autem is Alexander tum animi ingenti, tum a puero uſque verſatus in Turcis, utpote qui a patre iis olim deditus obſes fuerat, & ob eam rem univerſo Turcorum generi ob ſuſceptas contumelias infeſtus unus omnium maxime. Hunc autem ſequetur firmiſſimus, ac plurimus Albanenſium equitatus peditatuſque: appellantur enim vulgo Albanenſes, qui quondam Albani nominati a jugis Caucaſi montis intra ſinum Hadriaticum deſcendentes ab Illyricis ad Peloponenſes uſque omnia ſubjugarunt, homines feri & bellicoſi adeo ut ſoli ex omnibus nationibus intra Iſtrum & Hadriam ad Italiæ fines & fortiſſime Turcos ſemper ſuſtinuerunt, & ultro adurti maximis detrimentis affecerint, quotidieque afficiunt.*

(a) Philelph. l. 19. ad Lud. Fuſc. equit. aur.

Ut Scanderbegus in Turcas ſit egregie animatus.

Quid de reliquis loquar populis Chriſtianis, qui tetro intolerabilique ſervitio premuntur ab illa immani barbaria? Vix ingreſſus Epirum veſter exercitus videbit Theſſaliam omnem ad ſe gratulatum concurrentem, aliudque nihil molientem, quam ultionem in Turcos diuturnæ acerbæque ſervitutis, modo ab injuria veſtri milites maleficioque abſtineant. Conſequentur quoque deinceps reliqui omnes finitimi populi, & qui in everſis urbibus ſedent, & qui habitis pro mancipiis cum Turcis contra Chriſtianos coguntur Chriſtiani bellum gerere, multiſque interjectis.

Ut Græci jugum ſubire cupiant excutere.

LIII. *Arbitror equidem veſtræ claſſis præſidia quam prudentiſſime conſultum eſſe & omnibus veſtris urbibus, oræ maritimæ, & inſulis item iis cunctis, quibus metus impendebat a Turcis. Hæc enim omnia claſſis veſtra vel ſolo nomine adeo eſt tutata, ut nullus in mari Turcus, nullus prædo uſquam appareat: itaque licet mercatoribus quibuſque, & cæteris bonis viris, qui negotia ſui gra-*

Veneti maris imperium Turcis eripiunt.

gratia mare trajiciunt, impune ac ſecure navigare, quo velint. Hæc igitur veſtra eſt laus maxima, quod Turci, qui modo formidabili illo ſua atque ingenti claſſe Lesbo uno impetu capta omnia maria terrore complerant, nunc ipſi perterriti omne maris imperium vobis ultro reliquerint. Quod autem pertinet ad recuperandam Peloponeſum, quam iidem Turci Græcorum principum vitio tenent occupatam, audio vos peditatum eo tranſmittere & firmum & multum, equites autem ad mille quingentos, vel, ut alii nunciant, ad duo millia: id numeri ſatis futurum puto & ad Iſthmum occupandum, & ad opprimendum omne Turcorum præſidium, quod ad tutandam Peloponeſum conſtitutum ſit, modo Mohometus tyrannus, ita ut nunc, a Peloponeſo abſit cum exercitu.

LIV. Peloponeſus prona ad Venetos.

Tum nonnullis interjectis ſubdit: *Quod ſi contempta paucitate veſtrorum equitum Mahometus, qui per exploratores debet jam omnia didiciſſe, inſtiterit cogitatibus ſuis aut in Italiam aut in Hungaros impetus facere, ite viri fortiſſimi, & optimi, ite adjutore auxiliatoreque Chriſto optimo maximo, adacta felici veſtra, & præpotenti claſſe in Lechæum, & Cenchreas duos nobiliſſimos portus Peloponeſi, eoſdemque maxime opportunos, & ab iis quidem hoſtibus, qui præſidio in Peloponeſo conſtituti ſunt, aut nullum copiis veſtris, aut minimum impendere metum cenſeo; cum ipſis non minus metuendi ſint Peloponenſes, quos tot calamitatibus & contumeliis, & onerarint, & continenter onerant, quam milites veſtri,* & paulo poſt, *præterea equitatu peditatuque militum Albanenſium pleraque Peloponenſium montium juga referta ſunt, qui in Turcorum poteſtatem nec venerunt, nec quidquam ſibi ab illis aut fidum aut tutum arbitrantur. Hos enim Turci cum ſciant eſſe in ſeſe irato animo, & malevolo propter eam cædem, qua initio capta Peloponeſi in magnum Albanenſium numerum uſi ſunt, qui ſe atque ſua omnia infidelium fidei credidiſſent, non vehementer timere non debeat. Geſſiſtis vos ſæpe alia contra barbaros, & multa & præclara facinora pro Chriſto Jeſu, ſed cum aliis & aliis ſociis: at hoc tempore tot iſtius funeſti & horribilis belli gloria vobis dabitur ſolis, qui aut perculſis animo & proſtratis, aut deſidiæ & voluptatibus ſtudentibus, aut inteſtinas diſcordias atque odia nutricantibus reliquis Chriſtianis, ſoli eſtis inventi, quos moverit timor Domini, quos fides cauſa invitarit, quos publica incolumitas a privata incolumitate avocarit.*

LV.

Demum de Turcica tyrannide, & impuritate hæc ſubjicit: *eo uſque per noſtram vel negligentiam, vel contemptum proceſſit res Turcorum, ut aut vincendum ſit, aut ſerviendum: quis autem mentis compos non mori malit, quam iis parere, quibus etiam dominari ſit turpiſſimum? uſque adeo ſunt Turci ab omni humano ingenio, ab omni urbana vivendi morumque elegantia abhorrentes, quid enim de inaudita iſtorum avaritia verba faciam? quid de immiti crudelitatis ſævitia? quid de immanitate ſcelerum? quid de totius vitæ nequitia, quibus præter immenſæ gulæ voraginem, & ſordidas illas atque obſcœnas corporis partes, quæ ſuis nominibus decore appellari non poſſunt, aliud nihil ſanctum eſt, nihil venerabile, nihil magnopere expetendum? virginibus utriuſque ſexus per omnem libidinis intemperantiam ſpurciſſime abutuntur, caſtiſſimas prudentiſſimaſque matronas, ac matres familias, viris etiam præſentibus miſereque ſpectantibus, per omnem ſibi turpitudinem inſervire, & verberibus cogunt & vulnere, nec ullum prorſus diſcrimen habent aut religionis aut dignitatis, qui ex omnibus mortalibus ea ſunt indignitate, ut divinam omnem obſervantiam contemnant: quidquid collibuit apud Turcos, id non licet ſolum, ſed & juſtum habetur & pium. Sacris & auguſtis fanis ac templis pro ſtabulis utuntur, & lupanaribus: humana omnia divinaque pervertunt, qui tanquam generis humani communes hoſtes, & ab univerſa naturæ conditione legeque alieni, omnia ſemper facinoroſe atque nefarie & meditantur & agunt: urbes omnes, quas in deditionem fidemve receperunt, æque atque illas, quas vel vi vel fraude occuparunt, continuo æquant ſolo, agrum arboribus cunctis ſpoliant, quo pro ſua ipſorum fœditate & priſtinæ illius paſtoraliſque vitæ uſu fœda omnia aſpectu reddant, &c. Ex Mediolano kal. auguſti anno a natali Chriſtiano MCDLXIII.*

Turcarum impuritas nefandiſſima.

Quodlibet iis licet.

LVI. (a) Philel. l. 19. ad Lud. Fuſcarin.

Expoſuit vero eximie Venetis idem Philelphus (a), quantum errorem admiſiſſent non defenſa Conſtantinopoli, magniſque animis jam opus eſſe, cum Mahometes ob ſummam eorum, qui ipſi non reſtiterant, inertiam imperium protuliſſet: *Ut vetera*, inquit, *brevitatis gratia omittam, quos iſte perditiſſimus Mahometus acie vicit? quibuſcum manum conſeruit? cepit Conſtantinopolim, fateor, urbem annis, & pannis obſitam, longa ægrotatione languentem, & omni vi roboreque exhauſtam, cui tamen ipſi adeſſe vos, ut par fuerat, ſi voluiſſetis, qui nunc tantus terror imminet, nullus eſſet: nova enim Roma illa Conſtantinopolis, ita ut erat exanguis, ac fere exanima, ſi ſervata eſſet, quod facili veſtra poterat minimaque impenſa fieri, neque Triballi, quos nunc Servos nominant, neque Peloponenſes ſponte ſe dediſſent Turcis, nam Synopem & Trapezunta, Ceraſuntiaque atque Mitylenem non modo Mahometus non expugnavit, ſed ne oppugnavit quidem. At quo pacto iis urbibus cum univerſo regno potitus eſt? iis ſcilicet illas ſolo perculſis*

Serius a Venetis ſuſceptum bellum in Mahometem.

Infelix eorum ſors qui ſe illi dediderunt.

metu perdidere, qui ſibi ipſis non pepercerunt. At citeriorem Pannoniam una cum Stephano Rege atque Regis patruo Rhadivoi in præſentia quæ vis cepit? ſola ipſius Regis vecordia & ſtultitia, qui dum ſe ſide Turcica tutum putat, dum omnibus in rebus morem gerit, dum nullum detrectat imperium, & ob eam rem præterea maxime fideret, quoniam Turcis tributum penderet, non intelligebat nullam in infidelibus eſſe fidem, ie enim eſt Turcorum mos, id ingenium, ut fraude & perfidia functum nihil ducant. Itaque & Pannonia ipſa ita Boſnam vocat ſine prælio capta, atque in prædam verſa, & Rex per omnem contumeliam una cum patruo truculentiſſime jugulatus, & nobis & cæteris debet exemplo offerri, nihil eſſe cuiquam a Turcis tutum, qui tunc magis inſidiantur & nocent, cum videntur amiciores.

LVII. Lemnus & Imbrus captæ a Venetis. (a) Pius lib. bull. ep. 57.

Hoc anno Veneti immiſſa florentiſſima claſſe Lemnum & Imbram inſulas eripuere Turcis, qui antea Alexandrum Aſanem earum principatu exuerant (a), quod Ludovicum Cardinalem tit. S. Laurentii in Damaſo Calliſti legatum excepiſſet, illique centum Turcos, quos tenebat in vinculis, tradidiſſet: at deinde cum Lesbon ſibi ſubiicere Veneti niterentur, ad Mitylenem tum ad Montineum in Peloponeſo inſignem cladem accepere; qua de re proximo anno agetur.

Chius adducta in periculum.

Interea cum Mahometes ornatam claſſem teneret, extimuit Pontifex ne Chias inſula Genuenſibus obnoxia a Turcis expugnaretur: itaque Genuenſes magiſtratus admonuit, ut eam neceſſariis præſidiis communirent, ac Provinciales rogavit (b), ut illis contra Turcas opem ferrent; at civiles turbæ nullum præclarum in Turcas facinus eidem Genuenſibus permiſerunt.

(b) Lib. bull. 24. p. 231.

LVIII. Beſſario ſubrogatus in patriarchatu Conſtantinop. Iſidoro. (c) Ext. inter opuſc. p. 359.

Hoc anno Beſſario Cardinalis idemque patriarcha Conſtantinopolitanus, & Archiepiſcopus Euboeæ creatus poſt mortem Iſidori Cardinalis Sabinenſis, ad Græcos encyclicas literas (c) dedit, ut eos a ſchiſmate in Eccleſiæ ſinum revocaret, eorumque errores egregie confutavit.

Beſſarion divina miſeratione ſanctaque ſedis Apoſtolicæ gratia ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, patriarcha Conſtantinopolitanus dilectis in Chriſto fratribus & filiis archiepiſcopis, epiſcopis, presbyteris, monachis, cæteriſque eccleſiaſticis, & ſæcularibus viris provincias ſanctæ ſedi Conſtantinopolitanæ ſubditas habitantibus, gratiam, pacem, & benedictionem a Deo omnipotente, volentibus dumtaxat eamque obtinere deſiderantibus, & quæ ad illam obtinendam ducunt omni conatu agentibus.

LIX.

Ante omnia igitur mementote, fratres & filii, qualis olim, quamque excellens fuerit natio noſtra, tum doctrina, tum omni ſapientiæ genere tum cæteris virtutibus: quæ præterea vires, quæ potentia, qui principatus noſtrorum fuerint. Quis enim dubitet Græcorum gentem omnium liberalium artium, ac totius ſapientiæ non modo inventricem, verum etiam perfectricem extitiſſe? illic ſemper & virtus, & religio, & ſanctimonia floruere: illic erat totius orbis imperium, nunc vero infelici & miſera patriæ noſtræ conditione, non modo principatum atque imperium orbis amiſimus, verum etiam ſervitutem patimur, & hanc quidem crudelem atque turpiſſimam; dominantur enim nobis homines truces, barbari, atque infideles: neque ſolum hoc paſſi ſumus, ſed ne ſimulachrum quidem diſciplinæ, aut ullum ſapientiæ veſtigium apud noſtros relictum eſt. Solent enim diſciplinæ, & bonæ artes, paratis primo quæ ad victum neceſſaria ſunt, quæri atque inveſtigari: quæ cum nobis in præſentia ob ſervitutem & inopiam deſint, nulla amplius ſapientiæ ratio eſt, nulla diſciplinarum cura, nullum optimarum artium ſtudium. Virtus ſola, quæ ad mores pertinet, quæque ſtudioſos ſui bonos efficit; ea manet, manebitque ſemper apud noſtros.

Expoſitum quantum olim efſloruerint Græci.

LX. Quæſita tantæ cladis cauſa.

Sed quæ cauſa eſſe potuit, ut moralibus virtutibus præditi, & ſapientiam, & principatum, & ipſam omnium rerum dulciſſimam libertatem amiſerimus? non enim fortuna, vel caſus, aut temerarius rerum eventus, ac fluxus inſtabilis tantum noſtris calamitatem intulere, niſi quis putet res humanas divina providentia minime gubernari, quod etiam cogitare impium eſt, atque nefarium. Sed nec delictorum noſtrorum multitudinem ejus rei cauſam fuiſſe dicendum eſt, ut quidam Deo ſe humiliantes dicere conſueverunt; neque enim nos magis quam cæteræ Chriſtianorum nationes, quas nunc mundana iſta felicitate frui videmus peccatis noſtris Deum irritavimus, ſiquidem & dictum eſt, & vere dictum eſt, ut arbitror, noſtros in iis quæ ad mores & vitæ honeſtatem pertinent, nullis eſſe inferiores.

Non vitiis fœdiores fuere cæteris gentibus.

LXI.

Verendum igitur ne potius tot tantorumque malorum fomes, & materia fuerit, quod Græci veris dogmatibus per ſocordiam omiſſis ab intemerata fidei veritate receſſerunt, & inconſutilem Domini tunicam ſcindentes a catholica Eccleſia ſunt diviſi; cujus rei cauſa fuit temeritas quorundam noſtrorum, ne alteri principatus ſui rationem reddere cogerentur. Hos deinde poſteriores quoque non tam ſua pravitate moti, quam illorum allecti perverſitate ſunt ſecuti. Sed deponere aliquando, ac prorſus abigere hanc perniciem decet, ac ſalutiferum eſt; quamobrem vos hortor & rogo, fratres & filii in Spiritu Sancto deſideratiſſimi, omni ſtudio, ac conatu antiquam nobilitatem reſumite, vendicate vobis priſtinam gloriam, veteres illos ac ſanctiſſi-

Schiſma omnia mala iis attulit.

mos

nos patres, & doctores noſtros ſequimini, quorum eadem confeſſio fidei, eadem ſemper fuit doctrina pietatis cum ea, quam nunc Romana eccleſia tenet, ac profitetur. Recentiores iſtos tam peſtiferæ diviſionis auctores condemnate, perſequimini, exterminate; œcumenicam ſynodum Florentiæ habitam devota mente ſuſcipite, & quæ ibi ſancto cooperante Spiritu decreta ſunt, ſincero corde credite, & profitemini. Multæ efficaceſque eo in loco rationes adductæ ſunt de proceſſione Sancti Spiritus, multa utrinque a partibus in utriuſque ſententiæ confirmationem dicta; vicit tandem apud omnes hæc ſententia Patrem, & Filium unum eſſe Spiritus Sancti principium, eumque ex utroque tanquam ex uno ſpirante procedere. Multa ſanctorum doctorum non modo occidentalium, verum etiam orientalium atque noſtrorum ad id probandum teſtimonia adducta ſunt; multis id rationibus demonſtratum; neque id noſtrorum incuria evenit; non enim ſegniter, neque negligenter eam rem inveſtigare conati ſumus, o fratres, multas noctes inſomnes egimus, magnam vigilantiam, ſolers ſtudium, ſummam curam adhibuimus, cedere oportuit veritati, victi fuimus doctorum ſententiis; abſit enim a bona anima, & fideli, ut oſtenſæ veritati claudat oculos, eamque victoriæ ambitione deſpiciat. Referrem nunc vobis particulam aliquam rationum illorum, niſi lex epiſtolæ prohiberet, ſimul quod vobis liceat longe plura alibi videre & legere, quam nos referre in præſentia poſſimus. Plerique enim ex iis, qui nos anteceſſere doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri multa atque præclara de hoc dogmate literis mandaverunt: nos quoque non pauca ſcripſimus partim, ut amicorum id obnixe efflagitantium, morem gereremus voluntati, partim ut, vel nos cogitata, vel aliis fruſtra contendentibus reſponſa in communem utilitatem traderemus: quæ omnia cum apud vos ſint, ſi quis veſtrum ſine contentione vel leget, vel audiet, legetis autem, vel audietis omnes (ſi libebit) non parvum, quod ad Dei gloriam dictum ſit, utilitatem conſequetur. Veruntamen unam dumtaxat, & eam perbrevem, ſi libet, rationem adducamus.

Moniti ut ſuſcipiant Florentinam ſynodum.

Ut veritas de proceſſione Spiritus S. diligentiſſime excuſſa ſit.

LXII. *Spiritus S. ſpiritus Filii dicitur.*

Spiritus Sanctus ſpiritus Filii dicitur, teſte ipſo Filio, qui ſpiritum illum vocat ſpiritum veritatis, veritas vero ille ipſe eſt. Et Paulus: Miſit, inquit, Deus ſpiritum Filii ſui in corda noſtra. Et rurſum: Si quis ſpiritum Chriſti non habet, ipſe non eſt ejus; quod aliis quoque in locis idem Apoſtolus creberrime replicat. Hoc verbum fratres ſatis ſuperque eſt ad id probandum, de quo agimus; neque enim excedere decet modum epiſtolæ. Eſt itaque Spiritus Sanctus Chriſti ſpiritus naturaliter, & eſſentialiter, non accidentaliter, id vero cujus aliquid hoc modo eſt, authoritate aliqua & excellentia id excellat neceſſe eſt, quod ſuum eſſe dicitur; hæc vero authoritas profecto non talis dicenda eſt, qualis eſt domini ad ſervum; quis enim auderet Creatorem in creaturam vertere, quod etiam cogitare ſacrilegum eſt? Supereſt igitur authoritatem atque excellentiam originis eſſe ejus, qui ſpirat, ad ſpiritum, qui ſpiratur. Et certe aliud aſſerere nefarium eſt, nam quod noſtrorum aliqui a veritate declinantes, ideo dici Filii Spiritum contendunt, quod ejuſdem ſit cum eo eſſentiæ, vel quod ex eo mittatur, aranearum potius tela ſunt, quam rationes, ut ſæpe demonſtravimus: ſi enim propter conſubſtantialitatem dicatur Spiritus S. ſpiritus Filii, propter eandem cauſam & Filius dicetur Spiritus Sancti Filius, quod nunquam in ſacris literis auditum eſt. Si vero quia ex Filio mittitur ita dicitur, ea certe ratio magis roborat ſententiam noſtram: quod enim mittere iſtud & ſcaturire & profluere, cæteraque ſimilia ſpirationem, ac ſubſtantialem quandam proceſſionem præſupponunt, quodque impoſſibile ſit Filium mittere Spiritum ſanctum niſi etiam illum ſpiret, pleriſque in locis oſtendimus multis idoneiſque rationibus. Alia quoque multa a noſtris ad celandam veritatem dici ſolent nullius ſane momenti: plura vero melioraque dicuntur ab his, qui veritatem ſequuntur, quæ etſi nos optime tenemus, cum ſæpenumero contradicentibus adverſati ſimus, brevitatis tamen gratia mittimus admonitos, ſi qui erunt ad inveſtigandæ veritatis cupidi, ut ea legant, quæ olim de hac re conſcripſimus. Hoc tamen vobis dicimus, & intrepide aſſerimus, ut ſi præſtantes dare, atque accipere rationem hujus rei potuiſſemus, indicaturos nos fuiſſe hoc unum, quod diximus, ſatis ſuperque eſſe ad veritatem oſtendendam, nihilque dubitationis relinqui, quin Spiritus ita ex Filio quemadmodum ex Patre tanquam ex uno principio & uno ſpirante procedat. Multa quoque alia ſacrarum teſtimonia ſunt literarum, ut puta: Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, & rurſus: De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Et iterum: Quæcumque audiet loquetur; & alia iis ſimilia: ex quibus omnibus luce clarius ea fides veritas oſtenditur, quam & ſancta Romana eccleſia, ut ſemper antea, ita nunc tenet & prædicat, & olim omnis Eccleſia fatebatur.

Eſſentialiter non accidentaliter.

Inde probatur Spiritum S. ex filio originem ducere.

Ut ex filio ita ex Patre ut uno principio.

Ob id dicitur mitti a filio.

LXIII.

Sed dicet fortaſſe aliquis, cur ipſe Dominus cum de ſpiritu loqueretur: Spiritus ait, qui a patre procedit, neque addidit etiam a ſeipſo procedere? quæ tandem aut qualis eſt hæc ratio, fratres? etſi enim dixerat a Patre procedere Spiritum, non tamen negavit eum quoque a ſe procedere: nam ſi id dixiſſet aliquid fortaſſe videretur ingerere difficultatis, quamquam neque hoc ad tuendam veſtram opinionem ſufficeret, ſi quidem ipſe Salvator: De-

Licet dicatur procedere a Patre non negatur, quin a filio.

dic

die illa & hora, *inquit*, nemo novit, neque angeli neque Filius hominis, niſi ſolus Pater. *Et rurſus*: Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me Patris: *Et iterum*: Nemo novit Filium niſi Pater. *Quorum omnium nos procul dubio contrarium & ſentimus & profitemur, ac Filium Dei perinde diem illum, & horam cognoſcere, ut Patrem exiſtimamus, eumdemque ita ſe noſſe, ut Pater eum novit, doctrinamque illius ſuam præcipue doctrinam eſſe. Si igitur eorum, quæ aperte negavit Chriſtus, non quidem recte e diverſo credimus, cur non etiam hoc, quod non negavit, pie credimus.*

LXIV. Chriſti promiſſio de invicta futura eccleſia.

Enimvero illud in primis attentiſſime conſiderandum eſt, fratres & filii in Chriſto deſideratiſſimi, promiſit olim Chriſtus ſuper confeſſione Petri ædificare Eccleſiam ſuam, & quod portæ inferi, hoc eſt hæreticorum blaſphemiæ, numquam prævalerent adverſus eam, quærendum eſt, fratres, quænam iſta ſit Eccleſia, nam veram certamque fuiſſe promiſſionem nullus auſit negare Chriſtianus: aut igitur Latina, aut Græca eccleſia eſt, tertia enim dari non poteſt, ſi quidem omnia alia hæreſibus ſunt plena, quas ſancti patres, & generales ſynodi condemnarunt. Si ergo hanc Eccleſiam Græcorum eccleſiam dices, in anguſtum nimis arctas Eccleſiam, immo illam ad nihilum redigis, qualis enim, miſeri nos, aut quanta eſt eccleſia noſtra? labitur, heu, labitur, periitque quotidie ac dicam eam penitus jam interiiſſe. Subditi ſunt infidelibus Græci omnes, ita omnia peſſumdedere barbaræ gentes, ut non poſt multum interjectum tempus ipſum quoque linguæ Græcæ ſplendorem, libros omnes, univerſa opera ſanctorum doctorum, ſacros etiam literarum codices, & evangelium ipſum noſtram infelicem patriam deſerturam non dubitem, niſi pietas & miſericordia Salvatoris noſtri tantam a vertice noſtro calamitatem propulſet. An ignoratis, fratres, ut orientales omnes, ſi qui inter infideles ſuperfuerant, qui in oriente Eccleſiam ſequerentur, Græcorum Conſtantinopolitanis & circumjacentium inſularum cultoribus dumtaxat exceptis, alios ante centum, alios etiam quinquaginta, & amplius annos ne nominare quidem noverant ſcripturam ſacram, nec ejus volumina numerare? Nullum fidele dogma ſciebant, nullam quæſtionem, nullam de ſpe futuræ vitæ rationem: in ſumma nihil eorum, quæ in evangelio leguntur, intelligebant. Presbyteri quanquam illud aſſidue legentes, non minus quam cæteri, rudes erant, nec integrum quidem habebant evangelium, ſed quædam ejus fragmenta, quæ legi in eccleſiis ſolent ſemicſa, circumferebant, & quemadmodum pſittaci, aliaque ejuſmodi animalia conari aliquando atque effingere ſine intellectu noſtra verba conſueverunt, ita hi vocem quidem emittebant Græcam, lectitabantque ea ſolum, quæ ſcripta erant, nec ſine barbarie, eorum vero quæ legebant nihil prorſus percipiebant, deſunt in Beſſarionis verſione hæc verba, quæ ex Græco tranſtulit Arcadius. *Nunc vero, heu mihi, ipſa capta, & deſtructa Conſtantinopoli, qualis eſt vel erit Eccleſia, cui portæ inferi non prævalebunt? cui promiſſio hæc Salvatoris ſervabitur.*

Non Græca quia in nihilum redacta.

Quæ ſit vera eccleſia an Latina an Græca.

Quanta imperitia ſervitutem ſit conſecuta.

LXV. Romana eccleſiarum princeps.

Recognoſcite, recognoſcite aliquando, fratres, caput eccleſiarum cathedram Patri; recognoſcite matrem veſtram atque magiſtram; amplectimini fidem apoſtolico ore laudatam; inde animæ veſtræ poſtulate cibum, inde quærite conſilium. Si doctorum noſtrorum libros evolveritis, ſi ſcripta eorum diligenter conſideraveritis, invenietis Romanam eccleſiam ſupra cæteras omnem poteſtatem habere, & ita univerſæ præeſſe Eccleſiæ, ut abſque ejus auctoritate nulla prorſus eccleſiaſtica quæſtio ſolvi, nullum dogma concludi aut poſſit aut debeat. Hæc eſt illa petra, ſupra quam Chriſtus ſuam ædificavit Eccleſiam: hæc eſt, quæ fidem Petri tenet, & prædicat: hæc ſola eſt, adverſus quam portæ inferi non prævaluerunt. Hic ſemper ſervata eſt incorrupta patrum auctoritas; hic ſol juſtitiæ oritur, hic lux mundi, hic ſal terræ, hic ſunt vaſa aurea, & argentea. Quicumque huic ſanctæ communioni conſociantur, unam cum ea Eccleſiam faciunt: qui ab ea ſunt ſeparati, ſalutem habere non poſſunt: qui hic non colligunt, ſpargunt: quicumque extra hanc agnum comedunt, profani ſunt. Si qui in arca Noe non fuerunt, peribunt regnante diluvio: extra ovile Chriſti ſalvi eſſe non poſſunt, in lupos rapaces, in fures latronesque incident, quandoquidem pereant neceſſe eſt qui voces paſtorum non audiunt: quod ne cui Chriſtianorum accidat illa prædicanda, illa tenenda eſt fides, quam Petri cathedra profitetur. Hanc vos quæſo, fratres, cum reverentia & humilitate ſuſcipite, huic inhærete, huic inſiſtite. Non ceſſo pro vobis orare Dominum, ut ſapientiam induentes id, ad quod vos hortor, agatis; vellem enim ita vos omnes eſſe, ut ego, nec parvum vobis aut contemnendum videor optare bonum, o fratres, ſi quod mihi ipſi, hoc etiam vobis, bonum deſidero: majorem enim charitatem nemo exhibere tenetur proximo ſuo, quam eadem illi, quæ ſibi, bona velle: Diliges enim, *ait*, proximum tuum ſicut te ipſum; *plus hoc non requirit a nobis Deus, quaſi hoc ſummum ſit ſignum charitatis; neque me ex ignorantia, vel imperitia a veritate, ut arbitror, dicetis aberraſſe, cum me ſciatis a teneris annis omne vitæ meæ tempus in literarum ſtudiis conſumpſiſſe, ſummaque opera ac diligentia huic, de qua loquimur, dogmati incubuiſſe, & quantum fieri potuit*

Illius fides tenenda.

Proponit ſe Beſſario Græcis in exemplum.

 inve-

Multos libros edidit dum inter Græcos eſſet.

inveſtigaſſe veritatem; quid enim aliud eligere ſibi potuiſſet homo, qui ab ineunte ætate propria abdicatus voluntate in humilitate atque obedientia vixerit, & qui ſine jactantia dictum ſit multa de vanitate mundi, de emendatione morum, de præmiis vel pœnis æternis legerit, audierit, ſcripſerit, quam rectis veriſque ſententiis alere animum, & inventam fidei veritatem amplecti? quam certe eo pluris quam antea in præſentia facimus, quo magis ingraveſcente jam ætate multiplicati corporis morbi mortem mihi quotidie minantur, & vitam tædio eſſe faciunt.

LXVI. Scio certe fratres, & patres, ſcio filii in Chriſto dilecti, non multum eſſe, quod nobis ſupereſt vitæ, & jam tempus noſtræ reſolutionis inſtat quo, ut ſapientes ajunt, advenit hominibus timor earum rerum, quas antea formidare non ſolebant, vident enim appropinquare diem, quo omnis anteactæ vitæ reddenda ſit ratio; me quidem quo magis vicina eſt mors, eo magis conſolatur integritas fidei; ſpero enim id, quod ex operibus ad ſalutem animæ meæ deerit, fidei veritate poſſe ſuppleri: ob hanc cauſam ſpretis & contemptis honoribus, ſi quos apud vos habui; habui autem nec parvos nec paucos, totus hanc fidei veritatem ſum ſecutus. Equidem dico ſcientibus & iis qui a ſcientibus audierunt, undicatque, ſi volent in poſterum: adoleſcentulum me & prima adhuc lanugine carentem, pluris faciebatis etiam, qui nunquam me vidiſtis, notum erat nomen meum omnibus Græcam intelligentibus linguam: nondum quatuor & viginti annos natus a principibus nationis noſtræ, a vobis omnibus, ab ipſis denique Imperatoribus & honore & dignitate ſupra ætatem extollebar, præponebant enim me non modo æqualibus meis, ſed etiam ſenioribus, & auctoritate gratiaque pollentibus, non mea virtute ſed ſua bonitate; quamvis enim magna hoc tempore in Chriſti eccleſia dignitate præfulgeam, magnoſque & longe ſupra merita mea adeptus ſim honores, tamen hæc omnia poſtea ſunt ſecuta, & ut Deus omnium rerum conſcius optime novit, neque expectata a me neque ſperata. Etenim fortaſſe dicere non immerito poſſem majora illa, quæ apud vos habui, quandoquidem illic facile inter primos annumerabar, hic vero cum multi ſint, immo pene innumerabiles, qui me ſapientia, doctrina, cæteriſque virtutibus antecellunt, vix inter poſtremos habeo locum; notum eſt autem illud Romani principis dictum, qui cum eſſet honores ſtudioſiſſimus, malle ſe dicebat in oppido quamvis humili atque obſcuro primum habere locum, quam in glorioſiſſima atque excellentiſſima urbe Roma ſecundum eſſe; habet enim principatus quandam, etſi in minimis, maximam tamen ac dulciſſimam voluptatem: at nos & quæ apud vos habebamus non magni fecimus, & quæ nunc habemus, teſtem invocamus Deum, æque parvi feciſſemus, quin potius ſpretis contemptiſque omnibus, etſi multo plura haberemus, ad vos quam celerrime defugiſſemus, niſi nobis eſſemus conſcii elegiſſe meliora, niſi exploratum haberemus hanc ſanctam & catholicam Eccleſiam illa credere, illa tradere & docere, quæ ad vitam æternam iter faciunt. Si igitur ad ea vos hortor, quæ ſaluti veſtræ profutura non dubito, cum humilitate & reverentia audire debetis, ac cum gaudio & alacritate animi monita noſtra ſuſcipere ſalutaria.

Magnis in ipſa juventute cultus honoribus a Græcis.

Spe aliqua ductus non deſcivit ad Latinos.

LXVII. Expreſſio vocis (filioque) non eſt additio vera ſed explanatio.

At magnum apud vos ſcandalum genuiſſe dicitis additionem Latinorum in ſymbolo: cur ita fratres? certe ſi recte conſiderare volueritis, non additio illa fuit, ſed expoſitio, ſed explanatio, ſed declaratio. Additio namque etiam juxta doctorum noſtrorum ſententiam illa eſt, quæ contraria dogmata introducit, quæ vero eadem ſimiliaque profitetur, declaratio non additio eſt. Quippe ſi verum non eſſet quod dicitur, fugienda utique hæc additio foret: quod ſi verum eſt, & fidei ſanctorum conſonans, ibi timemus timorem ubi non eſt timor, & ſuperſtitioni magis quam pietati indulgemus. Multa Nicæno ſymbolo ſecunda ſynodus addidit de divinitate Spiritus Sancti, de unitate Eccleſiæ; de baptiſmate, de remiſſione peccatorum, de reſurrectione mortuorum, de vita æterna de quibus primum concilium nullam omnino expreſſe mentionem fecerat. Multa præterea alii quoque doctores, qui illis ſucceſſerant, latius quam illi fecerant tradidere, quæ tamen non additiones, ſed declarationes fuerunt. Cur igitur & catholicæ Eccleſiæ non licuerit hoc idem facere, ſimili hæreticorum neceſſitate urgente? nam quod reſpondere ſoletis, tunc quidem licuiſſe, nunc vero poſtquam tertia ſynodus omnem additionem prohibuit, ne ipſam quidem veritatem addere licere, ſtulta ſane & nova ratio eſt. Legite, ſi libet, quam olim de hac re orationem edidimus, manifeſtiſſime illic veritatem invenietis, &, niſi fallimur, idem nobiſcum fatebimini. Nolite æmulari contentioſos homines, neque imitare illos, qui cum aliter non poſſint, ſaltem impugnando veritatem gloriam aucupari conantur: humiliate vos Deo, & tot taleſque viros ſingulari præditos devotione, ac ſapientia, Romanæ eccleſiæ alumnos, ſecuti, fidem ejus ſuſcipite, Pontificem Romanum, verum ipſius paſtorem, rectius caput Eccleſiæ, doctorem fidei atque magiſtrum credentes veneramini, & viam, quæ ad æternam ducit vitam, oſtendentem ſequimini, nam & hoc unum eorum eſt, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, proprium noſſe paſtorem, & recognoſcere principem, & ſcire atque honorare doctorem, ubi enim non eſt princeps, ibi inordinatio, ubi inordinatio, ibi ſolutio, ut Gregorius Nazianzenus ait, Et certe, ſive divinas ſive hu-

Multa addita ſymbolo a variis conciliis ea ratione.

Stulta Græcorum objectio.

Statuendus neceſſario viſibilis eccleſiæ princeps.

manas res conſiderare volueritis, fratres, invenietis unum omnium debere eſſe principium, nec recte aliter res poſſe gubernari, nam, ut a divinis incipiamus, Christianorum theologia unum, qui ſupra omnes eſt, docet Deum eſſe, qui cum in tribus perſonis ſit, uti illaſa ſervetur unitas ejuſdem ſubſtantiæ divinæ illæ ponuntur eſſe perſonæ.

LXVIII. Gentiles omnia ad primam cauſam revocanda agnovere.

Gentilium vero ex iis ſenſibilibus accepta ſcientia, ipſum quoque hoc idem ſentiunt. Quidam enim inter cæteros eorum philoſophos nobilior, unam eſſe primam cauſam, unum omnium rerum aſſerit creatorem, & quamvis multos etiam poſt illum gradus tutum credat unum principium, & multa principia, omnia tamen ſub primo illo conſtituit. Alius vero multis hoc idem aſſerens verbis, mutuatusque tandem a quodam antiquiore ſententia: Non eſt, *inquit*, bonus multorum principatus: unus princeps, unus Rex eſto: neque enim volunt entia male gubernari, quaſi mala gubernari videantur, niſi unus ſit, qui præſit univerſis. *In rebus autem humanis atque civilibus iidem ipſi, quorum mentionem fecimus cæterique omnes, & ante eos Salvator noſter Jeſus Chriſtus legitimam monarchiam cæteris gubernandi modis anteponunt:* Reddite, *inquit ille*, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo, *quaſi unus quidem ſit Deus in cœlis, & unus princeps in terris, hic vero, qui inter philoſophos primum obtinet locum, illud reipublicæ genus non modo generibus cæteris, ſed etiam optimatum principatui anteponit, & divino quam ſimillimum eſſe dicit, ubi unus, qui virtutibus cæteros antecellat, omnibus dominetur. Alius autem hujus auditor omnibus politiæ enumeratis generibus, eumdem hunc gubernandi modum ante omnes conſtituit, perfectiſſimum regnum appellans.*

Monarchia in divinis magis quam humanis conſtituenda.

Hunc igitur a Deo bonum & perfectum & neceſſarium ordinem in rebus fluentibus atque terrenis ſervabimus fratres, in æterna vero animarum, & ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatione contemnemus? Iudiceat certe eſt, & ab omni ratione alienum: hic enim maxime omnium eſt ordo ſervandus, ſiquidem perpetua digniora ſunt fluxis, momentaneis, atque caducis. Hinc legiſlator noſter, & dominus Jeſus Chriſtus omnem humanam ſapientiam, cujus ipſe dator eſt, excedens optimum gubernandi modum ſuæ reliquit Eccleſiæ cum Petro, & per eum ſucceſſoribus ejus principatum illius tradidit: Tu es, *inquit*, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Et rurſus:* Tibi dabo claves regni cælorum. *Et iterum:* Paſce oves meas, paſce agnos meos. *Et alibi:* Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.

Conſtabilitam eam in eccleſia Chriſti oraculo probatur.

Nec me putetis, fratres, novam legem introducere, novum dogma docere.

Repetite memoria, qui priſcas hiſtorias, qui conciliorum acta legiſtis, quantum ſemper Romanus Pontifex ſuper omnem eccleſiam auctoritatem habuit. Cæleſtinus Papa primam epheſinam ſynodum ſolus reprobavit, irritavitque, quamvis omnis orientalis eccleſia, & ipſi patriarchæ unanimes in ea conveniſſent. Leonis magni epiſtolam patres Chalcedonenſes numero ſexcenti & triginta epiſcopi inſtar ſacri evangelii receperunt, eamque orthodoxæ fidei columnam nominarunt, nec non juxta ejus ſententiam eam, de qua agebatur, terminarunt quæſtionem.

LXIX. Ex traditione Græcorum Romana eccleſia omnium princeps.

Iidem patres Alexandrino Conſtantinopolitanum per intimationem ſecundi concilii præpoſuerunt, nec tamen feciſſe ſe aliquid cenſuerunt, niſi hoc idem Leo confirmaret; quod ut impetrarent multis & legationibus & precibus contenderunt, quibus tamen vir ſanctus annuere recuſavit; & niſi poſtea ab alio Romano Pontifice conceſſum extitiſſet, nullius fuiſſet momenti. Ante hunc Innocentius Romanus Pontifex Arcadium, & Eudoxiam Reges, quod Joannem os aureum inique de eccleſia pepuliſſent, anathemate ferit, & Chriſtianorum communione privavit: quod certe non feciſſet, niſi ſupra omnem Eccleſiam habuiſſet imperium: quippe ſi non fuiſſet univerſalis paſtor & Pontifex, & communis Chriſtianorum pater & magiſter, ſi Conſtantinopolitana urbe, & Imperatores illi de ejus grege non fuiſſent, non ſeparaſſet eos talis Pontifex ab unitate & communione fidelium, nihil enim pontificalis ſententia roboris habuiſſet, nec illos attuliſſet detrimentum, niſi Romano præſuli ſubditi extitiſſent:

Conſtantinopolitanus patriarcha a quo apices ſuos acceperit. Orientis Impp. Pontificis Romani ſubditi.

Photium deinde Conſtantinopolitanam ſedem occupantem, qui ſanctiſſimo viro Ignatio ejecto, eccleſiam ſibi viribus ſubegerat, nonne Nicolaus Romanus Pontifex fidelium communione privavit, & reſtituto Ignatio ab eccleſia repulit? qua ratione id egit Nicolaus, niſi quia ſuper omnes eccleſias poteſtatem habebat? Poſtquam vero vir ſanctus Ignatius ad Dominum migravit, nonne Imperatores Conſtantinopolitani multis, ac crebris precibus in favorem Photii Romano Pontifici interpellarunt? nonne Joannes, qui poſt Nicolaum, & Hadrianum univerſalis Eccleſiæ gubernacula ſuſceperat, in patriarchalem reſtituit ſedem, palliumque illi miſit, in quo refulget Pontificis dignitas? quid tandem hæc omnia præ ſe ferunt, fratres, niſi ſummam eſſe Romani Pontificis ſuper omnem eccleſiam auctoritatem, ſummam poteſtatem.

Cum deliquere perculſi ſunt anathemate.

Hæc igitur omnia cogitantes, hæc cum animi attentione conſiderantes, omnem vanam opinionem exuite, omne immeritum odium deponite, omne illud de Latinis non rectum judicium in melius mutate, amplectimini veritatem, integritatem fidei una cum catholica & ſancta Romana eccleſia, ipſi

LXX. Pii ad Græcos cohortatio.

ipſi quoque maximi exiſtimantes, nobiſcum convenite, miſſos facite eos, qui contentionis potius gratia, quam veritatis vana loquentes vos a recta fide ſeducunt, paſtorem eccleſiæ Romanæ univerſalem patrem atque magiſtrum exiſtimate; hunc enim honore, laude, ac veneratione proſequimini. Nos vero, quanquam immeritos, tamen gratia Dei per Apoſtolicam ſedem, & ſummum Pontificem dominum noſtrum vobis in Redeant ad Rom. eccleſiæ obſequium. *patriarcham legitime datum, ut par eſt, ſuſcipite, monita noſtra tanquam paternas adhortationes audite, eandem mecum & ſententiam & fidem colite, ut in eodem ſpiritu, & mente credentes, idemque diligamus, invicem conſolemur: poſt vero hujus mortalis ſarcinæ depoſitionem eandem in Chriſto gloriam obtineamus, & deſideratum finem adepti vita fruamur æterna. Amen.*

In verſione Petri Arcudii ex Græca epiſtola Beſſarionis hæc adjecta ſunt: *Data eſt Viterbii VI. kal. junias anno Domini MCCCCLXIII. obſignata cardinalitio noſtro ſigillo, quod abeſſet ſignaculum plumbeum patriarchale: ob majorem vero ſecuritatem, ne quis ſuſpicetur eſſe fictam, & non eſſe noſtram hanc epiſtolam, cum non reperiretur ob loci penuriam membrana, ſcripta eſt in bambaceis conſutis, ipſaſque ſutas tribus in locis obſignavimus, ſcilicet in extremis, & medio & hæc, quæ incipiunt ab iſto: Data eſt Viterbii; huc uſque: Manu propria ſcripſimus præterea & ſubſcripſimus; Beſſarion miſeratione divina Cardinalis, & œcumenicus patriarcha Conſtantinopolitanæ novæ Romæ propria manu ſubſcripſi.*

LXXI. Quomodo Beſſario ſe patriarcham œcumenicum dixerit. Inquirit Petrus Arcudius, qua ratione Beſſario Cardinalis patriarcham œcumenicum ſe appellaverit in ea epiſtola, in qua Romanum Pontificem ſupremum in totius orbis eccleſias tenere imperium demonſtrat; opinaturque idem Arcudius, vel exiſtimaſſe Beſſarionem a Latinis hanc vocem toleratam fuiſſe, veluti in Joſepho patriarcha, qui ſe Romanæ eccleſiæ ſubjecit in Florentino concilio, & œcumenici nomen retinuiſſe fertur, quod nempe ſumatur habito reſpectu ad partem orbis non aliter, quam Reges figuram orbis manu geſtant, cum tamen non univerſo orbi, ſed parti tantum imperare ſe agnoſcant: vel Beſſarionem a voce œcumenici abſtinuiſſe cenſet: *Qua cauſa*, inquit, *fuit ut cum bibliotheca Beſſarionis dono ſit data ſereniſſimæ reipublicæ Venetæ per amicos inquireremus, utrum ea vox œcumenicus eſſet exarata in ea epiſtola, vel in titulo, vel in ſubſcriptione: negant eam reperiri, & qui fidem non adhibet, adeat ipſam bibliothecam.* Animadvertit etiam Beſſarionem præficere potuiſſe titulum hunc epiſtolæ omnibus ſubjectis patriarchali ſolio atque ad eos ita œcumenici nomen contraxiſſe, nam ſi ad omnes totius orbis fideles œcumenici nomen extendere voluiſſet, titulum: *Univerſis Chriſti fidelibus*, appoſuiſſet. [1]

LXXII. Scripſit etiam Beſſario (a) ad Græcos contra Palamam hæreticum, qui collectas ſanctorum patrum authoritates de proceſſione Spiritus Sancti a Vecco patriarcha in nefarium ſenſum diſtorſerat, & Græcos ſuis fucis ac ſophiſmatibus faſcinarat, in cujus dogmatis catholici defenſione hæc præfatur: *Poſt concilium Lugdunenſe tempore Gregorii X. celebratum, in quo per ſuos oratores Græci uniti fuerunt eccleſiæ Romanæ, Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere profeſſi ſunt, prout eccleſia catholica credit, & profitetur, quidam patriarcha Conſtantinopolitanus nomine Veccus, huic veritati adhærens ad impugnationem adverſariorum, quorum adhuc magnus extabat numerus, omnium Græcorum doctorum volumina magno ſtudio revolvens cunctas eorum authoritates ad hanc rem facientes in unum collegit, & aliquibus per eum titulis præpoſitis, prout in continua contentione, quæ tunc fiebat, videbatur neceſſarium eſſe, ut puta quod Spiritus Sanctus ſit ex Patre & Filio, quod ex Patre per Filium: quod immediate ex Patre, & ſic de ſimilibus, unicuique horum titulorum varias diverſorum doctorum auctoritates adaptavit, probans per eas, quod ſibi propoſitum erat; verbi gratia in primo capitulo*

(a) Ext. ejus lit. inter opuſcul. aut.

Beſſarionis alia ſcripta inſignia. Collectæ a Vecco patriarca auctoritates de proceſſione Spiritus S.

NOTÆ [1] Qua ratione Beſſario cardinalis, qui in ipſo Florentino concilio ad Conſtantinopolitanas infulas evectus fuit; hoc tamen anno renunciatum ſe a pontifice Conſtantinopolitanum patriarcham indicare videtur illis verbis epiſtolæ hic in annalibus recitatæ, eruditorum inquiſitione digniſſimum judico. En verba epiſtolæ: *Nos vero quamquam immeritos, tamen gratia Dei per apoſtolicam ſedem, & ſummum pontificem dominum noſtrum vobis in patriarcham legitime datum, ut par eſt, ſuſcipite.* Accedit hic confirmandis Gobelinus lib. XI. narrans hoc anno vita functo Iſidoro Ruthenenſi, cui poſt obitum Gregorii patriarchæ CP. eccleſia credita fuerat, vacuum illud ſolium mandante pontifice Beſſarionem aſcendiſſe. Hunc nodum ita extricant Bollandiſtæ in hiſtoria chronologica patriarcharum CP. voluminis I. menſis auguſti præfixa, ut negent Beſſarionem numquam antea ad eam eccleſiam regendam accitum fuiſſe, rati Phranzam, qui inconſulte hæc ſcripſit, erraſſe. Hoc igitur anno primum inſulis CP. ornatum Beſſarionem cenſent. Hanc ego ſententiam libens amplector, cum probabilior altera non facile occurrat, & perſpicue mendoſus ſit Phranza aſſerens a Græcis, aſſentiente ſynodo, patriarcham renunciatum fuiſſe Beſſarionem cum poſt Græcorum diſceſſum adhuc Nicænus archiepiſcopus haberetur, ut colligo ex Blondo coævo ſcriptore, qui anno 1439. exeunte *Beſſarionem Nicænum archiepiſcopum* cardinalitia purpura ornatum narrat. Mansi

tulo adducit auctoritates, quibus probatur Spiritum Sanctum eſſe etiam ex Filio: alias deinde probantes ex Patre eſſe per Filium; demum ad demonſtrandum idem eſſe dicere ex Patre & Filio, atque ex Patre per Filium, inſtruit nos, cum audimus doctores Græcos Spiritum ſanctum ex Patre per Filium theologantes idem intelligere nos debere, ac ſi audiremus ex Patre & Filio eos dicentes. Alias auctoritates adducit æquivalentiam iſtarum præpoſitionum in theologia ſignificantes. Et huic titulo cæteriſque omnibus argumentum ſuum præpoſuit, ſuam intentionem declarans, & auctoritatum intelligentiam optime hoc modo, quod ſibi erat propoſitum, concludens.

LXXIII. Palamas in Veccum ſcripſit impie. *Poſt Veccum prædictum nonnullis annis quidam apud Græcos Gregorius nomine, cognomine Palamas, de quo magna exiſtimatio apud Græcos fuit, veritati catholicæ circa hunc articulum contrarius & hoſtis apertus, paucis volens omnem Vecci prædicti laborem evertere, argumentis prologiſque ejus contradixit, volens probare auctoritates propoſitas non eam, quam ille dicebat, ſed longe aliam intentionem habere, quæ ſi vera fuiſſent totus labor patriarchæ prædicti evanuiſſet: in hac tamen opinione multis annis homines permanſerunt. Cum autem hoc utriuſque opus ad manus mei Beſſarionis S. R. E. Cardinalis epiſcopi Tuſculani tunc archiepiſcopi Nicæni perveniſſent, non paſſus*

Confutatus a Beſſarione. *ſum, nec æquo animo tuli, ut & communem doctores calumniam paterentur, & pro convicta atque profligata falſo ab aliquibus hic ſapientiſſimus vir Veccus patriarcha putaretur: quare contra Palamam, & ejus fucoſas & apparentes contradictiones me oppoſui, probans præ poſſe auctoritates productas illam intentionem habere quam Veccus ſapientiſſime dicit, non quam Palamas calumnioſe expoſuit: quo præſuppoſito omnes auctoritates optime faciunt ad propoſitam rem, & veritas per omnia luce clarius apparet intuentibus. Proponuntur igitur primum argumenta ſive prologi Vecci, deinde Palamæ ad ea contradictiones, demum noſtræ defenſiones, quibus Veccum defendentes Palamæ cavillationes aperimus & eas pro poſſe enervamus. Si recte, & ſufficienter, aliorum ſit judicium.* Hactenus de rebus orientalibus: nunc ad occidentales ſermonem traducamus.

LXXIV. Occurrunt primo res eccleſiaſticæ ditionis, quæ feliciter ſuperiori anno adverſus Sigiſmundum Malateſtam cœptæ hoc anno perfectæ fuerunt. Fuſus ille fuerat cum ſuis, ut ſupra diximus, ad Senogalliam, ac plura oppida, quæ invaſerat, in Pontificis ditionem, qua vi qua deditione, conceſſere; neque illum modo urgebat armis Pius, verum etiam recurrente cœnæ

(a) L. 1. p. 213. dominicæ die hoc anathematiſmo eum perculit (a) *Nominatim, granditate ſcelerum ita poſcente, ex communicamus & anathematizamus filium iniquitatis Sigiſmundum Malateſtam, hoſtem Dei, contemptorem religionis, rebellem in Patrem & dominum ſuum Romanum Pontificem, matri ſuæ Eccleſiæ arma inferentem, interdictum, ſolemni judicio de hæreſi condemnatam in imagine, quando corpore non potuit, ante faciem hujus ſanctiſſimi templi igne abſumptum, & qui ei favent, ei adhærent, ei obediunt, ejus ſtipendia ſequuntur, qui pecuniam, qui arma, qui commeatus ſuppeditant, qui denique conſilio ullo, auxilio, aut ſua alienave opera palam aſſiſtunt.*

Anathematiſmi in Sigiſm. Malateſta lati.

LXXV. Conjunxit cum hoc anathematiſmo Pontifex validiſſimi exercitus terrorem ac robur, adeo ut Sigiſmundi rebus pronis omnino in exitium, quæ plura ſint parta, oppida, ipſemet Pontifex recenſet in oratione ad Cardinales habita (b) his verbis: *Tranſivere copiæ in agrum Ariminenſem, breveque Mondainum, Montemfloram, Verrucchium, S. Archangelum & circumjecta caſtella partim vi partim deditione noſtri duces obtinuere mirabili providentia Dei, atque miſericordia, inexpugnabilia quæ putabantur loca, & quæ nec Piccininus, nec Franciſcus Sfortia præclari duces, quamvis tentaſſent, evincere ullo pacto valuerant, brevi tempore capta ſunt. Itum eſt ad Fani mœnia, urbis magnæ & potentis, & in littore maris jacentis, unde ſæpe auxilia ſuſcepit, obſeſſa tandem manus dedit. Recepta eſt & Senogallia & Gradaria, quæ Franciſcum Sfortiam in obſidione jacentem deluſit. Nihil Sigiſmundo remanſit præter Ariminum & quædam in Apennini montibus averſa loca, & in Etruria Ciſterna: magna Dei ultio: peſte, fame, atque bello conteritur, qui paulo ante ſuperbus per contemptum atque irriſionem interceptis epiſcopi Carnotani ornamentis equitem ex ſuis quemdam juſſerat illa induere, atque obequitantem per caſtra quaſi legatum ſummi Pontificis populo atque militi benedicere; ſic ſacrorum contemptoribus Deus retribuit. Dominicus Malateſta cum Sigiſmundo fratri opem tuliſſet, noſtriſque conatibus adverſaretur, magna parte agri mulctatus eſt, fuiſſetque Cæſena rejectus, niſi reſipiſcens ad miſericordiam noſtram convolaſſet.*

Detracta in eundem arma.

(b) Ext. apud Gob. l. 12.

Plura oppida ex eo recepta.

Malateſtæ inſignis impietas.

LXXVI. Præfuiſſe huic bello adverſus Sigiſmundum Malateſtam Cardinalem Theanenſem, & Fridericum ducem Urbinatem, refert Gobelinus (c), addirque ut ille accisis admodum viribus, ac pertimeſcens ne principatus etiam Ariminenſis ſibi eriperetur, oratores ad Pontificem miſerit, pacemque ignominia non vacuam cum difficultate ſit conſecutus, & tum hæreſes, quarum notatus erat infamia, damnarit; *Sigiſmundus Malateſta*, ait auctor, *in Arimino clauſus caſtella jam pauca poſſidens animo fractus legatos ad Pontificem mittens, pacem,* inquit

(c) Gob. eod. l. 12.

Pro retinendo Arimino pacem exorat.

inquit, victus peto, quas leges dederis ſubiturus; victoris honor eſt victo parcere. Confiteor peccavi in te graviter, verum neque leves dedi pœnas; ſervatas deinceps cavebo Eccleſiam lædere. Pontifex exhiberi mandata juſſit, quæ poſtquam juriſconſulti probaverunt, in hunc modum Sigiſmundo pacem dedit; *procuratores ejus in baſilica S. Petri die feſta, dum res divina geritur, errores, ſuper quibus accuſatus eſt, manifeſtam hæreſim ſapientes, ab eo prædicatos*

Data ei lege ut hæreſes abjuret.

atque aſſertos fuiſſe teſtentur, illoſque ſuo nomine revocent & abjurent, eos præſertim, qui mortuorum reſurrectionem inficiantur, & animas hominum immortales. Idem Sigiſmundus per ſeſe agat in Arimino. Pro crimine majeſtatis atque hæreſis omni ſe privatum imperio cæteriſque fortunæ bonis intelligat. Ariminum ex benignitate apoſtolica correctus de novo, nomine vicariatus, accipiat, cenſumque pendat quotannis mille

Permiſſa Arimini præfectura impoſito mille aureorum vectigali.

aureos: oppidis, & arcibus reliquis munitionibuſque, quacumque in loco ſita fuerint, nihil moratus cedat: eccleſia, quam læſit, pro damnis cuncta recipiat; Fredericus Urbinas, quæ ſua fuerunt, recuperet. His peractis pax eſto; tum quoque apud Ariminum pars agri propinqua, & urbi neceſſaria, & immunita reconciliato Sigiſmundo dono dabitur. Procuratores dictam pacem acceperunt, quibus perdenda civitatis Ariminenſis magnus inceſſerat metus, & die dominica, quæ proxima fuit in Apoſtolorum baſilica, frequente ad rem divinam populo, multis aſtantibus epiſcopis, apud aram divæ Mariæ alta & intelligibili voce Sigiſmundi hæreſim publice confeſſi juxta facultatem traditæ poteſtatis abjurarunt.

LXXVII. Recepta ab eo Ciſterna.

Sigiſmundus autem oppidorum & arcium, ut erat juſſus Cardinali Theanenſi poſſeſſionem ad præſtitutam diem tradidit, inter quæ nobile oppidum Ciſterna in Tuſcia Tifernatibus imminens ad eccleſiam pervenit, non ſine Florentinorum moleſtia, qui eo loco potiri multis artibus adnixi fuerant. Perfecta eſt conſignatio locorum per Sigiſmundum pridie kal. novembris. Sequenti die Cardinalis pacem ei reddidit, & agrum præſcripſit, quem poſſet Ariminenſem dicere, & ſibi poſſidendum habere: in arctum coarctata poteſtas ejus eſt. Tumbæ, ut appellant, quædam ei dimiſſæ ſunt, id eſt, palatia paucis habitata colonis, munita & frequentia loca cuncta perdidit. Poſt hæc Suеſſanus epiſcopus ex imperio Cardinalis

Conciliatus eccleſiæ Sigiſmundus.

Ariminum conceſſit, anathema ſublaturus, cui univerſus populus, & ipſe Sigiſmundus occurrit errorum veniam petens. Epiſcopus ad eccleſiam profectus quantum erraſſet, & tyrannus & populus palam oſtendit, qui mandata Eccleſiæ contempſiſſent, juſſitque triduo ceſſare divina officia, atque in

Quo ritu admiſſi in gratiam Ariminenſes.

jejuniis eſſe populum, ut mereretur abſolutionem accipere. Poſt triduum congregato in eccleſia populo, Sigiſmundus flexis genibus coram epiſcopo, & ore majori errores ſuos confeſſus eſt, & veniam petiit, atque in verba Pii juravit, idemque populus fecit, promittentes deinceps mandata, & cenſuras eccleſiæ omni tempore ſervaturos. Epiſcopus vero hoc facto pœnitentes abſolvit, civitatique benedixit, ſacerdotibus, qui ſtante interdicto divina profanaverant officia, pro ſceleris qualitate ſuſpenſis. Impoſitus ita finis bello Piceno: nunc ut Neapolitanum pariter hoc anno geſtum ſit dicere aggrediamur.

LXXVIII. Gallicæ res everſæ in regno Neapol.

Deprimi cœptæ ſuperiori anno ob Trojanam cladem Joannis Andegavenſis res, quamvis poſtea Nicolai Piccinini peritia aſſurgere viſæ eſſent Celanenſi comitatu occupato, & Ferdinando in fugam acto, hoc demum anno penitus conciderunt (a), & Aragonio Neapolitanum regnum aſſertum eſt; nullis quippe auxiliis ſtipendiiſve ex Gallia Andegavenſi ſubmiſſis, illius partium ſectatores ad Aragonium proni ſpectarunt; Pontifex autem ac Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis ei fœdere juncti, victoriam in celeritate ſitam rati, vires omnes ad partes Gallicas jam inclinatas proſternendas cum eodem Ferdinando contulerunt: atque in primis Neapoleo Urſinus eccleſiaſtici ductor exercitus Petrum Paulum Cantelmum ducem Soranum ad Ferdinandi coegit imperium redire, quem Pius cenſuris ſolvit (b), quibus Gallici juris aſſertores perculerat. Munitum etiam oppidum, cui Pontiſcurvi nomen eſt, a Pontificio exercitu Gallis ereptum eſt, facta ab oppidanis deditione his præcipuis legibus, quæ a Pio in ejuſdem decreto referuntur (c): *In primis, quod nos & ſucceſſores noſtri Romani Pontifices, qui pro tempore fuerint, teneamus & conſervemus dictam terram, & ejuſdem homines immediate ſub dominio præfatæ Romanæ eccleſiæ, & ipſam non concedamus alicui alteri domino, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſæculari; & ſi qua conceſſio de illa fuerit, vel facta reperitur, ex nunc prout ex tunc nulla & invalida, & nullius roboris, vel momenti fore cenſeatur, ita quod omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, juriſdictiones, ſtatuta, & conſuetudines, nec non exemptiones & immunitates dictæ terræ, & hominum prædictorum generalia, vel particularia rata & firma manerent, ac inviolabiliter obſervarentur.* Piccininus etiam, quo uno maxime res Gallicæ fulciebantur, ingentibus promiſſis devinctus Alexandri Sfortiæ opera cum Ferdinando fœdus junxit (d), paulo quem poſt pro Sulmonenſi principatu ipſi promiſſo extremis malis merſum videbimus: Aquilani Petri Lallæ Montorii comitis defectione ad Ferdinandum deſcivere: paruere eidem Celanenſes, & ademptus injuria Celani comitiſſæ principatus Antonio Picolomineo Pontificis nepoti traditus eſt. Quas rerum Neapolita-

(a) Gob. l. 11. & 12. Pontan. l. 5. & 6. Surit. l. 18. cap. 5. Sabellic. l. 18. c. 5. & alii.

(b) Lib. 26. pag. 15.

(c) Lib. 27. pag. 150.

Sora dedita Pontifici ea lege ut juris ſit eccleſiaſtici.

(d) Gob. l. 12.

tanarum converſiones Pios in oratione ad Cardinales, habita his verbis deſcripſit.

LXXIX. *Neapoleo noſtri ductor exercitus ad compeſcendam Sorqui ducis temeritatem profectus inſulam, & Soram, & Arpinum, & alia pleraque magni momenti caſtella illi eripuit, ac frænum impoſuit; recuperavit & agrum abbatiæ S. Germani, & Pontemcorvum olim Eugenio ab Alfonſo ereptum: Antonio Spinello præcipuo Gallici nominis aſſertori tantum terroris incuſſit, ut ſubito morbo correptus obierit; nepotes ejus in arce Vilhelmi, quam inexpugnabilem putant, Eccleſiæ vexilla erexerint. Duxit & adverſus Rogerottum Celani comitem,* Celani comitatus Pii nepoti datus. *qui Piccinini nemse adjutus privatam impio matrem in carcere conjecerat, huic beavi tyrannidem ademit, atque, ut Ferdinandus decreverat, comitatum nepoti noſtro Antonio tradidit. Ex altera parte Alexander Sfortia ab Apulis per aſperos montes in Aprutios duxit, conjunctuſque Matthæo Capuano, & Roberto Urſino in Candolae Piccininumque contendit, qui apud Arcbas caſtra tenebat. Non fuit animus hoſtibus cum Alexandro manus conſerere, mutatis caſtris ad munitiora montis loca migraverunt, ac miſſa caduceatore, pacem petentes, poſt paucos dies compoſitis rebus ſuis ſe Ferdinando ſubmiſere; duxit & Alexander adverſus Aquilanos, qui omni ſpe auxilii deſtitati, mox deditionem fecere, quamvis liberos & uxores comeſturos ſe olim dixerant, priuſquam Francos relinquerent, ut ſæpe* Ferdinandi in Sinveſſanum agrum irruptio. *major oris, quam animi ferocitas reperitur. Ferdinandus vaſtata Roſſani principis agrorum magna parte in planitiem Sinveſſanam ingredi conatus eſt, quæ mari, flumine, ac montibus clauſa difficillimos habet aditus; verùm omnia conſtans animus divino favore adjutus, munimenta dejecta ſunt, & omne præſidium ad turrim, quam vocant balnearum locatum magna vi repulſum obtenta eſt planities; & ager omnium* Roſſani Princeps ad officium ab eo redactus. *ditiſſimus direptioni datus, atque uſque ad portas Sinveſſæ procurſum; conſternatus tandem animo Roſſani princeps, quamvis Andegavenſis cum duabus equitum turmis auxilio veniſſet, pacem nihilominus petiit, mulctatuſque nonnullis muniſſimis locis in priſtinam benevolentiam receptus eſt. Joanni libertas data eſt intra quindecim dies quocumque vellet extra regnum abiret; is apud Ænariam ſe recepit, ibique Catbelani fidem ſecutus, qui ſuum dominum prodidit, egens mærenſque latitat. Hæc illi præmia ſunt violatæ fidei & eccleſiaſticæ claſſis in Chriſtianos armatæ, &c.* Hæc Pios, additque pauciſſimas urbes arceſve nempe Ortonam in Aprutio, in Apulia Manfredoniam, ſanctam Severam, arcem Luceriæ, & Campibaſſi comitis toparchiam; Paucæ urbes arceſque a Gallis retentæ. in Calabria Mantheam, cum Caſtrum ovi e regione Neapolis, ac prope Bajas arcem Ænariæ in Gallorum imperio remanſiſſe, quarum etiam nonnullæ inclinanto hoc anno, aliæ proximo in Ferdinandi poteſtatem, partim vi, partim deditione, redierunt.

Et quidem Ferdinandus dolo, ac Pii auxilio magis quam virtute hoc bellum confecit, nam in primis Piccininum, quem ingentibus promiſſis ſibi devinxerat, contra juſiurandum in carcerem conjecit, non alia de cauſa, ut profeſſus eſt, quam ne ſibi noceret, mutaretque aliquando conſilium: qui poſtea formidatus adeo Italiæ dux, ſeu caſu ſeu juſſu Ferdinandi ex alto ad terram colliſus infeliciſſime periit. Joannes etiam Antonius princeps Tarentinus, qui ſua ad Ferdinandum defectione Gallicas res proſtraverat, cum illius inſidias vereretur, iterumque ſpectaret ad Gallos, extinctus eſt ſive ab Antonio Agello & Antonio Vidano noctu ſtrangulatus, ut referunt aliqui, ſive etiam, ut alii tradunt, quartana inopino deceſſerit: id unum conſtat ipſum eccleſiaſticis ſacramentis non fuiſſe munitum, atque adulto autumno obiiſſe maximo Ferdinandi commodo, cum Joannes Andegavenſis parata claſſe vere proximo ex Tarentino principatu bellum redintegraturus putaretur. Porro Ferdinandus, qui exercitum proxime admoverat, mox univerſa ditione, & principis theſauro ampliſſimo ſupra decies centena aureorum millia potitus emerſit ex inopia, ſoliumque confirmavit, de quibus præter Gobelinum Jovianus Pontanus fuſe agit. LXXX. Piccininus contra Ferdinandi promiſſa miſere trucidatus. Tarentinus princeps ſeu naturali, ſeu violenta morte extinctus.

Dum ita Renati res corruebant, graves iras in Pontificem concepit Ludovicus Francorum Rex, & cum affinis ſui cauſam miſſo exercitu ſubſidiario conſtabilire facile potuiſſet, minaces literas miſit, ut refert Joannes Gobelinus (a): *Vexare, inquit, illum bello regnum Siciliæ, ſuis conſanguineis hoſtem eſſe, nec pacem velle neque inducias: eccleſiam Maguntinam diris calamitatibus ſubjeciſſe, comitem Rheni Palatinum, ducem Auſtriæ Sigiſmundum durioribus edictis urgere, Regem Bohemiæ hæreticum compellare, nullum ſinere frui quiete, ſactum melius ſi paci Chriſtianorum ſtudeat, contra Turcas conſilia verteret.* Addit idem author cumulaſſe Ludovicum hunc errorem alio graviſſimo, quo jus ſacerdotale ſuis edictis attrivit: *Tria, inquit, decreta edidit. Primum in quo ſe judicem competentem, & non alium declaravit omnium litium, quas ſuper regaliis oriri contingeret aut contigiſſet; regalia vocant Galli jus quoddam a Francorum Regibus uſurpatum, vacantibus eccleſiis cathedralibus, reddicus earum arripere, ac beneficia conferre donec novus epiſcopus inveſtituram acceperit. In altero decreta ſancivit* LXXXI. Potitus ejus theſauro Ferdinandus. (a) Gob. l. 12. Ludovici Regis Gall. adverſus Pium querelæ. Libertatem eccleſiaſticam infringit.

crevit

tivit præſides parlamenti, cunctoſque miniſtros ſuos in cauſis etiam beneficialibus his privilegiis gaudere, quibus Apoſtolica ſedes Pariſienſem ſcholam donaſſe perhibetur. In tertio judicium ſuper poſſeſſorio cujuſcumque beneficii eccleſiaſtici ſuum eſſe conſtituit, nec licere in regno ſuo præter ſe cuiquam ad id manus extendere, conſtituta pœna ſi quis decreta transgrederetur, non tam religioſus abolita pragmatica ſanctione viſus, quam hujuſmodi decretorum editione ſacrilegus.

LXXXII. Miſſi ad Ludov. internuntii pro conciliandis induciis.

Legati ſunt ad mulcendas Regis iras objectaque diluenda a Pontifice, & Cardinalium ſenatu Theodorus epiſcopus Feltrienſis, & Ludovicus archidiaconus Bononienſis Apoſtolicæ ſedis notarius, qui trienniales, vel quinquennales inducias paciſcerentur, ſi Ludovicus in Turcas vertere arma decerneret: ſed is animus ab eo aberat, deque reſtituendo Anglico ſolio Henrico Rege cogitabat.

LXXXIII. Vvaldenſium hæreſis in Galliis repullulat.

Quod ad reliquas res Gallicas attinet, repullulavit in nonnullis Galliarum locis Waldenſium hæreſis, Atrebatenſiſque epiſcopus quoſdam illa lue infectos ſupplicio afficiendos judicibus tradidit: alios, qui expiandi criminis ſpem dederant, mitiori pœna mulctavit: at ex iis aliqui, in priora poſtea flagitia prolapſi, adverſus eccleſiaſticos concitare laicos judices moliti ſunt; ad quos comprimendos Pontifex illos anathematis nota inuſtos, conſortioque fidelium ſegregandos pronuntiari a præſulibus juſſit (a): *In virtute*, inquit, *ſanctæ obedientiæ, & quorum noſtram apoſtolicæque ſedis gratiam charam habetis, tenore præſentium per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per omnes eccleſias veſtrarum diœceſum, & juriſdictionum omnibus diebus feſtis inter miſſarum ſolemnia indictos, & alios ejuſdem malignantis ſectæ crimine vel judicatos, vel diffamatos tamdiu aſtante populo publice palam & alta voce excommunicatos anathematizatoſque denuntietis & denuntiari faciatis, donec humiliaverint cervices, & corde contrito pœnitudinem habentes ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redierint, ſuas frivolas appellationes apud forum laicale proſequi, & judices eccleſiaſticos tam injuſte vexare deſtiterint, noſtrum & ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ judicium amplexi fuerint. Hoc autem vos conſtantiſſime agere oportebit, ut veros Chriſti milites, & bellatores, cavendumque in primis, ne vel mollitie animorum, vel corruptela, vel humano quovis reſpectu temeretur mens veſtra, & lenteſcat, quod vobis & in ruinam veſtri ſtatus, & in æternam perditionem redundaret, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXIII. v. id. maii pontificatus noſtri anno v.*

(a) L. 24. p. 13.

Illius rei anathemate ſingulis diebus feſtis perculſi.

(b) Lib. ep. cur. p. 213. & l. 41. p. 341.

LXXXIV. Tulit ſacro cœnæ dominicæ die Pius (b) anathematis ſententiam in plures principes pontificiis imperiis repugnantes, nimirum Sigiſmundum Auſtriacum, ejuſque defenſorem Gregorium Hamburgenſem, Dietherum olim archiepiſcopum Moguntinum, Palatinum Rheni, ac eorum fœderatos proceres, tum in Vvicleffiſtarum ſocios hunc anathematiſmum intorſit.

Inſtaurata adverſus plures principes ſententia anathematis.

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus inſuper & anathematizamus eos omnes, qui Vvicleffiſtis, & aliis hæreticis arma, equos, pecuniam, præſidium, quodcumque, commeatus quoſcumque, omnia denique ad humanum uſum ſpectantia clam palamve, ſua alienave opera ſubminiſtrant, quique ad Saracenos, ad Turcos, ad cæteroſve Chriſti hoſtes ferrum, & alia vetita deferunt. Porro excommunicamus, & anathematizamus Dominicum Malateſtam cæteroſque noſtros, & Romanæ eccleſiæ temporales vicarios, qui annuos cenſus cameræ apoſtolicæ debitos in hanc uſque diem etiam admoniti non ſolverunt: Et infra. LXXXV.

Item quoniam diebus noſtris faciens nobiſcum Dominus miſericordiam ſuam de abſconditis terræ, uberrimas pretioſi aluminis venas antea nunquam inventas miraculo quodam in montibus noſtris, qui in patrimonio B. Petri in Tuſcia prope arcem Tolpham ſunt patefecit, volens videlicet, ne ultra ex fidelium pecunia Turcharum in eos perſecutio creſceret, ſed illa ad defenſionem noſtram uti poſſemus, juſtum & pietati ſuæ placitum reputantes, fructum omnium, qui antehac ex comportato in Chriſtianitatem tranſmarino alumine penes impios Turchas in Chriſtianorum exitium erat, modo ad nos in ſuffragium Eccleſiæ catholicæ tranſeat, præſertim cum alumen noſtrum, magiſtra experientia, virtute perfectius, pretio vilius, numero autem ſit adeo abundans, ut uſui Chriſtianorum in omnem partem ſatisfacere poſſit, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ac noſtra ex hoc ſancto tribunali Apoſtolica voce hortamur atque requirimus omnes, & ſingulos profitentes nomen Chriſtianum, ne poſt hoc alumen a Turchis aliiſque infidelibus emant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXIII. VII. id. aprilis pontificatus noſtri anno v. LXXXVI.

Vetiti fideles alumen a Turcis emere.

Quod ad Dietherum anathemate perculſum pertinet, tuebantur illum armis Fridericus Comes Palatinus, Henricus Lantgravius Haſſiæ, aliique plures proceres, atque ingens in Germania bellum conflarant: ad quos anathematis ignominia a Dietheri partibus divellendos præcepit Pius, ut diebus ſingulis inter ſacra ſolemni ritu Dietherus ipſe ejuſque ſocii anathemate percellerentur. LXXXVII.

Univerſis & ſingulis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, & tam cathedralium quam collegiatarum capitulis, nec non quorumcumque ordinum & monaſteriorum conventibus, ac religio-

ligioſis exemptis & non exemptis, parochialiumque eccleſiarum rectoribus, & locatenentibus eorumdem per univerſam Germaniam conſtitutis ſalutem, &c.

LXXXVIII. *Habentes fiduciam in eo, cujus vices licet immeriti gerimus in terris, quique nobis talem contulit poteſtatem, adverſus quam neque portæ inferi prævalere poſſint, ad fidelium orationes, ſanctorum patrum exemplum imitati, duximus recurrendum, qui dum adverſa neceſſitate premebantur, orationis clypeum opponebant, & velut arma ſpiritualia capeſſebant: orante namque Moyſe populus Domini Amalecitas ſuperaſſe ſcriptura ſacra teſtatur: muri Jericho non armis & ferro, ſed tubarum ſacerdotalium clangore corruerunt: Aſſyrios ſub Rege Sennacherib Deus precibus populi ſui per angelum contrivit uſque ad internecionem.*

LXXXIX. Solemni ritu e fidelium cœtu ejectus promulgatur. *Vobis igitur omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto inobedientes incurrant, illis autem, qui nobis & ſedi Apoſtolicæ fidelitatis juramento ſunt aſtricti, ſub pœna perjurii diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus ſingulis diebus in omnibus, & ſingulis eccleſiis veſtris, in quibus conventualem miſſam dici contigerit, inter miſſarum ſolemnia mox poſt orationem dominicam pulſatis campanis, candelis accenſis, omnis clerus genibus flexis ſubmiſſa voce legendo pſalmum centeſimum octavum, qui incipit:* Deus laudem tuam ne tacueris; *uſque ad finem dicat. Quo finito ſacerdos celebrans ſimiliter dicat collectas ſeu orationes, ſcilicet:* Hoſtium noſtrorum quæſumus domine elide ſuperbiam; *& aliam cujus initium:* Eccleſiæ tuæ, &c. *Quibus finitis candelas extinctas in ſignum maledictionis in terram projiciant, quem modum tamdiu ſervari volumus, & mandamus donec præfati rebelles humiliati ad pœnitentiæ lamenta pervenerint, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXII. xv. kal. februarii pontificatus noſtri anno v.*

XC. Palatinus edicta Pontificia promulgari vetat. At comes Palatinus pœnam capitis in illos conſtituit, qui literas pontificias in caſtris promulgarent: tum apud Pontificem prolixioribus literis initum cum Diethero fœdus colorare niſus, queſtus eſt ſibi a ſede Apoſt. conſueta amoris ſigna non exhiberi, cui hæc reſpondit Pius (a): *Quod te dilectum de more filium non vocamus, neque benedicimus tibi, faciunt opera tua, qui & eccleſiæ Moguntinæ bona ad te detrahens adverſus Apoſtolicæ ſedis mandata Diethero privato & anathematizato jungere arma non es veritus, ea ulterius publica edicta ponere, ne quis literas noſtras in tuis tentoriis vel publicare, vel exequi audeat, mortem ei comminatus, qui contra fecerit; quod nihil eſt aliud, quam primæ ſedi, & Jeſu Chriſti vicario rebellare: quibus ex rebus quamvis non a nobis, ipſo tamen jure excommunicatus es, & extra Chriſti Eccleſiam factus. Neque dilectus filius appellari potes, neque benedictionis capax haberis, nec tua te tuentur edicta, nec inhibitiones, quibus apoſtolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina, non montes, non muri, aut aliæ quævis munitiones excommunicationis ad te aditum impedire poſſunt: Dei fulmen eſt apoſtolicum anathema, cui nullæ poſſunt arma reſiſtere.* Pollicitus amanter exceptum iri, ſi ad officium rediret; contra obnitenti, hæc interminatus eſt: *Si perges Apoſtolicam ſedem impugnare, & ejus decreta contemnere, ſenties Romanam eſſe majorem eccleſiam, quam vel tu ſis, vel quicumque alius, &c. Dat. Romæ VII. kal. martii.*

(a) Lib. ep. n. 383.

Objurgatus ob auſa temeraria.

XCI. Tenebat in vinculis Palatinus Georgium epiſcopum Metenſem, Carolum Badenſem marchionem, & Udalricum comitem Wirtembergenſem, qui Adolphi archiepiſcopi Moguntini pontificiaſque partes ſecuti, anno ſuperiori in acie capti fuerant: quod cum ægre ferret Pius (b) Fridericum Imperatorem ad eos in libertatem vindicandos excitavit; qui cum non adeo valeret viribus, eam ad frangendam Palatini pervicaciam rationem commentus eſt, ſi Philippo Burgundiæ duci, aut ejus filio Carolo gerendi in Palatinum belli adminiſtratio pontificio & imperiali nomine deferretur, cum Palatinus poſt Nurembergenſes inducias ad pontificiam imperialemque authoritatem deprimendas conſpiraſſet, pluresque præſules, ac proceres & populos in eam allicere ſocietatem niſus eſſet. Propoſitum id ab Imperatore conſilium amplexus Pius Burgundum pertentavit, num eam provinciam lubens capeſſiturus eſſet: tum illi de regii faſtigii, quod idem Burgundus maxime ob ditionis amplitudinem affectabat, ſpe abblanditus eſt, deque affinitate inter ipſum, & Maximilianum jungenda hæc addidit.

(b) Extat de re apud Æn. Sylv. lit. n. 381.

De Burgundo in Palatinum concitando actum.

Burgundo regii nominis ſpes injecta.

XCII. *Ex ipſis Imperatoris litteris læto animo accepimus eum decreviſſe noſtra præſertim contemplatione concedere tibi regalem inveſtituram, ſuper quo in tui favorem ſæpius ad celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus, & non hoc modo facere deliberaſſe, ſed etiam affinitatem tecum contrahere ratione filii ſui, & filiæ tui nati, ac tibi vicariatum imperii in terris Gallicanis ultra Rhenum concedere ſtatuiſſe, quod profecto nobis eſt gratiſſimum, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXII. xiv. kal. februarii pontificatus noſtri anno v.*

XCIII. De affinitate cum Cæſare jungenda cœpta colloquia. Obſtitere Belgæ Burgundo libertatis deſiderio, ne ducale nomen cum regio commutaret, juncta vero affinitate, de qua paulo ante memoravi, Auſtriaca domus magnis opibus ac potentia eſt aucta, ut ſuis locis dicetur: bellum vero adverſus Pa-

Palatinum non eſt ſuſceptum, cum Dietherus pacem cum Adolpho hoc ipſo anno pepigerit, proceresque a Palatino teneri in vinculis, ſe plurimo auro redemerint. Qua vero ratione Dietherus dimiſſo bello pontificiis imperiis ſe ſubmiſerit, atque Adolpho honore archiepiſcopali ceſſerit, nonnulla oppida & vectigalia ad vitam honorifice ſuſtentandam pactus, refert Gobelinus (a), motumque ait miſericordia eccleſiæ Moguntinæ, quæ ipſius cauſa direptioni expoſita eſſet, & actionibus conſcientiæ ſtimulis incitatum: cum etiam ejus pater vir probitate inſignis, audito apoſtolico anathemate in filium jacto præ dolore animam efflaſſet (b); experimentis pariter deprehendiſſe non aliud moliri Palatinum quam eccleſiæ Moguntinæ decus atque amplitudinem extinguere, & Palatinatus proferre terminos. De pace itaque Adolphum poſtulavit, ac Frankfordiæ accerſito Petro Ferrico Apoſtolicæ ſedis nuntio, cujus authoritate res gereretur, in has leges firmata concordia eſt, uti narrat Joannes Gobelinus (c).

(a) Gob. l. 12.

(b) Id. ib. Serar. Mogunt. rer. l. 5. in Adolph. 11.

Dietherus cum Adolpho pacem componit.

(c) Gob. l. 12.

XCIV. *Convenit tandem inter eos, ut Dietherus jure, quod in eccleſia Moguntina ſibi competere aſſeruerat, prorſus dimiſſo, Adolphum tanquam dominum ſuum, & archiepiſcopum a Romano Pontifice inſtitutum veneraretur: nec mora in cœtu virorum illuſtrium, qui frequentes aderant, gladium inſigne principum, quod electores ante ſe ferri jubent, depoſuit, & humiliatus flexo genu ab apoſtolico nuntio veniam petens abſolutus eſt, & tanquam privatus prætorium exiit, moxque Aſchaffenburgium, & alia quæ tenebat oppida munitiſſimaſque arces Adolpho reſtituit, retentis aliquibus ex convento, quoad viveret, ut ad inopiam ne gereretur, diſſipato diuturnis bellis patrimonio.* His conſentanea tradit Serarius. Ut vero Dietherus Adolpho defuncto, iterum archiepiſcoparum fuerit aſſecutus, illumque probe adminiſtrarit, ſuo loco dicetur: nunc ad Sigiſmundum Auſtriacum convertenda eſt narratio.

Ab Ap. internuntio cenſuris ſolvitur.

XCV. Perculſus ille a Pontifice pluribus anathematiſmis de concordia agere cœpit, interprete Chriſtophoro Mauro Venetorum duce, ſeque juri obtemperare velle prætulit: ſed, cum miſſo a Pio epiſcopo Feltrino de conſtituendis judicibus actum eſſet, a promiſſis reſiliit; quocirca illum Pius novo edicto (d) perculit. Sedandæ illius controverſiæ percupidus Venetorum dux expoſuit Pontifici (e), nolle in ſe ſuſcipere onus juris acerbe dicendi inter Sigiſmundum & Cardinalem Brixinenſem, ſed liberam poteſtatem ſibi conferri popoſcit, ut æquitate manſuetudine temperata litem dirimeret; cui aſſenſit Pius ob ſpectatam illius virtutem; quod autem ad cenſuras attineret quibus tenebatur irretitus Sigiſmundus a nemine quam a ſede Apoſtolica ſolvi poſſe veniamque poſcenti expiationem noxæ ritu eccleſiaſtico benigne collatum iri. Rediit poſtea ad officium Sigiſmundus, ut inferius dicetur.

Sigiſmundus Auſtriac. redire ad cor viſus.

(d) L. 1. ep. car. 581.

(e) Ib. p. 583. & in alio lib. diverſ. bull. p. 319.

Redintegratum iterum a Veneto concordiæ colloquium.

Verum longe eo præfractior extitit Georgius Rex Bohemiæ, utpote a Rochizana hæreſi imbutus adeo, ut unius hæreſiarchæ præſtigias Pontificiæ conciliorumque œcumenicorum authoritati & oraculis anteferret. Projecerat, ut vidimus, catholicæ pietatis larvam ſuperiori anno in ſolemni principum conventu, cum Bohemos ad ritum Latinum adducere juſſus eſſet, contenderatque impie communionem ſub utraque ſpecie laicis ad cœleſtem beatitudinem adipiſcendam omnino neceſſariam, ac Fantinum nuntium apoſtolicum in vincula conjecerat, ob quod ſcelus Pontifex mox Wratiſlavienſes ſacramento fidei Georgio præſtitæ abſolvit, idemque edictum hoc anno inſtauravit (f). XCVI.

Georgius Regis Bohem. impietas.

Pius Papa II.

(f) Ext. apud Cod. l. 12.

Dudum inclytum Bohemiæ regnum, quod Chriſtianum, & fidelem populum habere conſuevit, ad pernicioſam Jacobelli & ſuorum ſequacium in aliquibus partibus Huſſitarum nuncupatam hæreticam pravitatem pro magna ejus parte prolapſum, ut communionem Eucharistiæ ſacramenti ſub utraque ſpecie, vini videlicet, & panis, quoad laicos & non conficientes de neceſſitate fore æternæ ſalutis profiteatur, cum propter obitum felicis recordationis quondam Ladiſlai noviſſimi Rege careret, Georgium de Podiebrat ſibi Regem elegit, qui dum ſe catholicum affirmaſſet, poſtmodum dum coronationis reciperet inſignia, licet in venerabilium fratrum noſtrorum Jaurienſis, & Vacienſis epiſcoporum, ac nonnullorum eccleſiaſticorum & ſæcularium virorum notabilium, manibus tactis per eum corporaliter ſacroſanctis evangeliis, publice & ſponte promiſerit, ſpoponderit, pollicitusque fuerit atque juraverit, quod deinceps fidelis & obediens eſſet ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & illius pro tempore Pontificibus, in ejuſque obedientia & conformitate more aliorum catholicorum & Chriſtianorum Regum in unitate orthodoxæ fidei, quam ipſa ſancta Romana catholica Eccleſia confitetur, prædicat & tenet, fideliter obſervaret, ac deinceps fidem & Eccleſiam ipſam protegeret atque tueretur & defenderet, & populum ſibi ſubjectum ab omnibus erroribus ſectis & hæreſibus ac articulis ipſius Eccleſiæ & fidei catholicæ contrariis revocaret & averteret, nec non catholicæ fidei conſervationem, ac obedientiam, conformitatem, unionem, ritum, cultumque ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ reduceret & reſtitueret in dicto regno, licetque dictus etiam Georgius deinde per dilectum filium Joannem de Rabenſtein notarium noſtrum ejus ad nos oratorem pro ſe, ejuſque conthorali, & liberis polliceretur, ut præcepta noſtra re-

Pii II. in Georgium Regem Boh. ſententia.

Ut pollicitus ſit obſequentem futurum Eccleſiæ.

Dicta factis evertit.

reverenter ſuſciperet, & eis obſequeretur, ac deinde cum ſe hujuſmodi juramento aſtrinxiſſet, ac obligaſſet per chariſſimum filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem illuſtrem, ut talis extitit confirmatus, nihilominus, cum ipſe Georgius his omnibus facta contraria ageret, publicoque continuata fama adverſus ipſum laboraret, quod contra tam ſolemniter factas ſuas promiſſiones, & juſjurandum dictam hæreticorum ſectam foveret, & amplecteretur, dilecti filii clerus, capitanei, conſules, & communitates civitatis VVratiſlavienſis, & oppidi Namſlavienſis tamquam catholici, & veri Chriſtifideles eumdem Georgium pro Rege ſibi recipere, eique homagium præſtare debite recuſarant,

Diſceſſere ab eo propterea plures catholici.

propter quod Georgius ipſe bello illos impugnare tentavit, nos tunc de his certam notitiam habentes, ut tantis incommodis repagulo eſſemus, dictumque Georgium, ac ipſum inclytum Bohemiæ regnum ad veram obedientiam, & unionem Apoſtolicæ ſedis, & ſanctæ ipſius Romanæ eccleſiæ reducere poſſemus, venerabilem fratrem noſtrum Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, & dilectum filium ſacræ theologiæ profeſſorem Franciſcum de Toleto tunc archidiaconum de Aſtigeo in eccleſia Hiſpalenſi, oratores noſtros ad partes illas miſimus, & tandem hujus homagii ſuſpenſio ad triennium, & unum menſem per eos facta extitit. Verum duobus deinde fere annis decurſis, cum idem Georgius nihil de hujuſmodi juramentis per eum promiſſis ſe facturum oſtenderet, nos tantæ rei moram eſſe periculoſam cenſentes præfatum Georgium, ut promiſſionibus, & juramentis præſtitis ſatisfaceret, regnumque præfatum ad unionem ſanctæ matris Eccleſiæ reduceret, per certum nuntium noſtrum iterum fecimus ſollicitari.

XCVII. Sic demum Georgius ipſe, tranſacto poſt unius anni ſpatio, ſolemnes ad nos oratores tranſmittens nobis obedientiam præſtitit verbalem ut prius, ſed non realem ſui & regni in unitate fidei & ritus communionis, quam juxta juramentum ac promiſſiones antedictas expectabamus, cumque tunc per proprios oratores ſuos hortari non deſtitimus, ut pro hujus rei finali conſummatione, dimiſſa vaſania ſua, atque hæretica præſumptione ſuper articulo communionis hujuſmodi ipſe cum regno Bohemiæ ſe nobis & Eccleſiæ ſanctæ atque aliis regnis conformaret, dilectum filium Fantinum de Valle utriuſque juris doctorem ad eundem Georgium, regnum, & marchionatum Moraviæ, ac vicinia ejus dominia tranſmiſimus: qui ſibi per nos injuncto fideliter in conventu, ob id per dictum Georgium in feſto S. Laurentii proxime elapſo indicto, coram prælatis, magnatibus, & aliis multis explevit. Idem tamen Georgius ſathanæ laqueis ligatus in ſua pertinacia obſtinatus permanſit, nam publice inibi cum ejus conthorali ſibi conſidente in prælatorum, procerum, & magnatum præſentia, prout intelleximus, in nos & ſanctam ſedem Apoſtolicam, ipſamque ſanctam Romanam & apoſtolicam eccleſiam fidelium matrem multis detractionibus, &

Blaſphemias vomere adverſus Eccleſiam auſus.

blaſphemiis ore polluto, & impudicis labiis invectus, etiam proferre veritus non eſt hæc vel in effectu ſimilia verba, videlicet: Ut nemo deinceps de fide & religione mea conjugis & liberorum meorum dubius exiſtat, nunc palam & publice profiteor chariſſimos parentes meos in hac veritate communionis calicis utriuſque ſpeciei mortuos eſſe, meque in ea natum, educatum, atque uſque in hæc tempora vixiſſe, vivereque & mori velle cum uxore, & liberis meis; aſſerens communionem illam de neceſſitate ſalutis: & adjecit, Deo magis quam hominibus eſſe parendum. Nec

Hæreſim publice profeſſus.

his contentus, ſed etiam præfatum Fantinum oratorem noſtrum, poſt factam per eum confutationem aſſertorum compactorum ſuper communione prædicto, poſtquam erroris illius declarationem & propoſitionem eorum, quæ ipſe orator noſter a nobis habuit in mandatis, ſacrilege in eum manus injecit, & turpiter duriſſimis carceribus mancipavit, in Dei, hujus ſanctæ ſedis, & Romanæ eccleſiæ opprobrium, atque noſtri, qui licet immeriti, Chriſti vices in terris gerimus, vilipendium, & contemptum.

Ob eam confutatam internuntium Apoſt. carceri addixit.

XCVIII. Nos autem, qui nobis factam injuriam nihil pendimus, Dei tamen & Eccleſiæ ſuæ offenſam vindicare tenemur, ſic in præmiſſis animadvertere debite volentes, ne error ille ſæviſſimus arma habens ſub religionis ſpecie amplius ſerpere valeret, & ne fideles Chriſti per ſubjectionem dicti Georgii ejus erroribus valeant maculari, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia fidelium proſpicientes ſaluti, dictos clerum, capitaneos, conſules, communitates civitatis VVratiſlavienſis, nec non oppidi Namſlavienſis, ab obſervatione concordiæ prædictæ auctoritate oratorum noſtrorum concluſæ omnium dependentium & connexorum, etiamſi ejus vigore ad homagium præſtandum tenerentur, abſolvimus & abſolutos fore declaramus, ut in aliis literis noſtris continetur, quarum tenores volumus in præſenti haberi pro expreſſis. Et quamvis pridem chariſſimus filius noſter Fridericus Imperator, ac nobilis Ludovicus Bavariæ dux illuſtres præmiſſa ſentientes nobis ſupplicarent, ut ab ulteriori proceſſu contra dictum Georgium ob certas cauſas abſtinere, ſive jam factos proceſſus ſuſpendere vellemus, cum dictum Georgium ad Eccleſiæ gremium rediturum ſperarent; nos eorundem & præſertim ipſius Imperatoris precibus inclinati, ab ulterioribus proceſſibus adverſus ipſum Georgium decernendis uſque ad præſens diſtulimus. Sed cum iterum poſt hæc dictus Georgius per alium nuncium exhortatus ad cor redire, erroreſque ſuos reco-

Sacramenti illi præſtiti religione ſoluti Bohemi.

Cæſar ac principes deprecatores acceſſere.

Errores emendare abnuit Georgius.

recognoſcere, & ad Eccleſiam catholicam reverti, & ſe illius ritui conformare non curavit nec curat, nihilque nobis ſpei de hoc per Imperatorem, ac ducem prædictos hactenus allatum ſit, conſideravimus debitum officii noſtri fore hæreſes extirpare, & Chriſtifideles in obſervantia, ritu, & orthodoxa fide ſanctæ catholicæ Eccleſiæ confirmare.

XCIX. *Ne igitur Georgius ipſe ſuum venenum liberius effundat, ac dictos clerum, capitaneos, conſules, & communitatem VVratiſlavienſem, ac oppidum Nanſlavienſe, quovis modo opprimat contra noſtram, ac hujus Apoſtolicæ ſedis prohibitionem vigore dictæ concordiæ ad homagium, & quævis alia præſtanda inducere, & compellare poſſit, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, noſtroque mero officio non ad eorum ſeu alterius pro eis oblatæ nobis petitionis inſtantiam clerum, capitaneos, conſules, communitatem VVratiſlavienſem, ac oppidum Nanſlavienſe præfatos ſub noſtra, & Apoſtolicæ ſedis protectione uſque ad noſtrum & ejuſdem ſedis beneplacitum ſuſcepimus, ſuſcepimuſque per præſentes, &c.*

Catholicis opem præſtare juſſi.

Additis imperiis, ac precibus hortatus eſt Reges principes, viroſque nobiles catholicos, tum Muravos, Bohemos, Luſatios fidei orthodoxæ cultores, ut opem Vratiſlavienſibus conferrent, ſi eos Georgius ad clientelare officium præſtandum adigere niteretur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXIII. XV. kal. aprilis pontificatus noſtri anno V.*

C. Juſtam hanc ſeveritatem veritus Georgius, ne Pontifex ei, judicio hæreſeos poſtulato, coronam adimeret, mulcere ipſum blandis literis (a) niſus eſt, profeſſus his verbis ſe apoſtolicæ ſedis dignitatem ſemper tutaturum: *Sanctiſſime pater,* inquit, *numquam aliud nobis & menti noſtræ inceſſit, quam ut honor ſummorum Pontificum, ac ſedes Apoſtolicæ, præſertim ſanctitatis veſtræ, quantum in nobis fuit, omni cum diligentia & accuratiſſima opera intactus ſit: in hac quoque opinione & nunc perſiſtimus, ſtabimuſque, Deo juvante, in ævum.* Excuſavit deinde pluribus fucis patratum in Fantinu nuntio apoſtolico in carcerem miſſo facinus, rogavit ut VVratiſlavienſes ad ipſi parendum induceret, tum Fredericum Imperatorem deprecatorem adhibuit, quem affecerat recenter ſummo beneficio; a ſuis enim obſeſſum occurrens cum exercitu liberavit (b), ita tamen, ut Fridericus ipſe nec vinceret nec periret, quapropter Fridericus Georgio admodum obſtrictus omni ſtudio dedit operam, ut Georgium in gratiam cum Pontifice revocaret; miſitque eam ob cauſam ad Apoſtolicam ſedem Wolfungum oratorem, utque opem ſibi, in extremum

(a) Ext. apud Cocl. l. 12.

Perpetuum obſequium pollicetur eccleſiæ Georgius. Patratum in Fantino ſcelus excuſet.

A Gregorio liberatus Fridericus illum tuetur.

(b) Gob. l. 11.

Legationem decernit ad Pont.

diſcrimen adducto, a Georgio exhibitam Pio expoſuit, preceſque addidit, ut Wratiſlavienſes ad fidem Georgio addicendam impelleret.

CI. Reſpondit (c) ad hæc Pontifex Georgium ſe ab eccleſia Romana, cujus caput Chriſtus eſt, ſegregaſſe, eoque crimine regiæ dignitatis gradu excidiſſe, nec Wratiſlavienſibus imperari poſſe, ut Regi catholicæ fidei & Eccleſiæ deſertori obſequantur: *Certum,* inquit, *profecto eſt eum, qui ſeipſum ab Eccleſia catholica ſchiſmatica ſeparat, in republica Chriſtiana nullam aut regiam aut aliam poſſe tenere dignitatem. Nos quoque, ut fidelem Chriſti vicarium decet, eumdem pro ethnico & publicano, atque abſciſſo de corpore Chriſti membro ſine ulla diſſimulatione habere tenemur: ex quo intelliget majeſtas tua nos oportere mandare dictis Vratiſlavienſibus, ut nobiſcum ſentiant, & Georgium ipſum Regem eſſe non poſſe, nec Regi obediendum fore ei, qui de corpore Chriſti ſe ſuo ſponte præſcidit, nec in hoc quæcumque pacta ipſis obſtare poſſunt: ſicut enim mors naturalis pacta præſtandi homagii diſſolviſſet, ita non minus hæc abſciſſio a corpore Chriſti [extra quod Chriſtianus, ut Chriſtianus non vivit] pacta illa diſſolvit, &c.* Cæſarem eſt adhortatus ut Georgium ad fidem orthodoxam traduceret, cumque ſe regiæ dignitati gerendæ idoneum Georgius ipſe damnata hæreſi præſtiterit, tum cæſareis ſe aſſenſurum votis: interea ab Wratiſlavienſibus vexandis ſibi temperare Georgium juſſit, monuitque Fridericum, ut privatis in Georgium ſtudiis Dei & Eccleſiæ cauſam anteferret: quibus literis aſcripta eſt dies XVI. maii hujus anni.

(c) Apud Cocl. l. 12.

Negat Pius Georgium Regem eſſe poſſe poſt hæreſim ſuſceptam. Omnia pacta præterita non aliter quam morte abolita.

CII. Niſus eſt Imperator ab hæreſi Georgium abducere, ſed is obfirmatus in pertinacia ſaniora conſilia reſpuit: cumque omnes præter Wratiſlavienſes obſequentes haberet, duces Saxoniæ affinitate ſibi conjunxiſſet, de Imperatore a ſe periculo maximo erepto eſſet optime meritus, Matthiam veteri ſponſione & affinitate ſibi devinxiſſet, Wratiſlavienſes armis ſe poſſe frangere credebat; ſed fefellit eum ſpes, cum ii fortiſſime ſe tutati ſint, & principes, de quibus paulo ante memoravi, publicum Eccleſiæ cauſam privatæ antepoſuerint: ut de his inferius. Nunc ad inſignem theologicam concertationem de ſanguine Chriſti, an triduo, quo a corpore ſegregatus fuit, hypoſtatica unione caruiſſet, natalitiis Domini die ſacro factam nos convertimus.

Monitus a Cæſare Georgius ut reſipiſcat ab hæreſi.

Propulſatur fortiter ab Vratiſlavienſibus.

CIII. Mota jam ante Brixiæ a B. Jacobo Piceno, quem poſtea Urbanus VIII. beati nomine & cultu inſignivit, lis fuerat: tuebanturque ejus ſententiam Minoritæ triduo paſſionis hypoſtatice verbo conjunctum non fuiſſe; at Prædicatores adverſam

An ſanguis triduo paſſionis expers fuerit hypoſtaticæ unionis.

ſam

ſam tuebantur ſententiam ; addebant tamen totum Chriſti ſanguinem in paſſione fuſum non receptum fuiſſe hac de cauſa ut ait Gobelinus (a) : *Ne litteris Pii adverſari viderentur, in quibus declaraverat Tyburi manens : aſſertionem, quæ aliquid de Chriſti ſanguine in terris remanſiſſe proderet, religioni Chriſtianæ non eſſe contrariam.* Lecti ſunt ex utroque ordine terni cum pari numero concertaturi coram Pontifice, & Cardinalium, epiſcoporum, præſulum, doctorumque cœtu ; tantuſque diſceptantium ardor fuit, ut quamvis gelu omnia rigerent, ipſi ſudore maderent. Refert Gobelinus utriuſque partis præcipua argumenta, atque plures epiſcopos & abbates ſcientia theologica inſignes quæſtionem problematicam, quæ in utramque partem poſſet agitari, cenſuiſſe ; majoremque partem Cardinalium ſenſiſſe cum Prædicatoribus atque etiam Pium eam tenuiſſe ; verum quæſtionis ſolutionem in aliud tempus extraxiſſe. Interea, ne ea ſacrorum ordinum contentione aliqui motus pietati contrarii exorirentur, proximo anno in Turcicæ expeditionis procinctu Pontifex hæc ſanxit (b).

(a) Gob. l. 11.

Non eſt religioni contrarium quod aliqua pars ejus ſanguinis remanſerit.

Diſceptatum inter Prædicatores & Minoritas.

Extracta in aliud tempus controverſia.

(b) L. 2. ep. de cur. & bullar. in Pio II. conſt. 11.

CIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ut in Eccleſia Dei orthodoxæ fidei unitas perſeveret, & de cætero tollatur occaſio in hujuſmodi controverſiis incidendi auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod nulli fratrum ordinum prædictorum deinceps liceat de prædicta dubietate diſputare, prædicare, vel publice aut private verbum facere, ſeu aliis ſuadere, quod videlicet hæreticum, vel peccatum ſit tenere, vel credere ſanguinem ipſum ſacratiſſimum, ut præmittitur, triduo paſſionis ejuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti ab ipſa divinitate quomodolibet fuiſſe vel non fuiſſe diviſum vel ſeparatum, donec ſuper dubietatis hujuſmodi deciſione, quid tenendum ſit fuerit per nos, & ſedem Apoſtolicam definitum ; mandantes propterea univerſis, & ſingulis eorundem ac aliorum quorumcumque ordinum per totum orbem conſtitutis fratribus, cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, præſentibus & futuris, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrant, & a qua niſi in mortis articulo conſtituti niſi per nos aut ſucceſſores noſtros prædictos abſolvi non poſſint, ne contra ſtatutum, & ordinationem noſtram venire, aut facere, vel tentare quoquomodo præſumant ; necnon omnibus & ſingulis prædictorum & aliorum ordinum prælatis, ut in virtute ſanctæ obedientiæ tranſgreſſores omnes, quos in pœnam hujuſmodi incidiſſe aut contra prædicta dixiſſe, vel feciſſe præſumpſerint, dignis pœnis dirisque carceribus punire, & mancipare procurent, ac fratribus ipſis utriuſque ſeu alterius ordinis, ac de cætero ſub eiſdem pœnis aliquem fratrem ſeu alium hæreticum propterea declamare, aut hanc ſic ex hoc labem incurriſſe, dicere vel aſſerere præſumant ; ſed ſi eos aliquam vel aliquos hæreſim aliquam incurriſſe conſtiterit, illum vel illos apud ſedem apoſtolicam denuntiare teneantur, & debeant, &c. Dat. Anconæ MCCCCLXIV. kal. auguſti pontificatus noſtri anno VI.

Prohibitæ diſceptationes neve hæreſis impingatur alteram partem defendenti.

Intentatæ pœnæ prævaricatoribus.

CV.

Colluſtrabat per hæc tempora Gallias, ac præcipue Aquitaniam pluribus iiſque inſignibus miraculis Petrus Berlandus olim archiepiſcopus Burdegalenſis, ad cujus ſepulchrum Burdegalæ ingentes fiebant populorum, illius ſuffragiis divinam opem & miſericordiam implorantium, concurſus : quibus permotus Ludovicus Francorum Rex enixe Pontificem rogavit, ut illum in ſanctorum catalogo collocaret : qua in re debitam conſilii maturitatem adhibiturus Pius Petragoricenſem, & Vaſatenſem epiſcopos apoſtolicis mandatis præcepit (c), ut teſtium dicta de illius vitæ ſanctitate cœleſtibuſque prodigiis ab eodem editis, in publicas tabulas referenda curarent, tum interrogandorum teſtium formulam hanc præſcripſit.

Petrus Berlandus archiep. Burdegal. miraculis illuſtris.

(c) L. 42. p. 47.

Tenor interrogatoriorum, unde ſupra fit mentio, ſequitur & eſt talis.

CVI.

Interrogatoria ſuper quibus perſonæ fidedignæ & omni exceptione majores per vos auctoritate noſtra recipi & examinari debeant ſunt infraſcripta, videlicet.

Quibus interrogatis exprimenda veritas.

I. An quondam bonæ memoriæ Petrus Berlandi olim archiepiſcopus Burdegalenſis fuerit Chriſtianus, fidelis, catholicus irreprehenſibilis vita verbo, re, & facto, & an pro tali, & ut talis fuerit habitus, tentus, nominatus, & reputatus. II. An ipſe quondam Petrus Berlandi fuerit de legitimo matrimonio procreatus, & pro tali & ut talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus. III. An ſecundum ordinationes, & inſtituta ſanctæ matris Eccleſiæ baptizatus, & confirmatus, ac etiam tempore toto, quo in humanis egit, maximæ honeſtatis extiterit. IV. An laudabilis vitæ, ac ſanctitatis, & doctrina optimiſque moribus pollens extiterit, & pro tali, & ut talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus. V. An aſſidue in orationibus erga Deum, & ſanctos ejus vacaverit, & ſanctæ meditationis extiterit. VI. An idem quondam Petrus fuerit virgo, vel pro virgine, ſeu ſaltem continente, habitus, tentus, & reputatus. VII. An ipſe quondam Petrus, dum vixit, alia bona fecerit, & ſi ſic interrogetur, quæ bona fecit, & ſi ejus facultates in cibos pauperum Chriſti erogaverit. VII. An aſſiduis temporibus confiteretur ſacerdoti, & cui ſacerdoti ; & an ſacramentum Euchariſtiæ cum maxima devotione aſſumeret, ac miſſas & alia divina officia devotiſſime celebraret, divinamque ejetiam continuo diceret, & illud dicere nullate.

latenas prætermitteret, & an continue divinis officiis intereſſet. IX. An infirmis & miſerabilibus perſonis in eorum neceſſitatibus ſubvenerit, & alia opera miſericordiæ exerceret. X. Quas veſtes ſeu quos pannos induebat, & qualiter, ac quibus pannis, & veſtibus indutus ibat. XI. An eſſet nimium loquax, vel parcus, & rarus in loquendo, & an verba otioſa ex propoſito unquam locutus fuerit. XII. An in ejus infirmitatibus, & tribulationibus, quas tempore ejus vitæ paſſus fuit, patiens fuerit, & illas libenti animo ſuſtineret. XIII. An importunos ſuſtinuerit, & injuriantibus ſibi injurias remiſerit, & pepercerit. XIV. An petentibus conſilium, & auxilium præberet. XV. An unquam populo ſibi commiſſo verbum Dei prædicaret, vel ſaltem ad bene agendum, & Dei præcepta ſervandum hortaretur, eiſque præciperet, & mandaret, & alia faceret, quæ ad ipſum tanquam archiepiſcopum, & prælatum ſpectabant, & pertinebant. XVI. An unquam de aliqua re inhoneſta, turpi, vel non permiſſa fuerit diffamatus. XVII. An adverſantes, & invicem odioſos ad pacem, & veram concordiam reduxerit, vel ſaltem reducere quæſiverit. XVIII. An idem Petrus toto tempore, quo in humanis egit, & uſque ad ejus obitum virtuoſe, & laudabiliter, & abſque fama alicujus notæ ſive macula vixerit, & vitam laudabilem duxerit. XIX. An tempore ejus obitus fuerit pro optimo aut bono viro habitus, tentus, nominatus, & reputatus. XX. An ante ejus obitum, aut poſt idem Petrus fuerit de aliquo crimine, vel vitio aut aliquibus operibus diffamatus: & ſi ſic interrogentur, de quo, ſive quibus, & a quibus, ubi, quoties, & quando. XXI. An idem Petrus archiepiſcopus tempore, quo vivebat, ſigna miraculoſa fecerit: & ſi ſic interrogentur, quæ & in quibus perſonis illa ſigna ſuis promerentibus meritis Deus oſtenderit. XXII. An poſt ejus obitum idem Petrus archiepiſcopus aliqua miracula aut ſigna miraculoſa fecerit, aut potius omnipotens Deus in perſonas dicto Petro archiepiſcopo devote ſe commendantes miracula, & res miraculoſas operatus eſt, & a quanto tempore citra ſit; ſi ſic, interrogentur de miraculis, & miraculoſis rebus. XXIII. An idem Petrus archiepiſcopus poſt ejus obitum continue, & ab omnibus præſertim civibus Burdegalenſibus, & aliis diſtrictualibus, & convicinis ejuſdem pro optimo, & bono viro, ac laudabilis vitæ habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuerit. XXIV. An idem Petrus archiepiſcopus a quatuor annis proxime elapſis pro ſancto, vel pro beato habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuerit. XXV. An ab aliquo tempore citra, & præſertim a dictis quatuor annis proxime elapſis quamplurimæ, & innumerabiles perſonæ ad locum, ubi & in quo idem archiepiſcopus ſepultus eſt, tanquam ad ſanctum, & in Altiſſimi gratia exiſtentem pro obtinendis gratiis iverint, & continue vadant, & ad eum tanquam ad ſanctum, vel beatum preces porrectæ, & orationes dictæ fuerint, & hodie porrigantur, & dicantur, & alia ſigna extrinſeca facta fuerint & fiant, quæ veris & indubitatis ſanctis facere licet, & eſt permiſſum.

CVII. Migravit in cœlum hoc anno B. Didacus Minorita, cujus felicem obitum deſcribit ex antiquis & probatiſſimis monumentis vitæ illius author (a): *Cum*, inquit, *vir beatus eſſet ætate gravi laboribuſque confectus in difficilem ægritudinem incidit, quam ex vi peſtilentis humoris, qui in brachium ſiniſtrum juxta manum decubuerat, nactus eſt, quod plane malignis ſuppurationibus, quas Græci apoſtemata vocant, vehementer intumuit. Sed peritus chirurgus lenientibus uſus medicamentis, cum affectum locum aperuiſſet putris longe effluxit humor, qui nullum tetrum fœtorem, ſed quod mirabilius omnibus videbatur, ſuaviſſimum odorem contra naturæ ordinem efflabat: quod ſane quidem medico cæteriſque adſtantibus magnæ admirationi fuit, atque id prius ei accidit dum hoc morbi genere vehementius urgeretur: poſtea vero duriores beato viro dolores accrevere, qui cum in dies augerentur, tanta illos animi lenitate & patientia perferebat, ut nunquam ingemuerit, & nihil ore præter divinas laudes expreſſerit. Nocte vero quadam, cum ei medicus curationibus ſubveniret, ille divino ſpiritu in ecſtaſim raptus paulo poſt, cum jam mortuus crederetur, collecto ſpiritu ad ſeipſum reverſus, quid ex cæleſti illa & immortali patria deguſtaſſet ter quaterque apertis verbis exclamavit repetens: O quales flores ſunt illi paradiſi.*

(a) Franc. Pegno in vit. S. Didac. l. 2. c. 1.

Humor ex illius apoſtemate manans ſuavem odorem ſpirat.

Cæterum, ingraveſcente vi morbi, cum ille certam jam ſui corporis diſſolutionem imminere ſentiret, guardianum cæteroſque conventus fratres acceſſiri, & omnes ad ſe venire humiliter poſtulavit. Quos ut veniſſe videt, per Dei viſcera & miſericordiam deprecatur, ut ſibi chordam & habitum viliorem concederent, quo involutus moreretur: quæ plane de humilitatis & paupertatis amore monebant, quorum virtutum ſtudio maximo tenebatur: accedebat præterea S. Franciſci imitatio, ut, quem cum vivens ex animo dilexiſſet, etiam humilitate moriturus exprimeret. Annuunt illi, petitumque habitum afferri jubent, illumque extracto priori, quo indutus jacebat, ægro imponunt. Interim cum ad eum magnus fratrum numerus accederet, ut eum morientem de more viderent, juvarent, & conſolarentur, ab illo ſuaviſſimis amplexibus deprecabantur, ut pro ſe divinitatem exorarent: e contrario ille ab omnibus humiliter repoſcebat, & ſe bonorum omnium & meritorum, quæ poſt religionis ingreſſum

Illius in morte lætitia.

pro-

promeruerunt, participem facerent. Ex his alii dimidiam ſuorum laborum partem obtulerunt, cum vehementiſſime in virum pium affecti fuiſſent. Ergo cum profuſis lacrymis ab omnibus veniam deprecaretur, & chariſſimis fratribus vale dixiſſet, latus de morte jam proxima, quam lucrum maximum deputabat, & de vicina aſſerſione ſecurus, utrumque brachium pariter in altum erigens, quod viſu fuit mirabile, cum ſiniſtrum vi morbi depreſſum paulo ante movere non poſſet, ad fratres adſtantes, & ſpectantes converſus crucem ligneam quæ ad caput repoſita erat, arcte complectitur, & ore oculiſque ſæpe ſuaviſſime oſculatus cum ingenti pietate ſequentem hymnum pronuntiavit. Dulce lignum, dulces clavos dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cælorum & dominum, quæ ubi dixiſſet beatiſſimam animam Deo reddidit anno MCCCCLXIII. die XII. menſis novembris.

Crucis dulcedinem prædicat.

Confirmantur hæc a Sixto V. (a) in ſanctione, qua ſanctorum cultum illi decrevit, atque inter cæteras res admirandas recenſet puerum, qui in ardentem fornacem præceps ceciderat, incolumem patri implorata ſanctiſſimæ Virginis ope reſtituiſſe; tum de miraculis poſt ejus mortem editis plura refert, quæ accuratiſſime narrat ex fide digniſſimis monumentis Franciſcus Pegna (b) his verbis.

(a) *Bull. in Sixt. V. conſtit. 42.*

(b) *Id. ib. c. 2.*

CVIII. In extincto elegantia formæ emicat.

Permanſit B. Didacus mortuus eodem vultu, & facie nihil prorſus immutata, ut non e vita deceſſiſſe, ſed vivus omnino crederetur. Ejus caro, cum prius ob continua jejunia, vigilias, aſperaſque pœnitentias attrita, contracta, & ſublivida foret, jam tunc candida, mollis, & ſplendida renitebat, ut nec tenuior illam macula inſideret, ſed dote jam claritatis & ſtola gloriæ circumamicta eſſe videretur. Non riguerunt mortuo frigida membra, ſicut mos eſt corporum vita functorum, ſed inſtar viventium, & bene valentium pedes, manus, & brachia movebantur, omneſque arteriarum nervi, & articuli flexibiles facile vertebantur, quod per integrum ſex menſium ſpatium duravit, donec ſacrum cadaver in arca bene munita fuit reconditum. Et paulo infra: *Igitur ſabbati nocte, qua viri ſancti anima a carne ſoluta eſt, in eccleſiam defertur, ut ſequenti die dominico corpus ſepulturæ mandaretur: ad multam vero noctem ſplendor quidam ſuper illius exanime, & defunctum corpus illuxit, qui ſolis radios ſua luce ſuperare, ac totum chorum, ubi ille repoſitus fuerat, illuſtrare videbatur. Multi præterea cives Complutenſes, & de Medina cæli eadem nocte, qua S. Didacus beatam egit animam, ſtellam reliquis majorem, ac illuſtriorem apparuiſſe affirmarunt, quæ plane ita omnium oculos ad ſe inſpiciendam ac contuendam convertebat, ut rei novitate commoti frequentes domo egredi cogerentur, hærebant enim an aliquid boni malive portenderet, cum multi affirmarent hujuſmodi ſtellas ſignum mortis alicujus viri ſancti præferre, de quo creditum erat ejus animam in ſanctorum numerum in cælo receptam fuiſſe: ſolet enim ſæpe clementiſſimus Deus ſanctorum ſuorum pietatem, & ſanctitatem, quibus tamquam fulgentes faces, & lucentia ſydera eccleſiæ præluxerunt, cæleſtibus quoque fulgoribus indicare, ut omnium perſuaſione credatur in cæleſti patria claros atque conſpicuos eſſe.*

In illius obitu ſtella lucidiſſima fulget.

Multis interjectis de rebus admirandis, quæ ad illius ſepulchrum editæ ſunt, depulſiſque variis morborum generibus, quæ omnium medicorum vim eludebant, ſubdit, Henricum Caſtellæ Regem ejus nominis IV. B. Didaci artus contrectaſſe quintodecimo die ab illius obitu, ac flexiles, & ſuavem odorem halantes non diſparem illi, qui ex corpore S. Iſidori Matriti ſpirat, ſenſiſſe, contactuque ſacro ſanitatem in brachio recepiſſe, Alfonſumque Carillum Toletanum archiepiſcopum contrectantem flexilia B. Didaci membra, & hac illacque ducentem vehementi admiratione affectum fuiſſe: concurriſſe vero ad ſpectaculum Caſtellanos, Aragones, & Luſitanos, adhibitoſque (c) teſtes nonnullos Mauros, ac Judæos, qui id ſupra naturam fieri faſſi ſunt. Ut vero a Sixto V. ſanctis annumeratus ſit, ſuo loco dicetur.

(c) *Franc. Pegn. c. 71.*

CIX. B. Catharina Bononien. prophetiæ dono clara.

Eodem anno VII. id. martii e vivis deceſſit Catharina Bononienſis Clariſſa, ſanctimonia conſpicua, cui multa divinitus oſtenſa fuere: atque inter alia Conſtantinopolitani imperii excidium imminens prædixerat, idque ob ingentia Græcorum ſcelera & impietatem, a reliquorum Chriſtianorum conjunctione ſe reſcindentium. Edita ſunt poſt ejus obitum plura ſacra prodigia ad ipſius ſepulchrum certiſſima cœleſtis beatitudinis, qua a Deo donata fuerat, argumenta: inter quæ inſigne illud extitit, refoſſum ipſius corpus decimonono a morte die corruptionis immune inventum, ac ſuavem ſpirans odorem.

Inſculptum eſt ejus ſepulchro hoc epitaphium: *Hoc corpus, quod cernitis incorruptum, D. Catharinæ Bononienſis eſt, quæ monaſterium primo cum paucis ædificari curavit, quod multos annos admirabili ſanctimonia rexit, & gubernavit: cum vero ex humanis deceſſiſſet, huic ſepulta fuit. Cujus corpus decimonono die poſt ipſius exequias maximo populi concurſu, & totius civitatis admiratione, integrum, ut nunc cernitis, & odore ſuaviſſimo fragrans repertum eſt: multa quoque ſigna ſanctitatem atteſtantia ſubſecuta ſunt. Obiit anno Domini MCCCCLXIII. die IX. martii.* De ejuſ-

Ejus corpus poſt mortem expers corruptionis.

dem

dem virginis corpore corruptionis experte meminit Carolus Sigonius (*a*), ac miraculi teſtem oculatum ſe fuiſſe tradit. Retulit illius nomen in beatarum virginum numerum Clemens VIII. adjectis martyrologio Romano ad nonum martii his verbis: *Bononiæ B. Catharinæ virginis ordinis S. Claræ vitæ ſanctitate illuſtris, cujus corpus magno cum honore ibidem colitur.*

(*a*) *Sigon. l. 4. de epiſc. Bonon. in Phil. Calandria.*

CX. Alexand. Olivæ Card. obitus.

Romæ ingens ſui deſiderium reliquit hoc anno Alexander Oliva de Saxoferrato Auguſtinianus Cardinalis, qui ſanctitatem morum ſpectatæ ſcientiæ conjunxerat, cujus pium obitum deſcribit ita Joannes Gobelinus (*b*) [1]. *Alexander Cardinalis S. Suſannæ non ſine ſummo Pontificis mœrore febre correptus extinguitur, cujus vitæ ſanctimonia cum per omnem vitam emicuiſſet, tum maxime in obitu claruit, qui etſi dies quamplures agonizavit, nunquam tamen intermiſit de fide catholica diſputare, ſymbolum exponere, abſtruſos ſcripturarum ſenſus aperire, dubiaque reſolvere; hortari aſtantes ad evangelicam vitam, ad cœleſtis patriæ deſiderium erigere, contemnenda eſſe hujus promiſſa ſæculi, quæ, velis nolis, relinquere oportet: in ea patria theſaurizandum, cujus gaudia fine carent. Cum rogaretur teſtamentum facere: Animam, inquit, meam Deo relinquo, Pio Pontifici corpus & hæc, quæ vocantur ſæculi bona: ipſi familiæ curam, & ſepulturæ meæ committo. Deinde quaſi dormiens expiravit, ingens ſacri collegii decus, in quo vitæ fulgor cum doctrinæ luce certavit. Potuerunt ſine damno nonnulli homines periiſſe, in hoc grave vulnus accepit Eccleſia.* Habuit in ejus laudem funebrem orationem panegyricam Campanus inſignis orator, quæ inter ejus opera extat, recenſetque inſigne miraculum, quo ille in prima pueritia fonte ſubmerſus in vitam, implorata Virginis ope, revocatus eſt, ut que atis tum devotus ſit: in quo divinam providentiam licet ſuſpicere, quæ ipſam per pietatis ſtudia inſtruebat, ut Eccleſiam ſuam aliquando colluſtraret.

(*b*) *Gob. l. 12.*

Sacris colloquiis & precibus extremos dies tranſegit.

CXI. *Tertium*, inquit, *agens ætatis annum, cum flores, ut ſolent pueri, ſectaretur, proximum in fontem concidit. Aderat ſoror Margarita triennio major hæc fratris lapſum conſpicata, non auſa ipſa deſcendere in fontem ad proximas refugit caſas, ululatu omnia complet, fratrem in fontem delapſum, ſpem atque auxilium clamat, accurrit quæ proxima erat matrona Dombra nomine, ubi puer & qua parte cecidiſſet percontata, conjecit ſe in fontem, quæſitum aliquandiu correptumque ſuſpendit in crure cruſculis ſublatis, ut quæ hauſiſſet, aquæ refunderet. Interea mater audito ululatu, & ipſa ad eum locum percurrit, ubi exanimem vidit natum, vellit comam, laniat exſiccatque genas, & filium nequidquam appellans omnia ejulatu in cœlum tollit. Jam horæ circiter novem mortuus jacuerat puer: Hic mater*, & infra, *ad templum converſa glorioſiſſimæ matris quod non procul inde tenebatur, Virginis opem implorat, filium ſi reviviſcat vovet. Extemplo viſus eſt puer primum movere labella, mox tollere oculos, matremque appellare: qua re attoniti qui aderant, puerum ſubito ad templum deducunt, ſiſteruntque altaribus. Hic ſacrarium ingreſſus forte dalmaticam vidit veſtem, in cujus limbo ſimulacrum inerat Virginis auro intertextum. Converſus ad matrem puer dalmaticamque complexus, ſimulacrum digito oſtendens: Mater*, inquit, *mater, hæc mihi cythbam porrexit in fonte, hæc opitulata eſt: nec aliquanto ſpatio adduci potuit, ut inde diſcederet. Id miraculum non clam fuit: oppidani omnes, & & exanimem reviviſſe puerum, & quæ de dalmatica dicta ſunt, qui per ætatem ſuperſunt, atteſtantur. Sacellum in fonte Virginis erectum eſt miraculi monumentum. Parentes expectato biennio, quo ætas paullulum confirmaretur, puerum ſacris initiarunt profeſſum divi Auguſtini ordinem.*

In pueritia lapſus in fontem ac ſuffocatus.

Virginis ope ad vitam revocatus.

Subdit pluribus, ut monaſtica apud Auguſtinianos diſciplina excultus, tum in literis tum in pietate magnos progreſſus fecerit: cumque geſſiſſet in ſacro illo ordine graviora munera, tandem ob virtutum claritatem a Pio dignitate donatum fuiſſe cardinalitia, in qua probitatis exemplo præluxiſſe ita deſcribit: *Privatas cærimonias intermiſit nunquam, preces hora-* CXII.

rias

NOTÆ [1] Denatus eſt hoc anno die XXII. julii Alexander Oliva Saxoferratenſis ex Auguſtiniani ordinis monacho S. R. E. cardinalis a Pio II. renunciatus. Pium viri hujus obitum ex Gobelini commentariis perſequitur Annaliſta. Res geſtas hiſtorici ætatis illius fere omnes narrarunt, ex quibus eruo anno 1413. ſeptennem adhuc religioſas veſtes induiſſe; anno vero 1437. Marchiæ Anchonitanæ provincialem præſulem in comitiis ſui ordinis dictum, ab anno 1452. uſque ad 1458. congregationis Peruſinæ ſummum præſidem ſeu ut appellant vicarium ſupremum egit. Sequenti vero anno 1459. ſupremi moderatoris munere ordinem univerſum gubernavit. Ex eminenti illa dignitate anno ſequenti 1460. ad purpuram accitur, creditamque a pontifice Camerinenſis epiſcopatus adminiſtrationem, non vero epiſcopatum ipſum obtinuit. Tantum viro decus promeruit morum ſanctimonia inſignis cum ſcientia ſingulari conjuncta. De ſanctimonia lege Annaliſtam hic, ſcientiæ vero exhibent teſtimonium ſermones de verbo Chriſti centum, adjectis aliis de cœna cum apoſtolis, ſicut & de peccato in Spiritum S. & orationum librum ſingularem teſte P. Dominico Antonio Gandolfo Genuenſi in diſſert. hiſtoric. de Auguſtinianis ſcriptoribus ante concilium Tridentinum. Mansi

Pia illius vita.

rias non abſorbebat, et facimus plerique omnes: teſtor hoc ſacratiſſimum, in quo ſumus, templum ſingulis diebus ſex illum horas ſolitam conſumere in officio exolvendo adeo verbum ſe jungebat verba, clauſulam clauſula dirimebat pondere vocis raro & aperto. Audiebat miſſas tardiuſcule, cum eſſet liber, nec antea quam, qui conveniſſent aliquid actari, audiſſet omnes. Interrogatus cur ita faceret, quoniam, inquit, ad opus Dei expeditum accedere oportet non involutum negotiis, pendebat in miſſa attonitus, collacrymabat, nonnunquam extra ſe rapi videbatur: quum quid eſſet non recte curatum a ſuis. In miſſa celebranda illud ſemper afferebat, ut erat objurgatio: Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter. Feſtum occurrebat nullum, in quo ſuos non hortaretur ad quiete honeſteque vivendum: hac duo petere ſe a ſuis ajebat concordiam & honeſtatem, cætera omnia ex arbitrio permittere, familiarem, quod in æde ſacra fœminam ſalutaſſet, domo ejecit.

Suorum crimina lugere ſolitus.

Cum quid audiret commiſſum a ſuis flagitii erumpebat in lacrymas, ſeque e conſpectu triſtiſſimus eripiebat. Menſa parca, & proxima privatæ. Et infra: *In cœna, & prandiis aut ſacra hiſtoria, aut homeliæ ſanctorum perpetuo menſa legebantur: ubi ſi quid eſſet ſcriptum dubiaſcule ipſe interpretabatur, cæteris in rebus ſilentium erat: prandium diſputationes quotidianæ excipiebant: de rebus ſacris porro quæſtiones duas in horas trahebantur, nunquam minus quam in unam.* Paucis interjectis addit, ut cum externa pompa occultam auſteritatem conjunxerit.

CXIII. Vitam acerbiſſimam cum externa pompa conjungit.

Interniitebant continentibus pannis parietes, ipſo aſſiduo cilicio premebatur. Stabat pro foribus lectus pluma purpuraque instratus, ipſe nunquam niſi quotidiana in veſte dormivit, habitu illo cucullari ne in morte quidem intermiſſo: pannis lineis uſus eſt nunquam: foris faſtum & delitias oſtentabat, intus ſe quotidianis afflictamentis emacerabat. Imminentem ſibi mortem, antequam decumberet, divinitus ipſum prænuntiaſſe refert author; ſubditque; *Sepulchrum erigi clam juſſerat in ſerinii ſpeciem, ita ut aperiri facile poſſet: intus imago inerat depicta Cardinalis mortui jacentis ac habitu oris & veſtium, his lineamentis, quibus ipſe erat, inſcriptumque in interiori latere ſepulchri.*

Noviſſima diligenter recolere ſolitus.

In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & non delinques in æternum, id ſepulchrum ipſi neſciebamus, ſcrinium ſtipatarium rati: pistor eo mortuo confeſſus eſt ſe jurejurando adactum, ne cui patefaceret. Aperiebat autem, ut poſtea cognitum eſt, quoties oraret, ibique ſpeculabatur. Addendus aliis inſignibus viris Blondus Flavius natione Forliviensis egregius hiſtoriarum ſcriptor, qui hoc anno obiit (a), quique ab Honorio & Arcadio Cæſaribus (cum inclinaſſe Romanum Imperium memorant) ad ætatem ſuam univerſalem hiſtoriam (quæ nobis in conſcribendis annalibus fuit uſui) propagavit; Eugenio IV. Pontifici, cui ab epiſtolis erat, acceptiſſimus.

Blondus hiſt. obiit hoc anno.

(a) *Gob. Lit.*

CXIV. Ad tuendum apoſtolicæ dignitatis ſplendorem revocavit hoc anno Pius publicis literis (b) univerſa ſcripta, quæ olim pro Baſileenſi conciliabulo adverſus Eugenium IV. ſediſque pontificiæ auctoritatem temere ediderat.

(b) *Ext. in bull. in Pio conſt. 10.*

Dilectis filiis rectori, & univerſitati ſcholæ Colonienſis.

Pii retractatio.

In minoribus agentes non ſacris ordinibus initiati, cum Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale concilium facere, & univerſalem Eccleſiam repræſentare ajebant, dialogorum quemdam libellum [1] *ad vos ſcripſimus, in quo de auctoritate concilii generalis, ac de geſtis Baſileenſium, & Eugenii Papæ contradictione ea probavimus, vel damnavimus, quæ probanda, vel damnanda cenſuimus, quantum capiebamus, tantum defendimus aut oppugnavimus, nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus: exiſtimavimus bene agere, & recta incedere via, nec mentis noſtræ aliud erat objectum, quam publica utilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? ſapientem, inquiunt philoſophi, nunquam errare, verum eſt: at qui ſapiens niſi bonus, quis bonus niſi ſolus Deus:* Omnes

NOTÆ [1] Animadverſione dignum hic cenſeo dialogorum librum iſtum, quem Pius ſcripſiſſe ſe perhibet de authoritate concilii generalis, de geſtis Baſileenſium, & de contradictione Eugenii papæ, quemque idem Pius ſua hac bulla damnat & reprobat; ita plane intercidiſſe, ut inter opera Æneæ Sylvii ſemel iterum, & ſæpius recuſa nullibi appareat. Quamquam enim inter ejus opera legitur commentarius de Baſileenſi concilio, quo res ab eo geſtas, non quidem ab exordio, ſed eo jam incœpto perſequitur, commentarius eſt tamen conſtanti oratione non vero interciſa ut mos eſt dialogorum, deſcriptus; ex quo intelligimus cenſuram hanc Pii lucubrationem plane diverſam ferire. Inter epiſtolas etiam ejus pontificis quædam occurrunt in quibus Eugenio inſtat adverſarius, cujuſmodi eſt epiſtola ad Joannem Carvajal tunc *oratorem* apoſtolicum, dein S. R. E. cardinalem, ſed illa, nec epiſtolæ modum ſuperat, nec in dialogi more contexitur. Supereſt ut interiiſſe opus cenſeatur, cum nec in codicibus mſſ. quorum nonnullos ſervat bibliotheca canonicorum S. Martini, quæ cathedralis eſt Lucenſis eccleſia, occurrat.

Libellum vero quem a ſe de *amore* conſcriptum idem Pius in epiſtola hic in annalibus recitata dolet, nullum eſſe alium cenſeo, præter hiſtoriam de Euriali & Lucretiæ amoribus, qui inter ejus epiſtolas alicubi impreſſas legitur. Mansi

declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum; inquit propheta regius: declinavimus & nos ab utero matris: erravimus in invio, & non in via: ambulavimus in tenebris, & procul a vera luce receſſimus; nec nobis tantum erravimus, alios quoque in præcipitium traximus, & cæcis ducatum præbentes cæci cum illis in foveam recidimus.

Demiſſio illius in agnoſcendo errore.

CXV. Scripta Baſileæ damnat.

Forſitan & aliquos ex nobis ſcripta noſtra decepere, & in devia deduxerunt, quorum ſanguinem ſi de manibus noſtris requiſierit Dominus, non habemus quid reſpondere poſſimus, niſi nos ut homines peccaviſſe, qui arbitrantes rectum iter oſtendere, obliquum monſtravimus. In miſericordia tantum Dei ſpes noſtra ſita eſt, quæ ſuper omnia opera ejus eluceat: ſed haud quaquam ſatis fuerit divinam miſericordiam implorare, & dicere: Parce Domine, parce peccatis noſtris, niſi pro viribus vulnera, quæ diximus veritate curare nitamur, & ſicut eſt in fabulis, ſaritta, quæ vulneravit, afferat opem; ſive ut canit Eccleſia, medelam inde ferat hoſtis unde læſerat. Mortem quidam prius ſibi conſciverent, quam videri velint aliquando male ſenſiſſe: & nonnulli, ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant, & dum minimam tolerare honoris jacturam nequeunt, totum abiiciunt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hæreſes, qui ne appareant inconſtantes pertinaces efficiuntur, ſuperbiſſime hoc agunt, qui videri dii non homines volunt, quales Conſtantiæ combuſti ſunt noſtra ætate in magno conventu Hieronymus & Joannes hæreſiarcha.

Plures evadunt pertinaces ne inconſtentes videantur.

CXVI. Nos homines ſumus, & ut homines erravimus, neque imus inficias multa, quæ diximus, ſcripſimus, egimus damnari poſſe: verum non ut Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtorius & alia blaſphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus: ſeducti peccavimus ut Paulus, & ignoranter perſecuti fuimus Eccleſiam Dei, & Romanam primamque ſedem: propter quod proſtrati ante oculos divinæ pietatis ſupplices oramus: Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet male dictorum ſcriptorumque vehementer pœnitet: plus ſcripto quam facta nocuimus. Sed quid agamus? ſcriptum & ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum: non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quæ in multas inciderunt manus, & vulgo leguntur. Utinam latuiſſent, quæ ſunt edita, nam ſi futuro in ſæculo manſerint, aut in malignas mentes inciderint, aut incautis fortaſſe ſcandalum parient, qui hæc ſcripſit, inquient, in beati tandem Petri cathedra ſedit, & Chriſti ſalvatoris vicariatum geſſit: ita ſcripſit Æneas, qui poſtea ſummum pontificatum adeptus Pius II. appellatus eſt, nec invenitur mutaſſe propoſitum: qui eum elegerunt & in ſummo apoſtolatus vertice collocarunt, ab iis ſcripta ejus approbata videntur. Verendum eſt, ne talia noſtris aliquando ſucceſſoribus obiiciantur, & quæ fuerunt Æneæ, dicantur Pii, atque ab ea ſede authoritatem vendicent, adverſus quam ignoranter latraverunt.

Futuro periculo providentiſſime ſapienter a Pio.

CXVII. Cogimur igitur, dilecti filii, B. Auguſtinum imitari, qui cum aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit, humilis & probatiſſimi vir ingenii, qui ſuas ineptias verecunde confiteri, ac corrigere, quam impudenter defendere maluit. Idem & nos facimus, confitebimur ingenue, ignorantias noſtras, ne per ea, quæ ſcripſimus juvenes, error irrepat, qui poſſit in futurum Apoſtolicam ſanctam ſedem oppugnare, nam ſi quem decuit unquam Romani primique throni eminentiam & gloriam defendere ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine ullis meritis prius, & miſeratione Deus ſola diſpenſatione ſua ad B. Petri ſolium, & dilectiſſimi filii ſui domini noſtri Jeſu Chriſti vicariatum evocavit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem ullam præſtetis, quæ ſupremam Apoſtolicæ ſedis authoritatem quovis pacto elidunt, aut aliquid aſtruunt quod ſacroſancta Romana non amplectitur eccleſia: ſuadete omnibus, ut id ſolum præ cæteris venerentur, in quo ſalvator dominus ſuos vicarios collocavit, & quod beati Apoſtoli Petrus & Paulus ſuo ſanguine dicaverunt: nec putetis divinam providentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creavit, inordinatam reliquiſſe militantem Eccleſiam, quæ cum ſit ſponſa Chriſti profecto a Deo eſt, & ordinem habet, dicente Apoſtolo, quæ ſunt a Deo ordinata eſſe.

Sumptum ex Auguſtino exemplum.

Suſpiciendus ordo in eccleſia inſtitutus.

CXVIII. Requirit autem ordo, ut inferiora a ſuperioribus gubernentur, & ad unum tandem perveniatur tamquam principem, & & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt. Sicut grues unam ſequuntur, & in apibus unus eſt rex, ita & in Eccleſia militante, quæ inſtar triumphantis ſe habet, unus eſt omnium moderator & arbiter Jeſu Chriſti vicarius, a quo tamquam capite omnis in ſubjecta membra poteſtas & authoritas derivatur, quæ a Chriſto domino Deo noſtro ſine medio in ipſum influit: nec profecto in alium tamquam ſui exercitus ducem ſupremam authoritatem Chriſtus principaliter derivaſſet, quam in ſuum vicarium, qui primus fuit Petrus cui commiſſam novimus dominici gregis curam, nec duos pluresve Petros evangeliſtæ commemorant, nec duos aut plures inſtituit Dominus, qui ſuum locum tamquam

ca-

capita tenerent æqualia, ſed unum conſtituit, ac verticem, ac ducem, & paſtorem univerſi gregis Simonem Petrum, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlo. *Et:* Paſce oves meas: *Quæ nulli ſeorſum dicta leguntur niſi Petro, ut in Petra unitas & ſumma contineretur auctoritas: nec alius a petra dictus eſt Petrus niſi Simon, ut intelligeremus unicum eſſe veræ, & ſolidæ petræ, id eſt Chriſti, ut Paulus exponit, locumtenentem Simonem Petrum, qui ſolus pro Domino in periculo conſtituto exemit gladium. Petrus igitur, & ſucceſſores ejus Romani Pontifices primatum in Eccleſia tenuerunt, & nos hodie, quamvis indigni, ſola Domini voluntate digni tenemus: & quicumque Romanæ ſecundum canonicas ſanctiones præficitur eccleſiæ, quamprimum electus eſt in ſacro collegio, ſupremam a Deo poteſtatem ſine medio conſequitur, & per ordinem in univerſam diffundit Eccleſiam: cujus peccata divino judici punienda relinquuntur. Si quid adverſus hanc doctrinam inveneritis aut in dialogis, aut in epiſtolis noſtris, quæ plures a nobis ſunt editæ, aut in aliis opuſculis noſtris [multa enim ſcripſimus adhuc juvenes] reſpuite atque contemnite, ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis, quam juveni credite, nec privatum hominem pluris facite, quam Pontificem: Æneam rejicite, Pium recipite: illud gentile nomen parentes indidere naſcenti, hoc Chriſtianum in apoſtolatu ſuſcepimus. Dicent fortaſſe aliqui cum pontificatu hanc nobis opinionem adveniſſe, & cum dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud ita eſt: longe aliter actum.*

Petri primatus confirmatur.

A quo, & quando accipiat authoritatem ſummus Pontifex.

CXIX. *Audite, filii, converſationem noſtram: brevis narratio erit, quæ vobis, quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & objectioni faciet ſatis. Anno ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico Capranica, quem Martinus V. in ſecreto conſiſtorio Cardinalem creaverat, Eugenius IV. ſpreverat, Baſileam petivimus, ibique concilium inchoatum invenimus, verum ab Eugenio revocatum, quamvis congregati noluerant obedire aſſerentes jam inceptum concilium ſine conſenſu patrum, qui conveniſſent, haud quaquam potuiſſe diſſolvi. Julianus aderat S. Angeli Cardinalis natione Romanus moribus & doctrina conſpicuus: is, cum cæteris præſtaret, audita Eugenii revocatione præſidentiam dimiſit, cum quam ſummo Pontifici vellet obedire: ſed cum augeſceret in dies, Eugenio vel invito, concilium, ſed cum multi ex diverſis regionibus epiſcopi, & Regum legati advenirent, Cardinales quoque ex Romana curia profugi in dies nonnulli concurrerent, præſidentiam reſumpſit, & auctoritatem concilii mirum in modum attollens eminentiam primæ ſedis ſupprimere cupit, veniente Eugenii legatos, poteſtatem Romanorum præſulum magnificantes, apparenter confutavit, & cum eſſet facundiſſimus facile perſuaſit auditoribus, quæ cupiebat. Cardinales ex urbe profecti Eugenio infenſi, vitam ejus moreſque carpebant. Accedebant in horas catervatim novi curiales, qui ut eſt omnis multitudo maledica, & inimica principi Eugenii nomen modis omnibus lacerabant. Nos qui ex patria juvenes non ex urbe illuc migraveramus, & nova tum primum avis ex Senenſi gymnaſio evolaveramus, rudes & inexperti vera eſſe arbitrabamur quæcumque dicebantur, nec putabamus mentiri alios, qui neſciremus ipſi mentiri, atque, ut eſt innatum homini, tetra & horrenda crimina odio habebamus, nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique teſtes indignum pontificatu dicerent. Aderant legati Pariſienſis ſcholæ, cujus eſt fama percelebris; affuerunt & aliquando veſtri, & aliorum ſtudiorum Germanicæ nationis oratores, & uno cuncti ore concilii generalis auctoritatem ad cœlum efferebant: de poteſtate Romani Pontificis pauci erant, qui loqui præſumerent: omnes, qui publice loquebantur, prurientes auribus multitudini applaudebant.*

Julianus Card. imprudenter diſſidia Baſileenſium auxit.

Acceſſit & ipſius Eugenii conſenſus, qui diſſolutionem concilii a ſe factam revocavit, & progreſſum ejus approbavit. Cum reconciliata ſynodus Eugenio videretur, & pax Eccleſiæ data, præterita enim omnia per duas literas concilii patres Eugenio ſeſe remiſſuros, & pedes ejus tanquam B. Petri exoſculaturos promiſerant, ſi revocata diſſolutione concilio curſum permitteret, atque illi cohæreret; novæ interceſſere diſcordiæ, cum aliis de rebus tum potiſſime ſuper tranſlatione concilii, Græcorum cauſa, in alium locum, Eugenius in Italia non ſine ratione concilium petebat, popularitas ſynodalis tranſire montes horrebat, & in Avinione aut in Sabaudia locum deſiderabat. CXX.

Advenerunt per id temporis duo viri ex Italia Baſileenſe concilium, Nicolaus Panormitanus archiepiſcopus, & Ludovicus Pontanus Apoſtolicæ ſedis notarius Alfonſi magni Regis oratores, qui velut duo orbis ſydera, ut pontificii juris & totius civilis ſapientiæ duo præcipua lumina, & clariſſima cenſebantur: hi dictis ſcriptiſque concilii geſta probabant, Eugenii facta damnabant, nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? audita potuimus non diſcere? rude nimis ingenium eſt, quod per ſingulos dies audita & inculcata non capit: quales magiſtri ſunt, tales diſcipuli evadere ſolent: paucos invenias Ariſtoteles, qui Platonica non ut de- CXXI.

Aragonii oratores turbas auxere.

ſtruere dogmata : Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum; *inquit Dominus, nec nos magiſtrum potuimus ſuperare : Julianus nobis, & Nicolaus, & Ludovicus, & alii complures fuere magiſtri, ſchola Baſileenſis erat venter, in quo raro aliquis Eugenii cauſam defendit : adverſus concilii dignitatem mutire aliquid crimen hæreſis fuit : una omnium vox concilium Eugenio præferebat : de ſedis apoſtolicæ præcellentia aut ſilentium aut contemptus.* Concilium, concilium *cuncta ſonabant.*

Gravia in Baſileenſi conciliabulo offendicula.

CXXII. *Didicimus ergo quæ audivimus, & poſt aliquot annos exiſtimantes nos aliquid eſſe, diximus, ut eſt apud Satyricum :* Semper ego auditor tantum nunquamne reponam ? *Pudnit ſemper diſcipulum agere, ſubtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui & magiſtri perſonam induimus ; ſcripſimus epiſtolas, & opuſcula : hoc omnibus paſſim datur, docti, & indocti ſcribunt, & quæ ſcripſit ipſe nemo contemnit, niſi editionis fervorem tempus extinxerit : nobis placebant ſcripta noſtra more poetarum, qui poemata ſua tanquam filios amant : nec Baſileæ quemquam invenimus, qui ea damnaret ; probant enim ſimilia ſimiles : plaudebamus nobis ipſis, & in editionibus noſtris gloriabamur, & quamquam poſtea Eugenius concilium in Italiam tranſtulerit, & cum Græcis Ferrariæ ac demum Florentiæ convenerit, quamquam Julianus S. Angeli, & Joannes S. Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defeciſſent, quamquam pauciſſimi in fide Baſileenſi remanſiſſent, noluimus tamen credere exiſtimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent, & cum nihil haberemus, quod nobis auferri poſſet, perſeverandum putavimus, ne partem, quæ verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Manſimus igitur Baſileæ quoad Eugenio, ut credidimus, juſto judicio depoſito, Amadeus Sabaudienſis ſuffectus eſt, & Felix V. appellatus, quem non ut idolum, quod erat, ſed tanquam verum Chriſti vicarium venerati ſumus, nihil ad hæc ſiniſtri putantes interceſſiſſe.*

Damnat temeritatis & imperitiæ Pius ſua ſcripta.

Agnoſcit Amedeum fuiſſe antipapam.

CXXIII. *At cum Fridericus Romanorum Rex Aquiſgrani coronatus, demum repetens Baſileæ tranſitum feciſſet, rogataſque ad Felicem illic præſentem accedere nullo pacto perſuaderi potuiſſet, ut honorem ei tanquam Romano Pontifici exhiberet, aut publice cum eo verba miſceret ; tum primum conſideravimus poſſibile eſſe, quod partem erroneam ſequeremur, quando Rex Imperator Romanorum futurus in tanto negotio dubius eſſet, & ad Eugenium inclinaret magis, multum & ſæpe inter nos ipſos cogitavimus, quis eſſet modus inveniendi verum ; nunquam enim voluntate erravimus, rogati in familiam Friderici tranſire non renuimus. Erat tunc ille cum tota Germania neutralis, concilium Baſileæ irritum dicebant eſſe Germani, & idolum ejus reſpuebant, nec Eugenio nec Baſileenſibus plene obediebant : placuit ad neutrales tranſire, ut verum apud eos liberius audiremus, & ſi recedendum eſſet ab uno extremorum, per aliquod medium tranſiremus ad alterum, & eorum judicium ſpectaremus, qui non eſſent affecti cauſæ. Manſimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audivimus opiniones. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, ut concordia facilius inveniretur, non ex conſilio Solanis, qui tumultuante civitate extorrem fecit eum, qui ſine parte remanſit. Multa inter neutrales didicimus, quæ nos ante latebant, Eugenium falſo de multis accuſatum invenimus, Cardinaleſque, qui Baſileam venerant, ob privatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe : qui tamen cuncti poſtea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt.*

Eugenius falſo accuſatus.

CXXIV. Addit Pius, quod antea ſuo loco inſeruimus, per id tempus Julianum Cardinalem S. Angeli Hungariæ legatum Viennam acceſſiſſe, ſeque ab illo monitum, ut qui errantem ſecutus eſſet, recta monentem ſequeretur : cumque Nurembergæ pro veteri conjunctione reſtituenda conventus Germaniei habiti eſſent, & decretum, ut Cæſar Pontificem ad novum concilium Conſtantiæ indicendum hortaretur, ac Baſileenſes pariter adduceret, ut eo ſe transferrent ad pacem eccleſiaſticam redintegrandam, recuſaſſent vero id Baſileenſes, tum exclamaſſe Thomam Aſſelbachium inſignem theologum, conſtare Baſileenſes Spiritu Sancto non duci, qui adeo æqua poſtulata reſpuerent, idemque plures doctrina, & ſanctitate illuſtres viros dixiſſe ; ac tum ſe his dictis percitum, oculos ad veritatis lucem intuendam extuliſſe, ſubditque : *Caligo tandem ab oculis noſtris cecidit, quæ velut aranearum tela verum cernere impediebat, recognovimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſileenſe dogma rejecimus, Eugenio Pontifici maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati eccleſiæ Romanæ doctrinam ejus imbuimus, & illud Hieronymi diximus :* Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri communione conſocior : ſuper illam fundatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum dominicum comederit, profanus eſt : ſi quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio ; *eramuſque adhuc penes laici, quando ad Eugenii obedientiam rediimus ; ex Baſilea clericali tantum charactere inſigniti receſſimus, nec unquam ſacros imbuimus ordines niſi poſt veritatem cognitam, Baſileenſium civitate relicta. In Auſtria minores ordines, ac ſubdiaconatum, & diaconatum recepimus, in urbe ad presbyteratum pervenimus. Hæc eſt converſatio noſtra, per*

Æneæ Sylvii a ſchiſmate converſio.

Ut ſe ſubmiſerit Eugenio.

hoc

hos gradus e tenebris ad lucem migravimus : ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Sarazanus theologicæ ſapientiæ celebratus, ac acutiſſimus interpres, qui poſtea in ſummo collocatus apoſtolatu Nicolai V. nomen accepit. His auctoribus unam Eccleſiam catholicam, & Apoſtolicam eſſe dicimus matrem omnium fidelium, extra quam non invenitur ſalus, ſponſam Chriſti immaculatam, in qua omnes, qui militant finem ſibi proponunt vitam æternam. Affert deinde plura argumenta ad confirmandam pontificium primatum a Chriſto inſtitutam; cum hanc S. Bernardi ad Eugenium III. ſententiam.

CXXV. Argumenta graviſſima quibus pontificia authoritas confirmatur.

Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt. Sunt, & alii quidem cœli janitores, & gregum paſtores; ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius utrumque præ illis nomen hæreditaſti. Habent illi aſſignatos ſibi greges, ſinguli ſingulos: tibi univerſi crediti uni ſunt; nec modo ovium, ſed & paſtorum tu unus omnium paſtor. *Hæc Bernardus ad Eugenium III. ſcribit, cui ſupremam & omnimodam in Eccleſia poteſtatem concedit. Quod ille de tertio teſtatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus aliis Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis eſt authoritas. Liquet igitur unum in Eccleſia caput eſſe & unum principem, quia pax populi ex uno rectore dependet, & pluralitas principum diſcordiam parit. Chriſtus Eccleſiæ ſuæ in ultimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendavit; dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt monarchicum ſub B. Petro, & ſucceſſoribus ejus adminiſtrari cuncta præcipiens, clavibus illi commiſſis, & cura gregis demandata.*

CXXVI. Pii de ea publica profeſſio.

Hæc nos, de Romani Pontificis authoritate & poteſtate ſentimus, cui & congregare generalia concilia, & diſſolvere datum eſt, qui etſi filius eſt propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & ſicuti filiationis cauſa venerari debet Eccleſiam tanquam matrem, ita & prælationis cauſa præfertur ei ut paſtor gregi, præceps populo, rector familiæ: cum his & generalis concilii authoritatem, & poteſtatem complectimur, quemadmodum & ævo noſtro Conſtantiæ, dum ibi fuit ſynodus univerſalis, declaratum definitumque eſt. Veneramur enim Conſtantienſe concilium, & cuncta quæ præceſſerunt a Romanis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus approbata, inter quæ nullum invenimus unquam fuiſſe ratum, quod ſtante Romano indubitato præſule abſque ipſius authoritate convenerit, quia non eſt corpus Eccleſiæ ſine capite, & omnis ex capite deſluit in membra poteſtas. Hæc noſtra ſententia eſt, filii, hoc credimus & profitemur, hæc jam ſenes, & in apoſtolatus apice conſtituti pro veritate aſſerimus: ſi qua vel nobis, vel aliis conſcripſimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa tanquam erronea, & juvenilis animi parum penſata judicia revocamus, atque omnino reſpuimus. Datum Romæ apud S. Petrum vi. kalend. maji anno MCDLXIII.

CXXVII. Retractatio alterius libri. (a) Pius II. ep. 395. Non tutum eſt cupidinum illecebras explicare ſub ſpe fructus moralis.

Revocavit etiam Pius libellum a ſe in juventute conſcriptum, cum puritati morum adverſari videretur, de quo hæc habet in literis (a) ad Carolum Cypriacum: *Tractatum de amore olim ſenſu pariterque ætate juvenes cum nos ſcripſiſſe recolimus, Carole fili dilectiſſime, pœnitentia non modica pudorque, ac mœror animum noſtrum vehementer excruciant, quippe qui ſciamus, quique proteſtati expreſſe fuimus, duo contineri in eo libello, apertam videlicet ſedibus, laſcivam nimis prurientemque amoris hiſtoriam: & morale, quod eam conſequitur, ædificans dogma: quorum primum fatuos atque errantes video ſectari quam plurimos: alterum, heu dolor, pene nullos: ita depravatum atque obfuſcatum infelix mortalium genus. De amore igitur, quæ ſcripſimus olim juvenes, contemnite, o mortales, atque reſpuite: ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis quam juveni credite, nec privatum hominem pluris facite, quam Pontificem: Æneam rejicite, Pium ſuſcipite: illud gentile nomen parentes indidere naſcenti, hoc Chriſtianum in apoſtolatu ſuſcepimus.*

I. ANnus poſt Chriſtum natum milleſimus quadriogenteſimus ſexageſimus quartus iodictione duodecima aniverſo Chriſtiano orbi lugubris extitit Pii ſummi Pontificis morte, quum iadictam adverſos Turcas pro reſtituendo orieati Chriſti culto cruceſignatam expeditionem arcano Dei judicio diſturbavit confudirque. Intenſiſſima ſane cura, laboreque indefeſſo ad illam maturandam incumbebat, adeo ut nimiis curis valetudinem adverſam ſibi creaverit, ut narrat Cardinalis Papienſis qui de decreta a Burgundiæ duce, in Turcas profectionem pollicente, legatione, geſtaque anno ſuperiori facta mentione, ſubiicit (a): *Sumpſit ex eo tempore graviores ſolito curas paſtor devotus ad condictam expeditionem feſtinans, ſeque quotidie neceſſitatis inſtruens, ſuper autem ætatem laborans immenuit, agram alioquin valetudinem ſuam, pedum enim & totius corporis acres ſurrexerunt dolores, doloribuſque adjuncta eſt febris: itaque magna inſtauratione opus eſſe medici contendebant ad futuræ navigationis laborem, ea niſi eſſet ante reſumpta, citum prænuntiabat interitum: experti vero non aliunde magis, quam ex balneis illum reſumptum, ſuadere iterum Petriolanas aquas cœperunt, docentes ſine iis conatus ſuos inanes futuros. Auſcultavit conſiliis Pius, quamquam invitus: ac ne per hoc cœptum opus vel paululum tardaretur, anticipans tempus extrema jam hyeme Senam atque Petriolum profectus eſt.* Non ibi ſe quieti otioque dedit, ſed ita indulgebat valetudini, ut ingentes rerum moles volveret, totamque curam in ſacri belli apparatum intenderet, ut oſtendunt plures ejus literæ ibidem exaratæ: inter quas inſignes ſunt (b), quas dedit ad Franciſcum Sforriam ducem Mediolanenſem, quem de profectione ſua, ſuſceptoque a ſe conſilio exponendæ periculis vitæ ſuo pro imperii Chriſtiani ſalute iterum certiorem factum hortatus eſt, ut cruceſignatos per ipſius ditionem iter habituros omni humanitate a ſuis ſubditis excipi juberet, neque illis in commercio fraudem inferri pateretur.

Nimiis curis ſe conficit Pius in Turcici belli apparatu.

(a) Papien. ep. 50.

Ex doloribus arthriticis febrim contrahit.

(b) Ext. apud Æn. Syl. ep. 389.

II. *Hortamur*, inquit, *nobilitatem tuam, cui non dubitamus hoc ſanctum opus cordi eſſe, ut in terris, & dominiis tuis hac facias ordinationes, mandeſque diligentiſſime obſervari, primo ut peregrini omnes, ſive cruceſignati fuerint ſive non, qui ad hanc expeditionem venturi ſunt, in omnibus terris & locis tuis omni humanitate & gratia tractentur, & ſub gravibus & formidabilibus pœnis nemo præſumat eos dicto, vel facto lædere ſeu moleſtare: moneta eorumdem venientium tam aurea, quam argentea & ærea expendantur, & recipiantur, videlicet pro valore, & precio & pondere earum, nec a quoquam poſſint, vel debeant recuſari: victualia cujuſcumque generis, ac panni, & alia utenſilia humano uſui neceſſaria vendantur ſolito precio, nec carius extimentur, quam hactenus conſueverunt: vectigalia, & gabellæ non exigantur ab eiſdem, nec paſſus fluminum, aut portarum, ſeu portuum, & ſcapharum ſolvere compellantur, denique gratis omni humanitate, & beneficentia eos tractari facias, decet enim fideles ad tam neceſſarium bellum pro Chriſto vadentes omni auxilio, ope, & favore proſequi. Datum Petrioli diœceſis Senenſis pontificatus noſtri anno vi.*

Mediolanenſis monitus cruceſignatorum immunitati conſulit.

III. Pro conficienda autem ſacra expeditione Pius e ſingulis urbibus eccleſiaſticis ſubſidia eliciebat, ad quæ populi ſe obſtrinxere pro communi cauſa: at Peruſini varia aucupati diffugia auxiliare aurum non pendebant, nec frumentum mittebant: a quibus ludi verbis non ferens Pius Vintimilienſi epiſcopo Peruſii præfecto imperavit, ut anathema interdictumque eccleſiaſticum ipſis intentaret, ni medio excurrente majo quindecim aureorum millia fiſco inferrent: inſtruebat eo majori ſollicitudine Pontifex neceſſarios ſacri belli apparatus, quo Venetis in Peloponeſo non levis clades illata erat a Turcis, qui dum ſtrenue Corinthum propugnabant, ducem Chriſtiani exercitus peremerant; iis vero auxilium laturi alii Turcæ contracto quindecim militum millium exercitu iſthmi Corinthiaci mœnia a Venetis extructa dejecerant, peninſulamque hoſtili furore pervagati erant. Quibus ex rebus Philippus dux Burgundiæ, cauſas inſtiagendi voti quæritans, tergiverſari cœpit, moraſque trahere, donec aliquo caſu expeditio diſſolveretur. At Pontifex ex eo magis ingentia Venetis adducenda auxilia ad reſtituendam lapſam rem Chriſtianam ratus, graviſſimis hiſce literis (c) Burgundum excitare auſus eſt, ut ſigna moveret.

Peruſini ad pendenda ſubſidia intentato anathemate adacti.

Veneti res in Peloponeſo a Turcis oppreſſa.

(c) Ext. apud Æg. e Roye in annal. Belgicis.

Philippo duci Burgundiæ.

IV. *Literas tuæ nobilitatis accepimus, quibus te oſtendis magnam animo cepiſſe amaritudinem ex iis, quæ nuntiata fuerant, Venetis ſcilicet, ſtragem magnam fuiſſe illatam a Turcis ſidis biſtebat, propter averes excellentiam tuam id, quod a multis affirmatur, eam ob rem non poſſe Venetos ſtatuto tempore paratos eſſe, ut communibus viribus hoſtem aggrediamur. Addit deinde tua excellentia, quod ob multas, ut fit, obortas difficultates in tractatu concordiæ inter chariſſimos filios noſtros Francorum & Anglorum Reges in oppido tuo S. Audomari nec effectum non habuit, ac propterea tranſlatam eſſe dietam ad medium*

Pacis colloquium inter Gallos & Anglos diſturbatum.

fatu-

futuri menſis aprilis, in quo reſumptis tractatibus ſperatur tractatus eſſe concludi, ob id etiam nobilitatem a Regibus ipſis requiſitam, ut diætæ interſit, quoniam te optimum mediatorem exiſtimant, obtuliſſetque eos tuæ excellentiæ, re concluſa, magna pro defenſione fidei ſubſidia: & quoniam non poſſet, ſi ita res geratur, præſtito tempore in hoſtes proficiſci, ſuadet nobis, ut tempus ipſum ad duos ſaltem menſes differatur, interea enim tuam excellentiam, ac Venetos melius parari poſſe, & demum ſecuta inter Reges concordia magna eorum auxilia ſe in hoſtes ducturam, quam tamen dilationem ad judicium noſtrum totam remittit.

V. Burgundus monitus de Venetorum clade a Turcis accepta.

Non dubitamus, fili dilectiſſime, mentem tuæ excellentiæ perturbari, ubi Chriſtianorum ſtragem intellexerit, præſertim ſociorum belli, & ab hoſtibus illatam eſſe; id enim boni, & religioſi principis eſt fidelium deflere calamitatem, quod & nobis contigit, ubi ſimile nuntium eſt allatum, non quod Venetos exiſtimaremus animo frangi, quos magnanimos cognovimus; ſed quod miſeriti eorum ſumus, qui interempti nuntiabantur, & ſuperbum hoſtem majore animo Chriſtianis inſultaturum verebamur. Verum deinde comperta veritate omnem animi turbationem depoſuimus. Ea ut ſeſe habuerunt, licet exiſtimemus partim noſtris, partim aliorum literis ad hanc diem tuæ nobilitati nota eſſe, tamen pro debito noſtro, & rei claritudine hæc explicare volumus. Non eſt ſtrages neque ea calamitas appellanda, quam Veneti in Peloponeſo a Turcis paſſi ſunt; nec quidquam illis illatum eſt, quo debiliores aut remiſſiores efficerentur, aut ad res exequendas dilatione illis ſit opus. Aggreſſi ſunt Veneti Peloponeſum, ut ſcit tua nobilitas magno animo navale & terreſtre exercitu: clauſerunt eam muro quam celerrime, ceperunt plura ejuſdem regionis loca, quæ Turcis parebant. Corinthum urbem olim nobiliſſimam, & loci natura muniſſimam aggreſſi ſunt oppugnare; ſed cum certamen inſtaret, Turcis ſtrenue ſaxis & ſagittis ſe defendentibus, nox tandem prælium diremit, multis utrimque, ut in oppugnatione moris eſt, ſauciis, inter quos

Ut Corinthus fruſtra oppugnata ſit.

Veneti exercitus dux ſaxo obrutus.

dux exercitus Veneti ictus lapide paucis poſt diebus interiit: nonnulli etiam levi, & nocturna ex improviſo commiſſa pugna hinc inde ſunt interfecti, unde milites Venetorum ab oppugnatione Corinthi deſtiterunt, & ad murum reverſi ſunt. Cumque deinde propter inſtantem hyemem increbreſcerent imbres, & exercitus ventis, & pluviis atque etiam frigore acriter premeretur, quia ſub aperto aere degebat, ac ob id varies milites agitarentur infirmitatibus, viſum eſt illis, qui exercitus curam gerebant, conſultius eſſe, eum ſervare incolumem, & per ſtationes dividere, ac ad hyberna ſub tecta remittere: & ita per loca Peloponeſi, quæ

Propter aeris injurias ab Examilii cuſtodia revocatus exercitus.

antea Venetorum fuerant, & per ea, quæ nuper acquiſierant, ſunt milites diſtributi, & de muro receſſerunt, nullo eos hoſte urgente, nec apparente quidem: inſtrumenta autem bellica omnia in claſſem redacta ſunt, ita ut exercitus incolumis ſervatus ſit, & claſſis & bellica inſtrumenta, atque loca acquiſita ſalva ſunt Venetis. Poſt autem nonnullos dies cum audirent Turcæ, qui in finitimis erant regionibus, exercitum Venetorum a muro receſſiſſe, & ad hyberna conceſſiſſe ingreſſi ſunt Peloponeſum ad numerum quindecim millium, infeſtantes diverſa loca, in quibus Venetorum milites hybernabant, & ubique repulſi ſunt, ac quamplurimi interfecti, ita ut tandem a Peloponeſo diſceſſerint, quod ex copia literarum hic incluſa tua intelliget excellentia.

Quindecim millia Turcarum irrumpunt in Peloponeſum.

VI. Iterum ex ea pulſi.

Non igitur cladem talem paſſi ſunt Veneti, nec aliquid emerſit, quo tardiores effecti ſint, immo vero quotidie ardentiores fiunt. Miſerunt nuper novum capitaneum claſſis Orſatum Juſtinianum, addiderunt etiam alias triremes claſſi, auxerunt etiam terreſtrem exercitum: omnia Venetiis ad bellum hoc fervent, nec punctum quidem temporis amittunt, quippe qui recte intelligunt præpotentem hoſtem eſſe, propterea magnam victoriæ cauſam in acceleratione, & præventione conſiſtere ajunt. Miſerunt ad nos alium oratorem ſuum, ut apud nos ſollicitaret, & nos urgeret; ſed non neceſſe erat, omnia enim poſthabuimus, & habemus, ut huic rei reſervata inſerviamus; hoc unum mentem noſtram occupat, huc animum convertimus, ut ſtatuto tempore videant Chriſtiani populi, nos re ipſa ſervaſſe, quod verbis promiſimus, & cognoſcant ſe a nobis non eſſe deceptos. In diverſis locis, & portubus Italiæ noſtros facimus apparatus, & noſtræ claſſi operam damus: accingunt ſe etiam operi diligenter venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, & ferventer præparant, ne in tempore deſint: nec deeſt nobis adjutor Deus, ut Italia pacata liberius incœptis noſtris intendere poſſimus; quippe poſt diſceſſum oratoris tuæ nobilitatis ſublata eſt in regno Siciliæ magna belli ſuſpicio; nam defuncto principe Tarentino, omnia, quæ ſibi parebant, in ditionem chariſſimi filii noſtri Ferdinandi Regis Siciliæ pacifice, & ſine armis devenerunt, ita ut omnia fere in tuto collocata eſſe videantur, ut ſubventioni fidei omnes liberius intendere poſſint. Sunt ea loca, ut plurimum maritima, & huic expeditioni opportuna, per quæ commeatus, equi, arma, & alia ad bellum neceſſaria facile convehi poſſunt, & Turcis vicina, ex quibus ad illos erit brevis, & opportunus admodum tranſitus, noſtriſque magna ſecuritas. In Hungaria res feliciter proſpereque ſuccedunt. Chariſſimus in Chriſto filius Matthias Rex ardentiſſimo animo bellum ingreſſus univerſum Boſnæ regnum, per Turcos anno ſuperiore occupa-

Collectæ a Venetis novæ vires.

Extincta in regno Neap. nova belli ſuſpicio.

Boſna a Matthia Rege recuperata.

tum

tum recuperavit, quod per exemplum literarum, quod his tranſmittimus, cognoſcet tua nobilitas. Crede, fili mi, non deſeret nos Deus: religioſum, pium, & juſtam cauſam ſuſcepimus.

VII. Pii ad Philipp. ducem Burg. adhortatio.

Quod ergo pie & religioſe cupiſti promptro animo perfice; para te celeriter, & accingere ad arma, ad cauſam Dei, ad defenſionem fidei, ad vindictam crucis contra blaſphemam gentem, ut ſtatuto tempore paratus nobiſcum adſis. Oſtende cunctis nationibus te talem eſſe, qualem cuncti populi prædicant, eum ſcilicet eſſe principem, cujus promiſſa inconcuſſa & intemerata ſint, firma eſſe omnia & ſtabilia, quæ promittis; hoc eſt, quod aliorum Chriſtifidelium mentes, & animos pro fide catholica erigit, cum vident immutabilia eſſe, quæ promittimus. Crede nobis ſi præfinito tempore ibimus, plurimi nos ſequentur. Ad tuas ergo literas redeuntes dicimus non videri nobis utile hanc profectionem aliquo temporis ſpatio differre; ſed diligenter ſervandum eſſe ſtatutum tempus, quod cunctis Chriſtianis populis amodo notum eſt, per omnes enim Chriſtianas nationes miſimus literas apoſtolicas profectionis noſtræ ac tuæ authenticas, quas abſque locorum publicari juſſimus. Miſimus per univerſas nationes nuntios, & oratores, qui requirant Chriſtianos principes pro indicto tempore, qui quoſcumque Chriſtifideles incitent ad profectionem tuam & noſtram, & profectionis tempus palam enuntient: hi omnes ubi rem differri in aliud tempus audierint, verendum eſt ne animo excidant, & tepidiores fiant, promiſſis noſtris pene diffiſi, quod mutata & in aliud tempus tranſlata inſpicerent; nec enim plus fidei habituros eos credendum eſt re in aliud tempus tranſlata, cum viderint nos in tempore, quod in tanti conventus celebritate, ac oratorum & literarum ſolemnitate publicatum & nuntiatum exstitit, defeciſſe; putarent forte ſe deceptos & deluſos, & plurimi in malam partem hoc accipient, & interpretabuntur.

Cur non ſit differenda expeditio.

VIII.

Nos, fili dilectiſſime, ut uno verbo ſummam noſtram abſolvamus, exiſtimamus nil ad præſens periculoſius futurum reipublicæ Chriſtianæ, quam ne dicamus promiſſorum dilationem, ſed etiam quamvis dilationis ſuſpicionem, cenſemuſque maxime operæ pretium eſſe, ſi omnis, quæ forte hac de re ſuſpicio emerſerit, tollatur e medio, omnibuſque notum fiat nihil intentionis tuæ mutatum eſſe, ſed perſiſtere & perſeverare tuam excellentiam in ſanctiſſimo ac piiſſimo propoſito ſuo, te ſtatuto tempore in hoſtes profecturum, nec a promiſſis, ac publicatis ullo modo diſceſſurum. Crede nobis, dilecte fili, multos monſtros habet hoſtes humani generis, & malorum ſator, qui aliter principibus, & populis ſuadere conabuntur; tuæ autem fidei, & integritatis eſt, te talem oſtendere, qualem futurum ſperant qui bene cupiunt. Confirmabis Hungaros, conſolaberis Venetos magna ſpe, qui ubi conſulta, & decreta in aliud tempus differri intelligerent, hac ſpe dejecti, & de nobis diffidentes, veriti ne ſuſpicarentur, ne deſtruantur, forte rebus ſuis aliter conſulerent & auſcultarent oblationibus, quas eis magnas fecit Turca, quod eſſet extremum Chriſtiani populi exitium; nos autem ad præſens conſtantiſſimos eos atque ferventiſſimos reperimus. Accedit quod cum hoſtis noſter potentiſſimus ſit, ſolitus ſemper mature ex hybernis educere, quem & celeritate & præventione, ut diximus, arcere & opprimere poſſemus, daretur ſibi occaſio per hanc dilationem conflandi majores, ac validiores exercitus & milites ad præſidia per diverſa loca diſponendi, & noſtros potentius opprimendi. Eſſet præterea recte conſiderantibus dilatio hæc non duorum menſium, ſed integri anni re vera: nam in fine duorum menſium inſtaret hyems, & finis æſtatis omniſque temporis opportunitas ceſſaret, quod rebus bellicis adverſatur: ad alteram igitur æſtatem rem differri oporteret, quod totum ad utilitatem hoſtium maxime cederet, & in perniciem noſtram.

Additi Burgundo ſacri ſtimuli.

Ne concitatam de ſe expectationem fallat.

Occupandus hoſtis qui celeritate valet.

IX.

Quantum vero pertinet ad concordiam Regum prædictorum: dicimus nobis vix pauca gratiora nunciari poſſe, quam duorum potentiſſimorum Regum Chriſtianorum pacem & concordiam, cum enim, ut decet, nos, & a natura nobis ineſt, pacem amemus, tum maxime, ut ex hac, ut tu ſcribis, magis ſperare debemus auxilia pro defenſione fidei Chriſtianæ, tum etiam ob eorumdem regnorum mutuam amicitiam. Quamobrem tuam nobilitatem obnixius hortamur & requirimus, ut omni ſtudio connecti, ut præfati Reges concordes fiant, & in hac re nihil diligentiæ omittas; ſed quoniam ſine detrimento præſtituti temporis ad profectionem noſtram intereſſe tractatibus concordiæ non poſſet, laudamus & hortamur ut alium loco tui ſtatuas, qui concordiam, ne ſub ſpe certi boni futuri differatur, efficiat: conſultius tamen arbitramur proficiſci ſtatuto tempore, etiamſi certa futura eſſet concordia, propter certiſſima damna & detrimenta Chriſtiano populo imminentia: poterunt enim Reges poſt profectionem tuam concordia facta, quæ voluerint, auxilia ad te mittere, & ita in omnem eventum optime conſultum apparebit. Omnino autem ſtatutum tempus obſervandum eſſe cenſemus, ne qua ſuſpicio mutati animi fidelium mentes invadat per ea, quæ diximus, quod nobilitatem tuam pro innata & ingenita virtute ſua non dubitamus effecturam. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris.

Redigat in concordiam Gallum & Anglum.

X. Genuenſes aliquas naves in Turcas decernunt inſtruere.

Cohortatus etiam eſt Pius Genuenſes, qui octo, vel decem circiter longas naves inſtruere decreverant, ne ob auditam Pe-

lo-

loponeſiacam cladem animum demitterent, neque perturbarentur, immo vires magis intenderent (a): *Audiviſſe*, inquit, *vos credimus, quæ ex Peloponeſo his diebus ſunt nuntiata, & neſcimus an animis eſtis commoti. Non turbetur, filii, cor veſtrum, nec propterea ſegnius ad opportuna incumbite: una calamitas deiicere mentes noſtras non debet, non ita ſancta hæc cauſa, nec ita nomen Italum paſcit: maler cedendum non eſt, ſed duce ſigno vivificæ crucis audentius contra hoſtem miſericors Deus victoriæ viam aperiet: quos defenſiones aliquando videtur deſerere, non quia ſit verbi ſui oblitus, in quo nobis ſpem præbet, ſed ut tentet conſtantiam noſtram, & videat quam ſtabilia ſunt fundamenta cogitationum noſtrarum: perſeverantibus præſto eſt miſericordia ejus, victorem faciens qui putabatur antea victus.* Et infra: *Veneti in diem magis copias, & claſſem inſtaurant, Hungaria Rex, Boſnæ regno recuperato, quod æſtate proxima interfecto Rege erat amiſſum, potenter ſe parat ad reliqua, & cum Venetis trienuali fœdere contra Turcum eſt junctus: nos quoque operamur ſine intermiſſione, quod poſſumus, convocamus in ſocietatem noſtram catholicos principes: ibimus ipſi & ponemus animam pro grege commiſſo.* Ut eoſdem Genuenſes ad jungenda ſocialia arma adduceret, inter alia etiam eſt pollicitus, omnia quæ Genuenſis reipublicæ, vel civium Genuenſium juris fuerant, ſi adempta fuerint ex hoſtibus, ad imperium Genuenſe reditura.

(a) *Ext. apud Jac. Papien. ep. 33.*

De Ungarorum ſucceſſibus & Venetorum apparatu facti certiores.

XI. Conſentiunt dictis pontificiis de rebus in oriente hoc ineunte anno, vel ſuperiori ſe flectente geſtis ſcriptores; nam & Phrantzes (b) refert Ludovicum Lauredanum Venetæ claſſi præfectum in Lesbum feciſſe impetum, ſed a Turcis propulſatum, Corinthum fruſtra tentatum, iſthmumque, male propter celeritatem communitum, fuiſſe deſtitutum, ſubactam tamen ab iis Monembaſiam Venetoque adjunctam imperio. Fere eadem fuſius narrat Calcondyles (c), additque Omarem viginti millibus Turcarum ſuccinctum a Mahomete miſſum, cum audiſſet Venetos ab Iſthmo dilapſos irrupiſſe in Peloponeſum juſſu Mahometis, qui illius veſtigia cum alio exercitu ſequebatur, quamquam ubi Thermopylas acceſſit, atque ab Omare iſthmum occupatum accepit, retro iter in regiam flexerit: cæterum Omarem Argos expugnaſſe, ac præſidiarios Venetos milites vinctos ad Mahometem miſiſſe: irruiſſe etiam in loca Methonæ finitima, & quingentos chriſtianos capto oppido abduci juſſiſſe ad tyrannum, qui in tantum efferatus ſit, ut illos Conſtantinopoli ſciſſo medio ſepto tranſverſo in duas partes diſſecari juſſerit, quo gemina ipſos morte conficeret, quam barbari ſævitiam damnavit brutum animal inſigni prodigio, quod idem author hiſce verbis deſcribit: *Fama conſtans habet, cum cadavera peremptorum Byzantii eo loci eſſent projecta, quo Rex juſſerat, in duas partes conſciſſa, bovem quemdam in eum locum egreſſum, & viſis cadaveribus flebilem in modum vocem mugiendo exaltaſſe, poſtea medietatem unam cadaveris ſuſtuliſſe, deinde reverſum etiam alteram cadaveris medietatem ſuſtuliſſe, & ambas medietates deinceps compoſuiſſe: ſtupentibus autem & mirantibus bovis factum, qui in eo loco erant, evenit, ut ejus rei rumor etiam ad Regem volaret Mecmetem, qui ubi rei veritatem ex iis, qui præſto fuerant, comperit, cadaveris medietates ad eum locum, ex quo eas tulerat bos, reportari, & a ſe invicem diſſitas collocari juſſit, periculum facturus an bos rediturus ſit: at bos iterum in eum locum veniens, ubi abeſſe medietates cadaveris & remotas ſenſit magno clamore redit ad cadavera, fragmenta cadaveris diligenter conquirit, & ab reliquis ſeparatim ponit, Rex eo miraculo obſtupefactus cadaveris medietates ſepulturæ tradi mandavit.* Hæc Calcondyles, qui, paucis interjectis de Hungaricæ expeditionis in Turcas fama, deque Lemno a Venetis occupato, hiſtoriæ ſuæ finem imponit.

(b) *Georg. Phrantz. l. 3. c. 27.*

Lesbo propulſati Veneti. Monembaſia de Turcis recuperata.

(c) *Calcond. de reb. Turc. l. 10.*

Argos expugnata ab Omare. Mahometis horrida crudelitas in captivos Chriſtianos.

Divinitus miſerabili bovis mugitu & facto ſs probata.

XII. Quod ad Hungarorum in Turcas irruptionem attinet, conſona narratis a Pontifice de Boſna Turcis erepta tradit Bonfinius (d), nimirum Matthiam Regem exploratis Jaizenſium animis, qui Turcicum jugum ægre ferebant, advolaſſe cum exercitu, atque urbe potitum: deinde arcem Jaizenſem firmo Turcarum præſidio atque ſitu, machinis, commeatuque munitiſſimam, diu noctuque adortum tandem ad deditionem coegiſſe: tum ſeptem & viginti finitima oppida recepiſſe: his onuſtum trophæis Albam regreſſum, ſacra cœnæ dominicæ die S. Stephani corona aurea a Friderico recuperata, fuiſſe redimitum. Porro Mahometes, cum Boſnam ab Hungaro ſibi ereptam audiſſet, furore inflammatus raptim exercitum collegit, atque Jaizam procurrit: ſed Hungari & Jaizenſes maximo animi robore ſubeuntem in mœnia hoſtem propulſarunt: extractaque obſidione Matthias exercitum ad Mahometem fugandum inſtruxit, cujus adventu barbarus perterritus, relictis impedimentis, ac tormentis æneis in Macedoniam ſe recepit (e): adverſus quem Urſatum Juſtinianum Peloponeſiacis rebus laturum ſubſidia cum valida claſſe a Venetis immiſſum confirmant Veneti hiſtorici (f) ſed rem ab eo parum proſpere geſtam narrat Coccius Sabellicus, dum enim Ægei maris inſulas duarum & triginta triremium claſſe luſtraret, Mytilenæo inſulæ Lesbi metropolim gemina impreſſione adortus, accepta magna clade,

(d) *Bonfin. dec. 3. l. 10.*

Jaiza erepta Turcis a Matthia Rege.

Mahometes a Jaiza propulſatus. Metu Matthiæ impedimentis relictis fugit.

(e) *Id. ib. Ranzan. epito. rer. Ungaric. ind. 31.*

(f) *Juſtinian. Coccius Sabellic. ennead. 10. l. 6.*

in qua deſiderata ſunt quinque Venetorum millia, a Turcis repulſus eſt: cumque obſidionem urgere decreviſſet, auxiliaris exercitus Turcici fama permotus, ſoluta obſidione, in Eubœam vela vertit, ac dein Peloponeſum repetens ex male geſtæ rei dolore confectus obiit.

XIII. De ſubmittendis in Peloponeſum auxiliis a Venetis, conficiendique belli ratione Franciſcus Philelphus in literis ad Chriſtophorum Maurum ducem Venetorum hæc ſcripſit (a): *Inſtituiſtis in Peloponeſum rurſus exercitum mittere equites ad tria millia, pedites ad quinque millia duce Sigiſmundo Malateſta & imperatore, placent ea copiæ, modo ab ea regione abſit Mahometus, quod ejus rei veſtra opera curatum jam audio: ajunt enim Mathiam Regem Hunnorum (hos enim ſunt olim Hungari nomine appellati) expeditionem parare in Turcos & firmam & multam: præterea Scandrum cum viribus ſuis facturum eodem tempore ex Albania impetum adverſus eoſdem hoſtes: ad hæc & Coramanum ex Ciliciibus, & Colchis Ozunem Caſſanum, & Aſpendiorum principem idem facturos. Fieri ſane poteſt, ut hi tres reguli propter acceptas a Mahometo injurias ſe aliquando velint ulciſci, ſed non multum ſpei in iſtorum promiſſis ſtatuendum eſt, nam & infideles ſunt, & Chriſtianis natura inimici, qui cum primum utilem aliquam ſibi a Mahometo conditionem propoſitam viderint indubitato accipient; ita enim aliis temporibus, & cum Amoratho, & cum Ciryce facere conſueverunt, nec illud fugere nos oportet, eſſe Mahometo Coramani filiam uxorem atque ex ea filium: Scander vero bellicoſiſſimus eſt, & inter Turcos diu multumque verſatus, utpote qui a patre ut puer deditus obſes fuerit, habetque ſub ditione ſua populos continuis bellis aſſuetos.* Et infra: *Is autem Scander communi huic Chriſtianorum cauſæ haud parum prodeſſe poterit ad diſtrahendas Turcorum vires potius, quam reprimendas, non enim tantum habet exercitum, qui collatis ſignis ex compoſito ſit cum Turco pugnaturus: ſed per inſidias, & tempeſtivas excurſiones irruptioneſque non mediocre illi detrimentum, vaſtationemque illaturus: erit autem eo ad rem alacrior, quod ſibi, veſtra & communi Chriſtianorum cauſa, mei hujus inclyti principis Franciſci Sfortiæ vires brevi acceſſuras auxilio ſperat; præſens enim curamque aſpexit anno ſuperiore in Apulia quantum ſit ſpei, quantum roboris conſtitutum in equitatu peditatuque Sfortiano.*

XIV. Deſcribit egregie idem Philelphus Turcici imperii ſtatum, atque hoſtiles vires Chriſtianis non formidandas ita oſtendit: *Sunt nonnulli rerum imperiti, qui cenſent Turcis innumerabiles eſſe copias, aſſerentes & quadringenta, & quingenta millia hominum complecti eorum exercitum, cum dicant neminem mirari oportere tantam eſſe Turcorum militum multitudinem, cum ii rei bellicæ jam annos ſeptingentos & amplius ſemper ſtuduerint, ſtudeantque aſſidue, & eorum numerum quotidie magis atque magis creſcere per calamitates cladeſque Chriſtianas. Fateor fuiſſe olim Turcorum copias admodum multas, quo tempore ad Nicopolim Sigeſmundum Regem cum tanta Chriſtianorum pernicie, & Francorum principum ludibrio fuſum fugatumque vicere: nam paulo poſt atrociſſimus Baiſetes ejus impii Mahometi proavus cum millibus firmiſſimorum militum quadringentis peditatuque ingenti, relicta Conſtantinopolitana obſidione, profectus obviam Tomyridi illi Maſſagetæ, qui Tamberlanus eſt cognominatus, in Aſiatica Myſia victus & captus eſt, ac tandem per extremam contumeliam obtruncatus, univerſo pene ejus exercitu aut caſo aut acto in ſervitutem. Ex illa vero tempeſtate quam pauci, Chriſtianorum etiam quorundam beneficio, ex hoſtium manibus Turci dilapſi ex Aſia in Thraciam ſunt tranſvecti, ejuſmodi copias conflare potuerunt, & ex quibus gentibus? ſcimus enim univerſam Aſiam ab Euphrate ad Helleſponti fauces atque Phœnicas, & Syriæ populos, quos ſultanus Ægyptiaca Babylonis oppreſſos tenet, ad Damaſcum uſque, ab eodem Tomyride cunctis populis ſpoliatam penitus, adeo ut hoc etiam tempore innumerabiles urbes, & oppida ſine ullo humano cultu invenias: quæ autem ſub Mahometi tyrannide incoluntur, a novis ſervilibuſque gentibus incoluntur, quas Turcorum reliquiæ ex Europa quotidie paulatim tranſmittunt in Aſia deſertas, habentque pro mancipiis & jumentis, factumque videmus partim vi partim diuturna conſuetudine, ut hujuſmodi ſervi cum fidei pietate ſeipſos abnegarint: ex hac autem hominum colluvione colliguntur milites ad quindecim millia: reliquæ vero Turcorum vires coguntur ex Europa millia hominum quinque ac viginti, non multo minore numero Chriſtiani, qui Turcis ſerviunt, quam genere infideles, quos omnes equites eſſe conſtat & ſagittarios: brevi præterea armatos pelta, harpe, & clava: nam qui haſtas gerunt ſunt admodum pauci, & eos quidem perbreves ac fragiles; non quibus innixi, & quemadmodum noſtri milites, equorum ſtrenuitate curſuque adjuti intolerabili, obvium hoſtem armatumque tranſfodiant, ſed aut intorquendo, aut infligendo lædant. Pedites autem complent numerum duodecim millium, ſcutati omnes atque ſagittarii, quorum nonnulli utuntur lanceis longioribus: hos habet Mahometus tyrannus ad corporis cuſtodiam diu noctuque pro præſidio, & ſuæ ſalutis maxime ſtudioſos, ut qui ad facinorum licentiam, præter ipſum dominum, habent ſuperiorem neminem, cui pareant; nam equitatui duo duces præfecti ſunt, qui Turcorum lingua baſſiades nominantur, alter Aſiatico exerci-*

tui

(a) Philelph. l. 21.

Sigiſm. Malateſta in Peloponeſum miſſus.

Scanderbegi quæ vires fuerint.

Turcicarum virium deſcriptio.

Bajazethis primi quantæ vires fuerint.

Aſia a Tamerlano populis orbata.

Ex Europa in Aſiam ſervi Chriſtiani tranſmitti ſoliti.

Quantæ copiæ ex Aſia, quantæ ex Europa colligantur.

Quis peditum numerus ad cuſtodiam Imp.

tui, alter iis, qui in Europa ſedent: & pedites ipſi quidem, quibus Janiſſaris eſt nomen, quotidie capiunt ſtipendium, alii majus, alii minus pro meritis, & dignitate cujuſque. At equitibus nullum omnino datur ſtipendium, ſed mercedis loco conſtitutæ ſunt villæ aut provincia aliqua, quas ea ratione poſſideant, ut pro redditibus & tributis ſemper præſto ſe offerant, cum expeditione eſt opus.

Equites ſuo ſumptu militant apud Turcas.

XV. *Hic eſt univerſus Turcorum exercitus peditum duodecim millia, equitum vero quadraginta millia, id quod mihi cognitum eſt per eos, qui ſunt ab ipſo Mahometo conſtituti ad deſcribendas atque recenſendas copias: quod ſi quando majoribus eſt opus viribus, conducuntur qui Aſapides dicuntur: hos prædones ac remiges quoſdam eſſe ſcimus, qui acceptis a tyranno ſimul cum ſtipendio iiſdem armis, quibus Janiſſaros inſtructos diximus, in expeditionem eunt: ſunt autem millia hominum ſeptem aut ad ſummum octo: quo fit ut non amplius quam hominum millia vix ſexaginta invenire liceat, qui Mahometum ſequantur in pugnam; nam reliqui omnes, quorum ingentem numerum jactant, paſtores ſunt ex Europa, Myſia, Theſſalia, cæteriſque proximis campeſtribus collecti regionibus, qui ut non pugnent ſequuntur exercitum, ſed ut prædentur: diſcurrunt enim primò maximis cum clamoribus; & quia ſunt inermes [nam præter harpas, vel ſecures potius, & funes quibus captivos vinciant, nihil ferè armorum aliud ſecum gerunt] late longeque vagantur, omnia ferro ignique vaſtantes: quod ſi in viros inciderint, qui non terga, ſed frontem oſtentent, qui manum conſerant, qui honeſtam mortem vita dedecoroſa potiorem ducant, ſe celeriter ex hoſtium oculis proripientes fuga conſulunt, nuſquam gentium conſiſtentes, donec ad montes aliquos aut in tutiores locos ſe receperint.*

Sexaginta circiter bellatorum millia habebat Mahometes. Reliqua turba ignava militiæ.

XVI. *Cæteri vero illi milites, quos ad ſexaginta millia eſſe memoravimus, trifariam dividuntur. Alii enim ſunt Turci genere, & ii natura molles, atque ignavi, planeque Aſiatici. Alii impietatis errore, ut qui ex improbis ſceleratiſque Chriſtianis nefarios teterrimoſque Turcos ſe eſſe voluerunt, natura enim ſunt, magis quam Turci, ad omnem turpitudinem, ad omnem crudelitatem, ad omnem facinoris immanitatem alacriores; nam quibus de anima nulla eſt cura, nullum vitii ducunt, virtutiſque diſcrimen: quare cum ad naturæ pravitatem nequior acceſſerit conſuetudo, nihilo iſtiuſmodi homines belluis præſtant; ſed omnia ad voluptatem referunt, nec quidquam ducunt in bonis præter corporis commoda. Hujuſmodi vero hominum monſtra, quid de ſe magnum poſſint præclarumque polliceri, non intelligo; neceſſario enim fit, ut qui corporis tantum rationem habent, ea vitent omnia, quæ poſſunt corpori eſſe pernicioſa. Quo igitur*

Militum Mahometis alii genere Turcæ.

Alii apoſtatæ nequiſſimi.

pacto fieri poteſt, ut is non meticuloſus ſit, non inconſtans, qui bene videat quod in pugna, & inter gladios atque ſcorpiones incidere, neceſſe eſt, mortem aſſidue verſari ante oculos, ſeque ipſum norit ut infidelibus eſſe ſuſpectum, & fidelibus & rebellem & obnoxium? quamobrem ut is eſt animo incerto ac vario, ita in omnem caſum inconſtantiſſimus.

Tertium genus eſt eorum Chriſtianorum, qui Turcis ſerviunt, & horum quidem ſors eſt admodum miſera, & ærumnoſa, inviti enim aguntur in pugnam: qua igitur animi alacritate manum cum iis conſerant, quos optant fore victores, quo a teterrima, & truculentiſſima ſervitute ſe in libertatem vindicent? quid enim magis infortunatum, quid horribilius, quid abominabilius aut dici queat, aut cogitari quam Turcis ſervire, quibus nullum eſt hominum genus neque abjectius, neque crudelius, neque fœdius: nullum magis ſpurcum, nullum obſcœnius, nullum omnino magis nequam? quam enim in illa barbaria pietatem invenias? quam morum ſanctitatem? quam ullam religionis imaginem? num quis ignorat pietate ſublata, quam nihil aliud eſſe volumus, quam veri Dei cultum, continuo tolli omnem & ſanctitatem & religionem?

XVII. Alii Chriſtiani qui vi coacti ſerviunt.

Addit idem author plura de Mahometis & Turcarum moribus: *Ut eſt inflammatus ira furenſque libidine, humani ſanguinis adeo ſitibundus eſt, ut poculo etiam utatur multa arte confecto, quo inſanior redditur, atrocior fit promptiorque ad cædem. Nullo eſt uni Mahometo carnifice opus, ſuis ipſe manibus & init & obit facinus. Quot enim quotidie nullius culpæ ſuſpicione coram acerſitos aut multis vulneribus pugione transfigit, aut membratim minutatimque trucidat? Quid meminero fortem illum conſtantemque virum Lucam Notaram, quem idcirco una cum filiis duobus Iſabucio, & Joanne illuſtri probitate adoleſcentibus obtruncari juſſit tyrannus perditiſſimus, quoniam ſupplici voce humilique fletu ab eo rogatus eſſet, ne caſtum atque pudicum puerum Jacobum, quem abominabilis raptor ſpurciſſimæ ſuæ libidini deſtinarat, a paternis complexibus avelleret? At erat & captivus & Chriſtianus. Eſto; quid enim non liceat tyranno ſceleratiſſimo? Qua immanitatis ratione, & Nicolaum Cathaluſium principem Leſbi, & Regem Trapezuntiorum David Comnenum cum duobus item filiis, qui omnes ad ejus fidem confugerant, crudeliſſime occidit? Sed qui ſervet alienis fidem, quem perfidum videmus in eos, quos juſta ac ſeipſum tueri debet? Num minore ſævitia ſe gerit in Turcos, ac ſuos? quid fuit in cauſa, quam ob rem Chalis Turcorum omnium poſt ſe primus, & de ſe ut alumnus, ut tutor, ut fortunatiſſimus belli dux quam optime meritus, ſtrangularetur? certe nemo-*

XVIII.

Et crudelitas.

Confugientes ad ſe imp. Trapezuntinum & principem Leſbi occidit.

Altorem & tutorem præfocari juſſit.

morum opumque magnitudo, quod conſcii ejus rei ipſi etiam Turci una voce eodemque ſermone palam fatentur omnes.

XIX. *Audi, obſecro, aliud ſutui hominis facinus. Habebat ſui immundiſſimus puerus quoſdam in deliciis ſorditatis, & nequitiæ ſuæ, quos pluris facere videbatur, quam vitam ipſam, nihil omnino eorum quicquam fruſtra ab ſe petere patiebatur: quos tamen omnes, quo die celebre quoddam feſtumque convivium agebat, idcirco obtruncavit, quoniam vini neſcio quid, quod ex illius ebrioſitate ſuperfuerat, bibiſſent, quaſi famulos deceat continentiores eſſe, quam dominum. Quod ipſum factum adeo poſtea moleſte tulit, ut vix manum ab ſeſe abſtinuerit. Nonne eodem etiam die literas dedit ad Subaſſidem Galatæ, hoc eſt enim & vetus, & proprium illi oppido Genuenſium nomen, quod ſitum e regione Conſtantinopolis Pera idcirco vulgo appellatur, quoniam ſit trans ſinum illum, qui utrique populo portum efficit, eſt autem Subaſſis tribunus militum, cui jubebat, ut Latinos omnes ad unum occideret: quam facinoris atrocitatem cum Subaſſis obſtupeſceret, ob idque periculum retardaſſet, ut qui ad veſperum factum ire conſtituerat quod eſſet imperatum. Interea temporis Mahometus, qui vinum obdormiendo vel concoxiſſet, vel evomuiſſet, per alias literas juſſit, ne, quod modo imperarat, exequeretur.*

Amaſios ſuos ebrios obtruncavit.

Latinos Galatæos trucidari juſſit.

Concocto vino mandatum revocavit.

XX. De ejuſdem Mahometis vitiis, utque fidiſſimos corporis ſui cuſtodes in iras, & deſperationem ad mortem illi inferendam concitarit, hæc memorat. *Mahometus ob vitæ intemperantiam victuſque luxuriam, membris eſt adeo mollibus atque diſſolutis, ut vix equo inſiſtat; nam quo pacto ephippio erecto corpore inſideat, qui homo temulentus morbo comitiali quam ſæpiſſime corripiatur, & ea ſit enervatione articulorum, ut ne ſtupedibus quidem ſatis queat inniti.* Ex infra.

Morbo comitiali obnoxius.

XXI. *Certe unum illud nemini eſt obſcurum, Janiſſaros omnes, quod militum robur firmiſſimum haberet Mahometus ad unum cecidiſſe, una cum iis quampluribus equitibus, qui pugnandi exiſtimabantur præſtantiores; nam quos nunc Janiſſaros ſecum agit in bellum, ex iis adoleſcentibus ſunt conflati, qui a Chriſtianis parentibus abſtracti pueri in Aſia ſunt & aliti & educati; quantum autem in iſtiuſmodi tyronibus fidendum ſit Mahometo & cæteri intelligunt & ipſe expertus eſt; nec enim tibi debet eſſe obſcurum, princeps ſapientiſſime, fuiſſe proximis annis nonnullos Janiſſaros, vel cubicularios potius, quos ſui homo ſtultiſſimus ſtudioſiſſimos eſſe cenſebat (nam quis eum amet, quo nemo eſt crudelior, nemo avarior, nemo ſuperbior, nemo ingratus magis) fuiſſe inquam pleroſque cubicularios, qui de interimendo tyranno conſilium inire, perpetraſſentque cogitata, niſi unus ex conſpiratoribus & Græcus & Conſtantinopolitanus Mandromenus, neſcio quo infelici facto ipſo tempore tam egregium facinus tamque ſalutare e victorum manibus extorſiſſet; ingreſſi enim tentorium probi adoleſcentes vinoſi & ſtertentis domini, cum jam intentis arcubus ſagittas emiſſuri forent, perfidus ille Mandromenus veluti quodam afflatus infeſto ſpiritu exclamat repente. Cave tuæ vitæ here mi Amyra, cave tibi, cave; ſuoque illum conſopitum corpore procumbens protegit: & ita, quod certo perierat, unius Chriſtiani ſervi impietate ſervatus eſt: nam & reliqui impudici adoleſcentes clamore excitati confeſtim auxilium tulerunt, & experrectus tyrannus ſuam funeſtam rabiem generoſo conſpiratorum cruore non tam ſatiavit, quam aluit, nam ex illa hora ea eſt ad cædem redditus alacrior, ferventior, curioſior, immanior, quod omnes ſuſpectos habet, & ſibi neminem fidum putat. Itaque alius intra cubiculum quieſcendi tempore nullus admittetur, qui duodecimum ætatis annum exceſſerit: quis enim non metuat, non arbitretur permagnam ſuo capiti impendere tempeſtatem, qui ſe talem noverit & eſſe & judicari ab omnibus, ut neminem ſuorum ſua morte non modo contaminaturus non ſit, ſed etiam honeſtaturus? &c.* Pluribuſque interjectis ſubiicit.

Janiſſari de occidendo Mahomete conſpirarunt.

Actum de eo erat niſi a Græco excitatus fuiſſet.

Ex eo neminem admiſit in cubiculum niſi duodenuem.

XXII. *Summi Pontificis Pii II. cogitatus ſapientiſſimi extiterunt fortiſſimique conatus, modo ei pareretur ab iis principibus ac Regibus, qui & opibus florent, & viribus: ſed cum extinctus ſit adeo charitatis fervor, ut omnia ſecus factum iri animadvertam, vereor profecto atque pertimeſco, ne quieſcentem, ut ita dixerim, lupum in Chriſtianum gregem irritaverimus: quinquaginta, inquam, millibus exercitatorum militum opus eſt ad tantum, tam teterum, tam periculoſum, tamque horrendum, atque funeſtum bellum: ad quod conficiendum atque profligandum ſoli Hungari ſatis ſunt, modo tempeſtive pecuniis ſint adjuti, nam expectare decimas vigeſimaſque, & trigeſimas pacatorum eſt tranquillorumque populorum, non eorum, quorum fores pulſantur ab hoſtibus, qui ante oculos vident vibrari gladios, & omnia cædibus flammiſque miſceri: totum hoc munus Venetorum eſt, qui & facultatibus prææ Chriſtianorum omnium valent, & inter omnes inter ſe ſunt, eodemque conſenſu ſancto, ac pia.*

XXIII. *At claſſem paratis ingentem & validam, rem certe pulchram, & memoratu dignam; ſed ut futuram vobis utilem fortaſſis, ita parum detrimentum Turcis illaturam; quid enim aliud iſtiuſmodi claſſe ſitis conſecuturi, quam & maris a prædonibus, & earum urbium atque oppidorum, quæ ad oras maritimas jacent, ab expugnatione hoſtili defenſionem? nam qua in re alia vobis ſingulari, cuinam uſui eſſe poſſit claſſis maritima*

ſine

Inſtruendæ potius terreſtres vires quam maritimæ.

ſive magno equitatu, quam ad muniendum Iſthmum Peloponeſi, tuendumque commeata terreſtrem exercitum, non intelligo. At ne tanta quidem claſſe ad id muneris opus erat, non enim Turcus ita ſui oblitus eſt, ut, veluti Crœſus aliquis cum inſulanis illis, hoc eſt, rerum maritimarum imperitus & rudis vobiſcum unquam in mari congrediatur. Itaque præſtitiſſet, quæ in tanti belli maritimi apparatu & a Pio Pontifice maximo, & a vobis, & a Philippo nobiliſſimo Burgundiæ duce tam grandis pecunia conſumitur, eam magna ex parte ad Regem Matthiam mittere, quo majoribus munitus viribus omnem, Turcorum vim non minus comprimeret, quam reprimeret: nam, modo pecunia non deſit, poteſt Matthias quantum velit exercitum conducere, non ſolum ex utraque Pannonia, ſed ex Valachis, ex Sarmatis, ex Bohemis, Germenſque, & ex aliis finitimis populis Chriſtianis. Quid enim ſexaginta millia nummum aureorum (tantum enim ajunt ad Matthiam a vobis datum

Ex Ungaria expeditionis educendæ commoditas.

iri) momenti efferre queant? quantus ex iſtiuſmodi pecuniola in tantos uſus electum mo- tus conflatur exercitus? non minus quam quadringenta millia hoc belli initia miſſa oportuit, nam ſi recte volimus rem ipſam expendere, & non fallere noſmetipſos, non minus quam decies centenis millibus nummum aureorum opus eſt ad id bellum conficiendum.

XXIV. *Quid vobis abſtare queat, quo minus ſint omnia veſtris votis felici exitu ſucceſſura? habetis claſſem præpotentem, & expeditam; habetis Urſatum Juſtinianum claſſis præfectum, virum non minus bellicis laudibus, quam urbanis inſignem: habetis ſi minus vires ſaltem eos rumores ſocios, quibus jam in omnem fere terram divulgatum eſt, ituros vobiſcum adverſus Turcos in pugnam & Pium II. ſummum Pontificem, & Philippum Burgundiæ ducem; nam vel confictis rumores, ſi quis utilis noverit eo tempore, prodeſſe plurimum ſolent: habetis præterea legatum iſtum apoſtolicum Beſſarionem Cardinalem, & Conſtantinopolis patriarcham, qui, ut eſt vir rerum divinarum omnium ſcientiſſimus, & idem peritiſſimus humanarum, magno vobis ad hanc rem, & Chriſtianis univerſis eſt uſui futurus; nam & religione Græcis eſt omnibus venerabilis, & infidelibus auctoritate admodum formidabilis. Quid enim dicturus ſim de tui ipſius*

Chriſtoph. Mauri elogium.

præſentia, princeps invictiſſime? qui & ipſo nomine Chriſtum abs te ferri ſignificas, hoc eſt, mortis peccatique victorem, & ſplendidiſſimo familiæ cognomento priſcos illos de Maurorum conflictu internecioneque triumphos maxima cum gloria repræſentes, &c. Ex Mediolano idibus martii anno a natali Chriſtiano MCCCCLXIV.

XXV. In eo itaque ſtatu in oriente ſita res erat, ut Veneti majoribus auxiliis egerent, ac ſi Burgundiæ dux cum Pontifice, duce reipublicæ Venetæ; cum Rhodiis (a) equitibus, dum Hungarus parte alia Chriſti hoſtes oppugnabat, decretum in oriente bellum obirent, ingens de erigenda propagandaque re Chriſtiana ſpes affulgebat: ſin Burgundus promiſſa non perficeret, ingens exitium imminebat. Illum itaque a cœptis deficere meditantem Pius hiſce literis (b), ne ſibi, & Chriſtiano nomini deeſſet excitare niſus eſt.

(a) Beſſ. hel. ep. Hier. l. 8.

(b) Ext. apud Æn. Sylv. n. 382.

Dilecto filio nobili viro Philippo duci Burgundiæ.

Burgundus ab egregiis cœptis deficit.

Rumor ad nos delatus eſt nobilitatem tuam, quæ magno & alto animo Italiam petere cum valida claſſe, ac deinde in expeditionem contra Turcos, immanemque belluam Mahometem Chriſtianum ſanguinem ſine fine ſitientem nobiſcum proficiſci promiſerat, mutato conſilio domi remanere, certumque bellatorum numerum, qui tuam vicem impleant, mittere ſtatuiſſe. Dubia res nobis eſt nondum veritate comperta: neſcimus an quod refertur credere debeamus, fidem expoſcit ſcribentis authoritas, de quo & timor exoritur, qui magnus eſt, & habere ſe gravia teſtimonia dicit. Concreſcat conſtantia tua, & votum, & promiſſio, & honor & ipſa rerum neceſſitas. Novimus te conſtantem eſſe ac perſeverantem in propoſito; diu meditari ſoles ac deliberare antequam aliquod magni decernas, decretum inconcuſſum ſervare. Non eſt veriſimile quod

Monetur a Pio ut in priſtina conſtantia perſtet.

de profectione tua jampridem conſulta ſtatuiſti, nunc mutatum iri: ſcimus autem multos & magnos viros, poſtquam audivere te venturum, conatos fuiſſe tuam profectionem impedire, multaſque tibi vel rationes vel cauſas expoſuiſſe, cur non eſſet veniendum; inter quos & ſoror tua nobiliſſima & chariſſima, & amantiſſimus filius tuus ut relatum eſt, diſſuadentes iter, verbo fecere, vehementibus precibus teneras lacrymas ac ſuſpiria miſcentes, nec te tamen flectere potuerunt. Manſiſti penes tuam ſententiam ſolidus & immutabilis, ſicut annoſa quercus borealibus fruſtra concutitur ſpiritibus, aut aſpera cautes aſſiduis incaſſum agitur procellis, nec loco ſuo dimovetur, ita & conſtans animus tuus eo principe dignus, ſuaſionibus quibuſcumque rejectis, uſque in hanc diem propoſitum ſuum tenuit: non eſt credibile perſeverantiam tuam nunc periiſſe.

XXVI. Ne temere vota nuncupata infringat.

Accedit votum publice factum, quod ſui natura inviolabile eſt tanquam Deo debitum. Vovete, *inquit ſcriptura,* & reddite. *Non eſt fallendum numen Dei: ſi ſervanda eſt hominum fides, quanto magis Deo perfringere vota impune non cedit? ipſe Deus dominus eſt & judex, nec decipi poteſt: tua nobilitas non conſuevit homines fallere verax & dicti ſui tenax, non eſt cur credamus te modo in voto tam ſolemni, tam publico, tam ſancto a tua bonitate*

Digitized by Google

nitate recedere, ac mutare naturam. Obſtant & promiſſa tua Ferrarienſi epiſcopo nomine noſtro ad te miſſo facta: tenes memoria, quæ illi dixiſti, cum te lectulo decumbentem, & ægritudine laborantem invenit: affirmaſti ſanitatem cum illo ad te miſſam, & omnia facturam tuam nobilitatem pro defenſione fidei, miſſuramque in brevi legatos cum poteſtate concludendi tam de tranſitu tuo, quam de rebus aliis ad expeditionem neceſſariis. Venere legati tui viri præſtantes & in concilio tuo primarii, qui nos Tyburo convenientes inter prima colloquia percunctati ſunt a nobis, an adhuc profecturi eſſemus, quod tibi per Ferrarienſem epiſcopum fuerat ſignificatum, hoc eſt, an perſonaliter contra Turcos in bellum profecturi eſſemus: reſpondimus nihil nos eſſe mutatos, venturoque tibi procuJdubio nos futuros comites: quo dicto ſubintulere legati, ſe habere in mandatis, ut affirmarent nobis, excellentiam tuam aut venturam ad nos eſſe & in ſancta profectione ituram, aut in itinere morituram. Credidimus oratoribus tuis, & adhuc credimus: ſecuta eſt promiſſio in conciſtorio publico facta: aſſeruerunt oratores tui in magno conventu Romæ coram nobis, te prorſus venturum, nec ullo pacto remanſurum domi, niſi tale impedimentum intervenerit, quod toto mundo judice legitimum æſtimetur.

Meminerit valetudinis divinitus reſtitutæ.

Et promiſſorum.

XXVII. Vulgata eſt per orbem fama, nobiliſſimum ac potentiſſimum Burgundiæ ducem ſtatuiſſe una cum Romano Pontifice bellum Turcis inferre, totiſque conatibus defenſionem religionis amplecti: audivit tota Chriſtianitas tuam promiſſionem: erexere exinde animos Veneti, atque in Turcos multo quam prius audaciores effecti ſunt: Hungaris ſpes pulcherrima injecta eſt, qui ſe tandem de immaniſſimis hoſtibus ulciſcantur, regnumque ſuum perpetua Turcorum moleſtia liberetur: Græcia tota, omnis Illyricus tractus de libertate cogitare cœpit: Turcorum animos non non parvus invaſit metus, tanta eſt nominis tui æſtimatio. Quis nunc arbitretur generoſitatem animi tui poſt tot promiſſiones ac ſpem tanta de te præſtanda velle mutare conſilium, triſteſque fideles Chriſti populos reddere, lætoſque crucis hoſtes? nullum intercesſit impedimentum, quod mundus legitimum judicat; immo nec tu ipſe excuſationem ullam judicaſti ſufficientem, quippe quod neque ſenium, neque debilitatem tui objiceres, atque idcirco te remorari conatibus aſſeruiſti, nunc te ob has cauſas aut alias remanſurum putet qui excuſatum ſenſerit non excuſante mundo: ubi honor? ubi æſtimatio tua remanet? quid dicet populus? nonne illuſos ſe omnes Chriſtiani cenſerent? Allatiſque graviſſimis aliis argumentis, quibus ad rem perficiendam induere conatur ſubjicit.

Ex illius adventu promulgato fractos Turcorum animos.

Si obſiſtat cœpto illius famam extinctum iri.

XXVIII. Succeſſura ſunt omnia te venturo, quemadmodum ſperamus, ex voto: quod ſi Deo permittente propter peccata noſtra tuus adventus fuerit impeditus, non tamen iter noſtrum retardabimus, & quamvis fuerit profectio noſtra promiſſa niſi te veniente, ibimus nihilominus, nec fraudabimus ſua ſpe populum Chriſtianum: faciemus quod promiſimus, & ultra quam promiſſum eſt, nemo dicturus eſt: hoc promiſit Pius Pontifex, & non fecit: iturum ſe dixit, & non ivit: magnifica verba protulit, & non complevit. Ibimus, authore Domino, mare intrabimus, in hoſtes navigabimus, pro victoria nominis Chriſtiani, pro defenſione fidei totis viribus nitemur. Non gravis ætas nos retinebit, non impedita morbis arthriticis membra, non patrimonii Eccleſiæ cura, non pericula maris, non mortis metus: ſcimus moriendum nobis eſſe, nec honeſtius unquam vitam finiri poſſe, quam in exercitu pro Chriſto ſalvatore, & ejus lege decertante. Si Chriſtiani principes populique auxilio fuerint, neque pro fide laborantes deſeruerint, nihil eſt quod de victoria deſperemus; ſi minus, non deerit, ut confidimus, ipſe Deus & ſalvator Jeſus Chriſtus, cujus res agitur. Conſuevit enim divina pietas in ſe ſperantes haudquaquam deſerere, cui tam facile cum paucis, quam in multis vincere, & ibi cœpit divinum reperiri præſidium, ubi humanum deficit auxilium. In Deo ſpem noſtram collocabimus; ipſe ſi vult victoriam nobis elargietur, etſi aliter majeſtati ſuæ placuerit, ſatis erit nobis pro defenſione religionis, quantum facultatis datum fuerit, eo proceſſiſſe: juſtus eſt dominus Deus, nec ultra quam poſſunt homines exigit: nobis cavendum eſt, ne divinæ voluntati adverſemur, & ac populos illuſiſſe videamur.

Se profecturum in Turcas etiamſi non venerit.

Honeſtiorem mortem oppeti non poſſe quam pro Chriſto.

XXIX. Cum vulgata ſit noſtra profectio, dabimus operam, ut opinioni hominum ſatisfaciamus, divinæque voluntati pro noſtris viribus pareamus, tuam nobilitatem exorantes, ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti in charitate vera perfecto corde obſecrantes, ut & tu ipſe idem facias, nec promiſſis tuis Deo maxime nobiſque factis deficias. Memineris domini Dei tui, & quanta ſuſceperis ab eo bona, nec velis ingratus videri, nec verba cujuſquam pluris facias, quam Dei mandata: conſule honori tuo & animæ tuæ, nec expeditionem fruſtrare, quam fideles de te populi habent, noli auferre ſpem, quam nobis præbuiſti: conſolare nos & univerſam plebem Chriſtianam, ut Deus & pater domini noſtri Jeſu Chriſti, & Deus totius conſolationis conſoletur te in omnibus adverſitatibus tuis feliciter, & quod reliquum eſt temporis in hoc ſæculo Deo offer & conſerva, ut tandem in altera vita ſui regni participem te faciat. Cupimus ſuper his ut quamprimum nobis reſpondeas. Dat.

Propoſita Burgundo divina beneficia.

St-

Senis VIII. kal. aprilis anno MCDLXIV. pontificatus noſtri anno VI.

XXX. Totius orbis ſpes Burgundus fallit.

Irretitus privatis commodis Philippus pontificia monita, fidem de ſacro bello gerendo ſociis datam, nuncupata Deo vota, honoris decus parvi fecit, fefellitque expectationem orientis, orbiſque ſpes. Quo autem levaret invidiam Antonium nothum filium cum aliquot navibus ſubſidio miſit (a); quamquam is etiam paulo poſt ex medio itinere in Belgium inglorius eſt reverſus. Nullam porro juſtam Philippum infringendi voti intermittendæque expeditionis occaſionem habuiſſe conſtat ex allatis literis pontificiis. Non deſunt tamen ſcriptores, qui aſſentatorum more vitia principum fucis pigmentiſque virtutum colorantium, perjurii & rei Chriſtianæ neglectæ culpam in Ludovicum Regem Francorum, cum Leodienſibus adverſus eorum epiſcopum, Philippi ex ſorore nepotem, qui detrectabat initiari ſacris ordinibus gregemque paſcere, ſed ex epiſcopatu molles delitias tantum opeſque captabat, ſentientem derivent, ejuſque inſidiis Burgundum impeditum effutiant; cum nullæ etiam tum inter eos diſcordiæ eſſent exortæ: immo refert Platina (b), adjunctos Burgundi nuntiis a Ludovico oratores, qui Philippi moram apud Pontificem excuſarent: quippe Francorum Rex Burgundum adhibebat interpretem, ut pacem ipſum inter & Anglos conciliaret, ut e Philippi dictis ac literis pontificiis antea allatis colligitur. Hos vero oratores auditos Romæ, poſtquam Pius Senis, delinita jam balneorum uſu ægritudine, reverſus eſſet, refert idem auctor. Dum porro Senis verſabatur, præfecit cum imperio claſſi, quæ in Piſano portu inſtruebatur, perque fretum Siculum Anconam navigatura erat, Nicolaum Cardinalem, ad quem hæ literæ datæ (c).

(a) Remer. Snoi Batav. rer. l. 12. Ægid. e Roya in annal. Belgic. hoc ann. & Meyer. annal. Flandr. l. 16.

Culpam derivat in Gallum Regem.

(b) Plat. in Pio II.

(c) L. 2. p. 104.

Nicolao tit. S. Cæciliæ presbytero Card. A. S. L.

XXXI. *Novit univerſus orbis quanta cum devotione, & fere inenarrabili deſiderio pro ſalute populi Chriſtiani hoc præſenti tempore, quo furor hoſtium crucis acrius ſolito in ſanguine Chriſtiano debacchatur, nos illius exemplar imitantes, cujus vices gerimus in terris, & perſonam noſtram quibuſcumque maris, & terræ periculis objecturi minime formidantes claſſem, quam maximis impenſis præparavimus, aſcendere, & in illa contra hoſtes hujuſmodi, favente divina gratia, proficiſci decrevimus: ad quod præclarum, & ſalutiferum opus peragendum cum per nos ipſos minime ſufficere poſſe confidamus, libenter fratres noſtros, quos præſertim alias in arduis Romanæ eccleſiæ rebus prudenter fortiterque verſatos cognovimus, eorum diligentiam, & rerum a ſe geſtarum experientiam dignis commendationibus effert, in partem noſtri muneris evocamus.* Et infra: *Cum itaque partem claſſis hujuſmodi apud civitatem Piſarum conſtrui, & componi fecerimus, illamque ad civitatem noſtram Anconitanam, apud quam tota claſſis congregari debet, & ubi etiam nos prope diem conveniemus, & deinde contra perfidum Turcum perſonaliter profecturi ſumus, adduci & tranſvehi ſtatuerimus & ordinaverimus, ut exinde divino favente numine in altum dare vela proſpere valeamus:* & infra, *te de fratrum noſtrorum, de quorum numero tunc exiſtis, conſilio & aſſenſu in omnibus & ſingulis partibus, inſulis, locis, & terris maritimis, ad quæ te navigando, & cum claſſe hujuſmodi transfretando de portu Piſano uſque ad civitatem noſtram prædictam applicare contigerit, legatum noſtrum de latere auctoritate Apoſtolica donec & quouſque cum dicta claſſe ad præſentiam noſtram perveneris facimus, conſtituimus, & deputamus, tibique legationis officium hujuſmodi pleno jure committimus, & eidem claſſi præficimus per præſentes, &c. Dat. Senis anno MCCCCLXIII. III. non. maii pontificatus noſtri anno VI.*

In Piſano portu ſtructa claſſis pontificia.

Data imperia ut univerſa claſſis Anconam contendat.

Nicolaus S. Cæcil. Card. creatus legatus ut claſſem deducat.

Extant (d) ea de re apud Jacobum Cardinalem Papienſem Pii nomine ſcriptæ literæ ad Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, quibus una cum Piſano priore ad ornandum claſſem incumbere juſſus eſt, factuſque certior, Joannem Cardinalem S. Angeli traducturum ad locum opportunum crueeſignatos, qui Piſas confluebant. Porro agenti adhuc Senis Pontifici Ferdinandus Rex Neapolitanus, qui ex Alfonſi patris teſtamento ſexaginta millia nummum, quæ pro ſacra adverſus Turcas expeditione conficienda pendere tenebatur, triginta millia hoc anno perſolvit VII. kal. aprilis.

(d) Card. Papien. ep. 34.

Cruceſignati Piſas confluunt.

XXXII. Paucis vero ante diebus, nimirum XV. kal. ejuſdem menſis, Pius legatum in Aragoniam miſit (e) Ludovicum tit. SS. Quatuor coronatorum presbyterum Cardinalem, ut ad concordiam adduceret Joannem Regem populoſque diſſentientes: cœperant jampridem cum Joanne acre bellum Barcinonenſes poſt Caroli Vianæ principis mortem, atque a Galliarum & Caſtellæ Regibus, quos ſocios ſe habituros ſperaverant, deſtituti, renuntiarunt principem Petrum Luſitaniæ comitem ſtabuli nepotem Urgellenſis comitis ex regia Aragoniæ ſtirpe ſatum, cujus pater ab Alfonſo in acie cæſus occubuerat. Is cum jura ad ſceptrum Aragonum ſe habere contenderet, mox atque ex Ceptenſi urbe Africæ Barcinonem hoc ineunte anno appulit, Aragoniæ & Siciliæ Regem ſe dixit, atque Ilerda (f) obſidione cincta a Joanne Aragonum Rege fame perdomita eſt. Ut partes etiam ſuas confirmaret Aragonias pacem cum Fuxenſi comite, & Bellomontanis in Navarra redintegravit (g), pactuſque (h) fœdus eſt cum Henrico Rege Caſtellæ, quamquam poſtea adverſus ipſum

(e) L. 2. p. 84. Sur. ann. l. 17. c. 53. Mariana, l. 23. c. 6.

Decreta legatio in Arag. ad pacem reſtituendam.

Petrus Luſitanus princeps Aragonii Regni nomen arripuit.

(f) Sur. eod. lib. c. 55. Marian. l. 23. c. 8.

(g) Sur. eod. lib. c. 59.

(h) Cap. 54.

ipſum cum proceribus Caſtellæ conſpiravit (a). Ex illo porro Petri Luſitaniæ equitum magiſtri in Cataloniam adventu ſuſceptoque principatu graviſſima mala emerſere; præter enim bellicas calamitates inde ſecutas, ac geſta prælia, tum mortem ſceptri ſpe inani accerſitam, in Africa res Chriſtiana attrita eſt. Ceptam, cum veniſſet Luſitaniæ Rex cum exercitu, ut Tingitanæ provinciæ metropolim, cui Tanger nomen eſt, expugnaret, ex magiſtri equitum receſſu admodum debilitatus a Mauris ex Tingis mœnibus propulſatus eſt, nec quidquam memorabile in ea expeditione, cum variæ in hoſtium agros excurſiones fierent, geſtum: immo Rex Luſitanus in tumultuaria pugna in magnum diſcrimen adductus eſt cum exercitu, e quo diſcrimine comes Villæregalis, qui magno impetu barbaros retudit, eripuit. Reverſus ex ea expeditione Luſitanus cum Henrico Caſtellæ Rege ad Gades in congreſſum venit, Luſitaniamque repetiit; Caſtellanus autem facto in Granatenſam agrum impetum Regem barbarum, vectigal pendere recuſantem, ad officium compulit: dein celebrato iterum cum Luſitano Rege colloquio Iſabellam ſororem illi matrimonio jungendam ſpopondit, pactuſque nuptias eſt inter Joannam filiam, & Luſitani filium Caſtellani Luſitanique ſceptrorum heredas, ut ea regna invicem coaleſcerent, quo majori potentia bellum ſacrum in barbaros urgeretur. Sed ea conſilia civile mox bellum in Caſtella accendere, diſturbatumque id fœdus eſt. In primis enim Aragonius Rex graviſſime tulit Caſtellanum ſceptrum Luſitanæ potius quam Aragoniæ regiæ inferri, proceresque Caſtellani facta cum eo conſpiratione (b) capiſque armis denuntiarunt Henrico Regi Joannam illius filiam ſuſceptam ex adulterio, nec ſceptri heredem eſſe poſſe, adeo ut ipſum adegerint ad fratrem Alfonſum dedendum conjuratis principibus: qui mox ipſum Caſtellani ſceptri heredum profeſſi, proximo etiam anno regiis inſignibus redimire, atque Henrico opponere auſi ſunt. At de his inferius: nunc ad Pium Senis agentem revocanda eſt narratio.

(a) Cap. 56. Marian. ſup. l. 23. c. 6.

Luſitanus Rex Tingis mœnibus propulſatus.

Caſtellanus filiam Luſitaniæ hæredi collocat & cur.

Aragonii & Caſtellani ex eo averſi Caſtellæ Regi.

(b) Sur. l. 17. c. 56. Marian. l. 23. cap. 7.

Infanda in eum exorta conjuratio.

XXXIII. Referunt illum hoc anno Senenſem eccleſiam, quam antea archiepiſcopali dignitate inſigniverat, pretioſiſſimo munere exornaſſe (c), brachio ſcilicet, & dextera manu S. Joannis Baptiſtæ, quod ex Græcia Thomas deſpota Peloponeſi abſtulerat, acceperatque a genero, qui ſacrum illud pignus in excidio Conſtantinopolitano ſervaverat: perfectam illius donationis pompam VI. die maii narrat Malavolta (d). In ſequenti vero verſus urbem iter arripuiſſe: ubi paucis diebus moratus, vocatis Cardinalibus, Georgio Podiebratio Bohemiæ Regi male de fide catholica ſentienti diem dixit, ut tradit Platina (e) quod a Cardinale Papienſi (f) confirmatur; ubi enim recenſuit Pium ab Imperatore & Germanis principibus, qui Georgium ab errore ſe erepturos pollicebantur, retardatum, ne judiciario ordine Georgium de hæreſi poſtulatum percelleret, ſubdit: *Pius, etſi intelligeret laborem hunc inaniter ſumi, quod inſanabile ingenium eſſet; ne tamen videretur ad perditionem, quam ad ſanationem inclinatior eſſe, ſediſque opera impia dicerentur, tantis interceſſionibus condanandam dilationem conſtituit, biennio in ea expectatione conſumpto amicitias interim comparaverat ſibi Georgius, fideleſque Bohemos afflixerat regnumque & factionem Huſſitanum firmaverat: in Pium apud Gallos turbulenta multa, miſſis legatis, quæſierat: nil minus autem quam ſanis illorum ſuaſionibus crediderat, nunc ſcribens nunc mittens, nunc offerens, perpetuo autem & ludens, & moras judicio nectens. Ubi nihil profici eſt intellectum, damna autem publica quotidie creſcere, advocavit concilium Pius, atque in ſolio reſidens longa oratione Huſſitanorum deflevit errores, aſtum inde Georgii, maleficia aſſidua, catholicorum ærumnas, manifeſtum perjurium, relapſum in hæreſim, interceſſores eluſos, potentiam ſuam magnis lamentationibus proferens, vindictæ nimium tardatæ adeſſe jam tempus, atendens diem dicendæ ante ſe cauſæ centeſimum octuageſimumque ab illa conſtituit.* Subdit Papienſis extinctum Anconæ Pium, dum id tempus conſtitutum excurreret, ſed de ejus obitu inferius: nunc reliqua Romæ geſta percurrenda ſunt. Sigiſmundi in primis Auſtriaci, quem Imperator in gratiam cum Eccleſia reducere, ut diximus nitebatur, cauſam Berardo tit. S. Sabinæ presbytero Cardinali cognoſcendam demandavit, ut vel reſipiſcentem cenſuris ſolveret, vel pertinacem pœnis in hæreticos conſtitutis afficeret.

(c) Malavol. p. 3. l. 4.

Dextera S. Joannis Bapt. Senenſis eccleſia exornata.

(d) Id. ib.

Georgio Regi Bohemiæ dies dicta.

(e) Platin. in Pio II.

(f) Papien. comm. l. 6.

Dilata ſententia Catholici a tyranno oppreſſi.

In judicium porro vocaverat anno MCDLX. x. kal. februarii Sigiſmundum ipſum Pontifex (g) ob ſpretas cenſuras, quas illatis Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali eidemque epiſcopo Brixinenſi injuriis, contraxerat, ac deinde Petri tit. S. Vitalis presbyteri Cardinalis, & epiſcopi Auguſtenſis, ac Ludovici ducis Bavariæ interpretum concordiæ precibus flexus ſententiam extraxerat. Verum ille non modo eorum opera ad meliorem mentem non rediit, ſed Clariſſas etiam Brixinenſes ob intermiſſa ſacra pepulit. Qua pervicacia valde commotus Pius Petro tit. S. Marci presbytero Cardinali cauſam hæreſeos in Sigiſmundum commiſit, quæ tamen extracta eſt, cum duce Venetorum interprete Sigiſmundus ad obſequium Eccleſiæ revocan- XXXIV.

(g) L. 30. bull. p. 26.

Sigiſmundus Auſtriac. in perduelliona erga eccl. pertinax.

candus videretur, quæ vero ſint ſecuta ſubiicit: *Non minorata, ſed potius aucta rebellione Sigiſmundus, qui nec ad juſtitiam nec honeſtatem, ſeu ut ſe dicti ducis Venetiarum arbitrio ſubmitteret, induci potuit.* Et infra: *Demum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, in pacis tractatu ſucceſſit, & ne per nos ſtaret, quominus ſua majeſtas finem tam periculoſo negotio imponeret, iterum in proceſſu fidei ſuperſederi mandavimus: & cum nunc quartus annus agatur rebellionis, & contemptus cenſurarum, & nulla ſpes boni ſuperſit Gregorio,* nempe de Heymburg, *haretico continue Sigiſmundo adhærente, & in perfidia ipſum firmante, animarum ſaluti expedire judicamus, ut haretici a catholicis ſecernantur, & aliquando ad definitivam ſententiam perveniatur. Conſiderantes igitur nos nunc in propoſito habere, aggredi Turcum crucis Chriſti inimicum & nihilominus cauſam contra Sigiſmundum, & ſatellites ejus propter ipſius catholicæ Eccleſiæ fidem, & auctoritatem, eccleſiaſticaque libertatis tuitionem non eſſe negligendam judicavimus, illamque tuæ circumſpectioni duximus committendam, qui cuncta merita cauſæ cognoſcet abunde. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXIV. XVII. kal. julii pontificatus noſtri anno VI.*

XXXV. Pro eo Imperator flexis genibus veniam a Legato poſcit. (a) Papien. ep. 282.

Poſuit denique ſuperbiam ac pertinaciam Sigiſmundus Auſtriacus, cum ſe ob impietatem inviſum, neque in Chriſtianorum conſortium admitti doleret, utque cenſuris ſolveretur Fridericus Imperator genibus legati apoſtolici advolutus, deprecator extitit, uti Papienſis (a) enarrat: *Sigiſmundus,* inquit, *ex principibus Auſtriæ propter Cardinalem Romanæ eccleſiæ in vinculis habitum pari damnatus judicio, principatuque omni exutus, cum propter ampliſſimam cognationem Germanorumque fœdera ultorem facinoris habiturus non putaretur, vexatus tamen pœnis continuis, atque odio ſuis habitus, longa etiam contumacia fatigatus, a nulliſque interim in ſua conſortia receptus, divino tandem eſt humiliatus miraculo, atque eo quidem uſque humiliatus, ut Romanorum Imperator Auguſtus Cæſar orbis noſtri alterum caput, conſanguinitate illum attingens cum ſumma ſedis gloria, ante genua legati Apoſtolici procidens non ante ſurgendum putaverit, vel finem obſecrationibus imponendum, quam pœnitente & ſatis pro injuriis facienti pœnarum abolitionem reſtitutionemque eſt conſecutus.* Hæc de Sigiſmundo Papienſis.

Frederici Cæſaris pia demiſſio & charitas in fratrem. Injurias expianti Sigiſmundo venia data.

Eodem vero die, quo Pius illius cauſam Berardo Cardinali commiſerat, ingreſſurus iter, ut ad exercitum cruceſignatorum ſe conferret, anathematis ſententiam in eos omnes tulit, qui Turcis arma, vel commeatus inferrent, in quo diplomate ſuſcipi a ſe pro Dei gloria & evangelii defenſione expeditionem profitetur: *Pro defenſione catholicæ fidei adverſus impios Turchos prædictos ſacri evangelii temeratores, vivificæ crucis ſpurciſſimos blaſphemos, & Chriſtiani nominis truculentiſſimos hoſtes, prout indiximus publice, bellum, Deo opitulante, toto poſſe proſequi intendentes, advertenteſque omnem converſationem atque commercium cum eis fore Chriſtianæ reipublicæ perniciosum, omnes & ſingulos, qui poſt publicationem quarundam litterarum noſtrarum dicta feria,* nempe v. majoris hebdomadæ, *factam durante bello prædicto converſationem prædictam, aut commercium aliquod, etiam ſi alias a jure permiſſum eſſet qualitercumque, directe aut per obliquum, clam palamve, per ſe vel alium deinceps cum Turcis hoſtibus prædictis habebunt,* & infra, *ex parte omnipotentis Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & noſtra excommunicamus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXIV. XVII. kal. julii pontificatus noſtri anno VI.* Cæterum ſocietatem Prædicatorum inter infideles ad inferendam iis evangelii lucem, & Chriſti propagandum cultum peregrinantium ampliſſimis ſuctis beneficiis affecit (b).

Deferi anathemate qui operam Turcis navarent.

Societas Prædicatorum peregrinantium propter Chriſtum affecta beneficiis. (b) Eod. lib. pag. 116.

XXXVI. (c) Steph. Infiſſ. mſ. vat. ſig. n. 9. (d) Papien. ep. 41.

Comparatis igitur ad iter neceſſariis, Roma profectus (c) eſt ingenti militum agmine, ac plurimis Cardinalibus ſtipatus; cujus diſceſſum narrat his verbis Jacobus Papienſis (d): *Capiens Pius ſanctiſſimus profectionem ſuam in Turchos perficere, quæ fidelibus repromiſſa jam erat ad XIV. kal. julii in baſilicam SS. Apoſtolorum mane deſcendit, ſicut ſuus erat mos ſemper cum urbem relinquebat, atque ibi veneratis aris, & ſucceſſu rerum pie deprecato, Roma egreſſus eſt patribus & prælatis lecticam ejus ſequentibus. Ad pontem milvium dimiſit a ſe omnes, præter eos, qui ſecum erant ituri.* Conſentit Cardinali Papienſi Joannes Antonius Campanus (e), qui eundem diſceſſum, ac varias in itinere difficultates deſcribit: *Roma,* inquit, *proficiſcitur re divina in templo maximo ad Vaticanum peracta, in quod deſcendere quoties urbe abiret, & aras ſingulas ordine venerari conſueverat: ibi omnibus ad precandum felicem rerum ſucceſſum invitatis, feſtinato ad pontem milvium lectica delatus eſt. Avidius ſuſcepto itinere incidit in febriculam principio haud ſatis cognitam medicis, & ipſe ne quid mora obiiceretur aliquandiu ſuppreſſerat: ea jam aucta, magis quam ut diſſimulari poſſet, medicos adhibuit, ne cui patefacerent, jurejurando & imprecationibus adactos. Ad pontem patribus ac turba omni dimiſſa, cum paucis lembum conſcendit adverſo Tyberi navigaturus, cum effuſa patentibus pratis civitas abeuntem conſalutaret, ac reditum audentis precaren-*

(e) Campan. in vit. Pii II. Platin. in eod. Steph. Infiſſ. mſ. arch. vat. ſig. num. 111. & aliis.

tur, prorupit in lacbrymas. Subſtitit nocte prima ad caſtellum Jubeleum, confeſſus navigationem ejus diei difficillimam fuiſſe, contrario flumine colluctante: quod ex imbecilli potius valetudine, quam labore, accidiſſe putatum eſt, nec auſus in ripam deſcendere, gravi defatigatione confractus noctem totam egit in lembo. Poſtridie, quamquam inhibentibus medicis, matutinum iter multo ante ſolis ortum ſolvere cum juſſiſſet ad oppidum Phioaum pervenit navigatione longiſſima quadraginta millibus paſſuum uno die confectis, cum pridie illius diei ad decimum milliarium ſubſtitiſſet: pernoctavit & ſecundo in flumine. Hoc in loco, dum ageretur de porte claſſis, quæ ſtructa ad portum Piſanum penetrare in ſuperum mare per fretum Siculum jubebatur, venireque Anconam ad copias excipiendas, nuntiatumque eſſet triremes Genuenſium & naves onerarias, quæ ad ſummam claſſis pertinebant, nondum eſſe paratas, & præterea Philippum Burgundum profectionem verbis extrahere, commotus animo eſt.

XXXVII.

Auxit moleſtiam prolapſus e ripa demerſuſque in oculis adoleſcens ad remigium mercede conductus, tardo accurrentibus nautis: quod adeo tulit acerbe, ut precatus veniam extincto, &, abominatus caſum, nec lacbrymas continuerit. Ad radices montis Soractis tædio navigationis ſimul, & mœrore extincti juvenis expont ſe primum in ripa e navicula juſſit, queſtus ſemper mala ſibi navigatione ceſſiſſe: quod verbum ſiniſtre accipientibus cubiculariis, & cur committeret ſe totiens præſenti periculo interrogantibus, ratus ad deterrendum ſe ab tranſfretatione Illyrica dictum, quod ſciebat, invitis multis, ſe Italia excedere: neminem, inquit, cogimus; nec aliud locutus reponi in lembum ſe juſſit, quindecim millibus paſſuum lectica confectis ſupra Ocriculum maximo conſternatus eſt obvia cruceſignatorum multitudine, quos mera impatientes retinere Carvajalius minime poterat. His conſentanea tradit Monſtreletus (a), plures etiam ex variis gentibus ſacræ in Turcas militiæ ſe addixiſſe: ſed cum nullum inſignem ducem, quem ſequerentur, nacti eſſent, nullo inſtructo ordine denos vigenoſve ſparſim conteniſſe, qui ſub unius militare imperium redacti florentiſſimum conflaſſent exercitum; cum vero ductore carerent, poſt conſumptos fruſtra labores domum repetiiſſe.

Mulio cum labore a Pio iter confectum.

Plures copiæ docis inopia diſſolutæ.

(a) Cap. 106.

Spoletum perveniens communiri arcem, præſidiumque augeri imperavit. Fulginium progreſſus ſeditioſos mulctavit exilio, qui præfecto urbis, ad tyrannidem occupandam, ubi Italia diſceſſiſſet, inſidias comparabant; Aſſiſii utramque arcem inſtauravit. Inde petens Fabrianum Apenninos montes ſuperavit, quo in loco dum ſubſiſtebat, Roderico S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali, qui poſtea pontificius apices adeptus Alexander VI. fuit vocatus, quique Pium una cum nonnullis aliis Cardinalibus in Turcica expeditione erat comitaturus, trirememque ſuo ſumptu inſtruebat, dato diplomate permiſit (b), ut domum, quam a fiſco coemerat, ad convertendum in apparatus bellicos redigendum ex ea aurum diſtraheret: Cum, inquit, tu nuper in hoc apparatu claſſis maritimæ, quam contra Turcos in proximo moturi ſumus, unam galeam optime diſpoſitam, & armatam tuis propriis expenſis in eandem claſſem mittendam paraveris. Dat. Fabriani Camerinenſis diœceſis anno MCDLXIV. VI. id. Julii pontificatus noſtri anno VI. Fabriano diſcedens Pius, inquit Campanus (c), iter flexit ad fanum Virginis Lauretanæ vota nuncupaturus, ubi & aureum obtulit calicem, ac pateram eximia magnitudinis. Meminit de eo Pii munere Turſellinus: (d) Peracto voto, inquit (e) Campana, Pius ingreſſus Anconam XV. kal. ſextiles ſupplicationes trium dierum decrevit, præfatus initia rerum Deo, cætera virtute commendanda eſſe.

Rodericus Borgia Pium in expedit. Turcica ſequi vovet.

(b) Lib. 30. pag. 169.

(c) Camp. in vit. Pii II.

Munera Lauretanæ Virginia Pio oblata.

(d) Turſel. in hiſt. Lauret. l. 1. c. 26.

(e) Campan. ubi ſup.

XXXVIII.

Confluxerat Anconam variarum gentium multitudo gerendæ quidem rei in Turcas ingenti, ſed inconſulto pio ardore permota, cum ſibi finxiſſet ſtipendia commeatumque a Pontifice ſuppeditaram iri, ſed tantos militum concurſus ſuſtentare non poterat Pius, quos dimiſſurus ad ſuſceptos labores deliniendos novarum ampliſſima venia decreto propoſita donavit: ex quibus nonnulli ad ſuſtinendam in ſemeſtre bellam vitam aurum attulerant, quos in duas Venetorum naves convehendos pactus eſt: ſed cum illæ tarde adventarent, impatientes moræ crucesignati catervatim abibant, ita ut cum illæ appuliſſent miles iis imponendus non ſupereſſet, quamobrem maxime Pontifici eſt auctus dolor, qui materiam plurimam morti accelerandæ dedit. Interea nunciis literiſque Raguſinorum certior factus eſt, Turcam ad triginta milliaria a Raguſio caſtra poſuiſſe, ac minitari excidium urbis, niſi promiſſas Pontifici triremes duas inſtructas retinerent, darentque imperatos obſides, tum vectigal in annos ſingulos ipſius fiſco inferrent: nunciabatur etiam averſas militum excurſionibus ex agro Raguſino prædas, defuturam ad tolerandam obſidionem annonam, nec ſatis milite ad tuenda Raguſii mœnia inſtructos cives. Mox his auditis Pontifex, quos ante corporis ſtipatores contraxerat, navigare Raguſium frumentumque invehere juſſit, tam literas ſecaturi proxime majoris ſubſidii teſtes dedit: ad quod comparandum Cardinalem S. Angeli conſuluit. Ut vero is ſeſe ad ducendas auxiliares copias obtulerit, ac una etiam pergere Pius deliberarit, deſcribit hiſce

Celebratæ Anconæ ſolemnes ſupplicationes.

Confluit ingens Cruceſignatorum turba.

Stipendio tum inopia dilapſa.

Raguſinis a Turca intentata extrema omnia.

Subſidiaria annona Raguſium a Pio tranſmiſſa.

ver-

verbis Jacobus Cardinalis Papienſis.

XXXIX. Ad ferendam opem Cardinalis S. Angeli ſe exhibet.

Acceſſiri ad ſe ſtatim Cardinalem S. Angeli jubet, quem propoſiti ſui inter cæteros ſtudioſum habebat: hunc præſente me conſulit, quid, ſi obſideatur Raguſium, agendum exiſtimet? Ille ut erat ſemper ad bonum opus paratus, nihil cunctans. Ibo, inquit, ego cum triremibus, quæ inſtructæ in portu ſunt, & vel obſidionem, Deo adjuvante, diſſolvam vel territis oppidanis ſpem bonam atque animum faciam. Ecquid, inquit Pontifex, connavigare tecum, frater, me prohibet? conſilium certum eſt, ſi illuc Turcus adveniat, cum iis, quas paravero, triremibus, eodem ſine mora contendere: civitas in littore maris eſt ſita, natura loci & manu multum munita, eadem quoque portu abluitur, ad bene agendum opportunitas erit, invehi in urbem ſine periculo poſſumus; ſola præſentis Pontificis opinio Turcum, Deo ita volente, ab obſidione repellet, alioquin in locis aſperis commeatuum inopia laborantem: ſi conſilium comprobaverit Deus, fama hæc in omnem partem vulgata Chriſtianorum corda ad nos ſequendos inducet: concipientes jam ex fælici principio victoriæ reliquum.

Eodem contendere decernit Pontifex.

XL. Papienſis Card. profectionem fruſtra diſſuadet.

Subdit author, ut ipſe fruſtra Pium ab eo conſilio dimovere niſus ſit; audito vero paulo poſt hoſtium receſſu mutata fuerit ſententia: *Hæc*, inquit, *cum probaſſet Joannes, ego miſer & carnem ſapiens magis, quam ſpiritum, propoſitum summopere diſſuadebam, non quod eventura non crederem quæ proponerent, ſed quia in fragili corpuſculo febre, ac doloribus fatigato navigationem illam finem vitæ futuram verebar. Contendebam igitur argumentis multis, ſed evincere mentes non poteram in Deum ſolum ſperantes. Igitur confirmata inter ſe profectione imperat illico Pius magno ſtudio militem cogi ad triremes, & omnia neceſſaria impeni, ut ad primum obſidionis initium ſolvere e portu poſſet: verum quatriduo poſt nunciato receſſu hoſtium divina benignitate, parcendum conſilio fuit.*

Quatriduo poſt nunciatus Turcarum receſſus.

(a) Campan. in vita Pii II.

Confirmat Campanus (a) ſumptum fuiſſe a Pio conſilium adoriendi Turcica caſtra, ſi barbarus Raguſium obſidione cinxiſſet: tum Chriſtophori Mauri ducis Venetorum adventum, ingraveſcentem deinde Pontificis morbum deſcribit: *Nuntio*, inquit, *allato de incurſione Turcarum in agrum Raguſinum, milites ducentos ad corporis cuſtodiam comparatos cum paucis ſagittariis triremi expedita navigare extemplo Raguſium juſſit: triremes Venetas numero duodecim, in quibus & Venetorum dux aderat, ubi appropinquare intellexit, deferri ſe juſſit ad primum littus claſſem inſpecturus, eaque inſpecta ſubgemuit una edicta voce, nuper ſibi navigandi occaſionem defuiſſe, nunc occaſioni ſe defuturum. In cubiculum relatus ſolvi ſtatim profluvio cœpit, medicis nihil periculi promittentibus. Et hæc quoque principum miſeria eſt, inquit, ut in morte quidem carere aſſentatoribus; poſtulavitque Euchariſtiam, quam & triduo prius acceperat, & paulo ante ad Lauretanum. Acciri deinde patres juſſit quos hortatus eſt ut in expeditione perſiſterent: triremes & quæ in portu erant, & quæ venire per fretum Siculum nunciabatur, tradi Venetis juſſit: pecunias ad aureorum nummum quadraginta millia ex decimis exactas Matthiæ Regi Pannoniorum mitti in ſumptus belli. Cum deficere vires ſentiret, rejiciens ſeſe in Cardinalem Papienſem: Fili, inquit, curam meorum ipſe ſuſcipito, & huic expeditioni adeſto. Interrogatus ab illo, an ſepeliri Romæ ſe vellet, non tenuit lacrymas, ſubdens. Et quis id procurabit? illo recipiente, ſe curaturum, effici viſus eſt: vocavitque patres ordine ad oſculum, poſtulata prius a ſingulis venia ſi minus recte rem Chriſtianam adminiſtraſſet, lacrymantibus omnibus, & Beſſarione ejus verba de re Chriſtiana ſanctiſſima geſta excipiente. Iterum amplexis omnibus iniungi ſe juſſit ubi concurrens, & ipſe precibus inter hymnos expiravit, voce ultima ægre edita, quarogabat omnes ut pro ſe precarentur.*

Venetorum dux cum triremibus duodecim accedit.

XLI.

(b) Papien. ep. 41.

Affert poſtremum illam morientis Pii ad Cardinales hortativam orationem Papienſis (b) conceptam plurimo pietatis ſenſu delibutis verbis, atque Beſſario Cardinalis ad eum reſponderit, tum ultro citroque non ſine lachrymis data acceptaque venia fuerit: *Veniſſe*, inquit, *jam horam ſuam Pius cognoſcens, qua reddendus Domino ſpiritus eſſet, fratres omnes in cubiculum convocari jubet, atque his ingreſſis, etſi ad loquendum jam erat invalidus, tamen morientibus, ut poterat, atque interruptis vocibus nos appellans: Fratres, inquit, mei dilectiſſimi, videtis quo adductus ſum: hora mea jam venit: Deus hinc nos evocat: morimur in fide catholica, in qua & viximus, nihil ſentientes a Romana ſede diverſum. Egimus uſque in hanc diem, quod potuimus pro ovibus creditis, non pepercimus laboribus ullis aut periculis: hoc caput noſtrum obtulimus ad communem ſalutem, perficere quod cœpimus poteſtas non eſt ultra. Reliqua veſtra ſunt, curate vos hoc opus Dei, & labi non ſinite per negligentiam fidei cauſam, ad hoc enim vocati in Eccleſiam eſtis, ut illi ſuis temporibus opem feratis: mementote officii veſtri, & Redemptoris noſtri, qui contemplator eſt omnium, & retribuet cuique ſecundum opera ſua: crevit ab initio, & progreſſa eſt dignitas veſtra fidei miniſterio, per fidele miniſterium utique eſt retinenda: quærentes quæ veſtra ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, retinere illam diu nequaquam poteſtis. Habete quoque ex nunc temporalium curam, & videte ne quid detrimenti patrimonium commune accipiat: ſtudium hoc omne eſſe veſtrum oportet; dum li-*

Extrema ejus ad Cardinales oratio.

Inſignis ejuſdem demiſſio.

licuit noſtrum fuit. Præterea, fratres, converſati vobiſcum ſumus, & ante in cardinalatu, & poſt in præſulatu, ad quem nos elegiſtis, converſatio noſtra ſine peccato eſſe non potuit, ex carne enim ſumus, offenſus eſt a nobis Deus, offenſa charitas veſtra: pro his, quæ in Deum peccavimus, ipſe, qui omnipotens eſt, miſereatur noſtri: pro his vero, quæ in vos, rogamus, dilectiſſimi, ut placatis mentibus veniam morienti tribuatis: eos qui ex carne noſtra ſunt, & qui famulati ſunt nobis, ſi dignos ſe præſtiterint, commendatos habete, valete fratres pax Dei, & cœleſtis gratia vobiſcum ſit.

XLII. Card. Beſſarionis ad Pium morituri reſponſum.

His ægre & cum lachrymis enunciatis, tantus ſubito patrum, qui lectulum circumſtabant, coortus eſt fletus, ut diu præ gemitu loqui verbum nemo poſſet, atque ora ſingulorum lachrymantia viderentur. Tandem Beſſario Cardinalis Nicænus primum in collegio locum tenens verba pro omnibus fecit: indoluit caſum, in quem erat adductus non ſui tantum cauſa, quem lachrymabile erat deficere, ſed magis Chriſtiani populi, qui tantum ſalutis authorem amitteret. Laudavit Pontificem, & præclara ejus in præſulatu opera, agens cum humilitate gratias, quod etiam ſuprema hora monitis ſuis communem rem adjuvaret: orare ſe Deum dixit patrem miſericordiarum, ut ſalutem illi reſtitueret: ſed ſi migrandum propter peccata eſſet, habituros nos mentis præceptiones patris, & daturos operam pro viribus, ut nec publica Chriſtianorum, nec privata res Romanæ eccleſiæ in perniciem irent. Veniam, quam popoſcerat humilitatis aliquorum dixit eſſe, benigne enim omnes ſemper habitos atque indulgenter, nec querelam adverſus eum extare; poſtulare autem ſingulos, ut benedictionem ſuam, & pacem ſuper fratres relinqueret. Ad commendationem vero ſuorum etiam pie reſpondit, docens quam charus eſſe omnibus deberet ſanguis ejus, qui tantum de Chriſtianis, & de Romana ſede meritus eſſet. Poſt hoc reſponſum iterum ſurrexit fletus, & contriſtatio cordium multa.

Manum Pontificis oſculantur flentes Cardinales.

Pontifex manu e pallio paululum elevata oſculandam cum omnibus præbuit, flens ipſe, & flentes alios intuens. Nos manu apprehenſa, & ante lectulum procumbentes ſigillatim veniam precabamur erratorum noſtrorum, & oſculum ſupremum patris capiebamus, quibus ille. Ignoſcat vobis pius, & miſericors Deus, ac ſimul benedicens fratribus, eos a ſe dimiſit. Subdit Cardinalis Papienſis, qua conſtantia, & religione ſe ad extremam cum morte luctam Pius comparaverit, ſingulare in B. Virginem ſtudium ſpeſque expoſuerit, tum Euchariſtiæ, & extremæ unctionis ſacramentis ſe communierit.

XLIII.

Biduo ante admonitus a medicis in omnem caſum vitæ, vel obitus habendam ſupremam rationem animæ eſſe, dominicum ſacramentum, quod celebribus ſemper diebus valens ſumebat, etiam tunc magna mentis contritione accepit, tundens pectus ad ſingula, & ſinus, & peccatorem ſe confitens, communicatione indignum tanti myſterii. Repetere illud mane ſequentis diei optabat in ampliorem ſalutem, & in honorem intemeratæ virginis, cujus aſſumptionem ſciebat inſtare, ab adoleſcentia etenim ſua in hanc tamquam miſericordiſſimam matrem ſemper ſperaverat, & hanc vitæ ducem actionumque ſuarum habuerat: familiarius aliquando nobiſcum loquens, recenſenſque antea actum vitæ curſum, diverſoſque fortunæ eventus, credere dicebat, quia tantum huic glorioſæ Virgini ſe devoviſſet, ab epidemia ſemel, a lethalibus languoribus ſæpe, nonnumquam ex manifeſtis vitæ periculis ereptum fuiſſe, omnem denique ſucceſſum dignitatis, & rerum ſuarum huc referebat, propterea templum illud Pientinum mirifici operis a fundamentis extructum, & ſuis manibus illi conſecratum fuiſſe. Conſolationem ergo hanc præcipuam expetebat, ut intra cubiculum ſuum, quando in eccleſia non licebat, ſolemnia miſſarum cantari audiret, & tamquam ſupremum vale cum fratribus ageret: optabat autem, ſicuti mos erat, per Cardinalem hoc fieri, & me unum delegerat, qui ſacris hujuſmodi operatus confectum Domini ſacramentum illi rurſum porrigerem: inſtituerat etiam, ut patres adeſſent reliqui, ac cætera pro vetere inſtituto obſervarentur. Comparatis igitur ad peragendum hanc divinam rem omnibus, ecce inclinante jam ſole inclinare & ipſe admodum cœpit, ita ut non procul a morte videretur abeſſe. Itaque confeſtim ſacramenta reliqua perſolvuntur, quæ morientibus debita ſunt ſenſu adhuc integriore, quam lingua.

Sacro viatico rite Pius procuratur.

Singulari religione B. Virginem proſequutus.

XLIV.

Paucis interjectis addit, ut deficiente & interpuncta voce pias preces repetierit, bellumque ſacrum in Turcas urgendum conſuluerit, denique ſpiritum inter aſtantium ad Deum fuſas preces efflarit: *Voce jam conſumpta, quæ ob admotas auribus audiri vix poterat: Ora, inquit, pro me, fili, peccator etenim ſum, & ſimul ad crucem converſus, quæ collocata ante oculos erat, hoc non ſine ſuſpiriis frequentabat. Miſerere mei Deus, miſerere mei: & tu Virgo miſericors ſervum deficientem ne deſere: per miſericordiam filii tui ſuſcipe animam excedentem. Paulula dein intermiſſa mora, rurſus in me dirigens oculos. Continuationem, inquit, ſanctæ expeditionis memore fratribus, & adjuva eu, quoad potes. Væ vobis, væ vobis ſi opus Dei deſeritis. Cum reſpondere tentarem multa, & præ gemitu non poſſem, dexteram manum, quæ in cubitum elevata erat, demittens ſupra collum: Benefac, inquit fili, & Deo orationem affer pro me., hoc il-*

In Turcas ſacram expeditionem commendat.

li ultimum verbum fuit, loqui ultra non valuit propter rheuma continuum, quo pectus jam & fauces erant completa. Legebantur ſine intermiſſione orationes Eccleſiæ, quibus animæ decedentium commendari Deo conſueverunt: ipſe ad audiendum attentiſſimus erat, ecce horam circiter tertiam inter legendum tanta quiete ſpiritum Domino reddidit, ut conviventem, non morientem diceres emigrare, & ſine ſenſu mortis excedere. [r]

Inter ſacras preces ſpiritum efflat.

XLV. Flevit Pii mortem oriens, qui ejus auxilio Turcicæ ſervitutis jugum excutere ſperaverat. De eo enim hæc refert Marinus Barletius (a), illum decreviſſe, cum Dyrrachium perveniſſet, Scanderbegum regia corona redimire, ut majori authoritate bellum in Turcas gereret: *Circumferebatur*, inquit, *jam ubique, Pium Pontificem maximum contractis undique viribus & copiis omnium Chriſtianorum in unum coactis propediem adverſus Ottomanum egreſſurum: qui, ut primum in Epirum & Albaniam trajeciſſet, in urbe Dyrrachina poſt rem divinam factam Paulum Angelum ejuſdem urbis archiepiſcopum, culmine præſulatus, & ſecunda a ſummo præſule & Pontifice maximo dignitate, quam nunc Cardinalatum appellant, inſignire atque ſublimare: Scanderbegum vero in Regem Albanorum, & Epirotarum declarare: quem etiam omnibus copiis Chriſtiani exercitus adverſus Mahumetem generalem [ut ajunt] imperatorem præficeret, quamobrem a barbaris undique circumferebatur, ſi in tali expeditione Chriſtiana adverſus Ottomanum Scanderbegus egreſſurus eſſet, proculdubio Chriſtiano victoriam adjudicandam iri, atque re & Ottomanno imperio actum deſperatumque fore autumabant omnes & aſſerebant: tantus terror, tanta formido Scanderbegiani nominis cor inceſſerat, adeo formidoloſum, adeo horrendum illius erat nomen. Ideo Mahumetes omni arte, ingenio, & calliditate ſua laborabat, ut Scanderbegum ad ſe alliceret, & cum eo ex integro componeret.*

(a) *Barlet. in vit. Scanderb. l. 11.*

Scanderbegum Regem creare decreverat.

XLVI. Excitabatur Scanderbegus ad bellum adverſus Mahometem a Venetis, qui illi auxiliare aurum ad ſolvenda militi ſtipendia pollicebantur, refertque Marinus Barletius (b) ab oratore Veneto hanc militarem orationem habitam fuiſſe: *Jam a ſummo Pontifice exiit edictum, & per omnia Chriſtianorum ora propalatum eſt, quod omnes Reges & principes Chriſtiani veniam peccatorum ſuorum conſecuturi adverſus Turcarum Regem cum ipſo ſummo Pontifice quamprimum exeant, & proficiſcantur; ex quo Veneti tui cum principe ſuo, & omni ſenatu tam terreſtri, quam maritimo apparatu, una cum Pontifice maximo noſtro ad hanc expeditionem contra Mahometem te invitant & implorant, teque principem, ducem, & totius Chriſtiani exercitus generalem imperatorem præficiunt, & quamprimum Pontifex trajecerit, & Dyrrachium intraverit in Regem Albanorum, & Epirotarum declaraturum te conſtituit, dignum apprime, cui ſumma hujus belli demandetur. Igitur, Scanderbege princeps feliciſſime, quid facis? quid immoraris? aut in perpetuum bellum armaque oblivioni danda ſunt, jugumque accipiendum: aut huic, cum quo de imperio & totius rei ſumma certatur, nec virtute nec patientia cedendum. Excita animum, & vires tuas: convoca duces tuos & imperatores: contrahe undique gentes & populos, invita Reges & principes vicinos tibi*

(b) *Id. ib.*

Venetorum ad Scanderbegum oratio.

NOTÆ [r] ANnus iſte de mortalium rerum ſolicitudine exemit Pium II. pontificem, Italiæ noſtræ gloriam, Romanorum pontificum decus, & patriæ ſuæ ſplendorem eximium. Tanto viro laudi fuit, quod omnium ordinum hominibus acceptus haberetur, & carus. Illum enim principes omnes, Germaniæ præſertim apud quos egit diutius, amarunt, dilexerunt pontifices, optimi quique cardinales probarunt, ſtudio & favore proſequuti ſunt populi. Nec ſane immerito, cum privatus iis omnibus fulſerit dotibus, quæ privatum viris principibus commendant, doctus, diſertus, officioſus, dexter. Princeps vero dignas principatu virtutes exprompſerit, magnificus, prudens, benignus, impavidus, actuoſus. Singula exemplis ex rebus ab eo geſtis nullo negocio demonſtrarentur, niſi ex iis quæ in annalibus narrantur id per ſe lectores facile intelligerent.

Invidiæ, quod ſummorum virorum fatum eſt, patuit. Sunt enim qui nimium in Ferdinandum Neapolitanum regem ſtudium reprehendant; cui dum favore & armis aſſiſtit, Gallorum a ſe animos abalienat, & opportunum gerendæ in Turcas rei tempus, vires & pecuniam abſumit. Quæ dum gerit alteram ex ea ereatam invidiam incurrit, perſuaſere enim pluribus non parum, Pium expeditionem in Turcas molientem ſerio agere, ſed omnia ab eo per ſimulationem conficta ſuſpicati ſunt, toti ſub ſplendido expeditionis in Turcas obtentu id agitaſſe conſilii, ut Anconam Florentinorum manibus traderet, quod Brixianæ hiſtoriæ coævus author prodidit Rer. Ital. to. XXI. Inania hæc fuiſſe non dubito, cum Pius, ſi eorum conſilia hæc vore agitaſſet, expeditionem tanto apparatu non ſuſcepiſſet, nec tantam orbis commotionem, quantam profectione ſua excitavit, nec communem hominum expectationem eo direxiſſet, ut Anconam Florentinis traderet, quod æternam nomini glorioſi pontificis apud ſuorum & poſterorum memoriam infamiam ereſſet. Hinc tamen calumniam ita reiiciendam cenſeo, ut cauſam tamen, unde provenit, a pontifice, datam non diffitear, & reprobem. Qua in re hominem ſe Pius exhibuit, cum in cæteris nihil, fere dicam, mortale habuerit. In his optimi pontificis laudibus, ſi cui forte immodicus videar, illum mentem adhibere moneo ad ea, quæ coævi quique ſcriptores de illo prædicant, quæ tanta ſunt, ut de nullo alio pontifice, cujus res geſtæ paulo fuſius deſcriptæ ſunt, unquam legantur.

Pio ſucceſſor datus eſt Paulus II. qua de re ſatis in annalibus. MANSI

tibi confœderator : inſtrue acies, & legiones ſequere omnium fidelium cœtum, & Chriſtianorum collegium, obtempera ſummo Pontifici, conſequere veniam peccatorum tuorum cum omni exercitu tuo.

Ecce Veneti tui me miſerunt, ut hæc tibi annuntiem, te invitem, te exhorter, quo vires viribus, ſigna ſignis, copias copiis conferas ; ſunt enim Veneti, ut noſti, principes Chriſtianiſſimi, benigniſſimi, terra marique præpotentes, qui aurum & argentum abunde pollicentur offeruntque tibi. Itaque Scanderbege, vere inquam Scanderbege, tu ta prior principum decus copiis tuæ barbaro bellum infer, agrum ejus invade, terrorem & formidinem hoſti intente, qui prior te provocavit rupto fœdere, fide & pace violata ; nam leges & jura omnia clamant, permittunt, fidem non ſervanti non ſervandam. Audacter audacter igitur Chriſtianum prævi exercitum, hoſtem prior aggredere, barbaro bellum univerſale annuntia, & ſummo Pontifici iter præpara : nam ecce jam Pius, ecce Veneti tui, ecce Francigenæ, Hiſpani, Belgæ, Hungari, Bohemi, Poloni, Itali, & omne Chriſtianum nomen te ſequitur, tibi adeſt, ex Magnæ ſpes illi injectæ. *quo fieri non poteſt ut barbarus tot Regibus & principibus, tot copiis & exercitibus reſiſtere valeat ; ideo fugam ſtatim arripiet, Europam deſeret, non proderit ſuperbiæ Ottomanno, non doli, non inſidiæ, non fraudes ſolita eum levabunt. Advertendum eſt tamen & prudenti animo præcavendum, quod callidus Mahametes hæc omnia præſentiens, ſtatim nuntios & oratores ſuos ad te deſtinabit, quo alliciat te, ut arma deponas, ut violatam ab illo pacem ſerves : averte tamen animum a maleſica ejus natura, occlude, obſtrue aures illecebris : jam illius moſtes ingenium, jam odoratus es hominem, & Ottomanæ gentis fraudes, quas optime perſpectas habes.*

XLVII. Ex Pii morte maxime affligitur. At pia illa conſilia evanuere, & Scanderbegus regio honore caruit, maximoque dolore ex Pii morte confectus eſt, ut memorat Barletius, qui hoc elogio Pium exornat (a) : *Magnus profecto, & clarus Pontifex, contempſit pecunias, veritatem apprime dilexit, neque ſecundis rebus intumuit, neque ſuccubuit adverſis : neque ſpes ei gaudium, neque metus triſtitiam attulit : potus cibique parciſſimum fuiſſe tradunt ; divina templis officia diurna nocturnaque nunquam neglexiſſe. Pompas ſæculi fugerat, calcaverat avaritiam, libidinem ſubegerat. Sedatus animus eundem ſemper ejus vultum oſtendit : durus & aſper in hoſtes Chriſti, promptior in fide receptis : evangelii non ſurdus auditor ; omnia inter Chriſti pauperes erogavit. In quo ea a principio modeſtia, ea gravitas, id acumen ingenii, id ſtudium literarum, is amor virtutis emicuit. Cum primum vero pontificatus apicem adeptus eſſet, magis affulſit ; multa in Turcas paravit, Reges & principes omnes concitavit : ſed dum hæc molitur de medio ſublatus eſt, cujus quidem occaſu tantum reſpublica Chriſtiana detrimenti ſuſcepit, ut adhuc ejus obitum maxime lugeat, cujus enim conſilio auxilioque ſemper uſa eſt, cum emergere, reſpirare, & jam jam in portu & in tuto propediem ſe fore ſperaret, ſubito & inopinato illius caſu afflicta eſt, & nunc conſternata admodum, & a barbaris undique exagitata plurimum mœret atque triſtatur. Quo certe triſti nuntio Scanderbegani milites, qui prius de victoria gloriabundi cum triumpho venerant, tanquam fulmine icti dolore quam maximo pene confecti ſunt, quod hujuſcemodi expeditio a Chriſtianis contra Mahumetem ſuſcepta in irritam cecidiſſet.* Pii morte Orientales conſternati.

XLVIII. Luxerunt etiam reliqui boni omnes : at felicitas non calamitas vocanda eſt in tanto religionis tuendæ conatu animam efflaſſe, ut egregie perpendit Cardinalis Papienſis (b) : *Incertum*, inquit, *morte ne, an vita felicior, qui ad ſummum pontificatum virtute ſua pervenit, & religionis atque ingenii æternam gloriam conſecutus, mortem eam ſit auctus, qua, ſi ſæculum attendas, nulla ſublimior, ſi in Deum reſpicias, nulla amplioris meriti contingere poterat : mortuus pro veritate eſt, & pro redemptione plebis captivæ offerens ſeipſum hoſtiam Deo, & relinquens exemplum ſacerdotibus quales eſſe pro ſuis plebibus debeant ; martyrium autem pene quotidianum paſſus eſt a die, quo Philippus Burgundorum dux miſſis oratoribus venturum ſe ad bellum & ſocium ſancti operis futurum promiſit : ſubito in omnem partem curam impertiens fatigari amplius ſolito ac vehementius cœpit, non remittens ad contrahenda neceſſaria ne opus quidem nocturnum : dividebat per horas ſingulas cuique opus ſuum rerum providendarum, perire huic cauſa exiſtimans quidquid momenti aliis eſſet impertitum. Cognoſcebat quoque molem operoſam aggreſſum ſe eſſe, & ſub ea cadendum, niſi omnifariam ſtudio difficultates undique ingruentes ſuperarentur. Hæc autem anxietas labefactavit ſupra modum ægram valetudinem ſenis, dum nec de alio cogitare, nec quietem capere, nec cibum ſine aſtante cura ſumere poſſet.* (b) Papien. ubi ſup. Eximium ab eo poſteris relictum exemplum. Immenſo ſudore ſacrum in Turcas bellum urſerat.

XLIX. *Comparatis denique omnibus, ut poterat jucunda ſpes advenientis ducis, quæ ſola ſpiritum ejus ſuſtentabat, ubi in mediorum curſu deficit, mirum dictu eſt quantum non animo ſolum, ſed totis viribus conſternatus extitit, quod re vera ſapientes videbant, illo non vacante maximam operis ſui partem corruere, & laborem omnem ſibi congeminare, tum autem repromiſſos orbi fructus detrimentis maximis retardari. Acceſſerant præterea duæ dolorum faces, quæ animam incendebant properantem ſemper ad opus inceptum : altera, quod ab eis*

lon-

lente, ac frigide adminiſtrari omnia ſentiebat, qui vel pecuniam pendere, vel armatum militem mittere, vel triremes ad bellum inſtaurare impenſa ſua promiſerant: altera quod Anconam proficiſcens catervas regredientium crucesignatorum quotidie habebat obvias inermes, ac vacuas pecunia. Et infra; *Complector uno verbo. Publicæ Chriſtianorum cauſæ vir ſanctus non defuit ſperans in Domino & ſupra vires animum geſſit: defuerunt ei, qui deeſſe nullo modo debebant, ipſe cum omni conſtantia ad mortem contendit, & patienter paſſus eſt pro Chriſto Deo ſuo.*

L. Licet ob ſuſceptum liberandi a Turcica ſervitute orientis obterendæ Mahumeticæ ſuperſtitionis conſilium obitumque in eo urgendo mortem nunquam intermoritura ſit Pii gloria, non defuere tamen qui ejus carpendæ occaſionem ſumpſerint, atque inter veteres Franciſcus Philelphus aſſentatiunculis ſuis mercedis ſpe principum gratiam aucupari ſolitus cum ſpretam a Pio ſuam dicacitatem doleret, in ipſum ſatyrica ſcribere, & conſilia ſacræ expeditionis damnare non eſt veritus; ſed non impune tulit audaciam, a Franciſco Mediolani duce in carcerem conjectus (*a*). Inter recentiores vero Meyerus temere hæc verba de Pio effutiit (*b*): *Tantæ expeditioni dux eſſe non potuit, non enim Eccleſiæ miniſtris gladius datus eſt ille.* At datam utriuſque gladii poteſtatem Petri ſucceſſori conſtat, lapſuſque turpiſſime Meyerus eſt, ut in pluribus aliis, velut cum hæreſiarcham Rokyzanam pontificum conciliorumque decreta de communione ſub utraque ſpecie laicis non permittenda, & Chriſto integre ſub unaquaque ſpecie contento ſpernentem veluti ſanctum virum, qui Eccleſiæ mores perpoliendos anniteretur, extulit. Ex adverſo autem exitu non damnandum fuiſſe Pii conſilium, quod mox utque Cardinalibus patefactum fuerat, judicatum eſt a Spiritu Sancto afflatum extitiſſe demonſtrat Jacobus Papienſis (*c*), dum Pii obtrectatores confutat: *Detractationem*, inquit, *ab eventu confirmant, atque ideo propoſitum damnant, quod ſucceſſum non habuit: injuſta nimium, & indigna ſapientibus hæc æſtimatio, rara eſſet adminiſtrandarum rerum laus ſi exitum non conſilia ſpectaremus, quorum tandem exitum neſcimus; quota enim quæque conſilia ſunt, quæ propoſitum teneant, ac non potius in medio curſu frangantur, & corruant? tenebris circumſepti expedire aciem noſtram in finem non poſſumus, & judicia Dei, quæ ſunt abyſſus multa, intercipiunt frequenter noſtros conatus. Ille laudandus eſt, & vidiſſe multum dicendus, qui ita ſe comparat, ut quantum contendere humana infirmitas poteſt, ad quæſitum finem omnia dirigit, laboremque adhibet. Servat devotiſſimus Pontifex placere Deo liberatum iri creditum gregem; ſed an liberatum vellet certus non erat: implevit ergo quod debuit, idemque patienter tulit, quod ei eſt placitum. Hoc tamen boni eſt aſſequuta ſedes, ut cum antea a ſæculi poteſtatibus fidelium calamitates uni imputarentur Pontifici, nunc iiſdem merito imputentur, quorum & accuſata ſit contumacia, & falſus fervor detectus.*

Philelphus carpere Pium auſus.

Conjectus in carcerem.

(*a*) *Papien. ep. 43.*

(*b*) *Meyer. l. 16. annal. Fland. in Phil. Burg.*

Meyeri error inſignis.

(*c*) *Papien. ep. 50.*

Non ſpectentur eventus ſed conſilia.

Detenta principum culpa.

LI. Aliqui tamen aliis calumniis ejuſdem Pontificis famam lacerare auſi ſunt; & cum teſtata univerſo orbi ejus pia ſtudia, impenſoſque pro conficienda in Turcas expeditione labores & ſumptus negare non poſſent, inania illi molimina temere affinxere (*d*): pœnituiſſe nimirum Pium ſuſcepti belli ſacri inſtructique exercitus, ac decreviſſe Brunduſium, ſi vitæ ſuperſtes fuiſſet, trajicere, dein vero diſſoluta claſſe Romam redire, culpamque intermiſſi belli ſacri, collabentiſque rei Chriſtianæ in Chriſtianos principes conjicere. Addit etiam Simoneta (*e*) aliud mendacium ad colorandam calumniam, nimirum Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem id ex Pii literis ad Othonem legatum datis cognoviſſe. Eadem concepta ejuſdem authoris verbis refert Meyerus (*f*) libertatis ingenii ſpecie Pontificum famam rodere aſſuetus. Quam autem a rei veritate hæc abſint, faciilime demonſtrari poteſt: a quo enim Pii mens, quam a Pio ipſo explicari potuit? nam alia ipſi affingere, præſertim cum verbis reſponderint opera, furentis & vaticinantis eſt. Fallente fidem Burgundo, & ſacram expeditionem intermittente Pontifex ab adminiſtrandi belli ſacri onere ſolutus erat, cum ad id, adjecta adventus Philippi lege, ſe obſtrinxiſſet: reique intermittendæ graviſſimæ ſuberant cauſæ: divinæ tamen gloriæ aſſerendæ flagrans ſtudio mens obvia pericula propulſanda ſuſcepit, ut ipſum in literis ſcriptis ad eundem Philippum ampliſſimis verbis id profeſſum vidimus. Quod vero Brunduſium ire ſtatuiſſet, non ex eo colligi jure poteſt reditum cogitaſſe, cum jam ante propoſuiſſet Burgundo iiſdem literis, Tarentino principe extincto, ejuſque ditione a Ferdinando occupata, ex ea maritima ora in Græciam, ubi gerendæ rei afforet occaſio, adverſus Turcas facili trajectu incurrere ipſos poſſe. Confirmatam itaque potius ſententiam de profundenda pro Chriſti cultu & orientalibus Chriſtianis vita, quam revocatam inde colligendum eſt, neque ipſum culpam indefenſæ rei Chriſtianæ in principes avertere meditatum eſſe ex induſtria fingi poteſt, cum ſine navigationis Brunduſinæ labore exceptis Hungaro Rege, Veneto duce, equitumque Rhodiorum magiſtro, cæteros principes defuiſſe periclitanti religioni conſtaret.

(*d*) *Simonet. l. 30. in fin. Meyer. l. 16. annal.*

Simonetæ abſurde figmenta.

(*e*) *Simonet. ubi ſup.*

(*f*) *Meyer. l. 16.*

Confutantur.

Sed

LII. Sed quid in refellendis obtrectatoribus immoramur, cum omnem calumniam vincat in ſuſcepto ſacro bello Pii gloria, ut veriſſima fuerit hæc de illo Cardinalis Papienſis (a) ſententia: *Exempla*, inquit, *ejus exempla virtutum omni tempore erunt, gratiuſque verſabuntur in ore ſuccedentium nobis, quam noſtro: perſeverat enim in nobis adhuc vivitque tenor quidam invidiæ atque odii, has calumnias operans; ſed paulatim extinguitur, paulatim veritas oppreſſa reſurgit: audit quotidie magis, ac magis Pium laudari, & apud multos etiam deſiderium ejus eſſe. Studia quoque ſua, quæ ignoratione boni antea non noſcebantur, nunc cum non habeatur plene cognoſci. Secundus annus a morte ejus longe melior primo eſt factus: celebrior adveniet tertius, quartus illuſtrior: ſic porro quantum ad annos accedet, tantum ad ejus gloriam adjungetur, plenus religione, plenus veritate, & plenus clementia pontificatus ejus fuit.* Sedit annos ſex minus quatuor dies; renuntiatus enim fuit Summus Pontifex, ut ſupra vidimus, anno ſæculi excurrentis quinquageſimo octavo XIV. kal. ſeptembris, vita vero functus eſt pervigilii aſſumptæ in cælum Virginis nocturna hora circiter tertia, ut idem Cardinalis Papienſis teſtatur (b), & confirmat Platina (c): egiſſe vero ipſum ætatis annum quinquageſimum octavum in ejus epitaphio dicitur, conſonantque Pii commentaria (d) & alii, dum natum affirmant XIV. kal. novembris anno ſalutis quinto ſupra milleſimum quadringenteſimum cum tamen apud Cardinalem Papienſem Georgius Lollius Pii conſanguineus natum eſſe anno MCCCCVI. affirmet (e), & Joannes Campanus etiam in vita Pii quinquageſimum nonum vitæ annum nactum tradat. At hæc omnia pugnant cum iis, quæ apud Pium leguntur, cum annum quinquageſimum nonum ſe attigiſſe teſtetur, niſi mendum in epiſtolam irrepſiſſe dicatur.

(a) *Papien. ſup. ep.* 50.

Cur creſcat poſt obitum gloria Pontificum.

Sedis tempus.

(b) *Papien. comment. l. c. & ep.* 41.

(c) *Plat. in Pio II.*

(d) *Gob. l. c. in princ.*

(e) *Apud Card. Papien. ep.* 47.

Ejuſdem ætas.

LIII. Ut autem demortui pontificis funus rite ſolemni concelebratum ſit, ſacerque ſenatus Chriſtophorum Maurum ducem Venetiarum audierit, duoque & quinquaginta millia nummorum aureorum apud Pium inventa Matthiæ Hungarorum Regi tradenda decreverit, tum comitia Romæ pro creando novo Pontifice celebrare conſtituerit, refert Jacobus Cardinalis Papienſis (f) hiſce verbis: *Die, quæ ſecuta obitum eſt, producto in templum cadavere, feretroque ſolemni impoſito, juſta a patribus vetuſto more ſunt perſoluta. Inde Venetorum duci [Chriſtophorus Maurus is fuit] ſenatus noſter eſt datus, appellandos enim de republica patres ante obitum judicabat: is cum eum oraſſet, receptus in conſeſſum, inter duos poſtremos diaconos Cardinales ampliſſima oratione Pium laudavit, ſic ut verum paſtorem eum fuiſſe diceret, dignumque ſucceſſione Petri Apoſtoli: obitum quoque intempeſtivum deflevit, quo non obſcure intelligeretur conatus tantos interruptos eſſe, ſpemque expectati boni magnopere diminutam commendavit: Venetam rem conſilii ſuſcepti participem, hortatuſque eſt eum legeremus plebi Dei Pontificem, qui vel proſequeretur inceptum, vel ſe jam Eccleſiæ incitationibus bellum ingreſſos collatis opibus adjuvaret. Cui orationi cum opportune reſponſum a ſenatu eſſet, poſtulatique ſubſidii non incerta ſpes præbita, rogatus eſt in ſequentem adhuc diem eſſet Anconæ. Illo igitur ad claſſem reducto, convenere mox ad conſilium patres, utque animi in eos noſtri prima documenta cognoſcerent, decreta illis ſunt triremes inſtructa, quæ tunc in portu erant, recepta reddendarum fide, ſi aut decretum non probaret ſuffectus Pontifex, aut Pii exemplo proficiſcendum ſtatueret. Hungarorum quoque Matthiæ Regi, cujus opera in præſens bello maxime fidebant Veneti, quemque adjutum pecunia cupiebant, ipſique aliquando adjuverant, duodequinquaginta millia nummum auri, quæ apud Pium inventa tunc ſunt concordibus ſententiis data: quibus illi decretis læti cum gratias ampliſſimas egiſſent, inde ſolventes Venetias revecti ſunt. Patres ad legendi curam paſtoris converſi Romæ legendum eſſe conſtituebant, non modo quia collegæ nonnulli propter ſenium venire Anconam ipſi non poterant, ſed magis quia ſacris legibus ad id cogebantur, electionem fieri oportere dictantibus ubi Romana eſt curia: curiam porro Romanam cauſarum tribunal appellant, quod Pius ad lenıendos de abitu ſuo Romanorum animos apud eos reliquerat. Maturandam autem multis ex cauſis atque iiſdem gravibus judicabat, quarum illæ non in ultimis erant, quod novi quotidie motus diverſis in locis noſtræ ditionis nunciabantur, paſſimque erat licentia quaſi decuſſo jugo qualibet in quemque audendi, nec antea finem habitura videbantur, quam vindex fuiſſet electus.* Digreditur author ad novos motus in pluribus locis ditionis eccleſiaſticæ excitatos, quorum cauſa patres ſummi Pontificis electionem maturandam cenſuerunt: tum narrat Cardinales ſeptimo die poſtquam Ancona diſceſſum eſt, Romam regreſſos, ac Pii corpus delatum, atque in Vaticana baſilica (g) in ſacra, ut juſſerat, B. Andreæ Apoſtoli æde, quam ille pulcherrime exornaverat, ſepulchro conditum marmoreo: quod inde cum ejuſdem Pontificis cineribus ætate noſtra in templum ab Alexandro Cardinale Perretto, opere magnificentiſſimo poſitum S. Andreæ Apoſtolo, tranſlatum eſt.

(f) *Papien. com. l.* 2.

Venetus dux exceptus a Cardinalibus.

Nummatum ſubſidium Regi Hungariæ tranſmiſſum.

Diſceptatum an Pontifex Anconæ deligendus foret.

(g) *Ib. l.* 2. *& Campan. in Pii vit.*

Pii corpus relatum Romam.

LIV. Peractis itaque defuncto Pontifici novemdialibus ſacris cum de comitiis celebrandis

dis ageretur, de loco conclavis diſſentiebant patres: Antonius enim ex ſorore Pii nepos Ferdinandi Regis Neapolitani gener Hadrianam molem præſidiario milite munitam tenebat, nonnullique metuebant, ne ſi Pontifex Ferdinando ipſi non gratus eligeretur, arx non reſtitueretur, tenderenturve inſidiæ Cardinalibus. Qui demum numero unus & viginti, epiſcopi ſcilicet quatuor, presbyteri duodecim, diaconi tres VI. kalendas ſeptembris in vaticanis ædibus conclave ingreſſi ſunt. Ut vero illi admotæ ſint cuſtodiæ, deſcribit his verbis Jacobus Papienſis (a): *Celebratis exequiis, & conclavi jam conſtituto ſexta kal. ſeptembris, qui fuit annus a Chriſtiana incarnatione milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus quartus, reclaſerunt ſe omnes ad novam electionem in anteriores pontificia Vaticanæ aulas: cuſtodia prima, & qua proxima patribus fuit, præfuerunt epiſcopi decem, qui ſcrutarentur ſingula, quæ vel cibi, vel alterius rei cauſa inferrentur ad eos, differenteſque eligere decretis patrum ad maturandum arctarent: ſecunda oratores Regum principumque, qui Romæ inventi tunc ſunt; tertiam autem, quæ ultima erat prætoriani milites aſſervabant. Diem, qua ſeruta ingreſſum eſt, totum formandis legibus impendere ad ſanem Pontificum adminiſtrationem maxime neceſſariis, quibus patrum quiſque ſubſcribens jurejurando votoque promitteret, obtemperaturum ſe illis, ſi ad pontificatum aſſumi ipſum contingeret.* Refert poſtea author conſtitutas hujuſmodi leges de ſacro bello urgendo in Turcas, & annuis obventionibus ex aluminis confectione, quæ ad trecenta, & eo amplius aureorum millia aſcendebant, in id derivandis; perpoliendis curiæ moribus, non illa trahenda in varia loca: celebrando triennii ſpatio concilio, de Cardinalium numero ornamentis animi, & electione, non deſtituendis epiſcopis vel abbatibus ob principum preces, non alienandis eccleſiæ topatchiis, non movendo bello inconſulto ſacro ſenatu, jungendove fœdere; non augendis vectigalibus, non arcium inſignium cuſtodia affinibus tradenda, neque iis eccleſiaſtico exercitui præficiendis: ad quas quidem pactiones Sacramento ſe univerſos Cardinales obſtrinxiſſe refert Cardinalis Papienſis (b).

(a) *Papien. comm. l. 2.*

Incluſi conclavi Cardinales.

Solemni ritu Sacramenta aliqua concipiunt.

(b) *Papien. com. l. 2.*

LV. *Jurabat vovebatque Deo ſanctiſque Apoſtolis Petro & Paulo quiſquis patrum ad pontificatum eſſet aſſumptus inchoatam expeditionem in Turcos, quantum Romana eccleſia paterentur opes, continuare, proventumque aluminis ad eam rem integrum adhibere: lapſos etiam curialium noſtrorum mores ad patrum diſciplinam reſtringere: curiam porro ipſam de provincia in provinciam ſine plurium ex patribus intra Italiam, extra Italiam ſine omnium aſſenſu, qui ſubſcriptionibus pateret, non transferre: concilium generale Chriſtianorum intra triennium cogere, in quo & principes ſæculi ad tuendam religionis cauſam accenderentur, ægraque partes Eccleſiæ communi medicamento ſanitatem reciperent: Cardinales non ante creare quam ii, qui creati jam haberentur, intra viginti quatuor eſſent redacti, majoremque hoc numero non pati in Eccleſia eſſe: neminem quoque aſſumere, qui non trigeſimum annum excederet, quique non profeſſus eſſet vel pontificium jus, vel civile, vel literas ſacras, nec niſi unum, eumque hujus generis hominem de cognatione ſua eligere: in omnibus autem eligendis ſententias patrum non tacitas in aurem, ut ante, ſed ex ſubſelliis ad declinandos errores palam accipere, de majoribus inſuper committendis ſacerdotiis non niſi in conſiſtorio ſententiis auditis decernere, jus ad ea nominandorum nulli omnino permittere: diplomata etiam non dare, quibus ad alienum arbitrium ſedem ſe collaturum promitteret, ſi qua eſſent antea data uno edicto adimere: non deſtituere ſede ſua epiſcopum quemquam, abbatemve poſtulatione ulla principum, niſi & talionem ex juris forma in ſe ante reciperent, auditique rei ſolemni judicio eſſent; non Cardinalem remve ſuam apprehendere, niſi ex patrum ſententiis; non damnare etiam, niſi ex ſynodali conſtitutione, cujus eſt initium Præſul, nil porro ex omni Eccleſiæ patrimonio, quod paulo inſignius eſſet, in quemquam diſtrahere, aut ejus cenſum minuere, niſi & aſſenſerint patres, & conceſſioni ſubſcripſerint: iiſdem quoque non conſulentibus nulli non ſubdito bellum inferre; aut ad inferendum fœdus quidquam inire; teſtamenta defunctorum curialium libera ſinere, portoria nova nulla inducere, nec vetera augere, principi potentatuive tributum de clericis ſine ratione ullum concedere, arcium cuſtodes jurejurando vadimoniiſque adigere, de iis, vacante ſede, collegio repoſcenti tradendis; eas quæ eſſent momenti majoris ſolis clericis, qui tamen ſuæ cognationis non eſſent, committere: eundem vero & arcis cuſtodem, & præſidem civitatis non facere, præſidibus provinciæ decedentibus adminiſtratorum omnium judices dare; ducem eccleſiaſtici exercitus ex ſuo genere non conſtituere, nil in diplomatibus factum dicere ex fratrum conſilio, quod ad verum conſulentibus iis decretum non eſſet, demum primo quoque menſium omnium conſiſtorio imperare has leges ad innovandam memoriam ex ſcripto præſente ſe recitari. Additum & hic eſt, ut bis quotannis per kal. decembres majaſque patres ſeorſum a Pontifice convenientes cognoſcerent inter ſe an ſervata illa judicarentur, id ſi minus factum intelligerent, charitate qua filiis in parentes eſt debita uſque ad tertia rememorationis officia, traſgreſſionis & per-*

De concilio generali celebrando.

De non imminuendo eccleſiæ patrimonio.

& perjurii illum monerent, ad ſervandumque precarentur.

LVI. Ritus in electione celebranda obſervati.

Sancitis his legibus confirmatiſque, ſacramento Cardinales ad electionem proceſſiſſe hoc ritu narrat Papienſis: *Ad electionem procedi eſt cœptum, cujus ſolemnitatem ſervari hanc vidi. Mane patres omnes induti palliis a ſummo deorſum apertis, quas croceias vocant, in cellam B. Nicolai, quæ ad dexteram prima aula eſt, ſilentio convenere. Ibi divina Spiritus Sancti per cuſtodem ſacrarii apoſtolici rite ſunt celebrata. Quibus abſolutis ſuo loco diſpoſuerunt ſe per ſubſellia, quiſque quos decreverat eligere in codicillo ante deſcripſerat, hunceque ſuo annulo obſignarat. Inde tres tantum ex patribus ad altare aſcendentes primi videlicet inter epiſcopos, presbyteros, atque diaconos, calicem ſacrificii, in quo ea die fuerat conſecratum: ad medium altare conſtituentes, cuſtodes ipſi omnium aſſiſtere inſpectores: poſthac eodem ordine proceſſerant reliqui, atque ante altare in genua procedentes codicellum ſigillatim in calicem demiſere. Id vero poſtquam ab omnibus factum eſt, tres illi, quos diximus, calicem ipſum ad cæteros inferius conſidentes ſublatum altius retulere, conſiſtenteſque in ſubſelliorum medio, unde & ſpectare, & audiri a circumſtantibus poſſent, numerarunt mox codicillos, quorum ut conveniſſe numerus inventus eſt, ſinguli ab epiſcopo aperti & lecti proximo diacono pronuntiandi traditi ſunt. Patrum quiſque papyrum tenens ac pugillare, quem quique elegerant ſuo chirographo annotabat. Solent Cardinalium partes duæ veteri decreto Pontificem facere: qui numerus, ſi ex codicillis non adimpleretur, liberum eſt cuique, quem voluerit patrum non electum a ſe ſcripto, voce eligere, quæ electionis ratio verbo noſtræ conſuetudinis acceſſus dicitur: incuditum vero eſt præſenti, & majorum memoria, quempiam ex ſolis codicillis electum eſſe, vocum acceſſio conficere totum apud eſt ſolita.*

PAULUS PP. II.

LVII. Petrus tit. S. Marci creatus Pontifex.

Igitur omnibus legitime obſervatis, duodecim Cardinales inventi ſunt, qui Petrum tit. S. Marci ex codicillo eligerent annos quadraginta & octo natum, Venetum natione, & in Barborum nobili familia ortum; duæ tantum voces ad complendam electionem videbantur deeſſe: cum ſubito patres alii quatuor uno ferme momento ad reliquos acceſſere tanta quidem celeritate, ut dubium apud nos fuerit cujus eſſet vox prima audita. Cardinales etſi ſuperare ad perfectam electionem ſuffragia intelligebant, jamque pro Pontifice habebatur Petrus, tamen ut unus omnium eſſet conſenſus exquiri ſigillatim eligentium ſententias voluerunt. Beſſarion itaque Tuſculanus epiſcopus primum in collegio locum habens, unumquemque ordine appellans rogavit, num ea placeret electio; cum vero ab omnibus prona aſſenſione placere reſponſum eſſet, converſus ad Petrum: Patres, inquit, hi te in Pontificem elegerunt: & ego omnium nominibus rurſum te eligo, id agens videlicet, ut, quæ ſunt ad electionem legitima, viderentur in hanc conveniſſe. His dictis ſalutatus eſt Pontifex, & gratulabundi omnes ad ejus genua procedere: ante vero quam quod actum eſſet pronunciaretur ad populum, oblata ei juxta conditum leges ſunt, de quibus ante meminimus: quibus ille accepto ſtatim calamo ſine cunctatione ſubſcripſit, ſervaturumque ſe eas juravit, ac vovit.

His conſentanea tradit Rodericus Sancius epiſcopus Palentinus (a): *Unanimiter*, inquit, *& concorditer per viam Spiritus Sancti elegerunt ſanctiſſimum dominum dominum Paulum II. natione Venetum, qui nunc feliciter Deo auctore præſidet. Hic Pontifex genere nobilis atque patritius, ſed vita & moribus illuſtrior nepos quidem fuit B. memoriæ Eugenii Papæ IV. & ita ex una nobili glorioſaque domo duplex pontificatus egreſſa eſt dignitas, & dum in illo,* nempe Pio, *mæror univerſos tenuit, quod ruptus ſit, in iſto gaudium ſucceſſit quod aſſumptus eſt, quo fit ut utriuſque Pontificis laudum gloria univerſa populorum ora compleat.*

(a) *Roderic. Sancius hiſt. Hiſp. par. 4. c. 4.*

LVIII.

Creatum prima ſuffragiorum collatione Pontificem refert Cardinalis Papienſis non ſine inſigni admiratione, eam nullus eorum temporum memoria non ſine plurium dierum diſceptatione diſſenſioneque Pontifex renuntiatus eſſet. Trigeſima vero auguſti die celebratam electionem, ac xvi. ſeptembris thiara pontificia Paulum redimitum, atque ad baſilicam Lateranenſem, acta veteri more equeſtri pompa, pervectum narrat Stephanus Infiſſura (b). Fama eſt (c) prænuntiatum fuiſſe Paulo pontificatum a B. Virgine, dum Ancona rediens populari morbo percuſſus in æde Lauretana remotis arbitris enixe oraret, ut priſtinæ valetudini reſtitueretur, preceſque prolixiores fundenti lenis ſomnus obrepſiſſet, in quo per ſpeciem, de recuperanda mox valetudine; adipiſcendaque dignitate pontificia edoctus eſt, quare vocato ædis ſacræ præſide idoneam materiam condendo ingentis amplitudinis templo, quod ſuo complexu contineret ædiculam nomine ſuo ſumptuque comparare juſſit, ac deinde illud ad faſtigium pene perduxit (d): at in quodam diplomate profeſſus eſt, ſe in eadem æde Deiparæ opem vimque cœleſtem ſenſiſſe, expertumque eſſe. Sumpſit pro emblemate pontificio hanc ſententiam: *Benefac Domine bonis, & rectis corde.* Cum de more ſalutarus Pontifex nomen commutaturus eſſet, Formoſi (e) ſibi nomen indidiſſet ex quadam,

(b) *Infiſſ. mſ. arch. vat. n. 111.*

(c) *Turſel. l. 2. Lauret. hiſt. c. 1.* In adiecula Lauretana de pontificatu adipiſcendo divinitus factus certior, Ingentem ædem circum extrui juſſit.

(d) *Bapt. Mant. l. 6.*

(e) *Papien. comm. l. 2.*

Formoſi nomen primum accepit dein mutavit.

dam, ut interpretatur Papienſis religione animi, qua Formoſi Pontificis innocentiam, ut ferebatur, miraculo poſt obitum illuſtratam adamarat: ſed cum ea appellatio ad formam, qua excellebat, alludere videretur, ſuaſus eſt a patribus, ut id nomen abiiceret; fuiſſe vero inſigni admodum oris dignitate confirmat Rodericus Sanctius (a) his verbis: *Eſt huic Pontifici virtus animi ingens, ſed & forma corporis venuſtiſſima; illa præſtat, ut eum oporteret Pontificem maximum fieri; hæc, ut deceret.* Quod etiam innuit Platina (b) his verbis: *Ornatus tanquam alter Aaron, in publicum forma humana auguſtiore prodibat.* Præterito Formoſi nomine, Marci nomen deligebat, cum a Papienſi (c) iterum admonitus, minus videri nomen idoneum, quod Veneti eam vocem in præliis repeterent, ipſeque Venetus patriæ affectibus ſervire videretur, demum Pauli II. ſibi nomen adſcivit.

(a) Roderic. Sanct. hiſt. Hiſp. par. 4. c. 4.

(b) Plat. in Paul. II.

(c) Papien. ubi ſup.

LIX. His porro encyclicis literis, quas Friderico Montis feretri inſcriptas repetit Felix Contelorius (d), de inito pontificatu Chriſtifideles certiores fecit.

(d) Ext. mitr. & Urbini principi a contelor. in Elench. Cardd.

Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Cum felicis recordationis Pius Papa II. prædeceſſor noſter ſummus dictæ Eccleſiæ Pontifex ac verus Jeſu Chriſti vicarius in ſede Petri hactenus ſederet in civitate noſtra Anconitana, ad quam pro expeditione in Turcas ſupra vires ætatis & valetudinis ſuæ perſonaliter ſe contulerat, decimooctavo kal. ſeptembris ex hac peregrinatione ad cæleſtem patriam migravit: poſt ſolemnem exequiarum celebrationem nos una cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, Romæ in palatio apoſtolico apud baſilicam S. Petri Apoſtolorum principis, loco ad id conſueto, & per eoſdem Cardinales concorditer electo, modo & tempore congruis pro electione futuri Pontificis in conclave ingreſſi ſumus, ubi in primo ſcrutinio miſſa Sancti Spiritus celebrata, Deus qui concordiam in ſublimibus operatur, ita eoſdem Cardinales unanimes in tanta hac ſedis Apoſtolicæ proviſione effecit, ut miro & nobis ſtupendo Dei conſilio ad imbecillitatem noſtram oculos dirigentes, nos tunc tit. S. Marci presbyterum Cardinalem ad hanc ſupremam honoris atque auctoritatis ſedem concorditer erexerint.

Nos vero non de nobis, ſed ſolo illo concepta fiducia, qui infirma eligit ut fortia quæque confundat, debiles manus noſtras ad fortia miſimus humeros noſtros ſummo ſuperhumerali muniv imus, colla noſtra humiliter ſubjicientes apoſtolicæ ſervituti, redemptorem noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus immerito vices gerimus, ſuppliciter exorantes, ut qui per hanc vocationem in maris mundi hujus altitudinem nos deduxit, non patiatur ab ipſius tempeſtate demergi, præſertim cum omnes conatus noſtros pro tutela fidei Chriſtianæ contra ejuſdem inimicos, & maxime ad reprimendam Turcarum rabiem dirigamus; ſed illam nobis ſua potentia dexteram porrigat, quæ Apoſtolorum Principem in fluctibus ambulantem erexit, & Paulum die ac nocte in profundo maris poſitum liberavit. Hanc vero aſſumptionem noſtram ad tuam conſolationem ſignificandam duximus nobilitati tuæ, quem uti peculiarem noſtrum & Eccleſiæ filium ſingulari complectimur charitate, hortantes eandem in Domino primum, ut porrigi facias preces ſolemnes ad dominum Deum noſtrum, ut nobis ſua gratia aſſiſtat & greſſus noſtros dirigat, Eccleſiam ſuam ſanctam ad gloriam & honorem ejus, extirpationem hæreſum, defenſionem & exaltationem fidei, pacem & quietem populi Chriſtiani feliciter in Domino gubernare valeamus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXIV. III. id. ſeptembris aſſumptionis noſtræ anno I.

De Turcis reprimendis pia vota exponit.

Ann. Eccl. Tom. XXIX.

LX. De geſtis vero a novo Pontifice hæc recenſet Papienſis (e): *Non multos poſt electionem dies peractis ſolemnitatibus fuit Paulus, in quibus ſacratus eſt Pontifex, & coronam poteſtatis accepit, ad adminiſtrandum ſeverſus varios hominum ſermonibus operam initio duxit, cum & nonnulla benigni animi argumenta ſint judicata, & pleraque moribus priſtinis multum contraria. Cardinalibus, qui ſacris induti veſtibus a prælatis inferiorum ordinum, præterquam loco, non dignoſcebantur, aſummitrhea ſericea damaſcena operis rubraque capitia induiſit, quibus ſoli antiſtites Romani ea utebantur: ſubſellia quoque tam ad ſenatus quam ad ſacrificiorum conſeſſum altius elevavit, aureos menſurnos * centum ſingulis patrum inſtituit, quibus annua quatuor millia ex ſacerdotiis non provenirent: epiſcopis quoque multis vel ejectis ſedibus, vel inopes eccleſias poſſidentibus pro conditione liberaliter non pauca erogavit: humanum autem perhorrens ſanguinem in reos etiam graviſſimorum criminum ſolis carceribus vindicare ſat habuit.*

(e) Papien. comm. l. 2.

Cardinalitia dignitas ab eodem aucta.

* menſtruos

Ejus benignitas.

LXI. Subdit author conquiſitis undique gemmis ipſum delectatum, mithramque tribus cinctam coronis, cujus uſus multo tempore fuerat intermiſſus, novam confeciſſe geſtaſſeque, centum & viginti millibus nummum æſtimatam; juratas vero in comitiis leges, in quibus inter alia pro reſtituenda re Chriſtiana œcumenicum concilium celebrare ante & poſt pontificatum voverat, aboleviſſe, tum ſubdit Cardinales, ut ſubſcriberent, placitis etiam non cognitis, partim illexiſſe blanditiis, partim terrore compuliſſe, tantum pontificalem authoritatem nullis legibus ab electoribus in anguſtum contrahendam; in quo tantam vim adhibitam a Paulo ait, ut Cardinalem Beſſarionem refugientem

Pactiones juratas in conclavi ac maxime de concilio celebrando diſſolvit.

Illata vis ob eo Cardinali Beſſarioni.

tem in cubiculum manu retraxerit, & anathema illi, ni chirographum ſcripto non perlecto adderet, intentarit. Cum ad id etiam urgeretur ipſe Cardinalis Papienſis (a), graviſſimas ad Paulum literas dedit, quibus illum officii admonuit.

(a) Papien. ep. 81.

LXII. Graviſſime a Card. Papienſi monitus ut voto nuncupata ſervet.

Voviſti, inquit, *Cardinalis, voviſti & Pontifex ſervaturum te leges, quæ in conclavi ſunt editæ ad ſalutem publicam utiles, voti tui duobus in libellis chirographum extat, dixiſti cum ſcriberes, etiam ſine voto ſervaturum te eas fuiſſe: ſic quoque ſcripſiſti cupide, ut vindex non ſervantium videreris futurus. Sperabamus reſpiraturam eccleſiam, & futurum pontificatum qualem a Petro non vidimus, quid nunc dicam? aut quid non potius dicam?* Et infra: *Non diſputo nunc voto illo teneeris, an non, alterius loci, & temporis ſit inquiſitio, tantum dico, paucis exceptis, qui ſublatis legibus faciliorem ſibi ad cardinalatum viam intelligunt, reliquos tam pontificii quam divini juris interpretes, totum quoque collegium teneri te exiſtimare; hoc vero lamentor, hoc doleo, quod filios tuos de te optime meritos indigne fatigas, inſignemque levitatis notam ſine cauſa eis imponis, etenim tenearis, vel non tenearis, quid nos noſtris ſubſcriptionibus poſſumus? quid annuendo operamur? ſi non teneris, rem ſupervacuam facimus, ſi teneris utique inutilem: utrumlibet velis, nullus eſt fructus; poteſtatem non habemus nos tollendorum votorum, nec redimendi quod oblatum eſt Deo, cum his tibi res eſt, quos appellas in voto, cum Petro & Paulo, & cum Chriſto Deo tuo: cogens nos comminationibus tuis, illos non coges: factus a nobis liber, non utique libertatem ab illis conſequeris. Audi prophetam dicentem: Vovete & reddite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu affertis munera; terribili & ei, qui aufert ſpiritum principum, terribili apud omnes Reges terræ: reddi videlicet admonet vota, non reddentibus autem pœnam denuntiat.*

Dilemma acutum.

LXIII. Vinci poſtea ſe patitur.

Vinci demum a Paulo ſe paſſus eſt Jacobus Papienſis, ſuique poſt molliciem animi damnavit; laudavit vero Joannis Carvajalis viri ſanctiſſimi conſtantiam in literis ad Cardinalem Theanenſem ſcriptis (b): *Subſcripſimus omnes*, inquit, *partim cupiditate aſſequendorum, quæ volumus, partim metu, ne quotidiana indignationis ſuæ ſuſtineamus flagella. Fateor molles fuimus, delicati, ac noſtrimet nimium cupidi: reſpeximus non quæ Dei, ſed quæ carnis & ſæculi ſunt; nemo tamen probavit: ſolus Joannes Carvajal genere Hiſpanus, ætate grandævus, meritis magnus conſtantiæ laudem invenit, turpitudinem hanc eſt deprecatus, nec ullis tentamentis ingenioſi poſtulantis propoſito dimovere eſt paſſus, ad ſingulas colluctationes ſic excuſavit, quod juvenis non commiſi, non committam ſenex, ut me recte pœniteat: tibi propter has leges moleſtus non ero, tantum ſineto dignitatis, & conſcientiæ me rationem habere. Vir profecto dignus non qui nobiſcum ſedeat, ſed qui præſideat ad conſilium ſedis Romanæ.* Nonnullis interjectis addit Papienſis graviſſimam ex ejuſmodi facinore ſchiſmatis ſuſpicionem obortam: *Non ſine ingenti*, inquit, *gemitu refero vexandæ, lacerandæ, & ſcindendæ Eccleſiæ materiam præbitam, qui viderit legum ſententiam, magnitudinem juriſjurandi, ac voti vim decreti in extrema pagina poſiti, hæc mecum ſuſpirabit & gemet.*

(b) Ib. ep. 182.

Joannis Carvajalis illuſtris conſtantia.

Obortus ſchiſmatis metus.

LXIV. Porro diſſolvendi voti in conclavi nuncupati ſuaſores Paulo fuiſſe Stephanum Mediolanenſem, & Theodorum Tarviſinum antiſtites, qui cardinalitiam dignitatem ambiebant, plurimaque apud Paulum valebant auctoritate narrat (c) Papienſis, nec divina ultione eos caruiſſe: *Ultiones*, inquit, *in auctores mali argumenta ſtatim manifeſta prævidimus: Mediolanenſis ſpe cardinalatus ſæpe fruſtratus abſtinere etiam curia neceſſario coactus eſt, & Theodorus Tarviſinus Cardinalis ſecreto factus, in languorem miſerrimum incidens, hora ſuprema vitæ, ad levandam vim morbi indicante Pontifice, quod factum erat agnovit, eoque exceſſit acerbius, quod dignitatem tanto precato, tantaque anxietate quæſitam, auditam tantum & nec viſam ſe intellexit dimittere.* Ipſum porro magnis a natura dotibus fuiſſe inſtructum, rebus geſtis & legationibus clarum, eloquentia inſignem, adeo ut Pius illum citharam ſuam nuncuparet, pieque obiiſſe, refert idem Papienſis (d) in literis ad Cardinalem Nicænum his verbis: *Incidens in languorem patienter tulit omnia; Domino quoque totum ſe credidit ita affectus rediens ſuos, ut quæcumque ſequeretur caſus benediceret illi, & voluntatis ſuæ opus agnoſceret.*

(c) Papien. comm. l. 2.

Diſſolvendi voti conſultores divina ultione perculſi.

(d) Id. ep. 79.

LXV. Cæterum Paulum ipſis pontificatus exordiis animum ad fidei Chriſtianæ cauſam contra Turcos fulciendam curas intendiſſe, teſtatur Cardinalis Papienſis (e), ac primos ex patribus tres delegiſſe, qui ea de re inter ſe agitarent conſilia, ut quæ multa maturitate digeſſiſſent decreto poſtea apoſtolico firmarentur. Interea quæ Chriſtiani principes auxilia ſint polliciti alibi docet, dum de rebus geſtis Latinum Cardinalem Urſinum in Piceno legatum, de quo paulo ante memoravi certiorem fecit (f): *Venere*, inquit, *oratores Veneti ad Pontificem apparatu inſigni, præſtantes viri, non civium ſed Regum præ ſe legationem ferebant. Datum eſt illis conſiſtorium publicum tanta frequentia hominum, ut majorem eo in loco non viderim. Sequentibus diebus cum Pontifice, & tribus*

Agitata a Paulo expeditionis Turcicæ conſilia.

(e) Papien. ep. 95.

(f) Id. ep. 54.

pa-

patribus expeditioni præpoſitis, & cum oratoribus, qui hic ſunt, actum continuo eſt de ratione belli gerendi in Turcos. Exitus tractatorum his fuit, ut Pontifex aureorum millia centum, quæ obtulit in hunc annum pendat, diſpenſanda ſuo & trium patrum judicio: Ferdinandus Rex octuaginta, Veneti centum, dux Mediolanenſium ſeptuaginta, Florentini quinquaginta, dux Mutinæ viginti, marchio Mantuanus decem, Senenſes quindecim, Lucenſes octo, Marchio Montisferrati quinque; a nullis tamen, ne a Venetis quidem recepta eſt diſtributio, facultatem publicam ſe non habere cauſantibus, omnes ſcripturos ſe ad ſuos, quæ conſultata eſſent, dixerunt. Addixiſſe præterea Paulum iiſdem pontificatus initiis magna cum liberalitatis laude ſuſtentando bello ſacro, ut in conclavi ſacramento erat pollicitus, omne aurum, quod ex conficiendo alumine redigeretur, ut ſcripſit ſacri ſenatus (a) nomine ad Chriſtophorum Maurum, ducem Venetiarum idem Cardinalis Papienſis hiſce verbis: *Animi noſtri inclinatiſſimi ad omnia ſunt, Pontificem autem eum, Deo concedente, habemus, qui nos deſiderio vincat, & ſtudia noſtra ſuis ſunctis operibus ſuperet. Mox ut aſſumptus eſt proventum omnem aluminis, & quidquid inde percipi poteſt, Deo & continuandæ expeditioni, quandiu vivet, dicavit: quod ideo veſtræ excellentiæ ſignificandum putavimus, ut confortetur cor ſuum, & ab eccleſia Romana expectet quæ re & verbo impendi omni tempore poterunt.*

De ſtipendiis conferendis ab Italis principibus actum.

(a) Id. ep. 42.

Vectigalia ingentia aluminis bello ſacro ſuſtentando conſecrata.

LXVI. Sub primis pontificatus Pauli auſpiciis in Boſna rem feliciter geſtam a Mathia Pannoniæ Rege, ac Jaitzium obſidione liberatum refert Franciſcus Philelphus (b) in literis ad Ludovicum Cribellum: *Negas*, inquit, *te intra quindecim dierum ſpatium audire Turcos, qui Jaitziam obſiderent potuiſſe de creatione Pauli Pontificis, quid aliud id portendit, niſi quod jam ante animus præſagiit, quod Turci perterriti continuo ejus oppidi oppugnationem dimiſerint, ubi accepiſſent tantum, ac talem virum Pio in pontificatum ſucceſſiſſe? kal. auguſti anno a Chriſti natali die MCDLXV.* Quæ vero geſta ſint a Venetis in Turcas deſcribit in literis ad Chriſtophorum Maurum (c) hiſce verbis; *Audio vos magnis opibus, ac viribus terra marique bellum inſtaurare in Turcos, rem ſane ut neceſſariam, ita apprime ſanctam atque laudabilem; eo enim Chriſtianorum principum negligentia & ſocordia res eſt adducta, ut nulla ſit cunctatio nobis relicta: aut vincere quamprimum oportet cum ingenti utilitate, & gloria ſempiterna: aut ita vinci per acerbiſſimam cladem, ut mors ſit vita anteferenda: nam ſi nulla a vobis Turci injuria laceſſiti, quin potius continuis beneficiis affecti, tum Neopolti, quæ veſtra eſt urbs, in Ætolia vicos ac ſuburbia diripuerunt atque vaſtarunt, tum Argos in Peloponeſo verterunt in prædam, ſoloque æquarunt, quid nunc eos exiſtimatis animo volutare? quid moliri? quod facinus anhelare poſteaquam vos viros experti ſunt? intelligebant Turci ante id temporis, dum alios Chriſtianos bello premerent, rem ſibi eſſe cum mulieribus imbecillibusque potentatibus; itaque nihil aliud unquam, quam de victoria rapinaque cogitabant: ſed poſteaquam autumno ſuperiore vos forti ſtrenuaque manu adorti Peloponeſum, eorum vires una cum ipſo Humare, quem rerum bellicarum peritiſſimum habent, uno impetu ex Iſthmo expuliſtis, jam cœperunt animadvertere alia ſibi conſilia ineunda: quare accinguntur quanta poſſunt majore apparatu & copiis, & utinam aut nunquam arma cepiſſetis, aut quos tanta veſtra cum laude tam facile tam celeriter ex Peloponeſo extruſeratis, non rurſus quaſi ultro intruſiſſetis: ſed totius hujus errati cauſa fuit clades ad Corinthum modo accepta, quæ nunquam accidiſſet, ſi talis ductor præfuiſſet terreſtri exercitui, qualem claſſi maritimæ præfeciſtis. Ex Mediolano idibus martii anno a natali Chriſtiano MCDLXV.*

(b) Philelph. l. 26. ep. 1.

(c) L. 22. ep. 1.

Turci Neopactum & Argos diripiunt.

Ex Iſthmo repulſi.

Ad Corinthum Venetos fundunt.

LXVII. Cladis illius ſeriem nitidius ita exponit idem Philelphus in aliis literis (d): *Si Bertholdus Ludovici Lauredani moderati viri & fortis conſilio uti, quam ætatis ardori obſequi maluiſſet, nec ipſe cum tanto dedecore periiſſet nuper ad Corinthum, nec vobis neceſſitatem in præſentia attuliſſet ejus regni recuperandi, quod nullo neque periculo, nec labore uno impetu ſeparatis: ſed dum ille avido prædæ militi vult gratificare, aſſervabatur enim Corinthi quidquid tributi ex univerſa Peloponeſo Turcis exactum erat in toto anno relicta Iſthmo, quem tueri munireque validius debebat, audenter ſimul atque conſtanter Corinthum oppugnat, expugnaſſetque, ſi ſe juvenem eſſe potius, quam ſenem meminiſſet: nam neque laborem fugiens caput caſſide nudaſſet, quo funditori præberet facultatem perdendi ſui, neque a capto colle urbeque diurna oppugnatione exanimata ſe recepiſſet in campum, neque paſſus eſſet, victorem jam exercitum a victis Turcis opprimi dormientem: quibus erratis effectum eſt, ut paulo poſt deſertis a veſtro milite Iſthmi tutiſſimi munimentis, Turcus rurſum Peloponeſo, quam modo amiſerat, ſine ullo prælio poteretur.*

(d) Philel. l. 21.

Venetus dux ſaxo peremptus.

Peloponeſus rurſus amiſſa.

LXVIII. Non ſucceſſiſſe Venetis proſpere bellum Turcicum conſentit Sabellicus (e). Et quidem initio a Sigiſmundo Malateſta, qui leves copias in Peloponeſum adduxerat ſecuturi cruceſignati exercitus ſpe, Miſiſtratum, deſpotorum antea regiam urbem olim Spartam nuncupatam occupavit (f), arcem vero a barbaris egregie munitam obſidione cinxit, ſubſidii expectatione ad

Certatum a Venetis in Peloponeſo.

(e) Sabellic. decad. 10. l. 8.

(f) Juſtinian. l. 8. red.

eam expugnandam fretus: ſed cum Veneta claſſis in Rhodios vertiſſet impetus, conſumptis fruſtra in diuturna oppugnatione laboribus ingruentis auxiliaris Turcici exercitus metu, incenſo oppido, inde removere caſtra (*a*) coactus eſt. Attulit eam calamitatem exorta Venetos inter ac Rhodios equites diſcordia, parumque abfuit quin hoſtili inter ſe animo concurrerent omiſſo Turcico bello, ad quod gerendum antea ſacrum armorum fœdus junxerant: qua de re extant magiſtri religioſæ Jeroſolymitanæ militiæ ad equites inſignes literæ, quas Boſius in Italam linguam tranſlatas ſuæ inſerit hiſtoriæ (*b*). Diſcordiæ vero hæ cauſæ erant (*c*).

(*a*) *Papien. ep.* 54.
(*b*) *Id. ib.*
Inter eos & Rhodios equites funeſta diſcordia.
(*b*) *Boſius to.* 2. *l.* 8.
(*c*) *Id. ib. eod. lib.*

LXIX. Gerebat cum Rhodiis ſultanus Syriacus bellum quod Carolæ & Ludovico Cypri regno Regibus pulſis auxilium tuliſſent: cumque duæ triremes Venetæ e Syria profectæ plurimis Saracenis ac mercibus ditiſſimis onuſtæ eſſent, equites Rhodii eaſdem triremes expugnarunt, atque infideles eorumque gazam avexere, Venetis triremibus libere dimiſſis. Efferatus ea jactura ſultanus Venetos omnes mercatores per Syriam ſparſo edicto comprehendi, atque in vinculis ad ſe perduci juſſit (*d*). Ad ſuos igitur liberandos Veneti infenſi Rhodiis primum miſſis oratoribus captos Saracenos eorumque merces repetiere: ſed cum magiſter Rhodius jure belli captos contenderet, Venetæ claſſis præfectus Rhodum adnavigans inſtructis quadraginta duabus triremibus exercitum expoſuit (*e*), miſſoque oratore bellum indixit, ni erepta reſtituerentur. Cenſuere plerique propulſandum ingentis belli periculum redditis barbaricis mercibus; ſed repugnantibus Hiſpanis equitibus diſcuſſum id conſilium eſt. Denique cum Veneta caſtra ad urbem, a qua inſula nomen accipit, oppugnandam poſita eſſent, interpretibus pacis Cypriæ Reginæ oratoribus compoſita res eſt (*f*), Saracenis cum mercibus Veneto duci reſtitutis. His addit Boſius, liberatum illius diſcriminis metu Zacoſtam equeſtris Rhodii ordinis præfectum ad muniendam Rhodum curas laboreſque vertiſſe; cum Mahumetes, audita Pii morte, faſtu inſoleſcens conjiceret, Chriſtianorum apparatus ac molimina diſſipatum iri, maximoſque compararet maritimos ac terreſtres exercitus, ut eorum reliquias in oriente exſcinderet. At de ejus progreſſibus in Peloponeſo proximo dicetur anno: nunc alia Pauli II. in pontificatus primordiis geſta proſequamur.

(*d*) *Papien. ſup. ep.* 54.
(*e*) *Boſ. ſup. lib.*
Compoſita pax interprete Cypria Regina.
(*f*) *Boſ. ſup. l.* 8.

LXX. Agitatum eſſe in conſiſtorio Cardinalium de concedendis vel non concedendis gratiis quas expectativas appellant, refert Cardinalis Papienſis (*g*) ac varias inter ſe diſcrepanteſque fuiſſe patrum ſententias, nonnullos non concedendas opinatos tanquam præſulibus eccleſiarum admodum exoſas; Joannem vero Carvajalem epiſcopum Portuenſem contra ſenſiſſe: *Is*, inquit, *diu laboraſſe dixit ſedem Romanam antequam poſſet aſſequi, ut paterentur ordinarii gratias in ſuis diœceſibus dari, & negligendam ideo prærogativam non eſſe tam multis acquiſitam moleſtiis, ubi enim per unum tantum Pontificem deſitæ eſſent dari, futurum ut dari amplius non poſſent ſine ſcandalo, differendum tamen menſes aliquot, donec novi pontificatus nuntii ad nationes, & principes perveniſſent*. Addit Papienſis Pontificem ac majorem patrum partem in Portuenſis judicium conſenſiſſe.

Diſceptatum an gratiæ expectativæ tollendæ forent.
(*g*) *Papien. ep.* 92.

LXXI. Affert idem author (*h*) aliam ejuſdem Joannis Cardinalis ſententiam in conſiſtorio prolatam: cum Guillelmus Cardinalis Oſtienſis referret de cœnobio Gallicano inſigni religione atque opibus abbatem ætate & ſenio confectum poſcere ut a curatione, & adminiſtratione quibus imparem ſe putabat, vacare ſineretur, quendam vero epiſcopum poſtulare, ut ſibi illud commendaretur, rogatus proxime ab Oſtienſi Portuenſis ipſe quid ſentiret reſpondit epiſcopum ipſum id non pio ſtudio, ſed avaritia ductum flagitare. Converſus deinde ad Pontificem hæc libere effatus eſt: *Vereor, beatiſſime Pontifex, ne propediem audiamus omnia Galliarum cœnobia commendata eſſe, & nullum relictum, quod abbatem ſuum habeat, ita quidquid ibi a nobis decernitur commendatio eſt: ſurget nobis non expectantibus aliquando regnum illud in nos, ferre ultra non valens inutile miniſterium noſtrum. Approbavit judicium Pontifex, & adjecit credere ſe a pontificatu Calliſti in eam diem amplius quam quingenta monaſteria eſſe jam commendata, atque ideo in metu ſibi eſſe ne corruptela hæc maturius opinione in ſcandalum grave erumperet*. Paucis interjectis adjungit hanc ſententiam Papienſis: *Commendandorum ab initio cœnobiorum non ea fuit ratio patribus noſtris, ut ſagina eccleſiaſticorum illa darentur, ſed ut fide & ſtudio majoris aliquajus, quæ occupata a ſæcularibus eſſent redimerentur, & neglectus divinus cultus in priſtinum revocaretur; deflexit res & in abuſum hunc venit, odibilem Deo, & forte noſtræ infamem*.

(*h*) *Id. ep.* 93.
De commendis non multiplicandis decretum.

LXXII. Memorat idem auctor (*i*) ſub Pauli pontificatus initia de componendis inter Ferdinandum Regem Neapolitanum, ac Renatum Andegavenſem controverſiis agitatum, ut ſecutura inde bella ſedarentur, propoſitumque ab aliquibus, ut Pontifex Avenionem & comitatum Venaiſinum Andegavenſibus traderet ea lege, ut regno cederent; Aragonenſis vero beneficium pacis conſecutus Aquilam Veſtinorum urbem, ejuſque agrum Romanæ eccleſiæ redderet, qua de re cum Papienſis cum eodem Jo-

(*i*) *Papien. ep.* 94.
De pace inter Ferdinandum & Andegavenſem actum.

anne

anne Carvaiale epiſcopo Portuenſi diſſereret, negavit Portuenſis utilem videri permutationem, curandam enim omni ſtudio, ne Romana ſedes eam ditionem trans Alpes amittat, pulſis enim Pontificibus perfugium eſſe, & Italis frænam, ne adverſus eos conſurgant in arma, tum addidit: *Ubi hic quieti eſſe non ſinimur, commigrantes ad eam noſtram civitatem commigrationem, ſalutem nobis operamur, metuentes enim ne tantum ornamentum amittat Italia, perdi damnatum noſtrum & nos non patiamur.* Sentientibus contra aliquibus eam tranſalpinis pontificibus futuram illecebram traducendæ trans alpes ſedis, accedens Portuenſis ſententiæ Papienſis, cenſuit vix ullum repertum iri, qui principatum eccleſiaſticum prædonum direptioni exponere velit, cum maxime Avenione elſuſus non tam ſuæ, quam alienæ ditionis foret: Romæ vero libere univerſo orbi imperitet.

Cur Venuſinus comitatus retentus.

LXXIII. Quod vero ad Neapolitanas res attinet; pronæ in exitium Andegavenſium res hoc anno, & proximo penitus everſæ ſunt, diuturnoque bello finis impoſitus adeo, ut Joannes Renati filius in inſula Ænaria, dum munitionem obſidebat, fuſus (a) fugatuſque Provinciam repererit, adverſos belli caſus æque ac pater, patruus, avuſque in Neapolitanis bellis perpeſſus: neque ita multo poſt Torella claſſis præfectus pugna navali victus deditionem fecit. Arx etiam Neapolitana, cui Ovi nomen inditum, commeatu deficiente, in Ferdinandi poteſtatem venit (b). Reliquæ etiam arces, quæ Joanni parebant, amiſſa ſubſidii ſpe, in victoris jugum ditionemque conceſſere. Ut vero Joannes Andegavenſis una cum aliis principibus in Ludovicum Francorum Regem, quod auxiliares ſibi copias non miſiſſet, conjurarit, proximo anno dicetur: eoque magis Ferdinandi res confirmatæ ſunt, quod Ludovicus Francorum Rex non ſine gravi Aurelianenſis & Andegavenſis ducum offenſione Liguriæ jura in Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem tranſtulit (c) ac Saonam, quam præſidiario munitam milite tenebat, illi tradidit: moxque Sfortia tumultuantem Genuam mutuis laceram diſſenſionibus, ex quo Gallicum imperium excuſſerat, nec Pauli Fulgoſii archiepiſcopi & ducis tyrannidem ferentem, delinitis auro promiſſiſve principibus viris, in ſuam poteſtatem redegit (d): de quo felici ſucceſſu extant ad Mediolanenſem ducem Pii literæ (e). Paulus vero archiepiſcopus, qui ejuſdem Pii præcepta, cum ab eo, ut in ducalis dignitatis faſtigio confirmaretur, expoſceret, accepta non adduxerat in opus, Genua ejectus, poſt aliquot prælia ad Corſicam pugna navali fuſus, lapſuſque fuga inter dumeta ſaxaque confraga ſaluti ſuæ conſuluit (f).

(a) Pontan. l. 6.

Ademptæ Gallis reliquæ regni Neapolitani arces.

(b) Id. l. 5.

Liguriæ jura in ducem Mediol. transfuſa.

(c) Simonet. l. 30. de reb. geſt. Franciſci Sfortia Foliet. hiſt. Genuen. l. 11.

(d) Bizar. hiſt. Genuen. l. 14. & Foliet. ubi ſup.

Genua in illius poteſtatem redacta. Pauli Fulgoſii triſtis ſors.

(e) Æn. Syl. epiſt. lib. 11. 390.

(f) Biz. ubi ſup.

LXXIV. In Cypro collapſa eſt penitus Genuenſis res, ac ſimul Chriſtiana in deteriorem ſtatum converſa, nam Jacobus Cerinenſi arce potitus Famaguſtam trium annorum obſidione defeſſam ad deditionem compulit ea conditione, ut Genuenſes ſuis legibus vivere permitteret (g). Ita univerſa Cypro ſubacta ſubjectaque Ægyptio imperio: ac tum Mamalucorum princeps Jacobum e medio tollere, ac Cypri dominatum invadere Chriſtianamque religionem abolere decrevit: quo animadverſo Jacobus, coactis omnibus, qui Franco ſanguine creti erant, uno die Saracenos omnes nil metuentes contrucidavit, exceptis iis, qui in Famaguſtano præſidio erant. Hanc Saracenorum cædem ulciſci parabat ſultanus Ægyptius, cum ampliſſimis muneribus, necnon vectigali aucto placatus eſt. Tum vero Jacobus omni libidinum generi dedidit ſe: poſtea tamen ad conſtabiliendum ſolium Catharinam Corneliam uxorem duxit, quam Veneta reſpublica ſpecie cohoneſtandi Jacobi, ac ſucceſſionis ſpe in filiam cooptavit, centum millium nummorum dote conſtituta, quo Cyprus Veneto imperio conjungeretur. Ut vero Jacobus una cum ſtirpe veneno ſublatus infeliciſſime perierit, dicetur inferius.

(g) Steph. Liſinian. in hiſt. Cypr. hoc ann.

Famaguſta a Jacobo tyranno ad deditionem coacta.

Saracenorum in Jacobum conjuratio.

Oppreſſa a Jacobo Venetorum amicitia regnum firmat Jacobus.

LXXV. Hoc anno crudelis, & impius tyrannus Anguillariæ toparcha Everſus nomine e vivis ſublatus, partaque pax eſt Romanæ eccleſiæ, quæ diutius ab eo vexata fuerat: quinetiam illius ditio, perdomitis ipſius filiis, ad principatum pontificium reducta. Recenſet ejus, quem non tam hominem quam portentum habitum, ſcelera Cardinalis Papienſis (h), impietatem ſcilicet in Deum, adeo ut diebus dominicis ad privatum opus miſeros ſubditos cogeret, dictitans impie domini dies illos eſſe, ac propterea ſibi domino merito debitos, libidines, adulteria, rapinas, homicidia, latrocinia, perfidiam, conjurationeſque in Pontifices Eugenium, Nicolaum, Calliſtum, Pium, paratumque in eumdem veneficium, tum varias graſſationes. Succeſſere illi filii Franciſcus & Deiphobus parenti moribus non abſimiles, qui primum belli denuntiatione territi Upupam Tolpham que reſtituere, dein cum Capratolam invaſiſſent, ſuperbaſque ederent voces, repentino bello petiti proximo anno, Federico Feretrano & Neapolione Urſino ducibus eccleſiaſtici exercitus, univerſa ditione exuti ſunt, dedentibus ſe altro oppidanis, ac latronum jugum excutientibus, evaſit fuga Deiphobus, ejus tamen primogenitus, ac Franciſcus una cum filiis in carcerem Hadrianæ molis abducti ſunt, idque jure paſſi quod injuria inſontibus intulerant; *Ex tetris enim cavatiſque ſub terram carceribus extracti multi ſunt*, inquit Papienſis, *quos tyrannorum crudelitas annos jam mul-*

(h) Papien. comm. l. 2.

Everſi comitis impietas inſignis.

Ejus filii ditione omni exuti.

multas ſupplicits miſerandis affecerat.

LXXVI. Coſmæ Medicei obitus. (a) *Raph. Volaterr. l. 5.* Illius elogium.

Obiit hoc anno Coſmus Medices qui ſapientia ſua & munificentia poſteris ad maxima quæque iter ſtravit, cujus elogium hoc affert Raphael Volaterranus: (a) *Ætate ſua Coſmus rebus geſtis antecelluit, neque unquam privata talis potentia, neque tu erudita ſapientia par, neque denique mercatori tot contigerunt divitiæ, neque illis [quod magis mirandum] quiſquam & magnificentius & religioſius eſt uſus, egentibus opitulando, templa plurima per orbem conſtruendo, ac reipublicæ ſubveniendo, cumque unus omnia poſſet, non omnia voluit, quantoque ei plurima licuere, tanto magis infra ſuam fortunam viſtitando ſibi denegavit, eoque prudentiæ fama pervenit, ut ejus dicta factaque pariter celebrentur. Franciſci Sfortiæ maxime amicus, tum Baldaſſaris Coſſa olim Joannis XXIII. cujus theſaurarius fuit. Ejus tempore concilium Florentiæ ab Eugenio celebratum, & baſilica Reparata ab eodem Pontifice dedicata.* Et infra: *Cujus etiam Pontificis Coſmus poſtea auxilio nobilem illam victoriam apud Anglarem oppidum contra Nicolaum Piccininum a Philippo duce miſſum adſecutus eſt; quibus meritis pater patriæ fuit*

a

a civibus appellatus. Deceſſit anno ætatis LXXX. ſalutis MDCLXIV. Petro potentiæ ſucceſſore relicto.

Hoc anno Pariſiis xv. junii prodigium inſigne contigiſſe refert Monſtreletus (b), nimirum intendente epiſc. Andegavenſi crimen hæreſeos fœneratori viro opulento, accuſanteque fudiſſe impias has voces non credere Deum eſſe, nec dæmonem, nec paradiſum, nec infernum, cauſidico perorante eam cauſam & eadem verba repetente, aulam univerſam, in qua ſedebant judices, contremuiſſe, ſaxumque ex alto, nemine offenſo, ſed perfuſis terrore omnibus, decidiſſe, ac præcipiti curſu inde ſe proripientibus, atque ita intermiſſam cauſæ actionem: quæ cum die proximo repeteretur ad eaſdem voces eamdem Pariſienſis prætorii aulam concuſſam tremore ſubſiluiſſe, tignumque ingens ſua divulſum compage pendulum hiaſſe: adeo ut omnes judices aliique juris interpretes metu inhorruerint, pluresque dum raptim inde diffugerent, ſuæ dignitatis inſignia amiſerint. Quo prodigio oſtenſum palam videtur res ſacroſanctæ fidei non metiendas ſenſibus, uti neque eccleſiaſticas cauſas ad profana tribunalia trahendas.

LXXVII. (b) *Monſtrel. vol. 3. p. 102.* Atheiſmus inſigni prodigio damnatus.

Anno

I. Solicitati principes Itali ut ſtipendia Ungaro contra Turcam ſuppeditent.

ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto tertiadecima indictione plurima de parandis ad ſacrum ab Hungaris Venetiſque ſuſceptum adverſus Turcas bellum ſubſidiis agitata ſunt conſilia, coactis ea de cauſa in urbe principum Italiæ oratoribus, ſed refugientibus ſingulis oneris partem in ſe ſuſcipere, Chriſtiana res afflicta jacuit. Narrat hæc fuſius Jacobus Cardinalis Papienſis (a), ut nimirum Paulus II. ſex menſibus integris cum oratoribus ipſis de iis egerit, atque ad alios ſuo excitandos exemplo, centum aureorum millia annua pollicitus ſit, at principes imponendam auri vim variis artibus pendere diffugerint: denum vero habitus Cardinalium ſenatus cui oratores Itali, de quibus paulo ante memoravi, interfuere: ac primum Ferdinandi Regis Neapolitani legati polliciti ſunt ſexaginta aureorum millia dare Hungaris, tum quingentos equites totidemque pedites mittere ſubſidio, qui per Epirum ad gerendum bellum progrederentur: Veneti, licet Turcico impliciti bello, in quo ad ſuſtentandos navales terreſtreſque exercitus ſeptingenta annua aureorum millia collocarent, tamen ut alios etiam ad propulſandos communes hoſtes ſuo exemplo traherent, parerentque Pontifici, quinquaginta millia annua Hungaro promiſere: dux Mediolanenſis equitum duo millia, pedites mille obtulit regiis copiis adjungendos, Florentinus equites mille cum peditibus quingentis ſociandos Mediolanenſibus auxiliis, aut, ſi mallet Pontifex, viginti quatuor aureorum millia annua, quorum duo tantum in menſes ſingulos penderentur. Ea autem lex a Mediolanenſi, Veneto, ac Florentino adiecta, ut decumæ cenſuum eccleſiaſticorum, vigeſimæ Judæorum, trigeſimæ civium iis permitterentur, quas non popoſcit Neapolitanus, quod regnum bello exhauſtum diceret, ſed debitos a ſe in eam diem eccleſiæ Romanæ cenſus ſibi condonandos flagitavit: ex quibus patebat ipſos, Venetis exceptis, non tam laboranti rei Chriſtianæ opem ferre velle, quam belli occaſione ex ſacro auro compendia aucupari.

(a) *Card. Papien. ep. 95.*

Quæ promiſſa a Rege Neapolit.

Quæ a Venetis.

Quæ a Mediol. duce.

Quæ a Florentinis.

At majora poſtulata quam promiſſa.

II. *Hæc auditis, juſſit Pontifex*, inquit Papienſis, qui ei una cum cæteris Cardinalibus aſſidebat, *oratores extra conſiſtorium eſſe, donec acceptanda an recuſanda cum Cardinalibus ageret. Egreſſis incipit ſuſpirans: Videtis fratres quo reciderunt deſideria noſtra & ſex menſium conatus, pecuniam popoſcimus, copiæ offeruntur: non reſpondent hæc noſtræ expectationi, nec gerendis rebus conveniunt: ſtipendium, quod duobus millibus equitum, & mille peditibus erogat dux, quinque in Hungaria conduceret, millia aſſueta pugnis Turcorum, & valentiora noſtris illis in locis: idem dico de Rege: Florentini, qui alioquin in mittendis mille equitibus, & quingentis peditibus, annua quingenta millia erogare deberent, ſi pecuniam loco militum pendant, dimidio minus pendere volunt; unde iſta conſilia? caro non ſpiritus rectus hæc monſtrat, ut non adjuvent utiliter Venetos: congeminare ſua onera volunt: utinam in deſerendis Venetis non deſererent fideles omnes, & ſeipſos; Senenſes diu admoniti, & rogati adhuc nihil reſpondent; de duce Mutinæ, marchione Mantuano, & Lucenſibus quid dicam ignoro: ſcriptum omnibus eſt, & a nullo reſcriptum: ſilentia eorum recuſationes ſunt manifeſtæ, aliud interpretari non poſſumus. Hi vero, quos modo audiſtis, non de ſuo, ſed de noſtro promittunt; quaſi, ut eſt in proverbio, manicis noſtris naſos noſtros abſtergant; petierunt enim decimas, vigeſimas, trigeſimas, & cenſus quoque Eccleſiæ. Anceps animi ſum quid cenſeam agendum: ſi hæc oblata accipimus, Hungari caritatem ſe videntes pecuniæ, quam in dies expectant, paciſcentur cum Turco, tolerare enim ultra non valent: horum exemplum neceſſario ſequentur Veneti, quos invitat Turcus, & jam capita conventionum miſit ad eos, quæ vidimus nos, & honorifica admodum ſunt. His duobus quaſi propugnatoribus cedentibus de medio, nunquid non hoſti iter liberum terra, marique ad Italiam patet? porro ſi hanc terram ingreditur, nonne videmus quam facile in poteſtatem omnia redigat? non tam arma ſua illi viam aperient, quam diſſenſiones inteſtinæ Italiæ, & ſubditi adeo habentes dominos ſuos; ille ut vicinus hoſtis deleatur externum domi accipiet, hic, ut tyrannum oppreſſorem fugiat, ad infidelem confugiet: magna indignationum, & inimicitiarum eſt vis, ut nec religionem nec commune intereſſe iratus animus videat. Rurſum ſi promiſſa hæc non acceptamus, & majora ac utiliora expetimus, majora & utiliora non præſtabunt; quodcumque inde ſuccedet mali recuſationis noſtræ crimen dicetur. Subvenire, inquient, pro viribus volebamus, & ſumus repulſi. Quod ſi maxime addituri ad hæc aliquid ſunt, antequam petitiones noſtræ perferantur ad eos, antequam deliberationes novæ ineantur & referantur reſponſa, menſes amplius ſex elabentur, nec ſcimus an tandem ita addent, ut non dici poſſit fruſtra tempus inſumptum: præcipuum autem Chriſtianorum ſubſidium eſt, & ante alia procurandum, celeritas: ſi enim antequam ex hybernis moveat Turcus, quem exploratum eſt ingentes copias terra mari-*

Pauli II. querelæ.

Quæ ſunt Chriſti rapere, non ſua Chriſto dare affectant Chriſtiani.

Chriſtiana res ut nullius momenti ſpreta a pluribus.

Ancipiti curarum æſtu diſtractus Pontifex.

Metuit Italiæ ſi Ungarus & Veneti cum Turca paciſcantur.

Conſuluit de agendis Cardinales.

que contrahere, parati Veneti & Hungari & nos quoque non erimus, quod nunc minoribus viribus bene geri eſt ſpes, majoribus poſt hac poſſe geri non eſt expectandum: dies ut magnas utilitates ſi diligentia adſit, ſic ingentes quoque clades ſi abſit, ſecum apportat. His dictis Cardinalium cœtum dimiſit, eoſque propoſita perpendere juſſit, ut in proximo conſiſtorio conſilia optima ederent.

III. Pertentatus a Mahomete Ferdinandus an vellet auxiliis Turcicis totius Italiæ imperium arripere.

Interea Mahometes ingentes bellicos faciebat apparatus, oppugnabatque Chriſtianos: atque Italos a ferenda Græciæ ope diſtraheret, ac bellum civile in Italia accenderet, Ferdinandi Regis Neapolitani pertentavit animum, an Turcicis opibus ſubſidiariis fretus in Italia imperium ſuum proferre vellet. Delinire itaque illum multis lenociniis conatus, gratulatuſque de ejectis Gallis, octingenta aureorum millia annua ei ſe ſuppeditaturum pollicitus eſt, ſi bellum Italis principibus inferret. Tum obtulit amicitiæ fœdus arctiſſima affinitate firmatum iri. His auditis Ferdinandus quamvis admittenda non cenſeret a Mahomete propoſita, quibus non tam firmaret ſolium quam everteret, ſeque in diſcrimen amittendi regni conjecturus eſſet, ſi illud Turcicis viribus amplificare niteretur, tamen ut exoptatam a Turcis amicitiam ſuam oſtentaret, terroremque ſui ex oblato ſubſidio incuteret, Pontificem & Cardinales conſuluit, quid ea in re ſibi gerendum videretur. Refert hæc Papienſis (a), atque Ferdinandi oratores in ſacro ſenatu vigeſima quinta februarii die habito ea expoſuerint: *Reſtituerunt*, inquit, *literas ad ſe recenter miſſas a Ferdinando, & accurate admodum ſcriptas, quarum ea erat ſententia. Ad nonum menſis, quem dixi, nempe februarii, oratorem magni Turci Neapolim perveniſſe comitatu tantum equorum duodecim: auditum illum fuiſſe a ſe ſtatim: ſuam legationem tria tantum capita continere; gratulari in primis Regi, quod ſummam feliciter victoriam de hoſte conſecutus eſſet: deinde admonere, ut cum Deus tanta fuerit in eum largitate, credat ad majora reſervatum illum eſſe: hortari propterea, ut non negligat ſe, ſed ad fortia elevet animum: optare Turcum dominatum ejus omnem augeri, quandoquidem germani loco illum poſt hac ſit habiturus, ideoque octingenta aureorum millia offerre in annos ſingulos ſi in Italia bellum movere alicui velit; inſuper deſiderium ſibi eſſe affinitate aliqua Ferdinandum ſibi impenſius devincire per connubia filiorum & filiarum, quæ utrique eſſent complures, aut ſi fieri hoc non poſſet propter diverſam religionem, matrimonio ſaltem nobili Chriſtianæ primæ ſubaſſidis ſui filiæ, quæ ab Imperatoribus Græcis originem duceret, ſe conjungeret: dotem ejus eſſe millium ducentorum, aut amplius quot vellet Ferdinandus: in hoc vero occupatum præcipue fuiſſe oratorem, ut indicaret bonum Turci animum erga eum, & ſuaderet bellum, & de illius auxiliis ſumma omnia repromitteret.*

(a) Id. ep. 85.

Admiſſus a Ferdinando illius orator.

Quæ a Turcico oratore propoſita.

IV. Conſultum an orator a Ferdinando ad Mahometem mittendus foret.

Addidere oratores ad hæc reſpondiſſe Ferdinandum, velle ſe de tot tantiſque ſponſionibus mature decernere, ac, re diſcuſſa diligenter, legatum ad regiam Turcicam miſſurum. Addebatur in literis ita reſponſum, ne diutius Turcicum oratorem penes ſe retineret, neque a Pontificis, Venetorum, Mediolanenſis, ac Florentinorum ſententia (quidquid tandem agendum decreverint) diſcrepaturum, ac ſi orator mitteretur, Velonam aliaque regno finitima loca explorari poſſe, conſultus ea de re Cardinalis Beſſario, negavit oratorem ullum a Ferdinando ad Mahometem legandum, atque ex eo commercio nullam capi utilitatem poſſe, haſque pro ſua ſententia rationes attulit: *Primum niſi excordes ſimus eſſe hoc nobis exploratum debet: quærere hac miſſione Turcum non ad noſtram, quos odit & cupit perdere, ſed ad ſuam dumtaxat utilitatem: odio eſſe ſentit ſe vicinis principibus ſuæ legis propter injurias irrogatas, & formidoloſam potentiam: ſuos quoque, quibus imperitat, non ignorat parum pacatos ſibi eſſe, contineri hoc ne tumultuent, vel ea in primis ratione credit, ſi ſtentent eum Chriſtianis, a quibus illi aliquando expectant auxilium, fœdus ſibi & amicitiam eſſe, atque hanc ſpem amputatam. Novit præterea Turcorum nomen ubique apud nos nefandum haberi propterea que in bellis videmus reſiſti ſibi.* Ut vero poſtea Ferdinandus noxiam cum Turca ſocietatem inierit, dicetur ſuis locis: nunc de ſuſceptis ab illo in Pontificem, Romanæ eccleſiæ jura tuentem, odiis agendum eſt.

Negat Beſſario Card. mittendum.

Poſcit Ferdinandus vectigale aurum ſibi remitti.

V.

Contendiſſe Ferdinandum, cum rogaretur, ut vires ſuas in Turcas cum cæteris Chriſtianis principibus conjungeret, remitti ſibi vectigale aurum, quod in pontificium ærarium inferre obſtrictus erat, jam indicatum eſt, cum tamen, dum Joannem Andegavenſem æmulum in regno pateretur, ad Eccleſiæ ſtudia ſibi conciliandа ſacramento ſpoponderit (b), ſe eductum in expeditionem adverſus Turcas exercitum, ac regni opes & vires in eam impenſurum. Mox vero atque Piccininus e vita ſublatus eſt, a quo reprimi facile Ferdinandus ipſe poterat, ac nuptiæ inter Alfonſum ejus filium, & Hippolytam filiam ducis Mediolanenſis confectæ ſunt, tum magis Ferdinandus firmatis rebus inſoleſcens, non modo inſtare, ut cenſus imminueretur, verum & oppida, quæ in Neapolitano regno Romana tenebat eccleſia, repetere. Porro extinctum hoc anno in carce-

re,

(b) Gob. in comm. Pii II. l. 3.

Aucta potentia ex Mediol. ducis affinitate inſoleſcit.

Piccininus violenta morte peremptus.

re in quem violata fidei ſponſione conjectus fuerat, Jacobum Piccininum violenta morte indicat Platina (a) [t], figmentumque ſparſum inopino caſu illum crus fregiſſe, dum, poſt partam ad Iſclam victoriam, ad ferreos crates aſſiliiſſet, ut publicæ lætitiæ ac vociferationis cauſam perſpiceret. Firmato autem ſolio ſingulari Romanæ eccleſiæ beneficio non ſine ingrati animi labe ejus imminuendis juribus animum adjecit. Oſtentabat ad petita eliciendа recens in eccleſiam beneficium de ſubmiſſis auxiliaribus copiis adverſus Anguillariæ comites Franciſcum, & Deiphobum hoc anno a Paulo perdomitos: ſed cum illum potius vetus in eoſdem comites, Andegavenſes partes olim ſecutos, odium, quam in Eccleſiam amor adduxiſſet, ſola vero Eccleſiæ, quæ tot annis pro aſſerendo illi regno Neapolitano validos exercitus contra Joannem Andegavenſem ſuſtentarat, liberalitate ſceptrum ſuſtineret, indignas cenſuit Paulus ejus preces, unde varias obortas altercationes refert Platina (b) hiſce verbis.

(a) Plat. in Paul. II. Sur. ann. l. 18. c. 5.

Ingratus Ferdinandi in eccleſiam animus.

Repulſæ ejus preces a Paulo II.

(b) Plat. in Paul. II.

Inter Paulum, & Regem ipſum ortæ graves inimicitiæ ſunt, cum Ferdinandus hoc tanto merito peteret ſuperiorum annorum tributum, quod Eccleſiæ pendebat, ſibi relaxari, & quod deinceps ſoluturus eſſet diminui, cum regnum Siciliæ patruus ſuus poſſideret, cujus ipſe una cum regno Neapolitano vectigal penderet, inſpiciendа dicens & ſua merita, & conſiderandum quid poſſet in contrarium accidere, cum diceret, ſe continuo actes quaſdam in armis habere, non magis ſua quam Pontificis Romani gratia, ut in bello contra Averſanos paulo ante noverat: commemorabat viciſſim Paulus merita Eccleſiæ erga Ferdinandum. Atque hoc modo altercationibus in longum res ipſa ſemper protracta eſt, cum uterque repetendi jus ſuum tempus quæreret: moliri res novas Rex interim cavebat Jacobi Piccinini, qui Salmonam in Marſis, & alia oppida tenebat potentiam veritus.

Abalienatus ab eo Pontifex.

VI. Pontifex vero ad tollenda motuum civilium principia præfectum urbis ac Veliternſes diſſentientes ab inferendis invicem injuriis ſibi temperare ſuperiori anno juſſit: imperavit (c) etiam inducias inter Antonium Columnenſem urbis præfectum ejuſque nepotes, tumNeapolionem Urſinum Tuſiacnii comitem, nec non inter Deiphobum Anguillariæ comitem (d) & filios defuncti Franciſci Urſini urbani olim præfecti. Porro Deiphobum & Franciſcum Everſi filios hoc anno pontificiis regiiſque copiis repente oppreſſos paulo ante dictum eſt, eorumque ditionem eccleſiaſticæ adjunctam: quo tempore etiam Novello Malateſta Cæſenæ & Bretenorii toparcha vita functo, eæ urbes eccleſiaſtico imperio reſtitutæ (e) ſunt, fractique Roberti ex concubina filii Sigiſmundi, Novelli fratris, conatus: *Ita uno*, inquit Papienſis, *ferme tempore duarum provinciarum ſumme opportuna loca, ingratis familiis duabus adempta, brevi negotio ad gremium matris ſunt revocata.*

Pacatus ager Romanus.

(c) Paul. II. l. 1. p. 5.

(d) Ib. p. 5.

Cæſena & Britenorium ad eccleſiam iterum devoluta.

(e) Papien. com. l. 2.

Interea miſſi ab Henrico Caſtellæ Rege oratores menſe majo obſequium Pontifici nomine regio addixere, hortatique eum ſunt, ut bellum ſacrum in Mauros pontificia ope promoveret. Venturi ſimiliter erant alii ex Gallia novo Chriſti vicario de more obedientiam delaturi, ſed exorta bella civilia eorum acceſſum retardarunt, de quibus poſtea. At longe graviora in Caſtella diſcordiarum inteſtinarum incendia exarſere. Oborta (f) erat ſuperiori anno motuum civilium occaſio ex firmato inter Henricum & Regem Luſitanum fœdere, pactiſque Joannæ unigenitæ cum illius filio nuptiis, quibus ſceptrum Caſtellanum regiæ Luſitaniæ inferendum erat: tum ex livore & odio, quo in Bertrandum Lacuevam, militiæ S. Jacobi magiſtrum imbuti erant. Indignati itaque proceres Joannam ſuſceptam adulterio promulgarant, atque Alfonſum Henrici fratrem undennem ſceptri heredem renuntiarant. At nec propterea ſedati animi ſeditioſorum, qui Henricum Regem exauctorare, illique regium inſigne in theatrali pompa decutere auſi ſunt. *Ut diſcant*, inquit Mariana (g), *Reges prius ſeipſos regere quam populos: agnoſcant furentis multitudinis vires: regis ſplendorem nominis magis veneratione quam viribus conſtare, aut purpuram alii interdum eſſi uſui, quam ad*

VII. Henrici Regis Caſtellæ ad Paulum legatio.

(f) Id. ep. 122. Sur. l. 18. c. 1. Marian. l. 23. c. 9.

Exortæ in Caſtella turbæ ob heredem regni Luſitani ſceptri hæredi traditam.

In theatrali pompa imagini regiæ corone & ſceptrum decuſſa.

(g) Marian. ſup. c. 6.

NOTÆ [t] JAcobus Piccininus Salmonæ dominus miles ſtrenuus, & dux egregius, quem Italia unicum habebat præſidium adverſus Ferdinandi Neapolitani regis potentiam, hoc anno ejuſdem Ferdinandi regis proditione captus eſt die XXIV. junii, ſparſo etiam rumore miſeram illum principem caſu miſerabiliori deſiiſſe; nam capite truncatum die XIII. auguſti, ac ſepulturæ mandatum Neapoli in templo S. Claræ ex pervulgata Bononiæ fama narrat author Miſcellæ Bononienſis Rer. Ital. to. XVIII. Sunt qui turpis illius proditionis conſcium inſimulent Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem, qui præterito anno non fœdus tantummodo, ſed neceſſitudinem cum Jacobo contraxerat, tradita illi nuptui Druſiana filia ejuſdem Sfortiæ naturali. Notam illam ab heroe ſuo repellere Joannes Simonetta, eorum temporum hiſtoricus in vita Sfortiæ conatur; ſed nec diffidia, quæ Sfortia in Ferdinandum ſaltem in ſpeciem exhibuit, nec hiſtorici, qui partes ejus tutatur conatus, rumoribus illis non plane inanibus diſſipandis quidquam valuerunt, cum nemo unus occurrat eorum temporum hiſtoricus, qui Sfortiam a proditionis ſuſpicione immunem pronunciet. Mansi

ad velanda valorra & metus, quibus tarquentur. Peracta res eſt a perduellibus menſe junia ra Avila ſuburbanis, ubi excitato theatro effigies Henrici regalibus induta inſignibus collocata eſt, ac deinde objecta ex judicario edicta crimina, quibus regnum Henricus fœdarat, tam ſingulis ornamentis ſpoliata ſtatua deturbataque eſt, indeque Alfonſus regius frater elevatus, ac popularibus vocibus Rex Caſtellæ ſalutatur. A populo in eccleſiaſticos irrepſit ſeditio, atque alii e ſacro ſuggeſta concionati ſunt nulla alia de cauſa, quam propter hæreſis crimen Regem exauctorari poſſe: alii contrarias conciones habuere. Miſi ſant mox novi Regis nomine ad Paulum II. oratores, ut in arrepto dominatu confirmaretur, coactuſque ea de caaſa eſt Cardinalium ſenatus, ut refert Papienſis his verbis (a).

Alphonſus frater Henrici Regis ſalutatus Rex.

Vocationis cauſa eſt novus hic Hiſpaniæ matus. Deſtituerunt Regem Henricum, fratrem ejus Alfonſum poſuerant in ſolia. Scripſit hic novus Rex Pontifici literas: narrat regni calamitates, quas ſub illa eſt paſſum, diuturnam patientiam omnium procerum, ac prælatorum; ſurrexiſſe illas tandem juſtis injuriis motos, ac Henricum adhibitis regni ceremoniis una conſenſu privaſſe, & ſe elegiſſe; majorem porro Hiſpaniæ partem obedientia ſua adjunctam ſperare intra dies non multos cuncta ditionis ſua futura, proinde orare Pontificem, ut authoritate quoque ſedis Romanæ fortuna hæc ſua adjuvaretur, nec audiatur is, qui regno & religioni Chriſtianæ peſtifer annis omnibus pene judiciis ſit condemnatus. Addidit etiam in literis, hæc jam ante Pio II. indicata, & nunc conſilio ſuo facta eſſe. At conficta hæc da Pio ad colorandam eo fuco caaſæ turpitudinem reſpondere Henrici Regis oratores, neque unquam Pium conſultum conſenſiſſe: tum contendere ne ſedes Romana quidquam in eum, quem tot annis Regem coluiſſet, decerneret: quin potius ei regiam aſſereret dignitatem. Ut vero Paulas legatum in Caſtellam ad proceres in Regis Henrici fidem ravocandos miſerit (b), perduallibaſque eccleſiaſticas cenſaras intenrarit, dicetur inferius.

(a) *Papien. cad. ep.*

Decernit ad Pont. oratores.

Pro adducenda pace legatio a Pont. decreta.

(b) *Marian. l.23. c.12.*

VIII. Civili bello ardet Catalonia.

In alia Hiſpaniarum parte de Cataloniæ principatu, deque ſceptro Aragonenſi inter Petrum magiſtrum equitum Luſitaniæ avi materni comitis Urgellenſis jura obtendentem, & Joannam Regem certabatur (c); ſed cum Petrus impar viribus, eſſet quamvis bello ſtrenuus, a Ferdinando Joannis filio fuſus (d) eſt, ac deinde Cervera ſub regium imperium reducta. Similiter in Navarra Gaſto (e) comes Fuxenſis dotali jure ad regnum aſpirans adverſus Regem Caſtellæ qui plures arces tenebat præſidio militari communitas, bellum movit, & Calagurrim expugnavit; quamquam poſtea a civibus Fuxenſe præſidium urbe ejectum eſt.

(c) *Sur. annal. l. 17. c.6.*
(d) *Sur. l.18. c.3. Marian. l.23. c.10.*
(e) *Id. ib.*

IX. Anglia civili cruore madet.

In Anglia ſuperioris anni menſe majo dua Somerſeti reſtituendi Anglico ſolio Henrici ſtudio cum Eduardo Rege cruanto certamina conflaerat, captuſque in acia regio imperio ob violatam fidem, qaam antea ſacramento obſtrinaerat, capitali ſupplicio affectus (f) fuerat: hoc vero Henricus exauctoratus cum menſe auguſto e Scoria in Angliam irrepſiſſet, at ras novas moliretur a cuſtodibus iimiri impoſitis mox agnitus, atque ad Eduardum adductus, ludibrii cauſa ſqualido equo vinctus per Londinenſis urbis compita duorum quondam florentiſſimorum regnorum Galliæ & Angliæ Rex circumductus (g), ternoqae deinde acto circum patibulum gyro, in carcerem conditus eſt, com antea intantaro proditionis crimine imperatum fuiſſet, ne qais ilium ſalataret, vel aliquod honoris genus exhiberet: in quas calamitates ſe conjicere cœpit, cum pacem dare Galliæ recuſavit, quantumvis a Chriſti vicario, & a concilio œcumenico rogatus, qua imminentis Conſtantinopoli Mahometis impetus propulſarentur, in qua tantam dedecoris, & calamitatis abyſſum dejectus, quia politicorum veſanis conſiliis ſubornatus vertere Anglica arma in Turcas, at Gallico parceretur ſanguini, detrectarat. Porro Edaardus ſolutus metu: acto ordinam conventa, ad componendas regni res incubuit, atque omnes Henrici partes deſerturos in gratiam admiſit; ſuos vero, quorum ope ad ſolium viam ſibi ſtruxerat, prædiis ac muneribus affecit.

(f) *Monſtr. vol. 3. Polyd. l. 24.*

Henricus Rex Galliæ & Angliæ ductu circa patibulum gyro in carcerem truſus.

(g) *Monſtr. vol. 2. p.119. Polyd. Virg. l. 24.*

Ob ſpreta eccleſiæ conſilia abyſſo malorum merſus.

Eduardus ſolium firmat clementia & liberalitate.

X. In Gallia accenſum in Regem civile bellum.

In Galliis principes coitione facta adverſus Ludovicam Francorum Regem civile bellum conciravere, cujus ſemina a Ludovico Rege jacta incaute faiſſe ſuperiori anno refert Belcairus (h); nempe ilium Britanniæ minoris principi miſſa legatione imperaſſe, na diplomaribus ſuis ea verba præfigeret, qaæ etiamtum uſurpaverat: *Franciſcus Dei gratia Britanniæ dux*; cum tacite Regis ſe beneficiarium inficiari, ac ſoli Deo, non autem ipſi Regi ſecundum Deum, acceptum principatum referre videretur; prætcrea ne conflandæ aureæ monetæ jus in poſterum ſibi arrogaret: tertio danunciaſſe imponi annuum in tora Britannia vectigal Regi pendendum: poſtremo ſanxiſſe, ut ſacerdotia omnia Britannica non amplius Britannam principem, ſed Francorum Regam patronum agnoſcerent; ac, ſi mandaris parera recuſaret, regia arma vimque ei intentaſſe. Perculſum iis poſtulatis Britannum addit auctor, cum regiam vim expaveſceret, arte axtraxiſſe bellum: reſpondiſſe nimirum ea non privata ſed publica auctoritata, coactis Britanniæ ordinibus, conſtituenda eſſe, ac bonæ ſpei plenos lagatos dimiſiſſe; interea fidiſſimos viros nobiles religioſorum cultu ſubornatos ad principes omnes Galliæ-

(h) *Belcarr. ep. Meten. in comm. rer. Gallic. dec.1. l.1. n. 14.*

Temere a Ludovico mota lis Britanno.

A Britanno in Ludov. concitati principes tanquam in tyrannum.

liarum legaſſe, qui regiam, ut ajebant, tyrannidem & publicum diſcrimen caponerent, obtrita nempe Britanniæ, quævis iniqua imperia ab inſoleſcente Rege accipienda: atque in Burgundum, honoris & juris ſui vindicem acerbum, pluresque alios proceres in belli ſocietatem adverſus Regem, arcanæ coitionis inſcium, aſciviſſe.

XI. Perditi luxu mores bellum peperere. (a) Id. n. 26.

Antequam autem hoc bellum gereretur Flandros Burgundoſque, triginta annorum longa pace Atrebatenſi fœdere confirmata, potitos luxu laſciviaque diffluxiſſe obſervat Belcarius; ut merito ſceleribus hominum caſtigandis exortum bellum putandum ſit: *Quæ ſummas*, inquit (a), *divitias ſequi ſolet, luxus omnium mentes corruperat, atque effœminarat: ingentes in veſtem ſumptus impendebantur: conviviorum ac balneorum cum matronis uſus frequens erat, atque indecens: cibi longe magnoque pretio quæſiti non minore prodigalitate inſumebantur. Ædificiorum autem præſertim amœnitatum immenſa cupiditas totam illam abundantiam exhauriebat, eaque hujuſce nationis inſania erat, ut nullam præterea gentem ſecum vel bellica laude, vel divitiarum abundantia conferendam putaret. Itaque minime mirum ſi Dei optimi maximi ſuique oblita ex tanta mollitie ſuperbiaque in graves tandem ærumnas extremaſque rerum omnium difficultates devenerit.*

XII.

Novo huic & difficili bello Carolus Burgundus fœderatique proceres publici boni ſpeciem prætexuere, ut eo fuco delinirent populos, atque in Regem commoverent, ei dabant crimini, vectigalia inſueta a plebe ipſum corradere proceres a regni adminiſtratione removere, tenuioris, & obſcuræ ſortis homines divitiis maximis augere, qui parta authoritate abuſi indigne publicam rem tractarent: non ferenda itaque amplius graviora Ludovici imperia, levandam oneribus impoſitis plebem, coercendam ſapientum procerumque conſilio regiam licentiam. Coitionis principes erant Burgundus, Bituricenſis, Britannus, & Calaber: Carolus quidem comes Philippi ducis Burgundiæ filius, qui ægre patiebatur Ludovicum oppigneratas a patre Carolo fœdere Atrebatenſi urbes, quas Somona perluit, refuſa auri vi redemiſſe, proferendique principatus illum urebat cupido: Carolus dux Bituricenſis (b) Regis frater ampliorem dominatum ambiebat, Franciſcus dux Britanniæ regio ſe beneficio ducales gerere apices agnoſcere reſpuebat, regiæque Gallicæ vires imminutas cupiebat: Joannes dux Andegavenſis, vulgo Calaber nuncupatus, nullis ſe auxiliis in bello Neapolitano adjutum fuiſſe fremebat, ultionemque expetebat. Hos alii proceres Ludovicus S. Pauli, Alenconinius, Armeniacus, Atrebatenſis, Marchianus, Dunenſis comites, princeps Auraſiacus rerum augendarum ſpe ſequebantur: Ludovicum vero Regem Renatus Provinciæ, & Carolus Cœnomaniæ comites regii avunculi tutabantur: ſubſidiarias etiam illi copias Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, duce filio Galeatio, ſubmiſit. Conjurati, antequam ſe illis Britannus conjungeret, ad regiam urbem movere caſtra contendere. Quo agnito Ludovicus Rex ex Borbonia, quam vaſtabat, procurrens cum exercitu caſtra coſtris oppoſuit, pugnaque conſerta eſt ad Montem Lethericum vigeſima ſeptima julii (c) hujus anni die ancipiti utrinque victoria, ut fuſe narrat Cominius, qui certamini aderat: in quo diſcrimen adiit Rex Ludovicus, tum Carolus Burgundus in pugnæ ardore ſauciatus, ac fuſus utrinque multus cruor: cæſorumque numerum nonnulli ad ter mille ſexcentos augent (d). Cum vero ingentem militum ſtantium deligatis vulneribus numerum conſpexiſſet Carolus Regis frater, flevit illorum ſuæ ambitionis culpa tantam patriæ cladem: quem Burgundus, eam religionem averſatus, ut puſillanimem deſpexit.

Quinam in Lud. fœdus coiverint. (b) Ext. ducis Bitur. lit. dat. 15. Mart. apud Monſtrel. p. 109.

Commiſſa ad montem Lethericum cruenta pugna. (c) Monſtr. vol. 3. p. 115. Comin. annal. lib. c. 5. (d) Belcarr. ubi ſup. n. 23.

XIII. Salubre conſilium Ludovico a Sfortia ſuggeſtum.

Porro Ludovicus Rex eo perfunctus periculo, cum in Luteriæ conſpectu fixiſſent caſtra conjurati, a Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi ſalubribus inſtructus conſiliis, ne ſe amplius certaminis aleæ exponeret, ſed Gallos principes inter ſeſe fœdere junctos invicem divellere niteretur, ac ſingulis poſtulata quamvis ampliſſima concederet, cum invicem ſegregatos poſtea debellaturus eſſet. Burgundum itaque ad ſuſcipienda pacis conſilia ſingulari arte pellexit, omniaque a conjuratis petita admiſit. Burgundo in primis urbes in Belgii limite ſitas, quas paulo ante auro redemerat, tradidit. Normanniæ ducatum fratri Carolo permiſit, tum ſingulos conjuratos vel ditione nova auxit vel præmiis plurimoque auro affecit, demumque patuit proceres non publicam, ſed privatam rem conſectatos: in quos poſtea Ludovicus variis occaſionibus animadvertit. Meminit de hoc civili bello ac reſtituta Galliæ pace Ludovicus ipſe in literis ad Paulum II. proximo anno datis (e) ſuo afferendis loco. Ceterum ex ejuſmodi civili bello plura alia bella oborta ſunt ſecuturis annis, atque hoc ipſo inteſtinum aliud Ludovici opera in Germania inferiori accenſum eſt (f), Dinanteis & Leodienſibus in Burgundum concitatis, ut is domeſtico implicitus bello, copias ex Galliis revocaret, quo ardente hoc miraculum contigiſſe narrat Monſtreletus (g): quemdam Burgundionem, qui cum duobus ſociis in patibulum ſublatus fuerat a Dinanteis, implorata S. Jacobi Apoſtoli ope incolumem diſ-

Conjurati, arte ab invicem divulſi.

Dein a ſingulis expetita ultio. (e) Ext. lib. priv. Rom. eccl. to. 1. p. 423.

Civile in Burgundum Ludovici aſtu conflatum bellum. (f) Monſtr. Comin. & alii ubi ſup. (g) Monſtr. vol. 3. p. 120.

diſrupto laqueo evaſiſſe: compoſita vero in Galliis diſcordia, Leodienſes pariter pacem a Carolo Philippi filio impetrarunt quæ poſtea in atrox erupit bellum, quo regio conſumpta eſt.

XIV. Gallicis rebus adjungimus hoc anno xv. januarii Carolum Aurelianenſem ducem relicto Ludovico trienni poſtea Gallorum Rege obiiſſe, qui in bello, quod ad vindicandam patris cædem moverat, captus in Anglico carcere annis viginti quinque elanguerat, ex quo egreſſus ſanctiſſimam vitam egit, interque alia pietatis opera recurrente quaque feria quinta tredecim pauperibus menſam apponere, accumbentibus miniſtrare, atque etiam Chriſti domini exemplo pedes abluere conſuevit. At divinum Numen eam demiſſionem ornavit gloria, cum illius filium ad ſolium extulerit, ut etiam Gallico regno conjunxerit Mediolanenſem ducatum, ac tandiu floruerit felicitate & armis, donec nefario in Julium II. implicitus bello in maxima mala ſe conjecit.

Caroli ducis Aureol. mors. In adverſis ſanctitatem coluit. Feria quinta pauperum pedes abluebat. Ejus filius potentiſſimus inter Gallos Reges evadit.

XV. Obiit etiam eodem anno Ludovicus Cardinalis Albretenſis tit. SS. Petri & Marcellini, quem ob ſuavitatem morum inſignem Jacobus Cardinalis Papienſis (a) vocat collegii Cardinalium amorem & delicias, narratque pium ejuſdem obitum his verbis Franciſco Piccolomineo Cardinali Senenſi: qui poſtea renuntiatus Pontifex Pius III. appellatus fuit: *Admirabilis fuit hic tranſitus ejus. Moriturum ſe noſcens, cogitare & loqui alia de re præterquam de ſalute animæ non paſſus eſt: fuerunt ſibi lacrymæ ſuæ panes, dum recogitavit annos præteritos: cubiculum ejus aſſiduis queſtibus, & compunctionibus cordis repletum eſt. Sacramentum domini noſtri Jeſu Chriſti ſumpturus e lecto in terram juſſit ſe deponi, nec aliter Deo ſuo communicandum putavit: horas canonicas non ante dimiſit quam a voce eſt ipſe dimiſſus: inter orandum, ſi quando labente jam memoria alicujus verbi eſt facta omiſſio, toties iteravit donec quod exciderat eſt aſſecutus. Cum ab iis vacabat, paſſio Salvatoris noſtri legebatur, aſſiduo inter audiendum non ceſſabit ſuſpirium, & fletus.* Pluribus interjectis Franciſcum Cardinalem hortatur ad preces pro levanda Ludovici anima fundendas: *Dilecta*, inquit, *noſtra ſi fructuoſam eſſe optamus, in orationibus ſit & piis ſuffragiis: hæc ego præſtiti, & præſto quantum poſſum, idem, quæſo, faciat bonitas tua. Commendatur permultum hæc pietas dicente Scriptura: ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur. Tricenas miſſas Gregorianas animæ fratris, & collegæ inſtitui, ſi totidem inſtitueris tu, rem meo judicio piam, & ſalutarem inſtitues: menſura illa metietur nobis, qua nos alios menſi fuerimus, ut habeamus, qui noſtri ſint memores cum moriemur, mortuorum nos habeamus memoriam.* Porro Ludovicum ex pietatis ſenſu, quo erat deſtitutus Minorum cultum induiſſe, & cum eo in Aticœlana æde ſepulchro marmoreo mandatum, refert Lucas Wadinghus (b). Vitam etiam (c) dimiſit hoc eodem anno die vigeſima ſecunda martii alter Ludovicus patriarcha Aquilejenſis tit. S. Laurentii in Damaſo Cardinalis, partis ad Rhodum, Lesbumque inſulas de Turcis victoriis clarus, dum pontificiam claſſem Calliſti nomine in oriente cum imperio moderaretur.

(a) Papien. ep. 136.

Ludov. Card. Albret. pia mors.

(b) Vuad. hoc ann. n. 9

(c) Steph. Infeſſ. mſ. vat. ſig. n. 111.

Lodovici tit. S. Lauren. Card. obitus.

XVI. Quod ad Turcicas res ſpectat: Mahomethem, diſſoluto crucesignato exercitu quem Pius comparaverat, in Macedoniam adverſus Scanderbegum arma vertiſſe, narrat Marinus Barletius (d): *Nuntiatur*, inquit, *Serematium Mehumetis præfectum cum maximis copiis in finibus Thraciæ, & Macedoniæ adventaſſe: cui occurrens Scanderbegus omnino ſtatuit, ut cum eo, ſi poſſet, congrederetur. Venerat ibi Seramatius cum xiv. millibus militum.* Et nonnullis interjectis, ut caſtra Turcica in Ocrida urbe locata fuerint, ac Scanderbegus contraxerit equitum peditumque decem millia & quingentos equites ad Turcas laceſſendos præmiſerit, qui in ſimulata fuga hoſtem pellexerint inſidias, ſubjicit: *Ubi Scanderbegus hoſtem appropinquaſſe vidit, repente ex inſidiis proſiliens ſummo impetu eum ex omni latere adortus fudit atque diſſipavit. Cæſi ſunt ex hoſtibus ſupra decem millia: plures capti, inter quos ipſe quæſtor cum filio præfecti caſtrorum, & aliis duodecim magnæ authoritatis viris vincti ad Scanderbegum deducti ſunt.* Et infra: *Reverſus itaque Scanderbegus in caſtra, & ad proprios agros occ... cum copiis ingenti gaudio expectabat, ut Chriſtianus exercitus, & crucesignati transfretarent.* Et infra: *Ecce paulo poſt Scanderbego nuntiatur, Pium Pontificem maximum, qui cum Chriſtianis copiis, & crucesignatis adverſus Mehumetem egreſſus fuerat, cui etiam princeps Venetus cum ſenatoribus ſuis, & inſigni maritimo apparatu occurrerat, ut primum pedem in Anconæ urbem intuliſſet vitam cum morte commutaſſe, ex quo Chriſtianus exercitus, & omnes crucesignati hinc inde diſperſi paſſim ad propria rediere.*

(d) Marin. Barl. l. 11. in vit. Scanderb.

Turcarum cum Scanderbegho prælio.

Cæſa ex iis decem millia.

XVII. At Mahumetes audita Seremetii ducis fuga, & exercitus cæde, alium ducem nimirum Ballabanum Baderam, qui primus in expugnatione Conſtantinopolitana aſſilierat in muros, atque ex infimo gradu ad præfecturæ dignitatem pervenerat, ſubmiſit cum exercitu quindecim millium equitum, & trium millium peditum: illum Scanderbegus quatuor tantum millium equitum, & peditum mille & quingentorum copiis inſtructus primum fudit, amiſſis octo e ſuis viris fortiſſimis,

Mahometis dux iterum fuſus a Scanderbego.

quos

24

Digitized by Google

quos ad ſe perductos Mahometes nec auro nec cum captivis permutare voluit, ſed omni contumeliæ genere affectos cute nudari juſſit, iterumque Ballabani exercitum inſtauravit; ſed is a Scanderbego maxima clade affectus iterum deletus, & caſtris exutus. Nec propterea cœpto bello Mahometes deſtitit, ſed tertio Ballabanum, utpote Macedonem patria reique militaris peritiſſimum miſit, promiſſo Epirotico ſceptro ſi victoriam reportaret. Itaque Ballabanus, quo incautum opprimeret Scanderbegum, amicitiam ſimulans ampliſſima ad eum munera miſit. At ejus fraudes illuſæ, commiſſoque prælio barbaricus exercitus ad internecionem cæſus eſt a Scanderbego, qui quocumque progrederetur, ſecum victoriam deferebat, & milites æque atque imperatoris exequebantur officium: *Adeo ut*, inquit author, *Albani barbari & Chriſtiani omnes uno ore clamarent affirmarentque, Scanderbegum maximum in orbe terrarum bellatorem Deum produxiſſe*.

Duo exercitus immiſſi adverſus Scanderbegum.

Reverſus non ſine pudore ad Mahometem Ballabanus admonuit tyrannum tot clades ægre ferentem, ut duos exercitus cum duobus ſtrenuiſſimis ducibus mitteret diverſis itineribus, qui ſimul in Epirum irrumpentes medium Scanderbegum interciperent, neque alter ſine altero pugnandi copiam faceret, diuturnitate enim belli Scanderbegum opprimi poſſe. Placuit conſilium Mahometi, ac Ballabano ipſi viginti-quatuor millia equitum, & quatuor peditum tradidit, eique collegam adjunxit alium apoſtatam Jagupum Arnaldum appellatum, cum ſexdecim millibus equitum. Sed metuenda horum conſilia divina providentia diſcuſſit; irrumpente enim per Thraciam in Epirum Ballabano, ſerius irrupit per viam Belgradi Jagupus: intereaque Scanderbegus, qui octo equitum peditumque quatuor millia contraxerat, Ballabanum invitum ad pugnam coegit, ejuſque exercitum delevit, moxque victrices copias adverſus Jagupum movit, eumque in acie transfixit haſta, & caput ipſius amputavit: quibus viſis diſſipatus Turcicus exercitibus, ac cæſus eſt. Subdit Barletius de hac Turcarum clade: *Nunquam ex duobus exercitibus uno eodemque fere tempore & bello tantum hoſtium a Scanderbego interfectum eſt, redditaque æqua Belgradenſi clades & alterius ducum fuga & ejus exercitus interitu, & alterius præfecti cæde cum omnibus copiis, videbatur: viginti quatuor millia hoſtium cæſa, capta ſex millia, præda magna cum omni genere auri argentique: colonorum, qui capti apud hoſtes erant, quatuor millia capitum recepta*. Et infra: *Haud quaquam incruenta victoria fuit: mille ferme Epirenſium deſiderati*. Et infra: *Cum poſtero die Scanderbego nuntiatum eſſet, Ballabanum cum uno tantum agmine inter cædendum effugiſſe, & abire ſine ſignis, ſine ordine ullo, poſſeque, ſi una equitum ala ad perſequendum mittatur, omnes facile delere: Superſint, inquit, aliqui nuntii & hoſtium cladis & noſtræ virtutis, parta de hoſte victoria*.

Parta a Scanderbego victoria.

Viginti quatuor millia hoſtium cæſa.

XVIII.

Ubi ſuos duces cæſos fuiſſe accepit Mahometes, furore percitus, primum duos Janizaros ſubornavit, qui fingerent ſtudio religionis ad eum perfugiſſe, deinde incautum obtruncarent: ſed divina providentia pernicioſa eorum conſilia fregit; nam baptiſmalibus ſacris ficto, & impio animo initiati, & inter prætorianos milites aſcripti rixati inter ſe, & meditatum crimen ſibi mutuo obiicere cœperunt: quare patefactis inſidiis extremo affecti ſupplicio periere: itaque Mahometem ad vim apertam converſum, ut Scanderbegum obrueret in expeditionem eduxiſſe ducenta armatorum millia tradunt. At Scanderbegum ex Pauli Angeli Dyrrachini epiſcopi, & Veneti oratoris conſilio arces fortiſſimis præſidiis communivit, adeo ut Mahometes, cum extraheretur Croiæ obſidio, Conſtantinopolim redierit relicto in caſtris Ballabano cum viginti tribus millibus militum: tum illi adjunxit alios octo præfectos, quibus ſingulis ſeptem millia militum attribuit. Dum vero per Chaoniam rediret, quoſdam populos nec non Chidnenſes Scanderbegi clientes, quos expugnare vi non poterat, promiſſis & blanditiis victos ad octo millia, præter mulieres & infantes, contrucidavit. Interea cum ſtipendia vireſque Scanderbego in tantis difficultatibus deeſſent, ad Paulum II. clam confugiſſe, ut opem exoraret, atque inter alia hæc in Cardinalium collegio auctor (*a*) expoſuiſſe memorat: *Non patitur Mahometes Turcarum princeps ille truculentiſſimus me vobiſcum diutius commorari, patres ſanctiſſimi, vos contemplari, vos admirari principes meos, deos terrarum, ac mundi totius luminaria, qui majorum ſuorum veſtigia ſecutus, ac ſpurciſſimæ illius Mahometanæ ſectæ nefandus profeſſor & propagator, veſtrum ovile quotidie invadit, perſequitur, diſſipat, & non contentus tantis cædibus, rapinis, quibus in Aſia uſus eſt, non ſatiatus Chriſtiano ſanguine, quem nuper tantum in Europa fudit, ut totam infecerit, polluerit, contaminaverit, & Chriſti nomen prophanaverit: ſed nunc me gentemque meam, tanquam hoc ultimum certamen relictum ſibi, evertere atque de medio tollere conatur: quem niſi repente, quod tuæ ſanctitatis eſt atque clementiæ, occurras, obſiſtas tu, tu principum Chriſtianorum pater, jubar, atque ſydus radiantiſſimum, actum eſt de re omni, actum de imperio meo, quippe populus Epiroticus tot bellis, tot cladibus exhauſtus jam corruit, jam defecit*.

Submiſſi a Mahomete ſicarii ad trucidandum Scanderbegum.

Inſidiæ divina providentia diſcuſſæ.

Immanis ejus perfidia.

(*a*) *Marinus Barletius ubi ſup.*

Scanderbegus ad Paulum II. perfugit.

Hæc igitur ego conceſſi, patres ſanctiſſimi

Digitized by Google

ſimi, ad vos ipſa confugi: domi incendium maximum reliqui, hoſtem in ipſis veſtibulis, qui non tantum gentem meam, & regionem omnem aſſidue diſſipat, evertit, depopulatur, in ſervitutem trahit, ſed & civitatem meam Croiam provinciæ robur atque caput, jam diu innumero milite obſidet. Neque hanc obſidionem deſerendam propoſuit ſibi, *antequam urbe ipſa aliquo modo potiatur; & potietur vereor, ni ſublimitas tua ſuccurrat, atque ſubveniat, ita oppidanos in rerum omnium neceſſitatem, & ultimum diſcrimen adduxit. Conſulite igitur, patres optimi atque ſanctiſſimi quæſo, dum tempus patitur proſpicite, atque opportune providete mihi: cohibendus eſt enim impetus, & jus nefandiſſimi tyranni, reprimendus ejus furor atque violentia, qui in tantum exercuit atque invaluit, ut jam jam extrema omnia Chriſtianæ reipublicæ, ac Dei Eccleſiæ, & orthodoxæ fidei audeat minitari. Sed quid amplius, proh dolor! quid pejus? quid durius expectemus? edidit jam in Chriſtianum populum, edidit in gregem tuum omnia crudelitatis exempla, quem profanavit, fœdavit, omnique ludibrio habuit.* Et infra.

Implorat auxilia ad ſolvendam Croiæ obſidionem.

Videtis patres ampliſſimi Aſiam fere omnem huic nefando ſpurciſſimoque hoſti ſubjectam: Græcos quaſi cunctos ab eo exterminatos, Raſcianos principes Triballos, & Traces everſos, Illyricos perdomitos, Peloponeſum ſubactam, magnam Macedoniæ atque Epiri partem direptam, incenſam, devaſtatam. Unus ego ſuperſum, pater beatiſſime, cum puſillo, & tenui imperio, cum militibus meis adeo tot præliis attritus, tot certaminibus exhauſtus, ut nihil jam integri ſit in corpore ad nova vulnera accipienda, neque quidquam ſuperſit ſanguinis, quod dari amplius pro Chriſtiana republica poſſit. Hoc eſt reliquiarum ex tot principibus, tot ducibus in feraci Macedonia illa Regum altrice, quod nunc perfidus barbarus iſte totis viribus, arte, ingenio perdere atque delere contendit. Jam memini, ignotum nemini dubium eſt, audiſti antiſtes ſanctiſſime, audiſtis patres religioſiſſimi, quot bella, quot expeditiones cum perfida gente iſta majores mei tot annis geſſerint, quibus ego poſtmodum ordine naturæ divino tandem præſervatus auxilio in regno ſuccedens nullum unquam tempus, nullam diem quietis aut otio mihi concedere potui, ſed cum profana gente bella maxima ſemper pertractavi. Et infra. *Jam, pater ſanctiſſime, provideas cum tot procellis, & bellorum turbinibus obſiſtere, eaſque non ſine certo periculo vitæ, ac rerum mearum diſpendio perferre queam, fidemque veſtram ſanctiſſimam, ſanctiſſimi itaque patres, contra vim & impetum hujus immaniſſimi tyranni, protegam atque defendam, pro qua & uſque in præſentem diem omnia extrema ſum perpeſſus, & in poſterum me devovi, neque ullum mortis vel periculi eſt genus, quod pro quocumque veſtrum commodo, & dignitate in aliquo vita mea tempore ſubterfugiam.* [1]

XIX. Adjutus auro a Pontifice.

His addit Marinus Barletius, Pontificem complexum eſſe omni officiorum genere Scanderbegum, ingentemque illi auri vim pro bellicis ſumptibus contuliſſe; *Poſtquam*, inquit, *Scanderbegus orandi finem fecit, tanto favore ab omnibus eſt exceptus tam liberaliter & honorifice habitus, ut quam celeriter expeditus quidquid a ſummo Pontifice patribuſque petierat perfacile impetraverit, & ei quam liberaliter ſit conceſſum, qui maximis etiam muneribus, & præmiis donatus, maximo auri argentique pondere grandique pecunia cumulatus, lætus alaterque inde diſcedens, in Epirum ad ſuos reverſus eſt.* Addit author Scanderbegum pontificiis ſubſidiis comparatum maximum exercitum, quantum nunquam antea, ex Episo & Macedonia, & ex Illyrico & Dalmatia contraxiſſe, illumque in duos diviſiſſe; cumque Ballabani fratrem Jonimam una cum filio Turcicas auxiliares copias adducere accepiſſet, eos adortum fudiſſe neceſſeque, & eorundem, quos expectabat Ballabanus, cadavera projici juſſiſſe ante tentoria: quæ conſpicatus apoſtata furore percitus ad Crojæ mœnia excurrit, ut promiſſis ampliſſimis præſidiarios ad defectionem ſollicitaret; ſed glande plumbea transfixus Turcica caſtra tumultu, & mœrore complevit, adeo ut barbari frumentariæ etiam rei inopia preſſi obſidionem ſolverint. Ut autem Mahometes his cladibus in rabiem accenſus bellum vere inſequenti redintegrarit, ac tandem Scanderbegum oppreſſerit proximo anno dicetur.

Turcas multis præliis atterit.

Adigit ad ſolvendam Croiæ obſidionem.

Con-

NOTÆ [1] Isto quidem anno Scanderbegus in Italiam ad pontificem venit; ſed & ſequenti anno iterum rediit, quæ duæ ejus profectiones in Italiam ſedulo diſtinguendæ ſunt. Primo igitur hoc anno venit Romam ad Pontificem, rediitque pecunia inſtructus, qua & validum comparavit exercitum hoſti pluribus præliis frangendo opponendum. De hac profectione Romana ex Barleto egit hic Annaliſta. Sed cum ſequenti anno Mahometus ingenti reparato exercitu Macedoniam inundaſſet, Scanderbegus ad incitas jam redactus, iterum ſe contulit in Italiam ad Venetos, quorum in manus remiſit Crojam, rarus valido eo propugnaculo urbem ſe contra potentem adverſarium defenſurum; id eruo ex Sanuto, qui hoc labente ſæculo vitas ducum Venetorum ſcribebat, quique ad ſequentem annum notat: *Scanderbego Signore in Albania, per paura de Turchi, che avevangli tolto alcuni caſtelli, ſi partì, e venne in Italia, e dette Croja alla Signoria.* Gemina ad eundem annum ſcribit Nauclerus, qui hoc exeunte ſæculo Venetam hiſtoriam vulgatam Rer. Ital. to. XXIII. exaraſſe fertur. MANSI

XX. Conjungimus orientalibus rebus inſigne martyrium B. Andreæ Chienſis, qui Conſtantinopolis triumphalibus palmis Eccleſiam illuſtravit, Græciſque conſtantiæ exemplum, ne ad Mahometis infandam ſuperſtitionem deſciſcerent, reliquit: in crimen enim vocatus ab impiis, falſiſque circumventus teſtibus, quaſi damnata Chriſtiana religione Mahumeticam ſectam profeſſus iterum ad Chriſti cultum ſe traduxiſſet, cum poſt acerrima tormenta admirabili conſtantiæ prodigio infideles in ſui admirationem convertiſſet, neque ingentibus promiſſis nec minis poſſet adduci, ut Mahometis ſacrilegos ritus ſuſciperet, invictum ſpiritum Deo reddidit, cujus hiſtoriam Georgius Trapezuntinus latinis litteris (a) tradidit, qui ejuſdem martyris implorata ope maximo periculo ereptus fuerat. Narrat in primis, ut Andreas graviſſimo liberatus morbo B. Virgini cœlibatus voto ſe adſtrinxiſſet; a Mahomete vero Imperatore, qui illum prætorianæ centuriæ præficere pollicebatur, multis tentatus promiſſis conſtanter reſponderit: *Ego felicitatem hujus ſæculi nihil facio: ego crucem, paſſionem, ſepulturamque Chriſti mei nunquam, auxilio illius fretus, negabo. Statuite in me quidquid malueritis, unum rogo, ne me verbis amplius teneatis. His dictis.* Subdit Georgius, *conjectus illico in carcerem vinculis catenatus, pedibus atque manibus alligatus ad meridiem ſequentis diei, qui fuit XX. maii, jacuit: poſt meridiem ſtatim protrahitur, & in partem urbis, quæ orientem ſpectat, prope mare ducitur, ubi ad palum nudus alligatus flagellis atque loris cæditur acrius quam dici poſſit, principio flagellorum & verberum contremuiſſe dicitur, & manibus ad pectus contractis, & digitis in pugnum compreſſis magna exclamaſſe voce: Virgo Maria adjuva me: inde pedibus altero ad alterum adductis ſtetit rectus in eiſdem veſtigiis, mirabile dictu! uſque ad ſolis occaſum.*

B. Andreas Chienſis affectus martyrio.

(a) Georg. Trapez. & ex eo Surius die 29. maii.

Mira ejus conſtantia in promiſſis reſpuendis.

Cæſus flagris Deiparæ opem implorat.

XXI. *Interea dum miles Chriſti his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille de quo ſupra retuli,* is erat egregius dux, quem Mahometes tentabat a Chriſti cultu divellere: ut ejus opera in bello uteretur, *a feneſtra turris, in qua fuerat incluſus, prominens clamabat: O felicem Chriſtianum! o beatam, quæ te genuit, inſulam? o nobiliſſimum atque omni laude dignum genus unde ortus es! Utinam iſthic eſſem tecum, ut eadem paterer pro Chriſto. Hæc aliaque vociferabatur, martyrii coronam, ut arbitror, deſiderans. Carnifices autem Andrea in carcerem reducto multis pretioſa membra flagellis loriſque ſinde dilacerata ungunt unguentis, cibum quoque atque potum ad fulciendam in corpore animam de medicorum conſilio, quorum multi ac peritiſſimi aderant, obtulerunt, ac aquam, in qua parvum defæcati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum: id faciebant, quo longior vita ejus aliquid ad negationem crucis afferret, ſimul & oſtenderent quanti vitam facerent ejus; forte etiam quoniam cum Chriſtianis enutriti ſunt, & nonnulli eorum Chriſtiani fuerint, nec ignorabant quomodo martyres Chriſti alii die cruciabantur, & nocte convaleſcebant: quod timentes ne id divinitus eveniret, medicamentis ſuis occultare veritatem ſtudebant.*

XXII. *Vigeſima prima ejuſdem menſis die rurſus producitur, denudatuſque ferreis ungulis tergora, quæ pridie ejus diei fuerant flagellata, dilacerantur: nec quidquam aliud fecit dixitque miles Chriſti, quamquam prius contremuit in principio, manuſque ad ſe adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in iiſdem veſtigiis tenuit, magnaque voce clamavit: Virgo Maria juva me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur e turri, iterum atque iterum repetebat. Adveniente nocte unguentis illinitur ſimiliter & medicamentis, atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infuſa, ſuſtentatur, quaſi charam crucis hoſtes ſalutem ejus haberent, magnam iis rebus ineſſe virtutem prædicantes, Spiritus Sancti gratiam in medicorum peritiam cibique ac potus commoditatem derivantes. Illuceſcente namque die ſanus omnino martyr Chriſti apparuit, quæ res medicamentis fieri non poteſt, quæ cum naturaliter agerent longiore indigent tempore, frequentatioueque convenienti, ne digeſta in dubium aliquid conferant, quod tamen minime facere poſſunt, ſi denuo corpus, ac ſæpius exagitetur, ſive etiam atrocius cruciatur: quæ virtus opem afferre poteſt præter divinam? profecto nulla.*

Iterum tortus.

Divinitus percuratus.

XXIII. *Vigeſima ſecunda ejuſdem menſis die producitur ſimiliter poſt meridiem, ac manus & pedes ſic torquentur, ut ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua in locis ſuis remanerent, ſed e locis ſuis omnia ſalirent, qui dolor maximus omnium eſt. Cætera ſimiliter geſta dictaque non ab ipſo ſolum, qui tamen nihil aliud dixit niſi: Virgo Maria juva me; in principio dolorum, idque ſemel clamabat, verum etiam a Trapezuntio illo, qui martyrium ſic expetebat, ut multis etiam Mahumetiſtis audientibus ſæpius repeteret: quæ dicta ſuperius ſunt: medicorum quoque diligentia adhibita ſimiliter, immo etiam major fuiſſe dicitur. Vigeſima tertia die incolumis ſanuſque non medicorum arte, ſed illius primi martyris, & domini omnium Jeſu Chriſti productus Andreas novo genere cruciatus vexatur, humeros carnibus per gladios denudant, ſtudentes ſemper ne celerior mors ipſum invaderet. Sperabant enim, ſi non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate ſe victuros;*

Diſſolutæ illi omnes membrorum commiſſuræ.

Conſciſſi gladiis illius humeri.

ſed deriſi tandem jacuerunt. Declinato die reducitur ſicuti ſuperioribus diebus, medicamentis quoque non aliter, quam prius adhibitis.

XXIV. Clunes iterum novaculis abraſæ.

Die vigeſimaquarta ejuſdem menſis eodem modo fiunt omnia, eodemque in loco, quo ea die clunes carnibus novaculis ſpoliantur non ſubito, ſed cum mora, ut doloris acerbitas magis ſentiretur. Cætera omnia ſimiliter acta, ut in ſuperioribus diebus, dictaque; eodem modo etiam a Trapezuntio martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, ſimiliter e turri clamitabat. Die vigeſima quinta partes pedum, quæ inter genua cluneſque ſunt carnibus ſimiliter denudantur, cætera eodem modo dicta geſtaque fuerunt. Vigeſima ſexta die ſuræ, id eſt, carnoſæ partes pedum, quæ ſunt inter genua, & poplites ſimiliter carnibus denudantur, cæteraque facta, dicta, procurata ſimiliter fuerunt. Vigeſima ſeptima die femur, quæque circa iſſum ſunt corporis partes excoriantur. Vigeſima octava die totum corpus a capite ad pedes verberibus cæditur, ut doloribus renovatis tandem moveretur: maxilla quoque una ante ictu denudata carne fuit, quam Chriſtiani rapientes ſervarunt, fuitque in monaſterio B. Franciſci inuſitato fragrant odore atque mirabili.

Maxilla illi avulſa miro odore fragrat.

XXV. *Vigeſimanona ejuſdem menſis die anno primo pontificatus Papæ Pauli II. ultimo producitur Andreas de Chio martyr Chriſti præcipuus in locum ſaltum ad orientalem urbis partem prope mare, ſanus, vivax, vultu læto, decora facie. Mahumetiſtæ his rebus moti medicamentorum virtute ſic factum aſſerebant, & ingratitudinem illius accuſantes. Non vides, clamabant, Andrea? tua vitæ cura nobis habita eſt, noſtro ſtudio imma Regis ipſius incolumis es, & virtute medicamentorum, & Mahumeti gratia, qui te vult deliramenta Chriſtianorum de cruce, ac paſſione Jeſu deſpicere: quæ beneficia quoniam ingratus non ſentis morte morieris. Non eſt mors hæc mors, ait, ſed vita, quare nolite putare me verbis veſtris terreri poſſe, nec medicamenta profuerunt, quippe quæ vel in minimis vulneribus vix poſt multos dies aliquid afferre poſſunt: me autem crux domini noſtri Jeſu Chriſti, & virgo Maria ad hanc diem conſervavit atque reſervavit. Hæc dicens ſecuri caput ſuppoſuit, & ad cæleſtia regna evolavit.* Subdit ut honorificentiſſime Chriſtianorum, & Mahomatanorum centum millibus concurrentibus ad Galatam ſacræ illius reliquiæ in æde Deiparæ ſepulchro conditæ ſint, omniſque corruptionis immunes permanſerint. At a glorioſiſſimo martyre ad impium hæreticum Regem ſermonem convertamus.

Mahometanorum deliria.

Securi tandem cæſus.

Ejus reliquiæ corruptionis expertes.

XXVI. Hoc anno Georgius Podiebratius Rex Bohemiæ, qui ad Pontificem controverſias fidei inter catholicos & hæreticos referre debuiſſet, de iis cognoſcere (*a*) auſus eſt, annitente Rokyzana allicere ad Huſſiticam ſectam univerſos catholicos communionis utriuſque ſpeciei, & uniformis ritus Bohemici aſſimulata cauſa. Initi ſunt itaque Pragæ Rege Georgio Podiebratio hæretico præſide ſolemnes catholicorum & Huſſitarum congreſſus, in quibus ex utraque parte viri quadraginta quinque delecti, qui de controverſiis fidei inter ſeſe conſilia agitarent. Tenuit hæretici Regis dexteram in ſublimiore loco hæreſiarcha Rochizana, qui ſe archiepiſcopum Pragenſem deſignatum eſſe contendebat, ac primum calumniis catholicos, uſum calicis non porrigentes laicis, onerare, & Regem impium demulcere blanditiis cœpit: cui reſponſurus Hilarius Pragenſis eccleſiæ decanus, reperito ſuſceptæ a Bohemis fidei exordio edocuit, ut Bohemiæ Moraviæque illata eſſet evangelii lux a SS. Cyrillo & Methodio, ac Romanæ eccleſiæ imperio Pragenſis eccleſia obnoxia fuerit, atque a Joanne Pontifice Dithmarus Saxo epiſcopus præfectus fuerit, juſſuſque non Græcum, ſed Romanum ritum inducere: extulerit ſe dein Bohemia ad ſummum ſplendorem, ita ut Reges omnes Romanæ eccleſiæ legibus vixerint: demum Carolus Imperator archiepiſcopatum, & academiam Pragæ excitandam curaverit; Wenceſlai vero tempore Wicleffi hæreſis Bohemis afflari cœperit, ad quam excindendam congregatis regni ordinum, & doctorum conventibus, orthodoxa fides, quam colit Romana eccleſia, ſuo ſplendori aſſerta ſit, damnatis quadraginta quinque Wicleffi articulis; nonnulli tamen clerici diſſenſerint, querentes ſe injuſte cenſura notatos, neque alium judicem, quam ſcripturam ſacram, quam in contrarios ſenſus pro libidine detorquebant, in fidei controverſiis admittendam; cum tamen deuteronomii capite decimoſeptimo imperet Deus, ut ſi de lege diſcrepent ſententiæ, controverſia ad ſummum ſacerdotem referatur, ejuſque decreta ſerventur; tum addidit.

Rex Bohemiæ fidei controverſiarum judicem agit.

(*a*) *Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12. Actu diſp. cum Rochizan. ext. apud Caniſ. to. 3. p. 466.*

Conſidere ad dexteram jubet hæreſiarcham.

Oſtenſum illi ſuſcepiſſe olim a Rom. eccl. Bohemos evang.

Archiepiſcopatu ſedem & academiam Pragenſem ſub eadem inſtitutas. Per hæreticos invecta olim omnia mala.

XXVII. *Conſtat autem cuilibet fideli Romanam eccleſiam eſſe locum, quem elegit Dominus, ubi Eccleſia totius poſuit principatum, in qua ſummus ſacerdos, qui præeſt loco, eſt Papa, & Cardinales ſunt ſacerdotes levitici generis, ad quos in materia fidei eſt recurrendum.*

Demonſtratu eccleſiæ Rom. authoritas.

XXVIII. Plura dicentem Hilarium decanum Pragenſem Rokyzana interrupit, atque impia Wicleffi dogmata in molliorem ſenſum torquere, tum articulum de decimis, quod ſint puræ eleemoſynæ defendere annisus eſt. Cujus hypocritæ dolos refregit decanus, ſi eſſent eleemoſynæ in judicio exigi non poſſe; dominium pariter rerum ab eccleſiaſticis, ac religioſis, qui contrario voto ſe non devinxerunt, obtineri poſſe. tum

Rochizana Wicleffi impia dogmata tuetur. Refellit ejus dicta decanus Pragen.

sub.

ſubjecit : *De rege vero, quod non poteſt eſſe Rex, ſi eſſet in peccato mortali, & illud expreſſe falſum eſt, quia cum homo neſciat ſi odio, vel amore dignus ſit, & nemo poteſt dicere : ego ſum ſine peccato juxta canonicam Joannis, nemo poteſt eſſe Rex : & ſicut dicit Vvicleff, quod una vetula poteſt eſſe Rex vel Papa, quia melior eſſet, tunc illa vetula veniens poſſet dicere Regi, ſurge de tuo ſolio, quia ego ſum dignior te & tunc dominus Rex ſubridens reſpondit : putas quod ego ei ſtatim cederem.*

Omnem politicum ſtatum everti a Wicleſo demonſtrat.

XXIX. *Hilarius vero continuans dicebat. In hoc totus error Vvicleff conſiſtit, quod officia ſæcularia, & eccleſiaſtica conſiſtere poſſint in merito, & non in authoritate. Utinam omnes Pontifices eſſent paris meriti cum S. Petro ; bonum eſſet, ſed non ſuccedunt ſibi in merito, ſed dumtaxat in officio, ſicut Rex noſter ſanctus Vvenceſlao, & epiſcopus Pragenſis S. Adalberto, & tamen illi ſunt ſancti, de iſtis eſt adhuc dubium. Deinde rediens ad propoſitum deconus dixit. Sereniſſime Rex, ſicut ſerenitas optavit circa materiam compactatorum eccleſia Pragenſis, dixi, ſemper fuit in obedientia Romanæ eccleſiæ, & quando iſta turbatio facta eſt in regno, tunc patres noſtri pulſi ſunt, vexati ſunt, quidam in pulverem redacti, & multa mala in iſto regno facta ſunt, & per quem illud fuit factum intelligit veſtra ſerenitas. Deinde Sigiſmundus Imperator miſertus terræ fecit aliquos tractatus & vias, ut induceret pacem in terra, & ſacrum concilium conſenſit propter bonum pacis ad illam intentionem, quod per hoc homines inducantur ad priſtinam obedientiam, nec erat intentio concilii illud perpetuo tenere. Hoc dico ideo, quia ſic in curia Romana intelligitur & ubique, & dico quod compactata non ſunt facta propter nos, quia nunquam receſſimus ab obedientia, nec cum noſtris prælatis aliquid de his factum fuit.*

Tyrannis hæreticorum. Qua de cauſa & propter quos edita ſint compactata.

XXX. Poſtero die iterum Rokyzana urſit Georgium Regem, ut catholicos ad communionem utriuſque ſpeciei adigeret ex compactatis in contrarium ſenſum ab ipſo detortis. At ſubjecit Hilarius decanus, numquam ea conflata pro catholicis, neque a Joanne Rochyzana, & ſectatoribus obſervata demonſtravit, atque ideo pactionum in Baſileenſi concilio confectarum fœdifragum, plurium hæreſeon reum, blaſphemiæ in Eccleſiam, anabaptiſmi, porrigendæ pueris Euchariſtiæ, innovatorumque rituum : in ejuſdem vero Euchariſtiæ controverſis de Wicleffiſmi erroribus vehementiſſime ſuſpectum Rokyzanam convicit : *Rex ſereniſſime magiſter iſte cum dominis ſuæ partis multa loquitur pro obſervatione compactatorum ſuorum, reſpondimus jampridem ſerenitati veſtræ, quod compactata pro nobis facta non ſunt, nec unquam eccleſia Pragenſis aliquid deliquit contra eccleſiam Romanam, ut cum ea pacta faciat, & ibi ſatis materiam dilatavit ; tamen ut intelligat, quod ipſa eum ſuis nunquam tenuit nec tenet, volo in forma loqui, aſſumendo, aliquot puncta de compactatis, in quibus expreſſe non tenentur.*

Urget Rochizana Georgium ut catholicos ad utramque communionem adigat.

XXXI. *Dicitur primo in compactatis. In primis recipimus unitatem eccleſiaſticam. Unitas eccleſiaſtica ſecundum doctrinam doctorum in capitulo 1. de apoſtatis, & in c. firmiter de hæreticis conſiſtit in tribus, ſcilicet in fide, in charitate, & in obedientia, & quia ex corruptione fidei fit hæreſis, ex corruptione obedientiæ fit ſchiſma, & ex corruptione charitatis fraternæ fit anathema, & excommunicatio. Si igitur dicis recepiſſe unitatem eccleſiaſticam, ergo non fuiſti in ea : & ſic inducis hoc verbo ſuper Bohemos : quod prius fuiſſent extra unitatem eccleſiaſticam, & ſic in excommunicatione, in hæreſi & in ſchiſmate. Ecce tua pulchra proviſio honoris Bohemorum per compactata.*

Demonſtratum eos qui recepere compactata non fuiſſe antea catholicos.

XXXII. *Item dicitur, eccleſiaſticam, quæro a te magiſter cum qua Eccleſia recepiſti unitatem? non cum illa prædeſtinatorum, quia neſcis an omnes in concilio fuerint prædeſtinati, & tamen cum illis recepiſti, qui fuerunt viſibiles repræſentantes Eccleſiam. Item etiam promiſiſti obedientiam ſacro concilio, & ſummo Pontifici, & prælatis veſtris, ſicut patet in litera domini Alfonſi inſerta in compactatis, & tamen expreſſe prædicas contra illam in ſermonibus tuis, & tui ſacerdotes. Item compatres compellunt ad communionem, ſimiliter poſt communionem communicant parvulos. Item circa illud ſacramentum, & alia conantur auferre, & de facto faciunt, non permittentes adminiſtrationem Sacramentorum in eccleſia metropolitana Pragenſi contra omnem libertatem eccleſiæ noſtræ, cum tamen omnia jura dicant, quod omnis Chriſtianus habeat tres ſuperiores, ſive ut dicam plebanos curatos : primo & ante omnia dominum noſtrum ſanctiſſimum, ſecundo dominum epiſcopum diœceſanum, tertio plebanum ſuum : a quolibet iſtorum poteſt homo Sacramenta recipere abſque alterius requiſitione. Item, [quod plus horrendum eſt] rebaptizant eos, quos in eccleſia Pragenſi baptizamus, non credentes in eccleſia Pragenſi catholica eſſe ſacramenta.* Et infra : *Item circa confirmationem ſunt quidam tui ſacerdotes ſicut Lupatz & alii, qui dicunt quod ſacerdos poteſt chriſmare in fronte, quod eſt expreſſe contra canonem quanto de conſuetudine, & ibi eſt lectus expreſſe ille canon. Item circa confeſſionem ſacram prohibent, ut prius dixi, ne aſcendant ad caſtrum ad confeſſionem, & pœnitentias : immo multi pro injuncta pœnitentia ita dicunt : Vade, & amplius noli peccare, & ad caſtrum ambulare. Item circa ſacramentum ordinis quia, hen, ſacerdotes e-*

Prohibent hæretici ſacramenta a catholicis adminiſtrari.

Rochizana Anabaptiſmi inſtaurator.

jat inordinate ordinantur in Italia, aut alias ubi poſſunt furtive, extra tempora, extra ætatem, extra licentiam ſuorum ſuperiorum, ſimoniace a ſimoniacis, a depoſitis, a ſuſpenſis, a degradatis, contra formam Eccleſiæ, & juramenta ſua. Et infra.

XXXIII. Rochizana ſuſpectus de hæreſi contendente panem remanere in Euchar.

Circa ſacramentum Eucbariſtiæ primo quia magiſter mihi, & nobis eſt multum ſuſpectus de remanentia panis, etſi fidem ſuam hic publice profitetur; & hoc ex eo, nam ipſe in audientia multorum in prætorio antiquæ civitatis, ubi etiam & nos fuimus, dicebat quod nulli doctores determinant an ibi remaneat panis, vel non; cui ſtatim reſtitit quidam ſacerdos Paulus plebanus ad S. Martinum Pragæ: & tamen appoſitum expreſſe eſt poſitum in executoriis compactatorum, ubi dicit. Item quod in ſacramento Eucbariſtiæ poſt verba conſecrationis ſub ſpeciebus panis, & vini eſt totus vere Chriſtus, & non remanet ibi ſubſtantia panis, & vini materialis: ſic teneant & prædicent, &c. Item eſt expreſſe contra Eccleſiæ determinationem capite Firmiter credimus, &c.

Princeps caput compactatorum non ſervat qui ſervanda contendit.

XXXIV. Diſſolvitur.

Arguit præterea Rochizanam alterius hæreſis, quod nimirum adverſus concilia Baſileenſe & Conſtantienſe affirmaſſet communionem utriuſque ſpeciei eſſe de neceſſitate ſalutis; *Eram*, inquit, *in ſermone ſuo una vice, quando dicebat, quod ſicut fides eſt noſtra credere, quod Chriſtus natus eſt de Maria virgine, ita eſt fides noſtra, quod populus communis debet communicare ſub utraque ſpecie; ſed quia nullus ſalvatur ſine fide incarnationis, ita nullus ſalvaretur ſine communione utriuſque ſpeciei, & tamen multi ſalvati ſunt ſine communione utriuſque ſpeciei: annalis interjectis ſubjicitur.*

Rochizanæ hæreſis de neceſſitate ſalutis.

XXXV. Peccat contra Concilium dum parvulis Euch. confert.

Item communicando facit omnino contra compactata, nam expreſſe dicitur in compactatis. Communicabunt illi, qui talem uſum habent. Sed parvuli non uſum habent, ergo nec poteſt dici, cum ſemel vel bis recipiunt, quod habeant jam uſum, quia ſi non habent rationem, uſum habere non poſſunt, cum uſus & conſuetudo proprie ſumpta ſolum ſit circa ratione utentes, quod non habent pueri. Item dicunt compactata. Qui habeat, non dicit, habebunt, ſed qui habeat de præſenti. Item caſerius in compactatis dicitur; Communicabunt illas perſonas, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reverenter poſtulaverint. Item quia non fuit de mente concilii, nec ſuorum legatorum, nam cum ſervis concilium, quod cum communicarent parvulos Bohemi, ſtatim ſcripſit Imperatori concilium, mandando ſibi, quod communionem parvulorum ceſſare faciat in regno Bohemiæ, & nullo modo practicare permittat.

XXXVI.

Item non faciunt ſecundum tenorem compactatorum, quia nunquam dicunt communicantibus, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer, & totus Chriſtus, ipſi vero appoſitum dicunt eſſe ſub prima ſpecie medium ſacramentum, & prædicant quod ibi non eſt totum corpus. Item quia communionem ſub una ſpecie in ſermonibus ſuis vocant ſacrilegam, & Manichæam: & ſic hæreticam, & ſacerdotes catholicos de medio ſacramento vocant. Item ſacerdotes tui non orant horas canonicas juxta rubricam diœceſis, ſed ſimpliciter ſurgentes lavant manus, & vadunt ad altare; interdum etiam campanator pulſat, & ſacerdos adhuc eſt in lecto. Item de imaginibus jam mandas ſcit & quomodo teneat, & quid ſit de eis, & qualis injuria irrogatur Deo in ſigno ſuo venerabili, ſicut actum eſt in ponte Pragenſi, & alibi. Item de aqua benedicta, quamvis habetis eam in particibus eccleſiæ, tamen idem eſt vobis, ac ſi non eſſet benedicta; quia ego te audivi, magiſter, ſemper prædicantem, quod ſi te perfundat eam arceo nil tibi proficit: ſcio enim quod aqua eſt, ſed benedicta, & juxta ſententiam S. Thomæ, & aliorum doctorum homo peccator recedendo a Deo per peccatum inferior ſit omni creatura: ſi igitur veniam petit, & conteritur per pœnitentiam aſpergendo ſe aqua benedicta, cinere, vel ſale, &c. ut ſe oſtendat humilem Deo, ſubjicit ſe etiam iſti minimæ creaturæ, in qua eſt nomen Domini invocatum, ac ſi dicat, Hæc humilis creatura gutta aquæ, aut cineris pugillus purificata per nomen Domini dignior eſt me peccatore, & ego me illi propter nomen Domini invocatum, & propter peccata mea ſubjicio. Ita ſit diabolo, juxta ſententiam Alberti, quod eam vilior effectus ſit omni creatura, & ita campana, herba, incenſum, candela benedictæ fugant aereas poteſtates, ut qui ſummo Deo ſuperferri voluit, ſubdatur minimæ creaturæ.

Non dicit integrum Chriſtum latere ſub qualibet ſpecie.

Horæ canonicæ ſpretæ ab Huſſitis.

Imagines ſacræ ab eiſd. irriſæ.

Aqua luſtralis contempta a Rochiz.

Cur ea ab eccleſ. inſtituta.

XXXVII. Miſſa in vulgari celebrata.

Item miſſas legitis in vulgari contra illam executoriam compactatorum, & quod plus eſt extra tempus a jure conceſſum. Et infra: *Similiter feria ſexta magna cantitis miſſam de ſancta cruce, ubi in illa die in miſſa confectio Eucbariſtiæ eſſe non debet.* Et infra: *Et tu magiſter primus es, qui unitatem eccleſiaſticam diviſiſti, cum enim ſit unus epiſcopatus, quia una diœceſis Pragenſis, tu uſurpaſti pro te presbyteros tuæ partis, & feciſti conſiſtorium, & nominas te adminiſtratorem, & uteris ſigillo mortuo. Dic mihi, rogo, qua auctoritate adminiſtras, & illud officium exerces?*

Monitus Rochiz. ut eccleſiaſticam communionem amplectatur.

XXXVIII. Verſatus hæreſiarcha ad objectas hæreſes non reſpondet.

At Rochizana non condemnavit hæreſes, quæ ipſi objiciebantur, ſed ad inculcandam communionem utriuſque ſpeciei contendit prolixo ſermone inquiens eam lege, evangelio, & praxi Chriſti fundatam eſſe, quæ ſunt propria ſacerdotum ſacrum rem peragentium laicis accommodans: denique ingenti voce exclamavit, populum gratiis

ex

Exclamat populum gratis per calicem assequendis orbari.

ex communione calicis, & animæ ſalute a catholicis ſacerdotibus ſpoliari. Hic fuit hypocritæ fucus, hæc illecebra, qua Georgium Regem & alios cepit: hac pietatis ſpecie tegebat impietatem Wicleffiſticam, adeo ut numquam publice Wicleffiſmum damnare voluerit, ut referunt acta.

XXXIX. Omnium hæreſeon licentiam inducit.

Recurrente die ſabbati inſtaurata eſt concertatio, pluraque adverſum pontificiam auctoritatem Rokyzana effutiit, atque ex Origene contendit omnia per novum & vetus teſtamentum ſolvenda & interpretanda, ac ſi quid controverſum eſſet intellectui & interpretationi Spiritus Sancti committendum: quibus verbis fingendarum cuilibet pro libidine hæreſum exemplo Origenis, & fidei dogmata veluti indifferentia non curanda indicabat. Poſtremo priora ſophiſmata de communione utriuſque ſpeciei repetiit, objecitque Manichæos ritum communicandi ſub una ſpecie invenisse. Contra vero decanus Pragenſis primum auctoritatem Romanæ eccleſiæ in controverſiis fidei dirimendis, gerendumque morem illius imperiis ex ſanctorum patrum ſententiis confirmavit: tum communionem laicorum ſub una ſpecie præſignatam in evangelio, & Chriſti, & Apoſtolorum praxi fundatam; conciliorum, canonum, doctorumque ſententia, & uſu Eccleſiæ conſtabilitam.

Communio ſub unica ſpecie panis non manca oſtenditur.

XL. Excepit dein decani Pragenſis verba doctor Kzyzanouvsky, ac poſt Romani Pontificis ad quem in omnibus fidei controverſiis confugiendum eſſet auctoritatem ſacris oraculis comprobatam adverſus Rokyzanam ex Matthæi evangelio cap. XVIII. hæc verba expendit: *Si non audierit te, dic Eccleſiæ. Ecce*, inquit, *recurſus ad Eccleſiam. Dic Eccleſiæ; non primitivæ, quia jam illa obdormivit in Domino; non futuræ quia jam nondum eſt; non prædeſtinatorum, quia ille ſoli eſt Deo cognita, &, ſi nobis incognita, ad eam non poteſt eſſe recurſus; non ſcripturæ, quia illam unuſquiſque pro libitu ſuo trahit ad ſuum ſenſum, & ſicut magiſter legem vult habere judicem, quia ſi biblia ponitur non loquetur, judicet ſed aliquis ſecundum legem, Sed Eccleſiæ dic, id eſt, paſtoribus Eccleſiam regentibus*. Et infra: *Quo magiſter Rokyzana fugeat, ad quam recurrendum eſt in fide, quæ declarare & definire in materia fidei, immo & evangelia hæc quatuor ipſa recepit, & ea veneranda nobis reliquit, ſicut dicit B. Auguſtinus contra epiſtola in Fauſtum: fundamentis evangelii non credo, niſi Eccleſia me commoveret, quod autem iſta ſiat vera, & acceptanda, quoniam & alii evangelia ſcripſerunt*, id eſt ſcripſiſſe circumferebantur ab hæreticis, *ſicut Bartholomæus, Thomas, Thadæus, B. Petrus & cæteri, quod iſtis credendum eſt, & non aliis quis demonſtrabit, niſi eccleſia viſibilis Romana? quod iſta evangelia vera ſunt, & uſu mutata, unde certitudo, ut cum, ſereniſſime Rex, erat quidam Laurentius Valla Florentiæ, qui dicebat B. Hieronymum male tranſtuliſſe de Hebraico, & Græco in Latinum biblia, & evangelia. Certitudo igitur noſtræ fidei, & ſcripturæ ex eccleſia Romana eſt, ſicut B. Hieronymus in fide ad illam recurrebat*. Et infra.

Quæ ſit interpretatio oraculi: Dic Eccleſiæ.

Eccleſiæ eſt definire quodnam ſit verum Evangelium & quis verus ſenſus.

Cum hac magiſter Rokyzana non cum Græca recepiſti compactam unitatem, & obedientiam ſervare promiſiſti, & quamdiu cum illa ſtetit in unitate, regnum noſtrum Bohemiæ, & ritu communionis ſub una ſpecie, pauciores fuerunt errores de venerabili Sacramento. Hæc enim potiſſima eſt cauſa communionis ſub una ſpecie, propter periculum effuſionis ſanguinis Chriſti, & propter periculum erroris ne credatur tantum corpus ſub una ſpecie, ſanguis tantum ſub altera ſpecie. XLI. Cur inducta communio ſub una tantum ſpecie.

Nonnullis interjectis de cauſis diſſidii, ſubjicit doctor catholicus tria fuiſſe capita, quæ bella & excidium in Bohemiam invexerint, quod nimirum ex doctrina Wicleffi inter gratiam gratis datam, & gratum facientem non fieret diſtinctio ab hæreticis, affirmantibus digniorem morum probitatem digniorem eſſe dignitatis gradu, & omnem politicum, & hierarchicum ſtatum confundentibus. Secundum quod non diſtinguerent inter poteſtatem ordinis, & juriſdictionis: cumque jactarent ſe poteſtatem habere a Deo, neque illud probarent ex Scriptura, ut Joannes, neque per miracula, ut Moſes, neque per inſtitutionem Eccleſiæ. Tertium quod non diſtinxerint inter ſignificationem in ſacrificio, & efficaciam Euchariſtiæ in ſacramento, cum de neceſſitate ſit, ut fiat ſacrificium ſub utraque ſpecie, non ſit autem de neceſſitate ſub utraque ſpecie, ut ſit ſacramentum. XLII. Tres cauſæ excidii regni Bohem.

Diſſolvit deinde Rokyzanæ ſophiſmata, Chriſtum ad Apoſtolos ſacerdotio initiatos, non ad laicos dixiſſe hæc verba: *Hoc facite, &c.* ſimiliter Paulum ad ſacerdotes, non ad laicos ſcripſiſſe: *Ego enim accepi a Domino, &c.* Ad Joannis vero authoritatem: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem*, ex Petro e Tharantaſia ita reſpondit: *Bibere in ſacramento dupliciter contingit, aut re & ſigno expreſſo, aut re tantum: re tantum bibitur etiam ſanguis ſub ſpecie panis, cum veraciter ſub prima ſpecie contineatur ſanguis, qui eſt potus animæ, & non ſpecies illa; bibere vero re & ſigno expreſſo, & aptato ad ſignificationem ejus, quod ſumitur de calice bibitur, de quo ſecundo modo intelligendus eſt Innocentius, & non de primo*. Et infra; *Quantum ad ſignificantiam, quæ eſt in ſacrificio de integritate utraque ſpeciee, quod ſub utraque ſpecie non eſt ſacramentum neceſſitatis*, pluribus adjectis ſancto- XLIII. Diſſoluta Rochizanæ ſophiſmata.

rum

Tantum valet communio ſub una ſpecie quantum ſub duabus. Fœda Rochizanæ in catholicos calumnia refellitur.

rum authoritatibus ad Rokyzanæ ſophiſma de privatione gratiarum ex communione calicis ita reſponſum eſt: *Species panis, & vini non efficiunt aliquid niſi virtute corporis Chriſti veri: ſi ergo non venit a ſacramento tantum, ergo a re & ſacramento omnes deſcendunt gratiæ: ſed ſub prima & ſecunda ſpecie eſt eadem res puta dominus Jeſus: ergo eadem gratia hic & ibi.* Ad obterendam ejuſdem hæreſiarchæ calumniam, catholicos cum Manichæis comparantis diſparem rationem oſtendit: cum enim Manichæi Chriſtum vere crucifixum negarent ſanguinis ſpeciem ſuſtuliſſe, ſpeciem autem panis adeo contaminaſſe, ut indignum ſit de ea re proloqui.

XLIV.

Georgius Rex novas diſputationes exſuſcitare nititur.

Interjecto biduo Georgius Podiebratius doctores catholicos, & Rokyzanam excivit, quem Decanus Pragenſis ita eſt allocutus: *Ad diſputationem non ſumus vocati, ſed ad exceſſus iſtorum declarandos, ſeu exponendos, quod & fecimus. Item quia ad diſputationem, ſi fas eſſet nobis diſputare, nec eſt locus, nec judex nec auditores competentes. Item quia inclamant, ſubvertunt, derident in plateis, & cathedris ſuis. Sed ne ex parte noſtri poſſet aliquid deficere, ſi iſta non ſufficiant, adhuc damus unum, de hac materia conſcribantur omnia dicta & facta noſtra fideliter & ſigillentur annulo regio, mittanturque ad dominum noſtrum ſanctiſſimum, qui reportabit ſententiam ille victor ſit, &c.* Non his aures præbuit Rex Podiebratius, ſed garrulum Rokzanam more impoſtoris impudentiſſimi triumphantem, quaſi victoriam retuliſſet, Pontifici & univerſæ Eccleſiæ infeliciſſime prætulit, ſeque ac ſuos in maximas calamitates conjecit.

Quid reſponſum a clero cath. Hæreſiarchæ. Deliramenta ſententiæ eccleſiæ catholicæ præfert Rex hæreticus.

Flexit

I. Ducta a Mahomete in Scanderbegum expeditio.

FLagrante civilibus bellis occidente, diſſolutaque ſacra expeditione, quæ Turcas ad contrahendas ampliores vires, faciendoſque majores apparatus excitarat, Macedonia anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto indictione quartadecima a Mahomete II. barbaricæ potentiæ mole protrita eſt; cujus cladem funeſtam paucis hiſce verbis complectitur Phrantzes (a): *Interorum Turcorum princeps Amyrat in Albaniam irrumpens Scanterinum ipſius dominum afflixit, cepit, omnia vaſtavit, & condita oppido prope principem ipſius urbem Crojam nominatam, ad eum inde laceſſendum ſcilicet, Conſtantinopolim reverſus eſt.* Scanterinum vocat Phrantzes, quem nos Scanderbegum, ipſius geſtorum ſcriptorem imitati, appellare conſuevimus, qui maximæ Albaniæ ſeu Macedoniæ parti imperabat, quemque Mahometes ſecundo rerum curſu ferociens, cum ſibi non univerſi occidentis uti veritus fuerat, ſed Hungarorum tantum Venetorum, Macedonumve bellum imminere cerneret, florentiſſimum exercitum in Macedoniam primum effudit, ut illam primo impetu obrueret; potituſque facile votis Scanderbegi copias oppreſſit, ac fortiſſimum ducem, qui viginti annis propugnaculi inſtar Turcicorum exercituum irruptiones repreſſerat, exutum univerſa ditione ejecit. Quæ triſtis calamitas, cum nondum elapſo vigeſimo ſecundo menſe Pontificatus Pauli contigerit, ut ex literis pontificiis (b) conſtat, ad hunc annum referenda eſt: qua accepta Paulus Reges ac principes eſt adhortatus ut quas a divino Numine vires bellicas opeſque acceperant in hoſtem fidei Chriſtianæ inſultantem converterent: inſcriptæ ſunt apud Jacobum, Papienſem, cujus opera in iis exarandis Paulus uſus eſt Burgundo.

(a) Phrantz. l. 3. c. 28.

Albania oppreſſa illum in Italiam pellit.

(b) Ext. apud Card. Papien. ep. 163.

Paulus principes hortatur ut arma in Turcas moveant.

II.

Philippo duci Burgundiæ.

Non ſunt nova, chariſſime fili, quæ nunciamus, novis lacrymis ſunt proſequenda. Similia his annis pene ſingulis audivimus, & flevimus: ex eo a doloribus reſſerunt corda fidelium, hæc tamen præſentia mala eo anxius ſunt audienda, quia jam ad viſcera Chriſtianorum propinquant. Non tacuerunt ea jamdudum Romani Pontifices gregi dominico prænuntiaverunt venientem procellam, clamaverunt & quaſi tuba exaltaverunt vocem ſuam. Nos quoque ab aſſumptione noſtra uſque in hunc diem ſine intermiſſione clamavimus, nulli Regum, nulli principum, nulli potentatuum ad nos venerunt oratores, quibus venturas calamitates non monſtraverimus, & quos ad ſubveniendum non ſimus hortati, quaſi plane divinaremus, quod factum eſt, ſic ſubſecutam cladem ediximus: audivit omnis populus paſtoris vocem, ſed non exaudivit. Ecce nunc, fili chariſſime, Scanderbegus fortis Chriſti athleta, qui magnæ parti Albaniæ imperitans annos ſupra viginti pro fide noſtra pugnavit, magnis Turcorum oppreſſus copiis ſuperatus eſt prælio, dominatu omni exutus, & ad littora noſtra inermis nuduſque eſt impulſus. Albanienſes vero ipſi, quos ille in prælio commilitones habere ſolitus eſt, partim cæſi gladio ſunt, partim in miſeram ſervitutem abducti: oppida, quæ ante hac pro nobis Turcorum ſuſtinuerunt impetus, in ditionem eorum venerunt. Vicinæ gentes, quæ Hadriaticum mare attingunt, propinquo metu exterritæ tremunt, ubique pavor, ubique luctus, ubique mors, & captivitas ante oculos ſunt: audire miſerum eſt quanta omnium rerum ſit conturbatio, lachrymabile inſpicere navigia fugientium ad Italos portus appellere, familias quoque egentes, & nudas pulſas ſedibus ſuis paſſim ſedere per littora, manuſque in cœlum tendentes lamentationibus cuncta implere. Circumdant eos mala quorum non eſt numerus, ipſe vero Turcorum dux victor, ſuperbus, immanis majoribus, quam antea, munitus copiis ad vendicanda proxima quæque præcipitat. His ſi potiatur, non ſolum ademiſſe ſe Italis omnem pene parandarum claſſium facultatem intelligit, ſed [quod dolentius eſt] paraſſe ſibi maris imperium, ſi [quod Deo non placeat] funeſtum hoc propoſitum teneat, quis non intelligit ad pervagandas terras, & maria, & ad commiſcenda omnia cædibus atque incendiis ſummam illi poteſtatem futuram.

Significatum in Scanderbegum a Mahomete pulſum.

Ejus ditionem occupatam.

Plures familias in Italiam profugiſſe.

III. Ad Chriſtianam religionem delendam anhelare Mahometem.

Experimentis publicis, & ſignificationibus privatis compertum habemus illum eſſe natura immanem, immiſericordem, ſanguinariam, avidum, ſuperquam dici poſſit, non ſolum propagandi imperii, ſed delendæ paſſim ex terra religionis Chriſtianæ, hæc naturæ vitia mala ætas adhuc recens inflammat: eſt illi pro otio defatigatio, & pro quiete animi aliena calamitas. Hoc vero amplius habendus in metu eſt, quam majores ſui, quod illi victis aliquando, & ſeſe dedentibus non quidem religionis, ſed naturæ vinculo pepercerunt: hic omni barbarie ſævior nulli omnino, etiam fide pacta, ignoſcit: ſic Imperator Græcorum, ſic Raſciani principes, ſic Rex Boſnæ cum patruo ſuo ſub eius gladio miſere ceciderunt: Chriſtianorum negligentia poteſtatem ei, & ſpiritum auxit: fecerunt antehac ſancti paſtores, qui nos præceſſerunt, quod eorum tulit facultas, ſed ſoli ad tantum rem non ſuffecerunt, ſperantes exemplum ſuum cæteros ſecuturos, impenderunt Deo, quod habuerunt.

Auctum animis ob Chriſtianorum negligentiam.

Nos quoque ad pontificatum hunc noſtrum, quem non altra quam vigeſimum ſecundum

men-

menſam tenemus, egeni omnium venienter, quod undique potuimus contrahere ad hoc ipſum larga manu contulimus: aureorum millia centum anno proximo ad Hungaros miſimus: præſenti quoque multis militibus eos adjuvimus. Huic ipſi Scanderbego, quem dicimus, non defuerunt continuo ſuffragia noſtra: ab aliis quoque, qui eguerunt, non eſt Pauli manus ſubtracta. Sed, quid ſola hæc ſedes? aut quid nos in hoc novitate præſulatus tot in locis contra potentiſſimum hoſtem potuimus aut poſſumus? Majoribus præſidiis ad eum cohibendum eſt opus: Veneti biennium continuum adverſus eum bellantes exhauſti jam ſunt, & aliena expectant auxilia: Hungarorum non eſt conditio melior, quos & arma aſſidue, & novi quotidie motus concutiunt: non deficiemus nos animo quandiu vivere patietur Deus: per ſingulos dies impendemus, quod noſtrarum virium erit, & noſtri officii ſedulo erimus memores, ſed ſi major vis ingruat, & ſi hoſtilis furor fidele ſtudium noſtrum evincat, quæ inde ſuccedent judicabit Deus, cui debeant imputari.

Tranſmiſſa a Paulo ad Matthiam & Scanderbegum auxilia non ſufficere.

Hungaros Venetoſque exhauſtos.

IV. Nos interim, ſicut hactenus fecit Eccleſia, exaltabimus in fortitudine vocem noſtram, evangelizabimus verbum ſalutis principibus, & populo Dei, exaltabimus vocem, & non timebimus. Et nunc in tam lachrymabili rerum ſtatu convertimur ad te, amabilis Deo princeps, & tecum non noſtra ſed Chriſti voce alloquimur, Chriſtianus es, & Chriſtiana imbutus religione: hanc tenuiſti a puero, & hanc natu grandis nunc tenes, moriendumque tibi in ea non dubitas. Vide, quæſumus, quæ ſunt principis Chriſtiani vera officia in hoc caſu, aut quid a te nunc omnipotens Deus, pro fidelibus ſuis requirat, non auribus corporis, ſed intra ſecretum tuæ conſcientiæ nos audi. Dedit tibi principatum, & principis nomen: adjecit potentiam, & quæ circa te vides: ſcimus quod aliunde credis illa non eſſe, omnis enim poteſtas a domino Deo: idcirco autem hæc tibi ſunt attributa, ut ſi quando impugnaretur fides ſua, & ſi quando periclitaretur populus ejus, pugnares pro eo, nec ſineres labefactari opus miſericordiæ ſuæ; ſumeres autem arma & ſcutum, & in occurſum contenderes, atque hoc fideli miniſterio pro donis ſuis, ac datis gratias ageres. Cum vero, fili chariſſime, non fiunt hæc, & debitum noſtrum illi non ſolvimus, quid divinam ejus ſententiam de noſtris operibus ſentire putamus? ingratos proculdubio judicat nos, & nec immemores ſolum beneficiorum ejus, ſed indignos quoque qui tenuamus, quæ dedit.

Monita Philippo duci Burgundiæ data.

V. Innumeræ aliquando nos circumdant anguſtiæ, & malis multis affligimur: patimur quæ nollemus, & admiramur unde illa adveniant. Adveniunt, fili, quod offendimus Deum, quod terrenis immerſi oculos non elevamus ad cælum, nec benedicimus nomini ſuo ſancto, nec ad miſeros Chriſtianos, qui tutelæ noſtræ crediti ſunt, nos ipſos convertimus. Ut ergo bene ſit nobis, & proſperentur in ſalutari ſuo dies noſtri, excitemus mentes a ſomno, in quo diu ſepulti oves fideles dilacerandas lupis dimiſimus. Jam tandem reddamus Domino ſacrificium omnium ſalutare, omniumque neceſſarium, debitum autem tibi, qui ad cuſtodiam in alto es poſitus. Ad hoc vero, ſi minus noſtrum officium, & Chriſtiano nos charitas cogit, cogant ſaltem pericula noſtra, & cura eorum, quæ in hoc ſæculo ſunt nobis chariſſima. Flamma hæc, niſi ocyus reſtinguatur, comprehenſura eſt latius quam opinemur: nemo ſibi ſecuritatem promittat, nemo intervalla locorum, alpes, & maria ſua defenſioni proponat. Quondam hi Reges, & populi, qui oppreſſi jam ſunt, hæc ſibi proponentes comprehenſi ſunt in conſiliis, quæ cogitaverunt, cum dixerunt juxta verbum Apoſtoli pax & ſecuritas, tunc repentinus ſupervenit interitus: ſicut dolor in utero habentis: Beatus homo, inquit ſcriptura, qui ſemper eſt pavidus: qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum; mater autem negligentiæ ſecuritas eſt: nemo regno ſuo, & viribus ſuis confidat: non cogites adverſus ſolos Turcos, quæ imbellis gens dicitur, pugnam ſibi futuram.

Ut creverit Turcarum potentia dum ſpernitur.

Olim, priuſquam tranſirent in Græciam, cum ſolis Aſianis erat certamen. Europæ nunc magna parte ſubacta, cum Aſianis, & Europæis ad littora uſque progreſſi ſunt Italiæ, & ereptis Chriſtianis; his pugnantibus Chriſtianos nos urgent: bellandum nunc Italis eſt non tam cum Turcis, quam cum noſtris militibus: Et infra.

VI. Quod vero his omnibus tremendum eſt, magis terret etiam Deus ipſe; ipſe inquam Deus in malis noſtris iratus, & cor Chriſtianorum impœnitens noſcens avertat ab eis oculos ſuos: & agitari calamitoſis flagellis permittat. Proinde, fili chariſſime, vocante te vicario Dei, excita potentiam tuam & veni: accurre auxiliis ad extinguendum commune incendium, & ad conſervandas animas, quæ renatæ in Chriſto ſunt, & propter quas deſcendens ille de excelſo ſancto ſuo incarnatus eſt, paſſus, & mortuus; ad parandam denique ſecuritatem tibi, & tuis. Si gloriam ſæculi quæris, nullibi eſſe major poteſt: ſi meritum clari facinoris, nullibi Deo acceptius: ſi redemptionem etiam pro peccatis præteritorum aliunde non eſt comparare. Legem non imponimus tibi, non militem certum, non diffinitam pecuniam, ad præſcriptum conſcientiæ tuæ iſta requirimus. Sapiens es, & Chriſtianus, & quid hæc poſtulet neceſſitas prudenter intelligis. Non conſultores ſæculi, ſed Deum & conſcientiam adhibe in conſilium tuum: his ſuaſoribus, quod utile ſit, nihil quod non conveniat dignitati efficies. Si miſſurus es copias tutis itineribus

Propoſito argumenta ut Philippus Orienti ſuccurrat.

Digitized by Google

bus ad locum belli pervenient, & cum honore inter noſtros pugnabunt. Sin ſtipendium collaturus nec nos nec quiſquam alius a te illud requiret: miniſtri tui ex judicio tuo, ſicut neceſſarium viderint illud impendent, dummodo paretur ſalus, per quam paretur, cura non eſt. Inclina, fili, aurem tuam in vocem patris, & verba ejus excude: puta quæ locutus eſt, tibi dicta a Deo eſſe. Quando hæc fieri per te vult Deus, quod negabis vicario Chriſti negabitur Chriſto: & quod illi ad opem fidelium affers, afferetur & Chriſto; ſubita ſint atque in tempore auxilia tua: dilationibus noſtris creſcet continuo hoſtis; & nos minuimur, morientium gemitus, & ejectorum lachryma, & diſperſorum contritia, & ſanguis qui effunditur, & Dominus Deus tuus tibi ante oculos ſit.

VII. Solicitati Itali ut fœdus coeant in Mahometem. (a) Pigna l. 8.

Conatum Pontificem hoc anno Italos mutuo armorum fœdere adverſus Turcas jungere; deque ea re ad Borſium Ateſtinum ſcripſiſſe, teſtatur Joannes Baptiſta Pigna (a), ſed Florentinorum factione eas curas in proximum annum eatractus. Addit idem author cognoviſſe principem ipſum Ateſtinum ex pontificiis literis hoc anno ad Cardinalium ſenatum relatum fuiſſe de Dyrrachio, Croja, utque Epiro a barbaris ſubactis, atque in ſervitutem abductis quinquaginta millibus Chriſtianis, deque auxiliis in Dalmatium mittendis ad Turcarum impetus coercendos. Verum Dyrrachium & Croja nondum capta erant, ſed in diſcrimen adducta, ut conſtat ex Marino Barletio (b), ait enim Crojam anno ſuperiori obſeſſam, verum liberatam utque hoc anno Mahometem novam in Macedoniam expeditionem duxiſſe vere ineunte, ac Dyrrachium impetu capere tentaſſe: ſed cum Veneti & Scanderbegus eam muniiſſent, propulſatum ad Crojam caſtra defixiſſe, ſat die noctuque infeſtatum, furorem atque impetum ſuum in debiliora loca convertiſſe, Chiurilum diruiſſe; tum alia adortum oppida, repulſum Conſtantinopolim repetiiſſe; bellicis vero laboribus attritum Scanderbegum, cum Valmorum urbem, quam Mahometes condiderat expugnare meditaretur, morbum contraxiſſe, ex quo dum decumbebat, Ahamates Turcarum præfectus cum xv. millibus equitum irrupiſſe ad Scodrenſem agrum evaſtandum: ad quem propulſandum Scanderbegi imperio Chriſtianum exercitum ſigna extuliſſe, ſuique terrore hoſtem diſpuliſſe: tum ſubdit Marinus Barletius, (c) de Scanderbegi pia morte: *Scanderbegus eadem nocte, qua Turcicus & barbarus exercitus aufugit, poſt ſacram confeſſione pœnitentiam, cæteraque eccleſiaſtica Sacramenta, qua decet veneratione, percepta, continuo ſe animumque ſuum Deo maximo tradens xvi. kal. februarias anno Domini MCDLXVI.* ſcilicet ab Incarnato Verbo, *extremum diem ſuum obiit. Fertur igitur Scanderbegus tres & LX. annos natus XXIV. ſui imperii anno e vita migraſſe. Auguratus eſt autem Scanderbegus prima auſpicia imperii ſui IV kal. decembris anno ejuſdem Domini MCDXIIII. quem Lecbas Ducbaginus regulus Epirata, cum mortuum conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſtoque vultu & voce confuſa barbam ſibi evellens & capillos. Concurrite, concurrite, inquit, reguli omnes, & principes Albani hodie clauſtra Epiri, & Macedoniæ perfracta ſunt, hodie robur omne, & vires noſtræ defecerunt, hodie ſedes & imperia noſtra collapſa ſunt, hodie omnis ſpes noſtra cum hoc homine pariter extincta eſt. In ejus quoque obitu equus, in quo ipſe equitabat cum pugnaturus eſſet, ferus, rabidus, & indomitus factus eſt, ita ut nullum amplius dorſo ſuo perpeti vellet, qui paulo poſt extinctus eſt. Sepultus autem eſt Scanderbegus in urbe Lyſſi in eccleſia majore D. Nicolai.* Principatus partem illius ex ſorore nepos Turcica ſuperſtitione infectus rapuit (d), partem Veneti ſuæ ditioni adjecerunt. Croja pariter, ad cujus eruptiones coercendus Mahometes arcem proximam condiderat, barbaricum jugum ſubiit: mox in Dalmatiam circumjectaſque maris Jonii inſulas penetrarunt, de quibus Borſium Ateſtinum a Ferdinando Rege Neapolitano certiorem fuiſſe factum narrat Joannes Baptiſta Pigna (e).

(b) Marin. Barlet. l. 13.

(c) Id. ib. Scanderbegi pia mors.

Deploratur ab Albanis. (d) Phranz. l. 3. c. 29.

Conſequuta Scanderbegi mors. (e) Jo. Bapt. Pigna l. 8.

VIII. (f) Simonet. lib. 31. Corius Plat. in vit. Paul. II. Auguſt. Juſtin. l. 5. Bizar. hiſt. Genuen. l. 15. Foliet. l. 11. Pign. l. 8. Nauc. vol. 2. gen. 49. & alii. Franciſci Sfortiæ ducis Mediol. mors.

Interiit hoc anno, acuto afflictatus morbo, Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, qui bellica virtute humana, atque prudentia præditus, Mediolanenſem ducatum, Liguriam, Corſicamque ſibi, ac poſteris pepererat, cujus eximias laudes plerique hiſtorici, interque alios Simoneta (f) ornatiſſime celebrarunt [1]: ob-

NOTÆ [1] Franciſci Sfortiæ obitum in hunc annum recte conjicit Annaliſta, ſed menſem & diem adnotare deſiit. Obiit igitur vir ille ſtrenuus die VIII. martii, teſte Alberto de Ripalta eorum temporum ſcriptore in annalibus Placentinis, Rer. Ital. to. XX. qui & addit Galeatium Mariam ejus filium, natu majorem, qui tunc in Gallia agebat, ſubſidiariorum quos pater ejus ad Ludovicum regem miſerat ducem ſupremum; audito patris obitu raptim ſe in patriam contuliſſe, ſed in itinere ab abbate Caſenovæ *Nobilium de Lignano* Vercellenſe captum, adventum ſuum aliquandiu diſtuliſſe. Sed brevi opera amicorum eductum e carcere, die XX. martii Mediolanum perveniſſe; ſtatimque eadem die ducali aſſumpta veſte principatum corripuiſſe. Porro Franciſcus inter inclytos ætatis ſuæ duces merito accenſendus, editus eſt in lucem anno 1401. X. kal. auguſti, Mediolanenſem urbem cum principatu obtinuit anno 1450. IV. kal. martii. Res ab eo geſtas literis latinis conſignavit Petrus Candidus Decembrius ſcriptor eorum temporum æqualis, cujus tamen opus in annum 1462. deſinit Rer. Ital. to. XX.

Fran-

Reſpuerat eccleſiaſtici exercitus contra Turcas imperium. Repentina & miſera extinctus morte. Bianca paulo poſt ſublata. (a) Extant pont. lit. apud Æn. Syl. epiſt. n. 393. (b) Nauel. ubi ſup. & alii. (c) Aug. Juſt. l. 5. & alii.

jici id unum poteſt ipſum Pii II. preces de eccleſiaſtici exercitus adverſus Turcas capeſſendo imperio reſpuiſſe, ſprevitſeque ingenti ſuo damno monita de conſecranda Chriſto vita, quæ brevi peritura eſſet, neque ad irritum cecidere hæc Pii II. verba: *Si virum tuum*, Blancam duciſſam Mediolanenſem alloquitur (a), *in provinciam ſibi decretam ſuſſeris ire, aut ire volentem non impediveris, & illi & tibi optime conſules. ambo poſt hanc vitam cum Chriſto regnabitis: alioquin & illi & tibi timemus*, quæ verba tot oracula fuiſſe putes, nam cum Franciſcus irretitus voluptatibus, quibus ipſum fœdaſſe extremos vitæ ſuæ annos traduut (b), ſacrum pro Chriſto bellum gerere deteſtaſſet, repentino adeo morbo eſt oppreſſus, ut Simoneta ejus Encomiaſtes taceat ipſum ſacramentis eccleſiaſticis rite procuratum fuiſſe. Blancha etiam haud ita multo poſt cum abiiſſet Cremonam ob filii ingratos mores, adeo ſubita morte extincta eſt, ut veneno eam peremptam plerique crediderint (c).

IX.

(d) Platin. in vit. Pauli II. Mediolanenſis principatus Pauli diligentia pacatus.

Succeſſit Franciſco Sfortiæ in illius principatu floreniiſſimo Joannes Galeatius filius. Quamvis autem magnum diſcrimen alicujus popularis motus, abſente præcipue in Galliis Galeatio, impenderet, mira tamen quies ſecuta eſt: quod tribuere videtur Platina (d) Pontificis Pauli II diligentiæ, ac ſolertiæ; tradit namque ipſum accepto de Franciſci Sfortiæ obitu nuntio, mox coacto Cardinalium ſenatu, communi conſenſu decreviſſe cum hortativis literis ad principes Italiæ oratores, ne quid novarent, ne ex Italicis diſſenſionibus Turca ad obruendam ſuæ potentiæ mole Italiam conſurgeret: miſiſſe etiam Pontificem ipſum Mediolanum epiſcopum Conchenſem, qui proceres illos, ac populum ad colendam pacem impelleret, ob quam egregie navatam operam Paulus ita a Philelpho ( ) commendatur; *Providens*, inquit, *caſus futuros omnes, tempeſtive ſemper impendentibus procellis nocturque occurris, ne qua tempeſtatis vis ingruens pacatam concitet, ac turbet Italiam, quod eam uſque antea facere conſueviſti, tum maxime hoc tempore, quod propter repentinum obitum excellentiſſimi principis Franciſci Sfortiæ opportune oblatam eſſe animadverteres ad extremum Italiæ naufragium, nec enim illi bellorum fluctus in Mediolanenſium atque Genuenſium principes potuiſſent inſurgere, quin non Italiæ modo, ſed alii permulti potentatus Regeſque Europæ in arma æſtuarent; quare tu, qui omnia agis aſſidue pro acerrimo animo, conſilio, conſtantique magnitudine, obviam factus turbulentiſſimis ventorum flatibus, omnem bellandi turbinem atque impetum ſola tua auctoritate repreſſiſti, ac ſedaſti. Quis enim fuiſſet adeo temerarius, adeo mentis atque ſenſus inops qui vellet animum Italicum perturbare, intelligens te talem tantumque Pontificem illi futurum hoſtem, qui id facinoris eſſet auſurus? &c. Anno a natali Chriſtiano MCDLXVI.*

(e) Philelph. lib. 27. ep. ad Paul. II. Philelphi de Paulo II. elogium.

(f) Simonet. l. 31.

Galeatius ſimulato cultu in Inſubriam redit.

(g) Id. ib.

Porro Galeatius (f), qui in Galliam Lugdunenſem, ut Bonam Sabaudam Reginæ ſororem ſibi matrimonio conjungeret, auxiliareſque copias equeſtres Regi Ludovico adduceret, patrio juſſu erat profectus, re cognita cum paucis cultu diſſimulato reverſus eſt, evaſitque feliciter inſidias, quas ei Sabaudæ regiæ procuratores (quippe Amedeus dux epilepſia laborans rerum adminiſtrationem abjecerat) comparant, rati, intercepto Galeatio, facile Sabaudum principatum ſe amplificaturos. Exceptus autem Mediolani eſt ingenti alacritate a civibus, ac deinde ab oratoribus Italorum principum ſalutatus; cui officio ſoli tum Veneti defuere: *Quæ res*, inquit Simoneta (g), *non parvam Galeatio reliquiſque Italiæ potentatibus novandarum rerum ſuſpicionem injecerunt*. Quibus verbis auctor hiſtoriæ ſuæ, ab anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto ad hunc uſque perductæ, finem impoſuit.

X.

Principatum flagitio auſpicatur. (h) Brixar. l. 14. hiſt. Genuen.

(i) Papien. ep. n. 173. 174. Injurias Pontifici & Cardinalibus pro gratia repoait. Card. Papienſis ab eo vectigalibus ſpoliatus. (k) Ib. n. 193.

Correpto autem principatu Joannes Galeatius diſpares admodum paternis mores induit (h), ſuperbos nimirum, & tyrannicos, ut clientes a ſe abalienare cœperit: præterea ab eccleſiaſticis variis artibus aurum ingens corraſerit per ſpeciem mutui, re vera nunquam diſſolvendi, nec in illo exigendo Cardinalium pepercit dignitati, eorum enim, qui cenſus eccleſiaſticos in ſua ditione obtinebant, procuratores, ſpretis etiam querelis pontificiis (qua de re extant apud Jacobum Papienſem Pauli literæ) (i) novis vectigalibus oneravit: & hæc ab ipſo Pontifice, & Cardinalibus pro aſſerendi illi principatus impenſa ſolicitudine relata gratia. Exinde Jacobus Cardinalis, de quo paulo ante memoravi, idemque epiſcopus Papienſis, qui imperatam a Galeatio auri portionem pendere recuſarat, neque illius ſolvendi onus in plebem conjici erat paſſus, ſacerdotiorum obventionibus ſpoliatus eſt, quam jacturam æquo animo tulit, ut ex ejus ad Cardinalem Beſſarionem datis literis (k) conſtat, e quibus graviores haſce ſententias afferendas duxi. Cui

NOTÆ

Franciſci vero uxor Blanca, mulier pia & religioſa, nonniſi poſt biennium anno ſcilicet 1468, die 24. octobris, deceſſit, teſte qui tunc ſcribebat, miſcellæ Bononienſis auctore Rer. Ital. to. XVIII. Alii tamen ut anonymus, & corvus auctor hiſtoriæ Brixianæ Rer. Ital. to. XXI. diem XIX. octobris Blancæ emortualem aſſignant. Mansi

XI. Paupertate ſua contentus grates animi refert.

Cui, oro, non optabilior ſit ærumnoſa hæc vita, quam conſequitur benedictio Dei, quam qua iram habens per lata ſæculi, quaſi per amœna prata ad interitum ducit? aut quis non ſibi malet miſeras ſanctorum perſecutiones, quam perſequentium infortunatam felicitatem? nota eſt de divite purpurato, cujus dies dati felicibus ſunt, & paupere Lazaro Salvatoris Chriſti tremenda parabola. Malim ego illum me eſſe, qui poſt triſtem vitam, atque inopem ſinum Abrahæ eſt conſecutus, quam eum, quem poſt florentem & divitem horrendæ tenebræ acceperunt, ubi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat: ac licet inexploratum habeam pietatis, an odii fuerit tribulatio hæc: ego tamen, qui miſerationes Domini ſcio ſuper omnia opera ejus eſſe, in mitiorem partem libens interpretor, propheticum illud ſedulo habens in ore: virga tua & baculus ipſa me conſolata ſunt.

XII. Paulus II. Papienſi Card. infenſus quod monitus eſſet ut votum de Concilio cogendo ſervaret.

Eo prorupit Galeatii iniquitas, ut Papienſem vicarium carcere ob non contributum aurum damnaret, eccleſiæ bona ſub haſta diſtraheret, compleret armatis cœnobia, quibus præerat idem Jacobus, ac ſacra & profana miſceret; ad quæ audenda non expertem culpæ ſuaſoremve fuiſſe Paulum queritur Cardinalis Papienſis (*a*), quod Pontifici hortator fuiſſet, ut nuncupatum in conclavi votum de celebranda triennii flexu pro re Chriſtiana inſtauranda tuendaque contra Turcas ſynodo œcumenica, aliiſque ad dignitatem ſedis, & publicum bonum ſpectantibus ſervaret. Verum an Papienſis ex ira & dolore, ut fit, indignas haſce & alias (*b*) ſuſpiciones de Paulo conceperit, & principi detrahentium ſuſurros facile crediderit, ſcriptiſque inconſulte mandarit, lector perpendat (*c*). At de his hactenus: nunc ad Gallicos tumultus, de quibus ſuperius meminimus, traducenda narratio.

(*a*) *Papien. ep.* 188. (*b*) *Anno* 1464. *n.* 58. (*c*) *Id. ep.* 173. 174. 188. 190. 192. 204. 205. 208. 210. 211. 214. 215. 216. 217. 219.

XIII. Rediategratum in Galliis civile bellum. Normannia a Lud. erepta Carolo fratri.

Licet ſuperiori anno 121. hal. novembris pacem Ludovicus Rex cum principibus conjuratis, qui, bello publici boni ſpecie concitato privatas res ſectati publicam invexerant (*d*) calamitatem, pepigiſſet, mox tamen ad arma iterum ventum eſt. Extorſerat pacis beneficio Carolus regius frater ſeditionis ſignifer Normanniæ ducatum, cupidiſſimeque a Normannis, principem ſibi præfici ambientibus, exceptus fuerat; ſed cum Britonum ducem a ſe abalienaſſet, cujus opera in aſſerendo ſibi principatu neceſſaria erat, Ludovicus arrepta occaſione, ſegregatum ab aliis conjuratis adortus (*e*), Normanniæ urbes ſub imperium ſuum redigere cœpit. Quo audito Paulus II. redintegrandæ pacis cupidus Stephanum archiepiſcopum Mediolanenſem in Gallias legavit (*f*), ut Regem, ducemque in concordiam reduceret.

(*d*) *Monſtrel. vol.* 3. *in fine.* (*e*) *Gaguin. in Lud. XI.* (*f*) *Paul. II. l.* 1. *ep. de cur. p.*226.

XIV. Impeditus rerum gerendarum Carolus, cum Britannum ducem in ſe ſuſpicionibus ſuis concitaſſet (*g*), & a Carolo comite bello Leodienſi diſtracto opem elicere non poſſet, reliqui autem fœderati alii alio eſſent dilapſi, univerſo ducatu exutus eſt, in Ludovici Regis poteſtatem ultro venientibus Rothomagenſibus. Navata a Borbonio in revocanda in fidem regiam Normannia ſtrenua opera. Itaque conſilii rerumque inops Carolus, amiſſo inſuper Bituricenſi principatu, in Britanniam profugit exceptuſque eſt a duce illo, qui priſtinam diſſenſionem damnabat, ſibique jam impendentia Ludovici arma metuebat. Inſtauratis ita rebus ſuis, pacato regno, & ampliſſima recuperata provincia, Ludovicus honorificentiſſimam legationem ad Paulum II. hoc anno adulta æſtate decrevit: qua delatorus ei rito ſolemni regio nomine obedientiam Carolus Borbonius archiepiſcopus Lugdunenſis perfunctus eſt: tardioris vero moræ in legatione decernenda cauſas in civile bellum derivavit Rex, datis ad Pontificem hiſce literis (*b*).

(*g*) *Monſtr. vol.* 3. *p.*124. *Philipp. Comin. chron. l.* 1. *c.*25. *& ſeqq. Gaguin. in Lud. XI. Paul. Æmil. in eod.*

Fugit Carolus in Britanniam. Carolus Borbon. ad Paulum a Lud. Rege legatus.

(*b*) *Ext. in to.* 1. *privil. Rom. ecclеſ. pag.* 423.

XV. Lud. literæ ad Paulum de obedientia deferenda.

Beatiſſime Pater.

Jam dudum veſtris fuimus exhilarati literis, quibus percepimus vos ad ſummum apoſtolatus ordinem, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ principatum fuiſſe provectum: tunc magnis laudibus cum debita gratiarum actione fuimus pro cauſa concordi in feliciſſima promotione veſtra Deum venerati, debuiſſemuſque ex illo celeriter, ut majori animarum fuiſſemus officio & conſuetudine functi, nuncios noſtros ad filialem obedientiam veſtræ ſanctitati præſtandam tranſmittere; verum quidem nobis ei rei ſatisfacere volentibus impedimento fuerunt in regno noſtro magni excitati tumultus, exortæ ſeditiones, variique armorum ſtrepitus. Quibus emergentibus occupati, primitus illis obviare, ut oportuit ſaluti noſtræ, ac totius reipublicæ conſulendum fuiſſe decrevimus, ne malis ingruentibus præventi, conſilii mora adhibendique remedii tarditate oppreſſi, veluti adeo magnum permiſiſſemus ſtatui noſtro, regnicoliſque, & ſubditis noſtris inferri, quod non ſine magna jactura incredibilique diſpendio gravibuſque periculis, & multorum cæde cruenta potuiſſet reparari. Quæ res ad hæc uſque tempora fiendam per nos filialem obedientiam diſtulit. Nunc autem bono annuente Deo ſedatis, qui tunc aderant, rumoribus bellicis, & noſtro regno felici pace donata, ſtatuimus chariſſimum conſanguineum noſtrum Carolum de Borbono archiepiſcopum Lugdunenſem miris inſignitum virtutibus, & procerum multorum generoſitate fulgentem, una cum viris chariſſimis, noſtrum oratorem ad ſanctitatem veſtram deſtinare, quo vobis beatiſſimo Paulo ſecundo Pontifice maximo, & in præfato ſede Apoſtolica principanti, nomine noſtro obedientiam præſtet

ſtet ſilialem. Precamur igitur, & humillime ſupplicamus, ut legitimam excuſationem noſtram admittere dignetur ſanctitas veſtra, & dictum conſanguineum noſtrum cum ſociis ita benigne ſuſcipere, favoribuſque amplecti, ut pro grata ſuſceptione, Deum, cujus in terris vices geritis, meritis laudibus extollemus, veſtraque ſanctitati condignas referamus gratiarum actiones. Exponet veſtra ſanctitati in gerendis negotiis, quorum curam ſuſcepit, mentem noſtram; cui in dicendis, & rebus pertractandis non minorem, quam nobis ipſis ſi praeſentes eſſemus, ſidem placeat adhibere: qui in verbo Regio pollicemur, nos ea pro viribus facturos, obſervaturos, & impleturos, quæ dictus noſter conſanguineus orator cum ſuis collegis apud ſanctitatem veſtram concludet; quam ad felicem ſtatum Eccleſiæ ſanctæ, & totius ſibi commiſſæ adminiſtrationis ſalubriter, & longæve diſponat Altiſſimus.

XVI. Quæ preces Pontifici a Ludovico porrectæ.

Profecturus ad Pontificem Carolus Borbonius hæc mandata accepit, ut conceptam a Ludovico ab ipſa juventa ineunte ſingulare in ſedem Apoſtolicam ſtudium exponeret; utque illud abrogata pragmatica ſanctione, quæ conferendorum ſacerdotiorum uſum, ac libertatem Pontifici in Galliis ademerat, in luce collocaſſet: ipſam demiſſe obſequium remorisfacis devovere editaſque Pictavis ſanctiones latasve alias contra jus pontificium abolitum iri rogare: ut ad regias preces eccleſiarum nonnullarum adminiſtrationem conferret; tum ducem Galeatium ob impenſam ſibi operam charum haberet. Addita ſunt alia, ut de privilegiis eccleſiæ Gallicanæ, deque Gallici imperii majeſtate apud Pontificem referret, quæ his verbis concepta fuere.

Inſtructiones datæ ambaxiatoribus Regis Franciæ in danda obedientia Paulo Papæ II.

In primis inſtructionibus ſunt quinque articuli. In primo Rex commemorat, quod a juventute ſua ſemper veneratus eſt ſedem Apoſtolicam, ita quod moleſte ferebat, quod Rex Carolus pater ſuus erga illam non melius ſe habuerit. In ſecundo commemorat, quomodo continuando dictum amorem & venerationem in ſanctam ſedem Apoſtolicam, ipſe contra opinionem totius regni abrogavit pragmaticam. In tertio, quod nunc ipſe mittit plenariam obedientiam, & eſt contentus revocare illa edicta & prohibitiones factas Pictavis, & ultimo per patriarcham. In quarto petit, quod propter iſta ſervitia facta Eccleſiæ ſanctitas veſtra velit providere certis eccleſiis regni uſque ad numerum vigintiquinque ad voluntatem. Et paulo Poſt: *Nota quiſque grandia ſervitia, quæ Reges Franciæ fecerunt ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & fidei tam per pacificationem novem ſchiſmatum in Eccleſia, quæ per media eorum pacificata fuerunt, ſicut per magnas conqueſtas, quas fecerunt ad augmentationem fidei, & per grandes defenſiones, & reſiſtentias, quas poſuerunt pro defenſione illius contra male credentes hæreticos & alios, qui voluerunt gravare: & cum hæc dona, gratias, & demonſtrationes viſibiles, quas ſalvator noſter Jeſus Chriſtus fecit Regibus Franciæ tam in ſacra unctione; & armis floris lilii, & de* Loliſflam etiam, quod miſſa fuerunt de cælis ſicut in miraculis factis tempore Caroli magni, & quæ quolibet die fiunt in infirmitate de Eſcrovelles, & pluribus aliis modis, & ultra hoc quod dimitti non debet ſola Gallia immunis fuit ab hæreſi poſt Clodovæi ipſius tempora orthodoxam ſuſcipientis fidem, & ideo eſt verum epitaphium Regum Franciæ. Vivat Rex, & qui Francos diligit, eorum Chriſtus cuſtodiat regnum, rectores ditet & & honeſtet, ſuæ repleat gratiæ lumine, protegat exercitus, fidei munimine impleat, tribuat pacis gaudia, & felicitatis tempora. Propter quæ ſervitia & gratias Reges Franciæ ſemper appellati fuerunt Chriſtianiſſimi, & propter hanc occaſionem habuerunt magnas prærogativas in eccleſia, & in regno ſuo tam tempore Pipini & Zachariæ, quam tempore Caroli magni.* De Carolo Borbonio ob egregia virtutum ornamenta purpura cardinalitia poſtea donato agetur inferius: nunc Belgicæ res perſtringendæ ſunt.

* auriflamma

Prærogativa cœlitus data Gallorum Regibus.

Belgium civili bello flagrat.

XVII.

Commoverat (a) Ludovicus Rex Francorum adverſus Philippum ducem Burgundiæ Dionantios & Leodienſes, ne Carolus comes regio fratri duci Normanniæ, dum principatu parto ſpoliebatur, opem afferret; eo vero ardore a Dionantiis geſta res eſt, ut Caroli copias ab iis fuſas profligataſque referat Philippus Comineus: eo etiam inſolentiæ inſaniæque prorupere, ut Caroli comitis effigiem ad Bovinenſe oppidum patibulo ſuffixerint, maledictaque vomuerint, quo facto miſeri extremum ſibi peperere exitium, in eos enim dein comes magna militum manu proſiliit, ac Dinanum ferro flammaque delevit. Verſa eſt deinde in Leodienſes belli moles cum graviſſimas ſimultates cum Ludovico ipſorum epiſcopo deſignato gererent, quorum cauſas deſcribit hiſce verbis Belcairus (b): *Pontificatu Eburonum*, ideſt Leodienſium, *potitus Ludovicus Borbonius adoleſcens cæpit per Philippi avunculi familiares obire: Eburonibus contrariæ factionis, aut pauca aut nihil credere, non tam obaltentos ſibi conciliare, quam avunculi potentia fretus durius imperiis accedere: illi contra de pontificiis ſacris initiaretur, ut pontificia munia obiret, ut ſe non regno, ſed pontificatum donatum meminiſſet, inſtare, imperia detrectare, poſtremo ab eo deſiſtere.*

(a) Philip. Comin. chr. l. 1. c. 25. Paul. Æmil. in Lud. XI. Gaguin. in eod. Meyer. l. 6. Ægid. e Roya in annal. Belcair. ep. Mertem. in com. rer. Gall. dec. 1. l. 2. n. 3.

Dionantes Burgundi ducis filium fundunt.

(b) Belcair. dec. 1. l. 2. n. 2.

Natum inter Leodienſes bellum civile.

Querimoniæ Romam delatæ, Pius Romanus Pontifex ſe Borbonio Pontifici, vel æquiorem præſtat, vel præſtare ſimulat, eidem ut pareant Eburones edicit, rebelles factiosque ſacris interdicit, ſi perſeverent bello domandos Philippo, atque ad officium revocandos permittit. Vaſtorum altero poſt anno Leodium viſuri ſumus: nunc alia Chriſtianorum bella civilia proſequamur.

XVIII. Hiſpania triplici bello lacerata.

Triplici bello ardebat Hiſpania. Caſtellæ ſceptrum Henrico Regi ejus frater Alfonſus eripere nitebatur, Navarram Fuxenſis ſibi aſſerere moliebatur, Cataloniam duorum principum contentiones laniabant. Ac primum, quod ad Caſtellam attinet; cum in iis Henrici conjuratorumque principum motibus inteſtinis archiepiſcopus Compoſtellanus, Conchenſis & Oxomenſis epiſcopi in cuſtodiam traditi eſſent, Pontifex eccleſiaſticæ dignitatis tuendæ cauſa Leandrum de Leonoris oratorem decrevit
(a) L. 1. ep. de cur. 169.
(a), ut intentatis cenſuris illos vinculis abſolvendos curaret. Adjecta eſt diplomati hæc temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVI. xv. kal. februarii pontificatus noſtri anno II.*

XIX. (b) Sur. annal. l. 18. c. 8. Marian. l. 23. c. 10. Gaſto Fuxenſis in Caſtellam excurrit.

Dum (b) in Caſtella rebelles, & conjurati proceres Henricum bello vexabant, Gaſto Fuxenſis comes & Leonora ejus uxor Navarram ingreſſi, ſumpta rerum augendarum ſpe in Caſtellæ limites irruerant, & Calagurrim occupaverant: deinde Alfarum adorti tum Henricum tum Alfonſum poſtularunt de fœdere, utrique ſeorſim opem adverſus alterum polliciti: quærente vero Henrico ipſos amica ſpondere, ſed hoſtilia obire facinora, reſpondere Caſtellæ loca finitima ſubegiſſe, ut cum
Propulſatur Alfaro. Calagurri dejicitur.
iis arcibus, quas in Navarra Caſtellanus obtinebat, permutarent. Dum autem Fuxenſis cum Henrico fœdus inire differebat, Alfaro propulſatus, ac deinde a Calagurritanis, cæſo Navarræo præſidio, de urbis
A Joanne Rege Arag. perduellis pronuntiatur.
poſſeſſione dejectus eſt. Joannes etiam Aragonum Rex generum Fuxenſem & Leonoram filiam ob Henrici repudiatum fœdus, & Navarræum ſceptrum affectatum ante tempus perduelles pronuntiavit. Magno
(c) Sur. l. 18. c. 7. Marian. l. 23. c. 10. Petrus Luſitanus princeps in belli Catalonici ardore extinctus.
alio, & periculoſo bello idem Joannes Aragonius in Catalonia erat implicitus adverſus Petrum magiſtrum equitum Luſitani regni, qui effluente junio ſeu curis bellicis oppreſſus, ſeu veneno extinctus (c) eſt, pro regno ampliſſimo, quod armis ſe comparaturum ſperabat, triſte ſepulchrum ſortitus: veraque evicit ſententia, quam in alienum detortam ſenſum his conceptam verbis: *Labor pro lætitia*; gentilitio ſtemmati inſcripſerat. Dum vero ejus obitum flebant Catalani, Joannes Rex in ea rerum perturbatione Tortoſam, ac nonnullas arces in ſuam poteſtatem redegit.
Renatus Rex a Barcinonenſibus adverſus Joannem expetitur.

Tum clementiæ oſtentatione Barcinonenſes ad ſua vota pellicere eniſus eſt: verum Catalani, habito Barcinone ordinum conventu, Renatum Regem in principem labente julio ſibi aſciſcere, difficiliuſque bellum Joanni Regi conflarunt (d): Re-
(d) Id. ib. Paul. Æmil. in Lud. XI. Gaguin. in eod. Aug. Juſtin. l. 5. & Valer.
natus enim patris Ludovici Andegavenſis in regnum Aragonum jura perſequenda ſuſceperat: & Joannes dux Lotharingiæ Renati filius ex icto cum Franco Rege fœdere, auro regiiſque copiis auctus in Cataloniam copias movit. Adverſus quem nova comparaturus (e) præſidia Rex Ara-
(e) Sur. l. 18. c. 7. 8. 9. Marian. ubi ſup.
gonum Galeatium Mediolani & Amedeum Sabaudiæ duces, Ferdinandum Neapolitanum, Edoardum Angliæ Reges, & Burgundionem miſſis oratoribus fœdere ſibi conjunxit (f): ac tum Genuenſes aliquot
(f) Aug. Juſt. l. 5. & Bizar. l. 14.
naves adverſus Barcinonenſes inſtruxerunt. Ut autem Joannes Andegavenſis in ea expeditione obierit, ſuo loco dicetur: nunc pontificia geſta percurramus.

XX. Beneventanorum archiep. repreſſa temeritas.

Repreſſit hoc anno Paulus archiepiſcoporum Beneventanorum temeritatem, qui ex ſuſcepta ſine jure & authoritate apoſtolica conſuetudine aſſurgentem tribus coronis thiaram conſtitutis diebus ſolemnibus, quibus cathedralium eccleſiarum antiſtites auriphrigiata mithra utebantur, geſtare, ad æmulandam Romanorum Pontificum majeſtatem, & corpus dominicum ante ſe circumferre audebant, ac Nicolaum archiepiſcopum & ſucceſſores talia in poſterum audere ſubjecto edicto vetuit, adjecta hac loci ac temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum an. MCDLXVI. kal. junii pontificatus noſtri anno II.*

XXI. Plures corruptelæ a Paulo in Rom. curia ſublatæ.

Suſtuliſſe etiam Paulum e Romana curia plures alias corruptelas, atque illius muneribus præpoſitos, ejectis indignis, perpurgaſſe, teſtatur Rodericus Sancius epiſcopus Palentinus (g) his verbis: *In principio pontificatus ſui Romanam curiam omni ſimoniæ, & extorſionis labe ſeveriſſime purgavit, cunctaſque officiales, ac curiales reformavit, domumque habuit mundiſſimis atque honeſtiſſimis viris refertam.* Abrogatus tum fuit abbreviatorum ordo,
(g) Roder. Sanc. Palent. epiſc. hiſt. Hiſp. p. 4. c. 40.
quod indignis ſordibus munus fœdaret, ut Ægidius Viterbienſis Cardinalis (h) his verbis narrat: *Paulus Pontifex declaratus nihil duxit antiquius, quam ut Sacerdotium ſummum ſuo ſe ſplendore ornaret, ab alienis rapiendis abſtineret. Suſtulit igitur eorum ordinem, qui abbreviatores appellantur, alios omnes pecuniæ exactores ſublaturus, rem eſſe indigniſſimam ſummo ſacerdote arbitratus, ſi nihil ſine pretio traderet, & quod ipſe accepiſſet gratis, non gratis cæteris mortalibus condonaret: emercuiſſe ſupraterea mercaturam, tum omnia vendidiſſe pretia, poſteaquam vera ſacris initiatus eſſet a mercatorum vel potius craſſatorum munere receſſiſſe: tota via aberrare qui in re ſacra exerceant mercaturam, & qui aris ſacriſque utantur ad quæſtum: decere principes omnes tueri po-*
(h) Ægid. Card. Viterb. in Paul. II. vit. mſ. Auguſtin. biblioth.
Abbreviatorum ordo abrogatus.

pulo-

pulorum ſuorum res; non rapere aliena, ſed largiri ſua. Quæ res omnes illius ordinis homines ſibi infenſiſſimos fecit, ut omne in eum maledicentiæ genus loquendo, clamitando, ſcribendo congererent.

XXII. Platina ab id mire exaſperatus. (a) Plat. in Paul. II.

Refertque Baptiſta Platina (a), in eo ordine plures oratores, & poetas, & utriuſque juris peritos fuiſſe: ſed parum intererat quam ornate dicerent ſcriberentve, aut grata carmina funderent: id vero ferendum non viſum eſt Paulo, munera ab iis non caſte accepta, ſordeſque ſimoniacas ex aula Romana removendas conſtituit. Cæterum Platina (b) ob jacturam muneris, & lucri ira concitus, cum ſibi aditus ad Pontificem non daretur, exaravit epiſtolam, qua Paulo interminari non eſt veritus, ſe & alios conventuros, concitaturoſque Reges ac principes, ut concilium indicerent, in quo Pontifex ob pulſos ſedis Apoſtolicæ adminiſtros in judicium vocaretur: ob quod temerarium facinus mox in carcerem traditus eſt, e quo tandem Franciſci Gonzagæ Cardinalis precibus lapſo quadrimeſtri liberatus eſt. Ut vero iterum ob aliquas ſuſpiciones, & Platonicorum ſectam inſtauratam, in qua perpoliendi ingenii ſpecie, religionis fundamenta labefactabat, iterum in grave diſcrimen venerit, dicetur poſtea.

(b) Ext. apud. Plat. ib. Inſignis ejuſdem temeritas.

Mancipatur carceri. Ad Card. Gonzagæ preces liberatus.

XXIII. Præſides provinciarum caſte munera exercere juſſi.

Porro abbreviatorum ordine ſublato Paulus, ne magiſtratus juri dicendo præpoſiti, provinciarum præſides urbiumque, & oppidorum præfecti cæca avaritia abducti a juſtitiæ tramite deflecterent, edita ſanctione manus temperare ab accipiendis muneribus juſſit (c), exorſus ab his ſacri oraculi verbis: *Munera excæcare oculos ſapientum, & pervertere corda juſtorum, ſacra ſcriptura teſtatur; unde ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui poſt aurum non abiit, nec argentum, & qui excutit manus ſuas ab omni munere, de quo propheta teſtatur, quoniam ipſe in excelſis habitabit, & monumenta ſaxorum ſublimitas ejus.* Subdidit eo magis eam virtutem experi in legatis apoſtolicis, & provinciarum præſidibus, quo laicis magiſtratibus prælucere exemplo debeant: eos tamen ad munera probos ſpectaſſe vaſa aureo argenteaque, equos, commeatus, præter fas a populis accepiſſe, ad quos in officium redigendos hæc ſancit: *Volentes talibus abuſibus providere, & per officiales, & miniſtros Apoſtolicæ ſedis omnem integritatem munditiamque ſervari hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quiſquam deinceps rectorum aut gubernatorum quorumcumque officialium Romanæ eccleſiæ, vel etiam legatorum de latere ad regimen, & gubernationem provinciarum, civitatum atque terrarum Romanæ eccleſiæ deputatorum, vel deputandorum a provinciis, civitatibus, & terris, quibus præſunt, vel in quibus officia exercent, nec a ſingularibus perſonis ſuæ legationi, regimini, vel gubernationi ſuppoſitis aliquod genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut veſtem, aut equum, vel aliquod cujuſlibet ſpeciei munus accipiat, præter eſculenta, & poculenta, quæ brevi tempore conſumi poſſunt; quod tempus ad biduum moderamur, alioquin tam dantes, quam accipientes, etiamſi pontificali aut majori dignitate præfulgeant, dummodo non ſint ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, qui in ſacro collegio coram nobis ſponte ſua obtulerunt & promiſerunt non recepturos hujuſmodi munera, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt, a quo abſolvi non poſſint niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti. Et inſuper omne, quod acceperint, & aliud tantumdem reddere teneantur.* Addit imperia, ut ſinguli præſides, & judices in ſuſcipiendo magiſtratu ſacramento ad id ſe aſtringant, vetuitque minora etiam munera auro divendi, vel pretio condonari crimina, aut mulctas pro criminibus irrogatas in privatos uſus averti, cui ſanctioni aſcripta eſt hæc temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXV. xv. kal. aprilis pontificatus noſtri anno* II. Ex quo errorem, qui in conſignando tempore apud bullarium typis cuſum irrepſit, corrigendum conſtat. Hæc porro ſanctio, cum ad continendos in officio provinciarum præſides, pontificioſque adminiſtros, tum ad ſervandas incorruptas leges maximi referret, a Sixto VI. poſtea confirmata eſt (d).

(c) Lib. 1. pag. 176. & 184. l. prinil. Rom. eccl. to. 2. pag. 351. & MS. Vallic. ſig. lit. D. nu. 22. pag. 214 ext. etiam in bull. in Paul. II. conſt. 3.

Eſculenta tantum & poculenta munera permiſſa.

(d) Ext. in bull. in Sixt. IV. conſt.

XXIV. Edita Sanctio in eos qui conſanguineos inimicorum lædebant.

Conſulturus etiam publicæ quieti Paulus graviſſimas pœnas in eos conſtituit, qui ſuſceptis privatis odiis excitataque ira ad ulciſcendam acceptam injuriam non illos modo, qui ipſos læſerant, verum eorum quoque parentes, & alios ſanguine, affinitate, amicitia, vel officiis conjunctos perſequebantur, faciebant coitiones, conducebant ſicarios, complebant armatis domos, firmabant aggeribus, obſepiebant denſis palis, propugnaculis muniebant, exinde ad vulnera inferenda, & perpetrandas cædes erumpebant, turbaſque in urbe miſcebant. Ad quæ coercenda mala hoc Pontifex decretum edidit (e): *Hac irrefragabili mature, & perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ut quicumque deinceps baro aut domicellus, vel civis Romanus, vel quævis alia eccleſiaſtica ſæculariſque perſona, cujuſcumque conditionis, & qualitatis exiſtat, quacumque etiam atroci injuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui injuria vindicanda patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumpſerit, aut talia fieri fecerit, vel mandaverit, ſimiliter qui*

(e) L. 4. ep. 145. Extat. in bull. in Paul. II. conſt. 4.

ia

Vetitum ſicarios colligere.

in urbe Romæ, vel in ejus diſtrictu occaſione rixæ, vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere vel adhærentes, & complices, ac fautores brigæ arceſſere, ſeu quamcumque conventionem, congregationem, & collectam hominum ad ultionem injuriæ invocare, excitare, invitare, vel receptare præſumpſerit per ſe vel alium, crimen læſæ majeſtatis incurrat, & tanquam læſæ majeſtatis, rebellionis, et ſeditionis in urbe concitatæ reus cenſeatur, & habeatur, ac veluti talis a competentibus judicibus ſeveriſſime puniatur. Eccleſiaſtici vero tales perpetrantes ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio ſint ipſo jure privati, & perpetuæ cuſtodiæ mancipentur, &c. Statutum præterea, ut domus illorum, qui ſe in hujuſmodi ultionis expetendæ cupidinem efferri ſiviſſent, vel quæ a coitionum auctoribus completæ armatis, aut propugnaculis communitæ fuiſſent, ſolo æquarentur: cui diplomati addita eſt hæc temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno, &c. MCCCCLXVI. x. kal. octobris pontificatus noſtri anno III.* Hanc ſanctionem poſteriores Romani Pontifices non modo ratam firmamque eſſe, verum in aliis quoque locis Romanæ eccleſiæ obnoxiis ſervari juſſerunt.

Ædes in quibus cogerentur everti juſſæ.

XXV. *Dominicus Card. Brixin. pro ſtatu eccleſiaſt. librum apologet. edit.*

Hoc anno conſcripſit librum apologeticum pro eccleſiaſtico imperio Dominicus epiſcopus Brixinenſis, quo accepto Jacobus Cardinalis Papienſis (a) hæc auctori reſcripſit: *Accepi apologeticum tuum eccleſiaſtici ſtatus.* Et infra: *Legi librum non correcturus, ut petis, ſed laudaturus vigilias tuas, ſunt enim perquam neceſſariæ, & ad calumnias noſtras quam bene oppoſitæ. Tranſierunt jam quidem in affectum cordis, cogitaverunt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt: poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra; quæ tu doctiſſime potenter refellis, ita moderans tamen tuam defenſionem, ut criminantes convincas; peccatis nihilominus ſacerdotum, ſi quæ ſunt, non blandiaris.*

(a) Papien. ep. 167.

Quo etiam argumento ad obſtruenda maledicorum ora, qui adverſus eccleſiaſticum dominatum Wicleffi errores pluribus fucis pigmentiſque coloratos fundebant, nonnullos libros compoſuit Rodericus Sanctius epiſcopus Palentinus a Paulo Hadrianæ moli præfectus, quos ejuſdem Pontificis nomine edidit, quoſque ipſe his verbis recenſet (b): *Edidi primo librum magni voluminis dictum defenſorium ſtatus eccleſiaſtici contra querulos æmulos, & detractores prælatorum, & clericorum, diviſum in decem tractatus. Item librum de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & an Chriſtus & Apoſtoli mendicaverint, & quo ſenſu dici poſſit eos mendicaſſe: ibi denique deducitur prælatos, & clericos modernos non deviare a vita apoſtolica, licet obtineant proprie, poſſeſſiones, & præbendas diſtinctas: & quamquam ſegregatim in domibus propriis habitent, nihilominus eos vitam communem a ſanctis patribus inſtitutam ducere cenſendos fore*, enumeratis aliis libris addit: *Item librum ſuper commenta bullæ depoſitionis Regis Bohemiæ per ſanctiſſimum dominum Paulum II. publicatæ.*

Libri editi a Roderico Sanctio.
(b) Rod. San. hiſt. Hiſp. p. 4.

XXVI. *Georgius Rex Bohem. ob hæreſim convictus.*

Fuiſſe porro hoc anno Georgium Podiebratium hæreſeos damnatum, regiaque exutum dignitate, tradit Nauclerus (c) illorum temporum ſcriptor hiſce verbis: *Anno Domini MCDLXVI. Paulus Pontifex maximus Georgium Poggiebratium Bohemiæ Regem conſiſtorio publico de hæreſi damnat, dignitate & regno per ſententiam privat.* Eadem de Georgio hoc anno damnato Miechovias (d), Cromerus (e), ac Dubravius (f) referunt. Pronunciata eſt labente decembri ea ſententia, ut ea pontificiis literis (g) ſuo loco afferendis, tum ex Jacobo Cardinale Papienſi (h) conſtat: & licet Pontifex latam ſententiam, vigeſima tertia decembris, Papienſis vigeſima quinta teſtentur, haud tamen diſſentiunt, cum diſtinctis diebus, nimirum in ſenatu Cardinalium primo, quod deſignat Paulus, deinde interjecto biduo in Vaticana baſilica publice pronunciata (i) ſit: qua in re adhibitam ſummam conſilii maturitatem, ac tentata primum omnia, ut Georgius ab hæreſeos pertinacia revocaretur, demumque urgente neceſſitate cum apoſtolica abuſus benignitate, catholicos opprimeret, ac religionem everteret, decretoriam ſententiam Paulus in eum dixit, ut oſtendit idem Papienſis (k): *Miniſterium*, inquit in literis ad Bertinum Andrienſem epiſcopum, *juſtitiæ operati ſumus, juſtitiæ admiſcuimus clementiam, nulla ſolemnitas, nullus ordo, nulla expectatio eſt prætermiſſa: ita peracta ſunt omnia, ut quadriennium a die citati rei productum judicium eſt: non negligentia ulla noſtra, ſed certa ſemper conſilio, ter flagitante Cæſare converſionemque ejus ſpondente ſemel autem principibus quos memoravi, nempe quos affinitate ſibi devinxerat, id ipſum petentibus rurſum damnationem ſuſpendimus majori ſemper gratificatione, quam ſpe: ea vero lege cautum eſt promiſſa ſuſpenſio, ſi interim ille fidelibus pacatis nihil noceret, indulgentia noſtra abuſus contumacior eſt, non quietem agens, non iis etiam parcens, quæ propter inſtitutum erat judicium; per hos moras ſic eos nequiter habuit, ſic dure afflixit, ut graves ad nos perferrentur querelæ, & facilitatis noſtræ aliquando nos pœniteret: pertulimus tamen patienter omnia, ut licet decepti in ea lenitate duravimus, ne aliquando in male Regis judicia aut præcipites, aut immiſericordes exiſtimari poſſemus.*

(c) Naucler. vol. 2 gen. 49.
(d) Miechov. l. 4. hiſt. Pol. c. 68.
(e) Crom. l. 26.
(f) Dubr. l. 30.
(g) Paul. l. 1. ep. 233.
(h) Papie. comm. l. 6.
(i) Id. ep. 282.
(k) Id. ead. ep.
Quanta conſilii maturitate in eum lata ſententia.
Pontificum patientia abuſus eſt.

Re-

XXVII. Catholici proceres a Georgio vexati.

Recenſet idem author in commentariis ut Friderico Imperatore pollicente Pontifici ſua opera Georgium in ſinum Eccleſiæ adductum iri, ſi judiciarius ordo in eum cœptus a Pio II. intermitteretur, Georgius non modo non reſipuerit, ſed catholicos acrius inſectatus fuerit. adortus primum Hynconem non ignobilem toparcham Bohemum, magnanimum catholici dogmatis aſſertorem, adhibita criminum fictorum calumnia, ac pluribus occupatis locis intra Zaraſtes oppidi mœnia compulſum obſidione cinxerit. Perculſus terrore diſcriminis Hynco, omnīumque præſidiis nudatus, capta noctu per ſtationes fuga, Romam ad opem implorandam perfugit, Georgii nefaria facinora expoſuit, adduxitque Pontificem, ut ad ferendam oppreſſæ in Hyncone religioni opem Fridericum Imperatorem urgeret, atque anathema iis, qui in Zaraſtes obſidione perſtarent, incuteret. His animadverſis Georgius, cum intelligeret proceres catholicos clientela apoſtolica tegi, ad colorandum facinus indicto ordinum conventu dedit operam, ut literæ communi omnium nomine darentur Pontifici, quaſi Hynco non religionis, ſed criminum cauſa regiam in ſe iram concitaſſet: patuit vero mox plures catholicorum chirographos iis literis appoſitos, adulteratos eſſe, ac Pontifex ſolvi primum obſidionem, ac poſtea in judicio in Hynconem rem agi juſſit: tum Rudolphum epiſcopum Laventinum miſit ad Cæſarem, qui de ſedandis Bohemicis turbis, reſtituendaque religione ageret [t].

XXVIII. Germani moniti ut religionem tuendam ſuſcipiant.

Sprevit Georgius pontificia monita ac Zaraſten ad deditionem compulit. Quo vulgato rerum exitu Laventinus epiſcopus Germanos principes adire juſſus eſt, de geſtis in Bohemia, Georgii contumacia, peſſundataque religione conqueri, non poſſe Pontificem tantum diſcrimen fidei diſſimulare, inſtaurandum cœptum a Pio anteceſſore ſuo judiciorum ordinem, orare ne juſtam cauſam dedererent, nec ſe Chriſtianos eſſe obliviſcerentur. Reſpondiſſe ad hæc, ut par erat, Germanos refert Papienſis: *Una omnium in reſpondendo fuit oratio, ſcire præſulem quid ſui eſſet officii, facturos ſe quod catholicos deceat; non poſſe autem quoad Georgium Eccleſia hæreticum judicaverit, quin a fœderibus ejus per fidem interpoſitam commerciiſque diſcederent.* Acceſſiſſe ad eam Germanorum vocem etiam alia judicii incitamenta, narrat idem author, nimirum Bohemos proceres catholicos Hynconis caſu perculſos exilium ſibi imminens avertere conſtituiſſe; cum maxime a Georgio quotidianis injuriis labefactaretur regnum; adulterinis etiam numiſmatibus publica commerciorum fides confunderetur. Arctiſſimum itaque ii ſanxere fœdus, mutuum præſidium armorum ſibi invicem polliciti, reque vulgata amicos in Georgium concitarunt: urſere Pontificem, ut intentatum hæretico principi judicium abſolveret, cum ultores ſceleris adeſſent, ac ſimiliter conſpirarunt in hæreticum Regem Wratiſlavienſes, quos ille antea fatigarat bello. Publico itaque decreto conſtituta eſt Georgio dies, ut ad dicendam cauſam adeſſet, Laventinuſque epiſcopus juſſus parare auxilia, fœderatorum animos confirmare, & ſacrum bellum in Georgium indicere, ſi arma catholicis intuliſſet.

Quid ob ab iis reſponſum.

Mutuo fœdere jungunt ſe Bohemi catholicis.

XXIX. In Wratiſlavienſes ducit Georgius.

At Georgius criminatus Pontificem, nimium adverſariis crediδiſſe, nimiumque injuſte decernere, delectu militum habito in Wratiſlavenſem agrum duci ſubito juſſit, oppidumque ſub ipſa civitate opportuno loco ſitum invadere, cum illi propulſati fuere: *Perlato ſtatim*, inquit Cardinalis Papienſis (a), *Vratiſlaviam nuncio, in concionem Laventinus aſcendit, fortique*

(a) Id. ib.

NOTÆ [t] QUid actum ſit Romæ in cauſa Podiebratii Bohemiæ regis nemo melius edocere nos poteſt, ac Podiebratius ipſe rea in ea querela de Romano pontifice, quam in epiſtolæ modum ſcripſit, dedirque ad Matthiam Hungariæ regem, legiturque in Spicilegio Dacherii to. III. pag. 830. &c. Die II. auguſti anni 1465. Paulus papa regis illius cauſam cognoſcendam commiſit cardinalibus Nicæno S. Angeli, & Spoletano, qui virum illum, reſecto regii nominis titulo, intra ſemeſtre ad reſpondendum de crimine hæreſis juridice vocarunt. Sed integro ſemeſtri nondum evoluto Paulus, die *VI. id. decembris* lata conſtitutione Bohemos omnes ab obſequio Podiebratii liberos pronunciavit exemitque, omni regni jure cecidiſſe illum declarans. Id vero adeo ſolicite a ſe præſtitum pontifex admonuit, quod metueret ne longior mora executioni ſententiæ obſiſteret. Hæc Podiebratius, quæ tamen omnia antea geſta ſunt, quam ea acciderint, quæ Annaliſta hic ex cardinali Papienſi narrat, nam literas haſce, non quidem anno 1468. ut Dacherius cenſuit, ſed potius hoc anno *1466.* julio menſe ſcriptas fuiſſe ad A. 1468. 9. demonſtrabo. Tota igitur cauſæ hujus hiſtoria ita digerenda eſt. Anno 1465. die II. auguſti judices in cauſa Podiebratii aſſignati ſunt a pontifice cardinales tres, qui regi diem dixerunt intra ſemeſtre, quo termino nondum elapſo, eodem anno, ſacramenti religione Bohemi eſoluti ſunt a pontifice die VIII. decembris ejuſdem anni. Succedenti anno, præſenti nempe, pontifex literis ſuis id. januarii datis, porrectas a Podiebratio preces rejecit, hæreſim, violatum in detentione violenta Phantini pontificii legati jus gentium, & eccleſiaſtici item juris religionem exprobrans, quæ omnia ex iiſdem literis Podiebratii diſcimus. Iis res extracta eſt uſque ad julium menſem anni ejuſdem, quo Podiebratius Matthiam regem ſequeſtrem pacis interpoſuit, Sed nec iis exoratus pontifex, tandem anno eodem decembri menſe, hæreſis reum Podiebratium palam denunciavit. MANET

Digitized by Google

Crucis ſymbolo cives conſignati. Soluta obſidio.

tique oratione populum animaas, ac victoriam, ſpondens, accenſis projectiſque ſolemni more cereis in hoſtes anathema omnes pronuntiat, & crucem proponit; decem millia enim pugnatorum cum triduo illo ſignata a ſacerdotibus eſſent, ve ab Georgianis per exploratores cognita, ſubito obſidionem relinquunt, vertuntur in fugam, nec ante conſiſtunt quam ſeſe in tutum receperint. Injuſſu ſuo tentatam oppugnationem finait Georgius; mox tamen Henricum Plaveuſem catholicum toparcham universa ditione uno impetu ſpoliavit, ſuique terrore plures minoris auctoritatis nobiles catholicos ab inito fœdere divulſit; reliqui tamen ei ſumma vi reſiſtere conſtituerunt. Interim Georgius conſilia agitavit de occupando Pilzinenſi oppido, quod Pragæ propinquum, rebuſque pro fide orthodoxa in Huſſitas geſtis celebre erat, ac proditione primum illud tentavit opprimere, indeque miſſo exercitu oppugnavit; ſed magno ſuorum detrimento repulſus a cœpto deſtitit, de qua injuria apud Apoſtol. ſedem conquerentes Pilzinenſes Pontifex ob Chriſti propugnatam cauſam meritis eos laudibus extulit, juvit auro, ac vexillo, quo in pugna uterentur, præteritæ virtutis futuræque religionis habente inſignia donavit, egitque cum proceribus, ut in ſocietatem fœderis admitterentur. Deinde a fœderatis catholicis, collaudante nuntio apoſtolico

Sdenko belli ſacri in Georgium delectus dux.

Sdenco Sterembergenſis belli ſacri in hæreticum dux delectus, rogatuſque Pontifex, ut ſententia Georgium percelleret: interruptus tamen judiciorum ordo rogatu Imperatoris Friderici, qui oratores a Georgio acceperat, ut interpres concordiæ foret, extractuſque fruſtra in tertiam menſem ſententiæ dies, eludente interim ſpem datam Georgio, & ad catbolicos obterendos intento. Cum igitur nulla ratione ad officium reduci poſſet Georgius, ſeveritatem in eum adhibere conſtituit Pontifex: Servatum in eo judicio ordinem ita deſcribit Papienſis.

XXX. *Inter hæc jam appetebat dicta judicis dies, instructaque per delegatos Cardinales ad ſententiam erant omnia, nec Georgius ad dicendam cauſam uſquam apparebat. Itaque vocatis in ſenatum patribus, commentariiſque actorum perlectis, dato etiam ad diſquirendum ſpatio, tandem una omnium oratione perjurus, ſacrilegus, hæreticuſque conſtans de iis criminibus non cognitione tantum, ſed fama convincitur, atque auctoritas major decernendis eſſet, ex quaque natione omnique antiſtitum ordine, qui Romæ tunc erant, doctores divinæ legis, & pontificiæ adeſſe in concilium jubentur, qui rogati ſigillatim ſententiam in idem cum patribus judicium convenere. Angebat una modo Pontificem cura, & patrum nonnullos, quod ultor tanti decreti*

Judiciaria ſententia ſolemni ritu lata in Georgium.

certus non apparebat, fiebatque propterea, ut quo magis appropinquaret exitus, difficultas hæc impenſius aſſurgeret. De Cæſare, quod ad arma eſſet præpoſterus, nulla ſpes habebatur. Polonorum atque Hungarorumque Reges, quod domeſticis laborarent minus eo tempore idonei videbantur; procerum quoque regni eas ſatis ad tantam contentionem robur exiſtimabatur: longinquiores certum erat operam oppugnationem, & diuturni temporis non ſuſcepturos; jacere autem ſententiam, illum regnare, verbis contendi a nobis, ab illo armis, cum detrimento, tam vero ludibrii rem judicabant. Horum vero ita fluctuantes animos unius Joannis Cardinalis Portuenſis incitatio confirmavit, qui magni conſilii vir, hæreſumque ſemper oppugnator acerrimus, ubi in re tam neceſſaria non ſatis explicari ſententiae vidit: Quid, inquit, metimur humanis judiciis omnia? an non relinquenda magnis in rebus Deo ſunt aliqua? Si non aderit Cæſar, non Polonus, non Hungarus, ſpondeo aderit de excelſo ſancto Deus, & caput impium conteret: nos juſta noſtri muneris impleamus, reliqua ille ultorum perficiet. Ad quam vocem, quod magna hominis erat auctoritas, erectis omnium mentibus, dies natalis Chriſti, ab illo quintus, pronuntiandæ damnationi edicitur. Quo die, peracto ſacro ſolemni, Pontifex in magna hominum frequentia marmoreum ſuggeſtum aſcendens, quod ante ſummum altare in baſilica Petri ad dexteram eſt, ex diplomate ſententiam recitavit, regnoque male olim deterius inde parto Bohemum privavit (a). Spectabat ſceptrum Bohemicum dotali jure ad Caſimirum (b) Regem Poloniæ, quem adeo legatus pontificius Rudolphus epiſcopus Lavantinus erat adhortatus, ut illud ſibi vendicaret, pollicebaturque ipſi, ut refert Cromerus (c), non ſolum ſubſidium Pontificium, verum & Sileſiam Luzatiamque altero illi ſe dedituras, cum primum arma adverſus Huſſitas cepiſſet, aut aliquem e filiis cum exercitu mitteret: verum Caſimirus juſtis precibus non aſſenſit, ſeque Georgii, ipſius amicitiam exambientis, fraudibus poſtea irretiri paſſus eſt.

Joannis Card. Portuen. egregia vox.

(a) Ext. ſententia in arch. molis Hadr.

(b) Mich. l. 4. c. 62.

Polonos ad Bohemicum ſceptrum capeſſendum excitatus.

(c) Crom. l. 26.

XXXI. Hoc anno decimanona octobris conciliata eſt pax (d) ejuſdem nuntii apoſtolici opera inter Polonos, & cruciferos equites, finiſque ſæviſſimo bello Pruthenico, quo Caſimirus Rex, & Ludovicus ordinis magiſter annis quatordecim contenderant, impoſitus. Hujuſmodi autem pacis beneficio amplificatum eſt Polonicum imperium: quippe Pomerania, Chelmenſis & Michalovienſis provinciæ recuperatæ cum illo coaluerunt: tum etiam Culmenſis eccleſia, quæ ducentis jam annis ab eccleſia Polonica divulſa Rigenſi paruerat, ad jus imperiumque Gneſnenſis metropolis revocata. Adjectæ etiam aliæ leges, ut

Salubria monita aſpernatur.

(d) Id. ib. Alex. Guaguin. in Caſimir. IV. & alii.

Inter Polonos & Cruciferos conſtituta pax.

Rudolphi legati Apoſt. opera.

refert accuratius Cromerus, quæ ad Regis Poloniæ dignitatem ſpectabant. Laudat idem auctor Rudolphi legati apoſtolici integritatem, qui magna conſtantia ampliſſima a Rege oblata pacis confectæ occaſione munera reſpuerit, regiique tantummodo ſenatoris dignitatem admiſerit. Prænunciatus is felix exitus ipſi fuerat a Veronica religioſa fœmina dum Vratiſlavia in Pruſſiam iter ornabat, animatuſque ad ſubeundos impigre labores: oſtenſum namque ſanctimoniali per cœleſtem ſpeciem fuerat, Rudolphum coram divini Numinis ſolio ſtantem confregiſſe gladium utraque ex parte acutum: quo ſignificabatur finem ab ipſo bello Pruſſico impoſitum iri. Miſſi ſunt a Caſimiro Rege ad Paulum II. Papam oratores, ut pacem apoſtolica auctoritate muniendam curarent, tum ejuſdem Rudolphi operam integritatemque commendarent, tum ob eximia virtutum ornamenta cardinalitia purpura decorandum expoſcerent. Ut vero Pruſſica pax ea lege a pontifice confirmata ſit, ut Caſimirus tuendam religionem, hæreſimque Huſſiticam excindendam adverſus Georgium Podiebratium ſuſciperet, proximo anno dicetur.

Id divinitus oſtenſum Veronæ religioſæ fœminæ.

Recor-

I. Repetita a Paulo II. in Georgium anathematis ſententia. (a) L. 1. decur. p. 205.

RE*currente cœnæ dominicæ die anni a virgineo partu milleſimi quadringenteſimi ſexageſimi ſeptimi indictione quintadecima, Paulus II. cum ſolemni more hæreticos anathemate percelleret, latam ſuperiori anno in Georgium Podiebrazium Bohemiæ tyrannum ſententiam confirmavit (a), promulgatis hiſce anathematiſmis.

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus, maledicimus, & anathematizamus perditionis alumnum Georgium alias Jerſicum de Conſtat, & Pogebrat regni Bohemiæ occupatorem, olim illius Regem nominatum, contra quem multorum catholicorum principum, & aliorum nobilium, ac fidelium populorum, & regni ejuſdem crebris denuntiationibus, & querelis merito admittendis & juſtis requiſiti & interpellati proceſſum jamdudum per felicis recordationis Pium Papam II. prædeceſſorem noſtrum contra ipſum Georgium ſuper damnato crimine hæreſis, atque aliis deteſtandis per eum perpetratis exceſſibus inchoatum judiciario ordine proſequendo, tandem exigente juſtitia & juſto judicio, non valentes amplius abſque gravi divinæ majeſtatis offenſa, & animarum earumdem periculo exceſſus tam grandiſſimos ſub diſſimulatione inultos prætereire, ipſum Georgium de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & quamplurium archiepiſcoporum, epiſcoporum aliorumque divini, & humani juris interpretum, & magiſtrorum, hæreticum, pertinacem, hæreticorum fautorem, damnatarum hæreſum defenſorem, perjurum atque ſacrilegum fuiſſe & eſſe pronuntiavimus, & ſententialiter declaravimus.

Inſtitutum antea in eum a Pio hæreſeos judicium.

II. Sectatores Georgii anathemate devincti.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos ipſi Georgio hæretico adhærentes, aſſiſtentes, obſequentes, faventes, aut ſibi conſilium, auxilium, vel favorem clam vel palam, directe vel indirecte præbentes cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel nobilitatis fuerint, & qui ſecum commercium habent ad præſens, vel habebunt quomodolibet in futurum, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCDLXVII. VII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno III.

III. Catholici Bohemi in varias partes diſciſſi. (b) Cromer. l. 27. (c) Naucl. gen. 49. vol. 2.

Accenſæ jam ante, Georgii tyrannide & impietate belli faces maximum in univerſa Bohemia incendium, catholicis ad mutuum præſidium pro excutiendo nefariæ ſervitutis jugo animatis, excitarunt (b), quo eo diutius regnum illud conflagravit, cum pari ſententiarum conſenſione catholici non conſpirarent, atque alii ad Polonum, alii ad Hungarum, alii ad Imperatorem ſpectarent (c) alii etiam Georgii fucis mendaciiſque ſubornati ipſi adhærerent; plures etiam ambigerent, num ex apoſtolico decreto in Georgium edito anno ſuperiori præſtitæ illi fidei, & obſequii religione ſoluti eſſent: ad quos de rei geſtæ veritate edocendos hoc anno Paulus promulgavit diploma (d), in quo expoſuit, ut vocatis in concilium Cardinalibus, aliiſque viris doctrinæ laude præſtantiſſimis, re diligentiſſime excuſſa conſenſuque unanimi Georgius ab jure regni depulſus fuiſſet decretoria ſententia ob hæreſis, & perjurii crimina, quorum cognitio ad Apoſtolicam ſedem ſpectabat, atque ad omne dubium ex hominum mentibus depellendum pronuntiavit, regiæ Bohemicæ clientes a quovis jurejurando Georgio delato liberos eſſe, neque ullam criminis vel infamiæ maculam illius imperio repudiato ſuſcepturos.

(d) L. 1. p. 236.

Ad futuram rei memoriam.

IV. *Vigeſima tertia menſis decembris proxime elapſi in noſtro ſacro conſiſtorio publico ipſum Georgium hæreticum pertinacem, hæreticorum fautorem, damnatarum jam hæreſum defenſorem, perjurum, & ſacrilegum fuiſſe, & eſſe, dignitateque regia, & quavis alia, ſi qua præfulgeret, boniſque, & dominiis privatum, ac ab omnibus amovendum, ipſum denique ſingulas cenſuras, & pœnas contra lapſos in hæreſim, perjuroſve, fautores, & defenſores eorum a jure ſtatutas incurriſſe, poſteroſque ſuos ad ſucceſſionem inhabiles pronuntiavimus.* Nonnulliſque interjectis, quibus ſubditos ſacramenti ipſi præſtiti religione ſolutos pronuntiaſſe ait, ſubditur.

V. *Et ſi tam divino quam humano jure lucidiſſime declaratum conſtet catholicis, nullum fœdus aut vinculum cum hæretico tamquam excluſo a fidelium conſortio putrido membro eſſe ineundum, aut initum cum eo, antequam talis condemnaretur, continuandum, cum criminis hujuſmodi declaratio omnem ſolvat obligationem, & pœnæ quocumque juramenta firmatæ impediat commiſſionem, declarationem, aut cognitionem, & diffinitionem ipſius hæreſis ad Romanum Pontificem tantum ſpectare, & pertinere, ad abundantem tamen cautelam, & ad tollendum omnem dubitationis materiam, quæ ut præmittitur, vel orta jam eſt, vel oriri forſan deinceps quomodolibet in mentibus hominum poſſit, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, & ex certa noſtra ſcientia declaramus, omnes barones, civitatenſes, vaſſallos, & ſubditos prædictos ubilibet exiſtentes, quocumque nomine cenſeantur, ab omni ſubjectione homagii, & fidelitatis juramenta, ac obligatione quacumque quibus ſe dicto hæretico damnato teneri antea quomodolibet in-* tel-

Cognitio & definitio hæreſeos ſpectat ad Pontificem.

Soluti Bohemi Sacramenti Georgio præſtiti religione.

intelligebant, pleniſſime fuiſſe & eſſe abſolutos, nec deinceps eos ad obſervationem alicujus eorum teneri, nec jure conſtringi aut propter non obſervationem infamia, vel alia quavis macula notari poſſe aut debere perinde ac omnibus, & per omnia, ac ſi non ſolum noſtra, ut ſunt, apoſtolica, verum etiam imperiali authoritatibus eſſent a præmiſſis omnibus abſoluti, prout etiam ex nunc iterum & de novo abſolvimus, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum pridie id. maii pontificatus noſtri anno III.

VI. Non defuere nonnulli, qui ſe ſacramenti Georgio Bohemiæ tyranno dicti religione ſolutos non putarent, niſi Imperator ipſos liberos ab obſequio illi præſtando renunciaſſet, quo accepto Paulus hæc ad Fridericum ſcripſit (a). *Conſiderantes maxime ad tuam ſublimitatem tamquam advocatum Eccleſiæ, & præcipuum defenſorem fidei catholicæ pertinere, ut cum nobis, & ipſa Eccleſia in debitis ſententiis & decretis pro ipſius fidei veritate concurras; proinde eandem tuam ſublimitatem hortamur in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei omnipotentis requirimus, ut, quemadmodum majeſtatem tuam decet, velis tanquam princeps catholicus, & partibus illis vicinus in debita executione dictæ noſtræ ſententiæ nobiſcum concurrere ad ſatisfaciendum honori prædictorum catholicorum, antedictos barones, civitatenſes, vaſſallos, & ſubditos in præfato regno, vel ubibi exiſtentes ab omni hujuſmodi ſubjectione, homagio, & fidelitate, ac obligatione quacumque a nobis, ut præfertur, abſolutos per tuas literas declarare fuiſſe, & eſſe ſufficienter abſolutos, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVII. id. maii pontificatus noſtri anno III.*

(a) Ib. p. 240.

Diſcepont nonnulli ſolutos non eſſe.

Monitus Fred. ut Bohœmos Georgio parere vetet.

VII. Dum ita judiciorum ſeveritatem in Georgium adhibebat Pontifex, ad elidendam potentiam tyranni, qui plures Reges, ac principes variis fœderibus ſibi devinxerat, atque in dies novas coitiones faciebat, bellique adverſus rem catholicam gerendi ſocios ſibi adjungebat, alio etiam diplomate eadem die exarato fœdera quæcumque a Regibus principibuſque cum Georgio icta reſcidit, & quævis ſacramenta propterea nuncupata veluti impietatis munimenta, non vincula religionis, irrita pronunciavit (b); tum univerſos admonuit officii, ne ullam cum Georgio ſocietatem inirent.

Reſciſſa fœdera cum Georgio hæretico inita.

(b) L. 2. de cur. p. 241.

Paulus Papa II. ad futuram rei memoriam.

Quemadmodum fidedignorum relatione percepimus, nonnullæ tam eccleſiaſticæ, quam ſæculares ſtatus perſonæ cum præfato Jerſico confœderationes, ligas, promiſſiones, obligationes, juramenta, & alia pacta, non dum generalia, ſed etiam particularia inierunt, quibus verti poſſet in dubium, an per hujuſmodi generalem declarationem, & diſſolutionem ab illorum obſervantia ſufficienter cum animi quiete, ſanaque conſcientia abſolutæ fore cenſeantur. Nos igitur, ut pro evitandis animarum periculis, & ut uocunque tollatur dubitandi occaſio, ſuper hoc de abundantis cautelæ ſuffragio providere volentes, auctoritate apoſtolica tenore præſentium diſſolvimus ex certa noſtra ſcientia, caſſamus, irritamus, atque annullamus omnes, & ſingulas confœderationes, ligas, confraternitates, ſocietates, pactiones, conventiones, unionés, promiſſiones, & obligationes tam generales quam particulares, etiamſi per chariſſimos in Chriſto filios noſtros Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Matthiam Hungariæ, ac Caſimirum Poloniæ Reges illuſtres, quam etiam venerabiles fratres noſtros Colonienſem, Maguntinum, & Treverenſem archiepiſcopos ſacri Romani imperii electores, necnon Magdeburgenſem, Salzburgenſem etiam archiepiſcopos, Herbipolenſem, Bambergenſem, Ratiſponenſem, Novemburgenſem, Auguſtenſem, Eyſtetenſem, Miſnenſem, Vratiſlavienſem, Hildeſhenſem, Olomucenſem epiſcopos, & quoſvis alios prælatos eccleſiaſticos, etiamſi ſimili, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, necnon nobiles filios viros Hernrſtum, Albertum, & Guillelmum Saxoniæ, Ludovicum, Sigiſmundum, Ottonem utriuſque Bavariæ, Sigiſmondum Auſtriæ duces, ac Fredericum comitem Palatinum Rheni, necnon Fredericum Albertum marchiones Brandeburgenſes, Ludovicum Lantgravium Haſſiæ, ac quoſcumque alios principes, comites, barones, & nobiles nationis prædictæ, quibuſcumque nominibus aut titulis nuncupentur, aut aliquem ipſorum cum prædicto hæretico olim forſan quomodolibet aut qualitercumque habitæ, initæ, factæ, & mediis juramentis, & aliis firmitatibus quibuſcumque acceptæ, & hinc inde conſcriptæ atque roboratæ fuerint, ipſoſque & eorum ſingulos ad nihil eorum teneri aut obligari declarantes, ac quæcumque juramenta, promiſſiones, & pacta eis, & cuilibet ipſorum relaxantes, & remittentes, ac relaxata atque remiſſa jam fuiſſe, & eſſe ad majorem certitudinem denuntiantes; ipſos & eorum ſingulos in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione divini judicii diſtrictius requirenda monemus, quatenus dignitatum, honoris, & propriæ ſalutis ipſorum memores, deinceps ſententiam & literas noſtras prædictas majori cum devotione ac reverentia ſuſcipientes, ac illarum executioni debitæ intendentes, necnon eam poſſibilibus favoribus, auxiliis, & præſidiis eorum promoventes & juvantes, damnatum illum hæreticum, tanquam membrum putridum, & peſtiferum, a fidelium unitate juſte præciſum, &, ut præmittitur, penitus ſeparatum cum omni poſteritate & ſequela ejus vitent, falſas ipſius artes deſpiciant, ſibi non auſcultent, non communicent,

Moniti de ea re principes.

Hæretico quivis dignitatis titulus abrogatus.

nec

ne quidquam per ſe vel alios ſecum commercii habeant, cum non Regem, non ducem, non marchionem, non denique cujuſvis alterius dignitatis titulo nominent, aut pro tali reputent, facturi ad laudem omnipotentis Dei in ſuarum ſalutem animarum pro debita præmiſſorum omnium executione ſicut veros decet principes catholicos, ut cæleſtem pariter & noſtram, ac hujuſmodi ſanctæ ſedis Apoſtolicæ benedictionem & gratiam digne conſequi mereantur, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVII. id. maii pontificatus noſtri anno III.

VIII.
Internuncius Apoſtol. crucesignato ſigna in Georgium juſſus attollere.
(a) Ib. p. 237. & 243.
(b) Ib. p. 149. & 235.
Gabriel Veronen. cenſor fidei in Vvicleffiſtas creatus.

Ad perficienda ea, quæ ab Apoſtolica ſedu decreta fuerant in Georgium, Paulus legatum jam ante in Bohemiam Rudolphum epiſcopum Laventinum victricia crucis ſigna attollere, populoſque ad religioſam militiam cogere, ac decumanum aurum ex eccleſiaſticis cenſibus redigere juſſit (a). Creavit etiam ſacræ fidei cenſorem Gabrielem Veronenſem Minoritam (b) adverſus impios Wicleffiſtas, contra quos jam multos pro fide labores ſuſceperat. Propagatam vero iſtius nefariam illam ſectam in Bohemia fuiſſe ex his pontificiis verbis conſtat: *Cum, ſicut & fidedignorum relatione plurimorum, nobis diſplicenter innotuit in pleriſque Bohemiæ, & circumvicinis partibus nefanda Vvicleffiſtarum ſeu Huſſitarum hæreſis jam dudum per ſacrum concilium Conſtantienſe damnata, in quo etiam authores illius perfidiſſimæ ſectæ viri impii Joannes Hus, & Hieronymus juſtitia exigente igne conſumpti ſunt, ac deinceps per plures Pontifices Romanos prædeceſſores noſtros, & Romanam eccleſiam damnata, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! in dies erumpat, peſtiferumque virus ſuum evomens multorum ſimplicium animas ſuis tendiculis, & palliatis coloribus ſub prætextu ſimulatæ veritatis illaqueando decipiat, illas æterno ſatagens igni tranſmittere conſumendas, &c. Dat. Romæ apud ſanctum Marcum anno MCDLXVI. idibus martii pontificatus noſtri anno III.* Hactenus de pontificiis decretis adverſus Georgium Podiebratium, & Huſſitas; jam quæ tum a catholicis Bohemis, tum a Georgio, tum a finitimis Regibus geſta ſint percurramus.

IX.
Georgius Caſimirum Poloniæ Regem ſibi conciliare nititur.

Metuebat præ cæteris principibus Georgius Caſimirum Poloniæ Regem, cum ad illum corona Bohemica hereditario jure uxoris ſuæ Eliſabeth, quæ Ladislai poſtremi Regis defuncti ſoror erat, ſpectaret. Ad eum itaque demulcendum, ne a Pontifice & principibus incitatus ſceptrum Bohemicum ſibi vendicaret, curas vertit, miſſoque oratore Hicinio Moravo eundem Caſimirum, ut fœderis ad Glogoviam icti memor eſſet, rogavit; ac reſarcitis injuriis, quas nonnullæ Bohemicæ copiæ facta in Poloniam irruptione antea intulerant, fœdus inſtauraret in conventibus Petricovienſibus: quibus dimiſſis, fœderatorum Bohemorum, qui Georgium dignitate regia, quam hæreſi fœdarat, deturbandum, & alterum e Caſimiri filiis, utpote regio ſanguine Bohemico procreatis, optandum Regem conſtituerant, oratores affuere precaturi, ut regni Bohemici, quod ad ipſum ac liberos quodam jure hereditario ſpectabat, curam capeſſeret, & ab hæretico tyranno opprimi non pateretur. At ſubornatus adeo fuit hæreticorum fraudibus Caſimirus, ut neque ullo tuendæ religionis pio ſtudio, neque regni ampliſſimi ſibi debiti illecebra ſe ſiverit moveri. Reſponſum itaque in longinquum tempus extraxit, eam obtexens cauſam, de re adeo gravi ſoluto procerum cœtu decerni non poſſe.

Bohemi Catholici rogant ut ſceptrum Bohemicum uni e filiis afferat.

Eorum preces a Caſimiro indigne ſpretæ.

X.

Acceſſit deinde Cracoviam Rudolphus epiſc. Laventinus internuncius apoſtolicus prædicto Gabriele Veronenſi fidei ſacræ cenſore, & Petro Ercleo decano Aquenſi cubiculario pontificio adjunctis collegis, qui Caſimirum ad ſceptrum Bohemicum ex Georgii impii unguibus avellendum hortatus eſt, ac Pontificis, Imperatoris, Germanorum aliorumque orthodoxorum opem ſpopondit; tum diplomata apoſtolica protulit, quibus Pruſſica pax ea lege confirmabatur, ut Caſimirus fœdus cum Georgio perperam ſancitum diſſolveret, & rem catholicam in Bohemia efferret. Invíſa fuit ea adjecta conditio Caſimiro, offenſioniſque cauſas ex pontificia benevolentia male decerpſit, miſſoque Romam Joanne Sempinio equite flagitavit, ut fœdus Pruſſicum nullius legis addita formula confirmaretur, at repulſam tulit. Urgebat interea Caſimirum ex conventu orthodoxorum Iglavienſi Elias orator, ut remota omni mora, quæ exitium catholicæ rei erat allatura, oblatum regnum capeſſeret, vel e filiis aliquem mille tantum equitibus ſtipatum mitteret, cui ſociorum armis regnum aſſerendum eſſet: cumque indigna Reu captaret diffugia, apud eum legatus pontificius inſtabat ne Georgium damnatum hæreſeos, regioque honore dejectum a Pontifice ſocium Regemve agnoſceret; quin potius crueeſignatam militiam in Polonia conſcribi adverſus hominem impium pateretur. At neque his victa Regis mens; qui tamen Cracoviæ conventus indixit; in quo diebus quindecim agitato conſilio ſuam mentem nondum explicuit, ſed procerum infrequentiam cauſatus, de oblato regno Pontifici Bohemiſque gratias egit, remque ad celebriorem alium procerum cœtum protulit, pollicitus navaturum ſe operam ſedando bello Bohemico, ac Georgio Romanæ eccleſiæ conciliando.

Delatum ipſi regnum recuſat.

XI.

Prodebat Caſimirus per eas moras impio tyranno rem catholicam, ad quam proſternendam armabat eum furor, neque ulla ſpei lux affulgebat, ut plus au-

rho-

thoritatis quam Imperator cæterique principes ad flectendum in impietate obſtinatum hominem Rex ipſe haberet. Cum itaque miſſi ab Caſimiro oratores (inter quos erat Joannes Diugoſcus canonicus Cracovienſis, e cujus Polonica hiſtoria multa mutuati in XIII. & XVI. annalium tomos intulimus) in Bohemiam veniſſent, non difficile fuit erudito veteratori novas fraudes aſtruere, quibus eundem Poloniæ Regem irretiret. Negavit itaque Georgius quidquam ſe adverſus apoſtolicum faſtigium commiſiſſe, ſed factas cum ipſius anteceſſore, ac Baſileenſi concilio pactiones obſervaſſe: &, ſi quid forte contra actum eſſet, id ſe correcturum, poſtremo ut fucato lenocinio Caſimirum caperet, addit illum ſe pro componendis rebus Bohemicis arbitrum non recuſare. Indignum profecto erat perfidi & perjuri hominis, qui ſanctiſſimum jusjurandum in regia inunctione nuncupatum de tuenda fide, præſtandaque, orthodoxorum more, ſedi Apoſtolicæ obedientia violaſſet, fallacibus verbis fidere, & orthodoxi dogmatis aſſertores ipſius immanitati exponere, quamobrem catholici proceres Caſimirum, ne ſe Georgii artibus illaqueari pateretur, orarunt.

Georgius variis fraudibus Polonum irretit.

XII. *Conventu*, inquit Cromerus, *apud Vratiſlaviam habito negarunt ſe illum arbitrum accipere poſſe, inconſulto Pontifice maximo, cujus juſſu bellum ſuſcepiſſent, neque vero habendam eſſe fidem Georgii verbis atque promiſſis, quin potius ſuſciperet Caſimirus oblatum & jure ſibi debitum regnum, aut aliquem de filiis, quos tam multos haberet in ſpem plurium regnorum ſuſceptos, Regem ſibi mitteret*. Si morem illis geſiſſet Polonus affulſiſſet procuidubio magna ſpes rei catholicæ bene gerendæ. Gerebatur vero grave utrinque bellum, & Georgius catholicorum munitiones oppugnabat, & contra illi inſigne oppidum, cui Buzeovice nomen erat, Huſſitis eripuere: Wratiſlavienſes etiam conflato exercitu plura vicina oppida adorti Frankeſteinum ceperunt: ſed mox ſubmiſſis a Willelmo Miſniæ & Thuringiæ duce, & ab Alberto marchione Brandeburgenſi auxiliis inſtructus Georgius recuperavit oppidum, & quatuor millia orthodoxorum partim cepit, partim ferro delevit. Denique Caſimiri opera quinquemeſtres induciæ pactæ ſunt. Cæterum ipſe ob deſertam catholicorum cauſam gravem nomini ſuo labem intulit, dubitatumque (a) eſt, num recte de fide ſentiret. Ut vero poſtea livore in Matthiam Pannoniæ Regem ob ſuſceptam religionis cauſam, admiſſoſque Bohemicos apices, quos ipſe repudiarat, cum hæreticis in catholicos turpiſſime arma junxerit, dicetur inferius. Porro dum ſolicitabatur Polonus ad ſceptrum Bohemicum eripiendum Georgio, principes Germaniæ nimiam Poloni potentiam vereri cœperunt: tum Imperator fluctuare quid ea in re potiſſimum ageret: conqueri etiam de tradito a Pontifice regno Bohemico; Bohemiam imperii eſſe beneficiariam, neque ab alio, quam ab Imperatore cuipiam tradendam. Maxima itaque animorum diſſenſio in Germanis fuit, quam Laurentius Ferrarienſis epiſcopus a ſe cognitam, tum uſperum rei catholicæ ſtatum ex Norimbergenſibus comitiis reverſus Cardinalium ſenatui aperuit, ex quo hæc Papienſis Bertino Adrienſi epiſcopo ſignificavit (b).

(a) Card. Papien. ep. 282.

Poloni potentia Germanis ſuſpecta.

(b) Id. ib. XIII.

Accidit reditus ad nos Ferrarienſis epiſcopi, qui ante ad Nurimbergenſem conventum in Germaniam miſſus, & de his plura intelligens refert, quo in ſtatu ſint ſingula: præſul, ut noſti, gravis eſt, & fide digniſſimus. Ex ejus igitur multo & accurato ſermone eis de rebus ita collegimus. Magnam partem Georgicæ ditionis audito ſedis judicio ab illius tyrannide ſe ſejunxiſſe, ac jam palam detrectare imperia, dynaſtarum autem quemque, ac populorum ad privatam defenſionem ſe comparare: metuendum vero eſſe ne ii omnes, Germanis non adjuvantibus & perurgente Georgio, inſignem aliquam calamitatem accipiant: Polonorum Regem, quem credebamus vendicaturum armis id regnum, tradente præſertim Pontifice, nec libere quidquid habeat animi reſpondere, nec ſaniorem illo in fide haberi: Imperatorem quoque Federicum ad omnia præpoſterum innata lentitudine neſcire quid potiſſimum agat, id modo unum flagitare a nobis, ne advocetur Polonus rebus ſuis in tanta propinquitate tremendus: palam etiam ferre, ſi maxime damnandi Regis noſtrum judicium fuit, non utique poteſtatem eſſe regni tradendi, cum totam Imperatoriam eſſe: Germanos iiſdem principes privatis adductos periculis de Polono excludendo ſentire cum Cæſare: neminem autem inveniri qui non habeat Georgium odio, & propter ejus iniquitatem regno dejici cupiat. Verum dum ſibi invicem omnes mutuis contentionibus diſſident, parumque pacati ſunt Cæſari contingere, ut metu quiſque adverſæ factionis, ne illi ſe Bohemus adjungat, non modo temperet bello, ſed neceſſario quoque blandiatur fortunæ, eamque ob cauſam quoſdam fœderibus, nonnullos conjugiis eſſe conjunctos: in eo autem ſummum periculum verti, ne undique liber hæreticus carptim adverſantium quemque, vel ſtudiis continuis ſibi conciliet, vel opprimat armis; etenim totum corpus ſanæ partis regni non coire in unum ad privatam cujuſque defenſionem, ſed laborante vicino quietem proximos agere, atque ad ſua tantum continenda ſtudium adhibere; futurum igitur his tantis incommodis, ut mox ille priſtinæ ſuæ tyrannidi reſtitutis viribus

Plures Catholici Bohemi a Georgio deficiunt.

Mota lis a Cæſare ſpectare ad ipſum jus tradendi ſceptri Bohemici.

non

Digitized by Google

Bohemiam Georgius in hæreſim trahere nititur.

non modo contempturus hæc noſtra ſedis judicia ſit, ſed paſſim vel metu, vel gratia ſtudia totius Germaniæ conciliaturus, atque ita quemque Bohemorum antea catholice ſentientem in eandem ſecum damnationem iturum, nec ante futurum finem, quam ille inſigni aliqua detrimento Romanam eccleſiam ulciſcendi ſtudio afficiat. Summa Ferrarienſis noſtri hæc eſt.

XIV. Terrebant hæc plurimos, verum ſpem collocandam in divino Numine, ac demum Eccleſiam de religionis hoſte triumphaturam, addidit Papienſis adductis hiſce argumentis: *Cur*, inquit, *in tanta manſuetudine noſtra*, adhibita nimirum in Georgium, *& tam juſta fidei cauſa non ſperemus in Domino, metumque omnem ſiniſtri eventus, ſi quis nos habet, forti animo abjiciamus? an non dictum eſt nobis per Apoſtolum Jacobum: benefacientes, & non timentes ullam perturbationem? an non per ſalvatorem Chriſtum Jeſum: Major eſt, qui in cœlo eſt, quam qui in mundo? Et: Mihi vindicta, & ego retribuam? Scimus juxta verbum ſcripturæ itinera impiorum perire, ultionem ſanguinis ſervorum Dei, qui effunditur, introire in ejus conſpectum, eſſe eum a dexteris nobis ne commoveamur. In tantis ſponſionibus divini eloquii, niſi infideles ſimus, bene concipiendum eſt nobis, & erecta mente expectanda repromiſſa præſidia; præſta etenim ſunt omnibus invocantibus ea, ut licet peccata noſtra terrere merita nos debeant, ubique flagella debita ſint expectanda, quia tamen publica Chriſtianorum res geritur, atque in unius caſu multorum ſalus exurgit, confidendum indubie eſt pietatem divinam ad fidem magis Eccleſiæ reſpecturam, quam ad conditionis humanæ fragilitatem.* Non fefellit piorum expectationem divina clementia; attritus enim multis adverſis caſibus Georgius amiſſa regni parte, ſcelus tandem deflevit, veniamque ſero popoſcit; ejus autem progenies ſolio Bohemico ejecta fuit, ut ſuo loco dicetur.

Deficiente humana ope ſpem in Deo locandam.

Reſpondere exitus piorum votis.

XV. Quod attinet ad Laurentium epiſcopum Ferrarienſem, cujus ſententiam in re Bohemica a Papienſi recenſitam attulimus; is hoc anno in Germaniam a Paulo II. miſſus fuerat, ut Germanos adverſus Mahometem II. Turcarum Imperatorem pro inſtauranda re Chriſtiana concitaret, ad quem eo argumento literæ x. kal. junias datæ in regeſto pontificio extant (*a*): quo etiam die decreta a Paulo ſolemnis legatio in Germaniam, quæ Petro tit. Sancti Vitalis presbytero Cardinali fuit demandata (*b*) ad eandem ſacram expeditionem promovendam. Ut vero his ſolicitantibus Imperator Nurembergenſes cœtus indixerit hac de cauſa, ac demum cruceſignatæ in Turcas exeditionis conſilia evanuerint, dicetur inferius.

Petrus Card. tit. S. Vital. in Germ. miſſus.

(*a*) *Paul. l.1.p.244.*

(*b*) *Ib. p. 247.*

Nunc addimus nonnullos hæreticos in ditione pontificia compertos, in quos legibus inquiſitum uſt. Erant ii ex Fraticellorum ſecta, quæ a perverſa mentis opinione nuncupatur, quod negent Rom. Pontifices Chriſti vicarios eſſe poſſe, qui affluentes opibus Chriſti paupertatem non imitentur: perductos vinctos Romam octava julii die ex oppido, cui Poli nomen eſt, numero quatuordecim partim mares partim fœminas, refert Stephanus Infeſſura (*c*), ac ſublimi contignationi extructæ apud Aramcœli, qua proſpectus eſt in aream Capitolinam impoſitos, ad ſceleris ignominiam mithra papyracea redimitos fuiſſe; tum vero pontificium vicarium aliis quinque epiſcopis ſociatum ad ipſos ab hæreſi revocandos concionem habuiſſe: deinde eos, qui impiam opinionem damnarunt, linea veſte, alba cruce in pectore & a tergo inſignita, indutos fuiſſe.

Fraticellorum ſequaces nonnulli hæreſim ejurant.

(*c*) *Steph. Infeſſ. archiv. mſ. var. ſig. n.111. Plat. in Paul. II.*

XVI. Tradit idem author auctum fuiſſe decima octa die ſeptembris Cardinalium collegium, donatis ſacra purpura octo viris inſignibus. Fuere illi (*d*) Thomas Bourcherius archiepiſcopus Cantuarienſis presbyterali titulo S. Cyriaci in thermis donatus: Stephanus Varada archiepiſcopus Colocenſis presbyterali tit. SS. Nerei & Achillei inſignitus: Oliverius Caraſa archiepiſcopus Neapolitanus presbyter Cardinalis tit. SS. Petri & Marcellini, deinde S. Euſebii, poſtmodum Albanenſis epiſcopus, ſubinde Sabinenſis, poſtremo Oſtienſis creatus: Amicus Agnifilius Aquilanus epiſcopus presbyter Cardinalis tit. Balbinæ, deinde S. Mariæ tranſtyberim: Joannes Balvus epiſcopus Andegavenſis presbyter Cardinalis tit. S. Suſannæ: Marcus Barbus Venetus epiſcopus Vincentinus Pauli II. patruelis presbyter Cardinalis tit. S. Marci, primum dein epiſcopus Prænestinus: Franciſcus Robureus Saonenſis ordinis Minorum ſupremus adminiſter presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, qui poſt Paulum pontificatum Sixti IV. nomine accepto geſſit; ac Theodorus ex marchionum Montisferrati familia ſatus, qui diaconus Cardinalis S. Theodori renunciatus eſt.

Auctus Cardinalium ſenatus.

(*d*) *Fel. Contelor. in elench. Cardd. par. altera.*

Eorum nomina.

XVII. Excitatum eſt ingens in Italia hoc anno repentini belli civilis incendium ex Florentinorum factionibus, quod paulo poſt reſtinctum eſt. Defuncto ut diximus Coſmo Mediceo ſummæ dignitatis & auctoritatis viro, tum opibus & clientelis, Regumque & principum amicitia florentiſſimo, cujus nutu pluribus annis Florentina reſpublica adminiſtrata fuerat, ſucceſſit ejus filius Petrus, qui paternam auctoritatem retinere eniſus eſt, cui multi etiam familiaritate conjunctiſſimi propagationem dominatus in una familia, veluti publicæ libertatis cladem, exoſi ſeſe oppoſuere, neque illis blandimenta verborum & pigmen-

Turbæ in Florentina rep. excitæ poſt obitum Coſmi Medicæi.

menta, ut populum in ſuam partem traherent, deerant. Demum poſt contentiones varias, poſt excitos finitimos principes ad mittenda auxilia, poſt inſtaurata ſæpius amicitiæ fœdera, creatis magiſtratibus, Petri ſtudioſis: illius æmuli, qui de republica in priſtinum reſtituenda ſplendorem, libertate aſſerenda, propagationeque imperii in Medicea ſtirpe diſcutienda plura erant moliti, in exilium pulſi ſunt. Erant ii Angelus Accajolus, Nicolaus Soderinus, & Dotesalvius Nero, quorum poſtremus ad Bartholomæum Coleonem Bergomenſem virum bello egregium, qui plura ſub Venetis ſtipendia meruerat, perfugit, impulitque ſtimulis gloriæ, ut exules & una libertatem Florentiæ reſtitueret. Is cum de ea re ad Venetos retuliſſet, exaggeratumque eſſet Coſmi Medicei opera Franciſcum Sfortiam Mediolanenſem ducatum ſibi peperiſſe, Venetoſque illius principatus reipublicæ Venetæ imperio adjungendæ ſpe deluſos, cenſuerunt ii, e re ſua fore, exules reſtituere in patriam, ut Florentiam fœdere, & conſiliorum ſocietate conjunctam haberent.

Veneti exules Florentinos patriæ reſtituendos ſuſcipiunt.

XVIII. Stipendia itaque Coleoni ex arcano polliciti, tum ſubſecuturas auxiliares copias, honeſtam militiæ miſſionem illi permiſere, qui ingentem exercitum collegit: ac mox univerſa Italia velut ſigno dato arma ſumpſit: Galeatius dux Mediolanenſium ſuccinctus copiis Petro Mediceo opem laturus Florentiam accurrit; quo etiam auxiliares turmæ a Ferdinando Rege ſubmiſſæ. Verebatur Mediolanenſis ne principatus ſuus, Florentia in Venetorum ſocietatem concedente periclitaretur. Nec deerant Ferdinando, qui cum Romana eccleſia, accepti beneficii immemor, inimicitias ſuſceperat, vectigalque pendere abnuebat, ſuſpiciones, ne Pontifex Bartholomæum Bergomenſem ad ipſum regno eiiciendum concitaret; Venetæque invidebat potentiæ. At Chriſti vicarius, qui in ea diſſenſione in neutram partem inclinabat, ſed verbis omnes ad pacem conficiendam adhortabatur, conſcripſit exercitum, ut ditionis eccleſiaſticæ urbes tueretur, tum, ſi poſſet, Pinum Ordelaffum, a quo fama erat ſublatum fuiſſe veneno Ciccum fratrem, Forolivienſi toparchia per tyrannidem arrepta depelleret. Florentini denique Fridericum Feretranum rei bellicæ communibus ſtipendiis præfecere; cum per Flaminiam irrumpere in Etruriam niteretur Bartholomæus Bergomenſis, & explicata acie Galeatium retro ſigna vertere compuliſſet: demum illo Florentiam excito ad Ricardinam in agro Bononienſi cum Friderico Feretrano ad arma venit; in quo prælio lectiſſimi Italiæ milites, qui adverſus Turcicam tyrannidem pro Chriſto maximas res gerere potuiſſent, occubuere, ancipite cruentaque victoria utrinque diſceſſum eſt,

Cruento prælio commiſſo debilitatæ partes adverſæ.

exercituſque ad hyberna revocati: quæ pluribus narrant Cardinalis Papienſis, Florentini hiſtorici, aliique plures. At Pontifex cum doleret inde rem Chriſtianam maximum vulnus accipere, diſtrahique a Turcici belli curia Venetos, cum jam adverſus Mahometem inſignem legationem ad Germanos crucis ſymbolo inſigniendos, urgendoſque in hoſtem fidei decreverat inſtaurandæ paci ſummis ſtudiis incubuit, quam pacem proximo anno conciliatam fuiſſe videbimus.

Paci componendæ data a Pont. opera.

XIX. Ardebant (a) eodem tempore civili bello Caſtellæ & Legionis regna, quæ proceres conjurati præfecto ſibi injuſte Alfonſo principe cum Henrico Rege ferro flammiſque partiebantur: ad quos ſedandos motus Paalus Pontifex, acceptis Henrici litteris, ampliſſimum legationis munus Antonio Jacobo epiſcopo Legionenſi demandavit. Adjecta eſt diplomati hæc temporia nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVII. idib. maii pontificatus noſtri anno III.*

Caſtella civili bello lacerata.

(a) *Sur. l.18. annal. c. 10. Jo. Marian. l.23. c. 10. & alii.*

XX. Ut diſciſſam concordiam facilius redintegrare poſſet legatus illum Paulus ſumma inſtruxit (b) auctoritate, ut coitiones omnes, & conventa quævis paci adverſantia, quamvis ſacramenti ſucata religione firmata eſſent, diſſolverent: tum ſeditioſos, ac perduelles intentatis cenſuris eccleſiaſticis ad Regi obtemperandum compelleret. Cupidiſſimus erat redintegrandæ publicæ pacis Henricus, & cum marchione Villenæ adverſæ factionis ſignifero plura ſpe concordiæ colloquia habuit: ſed ab eo toties maxima cum regiæ auctoritatis ignominia deluſus eſt. Perfunctus porro ſuo munere legatus perduelles in pertinacia obfirmatos anathemate perculit (c); ſed ii ad commune ſcelerum aſylum perfugientes, ad eludendam eccleſiaſticam cenſuram, ad futuram œcumenicam ſynodum provocarunt, rati ea aſtutia Eccleſiæ illuſiſſe, quam impietatem damnat auctor (d), de quo paulo ante memoravi. Parati ita ad omne ſcelus conjurati regias copias, adoriri auſi ſunt, dimicatumque eſt prælio ad Olmedum, in quo fuſus multus Hiſpanus cruor, dubia & in neutram partem inclinante victoria.

(b) *Ib. p. 252.*

Perduelles anathemate defixi.

(c) *Marian. l.23. c.10.*

Provocant impie ad futurum concilium.

Hiſpaniam mutuis prælis atteri.

(d) *Marian. ſup. c.10. Sur. l. annal. 18. c. 10. & Marian. ſup. cap.*

XXI. In Navarra Leonora Fuxenſis materno jure ſceptrum ſibi aſſerebat, ac Vianam oppidum inſigne Nicolai epiſcopi Pampilonenſis opera, ejecto præſidio Caſtellano, cepit (e) Cataloniam major belli turbo quatiebat, ac Renatus Andegavenſis non de illa modo, verum & de aliorum regnorum jure cum Joanne Rege certabat, cujus filius Joannes comparato exercitu, Gallorumque Regis inſtructus auxiliis Barcinonem exeunte auguſto pervenit, collatiſque cum Aragoniis ſignis ipſos acie delevit: Joannes Rex quamquam ſenio affectus oculis caligaret, bellico

(e) *Ibid.*

Joannes Andegavenſis Regis Aragonum copias dejicit.

Gerundenſi obſidione depellitur. XXII.

lico tamen ſpiritu ardebat, nec ſegnius Regina ſuccincta exercitu Joanni ſe opponebat ne latius proferret dominatum illumque Gerundenſem obſidionem ſolvere compulit.

In Belgio inteſtinum bellum inſtauratum eſt, Leodienſes enim, qui in Ludovicum epiſcopum animis ob adminiſtratam improbe ſacram prophanamque rem vehementer commoti erant, educto exercitu Hoyum repentino expugnarunt impetu, ac Ludovicum in fugam egere, in hos deinde Carolus comes arma convertit, eoſque ad Trudonenſe oppidum delevit: promovit poſtea Leodium exercitum, cujus terrore perculſi Leodienſes ſalutem pacti illius imperiis ſe ſubmiſere, egreſſique trecenti numero & eo amplius cives comparato ad commiſerationis ſpectaculum cultu, ſeminudi diſcinctique veniam perduellionis ſupplices ab illo petierunt: qui victis ea pepercit, ut iras in urbis portas, & mœnia, quorum fiducia rebellarant, converterit, eaque deiici juſſerit (a).

(a) *Id. c. 11.*

XXIII. Philippi ducis Burgun. obitus.

Succeſſerat is jam recenter Philippo patri duci Burgundiæ, qui die decima quinta junii obierat (b). Ipſum velut laudibus cumulatiſſimum plerique celebrarunt; inter quos Monſtreletus (c) chronicon ejus elogio clauſit, necnon Belcairus (d) hoc encomio ipſum exornat: *Merita facilitatis ac probitatis ergo Boni cognomen accepit, pauca tributa exigebat, ut non tam principem imperii liberalia atentem, quam patrem familias ex æquo & bono ſuis providentem diceres, aut, ut verius di-*cam, *in eo antiquorum Regum, qui non quid liceret, ſed quid ſe deceret, quidque ſui officii eſſet ſpectantes, regna ſua juſtitia & æquitate moderabantur, expreſſam imaginem cerneres.* Et infra: *Pridie idus junii anno hujus ſæculi LXVII. in lethalem morbum incidit, triduoque graviter conflictatus anno ſuæ ætatis ſexto, & ſeptuageſimo e vita exceſſit. Fuit ea mors acerba ſuis, patriæ exitialis, omnibus luctuoſa, nam inter Chriſtianos principes nemo illi vel juſtitia, vel animi magnitudine præſtabat: ad hunc Galliarum, Hiſpaniarum, majoris Britanniæ, Luſitaniæ Reges, ad hunc Germani, orientaleſque Imperatores, ad hunc Romani Pontifices confugerunt.* Neque illi ſui defuerunt nævi, ſuſceptuſque nothorum grex a Mahumeticæ ſpurcitiæ licentia vitam illius non abfuiſſe oſtendit, & ob molles delitias, quibus erat irretitus, repetita toties de ſacro in Turcas bello gerendo, ſociandoque Pio II. vota ac promiſſa violaſſe, quin potius inteſtina in Galliis conflaſſe bella, rurſumque civilibus diſſenſionibus ſe implicuiſſe vidimus.

Ejus elogium.

(b) *Belcair. op. Meier. in comm. rer. Gallic. dec. 1. l. 2.*

(c) *Monſtr. vol. 3. p. 130. Meyer. id. ib. lib. ann. 17. Naucl. gen. 49. vol. 2. & alii.*

(d) *Belcair. dec. 1. l. 1. n. 18. & l. 2. n. 6.*

Mahumeticam libidinum licentiam ſectari viſus.

Non prætermimus in extrema hujus anni periodo Paulum Pontificem Franciſco de Baucio Adriæ duci S. Catharinæ Senenſis digitum in æde ſacra Adrienſium Prædicatorum collocandum maximi inſtar muneris conceſſiſſe (e). Conſignatum ita eſt diploma. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCDLXVII. XVI. kal. novembris pontificatus noſtri anno III.* [1].

(e) *L. 4. bul. p. 154.*

NOTÆ [1] Cum res in oriente a Turcis in Chriſtianos hoc anno geſtas omiſerit Annaliſta, ſupplendas ex æqualibus ſcriptoribus aggredior. Hoc anno ineunte, februario menſe, Raguſæi cum Turcum adverſarium diutius ferre non poſſent, convenerunt tandem cum illo, ut annuum vectigal ducatorum 15000. ſolventes quieti dimitterentur. Narrat hæc author chronici miſcelli Bononienſis. Ex quo bello liberatus Turca claſſem triremium 100. & navium totidem ingenti molimine Conſtantinopoli inſtruxit. Id vero ceu belli in ſe ſuſcipiendi indicium accipientes Veneti claſſem pariter triremibus navibuſque inſtructam apparatunt, ut Euboeam, & Græcas imperii ſui urbes defenderent, quam claſſem Victori Capellio crediderunt. Sed duce illo II. id. martias fatis functo, Jacobus Lauredanus ſubſtitutus fuit. Hæc omnia Chriſtophorus a Soldo coævus author in hiſtoria Brixiana Rer. Ital. to. XXI. Mansi

I. Nurimbergæ celebrati ſolemnes conventus.

(a) Crantz. Vand. l. 12. c. 37.

INeunte anno humanæ ſalutis poſt millesimum quadringenteſimum ſexageſimo octavo indictione prima die epiphaniæ ſacro Germanici imperii ordinum conventus ſolemnes qui anno ſuperiori indicti fuerant, pro tuenda religione, ac republica Christiana Nurembergæ celebrati (a) fuerunt. Oppugnabatur illa externis interniſque hoſtibus; nam Georgius Bohemiæ tyrannus, quem ad firmandam arreptam regiam dignitatem Calliſto pollicitum vidimus, cruceſignata vexilla Turcico illaturum imperio, in crudelem fidei catholicæ hoſtem deſciverat, tum conferendæ erant in unum Christianorum principum vires, ut religioſa expeditio in Mahometem Macedoniam, ac Peloponeſum vaſtantem, Vitalis Cardinalis legati potiſſimum opera, conficeretur. Plurima maximi momenti in iis cœtibus agitata, quæ dein fuiſſe diſſipata, refert Krantzius (b).

Actum in iis de Turcica expeditione conficienda.

(b) Id. ib.

Cæterum in iis decretum, pacandam prius Germaniam, quam ex ea cruceſignatus exercitus educeretur: pacemque a Friderico in annos quinque imperiali ſanctione indictam univerſæ Germaniæ ex Pontificiis literis (c) conſtat. Ad firmandam porro eam concordiam Paulus cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas illam violaturis propoſuit, ut mutuo fœdere conjuncti catholici adverſus impios majores vires colligerent: cumque internus hoſtis Georgius Podiebratius Huſſitarum ſignifer opprimendus videretur, munus imposuit (d) Laurentio Rovarellæ epiſcopo Ferrarienſi, ut fideles ad crucis ſigna contra Bohemos hæreticos vocaret.

(c) Paul. II. l. 2. p. 26. & p. 54.

(d) Sup. p. 26.

Georgium ob hæreſim exauctoratum evertere nititur Pont.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi referendario ac domeſtico, nuntio, & oratori noſtro.

II. Opprimere catholicos proceres contendis Georgius.

Quia ipſe perfidiſſimus hæreſiarcha in profundum malorum omnium deſcendens in tantam præſumptionis inſaniam prolapſus eſt, ut coacto hæreticorum exercitu non ſolum catholicos regni barones, ac populos, verum etiam vicinarum provinciarum fideles ſuæ tyrannidi ſubjugare molitur & nititur, neceſſarium cenſuimus ad hanc peſtem eliminandam, & perfidiam altera armorum vim, & numeroſum catholicorum exercitum, etiam cum omni poteſtate, ac ſeveritate eccleſiaſtica procedere ad perſonam tuam direximus oculos noſtræ mentis, quam in agendis præditam, & in arduis noſtris, ac Romanæ eccleſiæ negotiis magna experientia comprobatam, & literarum doctrinis eminentem cognovimus, de eadem ſummentes in Domino fiduciam, & infra, *ad univerſam Germaniam, ſingulaſque ejus provincias, civitates, terras, oppida, & loca pro hac & fidei cauſa dictæ ſedis, ac noſtrum nuntium, & oratorem cum plena poteſtate legati de latere transmittendum duximus.*

III.

Tu igitur munus hoc pro Dei honore, & noſtro, ac ſedis Apoſtolicæ reverentia prompta devotione ſuſcipiens, juxta prudentiam tibi a Deo datam rebus in diſcriminibus poſitis providere, & opportune conſulere, & ſtrenue exequi non differas quæ neceſſaria, & expedientia cognoveris. Nos autem, ut fructus, quem in futurum expectamus, quantocius eveniat tibi, quibuſcumque neceſſariis concluſionibus ad effectum hujuſmodi ſanctæ expeditionis habitis vel habendis authoritatem & decretum interponendi ac pacem, quæ ut accepimus, in Nurembergenſi dieta noviſſime celebrata, & per chariſſimum in Christo filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum in univerſa Germania quinquennio durante imperiali banno indicta, & ſub interminatione cenſurarum eccleſiaſticarum noſtro, & Eccleſiæ nomine confirmata extitit, ab omnibus obſervari faciendi & mandandi, etiamſi opus fuerit cum exaggeratione cenſurarum, excitandique præterea fideles, ac catholicos Germaniæ principes, & populos, ut adverſus nefandiſſimum Georgium, & hæreticos prædictos pro defenſione fidei, pro ſalute patriæ, pro tuitione propria cujuſque & ſuorum omnium ſe ardenter opponant, & illos exterminare, ac delere procurent; inſuper cruciatam contra hujuſmodi hæreticos prædicandi, & ab aliis prædicari faciendi, & cruceſignatis contra eoſdem hæreticos pugnantibus, vel ad id contribuentibus non ſolum ſemel in vita, ſed & in mortis articulo juxta ordinationem tuæ fraternitatis, ut indulgentiam plenariam conſequantur, concedendi, & infra, *tenore præſentium facultatem, licentiam & authoritatem concedimus & impertimur, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCDLXVIII. xi. kal. maii pontificatus noſtri anno IV.*

Juſſus legatus Germanos Nurembergæ congregatos in Georgium concitare.

IV. Monitus a Freder. Georgius regnum ob hæreſim ad Imp. devolutum. In Auſtriam irrumpit.

(e) Crantz. hiſt. Wand. l. 12. c. 39.

(f) Paul. l. 5. pag. 235.

Urgebat graviſſima inferendi Georgio belli cauſa, neque enim ille apoſtolica damnatus ſententia pertinaciam poſuerat, ſed novas catholicis inferre clades non deſiſtebat. Et quidem narrat Crantzius (e) illum a Friderico Auguſto monitum, ut ſe exutum Bohemico ſceptro ob hæreſim agnoſceret, regnique imperii vectigalis jus ad Imperatorem, ut legitimum ſucceſſorem devolutum, utque Romanæ eccleſiæ pareret; at illum ob hæc accenſum ira in Auſtriam exercitum immiſiſſe: ad quem coercendum merito Pontifex Germanos in ſacra arma hoc diplomate concitavit (f).

Ad futuram rei memoriam.

Quoniam idem Georgius in profundum malorum deſcendens in tantam præſumptionis prorupit audaciam, ut hæreticorum coacto

exer-

exercitu non ſolum catholicos Bohemiæ principes, barones, & populos ad ſuos errores deducere, verum etiam vicinarum provinciarum, & potiſſimum inclytæ, ac devotiſſimæ nationis Germanicæ civitates, & loca infenſis armis invadere præſumit, & in ejuſdem nationis ignominiam maximam, & contemptum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, cui fidelitatis præſtiterat juramentum, bellum inferre, illiuſque, & nationis præfatæ dominia, civitates, terras, & loca invadere, oppugnare, & depopulari molitur, ac nititur. Nos attendentes quod, niſi ipſius inſaniæ & armato furori vi & armis occurratur, ejuſdem ac aliorum damnatæ ſectæ hæreticorum venenum in dies magis ſerpere poterit, & finitimas inficere, aut potentia, aſtu, & dolis Georgii hæreſiarchæ nefandiſſimi nationes, & populi tyrannidi ejus, quod abſit, ſubiici poſſent, & conculcari, ſicuti ſe idem Georgius efficere gloriatus fuit, & adhuc jactare ſe non deſinit. Neceſſarium itaque fore cenſuimus, ut cæteri Chriſti fideles, & præcipue ejuſdem Germanicæ nationis, qui magis periculo vicini ſunt, excitentur adverſus hujuſmodi fidei catholicæ perfidiſſimos hoſtes, ut arma pro defenſione fidei, pro ſalute propria, pro tuitione inclytæ nationis Germanicæ, & aliarum finitimarum partium aſſumant ad eliminandam hujuſmodi peſtiferam hæreſim, & Georgium memoratum, ac ſequaces ejus exterminandos, ad quod faciendum fidei ardore concitati eo vehementius tantæ præſumptionis audaciam reprimere, & contundere debent quoad id conſpiciunt neceſſitate & urgentibus periculis etiam juxta canonicas ſanctiones ſe eſſe aſtrictos: carere enim non videntur ſcrupulo ſocietatis occultæ, ſi huic tam manifeſto facinori deſinunt obviare: & fovere videtur, qui negligit cohibere perverſos; culpamque proculdubio contrahit qui negligit emendare cum poſſit: & in proverbiis: qui potuit hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit, &c. Addit ſe ad fideles in arma ſacra pro tuenda religione concitandos indulgentiarum præmia proponere iis, qui religioſæ militiæ ſe addixerint, ſtipemve ad tolerandos bellicos ſumptus contulerint, ac ſacerdotibus

Propoſitæ in eum arma diſtrictis indulgentiæ.

cenſurarum nexu eos, qui ob atrocia flagitia ſacrorum uſu mulctati fuerint, ac ſacram expeditionem opera ſumptuve promoverint ſolvendi poteſtatem elargitur. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXVIII. XIII. kal. maii pontificatus noſtri anno IV.*

VI. Lapſis aute paucis diebus, cum cœnæ dominicæ ſacra recurrerent, perculſus anathemate fuerat Georgius, ejuſque filius Victorinus ob hæreſim, ſpretaque apoſtolica imperia, tum Joannes Rochizana, & Georgius Hamburgenſis eadem ſententia damnati. Denique in eos, qui

hæreticis ferrent ſubſidia hæc lata ſententia (a): *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis aut præeminentiæ exiſtant, etiamſi pontificali, regali, reginali, aut quavis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui perfidis hæreticis Vvicleffiſtis, qui in hujuſmodi damnata Vvicleffiſtarum hæreſi pertinaciter permanſerunt arma, equos, ferrum, plumbum, legumina, ſal, oleum, vinum, veſtes, victualia, & alia quæcumque ad uſum hominum pertinentia, aut quævis alia præſidia publice vel occulte ſubminiſtrant, ac per ſe vel ſubditos ſuos afferri faciunt vel permittunt. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCDLXVIII. XVIII. kal. maii pontificatus noſtri anno IV.*

(a) Paul. l. 2. bull. pag. 21.

Ferentes opem hæreticis deſixi anathemate.

Gerebat ſe Rochizana pro deſignato Pragenſi archiepiſcopo, cumque Huſſitico veneno eſſet infectus, jam ante Pii II. juſſu a Fantino Dalmata apoſtolico internuntio adminiſtratione Pragenſis eccleſiæ interdictus fuerat (b), ipſe tamen obduruerat in ſcelere, ac præterea Georgio ob impietatem bellis vexato conſuluiſſe refert Dubravius (c), ut monaſterium S. Crucis in veteri Pragenſi urbe ſitum pretioſiſſimis theſauris ſpoliaret, eoque lucro delinitum tyrannum non illud modo, ſed aliorum etiam monaſteriorum ſacram gazam expilaſſe, ut partim illam ſectatoribus donaret, partim ingentes opes cumularet. Verum impius Rochizana, qui Georgii armis fretus humanæ vindictæ illudere putabat, divinam non evaſit: quippe de eo hæc tradit hiſtoriæ Michovias (d).

VII. Monaſteriorum gazæ expilatæ a Georgio.

(b) Dubrav. Bohem. hiſt. l. 30.

(c) Id. ib.

(d) Michov. l. 4. c. 68.

VIII. Divina ultione percuſſus Rochizana.

Joannes Rochizana Bohemicæ hæreſis vortex, & auriga doloſus, ſubita paralyſi percuſſus apud Pragam loquendi uſum amiſit, juſtiſſimo Dei judicio, ut qui linguam ſceleratiſſimam hæreſim extulit, & prædicavit, lingua languidata puniretur. Porro Georgium graviſſima ſibi & poſteris mala, tum Bohemiæ clades ob auſcultatum nefarium hæreſiarcham acceſſiviſſe, indicat his verbis Coclæus (e): *In dies deterior cœpit fieri conditio, & fortuna fortiſſimi aliquin, & rei militaris peritiſſimi viri Regis Georgii propter hæreſim Huſſitarum, quam pro catholica tenebat a Rochizana perſuaſus, non enim ſolummodo epiſcopus Vratiſlavienſis, & Olomucenſis eorum capitula, ſed etiam magnæ & multæ civitates Sleſiæ, Moraviæque, & Luzatiæ, ac plerique duces, & barones ab eo ad Regem Hungariæ, quem & Papa & Imperatoris authoritate pro vero & legitimo Bohemiæ Rege agnoſcebant, defecerant.*

(e) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12.

Maximis malis ob eum auditum ſe immerſit Georg.

Matthias Rex Ung. catholicorum patrocinium ſuſcepit adverſus Georg.

IX. Suſceptum quidam a Matthia Pannoniæ Rege adverſus Georgium religionis orthodoxorumque Bohemorum patrocinium hoc anno, ex Jacobo Cardinale Papienſi (f), atque hiſtoricis (g) patet. Delatum ſane

(f) Papien. ep. 265.

(g) Bonfin. dec. 4. l. 2. Michov. l. 4. c. 68. Crom. l. 27. Crantz. Vand. l. 12. c. 39. Dubrav. l. 20. & alii.

jam antea ſceptrum Bohemicum Regi Poloniæ fuerat a fœderatis catholicis, preceſque legati apoſtolici acceſſerant; ſed cum orthodoxorum cauſam ſub Georgii bellicis artibus egregie inſtructi potentia ſuccubituram ambigeret, nectebat moras, donec inclinantem in alterutram partem victoriam ſequeretur, ut refert Cromerus: cum vero ita proderet rem catholicam, & fideles Bohemos cum Romana eccleſia ſentientes Georgii immanitati exponeret, neque jus hereditarium ſibi vellet armis aſſerere, catholici alium principem optandum cenſuerunt, qui ipſos ab impietate tyrannideque Georgii vindicaret. [t]

Cur exciderit Polonus jure hæreditario.

X. Cæſar cum Hungaro paciſcitur de regno imperii beneficiario.

Acceſſit imperium Romani Pontificis, ad quem excindendæ hæreſeos cura ſpectabat, ac latæ tanta æquitate ſententiæ ad exitum perducendæ neceſſitas: neque etiam defuit Imperatoris authoritas, qui cum ob ſupremum in Bohemiam beneficiarium dominatum, jam damnato Georgio, de eo regno decernendi jus ad ſe ſpectare contenderet, nec viribus ad illud ſibi comparandum polleret, ita cum Matthia Rege pactus eſt (a), ut ſi nullos ſuciperet liberos, Hungariæ Bohemiæque regna Auſtriacæ ſtirpi transfunderet. Æquiſſimum etiam erat, ut Matthias, qui epiſcopos Hungaros ad Georgium regia inunctione ſacrandum miſerat, juriſjurandi de colendis Romanæ eccleſiæ ritibus & imperiis, tum hæreſis ex Bohemia abolendæ violati a Georgio ultor fieret, divinæque potius majeſtati, quam Georgio ob affinitatem obnoxium ſe agnoſceret. Hortatu vero Pauli II. potiſſimum ſacrum illud in hæreticos bellum ſuſcepiſſe Matthiam ipſum ex hiſce Jacobi Cardinalis Papienſis (b), ad eundem Pontificem datis ea de re literis conſtat.

(a) Cocl. Hiſt. Huſſ. l. 12.

(b) Papien. ep. 265.

Legens ego hodie, beatiſſime Paule, exempla duo literarum vere Chriſtianiſſimi Regis Hungariæ ad me miſſa ex urbe quibus ad propulſandam Dei injuriam obſtinatiſſimo Bohemo bellum indixit, elevavi ad cœlum oculos, & manus, & pietati ſuæ gratias egi, quod tandem reſpexit nos, & in ſpem ſalutis erexit, & ſuſcitavit ſpiritum Danielis, qui contriturus ſit ſerbanam ſub pedibus noſtris inde calamum ſumens congratulandum duxi clementiæ veſtræ, quæ apoſtolica virga vas confregit inutile & ſecuri miniſterii ſui excidit infructiferam arborem, damnans poſt multam patientiam, quod multo ante erat damnandum. Gratulor igitur quantum Chriſtiano homini, & ſacerdoti, & Cardinali Romanæ ſedis eſt gratulandum. Fides beatitudinis veſtræ, & labor in hac cauſa continuus refrigerium hoc jam merebantur. Memini die lata ſententia beatitudinem veſtram in frequenti conſiſtorio dixiſſe, non videre ſe executorem tanti judicii, ſed futurum aliquando vindicem Deum, atque ejus ſpe magis, quam hominum eam damnationem ingreſſum: non fruſtrata eſt ſua expectatione ſanctitas veſtra: accipit fructum religioſæ fiduciæ, ſentitque propheticum illud impleri. Prope eſt Dominus invocantibus eum invocantibus eum in veritate, &c. Pientiæ XVI. julii. Hujus nimirum anni, ut ex aſcripta ſuperiori epiſtolæ die, aliiſque argumentis perſpicuum fit.

Pontificis ſententiæ vindex non defuit.

XI.

Indicto igitur Georgio Podiebratio bello, poſtquam ſibi fœdere junxit Fridericum Imperatorem, Caſimirum quoque Regem Poloniæ ſibi devincire Matthias conatus (c) eſt, adhibito interprete Protaſio epiſcopo Olomucenſi, qui licet affinitate cum Georgio eſſet devinctus, religionem tamen tyranni gratia, privatiſve commodis potiorem habebat, atque ideo Georgium abjecerat poſtquam omnia, ut ipſum in rectum fidei revocaret tramitem; fuit expertus (d): de quo memorat Dubravius (e) ſapientiſſimam vocem ad Georgium, cum ille ad hæreſeos infamiam detergendam, & catholicos in fraudem trahendos jactitaret dicturum ſe cauſam, fideique ſuæ redditurum rationem ubi Pontifex tutum ipſi & idoneum locum conſtituiſſet: *Quid ages*, inquit, *o Rex, utrum de fide docere, an doceri cupis? primum valde præpoſterum, ut doctores partes inter doctiſſimos ille ſuſcipiat, qui ſit literarum omnium ignarus; alterum etiam*

(c) Crom. hiſt. Pol. l. 27.

Protaſius Olomuc. epiſc. religionem Georgii conſanguinitati præfert.

(d) Id. ib.

(e) Dubr. l. 30.

Ejuſdem ad Georgium graviſſima monita.

NOTÆ [t] IN Spicilegio Dacherii to. III. pag. 830. nov. edit. extat epiſtola Podiebratii regis Bohemiæ ad Matthiam Hungariæ regem, qua ſequeſtrem illum conſtituit apud Romanum pontificem ut in loco apto, *in loco competenti* audire ſe cauſam ſuam peroraturum velit. Datæ ſunt literæ illæ die 28. julii; ſed annus ea codicis vetuſtate eraſus deeſt, Dacherius, neſcio qua perſuaſus conjectura annum 1468. in extrema libri ora ſupplevit. Verum aliam plane chronologiam aſſignandam epiſtolæ multa ſuadent; ac illud præſertim, quod ex literis illis intelligimus cauſam illam nondum Romæ agitari deſiiſſe, eo tantummodo excepto, quod lite adhuc pendente pontifex obligatam ſacramento fidem erga Podiebratium Bohemis remiſerit, ac regio omni jure eidem interdixerit. Sententia vero de hæreſis crimine, quæ caput erat cauſæ, nulla adhuc lata erat, ut ea literis conſtat. Cum igitur anno 1466. decembri menſe, Podiebratius judicio pontificis hæreticus pronunciatus fuerit, ut ex annalibus ibidem conſtat; hinc conſtare pariter arbitror literas illas ſerius anno 1466. conſignari non potuiſſe. Viciſſim autem anno 1465. auguſto menſe, cauſæ ejus regis cognoſcendæ judices aſſignati ſunt a pontifice cardinales tres, de quibus in iiſdem literis, & nos ex illis in nota ad A. 1466. 27. Literæ igitur, in quibus de incepta eadem cauſa agitur, inſcriptæ die 28. julii; nonniſi ad julium menſem anni 1466. pertinent. MANSI

tiam abſurdum, Regem Chriſtiano more unctum, ætate ingraveſcente primum imbui velle Chriſtianæ religionis elementis? Tertium reſtat, ut dicas, tui expurgandi cauſa te ſapere, ut publice audiares. Quid his opus verbis? ſatis ſuperque ab omni infamia purgatus eris, ſi reipſa obedientiam promiſſam Romano Pontifici Romanæque eccleſiæ præſtiteris, quam nullus hactenus Regem ſuperavit, nec unquam ſuperabit.

XII. Is ergo religione, & ſapientia inſignis præſul, cum a Matthia ad Regem Poloniæ orator veniſſet, illum ad conjungenda in Bohemos hæreticos arma hortatus eſt (*a*): ex arcano vero perſuadere anniſus eſt, ut fœdus cum Friderico Imperatore & Matthia Rege nova affinitate confirmaret; collocatis in matrimonio Maximiliano & Matthiæ recenter viduo duabus filiabus natu maximis, ea enim ratione amplificaturum magis rem ſuam, aſſenſuros enim hos principes, ut ſi carerent liberis, Pannoniæ ac Bohemiæ regna ad ipſius filios ita pervenirent. Cum hæc ad ſuos retuliſſet Caſimirus, intellecto Matthiæ cum Imperatore fœdere, exitiale rei Chriſtianæ ingentiſque belli faces injecturum, conſilium ſecutus reſpondit, nunquam ſe jure ad regnum Bohemicum ſive hereditario ſive ab ipſis Bohemis catholicis delato abdicaſſe, ac ſi quis interea id regnum affectaret, ipſum rem non impune laturum; denique obtendens ſibi a Matthia in Scepuſienſi provincia atque in Walachia irrogatam injuriam, cum eo jungere affinitatem detractavit. Acceſſere ea hujuſmodi diſſenſione animi hæreticis, qui de ſua deque Huſſitica hæreſi actum omnino videbant, ſi Caſimirus aliorum Regum fœderi aſſenſiſſet; quocirca & Georgius miſſo oratore Alberto Coſtka Poſtupicio promiſſo uni ex ipſius filiis Bohemico ſceptro permulſit (*b*): in tot quippe tantaſque anguſtias adductus erat, ut etiam liberos ſuos regnandi ſpe ejiceret. Et hi fuere hæreſeos fructus acerbiſſimi, repenteque detumuere elati illi ſpiritus, quibus ſibi ingentes de catholicis triumphos augurabatur.

(*a*) Crom. l. 27.
Rogatus Polonus ut Maximiliano & Matthiæ filias collocet.

Reſpuit affinitatem Ungari.

Demulcetur a Georgio ſpe regni in ipſius filium transferendi.
(*b*) *Id. ib.*
Georg. regni ſpe filios abdicare cogitur.

XIII. Immiſerat Georgius (*c*) ſub anni initio, ut ſupra indicavimus, Victorinum filium, cum exercitu in Auſtriam, iſque regionem populatus monaſterium Pulger operibus munitionibuſque ſepiverat, ſed cum auxiliaria quatuordecim Hungarorum crucesignatorum millia imminerent (*d*), in Moraviam fuga ſe proripere coactus eſt: quem mox Matthias in itinere ſecutus ad prælium compulit, in quo plures Bohemi cecidere. Ad Lavam urbem, quæ Morava fluvio perluitur, ex adverſa ripa Georgius occurrit, variiſque artibus Matthiam ſubornare niſus eſt, ut pacem cum ipſo conficeret: ſed hanc Laurentius epiſcopus Ferrarienſis nuntius apoſtolicus, ac ſociales orthodoxi Bohemi in conſtantia confirmarunt (*e*), ne homini hæretico, cujus perfidiæ tot monumenta extarent, fideret. Demum cum Georgius diutius exercitum ſuſtentare non poſſet, recipere ſe in Bohemiam coactus eſt. Victorinus autem ejus filius Trebyozum profectus eſt, præſidiaque varia ad arces communiendas diſtribuit: quod ubi reſcivit Matthias motis ad Trebyozum caſtris ſuburbana ſuccendit, tantumque excitatum incendium eſt, ut urbem abſumpſerit. Horrebat metu in arce Victorinus, cum opportunis ſuppetiis adjutus ex ea fuga (*f*) ſibi conſuluit: reſtituta deinde arx eſt Matthiæ, ejuſque in fidem ac poteſtatem venit Bruna urbs nobiliſſima, eundemque cupidiſſime excepit Olomuca provinciæ metropolis: quarum exemplum pleræque urbes, & arces ſecutæ ſunt.

(*c*) *Mich. l. 4. c. 68.*
Victorinus Georgii filius Auſtria pulſus.
(*d*) *Cranz. hiſt. Vvandal. l. 12. c. 37.*
(*e*) *Id. ib. Michov. l. ſup. c. 68. Bonfin. dec. 4. l. 2. & alii.*
(*f*) *Mich. ſup. c. 68. Bonfin. dec. 4. l. 2.*

XIV. His jacturis territus Georgius, mole corporis valens, fictæ erga populos cædibus expoſitos commiſerationis ſpecie Matthiam in certamen ſingulare anguſto in loco provocavit (*g*): cui ille reſpondit non privati hominis, ſed principis more equeſtri certamine ſe pugnaturum in campo. Demum amiſſa Moravia Georgius plenus ignominiis abſcedere coactus eſt: quos felices ſucceſſus exeunte hoc anno partos præter alios Jacobus Cardinalis Papienſis (*h*), datis proximo anno literis ad prædictum Ferrarienſem epiſcopum nuntium apoſtolicum, celebrat: *Video*, inquit, *jacta jam eſſe fundamenta noſtræ ſalutis, & ſathanæ ſynagogam in ruinam converſam: Ceſſit qui cedentes perſecuturum ſe judicabat*, nimirum Georgius Podiebrarius, *amiſit multa, cui exploratum erat cuncta diripere, quique etiam & re militari, & bellatoribus neminem ſibi parem arbitrabatur, viſtai Regis virtute inanem opinionem ſuam agnovit, implevit Dominus faciem ejus ignominia, obſcuravit oculos ſuos ne videat, & facta ſunt hæreticorum via tenebræ, & lubricum, & angelus Domini perſequens eos. Non videbamus antea miniſtrum judicii noſtri, timebantur multa a multis mala: perfidi hominis metus: malus animus ad fraudem ſemper intentus nos perterrebat: de vicinis quoque Germanis erat vehemens ſuſpicio, ne vel ſtudio partium, vel odia cauſa rationem omnem inchoati operis frangerent. Ecce ſublata ſunt omnia primo aditu belli, & manus Domini eſt nobiſcum. Laudandus æternis Eccleſiæ præconiis Matthias Rex Hungarorum, qui ſancta patris monita accipiens arma ſine cunctatione intulit, hoſtemque in fugam verſum magna parte male poſſeſſi regni privavit: laudandus & tu, præſul digniſſime, cujus forte miniſterio comparata brevi hæc ſunt, &c. Dat. Romæ v. februarii MCCCCLXVII.* At de his inferius ſuo loco, nunc Italicæ res orationem ad ſe vocant.

(*g*) *Id. ib.*
(*h*) *Ranzan. ind. 33. Thuroc. in chro. c. 66. Naucl. gener. 49. vol. 2. Michov. Bonfin. Cromer Crantz. & Dubr. ubi ſup.*
Plures urbes a Matthia Georgio ereptæ.

Se-

Sedatum hoc anno eſt Etruſcum bellum Pauli II. Pontificis diligentia, ut Bartholomæus Coleo communibus fœderatorum principum ſtipendiis conductus arma adverſus Turcas verteret, qua de re hoc diploma (a) a Paulo, concordiam apoſtolica auctoritate imperante, editum eſt.

(a) *Ext. in MS. Vallic. ſign. lit. B. n. 19. pag. 43.*

Decreta in Turcas a Paul. II. expeditio.

Ad futuram rei memoriam.

Ut liberius juſtiſſimum bellum contra ipſos infideles, & crucis ſacratiſſimæ ſpurciſſimos hoſtes per ſanctæ recordationis prædeceſſores noſtros jam dudum ſuſceptum, indictum, & publicatum, quantum vires noſtræ patiuntur, proſequi poſſimus, & effrænatam eorum rabiem, impioſque arcere conatus, quemadmodum pro ipſius Salvatoris gloria, & cunctorum quiete fidelium præ cunctis aliis rebus in noſtræ mentis conſideratione ſemper habuimus, opportune providere cupientes, & pacem inter univerſos Chriſticolas componendam, compoſitam vero tuendam, & conſervandam, permittenteque Altiſſimo, ad effuſi ſanguinis Chriſtianorum, ipſiuſque Dei noſtri injurias propulſandas, Chriſticolas omnes, & in primis Italiam ipſam inhabitantes veluti propinquiores hoſtibus prædictis excitare atque impellere, quantum paſtorali dignitati liceat, affectuoſiſſime properavimus. Qua quidem in re, quid hactenus egerimus, quos Reges, & principes, quos potentatus præſertim ipſius Italiæ convocaverimus, quæ & quanta eis curaverimus ſuadere, quo inſuper animo, qua diligentia, omni alio intermiſſo negotio, ad rem hanc dumtaxat componendam intenti fuerimus, quæ & qualia nos ipſi primo obtulerimus, & non ſolum publicatione, ſed promiſſione efficaci ad effectum uſque perducta Eccleſiæ pecunias, facultates, & bona Chriſtianis ad cohibendam Turcorum eorundem rabiem obſtinatam ultro ſolverimus exhibuerimuſque, quas denique legationes ad eoſdem Reges principes, potentatus, atque dominia, ad diverſas mundi partes, & extra Italiam, non ſine maximis ſumptibus, duxerimus deſtinandas, quantumve in pace prædicta conſervanda, atque illius fœderibus in omnium Italorum partibus renovandis reſarciendiſque inſudaverimus, ac legatis, nunciis, litteris, & exhortationibus eos, quos præmiſſa concernebant, ſtuduerimus commonere, aliorum ſit enarrare: quæ omnia tanquam notiſſima prætermittimus, ne oſtentationi, ſed utilitati & unitati gregis dominici inſiſtere videamur.

Novata ab eodem opera pro conciliandis Regibus & principibus.

XVI. *Sed quoniam humani generis hoſtis zizania ſator eo magis ſi ad obſiſtendum glorioſis rebus geſtis gerendiſve ſolet attingere, quo ferventius Dei populus fideleſque catholici res ſaluberrimas amplectuntur, ſoletque ſuperna providentia diſpoſitio interdum, ad probationem conſtantiæ & firmitatis credentium ipſorumque profectum permittere, quod tumidus aliquantiſper prævaleat hoſtis, ſuperetque fideles, ut tandem elatus inaniter in ſuperbiam corruat, & ſuperatus ſuæ divinitatis potentia penitus confundatur, ipſique ſoli Deo vivo & vero ſit gloria, ac populi Domini hereditas ejus una cum principibus ſuis ſuperna beneficia recognoſcant, illiuſque potentiæ, non propriæ virtuti victoriæ decus attribuant, & propterea hæc, quæ ſummo optabamus affectu, huc uſque nequiverimus adimplere, de unanimi conſenſu potentatuum prædictorum, attendentes quod magnitudo periculi, quod occaſione ipſorum infidelium Chriſtianæ reipublicæ apertiſſime imminet, diſſidentibus inter ſe Italiæ cæteris principibus, & populis Chriſtianorum perſuaderi non poteſt, quod durante bello Italico nationum principes aliarum ullum ſint veriſimiliter ſubſidium allaturi, opitulante Altiſſimo ad renovanda, roboranda, & ſi qua forte dubietas, ſi quis ſcrupulus inde emerſerit reintegranda nationis Italicæ pacis, & unionis fœdera eo enixius aſpiramus, quo per plures potentatuum ejuſdem nationis legati apud nos pro hac re diuturno tempore tuſtiterunt & ad noſtrum paſtorale officium pertinet diſſidentibus Chriſtianis populis pacem indicere, pacem præferre, & prædicare, atque ſuperna nobis in hac parte poteſtate conceſſa illa obſervari facere, & tueri, juxta illud, quod inter cætera in Deuteronomio præcepit Altiſſimus, ut ſi quid difficile, & ambiguum foret in cauſis, & dubiis judiciis faciendis quiſque a ſacerdotibus poſtularet, & quæ illi dicerent proculdubio facerent, nulliſque ſuperbire liceret, aut ſacerdotis imperio eo tempore, quo miniſtraret, ſub pœnis graviſſimis contraire, & quod in canone Agathenſis concilii legitur exaratum, quod ſi diſſidentes inter ſe ad pacem revocari diuturna obſtinatione nequirent, a ſacerdotibus civitatis argui oportere primum; qui ſi inimicitias deponere perniciosa intentione contemnerent, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellerentur, in ipſo pacis authore ſperantes indubie, quod filii prudentes illius eruditionis evangelicæ, qua Dominus dicit:* Qui vos audit, me audit, *nequaquam immemores paſtoris ſue præcipui vocem intelligentes, ad evitandum calamitates & pericula hujuſcemodi atque majora, & ut bona plurima, ad quæ omnis noſtra aſpirat intentio, ſubſequantur, pacem pronis animis amplectentur, cum juxta B. Cypriani ſententiam nemo poſſit Deum habere placatum, qui cum fratribus non pacem, ſed zeli diſcordiam habet, necnon obedientiam debitam noſtris, immo verius dominicis monitis, & mandatis ſaluberrimis utilitatem ipſorum præcipue & commoda concernentibus, exhibebunt, & in hoc etiam arduo difficilique negotio expeditionis prædictæ ſingularem illam devotionem, & fidei ſinceritatem, qua erga ſacroſanctam Romanam eccleſiam antedictam, & ſedem Apoſtolicam, ac illi pro tempore præ-*

Obfuere plurimum Italicæ diſcordiæ.

Componendis iis incumbit Paulus.

Controverſiarum difficillimarum deciſio ſpectat ad Pont.

Deo gratus eſſe nequit qui cum fratribus exercet inimicitias.

den-

ſidentem antiſtitem habuerant, experimento noviſſimo comprobabunt, tandem legatis omnibus potentatuum prædictorum apud nos longo tempore agentibus, ac ſæpenumero cum omni charitate auditis, poſt multos varioſque tractatus præmiſſorum occaſione peractos, ac ſuper his habitum, & ſæpius repetitam deliberationem maturam cum venerabilibus fratribus noſtris ejuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus nobiſcum una provide conſiderantibus, neceſſariam atque expediens fore ad cohibendos Turcorum conatus prædictos, qui peccatis facientibus augeri videntur in dies: vota multorum Regum, principum, & potentatuum quod non aliter niſi pacata, ut præfertur Italia hoc communi periculo ſunt auxilia præbituri, in unam convenire ſententiam unicam plurimorum potentiam efficere, vireſque fidelium pro experientia præmiſſorum unanimiter experiri oportere, omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & totius cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia pro gerendorum ſubſiſtentia humiliter imploramus, authoritate, deque noſtra & apoſtolica plenitudine poteſtatis inter univerſos Italiæ potentatus & principes, etiamſi regali, vel quavis alia præfulgeant dignitate, & præcipue inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Regem Siciliæ citra pharum Regem illuſtrem, ac dilectos filios nobiles viros Chriſtophorum Maurum Venetorumque dominium, Galeaz Mariam Vicecomitem Mediolani ducem, & communitatem civitatis Florentinæ, ipſorumque Regis, & ducum heredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſiſque adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis eorumdem inviolabiliter obſervandam, & infra triginta dierum ſpatium a publicatione præſentium acceptandam harum ſerie promulgamus, & declaramus, illamque ac etiam unitatem & concordiam perpetuam, omnemque armorum ceſſationem, & a quavis injuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis & ipſorum cuilibet indicimus, nuntiamus, atque injungimus, integram & illæſam volentes, ac etiam decernentes, ipſoſque potentatus, & principes nihilominus in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortantes, eiſque ac dilecto filio Bartholomæo de Pergamo nonnullarum armigerarum gentium capitaneo apoſtolica authoritate mandantes, quatenus pro ejuſdem Salvatoris gloria & honore, ac noſtra & ſedis apoſtolicæ reverentia chriſtianæ reipublicæ, & univerſale bonum privatis commodis anteponere hoſtilia, quæ in alterutros concitata ſunt, arma deponant, & deponi faciant cum effectu, a via facti abſtineant, nec ſe invicem armis neque injuria provocent, ſed Regis pacifici ſe filios, & coheredes eſſe commemorantes Chriſtianam pacem obſervent, fraterna ſe amplectantur charitate, & diligant: repetentes animis, quod ex concordia parvæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur, ac nos, qui etſi cum omnibus Chriſtifidelibus, prout officii noſtri debitum exigit, pacem continuo habuerimus &, annuente Domino, quantum ad nos attinet, ſimus in poſterum habituri, pro majori tamen firmitatis robore, & obſervantia præmiſſorum, continuatione quoque ejuſdem, quam ſemper non partem foventes conſervimus, ſed veluti mediatores, & conſervatores, quemadmodum providum decet paſtorem, procurabimus, ſollicitabimur, tum etiam pro ipſorum potentatuum reputatione, & honore nos ipſos, & ſucceſſores noſtros canonice intrantes Romanos Pontifices cum omnibus vaſallis, vicariis, dominiis, provinciis, civitatibus omnibus, terris & caſtris, ipſarumque communitatibus, univerſitatibus, & ſubditis nobis mediate vel immediate ſubjectis ita in ipſa pace includi volumus, & prout ſingulis de principalioribus potentatibus antedictis includimus, ita etiam nos ejuſdem pacis conſervatores, protectores, & defenſores omnino etiam in poſterum promittimus.

Perpetua pax inter Italos principes indicta.

1467.

Concordiæ inter diſſentientes interpretem ſe fore pollicetur Pont.

XVII. *Ut autem huic, ut ſperamus, acceptæ paci, & concordiæ potiora adjiciamus robora firmitatis, & ipſius perſeverantia cuiuſque procuretur, atque altera, & potiſſima noſtra intentio magnopere ponderanda accelerandave, principalem tenens locum in noſtra mentis arcano ſcilicet Chriſtianorum tuitio, & infidelium humiliatio ſuperborum eorumque ſperata converſio ad Dominum optatum quantocius ſortiatur effectum, inter Ferdinandum Regem, duces, dominium, & communitatem prædictos, necnon dilectum filium nobilem virum Borſium ducem Mutinæ & marchionem Eſtenſem, ac quoſcumque alios principes, civitates, communitates, barones milites, & nobiles totius Italicæ nationis prædictæ, qui infra quinquaginta dies ſimiliter a publicatione præſentium numerandos ſub pace, concordia, unitate & confœderatione hujuſmodi includi voluerint, & veluti concordiæ amatores ſub ipſius pacis amœnitate lætari confœderationem, unionem, intelligentiam & ligam olim inter claræ memoriæ Alfonſum Aragonum, & Siciliæ Regem, quondam Franciſcum Foſcari, & dominium Venetorum, Franciſcum Sfortiam Vicecomitem Mediolani ducem, & communitatem Florentiam prædictos initas ac firmatas, ac per ipſum ducem Mutinæ poſtea acceptatas, & in quibuſdam publicis inſtrumentis in forma capitulorum confectis contentas, authoritate prædicta ex certa ſcientia innovamus, reintegramus, ſtabilimus, & approbamus, ac ipſa confœderationem, unionem, & ligæ fœdera toto tempore in ipſis capitulis deſignato duratura, ſtabilita, ac firmiſſima eſ-*

Veteris concordiæ pactiones redintegrat.

ſe

ſe decrevimus, & non modo a potentatibus atque omnibus aliis, & ſingulis antedictis, ſed & a dictis filiis Senenſis & Lucenſis civitatum communitatibus, necnon quibuſlibet tam noſtris quam aliorum vaſſallis, vicariis, & ſubditis civitatum aliarum communitatibus, proceribus, principibus, baronibus, & nobilibus cujuſcumque, ut præmittitur, eminentiæ, dignitatis, ſtatus, vel conditionis fuerint, infra ſimilium quadraginta dierum ſpatium includendis, & aggregandis, ac infra dictum terminum per documenta publica acceptantibus, quibus & eorum ſingulis honorabilem, & convenientem locum juxta ipſorum qualitates reſervamus, & quos ex nunc prout ex tunc auctoritate, ſcientia, & poteſtate præmiſſis includimus, & incluſos confœderatoſque eſſe declaramus, per præſentes inviolabiliter volumus obſervari; pro cujus rei ſtabilitate, & obſervantia potiori, nos cujus fiducia non in humanis præſidiis, ſed tota conſiſtit in Domino, qui noſtros greſſus pro ſua clementia dirigit, univerſalem Eccleſiam orthodoxam mirum in modum tuetur & protegit, inhærentes prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis, qui ſub ipſo unitatis, & concordiæ inito fœdere bonis reſpectibus, ac ex rationabilibus, & urgentiſſimis cauſis tunc latius explicatis includi voluerunt, uniones, & confœderationes prædictas ratas habentes, & gratas, illas tenore præſentium acceptamus, atque eis munus cœleſtis benedictionis adjicimus, cum inviolabili obſervantia præmiſſorum.

XVIII. Præterea licet præſentis pacis concordiæve conditio, prout in miſericordia Redemptoris noſtri confidimus, univerſo Chriſtianorum cœtui maxima allatura ſit commoda, maximum Chriſtianis omnibus robur, & contra deteſtabiles crucis, & fidei catholicæ everſores auctura ſit animum; hoſtibus vero formidoloſa & illatura terrorem; quia tamen tumidus & inſolens hoſtis prædictus Turcorum dux multarum gentium, quas ſuæ tyrannidi ſubjugavit numeroſitate munitus eſt, ut illis præteritorum ſucceſſuum proſperitate elatus univerſi Chriſtianorum potentatus, & præcipue præſertim ipſius Italicæ nationis eo efficacius eoque validius reſiſtere poſſint, & annuente Domino, gentem perfidam expugnare, atque a finibus Chriſtianorum expellere, pro majori quoque robore & firmitate ipſius pacis Italiæ, utque pro tuitione fidelium aliquod initium præbeatur, eundem Bartholomæum maturi conſilii virum ſtrenuum, & fidelem noſtrum ac ipſorum potentatuum, quemadmodum alias pro reprimendis Turcorum eorundem conatibus tractatum, & expedientiſſimum fore tam a nobis, quam ab oratoribus potentatuum eorundem laudatum extitit, noſtris ac ipſorum communibus ſtipendiis expeditionis hujuſmodi contra Turcos prædictos generalem capitaneum facimus,

Bartholomæus Coleo Italici in Turcam exercitus dux creatus.

& deputamus, ſibi ſtipendia per nos, & potentatus prædictos uſque ad ſummam centum millium florenorum auri in hunc, qui ſequitur, modum perſolvendam conſtituentes, & aſſignantes, videlicet nos, ut aliis præbeamus exemplum in tribus terminis, ſcilicet aprilis, auguſti, & decembris annuatim ſummam florenorum ſimilium decem, & novem millium per cameram apoſtolicam ſupradictis kalendis integre perſolvendam dare, ſolvere, & aſſignare offerimus, & bona fide pollicemur; & ſimiliter præfatus Rex Ferdinandus totidem: dux vero, & dominium Venetorum totidem: Galeaz Sforcia Vicecomes dux Mediolani prædicti totidem; priores libertatis, vexillifer juſtitiæ, & commune ejuſdem civitatis Florentinæ quindecim millium; reliqui vero tres prænominati adhærentes & confœderati novem millium, videlicet duo primi ex ipſis tribus quatuor mille pro quolibet, & communitas civitatis Lucanæ præfatæ millium florenorum ſummas in eiſdem terminis annuatim ſolvere teneantur, ita tamen quod idem Bartholomæus infra quinquaginta dierum ſpatium a notificatione præſentium computandorum communitati Florentinæ prædictæ, vel eorum ſindico Dovadulæ, Mordicanaſi vero, & Bubanum caſtra comitatus noſtri Imolenſis dilecto filio Tadæo de Manfredis civitatis noſtræ Imolenſis in temporalibus generali vicario abſque ulteriori mora diſpendio reſtituant, & reſtitui faciat cum effectu: & inſuper commiſſum ſibi exercitum in Albaniam ſive regiones deputandas ſibi per nos, & potentatus prædictos pro defenſione ejuſdem catholicæ fidei, & inſolentiis infidelium reprimendis trajiciat, ac providi & fideles capitanei more conducere, & alia ad opus fidei acceſſoria, & illius hoſtium profligatione conficere, necnon opus Dei, & ejuſdem fidei abſque fraude, vel dolo prono & obſequenti animo pergere teneatur & debeat, ſicuti conſuevit, cui interim uſque ad præſtitum tempus prædictum pro ſtativis & manſionibus expediendi ſui tripartiti exercitus, & armigerarum gentium prædictarum, videlicet pro perſona ipſius Bartholomæi & una tertia exercitus ſupradicti, Chriſtophori Mauri ducis, & dominium Venetorum prædictorum ultra Padum: pro alia vero ducis Mutinenſis, & marchionis ejuſdem: pro reliqua autem tertia partibus civitatum noſtrarum Forliviı, Ravennatis, & Faventinæ territoria aſſignamus.

Centum millium aureorum ſtipendium illi attributa.

Ut portio pro rata in ſingulos fœderatos dividenda.

Oppida occupata reſtituere Florentinis & Manfredo reſtituenda.

In Albaniam Coleo juſſus traducere.

XIX. Volumus autem, quod idem Bartholomæus per ſe, vel procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, de officio prædicto bene, diligenter, & fideliter exercendo in noſtris, ac aliorum potentatuum prædictorum manibus fidelitatis debitæ corporale teneatur præſtare in forma ſolita juramentum. Cæterum, ut præmiſſa omnia ſingula illibata ſerventur, in virtute ſanctæ obe-

De bello ſtrenue in Turcam gerendo ſacramentum nuncupare.

dientiæ, & ſub anathematis, ac divinæ maledictionis interminatione, ac etiam interdicti ſententiis, cenſuris, & pœnis partibus ipſis, earumque adhærentibus, confœderatis, colligatis, fautoribus, ſequacibus, & etiam colligandis, & confœderandis, atque aliis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, diſtrictius inhibemus, ne pacis, concordiæ, confœderationis, & unitatis fœdera hujuſmodi per ſe, vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, quovis quæſito colore, aut quavis occaſione, vel cauſa violare, turbare, aut eis quovis modo contra facere, ſeu venire præſumant.

XX. Fœdifragis eccleſiaſtica execratio intentata. *Et ſi, quod abſit, quiſquam præmiſſæ noſtræ inhibitionis contemptor, ſive pacis, concordiæ, confœderationis, & unitatis prædictarum temerarius violator extiterit, ſi talia præſumens ſingularis cujuſcumque eminentiæ, aut dignitatis, ut præfertur, vel privata perſona fuerit, majoris excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ ſententias, cenſuras, & pœnas, quas ex nunc prout ex tunc in ipſos violatores, contemptores, atque rebelles ſententialiter fecimus, in his ſcriptis ipſo facto incurrant, a quibus, præterquam per nos, vel ſucceſſores noſtros canonice intrantes, debita tamen prius ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium nequeant obtinere; ipſorum vero regna, & dominia, ducatus, marchionatus, comitatus, civitates, & loca, ac etiam quæcumque alia dominia, civitates, & oppida ſub libertate viventes, eorumque communitates, & univerſitates interdicto in eis ſtrictiſſimo obſervando ſubjaceant, & nihilominus pacis, concordiæ, confœderationis, unionis, & ligæ prædictarum fœdera, quoad reliquos potentatus, & confœderatos illa ſervantes violata minime cenſeantur; ſed contemptore, violatore, & rebelli uno, vel pluribus excluſo, vel excluſis, pax, concordia, confœderatio, unio & liga prædicta quoad alios potentatus, &* Controverſiæ dirimendæ facultas Pontifici reſervata. *confœderatos firmæ, ſtabiles, & illibatæ perdurent juxta præmiſſa, & capitulorum continentiam prædictorum, adjicientes etiam ſupradictis, quod ſi hoſtis antiqui proditores calliditate præmiſſorum occaſione ambiguitatem aliquam ſeu ex verborum ſignificatione, vel alias dubietatis ſcrupulum exoriri contingat forſitan in futurum, nobis & ipſis ſucceſſoribus ſit libera, & plena facultas, pro ipſarum partium quiete, ac pacis, concordiæ, confœderationis, & ligæ prædictarum ſubſiſtentia, & obſervatione firmiori, omnes & ſingulas ambiguitates, & dubia noſtræ declarationis oraculo tollere, & penitus amputare, interque potentatus ipſos differentias, controverſias, & ſimultates ſi, quod abſit, occaſione præmiſſorum emerſerint dirimere, terminare, ac decidere, prout nobis, & eiſdem ſucceſſoribus pro omnium præmiſſorum ſubſiſtentia neceſſarium viſum fuerit, ac etiam opportunum, capitulis ligæ aliàs in ſuo robore permanentibus. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXVII. iv. non. februarii pontificatus noſtri anno iv.*

XXI. Promulgatum eſt hoc diploma (a) ipſo die purificatæ Deiparæ ſacro in eccleſia cui Araceli nomen inditum eſt, ad conciliandam majorem rei authoritatem, a diacono Cardinale ſacro ornatu, & mithra inſignito editiore loco, adſtantibus principum oratoribus, ut juſſa acciperent. Quæ cum ſingulis, quorum intereſſe poterat ordine nuntiata eſſent, Veneti excurrentis conſtituti temporis flexu imperiis apoſtolicis aſſenſere, ac ſocii, nimirum Ferdinandus Rex Neapolitanus, Galeatius dux Mediolanenſis, ac Florentini pacem quidem admiſere, at illius conditiones, quibus auxilia in Turcas, & ſtipendia Bartholomæo Coleoni, ut exercitum in Macedoniam transferret decernebantur, repulere, plurima adverſus Bartholomæum, qui bellum pacatis intuliſſet, ne præmio, ſed pœna afficiendus eſſet, objicientes. Cum ita illi imperata declinarent, eoſque Paulus nunc promiſſis, nunc precibus, nunc (ſi diſſenſiſſent) adhæſurum ſe Venetis minitans, flectere fruſtra tentaſſet, demum labente ſeptuageſima die ab indicto fœdere, quo pertinaces emolliret animos, ut de fœderis legibus ipſimet agerent permiſit: quas ita compoſitas refert Cardinalis Papienſis (b): *Paribus utriusque poſtulationibus pacem ſolam Veneti accepere, cujus quidem hæc fuerunt potiſſima capita, ut alteri alteris irrogatas injurias condonarent: ut ablata omnia intra diem vigeſimum redderentur: utque habenti in Italia dominatum liberum eſſet hanc pacem ſuſcipere, quam ipſo ſuo & eccleſiæ Romanæ nomine pari beneficio acciperet. Dixerant autem eam quoque conditionem, ut ſcribere ad ſuam militiam liceret neminem, qui fuiſſet alterius.*

(a) Card. Papien. comm. l. 4.

Solemni ritu promulgata pax.

Detrectant ſtipendia Colconi in Turcas ituro pendere.

(b) Id. ib.

Novæ pacis leges ſancitæ.

XXII. Hæc quidem deſignata verbo, non vero redacta in publica monumenta, cum appetente feſto die S. Marci evangeliſtæ quem Paulus geſtæ rei publica denunciatione cohoneſtatam cupiebat, in conjunctam eccleſiam illius nomini ſacram ad rem divinam ſolemni pompa peragendam deſcendit, atque ex ſolio Cardinalium, præſulum, & oratorum principum corona cincto repetiit, ut impendente rei Chriſtianæ maximo diſcrimine ex principum Italiæ civili diſcordia, auctaque Turcica tyrannide, pacem inter diſſentientes imperaſſet die purificatæ ſanctiſſimæ Virginis feſto: cum tamen novæ obortæ eſſent difficultates, timereturque ne motus novos ulterior mora pareret, vocatos demum Venetorum, & adverſariorum oratores, quos ampliſſimis ad conficiendam pa-

Diſſideatium principum oratores dextras jungunt. Celebratæ divinæ laudes.

(a) Ext. in cod. mſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 39. p. 47.

pacem ſacros mandatis coarctabat, ad mutuum fœdus & capta bello oppida reſtituenda, injurias & damna condonanda ex initis pactionibus adduxiſſet, ac tum ad hæc firmanda juſſu apoſtolico adverſarum factionum oratores invicem manus & oſcula junxere: ac deinde a Pontifice ad pedis, manus, & oris oſculum admiſſi fuerunt, moxque hymnus cui initium eſt; *Te deum laudamus*, in argumentum lætitiæ decantatus: de quibus omnibus confectæ fuere hæ publicæ tabulæ (a).

In nomine Domini Amen.

XXIII. *Noverint univerſi præſentes pariter, & futuri præſens publicum inſtrumentum pacis Italicæ inſpecturi, viſuri, & audituri quod cum nuper die vigeſimaquinta menſis aprilis proxime præteriti, quæ fuit dies lunæ, & quo feſtum S. Marci evangeliſtæ in Dei Eccleſia celebratum eſt, poſt miſſarum ſolemnia ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus Paulus divina providentia Papa II. ſedens in Apoſtolica ſede in eccleſia ejuſdem S. Marci de urbe,* & infra, *ut etiam cæteræ provinciæ, & nationes Chriſtianorum, quæ diſcordia diſſenſioneſque diviſæ erant, ſuæ ſanctitatis exemplo ad pacem & concordiam inducerentur, authoritate omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia humiliter imploravit, & de ſua & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine inter univerſos Italiæ potentatus, & principes, etiamſi regali, vel quavis alia præfulgerent dignitate, & præcipue inter ſereniſſimum, & invictiſſimum dominum dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, &c. ac ſereniſſimum & excellentiſſimum principem dominum Chriſtophorum Maurum ducem, inclytumque Venetorum dominium, & ſimiliter illuſtriſſimum principem dominum Galeas Mariam Sfortiam Vicecomitem ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque comitem, ac Januæ dominum & illuſtrem & excellentem communitatem Florentinorum, ipſorumque dominorum Regis, ducum, & communitatis heredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſorumque colligatis, adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis, inviolabiliter obſervandam, & infra certi tunc expreſſi temporis ſpatium acceptandam promulgaverit & declaraverit, illamque etiam unitatem & concordiam perpetuam omnemque armorum ceſſationem, & a quavis injuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis, & ipſorum cuilibet indixerit, nunciaverit, & injunxerit, prout in apoſtolicis literis deſuper confectis ſub data Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCDLXVII. IV. non. februarii pontificatus ſui anno IV. quas ipſe eadem die, quæ fuit purificationis B. Mariæ Virginis in eccleſia S. Mariæ de Araceli de urbe ſolemniter publicari fecit, ad quarum tenorem ſe retulit, plenius continetur, & quod cum poſt earumdem literarum publicationem, licet ut diligens paſtor univerſalis Eccleſiæ, ad cujus officium id ſpectat, pro ratificatione & approbatione ſic indictæ pacis ſæpe vigilanter & ſolicite inſtitiſſet, videret tamen propter nonnullas difficultates jam in longum protrahi, ne quid forte ex tanta mora ſiniſtri eveniret aut interea accideret ſeu committeretur, quod eam amplius retardare, difficilioremque reddere poſſet, conſtitutis ante ſuam ſanctitatem, dictorum Regis, ducum, dominii, & communitatis oratoribus, &c.* & infra, *voluerit & eoſdem hortatus fuerit, ut pacem prædictum per contractum, & capitula mutuis ſtipulationibus, ſicut conſuevit fieri, poſtmodum firmandam acceptarent, depoſitis hinc inde odiis, & rancoribus, & remiſſis viciſſim injuriis, & damnorum illatione cum reſtitutione tum caſtrorum, & locorum hinc inde ablatorum, ac ſalvis ſemper & integris manentibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & utriuſque partis in illis vel aliquo ipſorum competentibus.*

Publica de pace confecta monumenta.

Cumque oratores præfati voluntatem, & exhortationes prædictas ob reverentiam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & ſuæ ſanctitatis ſponte reverenterque ſuſcepiſſent vice, & nominibus dictorum dominorum Regis, ducum, dominorum, & communitatis principalium ſuorum eos conſtituentium pacem prædictam ſingula ſingulis referendo emologaverint, ratificaverint, acceptaverint, & approbaverint juxta voluntatem, & exhortationes prædictas ejus ſanctitatis, in ejuſmodique ratificationis, acceptationis, & emologationis inter eos dictis nominibus in fidei ſignum invicem manus porrexerint, & ſimiliter in ſignum pacis ſuſcepta mutua oſcula præbuerint. Hiſque ita peractis ſanctiſſimus dominus noſter præfatus ad firmitatem & robur omnium præmiſſorum ipſos tanquam pacis filios ad beatorum pedum, manus, & oris oſculum admiſerit cum ſolemni decantatione hymni, Te Deum laudamus, *& oratione. De his omnibus ita, ut præfertur, geſtis egregius vir dominus Joachinus de Narnia advocatus fiſcalis ſanctiſſimi domini noſtri Papæ rogaverit omnes, & ſingulos protonotarios, & clericos cameræ, cæteroſque tabelliones illic præſentes, ut unum & plura conficerent inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.* XXIV.

Oratores ad pedis & manus oſcula admiſſi.

Sancito ita publice fœdere vulgatoque propere, ne qua nova diſſenſioni occaſio oriretur, referendis in publica monumenta (b) mutuis ſponſionibus, & pactis octava menſis mali navata opera eſt: ac primum fœdus, quod a Nicolao V. cum Italiæ principibus percuſſum fuerat, inſtauratum eſt: remiſſæ injuriæ, & clades utri- XXV.

(b) Ext. in cod. mſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 49.

utrinque illatæ : arma poni juſſa : obſtrictus Venetus, ut Bartholomæum Coleonem, ac ſocios a ſuſcepto bello revocaret : Urbinas comes, & Tadæus Imolenſis toparcha inferre Bartholomæo ac fœderatis arma vetiti : adjuncta lex proxima de reddendis, quæ bello erant parta, in pugna vel hoſtili excurſione : capti in libertatem vindicati : data venia iis, qui adverſus ſuos principes cum hoſte conjuraſſent : ſancitum ad ſtipendia non admiſſum iri duces militeſve, qui ſub alio principe meruiſſent : cautum ut quinquaginta dierum flexu quiſque ſuos ſocios deſignaret, utque recurrente dominicæ aſcenſionis die ſacra pacis formula promulgaretur : labente præterea die quadrageſimo ſinguli principes ſua ſyngrapha pactiones fœderis ratas haberent : Laudenſis pacis leges redintegratæ : denique reſervata cæteris Italiæ principibus poteſtas, ut bimeſtri excurrente huic fœderi aſcriberentur : ad firmandas vero has pactiones objecta fœdifrago centum millium ducatorum mulcta, quæ læſæ parti tribuenda ſit : quæ omnia a principibus publicis literis (a), ut erat conventum, rata & firma habita fuerunt.

Præcipuæ leges dictæ.

(a) Ext. ib. mſ. p. 52. ad 57.

XXVI. Tum decreta eſt a Paulo ſupplicatio ad baſilicam S. Laurentii in Damaſo nuncupatam, ad quam inſtructo religioſo agmine, & ſacro ornatus cultu Pontifex proceſſit die dominicæ aſcenſionis, deque pace habita eſt concio ab epiſcopo Brixienſi. Inter miſſarum vero ſolemnia cum Pontifex ad verſiculos : *Agnus Dei* ; ſacram rem perduxiſſet, non modo Cardinales proximos, ſed novo more omnes ipſoſque etiam oratores ad oſculum admiſit, de quo Jacobus Cardinalis Papienſis his literis ipſi eſt gratulatus (b) : *Scripta mihi ex ordine ſunt, quæ beatitudo veſtra die aſcenſionis Domini magno patrum, & populi frequentia Romæ celebravit ad propitiandum pro pace jam conſtituta datorem bonorum omnium Deum. Ea ego ſumma jucunditate accepi, delectatus cæteris omnibus ; ſed illo in primis quo beatitudo veſtra in decantatione verſiculi, Agnus Dei, ad oſculum pacis non proximos tantum, ſed novo more Cardinales omnes, omnes oratores admiſit, qui ad ſacra convenerunt : nil meo judicio dici, & vel cogitari aptius potuit, ut videlicet a quo pacis opus illi acceperant, ab eodem quoque ſignificationem ejus acciperent, & cujus manus infirmam carnem ſanaverat, ut tranquillitatis ſpiritum inſpiraret. Gratulor beatitudini veſtræ, illique ut indignus ſacerdos gratias humiles ago, nec enim poſſunt opera hujuſmodi ſine magnis fructibus eſſe : placatur Deus, impetratur gratia, actionibus veſtris impletur miniſterium ſedis : in conſpectu etiam plebis mirum in modum acceptio creſcit atque authoritas tota Italia : nunc celebratur nomen Eccleſiæ, & beneficium renovatæ pacis illius opus putatur, &c.*

Solemnis pompa inſtructo agmine religioſo agitata a Pont.

(b) Papien. ep. 295.

Qui ritus in promulganda pace obſervatus.

Cum ita non ſine magna laude pro conſtituenda confirmandaque pace Italiæ deſudaſſet Paulus, principes tamen, qui Romanæ ſedi ob id beneficium haud parum erant obſtricti, exinde avertendi a Pontificis obſequio illius clientes occaſionem captarunt. Inſerta erat inter alias hæc pactio : *Item convenerunt partes prædictæ nominibus, quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum, incipiendo a die ſtipulationis hujus contractus, teneantur declarare, & intimare hinc inde colligatos, confœderatos, adhærentes, complices, ſequaces, & recommendatos.* Hanc legem Galeatius dux Mediolanenſis in rei ſuæ amplificationem ita interpretatus eſt, ut in primis Ludovicum Francorum Regem, a quo Genuæ & Saonæ jus fiduciarium acceperat, ſocium in publicis tabulis (b) de pace Italiæ confectis xxvi. maii anno MCCCCLXVIII. appellarit his verbis : *Nominat*, inquiunt, *ſereniſſimum principem, & Chriſtianiſſimum dominum dominum Ludovicum Dei gratia Francorum Regem pro ejus colligato & confœderato jure & vigore perpetuæ intelligentiæ, confœderationis, & ligæ aliae initæ, & contractæ inter ſereniſſimum dominum dominum Regem, & illuſtriſſimum felicis memoriæ principem dominum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem ejus domini ducis Mediolani patrem, & dominum obſervandiſſimum, & ſucceſſivo jure, & vinculo feudi pro civitatibus Januæ & Savonæ, earumque juribus, & pertinentiis, quæ omnia inter prælibatum ſereniſſimum dominum Regem Francorum, & præfatum illuſtriſſimum dominum ducem ipſius illuſtriſſimi domini ducis Franciſci Sfortiæ ducis legitimum ſucceſſorem mutuis ſtipulationibus, & juramentis renovata ſunt.* XXVII.

(b) Ext. in mſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 64.

Præterea ad confirmandas ſuas vires pontificiaſque infringendas, tum ad augendum ſociorum numerum pactis ita abuſus eſt, in aliis literis (c) xxvi. die maii editis, quibus pacem admiſit, ut inter fœderatos ſuæve commendatos clientelæ Fridericum Urbini comitem, Alexandrum Sfortiam Piſaurienſem, Thadæum Manfredum Imolenſem toparchas, tum Anconitanos, ac Bononienſes numeraret : ſed ad eas diſcutiendas fraudes huic promulgationi interceſſit Paulus, utque par pari referret, obnoxias Mediolanenſi urbes aliquas, ut ſocias deſignavit, quod hiſce verbis in publica monumenta (d) relatum eſt : *Cum inter ſic nominatos confœderatos, & colligatos ejuſdem domini ducis ſint, & exprimantur illuſtris & potens dominus Fridericus comes Urbini pro ſtatu & terris ſuis, & illuſtris dominus Alexander Sfortia pro Piſauro & terris ſuis : magnifica* XXVIII.

(c) Ext. par. ſuperiore cod. Vallic. p. 64.

Dux Mediolani fraudibus pacem turbare viſus.

(d) Ext. ib. p. 52.

communitas Bonononiæ, magnifica communitas Ancona, magnificus & potens dominus Tadaus Imolæ, &c. quo omnes domini, & communitates ſunt immediate ſubdici ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, & ſancta Romana eccleſia, præfatus ſanctiſſimus dominus noſter Papa, ut audivit, dixit dominis oratoribus prædictis, & aliis omnibus ibidem præſentibus, non eſſe juſtum neque conveniens, quod aliquis potentatuum in pace prædicta comprehenſorum nominet alterius potentatus ſimiliter in dicta pace comprehenſi ſubditos pro confœderatis, colligates, aut adherentibus, vel complicibus, &c. & quod proteſtabatur ex tunc, talem nominationem non debere valere nec tenere quoad prædictos ſubditos ſuæ ſanctitatis: & ſic non admitti debeat. Ejus ſanctitas ex tunc a ſimili nominabat, & nominavit pro ſuis, & ſancta Romana eccleſia confœderatis, & colligatis magnificas civitates Papienſem, Laudenſem, Parmenſem, Novarienſem, & Terdonenſem, & earum omnium, ac ſingularum populos, & communitates, reſervata ſibi uſque in finem termini in capitulo prædicto expreſſi ulteriore facultate nominandi alios quoſcumque voluerit: declaravit tamen ſanctitas ſua intentionis eatenus nunquam fuiſſe neque eſſe velle nominare aliquem ſubditum aliorum potentatuum prædictorum, niſi quatenus aliorum in ſimile caſu facta aut facienda nominationes eam ad id impellant.

Pari jure aſſerti ut clientelam Mediolanenſis ducis populi.

XXIX. Acta temere Mediolanenſis dux non reſcidit, immo Ferdinandus Rex Neapolitanus eoſdem clientes ditionis eccleſiaſticæ, quos Goleatius fœderatos renuntiarat, ſocios litteris regiis (a) deſignavit; indeque ab ingrato Rege eccleſiam Romanam, a qua ad ſolium provectus præter merita, in eoque confirmatus fuerat, deprimere annitente, nova diſſenſionem ſemina jacta fuere, quas Cardinalis Papienſis ita perſtringit (b): *Supererat ex conventorum ſententia, ut quiſque quos ad beneficium receptæ pacis vellet adjungi alterutrum profiteretur: qua in re cum Ferdinandus Rex nonnullos profeſſus eſſet, qui eccleſiæ Romanæ ſubditi erant, plurimum eo facto doluit Paulus, putans avertendæ a ſe ſuorum fidei cauſa inventum id eſſe: quamobrem viciſſim ipſe civitates nonnullas toparchaſque regeæ ditionis profitens illud adjecit, denuntiare ſe omnibus Soranum ducem toparchatumque ejus omnem, item & Caſſinenſe cœnobium ad ſe pertinere, quæ denunciatio cum novorum motuum mox cauſam præbuerit, de Sorana re paulo altius noſcendorum omnium cauſa eſt repetendum.*

(a) *Ext. ib. p. 79*

Ferdinandus Rex Neap. ingratus in eccleſiam Rom.

(b) *Papien. com. l. 4.*

Soranus dux & Caſſinenſe monaſt. a Paulo in patrocinium acceptum.

XXX. Subiicit Papienſis, ut Pius II. Ferdinandi partes amplexus ipſi regni jus beneficiarium contulerit, tutatuſque fuerit adverſus Andegavenſes: cumque Soranus & Sinveſſanus duces Ferdinando eſſent infenſi, Neapoleonem Urſinum immiſerit adverſus Soranum ducem, ab eoque Arpinum & Sora in deditionem, Ferdinando aſſentiente, acceptæ ſint ea lege, ut Romanæ eccleſiæ juris eſſent, atque adeo eæ urbes tunc imperio eccleſiaſtico conjunctæ fuere, inclinataque eſt in Ferdinandum victoria preſſo graviori bello a Pio Sueſſano duce, demumque ab Andegavenſium partibus divulſo. At Ferdinandus confirmato regno repetere a Pio deditirium toparchatum cœpit, non auſus vi, ſed precibus contendere; dein vero ſub initiis pontificatus Pauli iterum repetiit, ac demum cum Paulum jura Eccleſiæ enixe tueri animadvertiſſet, ac Soranum principatum eſſe ditionis eccleſiaſticæ promulgatum, armis contendere decrevit, occupata ab Alfonſo primogenito, exercitum e Tuſcia reducente, Tolphæ nova arce, non ſine ingrati animi labe: *Parum enim*, inquit Papienſis, *ut viſum eſt ad memoriam beneficii retulit nongenta atque eo amplius aureorum millia, quæ paulo ante ſervandi regni ſibi ac patre cauſa Romana ſedes inſumpſerat, tantaque inſuper diſcrimina, quæ in continuatione belli, magnis detrimentis coacta erat ſubire.*

Soram ejuſque comitatum invadit Ferdinandus.

XXXI. Oppreſſus deinde a Ferdinando eſt repentino impetu Rogerius comes, quamvis a Pontifice ad beneficium pacis recenter eſſet admiſſus: in Soranum agrum, qui in ditionem & jus Eccleſiæ volente ipſo conceſſerat, ſigna illata, vixque a Cardinale S. Clementis, qui ipſum adverſos Andegavenſes ſummopere, dum legationem gerebat, juverat, adduci potuit ne ulterius inferret arma, ſed judicio rem cognoſci aſſentiretur. Poſtea vero cum in tumultum inclinaret, detrectavit judicium (c); ac profeſſus Soranum comitatum antiquo jure ad Neapolitanam ditionem ſpectare, negavit paſſurum ſe, ut priorum Regum poſſeſſio, ſe adminiſtrante, periret: tum Robertum Malateſtam Pontifici rebellantem in fidem ac patrocinium ſuſcepit (d), atque ab Romanæ eccleſiæ ſtipendiis ad ſua traduxit contra recentis fœderis Italici pactionem, inquit Papienſis; *Admiratio ingens Pontificem cepit indignatione, & pudore admiſta: admirabatur centeſimo vix a conſtituta pace die tam potiſſimam fœderum conditionem violatam a ſocialibus eſſe, cujus ipſi petendæ paceſcendæque autores extiterant, ea erat ne quis militem alterius ſtipendii, qui dimiſſus non eſſet ad ſuum liceret traducere.* Et infra: *Quod bonorum ſermonibus conſtare tunc valde inique a ſocialibus factum eſt, quos nec pacta fidei, nec ſuſcepti juriſjurandi ad violanda fœdera memoria tenui: hoc amplius autem peccaſſe Ferdinandus eſt judicatus, quod in amiſſum bis regnum Romana ſedes illum reduxerat, ſemel decreto ſuo, i-*

te-

(c) *Id. l. 5.*

Eccleſiæ jure a Ferdin. occupata.

(d) *Ead. ib.*

Sacramenta præſtita ab eodem violata.

Digitized by Google

teram annorum quinque bello graviſſimo. His addebatur, quod cum a legato Cardinali appellatus Rex eſt, regnique coronam ſolemni more accepit inter ſacra altaria fidem patrociniumque in omnem noſtrum caſum juraverat, ejuſque rei documenta chirographi ſignique ſui addiderat, quæ in archivis apoſtolicis in hunc diem ſervantur: ſed nos quoque errate noſtri ea in re forſan pœnas expendimus.

XXXII. Leodienſes ſumme ſtrage affecti.

(a) Philipp. Comin. l. 1. c. 35. 39. & 40. 41. Naucl. gen. 49. vol. 2. Papien. comm. l. 4. Meyer. in Carol. Bur. Ægyd. de Roya in annal. Belg. hoc anno. Langius in chron. Citizen. & alii.

Hoc anno exeunte octobri miſeranda de Leodienſibus ſtrages edita eſt (a) a Carolo Burgundiæ duce, cujus implacabilis furor neque ab Honuphrio epiſcopo Tricaticenſi A. S. L. neque a Ludovico epiſcopo Leodienſi, pro quo principatui aſſerendo ſuſceptum erat bellum, neque a Leodienſibus magiſtratibus, qui veniam petituri acceſſerant, conjectique in vincula deinde præfocati fuere, flecti ad miſericordiam potuit. Conjuravit cum Carolo in Leodienſium exitium Ludovicus Francorum Rex, primuſque in ſociam urbem ejus nomen inclamantem irrupit. Effecta eſt ea Leodii vaſtitas die dominico, ut refert Comineus, cum populus bellicis curis ſolutus hoſtem colendo potius divino Numini, quam cædibus perpetrandis intendere putaret, tantamque adhibuit Burgundus in miſeros crudelitatem, ut horrore audientes perfundat, quæ his verbis a Papienſi deſcribitur: *Eveſtigio dux civitatem omnem locaque in primis foro proxima jubet incendi, cujus mali neceſſitate compulſi illi relictis omnibus ad ſilvas proximas ſe contulerunt: clerus inſpecta jam ante civitatis fortuna in ſua quiſque eccleſia clauſis januis ſe continebat veſtibus ſacris indutus, ſanctorumque reliquias, atque adeo ipſum Domini ſacramentum ad deprecandum miſericordiam manibus præferens: idem religionum virginumque cœnobia pro ſua quæque conditione egere. Sed nihil inter arma ſcelerata militum manus incontaminatum liquere: effractis portis ſacra omnia in lacrymabilem direptionem ſunt data, ſanctuaria Dei tota urbe incenſa, ſpoliati ſacerdotes atque occiſi. Tum nec parietibus templorum etiam parſum. In ipſam autem imbellem turbam tanta impietate ſævitum eſt, ut nulli ſexui, ætati, aut ordini ignotum voluerint: infantes alliſi parietibus ſunt, puerpera confoſſæ, pleræque virgines ſtupratæ primo, mox ſtrangulatæ: ſenes quoque & pueri eodem, quo pugnantes, habiti loco: quin & illud ad malorum cumulum accidit, ut parentes cum matribus, filiis, & omni prole invalida ſunt uno conſtricti, ad acerbitatem interitus, in profluentem Moſam dejecti ſunt, in mediiſque divinis, dum aſtat ſacerdos altaribus, & Domini corpus ſanguiſque inter manus verſantur, patina & calice impie raperentur, ut merito de tam ſævis hoſtibus omitti ad alterum dominum vox illa prophetæ lamentabilis poſſit: Domine Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morticinia ſervorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. Effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu Jeruſalem, & non erat, qui ſepeliret*, de Leodienſium occidione hæc tradit Belcairus (b): *Quadraginta hominum millia cæſa numerat Munſterus, & mulierum quidem duodecim millia, quas in turbas ſimul religatas in Moſam præcipitatas refert*. Dum furebat in urbe capta hoſtis, ceciniſſe clerum in templis: *Omnia, quæ feciſti nobis Domine, in vero judicio feciſti; quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus*; refert. De eodem excidio alii meminere (c).

A Carolo Burgundo horrenda ſcelera in excidio Leodienſi patrata.

(b) Belcair. dec. 1. l. 2. n. 19.

Duodecim millia mulierum a crudeli tyranno flumine merſa.

(c) Renerus Snoi l. 11. & alii.

XXXIII.

(d) Papien. ubi ſup. in fin.

Exciſa Leodienſi urbe, quæ cenſu habito intra mœnia tantum centum ac viginti millia animarum continebat (d), cleroque numeroſiſſimo ornata erat, Carolus Burgundus ferrum flammaſque per finitima ſocia loca circumtulit. Auctæ hæ clades aliis clientum Burgundi cladibus fuere, de quibus memorat Belcairus (e): *Illud memoria dignum, quod dum in Eburones Burgundus omni crudelitate perbacchatur, aggeres continendo mari ad Hollandiam Zelandiamque extructi vitium ceperunt, quibus perruptis effuſum mare multos mortales, pleraque oppida vicoſque abſorbuit, ut non tantum detrimenti Eburonibus intulerit, quantum in Hollandia Zelandiaque acceperit*.

(e) Belcair. dec. 1. l. 2. nu. 20.

Maximas clades a mari Burgundus accipit.

XXXIV.

Eodem anno geſta in Hiſpaniis bella civilia. In Caſtella quidem Antonius Venerius epiſcopus Legionenſis Apoſtolicæ ſedis legatus cenſuris perduelles ſubjecerat, ut ipſos ad Regis obſequium cogeret; ac licet ii, ut diffugium aliquod captarent ad futurum concilium provocaſſent, oratores tamen ad Paulum II. miſere; at ii urbis aditu ſunt prohibiti, donec ſponderent, ſe regio nomine Alfonſum principem non ornaturos. Quibus in conſpectum admiſſis, & multa quærentibus reſpondit Pontifex, Alfonſum ob aliena ſcelera diu vitam non propagaturum; quæ vox inſtar oraculi fuit, quippe Alfonſus dum regionem lue infectam declinabat, menſe junio repentina vi morbi oppreſſus eſt ſive peſte, quæ multos conſumebat, ſive veneno extinctus; tum Henrici Regis partes ſenſim ſeſe extalere (f), Toletumque in illius poteſtatem revocatum. At conjurati Iſabellam Henrici ſororem Reginam ſibi præficere ſunt moliti, quam illa dignitatem reſpuit (g) magna animi conſtantia. Demum ſeptembri menſe redintegrata pax eſt his legibus, ut Henricus quandiu ſuperſtes eſſet regium no-

Alphonſus Caſtellæ tyrannus divino judicio extinctus.

(f) Marian. ſup. l. c. 1.

Henrici Regis partes reſtitutæ.

(g) Marian lib. ſup. c. 13. Surit. annal. l. 18. c. 19.

nomen authoritatemque retineret; Iſabella ſoror Caſtellani ſceptri heres agnoſceretur: Regina vero Caſtellæ adulterii notata infamia pontificiaque authoritate ab Henrice viro ſegregata una eam filia in Luſitaniam ablegaretur; conjuratis data venia priſtinique honores reſtituri. Quibus ſancitis Antonius Venerius Apoſtolicæ ſedis legatus conjuratos cenſuris quibus ſe irretierant, ſolvit. De ea confecta pace ab Henrico & Iſabella promulgatæ ſunt literæ (a) ad compeſcendos populares motus, quibus xxv. ſeptembris hujus anni adſcripta eſt dies. Cæterum refert Joannes Mariana (b) ingentium malorum triſte præſagium in Toletano agro contigiſſe, demeſſas nimirum ſegetes ſanguine fluxiſſe. Porro nuptias Iſabellæ Ferdinandus Rex Trinacriæ hoc anno a patre Joanne Rege renuntiatus exambire cœpit; quibus tandem potitus conjunctiſque Aragoniæ & Caſtellæ regnis auctus Granatenſe regnum Chriſtianæ religioni reſtituit, ut dicetur inferius. Hoc vero anno varia cum Joanne Andegavenſi æmulo in Catalonia prælia geſſit (c).

Viſæ ſegetes demeſſæ ſanguine fluere.

(a) Ext. apud Sur. l.18. c.19.

(b) Marian. ſup. c.13.

(c) Sur. c. 17. 18. & Marian. l.22. dec. 12.

XXXV. In urbe graſſata (d) eſt hoc anno peſtilentia, quæ plures e pontificia familia, & inter alios ipſummet Pauli levirum, Joannem Condolmeriam, necnon medicum ad quotidiana pontificia obſequia incumbentem, extinxit: quam ob cauſam Jacobus Cardinalis Papienſis Paulum ipſum hortatus eſt (e), ut urbe excederet, ſeque tanto periculo ſubduceret: *Non timuit ſanctitas veſtra nec timet: timemus nos, quorum vita & quies alitur beneficio ſuo. Si vox humilis ſervi inter ſapientia conſilia accipi poteſt, dico conſiderandos eſſe hos caſus, neque committendum, ut in peſtilenti civitate caput ſuum tot objectetur periculis: inexploratum eſt ei quid poſſit contingere; animus bonus pars remedii eſt; ſed non plenum remedium; plerumque qui in prælio ferventior eſt ſuo robore cadit, & natatores intrepidi voraginibus abſorbentur: non ſi annus unus nos ſervat, de altero ſecuritas eſt. Quem ſæpe caſus tranſit, inquit Seneca, aliquando invenit. Antidota quoque in quibus ſæpe ponimus ſpem, non ſubveniunt nobis: major eſt vis mali, quam ut noſtris artibus valeat vinci: decimus quiſque vix illis ſervatur; ſed & medicorum maxima tenebræ ſunt, languida eſt omnis eorum ſubventio, magiſque nos ſua præſentia conſolantur quam juvant, præſentiſſimum ac pene ſolum habetur præſidium mutatio loci. Legimus in Ezechiele propheta: Qui erit in civitate peſtilenti devorabitur, & ſalvabuntur ex eis, qui fugerint, &c. Pientiæ XXIII. junii MCDLXVIII.* Aliis autem literis menſe inſequenti exaratis accepiſſe ſe illum ano eodemque tempore ſubjicit (f) ægrotaſſe, & convaluiſſe, quorum altero dolore, altero lætitia affectum fuiſſe confirmat: *Ex iis enim ſum*, inquit, *qui beneficentiam ſuam expertus, & libertatem ſine metu agens dominum, & patrem mutare non cupio.*

(d) Papien. ep. 246. 248.

(e) Id. ep. 246.

Peſtis in urbe graſſata.

In ea vix ægrorum decimus quiſque ſervatus.

(f) Ib. ep. 259.

XXXVI. Obiiſſe per id tempus ex ejus ſepulchrali titulo tradunt Joannem Turrecrematam Cardinalem Hiſpanum doctrina, ac probitate vitæ clarum: egregiaque extant in urbe tanti viri munificentiæ monumenta, nimirum templi fornix ad ſacrum B. Mariæ ſuper Minervam templum, cœnobii clauſtrum, inſtitutamque Deiparæ annuntiatæ ad virgines dotandas ſodalitium. [1]

Joannis Turrecrematæ obitus.

XXXVII. Eodem anno Jacobus Cardinalis Papienſis egregium opuſculum de Pontificis & Car-

NOTÆ [1] JOannes S. R. E. cardinalis de Turrecremata, ſeverioris literaturæ ætate ſua facile princeps, hoc anno die VI. Kalend. octobris deceſſit, ut optime quoad annum Annaliſta, quoad diem, & menſem vetus lapis ſepulcralis, apud Victorellum in addition. ad Ciaconium. Ex quo tamen lapide idem Victorellus arguitur, ſcribens cardinalem illum ex titulo S. Sixti ad titulum S. Calliſti tranſiſſe, cum in eo lapide titulum S. Sixti retineat; eodemque illum diſtinguit Gaſpar Veronenſis in hiſtoria de rebus geſtis tempore Pauli II. lib. II. quo in libro geſta anni II. pontificatus Pauli, ideſt anni 1466. deſcribit Rer. Ital. to. III. par. II. pag. 1034. Quis quantuſque fuerit vir Turrecremata ex eodem Gaſpare diſcere licet, his coloribus illum pingente: *Cardinalis S. Sixti ab Eugenio quarto creatus, ſemper minus optavit maximum pontificatum quam cæteri, tum quia dives, tum ad maximas curas effugiendas, tum ad tutiorem ſalutem animæ. Podager eſt & iracundus & difficilis plus quam credi a quoquam poſſit. Artium liberalium, necnon Theologiæ peritiſſimus, cui vix univerſa Italia parem habet, quot opera ediderit copia rerum ingenti profunditate, & ſententiarum gravitate compoſita, præſertim in Theologica facultate, ſcientiaque canonica, oſtendunt Bibliotheca in urbe Roma publica, & aliis urbibus Italicis, præſertim ſuper glorioſa volumine Gratiani, ubi decreta ſanctiſſima complectuntur. Taceo opus egregium de Virgine Maria Conceptione in quo apprime diſſentit a ſententia Fratrum Minorum, qui Mariam Chriſti Matrem ab originali peccato prorſus abſolvunt. Taceo reliqua non pauca non abjecta, quæ compoſuit Opera, in quibus ſe ſuiſſe mirandum Philoſophum, fideliſſimumque Chriſtianum præfefert. Quam vero ſit ſeverus, quamque durus in Fratres Sancti Dominici, Monialeſque ſibi ſubjectas, pernoverunt expulſi ſimul & expulſæ. Clauſtrum Sanctiſſimæ Mariæ ſuper Minervam pulcherrimis Epigrammatibus hiſtoriiſque egregie exornavit. Teſtudinem Templi grandibus impenſis abſolvi diligentiſſime curavit. Quibus ex rebus immortalis futurus eſt. Quod autem ſit adeo aſper & difficilis, famulorum facit .... & podagricus morbus; ea enim duo ad bilem facile ſtimulant. Quam juſte univerſam Sublacus Abbatiam & regat & rexerit, dici vix poſſet aut ſcribi: ſed de hoc ſatis.* MANSI

Cardinalium officiis edidit, dicavitque, Franciſco Gonzagæ Cardinali Mantuano (a), ex quo nonnullæ ſententiæ decerpendæ viſæ ſunt : *Ad pompam*, inquit, *& delitias ornamenta Cardinalatus non ſunt, aut deponi illa oportet aut id non recuſari, cujus cauſa ſunt data : his peccat qui boni operarii occupat locum, mandatum ipſe non ſervat, & ab opere alium prohibet. Dignus quidem damnatione dominica : Inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores ; quoniam eorum loco ſucceſſimus, quibus dominus dixit. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis ; non facile ad decernenda bella inclinemur ; ſint amica concordia conſilia noſtra.* Et infra : *Illud autem in omni actione noſtra meminerimus Pontifici noſtro conſultores nos eſſe, non magiſtros ; deinque a nobis vota, non voluntates : ideoque nec agendum vehementer, nec indigne habendum, ſi non accipiuntur noſtra conſilia : votorum nomen inditum eſt noſtris ſententiis, ut videlicet optare videremur, non velle, & ſuadere, non imperare. Itaque cum placide, quod eſt noſtri judicii, ſemel dixerimus, et contenti feremus modice, quod decernitur, laudandumque & adjuvandum putabimus. Quia vero conatus omnis noſter ſine Deo inanis, ac mancus eſt, die ſemper conſilii illum precabimur, notam faciat nobis viam, in qua ambulemus, errare non ſinet infirmitatem hanc carnis, &c. Pientiæ MCDLVIII.*

(a) *Papien. ep.* 280.

Quæ ſint Cardinalium officia.

Tenendus modus in ferenda ſententia.

XXXVIII. Subjicitur huic opuſculo graviſſima ad Paulum Papam ſcripta epiſtola (b), qua nonnulla ejus geſta de præbito Romanis epulo in carnis privio exhibitiſque (c) ludis, immiſſis fundamentis ædificiorum ac parietibus, numiſmatibus Pauli imagine percuſſis, inciſis operibus titulis, inanis gloriolæ perſtringit ; veram autem gloriam his exprimit ſignis : *Opera æternitatis in Pontifice ſunt vitam immaculatam præſtare, lapſam eccleſiæ diſciplinam erigere ; reſtituendæ libertati clericorum intendere ; ſic juſtitiæ cultorem eſſe, ut tamen miſericordiæ ſit recordatio : in bonis cauſis intrepidum ſe præſtare : non vultus, non minas potentum timere : potiorem vita conſcientiam ducere, in ſpecula credita excubare : ad publicam gregis ſalutem oculos ſemper intendere : nihil ſuum credere, quod Chriſti non ſit : mederi jugiter, miſeris Chriſtianis, qui proximi infidelibus ſunt, præſidea mittere : incitare principes ad capeſſenda pro fide arma, ducatum ſi opus ſit illis præſtare, theſauros in piam hanc cauſam effundere : paucitate non impedire miſſiones legatorum, profectione etiam propria ſi expediat, pacare regna, nullibi ob cauſam privatam diſſenſiones aptare, conari ut miniſterium ſedis ubique ſit ſalutare, &c.*

(b) *Ib. ep.* 281.

Paulus II. inanis gloriæ perſtrictus.

(c) *Plat. in Paul. II. Steph. Infeſſ. mſ. Vat. ſub ann.* 1466.

In quo ſita ſit vera Pontificum gloria.

XXXIX. Hoc anno XXI. novembris auxere (d) Cardinalium ſenatum Joannes Baptiſta Zenus Venetus protonotarius Pontificis nepox ex ſorore creatus S. Mariæ in porticu diaconus, dinde presbyter S. Anaſtaſiæ, in porticu ac demum epiſcopus Tuſculanus : Joannes Michaelius Venetus protonotarius pariter ex alia ſorore nepos diaconus S. Luciæ in ſeptem ſoliis renuntiatus, inde S. Angeli in foro piſcium, poſtea presbyter S. Marcelli, inde epiſcopus Præneſtinus, ac demum Portuenſis. Eodem anno in ſecreto conſiſtorio creati ſunt quatuor alii Cardinales Joannes patrix Wratiſlavienſis idemque Strigonienſis archiepiſcopus, Petrus Foſcarus Venetus; Joannes Baptiſta Sabellus Romanus, Franciſcus Ferricus Burgundus patrix Cluniacenſis, de quibus admittendis ad cardinalitium munus, ſi Paulum iis nondum promulgatis, e vivis excedere contingeret, extant tabulæ a Cardinalibus confectæ, quarum hæc eſt præcipua pars : *Voluit ſanctiſſimus dominus noſter, quod in caſu quo (quod abſit) accideret caſus mortis ſuæ, immediate de eo momento intelligantur ipſi quatuor Cardinales eſſe publicati, & nos teneamur ſub eiſdem pœnis ſuperius nominatis eos nominare, quos ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc recipimus in Cardinales, in ſocios, & in fratres cum omni charitate, non obſtantibus quibuſcumque ſolemnitatibus in aſſumptione Cardinalium conſuetis, quibus etiam ſanctiſſimus dominus noſter pro hac vice derogavit. Quibus Cardinalibus providit de noſtro conſilio, & aſſenſu de titulis infraſcriptis, videlicet domino Joanni de tit. SS. Nerei & Achillei, Petro de tit. S. Priſcæ, Joanni Baptiſtæ de tit. Mariæ in Aquiro, Ferrico de tit. SS. Petri & Pauli. Supplevit etiam ſanctiſſimus dominus noſter, ſi forſitan in ſuperſcriptis omnibus intervenerint aliqui defectus, quibus omnibus pro hac vice authoritate apoſtolica ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ac de noſtro communi conſilio, & conſenſu derogat. In quorum omnium fidem & teſtimonium & obſervantiam in hac ipſa cedula nos omnes præſentes poſt ſubſcriptionem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ prædicti propriis manibus ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris ſigillavimus. Actum in palatio Apoſtolico die ſupraſcripto, ſexta feria quatuor temporum videlicet XVI. decembris MCDLXVIII.*

(d) *Fel. Cont. in elench. Card. par. al.*

Nova Cardinalium creatio.

Qui tituli novis Cardinalibus collati.

Cum poſtea inopina morte Paulus extinctus eſſet in cardinalium numerum a veteranis non recepti ſunt, ob decretum Eugenii IV. in cauſa Dominici Capranicæ Firmani prolatum, cujus mentionem Paulus non fecerat, quod Jacobus Papienſis confirmat in literis ad epiſcopum Capacienſem datis (e) : *Meminiſti*, inquit, *ſedente Paulo Cardinales quatuor ſecreto creatos fuiſſe ; illo defuncto aperte rejectos. Inter eos repulſus fuit Sabellus & Venetus, de Sabello quidem qua mens ſit quibuſdam ex patri-* XL.

Cur non fuerint poſtea admiſſi.

(e) *Papien. ep.* 530.

tribus ipſe tu ſcis : Veneto etiam trium Venetorum Cardinalium numerus plurimum obſtat. Horum, quantum ego puto ſocietas Cluniacenſem noſtrum excluſit. Per ejus ingreſſum putatum eſt illis quoque poſſe aliquando aditum aperiri.

XLI. Edidit hoc anno Pontifex ſanctionem celeberrimam de non alienandis bonis eccleſiaſticis ac pœnas graves iis, qui contra intenderent, inflixit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Si quis contra hujuſmodi noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quidquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio & infeudatio hujuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti, & tam qui alienaverit, quam is qui alienatas res, & bona prædicta receperit ſententiam excommunicationis incurrant. Alienanti vero bona eccleſiarum monaſteriorum & locorum piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem ſi pontificali, vel abbatiali præfulgeant dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus: & ſi per ſex menſes immediate ſequentes ſub interdicto hujuſmodi animo [quod abſit] perſeveraverit indurato, lapſis menſibus eiſdem a regimine & adminiſtratione ſua eccleſiæ, vel monaſterii, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus: inferiores vero prælati commendatarii, & alii eccleſiarum rectores, beneficiati, vel adminiſtrationem quamlibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, prabendis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienaverint, dumtaxat ipſo facto privati exiſtant &c. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCDLXVII. kal. martii pontificatus noſtri anno IV.

XLII. Extremo hoc anno, nimirum kal. decembris, ut Cardinalis Papienſis teſtatur (a), nuntiatum fuit in urbe, Fridericum Imperatorem ſolvendi voti cauſa Romam contendere. Miſſus obviam a Pontifice primum eſt honeſtus vir, qui ab epiſtolis ei erat, juſſuſque longiſſime proficiſci, ipſumque de illius itineribus, & aliis, quæ compeiiſſet, crebris nuntiis ſine mora certiorem facere. Inde vocatis Pontifex in conſilium Cardinalibus quatuor epiſcopos alioſque deſignavit, qui ſecunda ſalutationis officia exhiberent: demum Cardinalem Rothomagenſem epiſcopum Oſtienſem, ac Franciſcum Picolominæum S. Euſtachii diaconum Cardinalem Pii II. nepotem delegit, qui bidui iter emenſi tertia venienti officia præſtarent: *Poſt hæc*, inquit Papienſis, *de ingreſſu in urbem agi eſt cœptum, in cujus ſolemnibus cum neque ex cærimonialibus libris, neque ex omni hiſtoria reperire tunc poſſet, aliter enim cum coronam petet, aliter cum privatæ rei cauſa venit, accipitur Cæſar hæc ducendi ratio novo exemplo eſt ſumpta, ideo a me diligentius annotata, ut ſit poſteris in hunc caſum, quod vel ſequi vel adinvenire melius habeant. Cognita igitur via, quæ illi per Flaminiam erat, cum jam & Piſauri ſecretarius, & non longe a Spoleto epiſcopi, Cardinales autem ſexto ab urbe milliario obviam illum habuiſſent, die ipſo adventus quadruplex gratulatio a quatuor hominum generibus per intervalla diei, & locorum eſt inſtituta. Primum ad mille paſſus trans pontem Milvium ducente procamerario præſtiterunt præfectus urbis, & conſervatores regionum, capita reliquique urbani magiſtratus, in eam pompam compoſiti, quam ludis teſtaceis circumferre ſunt ſoliti. Secundam ad ipſum pontem præſul Urbinas, quem ſequebantur ſubdiaconi omnes, judices rotæ, clerici cameræ, acolyti, cubicularii, ſecretarii, advocati, diplomatum ſcriptores, item omnis ordinis curiæ noſtræ miniſtri. Tertiam vero ad medium fere ſpatium, quod eſt inter portam, & pontem quæſtor ærarii: hanc magno agmine comitabatur tota Pontificis familia, toparchæ Romani, & duces belli, præeuntibus oſtiariis cuſtodibuſque Pontificum, his virgas ſericeas, illis argenteas clavas manu gerentibus. Ultimum Cardinales ante portam ſe exhibuerunt, ad eam viæ partem ordine collocati, quæ venienti ſiniſterior eſſet. Hos cum primo acceſſu vidiſſet Cæſar capillamento detracto ſingulos apprehenſa manu, & dato oſculo ſalutavit, gratiæ & benignitatis documenta oſtendens. Ingreſſo urbem præſto fuit umbraculum aureum, quo ſolemnibus ſuis uti olim conſueverat Pius, atque una Romani cives per vicos diſpoſiti, qui illud haſtilibus ſuſtinentes toto itinere per vices ſuccederent.* Et infra.

Ad baſilicam vero quantum a primis gradibus ad ſummum altare pertinet collegia religionum ſacerdotiorumque dextra & læva in veſte ſacra diſpoſita erant, hymnos tranſeunti Cæſari concinentia. Ad primos quoque gradus vicarius templi cum ſuo collegio in mitra & ſacro pluviali religioſe illum excepit crucem, quæ in manu erat, porrigens oſculandam. Natalis Domini nox illa erat, & hora jam quinta. Itaque Pontifex, qui expectare Cæſarem atque excipere ad portam argenteam in veſtibulo conſtituerat, indecorum judicans illa hora eam rem fieri, in chorum aſcenderat, & ſacrum matutinum juſſerat inchoare altiori ſolio reſidens. Ad eum igitur per media hæc collegia Imperator accedens pedem, manum, & faciem deoſculatus eſt: ſed poſt pedis manuſque oſculum

al-

Margin notes:

(a) Papien. comm. l. 7. ep. 310. Rod. San. epiſc. Palent. c. alt. Steph. Infeſſ. mſ. Vat. ſig. n. 11. hoc anno.

Friderici imp. in urbem adventus.

Qua pompa exceptus Imperator.

XLIII.

Pedem, manum & faciem Pontificis deoſculatus Imperator.

allevans eum altius Pontifex, & de ſede aſſurgens præcipuo affectu in utrumque latus illum complexus eſt, moxque in propinqua ſede collocans, inter ſe patreſque ad dexteram media, ad complendum ſacrum ſuo ſe loco continuit. Eo abſoluto diaconi Cardinales duo, quibus præceptum id erat, ad altare Cæſarem deduxerunt, ad cujus illo aditum primum in genua procidens, tamdiu perſeveravit orans donec & votum abſolveret, & divinæ preces ſuper eum a Pontifice mitterentur. Earum hæc fuit prima ſolemnitas. Cantaverunt alta voce duo ex choro: Elegit eum Deus, & excelſum fecit præ Regibus terræ; ab omni choro reſponſum eſt: Glorificavit illum in conſpectu Regum, & non confundetur. Inde aſſurgens Pontifex ex ritu cerimonialium librorum peregit reliqua, choro præſanti illi omnia reſpondente.

XLIV. (a) *Lib. ſacr. cerim. ſect. 13. c. 1. & ex eo to. 3. rer. Germ. ex editione Freheri p. 15.* Preces ſacræ pro Cæſare numini porrectæ.

Deſcriptæ ita ſunt earum precum formulæ a rituum ſacrorum magiſtro (a): *Surgens deinde Pontifex ſine mithra dixit: Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Verſ. Deus judicium tuum Regi da. Et juſtitiam tuam filio Regis. Verſ. Salvum fac domine ſervum tuum Fredericum Imperatorem noſtrum. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. Et de Syon tuere eum. Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non appenat nocere ei. Verſ. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Deus qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clavibus regni cœleſtis animas ligandi atque ſolvendi pontificium tradidiſti, interceſſionis ejus auxilio famulus hic tuus Fredericus Imperator noſter a nexibus peccatorum ſuorum liberetur. Prætende quæſumus famulo tuo Frederico Imperatori noſtro dextram ſalutis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ digne & humiliter poſtulat, aſſequi mereatur.

Omnipotens ſempiterne Deus Chriſtiani imperii protector, & conſervator, da ſervo tuo Frederico Imperatori noſtra virtutis invictæ triumphum, ut ad noſtram & Eccleſiæ tuæ ſanctæ atque fidelium omnium unitatem, & pacem ſubditas illi faciat univerſas barbaras nationes per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

XLV. *Inde e ſolio deſcendens, dextramque Imperatoris apprehendens, in pontificiam ædem illum, atque inde in cubiculum ad quietem perduxit. Cum vero non putaret hoc primo, ac pene tumultuario matutinæ laudis officio tantæ nocti ſatisfactum eſſe, ſolemnius aliud cenſuit iterandum, cui quo & Cæſar, & patrum ſenatus pro more adeſſent. Itaque ad horam duodecimam, paulo quidem ante primum diluculum ſecundum indixit. In eo, & Cæſar vetuſto ſedis ritu enſe de manu ejus cum benedictione accepto, illoque, ut erat nudus, armigero aſtanti tradito, camiſeum ſtolamque albam & pluviale, miniſtrantibus diaconibus Cardinalibus, ſumpſit, iiſdemque latus ejus claudentibus, evangelium lectionis ſeptimæ non injucunde cantavit, lectionem ipſam eorum alteri proſequendam relinquens.* Et infra: *Mane vero ipſo paſchali ſolemnia miſſarum operatus eſt Pontifex, in quibus poſt communicationem ſuam Euchariſtiæ partem in hoc ipſum ſervatam Cæſari obtulit, ſubnixo quidem in genua, & ſuum honorem ſacramento reddenti.* Porrectum vero prius illi pacis oſculum, obſervat Auguſtinus Patritius (b), additque immutatum etiam pristinum morem, non dato miniſtrantibus calice: *Communicavit*, inquit, *ſummus Pontifex altaris ſacramentum cum Imperatore diacono & ſubdiacono de pane tantum: de calice autem etſi conſuetudo ſit communicantes cum Pontifice participare, propter inſurgentem tamen Huſſitarum ac Bohemorum hæreſim, quæ calicis potationem ad ſalutem neceſſariam putat, præter Pontificem bibit nemo. Re divina peracta, Pontifex cum Imperatore & omni pompa ad Salvatoris noſtri faciem adorandam in ſudario expreſſam, quam Veronicam appellant, proceſſit, deinde ſuggeſtum, unde populo benediceret ſupra portas baſilicæ conſtructum aſcendens Cæſare aſſiſtente benedixit populo, plenariamque peccatorum remiſſionem omnibus elargitus eſt per pœnitentiam ac ſatisfactionem merentibus, ſed cum in fine poſt indulgentiarum enuntiationem, quæ latino & vernaculo ſermone per diaconos Cardinales fieri ſolet moneretur ex more populus ut pro felici ſtatu ſummi Pontificis Pauli & Romanæ eccleſiæ Deum orarent, additum eſt: & pro Imperatore noſtro Friderico ut Deus illi victoriam daret de hæreticis Bohemis, Turcis ac aliis Chriſti nominis hoſtibus.*

Enſe ſacro ritu luſtrato donatus Cæſar. Eum præferens prælegit evangelium. (b) *Aug. Pat. mſ. ſign. n. 27. p. 14.*

Sacramentum ſumpſit ſub ſola panis ſpecie & cur.

XLVI. De bello Huſſitis inferendo egit Fridericus.

Pergit auctor enarrare, ut Pontifex & Imperator certatim mutuis officiis, & remotis arbitris ſoli inter ſe longa traxerint colloquia, adjungitque Fridericum privatim cum Paulo, tum in conſiſtorio de tuenda Chriſtiana republica, ac bello Turcis & hæreticis Bohemis inferendo egiſſe: rem vero geſtam, utque concilium eadem cauſa Conſtantiæ congregandum efflagitarit, accuratius deſcribit prædictus Cardinalis Papienſis (c): ac primum in ſacro ſenatu, cui nonnulli Germaniæ proceres, & Hungarici, Cyprii, & Veneti oratores intererant, perorante Laurentio epiſcopo Laventino expoſuiſſe datas a Turcis clades, irritos principum conatus, celebratos fruſtra conventus, nul-

(c) *Card. Papien. comm. l. 7.*

iam ſalutis affulgere ſpem, ac propterea ad flagitandum in periclitante re Chriſtiana concilium acceſſiſſe.

(a) Card. Papien. comm. l. 7. Deque Turcis inferendo.

Iter hoc, inquit (a), *meum ſumme Pontifex, ad reddendum Deo votum, libentiae tamen ad ſalutem communem ſuſceptum eſt. Noſti clades per hos annos a Turcis acceptas, & quæ nunc imminent vides. Egerunt principes proximi, quod potuerunt, curas earum & vigilias novimus, non tamen quidem illas felices, quam ſuo miniſterio dignas. Meis quoque conventibus, quos de Germanis principibus ejus rei cauſa plurimos habui, ſucceſſus non fuit; impedimentis aſſiduis utrobique incaſſum ire conſilia. Veni propterea ad te ut quam ſalutis viam non cerno, ſi qua hic eſt tuo judicio videam. Chriſtianorum ſummus es pater: primam hanc eſſe curam oportet, proximam meam: conſule in medium, & quid agendum ſit monſtra; ego quæ ſuaſeris quæque ad rem cenſueris opportuna acciviam, lubenſque juvabo.* Subdit Jacobus Papienſis. *Ad hæc Pontifex nullo ante cum patribus communicata conſilio [id certe quod probatum non eſt] longa oratione quæ ante ſe Pontifices, longiari quæ ipſe in eam diem egiſſet, ſigillatim recenſuit: quod vero ad poſtulatum attinuit; neſcire ſe dixit, quid amodo conſuli poſſet: ita jam conſilium omne exhauſtum agnoſceret. Rogare autem illum viciſſim: ut ſi quid attuliſſet, ipſe ex Germanis prior proponeret. Dicente Cæſare veniſſe ſe non dandi, ſed accipiendi conſilii cauſa, Pontifice eadem iterante, in proximam ille aulam deliberaturus ſeceſſit, atque ibi per horam pene continuam fuit. Reverſus cum proceribus, & legatis qui ſecum in conſilium ierant, obtemperaſſe ſe ait; neque in tanta conſiliorum inopia melius invenisse, quam ut Conſtantiæ, quæ Germaniæ civitas eſſet Italiæ propinqua,*

Poſcit ut celebretur Conſtantiæ Concilium.

conventus principum indiceretur, ad quem & ambo accederent & reliquos omni diligentia convocarent: venturum eo, quantum crederet, Hungarorum Regem Matthiam, id quod præſens legatus ejus ſponderet: hunc vero laborem ideo neceſſarium duci, quod quæ commune opus requirant, hæc & communi conſilio adminiſtranda putentur. Non placuit Pontifici ſententia: ab exemplo præteritorum conventuum hunc quoque inutilem futurum contendit. Deliberaturum ſe nihilominus amplius dixit: atque alio tempore reſponſurum. A meridie in noctem protracta jam conſultatio erat itaque; concilium, & Cæſarem ſimul dimiſit. Senſiſſe nonnullos addit Jacobus Cardinalis non tam quæſitam a Cæſare proficiendi ſpem, quam oſtentandæ religionis occaſionem: ut ſi quando majoribus ingruentibus malis querelæ populorum de imperio & pontificatu eſſent, culpam omnem deſertæ ſalutis in Pontificem rejicere poſſet, amiſſamque vacante Mantuam Pio ſuam æſtimationem, vocato nunc Conſtantiam Paulo redimeret.

XLVII. Concilii neceſſitatem iterum iterumque obtrudit Fridericus.

In proximo ſenatu eadem agitata res, & Fridericus diſſolutis pontificiis argumentis concilii neceſſitatem obtrudebat, ac tertio haberi conſiſtorium impetravit; in quo iterum eadem propoſuit, profeſſus id pia a ſe voluntate fieri: denique communi animo conſtituta refert Cardinalis Papienſis: *Alterum, ut literæ ad principes utriuſque nomine mitterentur, quibus illi ad kal. novembres anni venientis legatos ſuos Romam mittere rogarentur de ratione tuendæ fidei cum Pontifice acturos: alterum, ut Venetis diutina Turcorum bello exhauſtis decimæ clericorum, Hebræorum vigeſima, & ſæcularium trigeſimæ in ditione ſua concederentur, quales decreto Mantuani conventus Pius olim Italis quibuſque indixerat.*

Decreta Venetis decumarum ſubſidia.

XLVIII. (b) Lib. cer. ſect. 13. c. 1. & ex eo to. 3. rer. Germ. ex edit. Freheri p. 15.

His addit (b) rituum ſacrorum magiſter, qui interfuit: *Dum Cæſar Romæ fuit, ſæpe noctu, una vel altero famulo ſociatus, clam & in dicto tempore ad Pontificis cubiculum acceſſit: cui Pontifex obviam exivit, cum primum id potuit reſcire, & diſcedentem ipſe deduxit uſque ad ſecundam, & tertiam aulam: & aliquando ipſe Pontifex inexpectatus ad Cæſaris cubiculum cum paucis venit, illumque quantum potuit honoravit cum ſumma gravitate & majeſtate, & in eccleſia & in via. In eccleſia orante Pontifice ſuper faldiſtorio ſibi parato ante altare, ut ſit, Imperator ſuper aliud faldiſtorium orabat a ſiniſtris poſitum coopertum purpureo ornamento cum pulvinari etiam purpureo, & parvo ſcabello etiam purpureo. Sedes Cæſaris cum ſuo reclinatorio ſive poſtergali ſita erat inter ſedem Pontificis, & ſedilia Cardinalium in formam ſedis pontificalis, ſed non tantæ altitudinis: cooperta erat panno ſerico viridis coloris, & ſcabellum parvum habebat viride, ſuper quod pedes tenebat Imperator: altitudo ipſius ſedis ita erat inſtituta in capella apoſtolica, ut non altior eſſet locus ubi ſederet Imperator, quam ubi Pontifex teneret pedes, & item ſcabellum Cæſaris æquale erat ſedibus Cardinalium. Cum incenſabatur Pontifex per Cardinalem aſſiſtentem, mox incenſabatur Imperator per primum ex prælatis aſſiſtentibus Pontifici. Cum Pontifex pacem accipiebat ab aſſiſtente Cardinali primo dabat pacem Imperatori, poſtea diaconis aſſiſtentibus. Inter eundum ſemper manu ſiniſtra illius dextram tenebat, volebatque ut æquali ſemper gradu incederet, quamvis modeſte ſemper Cæſar reluctaretur.* De ejus diſceſſu proximo anno agetur.

Qui honores Cæſari exhibiti in ſacello pontificio.

An-

I. ANno ineunte poſt Chriſtum natum millesimo quadringenteſimo ſexageſimo nono ſecunda indictione Fridericus Imperator ſacris in urbe locis religioſe luſtratis, a ſummo Pontifice officiis, beneficiis, muneribuſque ornatus Germaniam repetiturus Roma diſceſſit. Quæ vero de eo refert Auguſtinus Patritius (a) ad hunc annum pertinentia recenſeamus. *Cum*, inquit, *ſolemnitas circumciſionis celebranda eſſet, Imperator oriente ſole Lateranum petiit, & capellam baſilicæ majorem ingreſſus Pontificem ibidem expectabat, neque unquam ſuper ſedem ſibi ad dexteram pontificalis throni paratum ſedere voluit abſente Pontifice, quamquam Cardinales aliqui, qui ei aſſiſtebant, ut in ea ſederet, ſedulo hortarentur. Venit hora conſueta Pontifex, & Cæſar obviam illi proceſſit uſque ad majorem aram, ſimulque deinde ante altare in ſuo quiſque faldiſtorio procumbens oravit. Acceſſit poſt hæc Pontifex ad confeſſionem ex more faciendam cum Cardinale Beneventi epiſcopo Albano, qui eo die rem divinam erat facturus. Imperator ſedem ſuam repetiit: facta confeſſione acceſſit Pontifex ad ſolium, & alia omnia facta ſunt, ut in nocturna miſſa natalis enarravimus.*

(a) Aug. Pat. mſ. Vallic. ſig. lit. F. n. 73. p. 17.

Qui ritus ſervati die circumciſionis præſente Cæſare.

II. Qui in creando equite S. Georgii.

Re divina abſoluta, antequam Pontifex e ſolio deſcenderet, Cæſareæ domus magiſtrum pincernarum, virum domi nobilem ac probum, ſignis militaribus donavit, novæque religionis militaris, quam S. Georgii dicunt, militiæ & aſcripſit & præfecit, ſagumque illi impoſuit album rubra cruce diſtinctum, ac vexillum aſſignavit ejuſdem coloris cruce etiam rubra inſignitum. Aſtabat Cæſar dum hæc fierent, manuque aſſignandis inſignibus Pontificem juvabat. Acceſſere poſt hæc ad adis ſacræ medium ubi faldiſtoriis incumbentes Pontifex & Cæſar genibus flexis nudatiſque capitibus Apoſtolorum principum primo, deinde aliorum ſanctorum complures reliquias & aſpexere devote, & pie venerati ſunt. Aſcendere deinde palatium, & ſancta ſanctorum ingreſſi aliquantulum oravere, inde per vicinas ſcalas deſcendentes equos conſcenderunt, ſolemni pompa in Vaticanum reverſuri.

III. *Cæſar ut piæ religioni ſatisfaceret, veneraretur que pro viribus Jeſu Chriſti vicarium, illique ſeſe humiliaret, cum Pontifex equum vellet inſcendere, cito accurrit, ſtaffamque equi pontificalis arripiens tanquam unus eſſet ex Pontificis ſervis eam, quoad Pontifex inſcenderet, tenere volebat. At Pontifex humanitatem religioſi principis collaudans negat ſe equum aſcenſurum, niſi prius ille diſcedat pariterque & ipſe inſcendat equum, quem Pontifex ei dono dederat: Laudata eſt ab omnibus, & admirationi a pleriſque habita ea Cæſaris in Romanum Pontificem obſervantia ac devotio.* Cæterum obſequium hoc, ut nimirum equum aſcendenti Pontifici Imperatores ſtapedem tenerent, eumque apprehenſo fræno per aliquod ſpatium deducerent, præſtari conſueviſſe, atque etiam ut jure debitum ex Baronianis noſtriſque annalibus perſpicuum eſt. Subdit auctor: *Non eſt igitur novum neque indignum Chriſtianos & Imperatores, & Reges ſummo Pontifici, qui Dei noſtri vices in terris gerit ſe humiliare, atque ut maxima laude ſunt digni, qui id agunt; ita execrabili odio ſunt proſequendi, qui ſuperbia elati Romani Pontificis jugum aut dedignantur aut contemnunt, tanquam cum ipſo Deo de imperii magnitudine bellum geſturi.*

Aſcenſuro equum Pontifici ſtapedem tenere vult Cæſar.

Conſcenſis igitur equis Pontifex & Imperator in triumphantium morem hoc ordine in Vaticanum reverſi ſunt: præcedebant primum Cardinalium, & aliorum curialium mixta familia cum quatuor e familia Pontificis, qui ſingulos ſacros ex panno coccineo in equis præferebant, quas valiſias vocant: ferebantur deinde a pedeſtribus vexilla XIII. regionum urbis, & poſtea vexilla magna quatuor vehebantur a proceribus quibuſdam equitibus: hæc erant populi Romani, Pontificis maximi, Eccleſiæ, & crucis albæ in rubro vexillo: deducebantur poſt albi equi phalerati duodecim ſine ſeſſoribus: quos ſequebantur Pontificis aulici, e quibus quatuor portabant ſingula pilea purpurea aureo limbo circumdata: inter eos medius erat Pontificis architriclinus, quem ſcalcum vocant pontificalem pileum gerens a ſpatulis; & cum iis nobiles quidam minores equitabant: poſt hos ſecretarii, & cum eis procurator fiſcalis cum advocatis, & cubicularii cum ſuis cucullis circa collum: inde acolythi, clerici cameræ, auditoreſque cauſarum cum lineis rochettis, & cappis amplis. Sequebantur deinde nobiles quidam majores & proceres urbis, tum legati principum & Regum, qui aderant cum ſenatore & conſervatoribus urbis, ſed conſervatores infimam, ſenator vero ſupremum inter legatos obtinuit locum. Incedebat poſt hos ſubdiaconus crucem præferens indutus alioquin ut auditores, ſed & pileum in capite geſtans nigrum totum, præter mappulas, & chordulas aurei coloris: hunc alii ſubdiaconi ſine pileis medium habebant: præcedebant autem eos duo magiſtri oſtiarii cum baculis ſerico tectis, crucem vero ſequebantur primæ clerici pontificalis capellæ duo, quorum alter laternam cum lumine præferebat in honorem ſacræ Eucharistiæ, alter vero loculum pontificalis mithræ: tum Peloponeſi, quam Moream vocant, deſpotus

IV. Pompæ ordo Pontifice in Vaticanum cum Cæſare revertente.

Delatum in pompa Chriſti corpus.

cum fratre: inde diaconi, presbyteri, & epiſcopi Cardinales, inter quos diaconi duo Pontifici miniſtrantes ultimi erant. Poſt hos ducebatur equus albus ſacratiſſimum Chriſti corpus vehens in capſula ornatiſſima reconditum, quem præcedebat ſacriſta Pontificis baculum teretem manu ferens, & ſupra ſacram hoſtiam ſericum umbraculum ferebatur, circumcirca vero funalia multa accenſa. Sequebatur poſt turba pedeſtris civium Romanorum nobilium, & qui regionum capita vocantur cum ligneis baculis & curſorum turia cum argenteis, & cum ìis cohors prætoria ad cuſtodiam corporis Pontificis. Inter hos incedebat Pontifex albo equo vectus indutus pluviali albo, auro margaritiſque ornato, mithram geſtans in capite pretioſam: ſiniſtra manu adæquitantem Cæſarem aurea toga indutum, quam ille dono dederat, tenens, dextera vero populum benedicens. Prætendebatur ſuper eos ſericeum umbraculum, quod nobiles ferebant cives, Cæſarem anteibat armiger ſuus parvo intervallo nudum enſem præferens: ſequebantur mox cubicularii Pontificis ſecreti duo medium tenentes auditorem qui mithram ſervare conſuevit: tum prælati quidam, Imperatoris & Pontificis medicus: ferebatur deinde ab uno e ſervientibus, ut ajunt, armorum ex vetuſta conſuetudine umbella crocei rubeique coloris, & is armatus & equo erat: poſt hos archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati alii ſuo ordine, poſtremo clerici curiales, reliqui mixtim ac turmatim ſequebantur. Ubi autem ad pontem ſub mole Hadriani perventum eſt, Cæſar ibi ſubſiſtens cum Pontifice, & Cardinalibus nobiles viros ſupra centum Germanos fere omnes militaribus inſignibus donavit nudo ac plano enſe quemque ter verberans leviſſime, Poſt hæc ad palatium pervenere Vaticani, deduxitque Imperator Pontificem uſque ad cubiculum primum, & ipſe deinde a compluribus Cardinalibus comitatus ad ſuum diverſorium rediit. Venit & altas Cæſar cum Pontifice ad rem divinam audiendam, & ceriмonia eadem ſervata ſunt: magna fuit humanitas, quam Pontifex Cæſari ubique præbuit. Nonnullis adjectis de officiis, quibus Imperatores antiquitus ab Romanis Pontificibus ornati fuere, ſubdit Auguſtinus de Imperatoris diſceſſu.

Ante Cæſarem nudatus enſis præferri ſolitus.

Centum Germani nobiles ſub mole Adriana creati equites.

V. *Statuerat*, inquit (*a*), *etiam Pontifex Cæſarem abeuntem uſque ad palatii portas deducere, ſed ille hoc recuſans ante conſtitutam horam equitavit: diſceſſit namque Cæſar Germaniam repetiturus quinto idus januarias ſummo diluculo, eumque Cardinales aliqui extra portam deduxerunt, nam reliqui nimia Cæſaris feſtinatione præventi ſunt, ille enim ante urbem exiverat, quam aliqui id reſciſſent. Omni hoc tempore, quo Cæſar Romæ fuit, & quandiu eccleſiæ Romanæ agrum peragravit, Pontifex illum & omnem ejus comitatum hoſpitio victuque ſuo ære continuo excepit magna liberalitate, & rerum omnium ingenti copia: non equis, non hominibus quidquam defuit: ubique benigne comiterque omnes habiti ſunt, gratias ſpirituales quamplurimas, & magnas a Pontifice impetrarunt, omnes ſine pecuniis redemit, omnia enim Pontifex gratis juſſit expediri. Donatus eſt præterea Cæſar a Pontifice albo equo phalerato, & aurea toga, quibus in ſolemni pompa uſus eſt, & præter hæc decentibus quibuſdam munuſculis, lapillis unionibuſque pretioſiſſimis ornatis, quæ ſupra duorum millium aureorum nummum æſtimata ſunt: atque ita perſolutis votis Imperator lætus domum verſus arripuit iter Cardinale Reatino & vicecancellario eum Viterbium uſque comitantibus, & quatuor prælatis, qui Narniam iverant aliquot diebus ultra eum deducentibus.*

(*a*) *Aug. Pat. ubi ſub.*

Cæſareus ex urbe diſceſſus.

Ornatus muneribus Fridericus.

VI. Hæc Auguſtinus Patritius, quæ paucis verbis perſtringit Jacobus Cardinalis Papienſis (*b*), additque ſuperiora ea magnificentius & ſtudioſius in Fridericum collata, quod notiſſimum eſſet illum numquam propugnandæ Eccleſiæ, tuendæque Pontificum dignitati, ex quo accepit imperium, defuiſſe, neque umquam in nefaria abiiſſe conſilia, quibus ſæpe nationes tranſalpinæ in eccleſiam Romanam turbas ſine cauſa concitarunt. Inter alia vero Paulum militarem S. Georgii ordinem in monaſterio Myliſtatenſi Saliſburgenſis diœceſis Friderici rogatu inſtituiſſe, impoſitis hiſce legibus ſequens diploma docet (*c*).

(*b*) *Papien. in comm. l. 7. to. 2. rer. Germ. p. 140.*

S. Georgii ordo militaris inſtitutus.

(*c*) *L. 8. bull. p. 50.*

Ad perpetuam rei memoriam.

VII. *Tam magiſter & milites, quam præpoſitus & ſacerdotes caſtitatis & obedientiæ vota ſponte emittant: ad paupertatis vero votum emittendum nullatenus aſtringantur inviti; ſed bona & proprietatem cum ſui ſuperioris licentia habere & patrimonium ſeu alia bona, quæ ante religionis ingreſſum poſſidebant, licite retinere, ac fructus exinde provenientes, quoad vixerint; alienandi tamen bona poſt ingreſſum hujuſmodi poteſtate eis penitus interdicta in ſuos uſus convertere poſſint, ipſaque bona tam mobilia quam immobilia ad domum ipſam, ſeu ab ea dependentem, in qua profeſſionem emiſerint, poſt eorum obitus devolvantur & ad eam omnino pertineant, quodque magiſter, milites, præpoſitus, & ſacerdotes prædicti veſtes talares cujuſcumque coloris; præterquam rubei, viridis, & crocei, continuo, in vigiliis autem & feſtivitatibus ejuſdem Virginis glorioſæ, nec non ſingulis diebus ſabbati, de ſuper veſtem albam cum cruce rubea, a qua longitudine, cum veſte anteriori, & latitudine uſque ad brachia protenſam juxta formam inferius aſſignatam deferre teneantur. Præpoſitus vero & ſacerdotes prædicti horas canonicas diurnas*

pa-

Digitized by Google

pariter, & nocturnas ſubmiſſa voce percantent; & quando matutinale officium alicujus feſti celebraverint, unicum tantum pſalmum in quolibet nocturnorum; quando autem de feria tantum pſalmos tres & totidem lectiones & ſimiliter in veſperis tres, aliis autem horis unum duntaxat pſalmum dicere aſtringantur; hoc tamen adjecto, quod hora prima Athanaſii ſimbolum fidei, videlicet: Quicumque vult ſalvus eſſe; *una cum precibus & ſuffragiis conſuetis quotidie nullatenus omittantur, & in reliquis horis, praterquam in precibus & ſuffragiis ſupradictis, qua tantum in prima decantur, ut præfertur, uſum & morem eccleſiæ Romanæ obſervent. Milites autem loco divini officii pro matutinalı ſeptem, & veſpertino officio etiam ſeptem, pro aliis autem horis totidem pater noſter cum Ave maria in ſingulis horis & devote, & ſub ſilentio dicere debeant, &c.* (Permittit Imperatori, ut novo illi equeſtri ordini congruas ædes excitet, quas ſi locupletet vectigalibus, donat iiſdem prærogativis, quibus Theutonici equites S. Mariæ gaudent: tum nonnulla monaſteria, ac prædia eccleſiaſtica Salzeburgenſis & Pataviensis diœceſum dictæ familiæ attribuit. *Dat. Laterani anno MCDLXVIII. kal. januarii pontificatus noſtri anno v.* [t].

VIII. Viennenſis epiſcopatus a Paulo II. conditus.

Præterea Imperatoris ejuſdem precibus permotus Viennæ oppidum in Auſtriæ ducatu, ac diœceſi Pataviensi ſitum, opulentum, populo refertum, nobili academia, ſacris Dei templis, monaſteriis, xenodochiis, aliiſque compluribus religioſis ædibus exornatum epiſcopali dignitate inſignivit (a), cui diplomati adjecta eſt hæc loci ac temporis nota: *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXVIII. XV. kal. februarii pontificatus noſtri anno v.*

(a) Ib. p. 287.

IX. Victorini in terras Friderici excurſiones.

Incurrebat interea hoſtili irruptione in Frederici terras Victorinus Georgii Podiebracii Bohemiæ tyranni filius, ad quem comprimendum Pontifex principes catholicos conjunctos illi fœdere intentata anathematis pœna divellere ab ejus ſocietate annisus eſt (b), ipſorumque nomina, & cognomina edi juſſit, ut digens ſcelere pœnas in eoſdem ſtatueret: tum Laurentium epiſcopum Ferrariæ apoſtolicæ legationis munere in Germania & Pannonia fungentem Matthiæ adverſus impium Georgium conſilio operaque omni juſſit adeſſe. (c)

(b) Ibid. p. 55. 56. & 63.

(c) L. 2. p. 44.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi referendario & datario, ac cum poteſtate legati de latere per Germaniam & Hungariam nuntio noſtro ſalutem, &c.

Conſiderantes præſtantiſſimam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Matthiæ Hungariæ Regis illuſtris ad extirpandas Huſſitarum, & Vviclefiſtarum hæreſes animum, quem ſua regali potentia, victricibus copiis patefecit, ut adverſus obſtinatiſſimum hæreſiarcham juſto Dei, & ſancta Romana eccleſiæ judicio maturaque deliberatione damnatum Georgium regni Bohemiæ occupatorem, & ſimplices quotidie demonſtrat, juſtis ſuadentibus cauſis expedient fore cenſemus prout etiam rationibus evidentibus, ad rem Chriſtianam contra earumdem hæreſum pertinaces alumnos conferentibus liquere poteſt, utile futurum eſſe, ut pro occurrentibus negotiis fidei fraternitas tua omnibus facultatibus per nos tibi alias conceſſis, & quibus, quoad Germaniæ partes ſuffultus es, etiam per totum Hungariæ regnum, ac illi pertinentes provincias, & patrias plenarie uti poſſis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXVIII. vet. kal. februarii pontificatus noſtri anno v. His addimus ſolutum (d) Venceſlaum Bibeſtenium virum prænobilem iniquo ſacramento, quod idem Georgius tyrannus ab eo extorſerat, additaque mandati ratio. *Attendentes quod hæreticis & a fide catholica deviis nulla eſt ſervanda fides;* nempe de re iniqua data.

(d) Paul. l. 10. p. 243.

(e) Papien. ep. 27. Jo. Turoſ. in chron. c. 66. Bonf. l. 4. dec. 3. Rantz.

X. Matthias Ungarus Bohemiæ Rex & marchio Moraviæ ſalutatus.

Geſta (e) eſt feliciter res a Matthia Rege, qui ex Hungaria in Moraviam cruceſignatas copias movens Spilibergum diuturna preſſum obſidione ad faciendam deditionem compulit: deinde Olomucium profectus ab orthodoxis Bohemis habitis ſolemnibus ordinum comitiis, Bohemiæ Rex & marchio Moraviæ ingenti plauſu & gratulatione omnium eſt ſalutatus. Inde in Sileſiam ſigna convertit victricia, atque ab univerſis Sileſiis (f) Luzatiiſque, præterque aliis ab Wratiſlavienſibus honorificentiſſime uti legitimus ipſorum princeps exceptus eſt: cumque oratores ſuos in Auſtriam ad Fridericum Im-

(f) Dubr. l. 30. Mechov. l. 4. c. 68. Cremer. l. 27. Crantz. Vandal. l. 23. c. 1.

NOTÆ [t] Militarem hunc ordinem S. Georgii eumdem eſſe credo cum ordine ejuſdem nominis in Germania, de quo Juſtinianus in hiſtoria vernacula ordinum equeſtrium to. II. pag. 783. Ejus inſtituendi authorem Maximilianum Romanorum regem conſtituit. Epocham figit anno 1494. ſub Alexandro VI. pontifice. Licet vero ordinis illius cum noſtro exordia non conveniant; idem tamen Juſtinianus commentariolum equeſtrium ordinum in Gallia excuſum affert, ubi ordo quidam equeſtris in Auſtria a Friderico cœptus anno 1472. recenſetur, ejuſque ſtemma cum ordine S. Georgii, quem ipſe ab anno 1494. exorditur, congruere affirmat. Ex quo intelligimus ordinem S. Georgii in Germania diu ante annum 1494. ex authore illo Gallo cœpiſſe. Sed nec Juſtinianus, nec author Gallicus exordium ordinis hujus recte definierunt, cum pontificis literæ de ordine illo in diœceſi Salisburgenſi ſtabiliendo datæ ſint hoc anno 1469. Forte tamen Maximilianus elangueſcentem illum iterum roboravit propagavitque; ex quo primus ejus author non immerito reputatus eſt. Brevi tamen cœtus ille diſſipatus eſt, ut idem Juſtinianus notat. MANSI

Imperatorem miſiſſet, ut pacta ad ſuſtinendos bellicos ſumptus ſtipendia exigeret, concepta ſpe deluſus eſt, indeque inter ipſos nova parta diſſidia. Interea in Moraviam, ut Victorini Georgii filii irruptiones coerceret, reverſus illum ad Viſtelliam oppidum intercepit: in quem tamen clementia uſus eſt.

XI. Victorinus a Matthia interceptus. Catholicorum Bohem. ad Polonum legatio.

Agunt de his Hungarici, Bohemici, & Polonici ſcriptores, inter quos Cromerus addit Bohemos proceres tum apud Caſimirum Regem Poloniæ excuſaſſe celebratam Matthiæ electionem, cum enim ipſe oblatum ſceptrum admittere cunctatus eſſet, neque urgens diſcrimen ullas ferret moras, illud ipſos Hungaro detuliſſe: tum addidiſſe preces, ut cum ille catholicum dogma coleret, ſibi potius catholicis, quam Georgio hæretico faveret: longe Polonico Imperio Matthiam utiliorem futurum, quam perfidum illum, qui religionem labefactaret. Ad quam legationem nihil aliud tunc reſponſum, quam Caſimirum rem ad ampliſſimum ordinum conventum data opportunitate relaturum, reſponſurumque poſtea Bohemis, cumque nollet conceptam ſententiam in utramvis partem exprimere; eum tamen non diſſimulaſſe lætitiam, cum ipſi renuntiatum eſſet Wladiſlaum filium natu maximum acclamantibus Bohemis, qui cum Georgio ſentiebant, deſignatum Georgii ſucceſſorem Georgio ipſo ac tribus filiis in conventu præſentibus, neque ejuſmodi decreto intercedentibus.

Vvladiſlaus hæres Bohemiæ pronunciatus.

Erant vero adjunctæ hæ pactiones: ut Georgius in reliquam vitam ſceptrum retineret: illius filiis ampli principatus reſervarentur; Wladiſlaus autem Ludimilam Georgii filiam uxorem duceret. De quibus omnibus cum a Georgii oratoribus ad cœtus ſolemnes Polonici regni relatum eſſet, complures ſocietatem affinitatemque cum hæretico damnarant, regnumque Bohemiæ agnis comparandum cenſuere: quam ſententiam epiſcopi ſunt amplexi, fuitque Cracoviæ ſacrorum juſtitium quandiu oratores Georgii in ea urbe verſati. Ut vero Caſimirus Matthiæ bellum intulerit dicetur inferius: nunc partas aliquas de Turcis victorias ſuperioribus adjungamus.

XII. Venetorum in Turcas res geſtæ.

Præfectus orientali ſacro bello a Venetis Nicolaus Canalius Ænum oppidum in Thraciæ ora ſitum, divitiis affluens, magnoque a Turcis munitum præſidio, adortus die ſeptimo expugnavit (a), moxque direptum flammis delevit: duo millia hoſtium fuiſſe inde in Euboeam abducta, refert Sabellicus (b), ac plura illius egregia facinora recenſet, evaſtatos nempe in Theſſalonicenſi ſinu plures Turcarum vicos, oppidaque direpta; Legoſticium oppidum in Patrenſi ſinu celeri opere communitum firmatumque, Novaſolia poſt Ænum capta. Boſtitzam etiam inſtauratam addit Phrantzes. Perlato Romam de utraque victoria, de Bohemis nimirum Turciſque parta, læto nuntio, pontificem gratias Deo ac ſolemnes ad baſilicam Vaticanam ſupplicationes indixiſſe teſtatur Joannes Petrus Arrivabenus in literis (c) ad Jacobum Cardinalem Papienſem, qui urbe aberat, datis: *Herodis impii natalis nobis hodie Joannem obtruncavit: craſtinus natalis Pontificis Pauli nobis illuceſcet, cujus muneris & tu inter reliquos auctor fuiſti.* Auctam porro ejus diei lætitiam feliciſſimis nuntiis recenſet: *Relatum eſt hæreticos Bohemos acie cecidiſſe, Jorſici filium cum multis captum eſſe ab Hungaro, & illius regni potiundi infra paucos dies ſpem eſſe Pannonio: claſſem quoque Venetam cepiſſe urbem, quam ajunt Æno, ut vulgato utar vocabulo; ego fortaſſe, ſi locorum ſitus ſcirem, Æneum dixerim, quod oppidum primum Æneas Ilio profectus fundavit in Thracia: legimus & ſecundum in Creta ejuſdem nominis ab eo poſitum; utrum horum aut neutrum ſit haud ſatis auſim affirmare. Eo cum ex improviſo appuliſſet claſſis Veneta incauti oppidani & nihil tale veriti primo congreſſu capiuntur; opulenta, ut ajunt, urbs eſt, unde multum auri ac nobilis ſupellex exportari potuit: captæ nobiles matronæ: multi in ſervitutem abducti, magna pars interfecta eſt: & quia retinendæ urbis, quod a Turcis eo facilis ſit tranſitus facultas deerat, tota diruta & ſolo æquata eſt.* Et infra. *In diem craſtinum ob felicem cumulum tot felicitatum ſolemni ordine in baſilicam Petri proceſſionem Pontificem publico edicto nunciatum eſt, ignes per urbem parantur, & quæcumque in ſummis gaudiis conſuevere. Hæc tibi ob cauſam fidei, ob ſalutem lætitiamque Pontificis gratiſſima fore non ambigo, &c. Dat. Romæ XXIX. auguſti.* Ampliori ſtylo perſecutus eſt idem Jacobus Papienſis (d) Oenenſis expugnationis hiſtoriam, additque Venetis tantum unius remigis obitu, & vulneratorum ſex damno ſtetiſſe victoriam.

Celebrata Romæ publica lætitia.

XIII. Cæterum hæ victoriæ aliis magnis cladibus immixtæ fuere, atque a Turcis non unius oppidi, ſed plurium provinciarum Chriſtiani imperii vaſtitas effecta eſt. Præbuit tanto malo initium duorum fratrum Corvatienſium diſſenſio, quorum natu minor Martinus nomine Stephano fratri toparchæ invidens, ductuſque avaritia, cum amnem Luptanam Turcicas irruptiones a Corvatia arcentem tantum æſtate vadoſum præſidio tueretur, cum Aſſambeo Boſnæ præfecto Chriſtianæ legis apoſtata pactus in ſingula equitum capita ſingulos nummos argenteos, ac præterea de fratre ultionem ſumptum iri, Mahometano exercitui in Corvatiam aditum aperuit. Conſtabat is viginti millibus equitum ad curſum expeditis qui mox imparatis Chriſtianis miſerandas clades intulit: in uno enim emporio octo millia paucis horis trucidavit, tria millia abduxit in ſervitutem: in Car-

Turcica in Corvatiam irruptio.

nos

(a) Phrantz. l. 30. c. 3. apud Papien. ep. 227. Sabell. ennead. 10. l. 6. Bonfin. dec. 4. l. 2. Crom. l. 27.

(b) Sabel. ib.

(c) Ext. apud Card. Papien. ep. n. 227.

(d) Papien. comm. l. 7.

(*a*) *Apud Papien. ep. 394.* Inflictæ Chriſtianis horrendæ clades. nos (*a*) etiam progreſſus omnia igni ferroque fœdavit: nullum tamen munitum locum cepit. In egreſſu vero cum Chriſtiani nullas ad hoſtem debellandum paraſſent copias majores ille ſtrages edidis, quas ita deſcribit Jacobus Cardinalis Papienſis.

XIV. Cæſorum captorumque numerus. *Millibus paſſuum centum ac ſexaginta progreſſi, cum non longe ab Italia dierum iter abeſſent, nullo occupato loco ſigna verterunt: quacumque reditus fuit miſeranda illata calamitas eſt: interfecta ſunt hominum millia duo de viginti, capta amplius quindecim: nullis pueris aut ſenibus parſum: ædificia incenſa, vaſtati agri, pecus omne ferro abſumptum protinus, ut pervaſiſſe regionem non hoſtes, ſed furia viderentur. Lupratium reverſi auctam eam ex imbribus invenerunt ita, ut vado tranſiri non poſſet, navigiorum autem in his locis copia non habebatur, quam ob cauſam dies continuos octo ſedere ad ejus ripam coacti ſunt. Id ſpatium ſi tantus terror Chriſtianorum animos non occupaſſet, occaſionem præſtare populis circumſtantibus poterat non redimendæ tantum captivæ multitudinis, ſed vindicandæ quoque crudelitatis exercitæ.* De eadem Turcica irruptione hæc ſcribit

(*b*) *Phil. l. 31. ad Demetr. Caſtren.* Franciſcus Philelpus (*b*): *Impetus Turcorum in ipſas prope Italiæ januas ad confinia Forijulii atque Tergeſtinorum non triſtis auditu nobis eſſe non potuit, quippe qui liquido videre videremur non longe abeſſe ardentiſſimi incendii flammas XI. kal. ſeptembris MCDLXIX.*

XV. Illatæ hæ calamitates magna ex parte fuere terris Auſtriaco principatui obnoxiis, quamobrem Fridericus Imperator, qui ſæpius antea torpuerat, dum agebatur de propulſandis e Pannonia Turcis, elidendaque Mahometis tyrannide in dies latius ſeſe efferente, his ſtimulis excitatus eſt

(*c*) *Apud Papien. ep. 394.* (*c*), ut proximis annis ad expeditionem conficiendam a Germanis ſe commoveret: averti quidem hæc mala potuerant, ſi ad tuendam religionem paribus animis Germaniæ principes incubuiſſent; miſſoque jam ante Petro tit. S. Vitalis presbytero

Helvetii oppida Sigiſm. Auſtriaci invadunt. (*d*) *L. 11. bull. de cur. p. 54.* Cardinale Nurembergenſes conventus fuerant celebrati, in quibus ultimo habitis quinquennalis pax fuerat a Friderico imperata: ſed hanc quoque violarunt Helvetii, qui nonnulla Sigiſmundi principis Auſtriaci oppida invaſere, ad quæ repetenda Pontifex Laurentium epiſcopum Ferrarienſem operam dare juſſit (*d*).

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi in Germania cum poteſtate legati de latere nuntio, & oratori noſtro.

XVI. Violata ab Helvetiis. *Cum ſicut cum maxima animi perturbatione nuper intelleximus, dilecti filii confœderati Suvitenſes populi vulgariter nuncupati, pœnas in conſtitutione prædicta pacis contentas, & ejuſdem ſedis cenſuras, necnon imperialis majeſtatis auctoritatem contemnentes dominia dilecti filii nobilis viri Sigiſmundi Auſtriæ ducis hoſtiliter invadentes, plura oppida, caſtra, atque villas devaſtarunt: quibus non contenti oppidum Vvaltzhuct Conſtantienſis diœceſis, & in illo nonnullos comites, & nobiles obſederunt, quos cum idem dux propter incogitatum, & improviſum ipſorum confœderatorum inſultum de obſidione liberare non poſſet, compulſus fuerit cum confœderatis prædictis novas pacis conditiones inire, videlicet quod eis decem millia florenorum Rhenenſium, ac dilecto filio Joanni Anyſtael nuncupato mille octingentos ſimiles florenos ad feſtum S. Joannis Baptiſtæ proximum ſolvere, & ſi præfatos florenos in eodem termino non ſolveret, quod tunc oppidani prædicti oppidi Vvaltzhuet, ac etiam populi Nigram ſilvam inhabitantes medio juramento obligati eſſent dictis confœderatis oppidum illud tradere, ac illorum poteſtati ſe ſubmittere.* Subdit fœderatos Helvetios etiam eam legem adjeciſſe, ut imperialia & apoſtolica edicta, quibus

ob violatas inducias ſe irretierant, viribus carerent; ſed cum hæc ab æquitate abhorrerent, laxataque temeritati licentia confici in Huſſitas ſacrum bellum non poſſet, data eſt nuntio pontificio provincia, ut Helvetios indictis cenſurarum pœnis, implorataque principum ope ad officium cogat, omneſque pactiones cum Sigiſmundo confectas pronuntiet irritas: quæ literæ hac formula conſignatæ. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXVIII. VI. id. martii pontificatus noſtri an. V.* Diſtrictæ in eos cenſuræ.

Sed ad inſtitutum de datis a Turcis cladibus, paratiſque in eos ſubſidiis redeamus. Deplorat illas lugubri oratione Paulus Papa in apoſtolicis literis XV. kal. aprilis exaratis, quibus ſubſidiarias decumas in Gallia imperavit, quæ in faciendis ſacri belli ſumptibus eſſent impendendæ. In iis vero literis indicat ſuſcepta a Ludovico Francorum Rege pia conſilia de gerendo adverſus barbaros bello ſacro; ipſum autem retardatum fuiſſe tum ob arduam illius molem, quam ſuſtinere non poſſet, niſi principes alii auxilia conjungerent, tum ob domeſticas diſſenſiones bellaque civilia, quæ regnum vehementer concuſſerant, necdum erant ſedata, præfecti porro cogendis decumis fuere Joannes Balve Cardinalis & Stephanus Nardinus archiepiſcopus Mediolanenſis, conceptæque erant hiſce verbis eæ literæ (*e*). XVII. Turcæ in Chriſtianos graſſari non deſinunt. (*e*) *L. 11. bull. de cur. p. 51.*

Ad futuram rei memoriam.

XVIII. *Cum, ſicut, proh dolor! oculi cunctorum fidelium poſſint luce clarius intueri, immaniſſimus Turcorum dux, qui contra dominicam crucem, in qua ſalvati & liberati ſumus, ſatbana vexillum improba temeritate erexerit, effundendi Chriſtiani ſanguinis ardore nimio exæſtuant, plurima fide-*

fidelium millia cruentiſſima ſtrage afflixerit, ac ſuperiori, & præſenti anno Albaniæ partes propria perſona invadens magnam Chriſtianorum multitudinem in improperium fidei Chriſtianæ abduxerit; diverſa quoque regna, provincias, civitates, & loca credentium depopulata, & in prædam miſerabilem ſervitutemque redacta ſuæ ſubjecerit ditioni, ac in tanta ſuperbia, & arrogantiæ flammam elatus ſit, ut terra marique reliquas fidelium regiones invadere, & debellare ſibique, ſi poſſit, univerſæ Chriſtianitatis imperium tyrannice uſurpare præſumat, in maximam divinæ majeſtatis offenſam, noſtrum & cunctorum catholicorum Regum, & principum, aliorumque fidelium ignominiam, dedecus, & jacturam, nos illius vices gerentes in terris, qui pro mundi ſalute de ſumma cœlorum ſolia ad ima deſcendens carnem humanam aſſumere, & mortem ſubire non abnuit, repetentes animo non ſine lacbrymarum effuſione, & cordis amaritudine quot ſacratiſſimæ patriarchales, metropolitanæ, & cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac utriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca profanata deformi ruinæ ſubacta illorum ornamenta, cruces, & calices, aliaque divinis deputata, miniſteriis conflata, destructa, & quod lacbrymabilius eſt, ſanctorum veneranda pignora, & ipſorum ſacræ reliquiæ conculcata, ac innumeri ſexus utriuſque fideles ad damnatam Mihometicam ſectam ſub dura ſervitute profitendam fuiſſe compulſos, & niſi per catholicos principes tantæ inſaniæ tantoque furori celeriter occurratur, majora in dies detrimenta debeamus veriſimiliter formidare; cupienteſque pro ejuſdem fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalute non ſolum noſtras, & ſedis Apoſtolicæ facultates noſtræ diſpoſitioni commiſſos, quorum partem non exiguam a tempore obitus ſonctæ recordationis Pii immediati prædeceſſoris noſtri, tam pro dilectorum filiorum Hungarorum ſubſidio, quam nobilium virorum deſpoti Moreæ, Scanderbeghi domini in Albania, & deſpoti Areta, & aliorum quamplurimorum magnatum, provinciarum, & populorum ſubventione, rebuſque aliis ad rem hanc conferentibus ſaluti fidelium opportunis, uſque ad ſummam ducentorum millium florenorum liberaliter expoſuimus.

Mahometis impia conſilia de excindenda religione Chriſtiana.

Ducenta aureorum millia expenſa a Paulo contra Turcas.

XIX. *Sed, etſi opus fuerit, imitatione illius cujus vicariatum, licet immeriti, tenemus in terris, proprium effundere ſanguinem, & incommoda quæque ſubire, eo equidem ferventius, quo nuper chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus ad ſignificationem noſtram factus de præmiſſis certior, inter alios catholicos principes huic noſtro pio atque laudabili deſiderio ſpontaneus adjutor, ac cooperator accedit: qui etſi tantæ expeditionis molem in ſe uno ultro ſuſcipere, & hoſtis ejuſdem infenſiſſimi atroces injurias cum ſuo electiſſimo Chriſtianorum exercitu ulciſci tota mente affectet, propter varias tamen, peccatis facientibus, temporis conditiones, & varietates, ubi unanimes cuncti Chriſticolæ adverſus crucis æmulos deberent arma convertere, nequit in propria perſona, quam multarum retrobit rerum magnitudo, hoc intimum ſuæ mentis deſiderium adimplere, cum ipſius adjutorio, cujus cauſa agitur his atque aliorum principum, & populorum fidelium freti præſidiis, cœptum opus defenſionis fidei hujuſmodi ultra virium noſtrarum menſuram contra inſolentiſſimum hoſtem prædictum continuare intendimus. Sed quoniam ad tantæ rei ſarcinam noſtræ, & Romanæ eccleſiæ non ſuppetunt facultates, ac idem Chriſtianiſſimus Rex prono, & ſincero animo quæcumque ſua *.. poſſibilia, prout compertum habemus, tamquam orthodoxus princeps facit, volentes pro viribus huic ſancto operi, ne alia regna, & Chriſtianorum provincias, civitates, & loca idem hoſtis diripiat, ac ſub tyrannica malignitate deducat, aut guerrarum anguſtiis quotidie laceſſita confundat in animarum, corporum, & ſubſtantiarum periculum, & inextimabile plurimorum diſpendium, quantum nobis ex alto permittitur votive intendere, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & præfati Regis beneplacito, unam integram decimam omnium fructuum, redituum, & proventuum eccleſiaſticorum ſecundum verum valorem annuum quarumcumque cathedralium & metropolitanarum, aliarumque eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & beneficiorum eccleſiaſticorum ſæcularium, ſeu quorumcumque ordinum regularium, etiam militarium in regno Franciæ, & Delphinatu, & infra ſolvendam, & exigendam per dilectum filium noſtrum Joannem tit. S. Suſannæ presbyterum Cardinalem, ac venerabilem fratrem noſtrum Stephanum archiepiſcopum Mediolanenſem noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium, cum poteſtate legati de latere ad Regem, & regnum prædicta deſtinatum, authoritate apoſtolica imponimus per præſentes, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXVIII. xv. kal. apriles pontificatus noſtri anno v.*

* ſerenitati.

Ludov. Franc. Rex tuendæ rei Chriſt. favet.

Decumæ Gallicano clero imperatæ.

XX. Exactæ pariter a Britannis & Belgis Burgundiſque auxiliares decumæ, uti literæ ad Franciſcum ducem Britanniæ & Carolum ducem Burgundiæ datæ (*a*) oſtendunt: quod in aliis etiam regnis actitatum, ſed exiguam partem in rem ſacram derivatam indicat Cantizius (*b*), dum ait Chriſtiernum Regem Daniæ, Norvegiæ, Sueciæque dimidiam decimani æri a Marino de Fregeno nuntio apoſtolico corraſiſſe eo co-

Et aliorum regnorum ſacerdotibus.

(*a*) *Ib. p. 51. & 65.*

(*b*) *Crantz. l. 5. Suec. c. 40.*

Chriſtiernus dimidias trium regnorum decumas ad ſe avertit.

lore, quod ſibi etiam bellum adverſus Ruſſos ſchiſmaticos incumberet, implicitus (a) etiam erat ille domeſtico bello; nam Sueci ab eo defecerant revocato Carolo, quem olim ob tyrannidem regno pepulerunt, ad quos componendos motus celebravit (b) Lubecæ cœtus publicos Chriſtiernus cum Sueccis oratoribus, qui tamen re infectu diſſoluti ſuat. Cum vero ille expeditionem confeciſſet in Sueciam, archiepiſcopum Upſalenſem ſibi ſuſpectum abduxit in cuſtodiam [1], a quo tamen, de integritate fidei ab illo præſtitæ edoctus, emiſit, adeoque ſibi devinxit, ut is præcipue, vita functo proximo anno Carolo, ipſius Chriſtierni res in Suecia confirmarit.

(a) Id. Suec. l.5. c.49.
(b) Id. ib. & Vvandal. l.15. c.3.

XXI. Balvæ Cardinalis nefanda perfidia.

Diſpar huic fuit perfidus Joannes Balves Cardinalis, cujus ſupra meminimus, qui cum ex infima ſorte ad ſublimes honores ſummaſque opes fuiſſet evectus, ut gratiam auctoritatemque apud Ludovicum Regem Francorum retineret augeretque, clandeſtinis artibus alebat bella civilia inter Ludovicum Regem, ac fratrem Carolum ejuſque fœderatos Britannum Burgundumque duces, ut operam ſuam veluti regno neceſſariam venditaret turbido tempore, quam ſereno inutilem æſtimandam cenſebat. Detectæ (c) tandem hoc anno ſunt eæ nefariæ artes, miſerante Deo Gallorum calamitates, comprehenſuſque eſt ejus adminiſter, cum inopino caſu equum auſquam loco neque calcaribus, neque fuſte, neque habenis movere potuiſſet; ac palliore vultus, & metu adſtantibus ſceleris conſcientiam indicaſſet: quocirca Cardinalis literæ ad Burgundum, quibus regia aperiebat conſilia, atque ad bellum pro juvandis fœderatis incitabat, deprehenſæ ſunt: quibus patefactis Regi Gallo in cuſtodiam traditus eſt; liberiorem tamen, ſummæ ob dignitatis gradum, quem tenebat: cumque a judicibus interrogatus eſſet, terrore divini judicii actus mox omnia, uti erant, faſſus eſt. Guillelmus etiam epiſcopus Virdonenſis veluti proditionis ſocius in carcerem conjectus eſt. Tum oratores ſuos ad Apoſtolicam ſedem legavit Ludovicus Rex, poſtulavitque ut illo-

(c) Card. Papien. comm. l.7. additionum ad Monſtrelet. auctor. p.32. Gaguin. in Lud. XI. Belcair. ep. Meten. dec. 1. l.2. n.21.

Divinitus patefacta.

Conjicitur in carcerem cum Guillel. epiſcop. Virdunenſi.

rum cauſam in Galliis cognoſci juberet, cum aperta obſtarent pericula, ne ad Romanam curiam duci poſſent, neque enim prohiberi poſſe, ne accenſi ira populi reos diſcerperent: Re in ſacro purpuratorum ſenatu diligenter excuſſa, ſtatutum eſt conſtituendos a Pontifice judices, qui in Galliam profecti darent operam, ut Rex Avenione judicium inſtitui conſentiret: quod ſi non obtinerent, tres in Galliis civitates proponerent epiſcopis ſupremo imperii jure obnoxias, factaque ab Rege unius optione, ad eam rei adducerentur, darenturque in liberam cuſtodiam; acta rite confecta Romam inde tranſmitterentur clauſa, in conſiſtorio aperienda: tum judices cognitores in Galliis legati eam tantum ferrent ſententiam, quam præſignatam accepiſſent. Hæc prolixiori ſtylo Jacobus Cardinalis Papienſis quibus addunt Gallici ſcriptores (d) Balvem poſt undecim annos cuſtodia eductum, & Guillelmum Virdunenſem in arcem Pariſiacum conditum tandem quoque libertate donatum. Porro expreſſa a reis confeſſione, Rex illam ad fratrem Carolum Aquitaniæ ducem tranſmiſit, monuitque quibus tandem conſultoribus eſſet uſus, qui non ipſius res ex regiis dumais augere, ſed privatas ex amborum fratrum regiæque domus dilacerationu efferre contenderent: rediret itaque ad fratrem quem idem ſanguis iidemque parentes conciliarent; ac, ſive Campaniam ſive Aquitaniam mallet, liberum optionem permiſit. His non ſine admiratione acceptis dux Carolus flexit animum ad concordiam, & amicum colloquium cum fratre in Britanniæ & Andegaviæ limite celebravit; ita tamen, ut inito domeſticorum conſilio in Regis poteſtatem non ſe traderet. Ut vero, vincente ſuſpiciones omnes natura, fraterna benevolentia tanta ſuavitate animis delibutis, ut oculi non continerent lachrymas, redintegrata ſit pax ita deſcribit Cardinalis Papienſis (e) de quo paulo ante memoravi.

De illorum cauſæ cognitione exortæ lites.

(d) Paul. Æmil. in Lud. XII. & alii.

(e) Papien. comm. l.7.

XXII. Aquitaniæ ducis cum Gallo Rege colloquium.

Flumen erat ad Britonum fines vadum ea in parte nullibi habens hujus ripas collatis undique lintribus inſtar pontis con-

NOTÆ [1] JOannes Upſalæ archiepiſcopus diu ante hunc annum cuſtodiæ traditus fuit a Chriſtierno Daniæ rege, & ante nonnullos annos libertatem jam obtinuerat. Anonymus enim ſcriptor chronici vulgati a Ludevvig Reliquiar. to. IX. num. VIII. hæc ſcribit ad annum 1463. *Joannes archiepiſcopus Upſalenſis captus fuit in caſtro Stockolmenſi per dominum Chriſtiernum regem de conſenſu & voluntate potiorum militum regni Sueciæ, & captivus ductus eſt navigio ad caſtrum Haffnienſe circa feſtum S. Martini.* Chronologus iſte deſinit in annum 1468. Gemina ſcribit chronologus alter vulgatus ibidem num. IV. deſinens in annum 1520. qui & addit ſequenti anno 1464. archiepiſcopum illum libertati reſtitutum fuiſſe. Colloquium vero Lubecenſe, cujus meminit Annaliſta, ubi de componendis diſſidiis irrito conatu, diſceptatum eſt, hoc circiter anno celebratum anonymus, ibidem n. 5. legendus, affirmat.

Ad Marinum legatum apoſtolicum quod attinet, juvat hic quædam excerpere, quæ chronologus idem n. 5. relatus adnotavit. *Circa idem tempus quidam legatus apoſtolicus nomine Marinus collegit ex Dania libros, quos a memoria Gothorum ibi diceretur reperiſſe.* Mansi

junxerunt. Contabulatis ſic deſuper omnibus, ut plana navigiorum concava redderentur, ad ejus medium excitatus eſt ex aſſeribus paries ad latus utrumque pontis ita pertingens, ut neutri tranſire in partem alteram poſſent. Sub ejus faſtigio, quod ſtaturam hominis excedebat, relicta feneſtrella erat cancellis ex ligno non magnis ſic intermiſſis, ut contingi ex iis dexteræ poſſent, & mutuus præberetur aſpectus. Die dicto ad tertium milliare ponti appropinquant: quo in loco hidab ſtatuendis colloqui conditionibus ſumpto, principes interim regii ſanguinis, quos dedita opera ſecum adduxerat Rex, juſſu ejus ad Carolum transfere ſalutationis cauſa, ac gratulationis, muneraque ex ſuo nomine ad illum tulerunt, aureum poculum, & magni pretii armillas. Poſtridie ad pontem primus Rex venit cuſtodibus corporis, cætera præter enſes inermibus: quibus etiam longius a ponte dimiſſis aſcenſum omnino prohibuit, duodecim ex ſenatu ſecum aſſumpſerat conſilio magis quam armis idoneos: quibus comitatus ad parietem medium cum acceſſiſſet, ad eundem procedens Carolus poſito genu adoravit fratrem, & mox juſſus aſſurgere datam per cancellos manum lacrymantibus oculis eſt oſculatus. Quo in loco vim naturæ quanta ſit licuit intueri: iterum enim in genua procidens errata cum ſua cupit deflere, ea quoque ignoſci continentibus lacrymis precabatur admiſſa, ut excuſabat, non tam voluntate, quam juventutis errore, & conſultorum fallacia: ſe, ſi mereri veniam poſſet, & ad gratiam ejus reditum invenire, futurum in regia poteſtate, & ab imperiis non abiturum, quorum ſupremo vitæ diſcrimine ſervator cuperet inveniri. Hanc orationem pœnitentia plenam fleta etiam excipiens Rex. O frater, inquit, quanta peccaverunt, qui nos ante conjunctos tam miſere disjunxerunt, majore impietatis genere ſævire in te & me non potuerunt: exul modo erraſti tu huc atque illuc ſervorum tuorum ſervus, ego appetitus bello obſeſſus atque oppugnatus horam anxietatis, & terroris vacuam non habui: quos frui ſumma pace patris noſtri regno decuit, hos tot jam annos improborum affligit iniquitas. Quis me tibi, & te mihi amantior eſſe, Carole, poteſt. Invenire ne quemquam eſt, qui fratrem eodem progreſſum utero vincat pietate, pluſque illi optet ſalutis? Experti jam tandem quorſum tenderent artificia horum, redeamus in conjunctionem paternam, & parentibus ſepultis parentemus hodie complexibus noſtris: veniam, quam deprecaris, dare jamdudum optavi, & nunc, interprete Deo, toto animo do: eo vero menores eſt apud me, quo tu minus erraſti tuo judicio, aliorum te credentem fefellere ingenia, ſicut & me non cogitantem circumvenere nequiquam. Ne dubita, frater, reditum expeditum habes ad fratrem: ſine liberis ego ſum: quem præter te diligere plus poſſum aut debeo? mihi illorum pietate ſuccedes. Tuum eſt defuncto me regnum, & vivo erit, quamdiu voles, commune. Fruamur Dei munere, & vita, atque hos deductores honoremus, non audiamus: ſani nil afferunt nobis. Luci eorum adjuncta ſunt tenebræ: quærunt ſua, non noſtra, quodque in me nunc ſunt machinati, in te mox regno ſuccedentem machinari non deſinent: demus exemplo noſtro poſteris documentum, quo majoris præſidio contemnere hos inſidias poſſint.

XXIII. Redintegrata inter eos fraterna pax.

Has adhuc magna doloris ſignificatione deflente Rege, concitum animi retinere non valens Carolus, media interrupta oratione extendi ſubito lignum ab extremo pariete imperat, qua duæ prominenter proræ extabant, & ad fratrem tranſiliens genibus ſe ejus advolvit gemenſque pietatis omne genus profundit. Hunc illico allevatum Ludovicus non abſimili affectu complectitur, oſculatur faciem, ſinumque aſtringit, ploratus inde clamorque ad tam pium expetitumque ſpectaculum ab omni multitudine oritur, partim quæ ad præſidium, partim quæ ad viſendum convenerat; nec erat ex tanta turba quiſquam, qui non eodem exemplo mutuis inter ſe oſculis, & complexibus lætaretur. Hora bis in lacrymis lapſa, quod primæ tenebræ intendere cœperant, cœnantem fratrem ad tentoria uſque comitari Regem, non permiſit ille, ſed mox e ponte eceſſit, remiſit ad ſuos, & redire in ſequentem diem eodem loci hortatus eſt. Exinde Gallia, quæ ob fratrum disjunctionem civili cruore polluta diu ſorduerat, ad priſtini ſplendoris recuperandi ſpem excitata eſt.

XXIV. Paulus cum Venetis arctiſſimum fœdus init.

In Italia hoc anno, cum Ferdinandus Rex Neapolitanus beneficiorum ab eccleſia Romana acceptorum immemor illius ditionis amplitudini invideret, ſtrueretque ad debilitandas ejus vires inſidias, Paulus cum Venetis fœdus ſancivit in annos vigintiquinque, additæque de ferendis ſibi invicem ſuppetiis plures pactiones, quarum præcipuæ hac formula (a) conceptæ fuerunt.

(a) Ext. mſ. cod. Vallic. ſig. I. B. n.19. p.154.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & glorioſæ virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac B. Marci evangeliſtæ, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis anno a nativitate Domini MCDLXIX. die vero XXVIII. menſis maii indictione II. pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Pauli divina providentia ſacroſanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis anno V. &c.

In annos viginti quinque percuſſum.

Primo ipſe reverendiſſimus dominus S. Marci nomine ſanctiſſimi domini noſtri pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus

bus, & pro ſanctiſſimo Romana eccleſia ſuiſque adhærentibus confœderatis, complicibus, & obligatis etiam præfatus magnificus dominus orator nomine ſereniſſimi domini ducis, & illuſtriſſimi domini Venetorum faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, meram, & puram invicem confœderationem, intelligentiam & ligam duraturam uſque ad annos XXV. & altra ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit, ad mutuam conſervationem, & defenſionem ſtatuum, & contra omnes de cætero non provocatos, ac laceſſitos offendere volentes ſanctiſſimum dominum noſtrum, & illuſtriſſimum dominium Venetorum, vel eorum alterum, ſeu eorum ſtatus, & hoc fieri intelligatur pro conſervatione & tranquillitate pacis Italiæ.

Copiæ a Pont. inſtructæ habendæ.

Item convenerunt, & concordarunt, quod ipſe ſanctiſſimus dominus noſter tenere & habere debeat equites quatuor mille, & pedites tres mille paratos, & ipſum illuſtriſſimum dominium ſimiliter tenere, & habere debet equites quatuor mille, & pedites tres mille ut ſupra prædictum eſt, propriis ſumptibus uniuſcujuſque partis, declarando, quando dictas gentes illuſtre dominium prædictum mittere debeat facta ſigillatione capitulorum in Romandiolam ad omnem requiſitionem ſanctiſſimi domini noſtri, ireque debeant ad ea loca, ad quæ ſua ſanctitas, & illuſtriſſimum dominium prædictum judicaverint mittendas eſſe, habita omni conſultatione, & deliberatione ad defenſionem ſtatus, & terrorum ſanctiſſimi domini noſtri, & ſancta Romanæ eccleſia: quo caſu ſanctitas prædicta ipſis gentibus ſic miſſis, vel earum parti, providere facere debeat de allogiamentis, ſtationibus, & victualibus, quæ vendi debeant gentibus prædictis eo pretio, & avantagio, quo venderentur gentibus ſanctiſſimi domini noſtri.

XXV. Ornata claſſis a Venetis habenda.

Item convenerunt, & concordes remanſerunt dictæ partes, quod illuſtriſſimum dominium prædictum cum omni tempore ſuper mare teneat potentem claſſem obligatum ſit, & ſi obtalit occurrente bello, quod Deus avertat, quocumque modo ſucceſſerint negotia, quoad maritimas vires attinet, ſufficienter, & tempeſtative providere ad omnia commoda ſtatuum, & rerum ſanctiſſimi domini noſtri prædicti, & ſanctæ Romanæ eccleſia ſupradictæ, abſque aliqua impenſa ſanctitatis ſuæ.

Item convenerunt, & concordarunt partes prædictæ, quod occurrente caſu, quo illuſtriſſimum dominium prædictum ab aliquo dominio, vel potentatu non laceſſito ſive provocato offenderetur, ſanctiſſimus dominus noſter prædictus obligatur præſtare, & mittere in ſuccurſum præfati illuſtriſſimi dominii equites duo mille, & pedites mille, illoſque tenere propriis impenſis toto tempore belli; quemadmodum præfatum illuſtriſſimum dominium præſtare, & mittere ſe obligat in Romandiolam, & alio, ubi neceſſarium judicatum fuerit per communem conſultationem ambarum partium, & tenere uſque ad bellum finitum prædictos equites quatuor mille, & pedites tria millia ſuis propriis impenſis. Additæ ſunt aliæ pactiones, ut fœdus cum nullo principe, vel populo Italico iniri poſſet, niſi pars altera pari conſpiratione conſentiret: daretur autem ſingulis facultas, ut huic fœderi accederent: lapſo ab hujus promulgatione menſe ſocios pars quæque ſuos deſignaret: ſi bello pars altera implicaretur, altera pacem conficere, altera diſſentiente, nequeat.

XXVI. Ariminum ex nothi Malateſtæ tyrannide eripere nititur Paulus. Ferdinandus Rex adverſus eccleſiam immittit exercitum.

Fretus ita Venetorum ſocietate armiſque Pontifex Ariminum & nonnulla oppida, quæ Sigiſmundo Malateſtæ olim jure fiduciario tradita, ipſo ſine liberis juſtis nuptiis procreatis vita functo ad eccleſiaſticum imperium erant devoluta, repetere conſtituit, ac domare bello Robertum Malateſtam, qui ex concubina procreatus Ariminenſem principatum invaſerat, illuſeratque Romanæ eccleſiæ. Ducto itaque ad Ariminum pontificio exercitu, cum rei feliciter gerendæ ſpes affulgeret, Ferdinandus Rex violata pace, quam anno ſuperiori cum Paulo pepigerat, copias ad Ariminenſem obſidionem ſolvendam miſit, atque arcano Dei judicio oppreſſa eſt juſta cauſa, & eccleſiaſticus exercitus a ſpotiorum principum copiis fuit profligatus, quam cladem ita deſcribit Cardinalis Papienſis (a); *Profligatio hæc a præda, & captivis magis quam hominum cæde damnoſior fuit: duces ambo vulnerati ſunt, interfecti circiter centum, ad tria millia capti, inter quos fuere præfecti militares duodecim primi in exercitu nominis, cum his Virginius adoleſcens Neapolionis filius: impedimenta inſuper omnia amiſſa; direpta etiam caſtra, in quibus omnis generis tormenta, ac tela collata ante ab antiſtite fuerant. Ex hoſtibus vero quadraginta tantum in pugna cecidere: viginti circiter capti ſunt. Hoc tantum incommodum ad ducum inſcitiam pauci, plerique ad perfidiam retulerunt, cujus argumenta complurima multifariam collegere, quæ ego connumerare ſupervacaneum duxi, noluerunt videlicet Pontificem vincere, quod in ejus victoria vinci ſe, atque opprimi timuerunt.*

(a) Papien. com. l. 5. Jac. Minutol. apud Cardinal. Papien. epiſt. 338. Pign. lib. 8.

Pontificius exercitus fuſus. Creditus perfidia ducum victus.

XXVII. Venetæ copiæ auxiliares ſerius accedunt.

Explicat pluribus author, ut Paulus ab ineunte pontificatu divulſas ab eccleſiæ ditione toparchias, a tyrannis nimirum turbulentis temporibus conditas repetere in animum induxiſſet. Poſt eam cædem adventarunt Venetorum copiæ ſubſidiariæ duce Hercule Ateſtino, quæ ut nimia moram rem eccleſiaſticam afflixerant, etiam ob tardiora impeditaque conſilia poſtea pa-

rum juvere. Cæterum mœrentem ob acceptam cladem Paulum Jacobus Cardinalis Papienſis hiſce literis (a) ſolatus eſt: *Scio opus non eſſe conſolari beatitudinem veſtram, quæ magni eſt animi, & conſolari reliquos eſt conſueta: ad conſilium quoque ego ſatis non ſum, ſed ſi filio apud patrem, ſervo apud dominum aliquando eſt locus, ſupplico humiliter ne quid propterea vel remiſſius, vel timidius agat, confidat in Domino, qui non derelinquit ſperantes in ſe, & per hæc detrimenta tentat patientiam noſtram. Agitatur Eccleſia, ſed non mergitur; vincitur ſæpe in præliis, ſed nunquam debellatur. Cauſa nobis eſt optima, pugnamus pro juſtitia contra iniquitatem, in tot juſtificationibus noſtris miſericordia Domini eſt expectanda: perſeverantibus multa ſæpe vertuntur in melius: offerunt tempora quæ non prævidet ratio. In cauſa Moguntina magna & gravi victa ingenti prælio Eccleſia, tandem vicit: poſt deletas ad internecionem copias Eccleſiæ deletus eſt Sigiſmundus Malateſta: poſt profligatos apud Sarnum exercitus Regis, duces, & noſtros profligati Andegavenſes hoſtes ſunt & pulſi regno. Recentia hæc ſunt, & beatitudini veſtræ notiora quam mihi: & ſi non ſint nunc iidem adjutores, qui tunc erant; eſt Deus, per quem victoriæ illæ ſunt habitæ, &c. Pientiæ die III. ſeptembris MCDLXIX.*

(a) *Papien. ep.* 329.

Jacobi Papienſis ad Paulum literæ.

Agit Paulus de Joanne duce Andeg. evocando.

Non defecit propterea Pontifex animo, ut Joannes Petrus Arrivabenus eidem Cardinali Papienſi ſignificavit (*b*), ſed in ſuſcepto reſtituendi Eccleſiæ Arimini conſilio perſtitit, egitque de evocando (*c*) Joanne Renati filio, ut Ferdinandum ingratum regno Neapolitano everteret, deindeque Gallorum arma in Turcas verteret: ſed graviſſimæ ipſum rationes, atque in primis Turcica potentia, quæ tanta erat, ut ducentarum & viginti navium claſſe Ægeum ſulcaret, & viginti millia equitum ad Tergeſtinorum mœnia populabunda immiſiſſet, & ex Italiæ diſſenſionibus ingraveſceret, tum Joannis Andegavenſis apud Barcinonem mors ad alia conſilia averterant.

(*b*) *Jo. Petr. Arrivab. apud Papien. ep.* 335.
(*c*) *Pigna l.* 8.

Metuit ne Ferdinandus accomodus Mahometem evocet in Italiam.

XXVIII. Conſultus hoc anno Paulus a Petro Antiocheno eodemque Maronitarum patriarcha de arcanis fidei Chriſtianæ myſteriis, unica nimirum divinitatis eſſentia, trinitateque perſonarum, tum de Chriſti unica perſona, duplicique, nimirum divinæ & humanæ naturæ diſcrimine, quid ex divinis oraculis, & ſacris conciliis tenendum eſſet, ipſum erudivit: tum ad conjunctionem cum Romana Eccleſia, conſtantiamque in adverſis adhortatus eſt.

Venerabili fratri Petro patriarchæ Maronitarum Antiocheno nuncupato ſalutem, &c.

Quia doctrina apoſtolica cibum ſalutiferum tibi humiliter exhiberi efflagitas, nos huic tuo pio, & laudabili deſiderio pro zelo domus Domini, ac tuorum meritorum exigentia gratum præbentes aſſenſum, quoſdam articulos ſanctorum patrum ſententiis comprobatos, quos firmiter credere, & tenere cuncti fideles Chriſtiana profeſſione merito aſtringuntur, præſentibus annotari fecimus, & quos etiam tuam fraternitatem non ſolum credere, & affirmare, verum & docere, proque indelebili memoria ſcribi, & publicare facere convenit, ut nullus catholicorum fidelium illorum ignorantiam prætendere valeat in futurum. Tenor vero articulorum eorundem talis eſt.

Licet in Sancta Trinitate æterna Patre, & Filio, & Spiritu Sancto ſit una eſſentia, una natura una potentia, una voluntas, & una operatio, juxta ea, quæ determinata ſunt per ſacroſanctum univerſale concilium Nicænum primum, & juxta auctoritatem S. Auguſtini ponentis in interpretatione evangelii ſecundum Joannem homilia XXII. *dicentis*: Faciamus voluntatem Patris, voluntatem Filii, voluntatem Spiritus Sancti, quia Trinitatis hujus una voluntas, una poteſtas, una majeſtas eſt. *Et juxta dicta B. Baſilii Cæſarienſis epiſcopi in interpretatione primi pſalmi, ubi ait*: Quorum autem una natura eſt, horum eædem ſunt operationes. *Et juxta dicta B. Gregorii Nicæni in ſermone contra Eunomium ſecundo, ubi ait*: Unam voluntatem eſſe Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, naturæ communio proteſtatur; tamen in domino noſtro Jeſu Chriſto ex tempore incarnato ſunt duæ naturæ unitæ in uno ſuppoſito divino, ſcilicet divina & humana perfecte in omnibus proprietatibus ſuis. *Sicut ex determinatione quarti concilii ſcilicet Chalcedonenſis expreſſe habetur. Similiter in ipſo domino noſtro Jeſu Chriſto ſunt duæ voluntates quantum ad proprietates naturales, id eſt, proprietates duarum naturarum, ſcilicet divinæ, & humanæ unitæ in uno ſuppoſito divino, & concordes in unum, ſive ſimul indiviſæ, inconvertibiles, inſeparabiles, inconfuſæ, non autem ſeparatæ, neque contrariæ ſicut impii hæretici dixerunt. Et ſimiliter dicendum eſt de operationibus Chriſti, agit enim utraque forma ſecundum divinorum prædicatorem Leonem cum alterius communione, quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante, quod Verbi eſt; & carne exequente, quod carnis eſt. Et S. Athanaſius in ſermone contra Apollinariſtas ſecundo ait*: Quando dicit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix; tamen non mea, ſed tua voluntas fiat. *Et iterum*; Spiritus promptus eſt, caro autem infirma; duas voluntates hic oſtendit, tam humanam, quæ eſt carnis, quam divinam, quæ eſt deitatis. *Et Cyrillus epiſcopus Alexandriæ in interpretatione epiſtolæ ad Hebræos ait*:

XXIX. De Deo uno & trino.

SS. Patrum auctoritates.

De duabus naturis in Chriſto.

Et duabus operationibus.

Leonis, Athanaſ. & Cyrilli auctoritates.

Si

Si autem perfectos nos fecit per aquam & ſpiritum, quomodo non operatus eſt divine, pariterque humane? *Hac autem manifeſtat decretum ſacroſancti ſexti concilii ſub Conſtantino principe in regia urbe celebrati, quod præſentium lator tibi oſtendet, cujus ſententiis, & determinationi in omnibus acquieſcere, & adhærere debet.*

XXX. *Habet itaque in effectu fraternitas tua, quod in his tenere debeat, quid docere: & quantum ad hæc & alia mandata apoſtolica, cum omni manſuetudine ſuſcipienda te promptam fore non ambigimus. Eapropter felicis recordationis Innocentii III. & Eugenii IV. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes electionem, & nominationem, ſeu proviſionem, & præfectionem de perſona tua eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum alias provide factas: omnia quoque jura, & laudabiles conſuetudines ad eam, & prædeceſſorum tuorum ejuſdemque Maronitanæ eccleſiæ utilitatem edita, & hactenus obſervata de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbantes, & confirmantes, pro potioris cautelæ ſuffragio te eidem Maronitanæ eccleſiæ denuo in patriarcham præficimus, & paſtorem, curam & adminiſtrationem illius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, præfata eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam & ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, atque grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca eandem fraternitatem tuam hortamur in Domino, ut doctrinis ſalutaribus Grifonis nempe Minoritæ ejuſque ſociorum diligenter intendas, ejuſque conſiliis noſtro nomine tribuendis acquieſcas, teque moribus, & ritibus noſtris, ac ſacroſanctæ Romanæ univerſalis Eccleſiæ, quantum poſſibile erit, magis ac magis, in dies conformare, ac in tribulationibus, paupertate, & anguſtiis, quas pro experimento fidei, & conſtantiæ tuæ permittit Omnipotens patientiam habere ſcias, & procures; quoniam, ut inquit Apoſtolus Jacobus, beatus vir, qui ſuffert tentationem, quia coronam vitæ accipiet comprobatus. Et juxta Apoſtoli Pauli ſententiam. Non ſunt condignæ hujus ſæculi paſſiones ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis; hæc enim momentanea, illa vero perpetua ſunt, & propterea patienter ferenda pro inæſtimabili præmio æternæ beatitudinis conſequendo. Poſtremo mittimus tibi caſulam ſive planetam unam ex noſtris, ut eo decentius atque devotius altaris miniſterio intendere, ac pro noſtra, & univerſalis Eccleſiæ proſperitate Altiſſimum valeas exorare, prout cupimus, & in domino noſtro Jeſu Chriſto attentius te hortamur. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXVIIII. non. auguſti pontificatus noſtri anno v.*

Petrus Antioch. in patriarchatu confirmatus.

Ad conſtantiam in adverſis excitatus.

Hoc etiam anno literarium gymnaſium apud phanum S. Andreæ in Scotia academica dignitate exornatum eſt a Paulo, ſancitumque ut in eo magiſtrales laureæ conferrentur, quod diploma (a) ita conſignatum. *Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXVIII. v. kal. martii pontificatus noſtri anno v.* XXXI. Academia condita in Scotia. (a) L. 8. ep. 160.

I. ANno a Chriſto nato ſeptuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum tertia indictione Alexander Forolivienſis epiſcopus legatus pontificius Caſimirum Poloniæ Regem adiit, ut Cromerus (a) & alii ſcribunt, Pontificemque excuſavit ſi Bohemiam illi non traderet, cum nefas eſſet partum jus alteri adimere, præclaraque Matthiæ Hungariæ Regis erga ſedem Apoſtolicam Chriſtianamque rempublicam in arcendis Turcarum graſſationibus, & Huſſitis hæreticis edomandis merita obſtarent; hortatuſque ipſum eſt, ut controverſiam affinitate ſedaret, filiamque in matrimonio cum Matthia locaret, & una cum ipſo adverſus Georgium hæreticum arma vireſque jungeret; addidiſſe quoque legatum dicit author, ſibi imperatum, ut Matthiam etiam conveniret, ſi qua in re id Caſimiri utilitatibus conducere poſſe videretur. Veniſſe quoque ad Caſimirum Frederici Imperatoris oratorem, qui eumdem Poloniæ Regem a Matthia abalienare, ſibique conciliare niteretur, commemoraſſeque complura officia, & beneficia in Matthiam collata, & inter alia delatum imperiali opera commendationeque Bohemiæ regnum a Pontifice, tum de Matthiæ ipſius ingrato animo conqueſtum, qui nonnullos Auſtriacos duce Braunchirchero ad infeſtandam Auſtriam concitaſſet, recepiſſetque in fidem ſuam, quo tempore Fridericus Italiam obiret; proinde is Hungari amicitiam averſari, monereque Caſimirum, ut ab homine vaſro ſibi caveret, porro Imperatorem ad ſeſe eum Polono affinitate devinciendum propendere; jucundum autem id Caſimiro accidiſſe, atque oratores decreviſſe, qui de Wladiſlai filii cum Frederici filia Kunegunde nuptiis paciſceretur, dandaque vieiſſim ipſi aut Maximiliano Auſtriaco heredi aliqua e regiis filiabus, & ineunda adverſus Matthiam armorum ſocietate, qua cautum eſſet, ut Fridericus Caſimiri liberis ad Pannoniæ Bohemiæque comparanda regna incumberet; at ejuſmodi fœderis formulam ita conceptam retuliſſe ut Caſimirus rogato Polonico ſenatu illam non admiſerit, cum Fridericus in ea regiis Hungariæ apicibus ſeſe inſigniret, cautumque eſſet, ut alter alterius regna principatuſque non invaderet, quo liberorum ipſius Caſimiri jura labefactari videbantur.

(a) Crom. l.27.

De Matthia Poloniæ Regi conciliando actum.

Fredericus adverſatur Ungaro.

II. Ad Georgium quoque miſſos oratores petitum, ut Wladiſlao Caſimiri filio vivens regnum traderet, juſſos etiam eoſdem cum proceribus Bohemis Matthiæ ſtudioſis agere, ac de ipſis in gratiam cum Georgio reducendis, cum jam proſtratæ illius res erigere ſeſe viderentur, cum ad avertendum Matthiam excurriſſet in Pannoniam, Tirnavenſemque agrum populatus coegiſſet Hungarum, Bohemiam circa Cuthnos montes vexantem, raptim inde ſigna tollere: poſtremo imperatum iiſdem, ut Georgium ad exuendam impietatem hæreſeos, repetendumque Romani Pontificis cultum hortarentur. At quamvis de Matthia ſcribat author, illum turpiter loco ceſſiſſe, id tamen conſtat Hungarum ipſum devexo, & inclinante anno præclaram victoriam de Bohemis hæreticis reportaſſe, de qua illi Paulus ingenti lætitiæ ſignificatione eſt gratulatus (b), atque ad perſeverandum in conſtantia inflammavit: hæreticorum furorem elidere pergeret, neque vero ob agitata a Caſimiri Regis Poloniæ oratoribus cum Georgio Podiebratio conſilia animum demitteret perturbareturve, ſedis namque Apoſtolicæ ſtudia auxiliaque ei non defutura.

Georgius ſolicitatus a Polono ut hæreſim ejuret.

(b) Lib. brev. an. 9. p.63.

Additi a Pont. animi Matthiæ.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri.

III. *Non ſine ingenti gaudio nos, & venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales intelleximus felicem illam victoriam, quam celſitudo tua, divino tibi aſſiſtente præſidio contra illos perfidos hæreticos nuper adepta es: nam etſi maluiſſemus cuperemuſque ſemper eorum ad rectam fidem, & ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, ac ſedis Apoſtolicæ obedientiam & converſionem, ſicut quorumcumque aliorum errantium, ipſis tamen in perfidia obſtinatis contingit, ut, non amiſſa charitate, eorum nos ruina lætificet. Gratias proinde egimus clementiſſimo Deo, qui in manu tuæ ſerenitatis jam pluries humiliavit impios illos, ac ſperamus in ejus miſericordia, quod in brevi, niſi reſipuerint, & ipſi quod reliquum debitarum pœnarum ſupereſt dabunt, & tua majeſtas, cui ſoli ab ipſo omnipotente Deo noſtro hujuſcemodi palmam delatam eſſe cernimus, deportabit glorioſum optatumque triumphum, ad quem conſequendum licet hortatore apud te minime opus eſſe cenſeamus, tamen pro officio noſtro paſtorali, proque ſingulari deſiderio noſtro, quo tenemur, ut caſtigatis hæreticis illis majeſtas tua, cui ex divino munere id præcipue donatum eſt, pugnare ſemper adverſus homines pravos, & catholicæ fidei perſecutores, ac vincere adverſus quoſque impiiſſimos Turcos, qui noſtris temporibus crudelius in Chriſtianos graſſati ſunt, graſſarique quotidie non ceſſant, fortitudinem & fortunatiſſimum gladium ſuum convertat, quanto poſſumus ſtudio tuam celſitudinem hortamur in Domino, ac etiam precibus factmus exoratam.*

Pont. ad Ung. lit.

Matthiæ eximium elogium.

IV. *Poſt hæc, quod nos non mediocriter per-*

tur.

Inter Polon. & Bohem. habita colloquia.

turbavit, ex literis venerabilis fratris Laurentii epiſcopi Ferrarienſis noſtri in partibus & regnis illis cum poteſtate legati de latere oratoris, & ex dilectis filiis tuæ ſerenitatis oratoribus, qui modo apud nos ſunt, accepimus nonnullos, qui ſe etiam oratores chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caſimiri Regis Poloniæ eſſe dixerunt, tractatus quoſdam prope oppidum Radiz paucis ante diebus habuiſſe cum illo damnato hæretico Georgio Poyebrath in non parvum catholicæ fidei, honoris noſtri, ac expeditionis per tuam celſitudinem aſſumptæ detrimentum: ſuper quibus & ſi latiſſime eidem Laurentio epiſcopo Ferrarienſi reſcripſimus, tuam nihilominus celſitudinem hortamur in Domino, ut una nobiſcum hujuſmodi inſipientium hominum ineptias, ſtultoſque furores forti animo toleret, nec propterea aut quibuſvis aliis de cauſis a decreto ſibi munere perpetuæ laudis, & ſalutis deſiſtat: nos enim quantum cum Deo poterimus circa expeditionem ipſam, quæ nobis admodum cordi eſt, & circa ea omnia, quæ honorem, & utilitatem tuæ majeſtatis quovis modo concernere poterunt, ſemper vigiles, & promptiſſimos invenies tamquam erga Regem & principem, qui de hac ſancta ſede Apoſtolica omni tempore benemeritus ſit.

Monitus Matthias ne cœptis abſiſtat.

Nec mirari debet majeſtas tua, ſi plura in hunc effectum circa negotium illud Bohemicum hactenus non monſtraverimus, quia ſi quid facere, quod forte majeſtas tua aut catholici ipſi optaverint, diſtulimus, non quia noluerimus, aut cum ratio, & tempus expoſtulaverit nolimus, ſuperſedimus; ſed quia ita rebus ipſis conducere, ac tuæ majeſtati expedire rati ſumus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXX. pontificatus noſtri anno VI.

V. De Radicenſibus conventibus inter Georgium regio honore dejectum, & Caſimiri Regis Poloniæ oratores habitis, quibus dignitati ſedis Apoſtolicæ, ac religioni labes inferebatur, Paulus ad Laurentium Roverellam apoſtolicum internuncium ſcripſit, (a) eique præcepit, ut Matthiam Regem hortaretur ut cœptis in hæreticos feliciter perficiendis ſtrenue navaret operam, ſediſque Apoſtolicæ certiſſima præſidia polliceretur. Agitarant quippe plura nefaria Caſimiri Regis prædicti oratores, ut Matthiam ſpe comparandæ Bohemiæ deturbarent, in primiſque Georgio ſpoponderant, ut Wladiſlaum Regem Bohemiæ renunciandum curarent, Caſimirum aliosque principes daturos operam, ut Romanus Pontifex veteres Baſileenſis concilii pactiones cum Bohemis confectas inſtauraret, ſententias in Georgium ſocioſque latas reſcinderet, Wladiſlaique electionem ab hæreticis celebrandam confirmaret. His erecti ſunt hæreticorum animi, catholicorum autem dejici cœperunt: quorum etiam conſtantia cum a Polonis tentaretur, juſſus eſt legatus hæc mala ſolertia ſua diſcutere.

(a) Ib. p. 55.

Propoſita a Polonis oratoribus Georgio.

Venerabili fratri noſtro Laurentio epiſcopo Ferrarienſi nuncio & oratori noſtro cum poteſtate legati de latere ſalutem, &c.

VI. *Scribimus in præſentiarum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri congratulatorias eidem de victoria, quam nuper adverſus illos perfidos hæreticos in manu ipſius omnipotens Deus fecit; atque etiam qualiter e contra nos plurimum turbaverit cum intelleximus tam ex literis tuæ fraternitatis, quam ex oratoribus ſuis quoſdam, qui ſe oratores chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caſimiri Poloniæ Regis dixerunt, cum impio illo Georgio Podiebratio, ſuis demeritis & hæreſibus exigentibus, per nos jure mediante ab omni dignitate, ſi quam habuiſſet, depoſito & privato publice, contra emanatas a nobis etiam ſub graviſſimis cenſuris literas apud oppidum Radiz in Moravia ſuperioribus diebus conveniſſe, tractatus plures cum eodem habuiſſe, ac inter alia hæretico illi, ſive eo conſentiente ſectariis ipſius, qui tunc ſecum aderant, quædam nedum execranda, verum etiam perſonæ noſtræ, & hujus ſanctæ ſedis honorem, & fidem non mediocriter lædentia obtuliſſe: videlicet, quod ſi illi filium Regis ipſorum oratorum in Regem eligerent, & aſſumerent tria per ipſos hæreticos optata, & poſtulata ante omnia medio ipſius Regis Poloniæ, & quorumdam aliorum principum, quos tunc nominabant a nobis faciliter conſequerentur damnatorum ſcilicet & jam ſæpius ab Apoſtolica ſede reprobatorum articulorum, quos ipſi compactata vocant, confirmationem ſublationemque cenſurarum contra ipſos latarum, & hujuſcemodi electionis per eoſdem hæreticos faciendæ confirmationem.*

Plura contra eccleſiæ decus & fidem male promiſſa.

VII. *Ex quibus quidem obligationibus, & promiſſis animi hæreticorum multum conſortati, & multorum catholicorum in ſuſpiciones varias, & falſas, ac ut ipſi oratores & literæ ſignificabant, iſti ſanctæ expeditioni plurimum nocivas deducti ſunt; licet enim firmiter credimus nuntios illos ab ipſo Rege Poloniæ, quem veluti catholicum Regem hæreticorum & infidelium conſortia & amicitias abhorrere non dubitamus, ſuper commentis, & deteſtandis oblationibus illis in commiſſis nihil habuiſſe: non poſſumus tamen non vehementer dolere, dum præſertim penſamus quantis nos & Apoſtolicam ſedem afficiant injuriis, qui aſſerere præſumunt, nos illa etiam faciliter conceſſuros, quæ, ut diximus, & honorem noſtrum, & fidem graviter offendunt, atque etiam propter ea, quæ intelligimus ex talibus fictionibus peſſimis, quæ ſunt artes hæreticorum, & Georgii præſertim, & contra ſanctam fidem, & catholicam veritatem arma conſueta errores, fraudulas, & im-*

Ex iis elati hæreticorum animi.

& impedimenta circa dictam expeditionem prævenire. Verum quia impoſſibile eſt, ut omnibus ſcandalis accurramus, ultionem illi, qui ait: Væ autem illi per quem ſcandalum venit; *relinquentes, hortati ſumus celſitudinem ſuam, ut una nobiſcum hujuſmodi hominum inſipientiam atque etiam malitiam conſtanti animo ferat, nec propter eas ac quaſcumque alias cauſas a deſtinato ſibi a cœlis munere, ex quo & laudem perpetuam & ſalutem conſequetur, deficiat, polliciti etiam, quod quantum cum Deo poterimus neque in negotiis illis Bohemicis neque in cæteris omnibus rebus, quas ad honorem, & gloriam ſuæ majeſtatis facere conſpexerimus, umquam deerimus, quod etiam, ut idem noſtro nomine ſuadeat & polliceatur tuæ fraternitati ſingulariter committimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXX. pridie kal. januarii pontificatus noſtri anno VII.*

VIII. A Caſimiro ſpretum antea Bohemiæ regnum affectatum. (a) *Ibid. pag.* 64.

His quidem improbis artibus Caſimirus Rex Poloniæ, qui delatum antea a catholicis Bohemiæ regnum non admiſerat, jam illud eblandiri ab hæreticis affectabat, quibus namquam a Romana eccleſia concedendæ promittebat: tum exitioſo bello præferebat faces: ad quas extinguendas Pontifex illum officii monuit (*a*), ne videlicet hæreticorum ſocietate ſeſe contaminaret, neve orthodoxum dogma, & Eccleſiam Dei oppugnaret.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Caſimiro Poloniæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

*His proximis diebus pervenit ad auditum noſtrum, quod non ſine magna cordis diſplicentia accepimus, quoſdam, qui ſe tuæ ſerenitatis oratores dixerunt, nuper apud damnatum hæreticum Georgium de Podiebrat, cum adverſus Chriſtifideles, & præſertim chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungariæ Regem illuſtrem in caſtra exiſſet, prope oppidum Radiez Moraviæ fuiſſe contra decreta ſanctorum patrum, & emanatas a nobis etiam ſub graviſſimis cenſuris literas: cum eodem hæretico & complicibus ſuis publica commercia, & quod damnabilius eſt, etiam tractatas & conventiones habuiſſe, ex quibus tum dicti tranſgreſſores, ſicuti fidedigna relatione percepimus, eiſdem hæreticis inter alia promiſerint, quod nos medio tuo, & nonnullorum aliorum principum, quos tunc nominabant, compactata eorum per Apoſtolicam ſedem damnata etiam facili
ter confirmaremus, & cenſuras latas penitus tolleremus, perfidorum hæreticorum illorum animi non parum confortati, & catholicorum dejecti ſunt, maximumque negotiis catholicæ fidei detrimentum illatum; ut taceamus, quod honorem Apoſtolicæ ſedis, noſtrum, ac etiam tuæ ſerenitatis vehementer offenderunt. Nos autem, chariſſime fili, & ſi firmiter credamus homines*

Monitus Polonus læſum ab oratoribus fidei Pontificis ac regis decus.

illos aut tuos non fuiſſe, vel a tua ſerenitate nihil talium in commiſſis habuiſſe, quem non dubitamus, veluti decet catholicum Regem & principem, hæreticorum commercia abhorrere, & potius, ut nos ad exterpandos obſtinatos illos pro ſua virili, aliquando juvet, quam ut eos in ſua perfidia confirmet, cogitare; voluimus tamen hæc tuæ ſerenitati ſignificare, ut & tu, ſi ad te pertinent, hujuſmodi tantorum malorum fabricatores tamquam excommunicatos & anathemate innodatos, ac reipublicæ Chriſtianæ hoſtes debita caſtigatione coerceas, & ita cohibeas, quod ipſos de ſua temeritate pœniteat, & ne talia præſumant ſint cæteris ad exemplum. Hortamur etiam ſerenitatem tuam, quatenus pro divina reverentia, & fidei catholicæ profeſſione, ac honore tuo contra ipſos hæreticos inſurgere velis, & fidelibus catholicis taliter aſſiſtere, quod ſerenitas tua ab omnipotenti Deo præmia meritorum, & ab hac ſancta ſede uberiores commendationes atque a tota republica Chriſtiana laudem, & honorem deportet, idque ut citius faciat ipſa ſerenitas tua obnixe requirimus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXX. pridie kal. januarii pontificatus noſtri anno VII.

Eos reprimat ut anathematis reos hoſteſque fidei.

Rogavit (*b*) quoque eumdem Regem Paulus, ut oratoribus Joannis magni ducis Moſcoviæ ad ſedem Apoſtolicam acceſſuris fidem publicam præberet. IX.

(*b*) *Lib. brev. de cur. pag.* 14.

Chariſſimo in Chriſto filio Caſimiro Poloniæ Regi illuſtri.

Dum dilectus filius nobilis vir Joannes Volodoteia Moſcoviæ, Novagorodiæ, Paſcoviæ, &c. magnus dux inſignis memoriæ Baſilii magni ducis natus nonnullos ſuos oratores ad nos mittere intendat, cupimus pro debito noſtri paſtoralis officii, ut ipſi oratores mittendi humane & benigne ubique recipiantur & tractentur: quare hortamur ſerenitatem tuam in Domino velis pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia, etiam pro bonitate tua eis liberum tranſitum per regnum tuum Poloniæ, & alia dominia tua dare facere, ac benigne tractari, ita ut ſine aliquo impedimento ad nos venire, & ad propria redire valeant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXX. pridie id. octobris pontificatus noſtri anno VII. Poſcebat Moſcovita filiam Thomæ Peloponeſi deſpotæ, Conſtantinopolitani hæredem imperii matrimonio ſibi jungi, quæ ad ſedis Apoſtolicæ aſylum cum Palæologorum ſtirpis reliquiis perfugerat, quamque ipſi fuiſſe traditam referunt, cum illius affinitatis beneficio Moſcovitam in Turcas arma converſurum conceptæ ſpes eſſent, magnumque religioni Chriſtianæ præſidium acceſſurum.

Rogatus Polon. ut oratoribus ducis Moſcoviæ liberum aditum permittat.

Joanni Moſcovitæ hæres Conſtantinop. imperii deſponſa.

Inſtauratum eodem anno eſt fœdus inter X.

Auſtriaci in Fridericum tumultuantur.

ter Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem Hungariæ, quod ex nonnullorum Auſtralium defectione læſum fuerat, haud tamen ſeditioſorum dux præcipuus Andreas Pancheher, qui, Friderico abſente in Italia, plures turbas populares, excitarat, a novandis rebus ſibi temperavit: quamobrem ad compeſcendam illius audaciam Paulus Laurentio legato dedit mandata (*a*), ut in illum ac perduellionis ſocios eccleſiaſticam ſeveritatem adhiberet.

(*a*) *Lib.* 2. *bull. de cur. pag.* 100.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi noſtro, & Apoſtolicæ ſedis in Germaniæ partibus cum poteſtate legati de latere nuntio, & oratori ſalutem, &c.

Dudum non ſine gravi cordis amaritudine per nos fama referente accepto, quod pacis æmulus, diſſidiorum fautor, & quietis impatiens Andreas Paokrecher cum nonnullis ſuis pacem inclitæ nationis Germanicæ, per omnes ipſius nationis principes Norimbergæ concluſam, & apoſtolica authoritate firmatam, temere violando, adverſus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum arma ſumens, dum ille a ſuis dominiis abſens ex voto ſacra beatorum Apoſtolorum limina viſitaret, terras & dominia illius hoſtiliter invaſiſſet, & ſubditos ejus graviſſimis damnis affeciſſet, nos, & ſi rei indignitate moveremur, conſiderantes ex hoc facinore non ſolum negotium fidei adverſus hæreticos impediri, ſed etiam Turcis Chriſtiani nominis inimicis terras Chriſtianorum invadendi occaſionem præbere, & expectaſſemus aliquamdiu ſperantes, quod ipſe Andreas ad cor reverſus reſipiſceret, & a tam nefariis conatibus ceſſaret, tandem cum ille pertinaciter in male ſuſcepto propoſito perſiſteret, & in dies deteriora moliri diceretur, eundem litteris noſtris paterne hortati fuimus, atque monuimus, ut pro debito juſtitiæ, ac noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia ab armis ceſſaret, & pacem ipſam, quam tota natio Germanica concluſiſſet, & omnes illius principes ſervarent, ipſe quoque teneret, nec ſe pacis violatorem dici pateretur; ſperabamus eum ſaltem his tam ſalutaribus monitis pariturum; præſertim dum Imperator prædictus, ac chariſſimus in Chriſto filius noſter Matthias Rex Hungariæ illuſtris in oppido Vienneſi conveniſſent.

Violata Nuremberg. pax.

Verum, ſicut denuo nuper cum graviori dolore percepimus, ipſe Andreas & complices ſui ſe jam rurſus ad arma porrigunt, & gentes armorum undique congregant, ut terras, & dominia ipſius Imperatoris iterum invadant, illiuſque ſubditos gravioribus denuo damnis afficiant, in graviſſimam divinæ majeſtatis offenſam, manifeſtam memoratæ pacis Germanicæ violationem, & Chriſtifidelium partium illarum, quæ Turcis vicini ab illis opprimi quotidie verentur, grave periculum: ſententias & pœnas contra violatores hujuſmodi pacis editas temere incurrendo. Nos igitur, prout ex debito paſtoralis officii nobis incumbit, ſuper iis omnibus, quo poſſumus remedio, providere cupientes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus, & infra, *præcipias atque mandes, ut ab armis, ſi illa jam forſan adverſus Imperatorem, vel illius ſubditos antedictos iterum ſumpſerint, vel terras, & dominia illius invaſerint, protinus deſiſtant, & pacem per eos Germaniæ principes, ut præmittitur, concluſam & apoſtolica auctoritate firmatam diſtrictius obſervent, neque illam quovis modo directe vel indirecte, quocumque quæſito colore, per ſe vel alium ſeu alios violare ſeu infringere præſumant. Quod ſi fortaſſis per te moniti mandatis tuis hujuſmodi obedire contempſerint, tu contra eos omnes, & ſingulos cujuſcumque dignitatis eccleſiaſticæ: vel ſæcularis exiſtant, ad declarationem cenſurarum, ac pœnarum tam contra violatores dictæ pacis inſtitutarum, quam aliarum ſpiritualium, & temporalium prædictarum,* & infra, *eadem auctoritate procedas, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXX. pridie non. junii pontificatus noſtri anno VI.*

Apoſtolicæ cenſuræ fœdifragis intentatæ.

XI.

Incumbebat eo Pontifici major ſedandarum inter Chriſtianos diſſenſionum cura, quo graviſſima quotidie damna religio propter eas acciperet, Turcarumque Imperator conjunctis plurium regnorum viribus ad evertendum Chriſtianum Imperium faſtu & furore turgidus anhelaret. Refert Cardinalis Papienſis nuncupatum ab illo nefarium de delendo nomine Chriſtiano ſacramentum, quo inſimulatis Chriſtifidelibus idololatriæ ob ſacrarum imaginum cultum, ſe ad evertendas aras, profananda ſacra, fundendumque Chriſti cultorum ſanguinem obſtrinxit. Conceptam illius formulam, in Latinamque linguam verſam (*b*) Veneti cum habuiſſent, expoſuere Pontifici; quam inſerendam hiſtoriæ ad tyranni illius immanitatem, Turcarumque in Chriſtianos odium implacabile in luce collocandam putavimus: *Vovit votum Deo, quem neſcit, dirum, funeſtum, immane, cælo terroque execrandum, in quo perſeverantem rabiem, & ſurgentem in dies æſtum furoris licet inſpicere. Vult, ut apparet, inſanos ſatis ex ſe populos non ſuo tantum, ſed cæleſti quoque nomine in bella noſtra præcipites agere. Quid ait vel eructat magis contaminatum pectus? Mahometes ego Amurate filius, idem ſoldanus, & Baraſnæ, ac Rachmael præſes, a ſummo Deo in altum levatus, in ſolare circulo poſitus, ſuper Imperatores gloria affectus, omni ex parte felix, tremendus mortalibus, cæleſtium magnique Mahumetis prophetæ precibus, armis potens, Imperatorum Imperator, & principum princeps, qui ab oriente in occiden-*

Sacrilegum votum a Mahum. de evertenda religione Chriſtiana nuncupatum.

(*b*) *Ext. apud Card. Papien. ep.* 379.

tem ſint, vota & jurejuranda hæc ſpondeo Deo unico omnium creatori non viſurum me ſomnum oculis, non epulaturum dulcia, non petiturum amœna, non tractaturum ſpecioſa, non ab oriente in occidentem verſurum faciem, donec dejecerim, conculcaverimque equi mei ungulis deos gentium ex ligno, ære, argento, auro, picturaque, & manibus cultorum Chriſti factos: omnem etiam eorum iniquitatem a facie terræ, quantum pertinet ab oriente in occidentem ad laudem veri Dei ſabaoth, & magni prophetæ Mahumetis exterminaverim. Hanc ob cauſam omni genti circumciſæ in Mahametum credenti mihi ſubditæ, ejuſque ducibus, ſociis quoque in bello ſub metu magni Dei conditoris cæli, & terræ, ſub metu etiam invictæ poteſtatis noſtræ edico, ut in venientem annum ad diem XI. martii armati ad me omnes conveniant, impleturi præceptum Dei, & Mahumetis magni, quorum alter numine, alter precatione in gerendis rebus haud dubie eſt adjuturus. Hoc juſjurandum Conſtantinopoli ſcribitur ad VI. non. auguſti Mahumeticæ tyrannidis anno adituro XXV. [1]

Chriſtianis impingit idololatriæ calumniam.

Dei nomine ad propagandam impietatem abutitur. Indicta ab eo expeditio.

XII. Lemnos & Imbrus ab eo expugnatæ. (a) *Ant. Coccius Sabell. ennead. 10. l. 7. Julian. Thurig. in Mahom. II.* Euboea continenti ab eo juncta.

Perduxit ad exitum temerarium votum Mahometes, inſtructaque ingenti claſſe (*a*), tum maximo, & fortiſſimo ſuccinctus exercitu Lemnum Imbrumque inſulas evaſtavit, ac demum Euboeam, vulgo Negropontum nuncupatam, Venetæ obnoxiam ditioni adortus, Chalcidem urbem illius principem, ac munitiſſimum univerſæ Græciæ propugnaculum obſedit, inſulamque cum continente ponte junxit, per quem ex Græcia pedeſtris exercitus in eam irrupit: tum prima impreſſione vicos Stora & Baſilicon oppreſſit, acerrimiſque oppugnationibus Chalcidenſes fatigavit: denique Illyriei cujuſdam debiliora loca, qua impreſſio hoſtilis tentanda eſſet, oſtendentis proditione, quamvis Veneta claſſis latura ſubſidium adeſſet, impetu cepit: quo die Paulus Pontifex ſolemnes Romæ ſupplicationes pro divino Numine placando decretas habebat, ut obſervat Raphael Volaterranus (*b*), qui de Euboea ita loquitur: *A Turcis capta fuit anno MCCCCLXX. die, quo Paulus II. Pontifex apud baſilicam Lateranenſem pro ea liberanda ſupplicationes una cum ſenatu populoque Romano habuit, in quibus & Servatoris imago prælata, & nos aderamus.*

(*b*) *Raphael. Volater. l. 9.* Capta Chalcis quo die ſolemnes ſupplicationes Romæ celebratæ.

Deplorat illius cladem Sixtus IV. (*c*) in literis encyclicis proximo anno datis deſcribitque Phrantzes (*d*) hiſce verbis: *Exeunte junio eodem anno impiorum Turcarum princeps contra Euboeam claſſem inſtruxit, quæ antequam exercitus per terram Calliopoli veniret, Lemnum cucurrit, & Contzyaeum, & omnia loca circumcirca per inſulam ſubegit, excepto Palæocaſtro ſive veteri oppido, & Scala; & ita reverſus eſt. Ex Nicomedia autem & aliunde urbanis copiis ſupervenientibus una exeuntes ad Euripum venerunt, quibus viſis exarchus ſive navarchus Venetorum receſſit, ac forſitan bene fecit, immo male quando Euboeam urbem ſive oppidum confirmare, ac munire præſidio nolait. Tranſiens autem Amiræ exercitus Imbrum ex itinere cepit: inde ad Euboeam appulſus eſt: quo mraſe affuit etiam Amiras. Pugnatum eſt vehementer terra marique, & duodecimo julii oppidulum armis in poteſtatem redactum: quo facto omnes in circuitu parvæ inſulæ, & oppida ultro ſe dediderunt.* Periiſſe quadraginta millia Turcarum ſub Chalcidis mœnibus tradunt: capta vero urbe obvii ferro cæſi, imbellis multitudo ſub haſta divendita milites Itali palis ſuffixi, denique cuncta ſacra funeſtata; maſculos omnes, qui duodecimum annum exceſſerant, contrucidatos, pueros & fœminas ab-

XIII. (*c*) *Sixt. IV. l. 1. bull. p. 12.* (*d*) *Phranz. l. 3. c. 30. Turcogr. hiſt. l. 2.*

Exarchus Venetus male abſceſſit.

Quadraginta millia Turcar. in obſidione pereunt. Summa crudelitas exercita in Chalcidenſes.

NOTÆ [1] Agendum hic aggreditur Raynaldus de rebus Turcarum in Chriſtianos ac primo quidem nuncupatum a Mahomete votum Deo de Chriſtiano nomine delendo, ex cardinalis Papienſis epiſtola 239. commemorat. Sed cum formula illa voti ſignetur die *IV. non. auguſti anno Mahometis XXV.* & Mahometes inceperit anno 1451. februario menſe, ex hac profecto ſupputatione diſcere Annaliſta potuit nonniſi anno 1475. Mahometem voto illo obſtringere ſe potuiſſe. Ex quo etiam deduco epiſtolam illam cardinalis Papienſis, in qua formula voti a Mahomete præſtiti recitatur, hoc extra ſuum locum referri. Si vero mendum aliquod in annum emiſſi voti illius irrepſiſſe conſtituerimus, ſtatuamuſque hoc ipſo anno a Mahomete conceptum, adhuc tamen errat Annaliſta, qui voti illius fidem liberaturum Mahumetem expeditionem Euboicam ſuſcepiſſe ſcribit. Euboica enim inſula, ipſaque Chalcidis munitio in Turcarum poteſtatem ante diem IV. nonas auguſti qua voti formula ſignatur jam venerat, cum die XII. julii in urbem Turcæ irruperint, teſte Sanuto in vitis ducum Venetorum.

Die igitur 3. junii Turcarum claſſis e freto CP. 300. navigiis valida ſolvit; cum interim Mahometes exercitum alium pedeſtri itinere in eamdem expeditionem duceret, idemque inſtructo ponte tranſmiſit in inſulam. Die XXV. junii inter utrumque exercitum certatum eſt, ac die XXX. ejuſdem iterum manus conſertæ, quo duplici prælio Turcarum XVIM. ceciderunt. Die V. julii in tertia congreſſione ad VM. Turcarum extincta ſunt; ac die VIII. ejuſdem menſis quarto in prælio Turcarum XVM. ſublati. Verum die XI. claſſe hinc admota, inde vero terreſtri exercitu incurrente tantam in urbem aggreſſio facta eſt, ut cedere coactis Chriſtianis, die ſequenti hora diei II. urbs in Turcarum poteſtatem venerit. Hæc Sanutus, qui ex literis a Venetorum ſenatu receptis totam hanc hiſtoriam excerpſit. Nicolaus Canalius, Venetæ claſſis præfectus, de re male adminiſtrata accuſatus Venetiis, vinctus tranſmiſſus fuit in patriam, & quamquam egregie ſeſe purgavit (ait author miſcelli Bononienſis, penes quem fides ſit) exul tamen Tergeſtum in Dalmatia relegatus eſt. MANSI

(a) Sabellic. ennead. 10. l. 7.

Plures urbes in Peloponeſo Turcis deditæ. Athenæ ab eo everſæ.

(b) Naucl. gen. 50. Sabell. ſup. lib.

abductos in ſervitutem, tradit Turcogræcæ hiſtoriæ author (a). Narrat alios tyranni progreſſus Phrantzes: *Amiras aliquandiu ibidem moratus ineunte auguſto Conſtantinopolim venit, miſitque Beglerbegum ſuum in Peloponeſum, qui Boſſitzam incolebant; alii metu territi aufugerunt: alii cum ſummiſſe venerantes urbem tradiderunt. Progredienti idem fecerunt Bumeri, Olenæ, & Chelidonis, & Ponticæ incolæ: loca porro omnia maritima uſque ad fundamenta evertit, cætera retinuit.* Athenas etiam, quæ vulgo Sethinæ appellantur, evertit (b), tum alias clades, quæ cruentas lachrymas elicient, Chriſtinis populis intulit.

XIV.

(c) Philelph. l. 32.

Alia deſcriptio ex Philelpho.

Eandem Euboeæ expugnationem deſcribit Franciſcus Philelphus (c) in literis ad Fridericum comitem Urbini datis: *Modo*, inquit, *Itali univerſo mari imperitabant, erantque barbaris omnibus longe, ac late formidoloſi. Ecce repente ex Helleſponto inopinata procella tempeſtaſque erumpit, ac velut immane & terribile quoddam fulmen fugato Venetorum præfecto Nicolao Canale prudentiſſimo fortiſſimoque viro Turcorum claſſis in Euripum irruit, eodemque tempore quaſi puncto impius tyrannus ipſe Mahometus ingentibus copiis per continentem eodem advolat, & quod ex omni hominum memoria nunquam eſt auditum, Euripo freto, at uno eodemque rumore apud omnes increbuerit, ex inferiore parte ſaxorum molibus terraque vi completo atque obſtruſo, Euboeam continenti adjungit: ex ſuperiore autem validiſſimo id ponte conjungit, quem ipſum duabus utrinque lateritiis turribus ad ipſas Euripi fauces ita munit, ut ne univerſo quidem humano generi pateret aditus viribus ullis quiverit. Chalcis urbs & antiqua, & nobilis & cum propugnatoribus tum rebus omnibus munitiſſima, ubi menſem totum per ſummas difficultates obſeſſa dies ſeptem continuatos actibus pertinaciſſime terra marique oppugnatur: per ingentiſſimas tandem bombardorum moles latiſſimis illis editiſſimiſque muris ſolo æquatis ad XV. idus julias, & ipſa vi capitur, & univerſa Chriſtianorum multitudo ad unum crudeliſſime trucidatur totum triduum: heu miſeram atque infelicem noſtræ religionis ſortem. Hæc ſpectant perinde atque in theatrali ludo Chriſtiani principes, & non modo non dolent, ſeque ad ulciſcendum accingunt, ſed lætantur potius atque exultant, neſcii ſane illi, ut mihi videntur, fore, ut ea ruina nobis omnibus naufragium paret, &c. Ex Mediolano VII. kal. ſeptembris MCCCCLXX.*

Militare ſtratagemma Mahometis in portu claudendo.

Tantarum cladium rea Chriſtian. principum ignavia.

XV.

Renuunt plures ſubſidiarias decumas in bello ſacro conferre.

(d) L. 11. bull. de cur. p. 202.

Tantum aberat, ut ex cladis acceptæ fama Chriſtiani expedirent arma ad impiiſſimi Mahometis conatus reprimendos, ut ne quidem ſubſidiarium aurum in militares ſumptus impendendum penderent, qua indignitate permotus Pontifex eos cenſuris percelli juſſit (d) hac de cauſa:

Nigropontenſem cladem deflet. Mahometes ſub draconis typo eccleſiam perſequutus.

Chriſtiana reſpublica in majori, quam antea verſatur periculo, ut, proh dolor? nunc frequentibus literis, & miſſis de præclara fidelium Chriſtianorum urbe inſulari Nigroponte lacbrymabiliter undique nunciatur, ex incredibili impiiſſimorum Turcorum Chriſtiani nominis hoſtium potentia, qua urbs ipſa ſtupenda crudelitate expugnata dicitur. Ne itaque canina ipſorum Turcorum rabies magis, ac magis procedebat ad interiora Chriſtianitatis viſcera, quæ inſatiabilis draco ille Turcorum dux continue nititur deglutire, pernecessarium eſt, ut hujuſmodi ſanctæ cruciatæ negotium ubique ab omnibus baptiſmatis fonte renatis & promoveatur, & adjuvetur præſidiis opportunis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXX. VIII. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno VI.

XVI.

Nicolai Canalii ignaviæ clades aſcripta.

(e) Phranz. Sabell. ubi ſup. Petr. Iuſtinig. in hiſt. Ven. Boſius to. 2. l. 9.

Aſcriptum eſt Negropontenſe excidium Nicolai Canalii ignaviæ, qui urbem præſidiis neceſſariis non firmaſſet (e), qui pontem, quo jungebatur Euripus, & aditum ex inſula ad continentem præbebat, non disturbaſſet ut facili opere fieri poterat, ſicque Mahometes intra inſulam incluſas omni ope nudatus fuiſſet, qui etiam ferre auxilia hoſtemque adoriri diſtuliſſet, dum barbarus tota nocte in mœnia impetum faciebat. Territus quidem ille Venetæ claſſis proſpectu ſolvere obſidionem decreverat, ne exercitum in extremum exitium adduceret, ſed a nonnullis ducibus confirmatus eſt, ut omni contentione undique in obſeſſos concurreretur, ita enim poſſe opprimi, dum illi ſociorum præſentia incautiores reddebantur: ſucceſſitque, ut dictum eſt, Turcis ex ſententia meditatum ſcelus, apertaque eſt ferro in urbem via, dum claſſis vanos turbarum clamores dabat.

XVII.

Nicolaus Mocenicus illi ſuffectus a Venetis.

(f) Sabel. ubi ſup.

(g) Lib. brev. 61.

Appulere etiam poſtea ex Creta, & Italia tarda auxilia, cum Turca Chalcide jam eſſet potitus, Veneti vero ex male geſtæ a Canalio rei indignatione Nicolaum Mocenicum (f) miſere ad exercitum cum ampliſſimo imperio, qui Canalium ejuſque filium, tum notorium conjecit in vincula, tranſmiſitque ad ſenatum. Cum autem Turcicæ expeditionis princeps eſſet Pontifex, ad illum Veneti mittendum Canalium ipſum decrevere, ut is pœnas ſuæ ignaviæ daret. At contra Paulus in clementiam pronus pro ipſo apud Chriſtophorum Maurum ducem deprecator acceſſit (g).

Dilecto filio nobili viro Chriſtophoro Mauro Venetorum duci ſalutem, &c.

Nigropontis expugnatio cum a nobis non ſine ingenti dolore primo audita fuit, paucis poſt diebus accepimus te & nobilem iſtum ſenatum tuum ſtatuiſſe, ut dilectus filius Nicolaus de Canali, qui maritimæ claſ-

claſſi tuæ præerat, cuique ob rem tandem incfeliciter geſtam id factum vitio potiſſimum dari videbatur, publico decreto in vincula conjectus ad nos uſque deveheretur; tunc paterna pietate merito excitatos nos

Pro eo deprecator accedit Paulus.

rationis quoque vis quædam potior impulit, ut apud te & ipſum nobile dominium tuum poſſibili inſtantia eidem Nicolao patrocinio eſſemus, ea de re dilectos filios oratores tuos, qui apud nos ſunt, convocatos pluribus verbis, ac vicibus hortati fuimus, atque impenſius requiſivimus, ut per ſuas literas a te, & ipſo dominio impunitatem ei dari ex noſtro nomine precarentur; ſuadere namque nobis non potuimus neque poſſumus, quod vir talis, ac tantus, & qui de republica tua anno præſertim ſuperiore in eo

Excuſat ipſum ob res præteritas.

*bello ſtrenue ſatis ac felici ſucceſſu bene meritus fuit, aut dolo malo, aut incuria defecerit, quod ſi aliqua in parte fortaſſis tardius *. . . non propterea judicio communi, & noſtro ſtudioſe tanto negotio defuit.*

* proceſſerit

XVIII. Ejus apologia ex Philelpho.

Texuit illius apologiam Franciſcus Philelphus (a), ob tenues ejus copias non conferendas cum Turcicis: *Quod de Chalcide noviſſime Euboeaque infortunium accidit, id vos pene exanimavit ita, ut ceteris Chriſtianis ſit maxime formidandum. Scimus inter Euboeam & Andrum nobiliſſimas inſulas breve intervallum eſſe, qua veluti per oſtium quoddam navigantibus ex Italia iter pateat ad regiones orientales, quod antea nunquam de Turcis eſt auditum, eorum claſſis maxima validiſſimaque pridie kal. junias modo erupit ex Helleſponto, quo tempore præfectus veſter ingenti animo, & ſingulari prudentia triremibus quinque ac triginta, non oppugnandi minus quam repugnandi conſilio, ſi qua fors aqua offerretur, id quod etiam, quantum in eo fuit, peregregie præſtitit: non enim continuo terga dedit, quod in tanta hoſtium multitudine ac robore alii plerique omnes facere non dubitaſſent, quin potius, nunc a fronte nunc a latere ſeſe offerens, nullum reliquit adoriendi locum, modo verſutus ille callidiſſimuſque hoſtis idoneam aliquam dimicandi*

(a) Philelph. l. 32. ad Bernard. Juſtinian.

Impar viſus adverſus naves quadringentas.

præſtitiſſet occaſionem: quid enim ex equo ſigna collatis quinque triremes ac triginta adverſus quadringentas omne genus naves armis viriſque ornatiſſimas audere potuiſſent in tanto, tamque inopinato Turcorum & apparatu, & ordine? ſed illud certe veriſſimum fuit, quod a Palæocaſtri oppugnatione, quæ Lemni eſt urbs minime ignobilis, univerſam hoſtilem claſſem ſua magna cum laude revellerit, eamque omni conatu in ſe converſam & fortiter & ſtrenue & perite tandiu ſuſtinuerit, donec & Chalcidenſes, & cetera Euboeæ oppida, ac reliquæ finitimæ inſulæ rebus ſuis conſulere tuto poſſent: nec item deſtitit, quo minus in tanto diſcrimine ex ea triremium paucitate in Euripum fretum mature triremes ſex ad Chalcidenſes mitteret, eiſdemque juberet, ut, in urbem admiſſis copiis illis ad eam tutandam, triremes ipſas, ne irent in hoſtium poteſtatem mari demergerent: id vero ne fieret auctor fuit ſceleratus ille latro Thomas Dalmata,

Ejus conſilium diſturbatum a Thoma Dalmata.

cujus ipſi perfidia Chalcidis defenſionem commiſeratis, obliti vos quidem, ut videtur, quod & in Mediolanenſes primo ille Franciſco Sfortiæ dedito caſtellacio, dein in Franciſcum etiam ipſum ad vos transfugitus perfidus extitiſſet. Et infra.

XIX.

At poterat, inquiunt, auxilium obſeſſis ferre, nimirum Nicolaus Canalis: *Et quonam pacto? nonne ſuperiores Euripi fauces Turcus munitiſſimo ponte ceuxerat? & inferiorem aditum, tot onerariis navibus ſaxo terraque oppletis, occuparat, ut Euboea continenti conjungeretur, cum & continentem & Euripum & inſulam ipſam totam innumerabili Turcorum exercitu videret occupatam, quid auxilii afferre poterat Nicolaus?* Et infra: *Cum æſtate ſuperiore Nicolaus Canalis Ænum ad Hebri oſtia cepiſſet, & vertiſſet in prædam, omnes id ad cælum efferebatis laudibus: cumque deinceps & Ægium in Peloponeſo, & alia oppida caſtellaque in deditionem ſua induſtria ſtrenuitateque recepiſſet, nihil apud vos erat unius Nicolai nomine illuſtrius. Quare Chalcidi laboranti auxilium eadem celeritate non tulit? & quare vos ei per literas vobis ſignificanti, ingenti claſſe & maximis copiis circumquaque contractis Turcam propediem mari terraque impetum facturum in Euboeam, non modo fidem non adhibuiſtis, verum etiam virum graviſſimum, & quam optime de patria meritum ambitionis accuſabatis, non vera eum loqui inſimulantes, ſed ejuſmodi fingere fabulas, quo majore ateretur imperio? quod ſi tempeſtive proviſum a vobis eſſet, & Chalcis ſtaret, & Euboea tota ſervaretur incolumis, & Turcum maxima clade confectum, totius ſui conatus atque auſus pœnituerat. At potuiſſet Nicolaus opem ferre obſeſſis. Quam eſt periculoſum imperium multitudinis, ubi non minus perſæpe animorum permotio, quam rationis gravitas dominatur. Qua claſſe? quibus viribus inter trecenta millia Turcorum, qui terra marique potirentur, in tantis, & tam innumerabilibus ſagittarum & jaculorum nimbis, in tot tamque variis & horrendis bombardarum molibus, quibus cælum terraque contremiſceret poterat Nicolaus obſeſſis ulli eſſe auxilio, proſtratis jam muris omnibus, & magna ex parte, qui intus erant ob aſſiduas oppugnationes aliis interemptis, aliis vulneratis? quanquam per Nicolaum non defuit, quo minus fortunam tentaret, ſi ceteri patritii Veneti, qui ſingulis triremibus præerant, juſſa audire voluiſſent, &c. idib. ſeptembris anno a natali Chriſtiano MCCCCLXX.*

Plura ſuperiore anno ecrant ab eo egregie geſta.

Moniti Veneti de expeditione Mahometis non providerunt.

Pro ferendo obſeſſis auxilio hierarchæ diſſenſere.

XX.

Perculſus Euboica clade Beſſario Cardinalis (b), ab altero Beſſarione abbate

(b) Beſſario Card. ad Beſſarion. abbat.

edo-

edoctus eſt, Ferdinandum Regem Neapolitanum in Turcas conſurgere decreviſſe, cui de periculis Italiæ imminentibus, ni divina vis Mahometem reprimeret, hæc reſcripſit.

Beſſarioni monacho, & abbati ſalutem, &c.

Ferdinandus Rex ſpecimen belli in Turcas gerendi præbet.

Deploranti mihi nuper Chriſtianorum hominum calamitates, & acerbiſſimam Chalcidis Euboicæ everſionem litera abs te reddita fuerunt, in quibus cum ea legiſſem, quæ de regiæ majeſtatis animo ſtudioque non mediocri ad fidem Chriſti tutandam perſcripſiſti, collegi paululum mentem & & reſpiravi, cœpique optare vehementer, ut re præſtes, quod verbis ipſum promiſiſſe affirmas: ſed nos infelices vereor, ne criminibus noſtris ab immortali Deo deſerti crudeliora præterea & graviora patiamur; dum cunctando, alter alterum expectando, culpam in alios reiiciendo, ad ultimam labamur perniciem. O miſeros Chriſtianos! O cæcos Italos! accelerandum eſt Beſſario, ut vel ex hoc ſæculo, Deo volente, migremus in ævum illud ſempiternum, vel in aliam aliquam regionem advolemus, non expectemus certe Turcum invadentem Italiam. Huc ſpectat, crede mihi, hoc agit, ad hoc ſe comparat, hoc conatu omni, & ſtudio contendit, & dicam? dicam plane, proh dolor! aſſequetur quod cupit, niſi Italia tandem aliquando reſipiſcat, niſi a ſomno capitali, quo paulatim extinguitur, expergiſcatur, niſi concors atque uno conſenſu fortiter, totiſque viribus tanto furori reſiſtat, niſi omiſſis figmentorum cauſis, quas jactare ſolet, ut juſta videantur, inani verborum fuco, re ipſa opere, & armis crucis hoſtes adoriatur. Verſabatur olim in diſcrimine Byzantium, nulla Italiæ pars miſit ſubſidia, rem alienam putabant omnes, periculum ad ſe non pertinere falſo credebant: atqui poſtea ſenſerunt, quot mala experti ſunt, quot Chriſtianorum fortunæ, opes, imperia in Turcorum dominationem redacta, Trapezuntiorum, Sinopenſium, Mitylenorum, Peloponeſiorum, Cariæ, Ciliciæ, Myſiæ, Pannoniæ inferioris, Epirotarum, Illyricorum, magna ex parte poſtremo Euboicorum. Quid ita? quia noluerunt quinquaginta millium aureorum ſumptu in tempore opitulari Byzantio: & ab eo communem hoſtem propulſare, inde nimirum hæc omnia jure perditum, & tamquam ovilis foribus confractis lupus in oves impetum fecit, intra earum latera verſatur, inſultat cædibus, furit; & tamen eorum, quæ amiſimus unumquodque centies millenis millibus non imprudenter emeretur: immo vero numero infinito quinquaginta millia ſuperat. Quid nobis cum Græcis? quid cum Myſis, Illyriis, Pannonibus? Pereant, inquiunt quid nobis? nobis bene ſit, intereant alii. Hoc ades bene vir, ita eſt, ſi quidem libertas tua ſervari poterit, ac non intelligis tuis viribus [tua enim Chriſtianorum vires ſunt] tuis, inquam, exhauſtis viribus, tanto te imbecilliorem & inferiorem fore, quanto hoſtis tuas ſuperior, ac potentior evadet, cum quo tandem tibi dimicandum eſt: ſatis enim videbere ab hoſte impetraſſe, ſi quod Polyphemus Ulyſſi, ut eſt in fabulis, tibi dederit, ut ultimus conficiare: tibi vel invito cedendum erit, & ſervitus ſubeunda, quæ cum per ſe turpis ſit, tamen conditione domini eſt turpiſſima.

Chriſtianorum excidii cauſa.

Diſcrimen Italiæ imminens.

Plura regna amiſſa ob non ſubmiſſa Conſtantinopoli auxilia.

XXI.

Obſeſſa eſt Chalcis in Eubœa urbs quondam floretiſſima, unde Cumas in Campaniam deducta eſt colonia, unde homines manarunt, qui Neapolim incoluerunt, vi capta, everſa, ferro, igniqué conſumpta. Claſſis Turcorum ampliſſima per totum Helleſpontum vagatur, fugatus eſt navalis Venetorum exercitus, aufugit, latitat, cedit loco: Turci victoria furore ſuperbiſſimo in omnes inſulas illas debacchantur: avertunt omnem ordinem, ætatem, ſexum in prædam, agros vaſtant, depopulantur; quid ad nos? Venetis cura ſit, recte cum eis actum eſt, utile eſſet ſi gravioribus incommodis conflictarentur: quietius cæteri & ſecurius viveremus: tantum enim noſtro accedit, quantum illic imperii demitur. Si quis eſt, qui malis iſtis ingemiſcat, is Venetus eſt, Venetorum partibus favet, non eſt audiendus, contemnendus eſt. O turpem hominum ignorantiam! o vecordiam! o inſanabile odium! o inimicitiæ ſtultas, & inauditas, quæ in auctorum viſcera ſæviunt, quamvis in alios ſuſceptæ videantur! Veni, Beſſario, fugiamus ſimul, proximus tu es periculo, ego proximus: paulo enim poſt erit Brunduſii navalis, Turcorum exercitus, præſto Neapoli, præſto Romæ, jam ita mari dominatur Venetis cedentibus, quemadmodum terra; ita iſtis conſultationibus traiicient in Apuliam multa millium millia, quibus abundant (non vana præſagiebat Cardinalis Beſſario, Hydruntum enim occupatum, ac impendentem univerſæ Italiæ vaſtitatem viſuri ſumus, niſi Mahometem occidentale imperium affectantem divina vis confeciſſet) *ab iis quotidie fierent incurſiones in agrum Neapolitanum, in Romanum. Cedamus inquam tanto turbini, ne nos pariter hic opprimat; infenſi illi quidem ſunt nomini meo, & tibi propter me, tametſi nullo eos unquam affeci incommoda, aut laceſſivi, non ſane quia noluerim, ſed quod non potui. Locutus ſum multa cum alibi tum in ſenatu, numquam deſtiti ſuadere, monere, prædicere, rogare, non defuit voluntas, quæ inimiciſſima illis eſt: hanc acriter ulciſcentur, unde demus locum iræ.*

Fugata ex Helleſponto claſſis Veneta.

Beſſarionis opinio de Turcarum in Italia irruptione.

XXII. Spreta impius illius conſilia

Heu delirat Beſſario, inſanit ſenex, frigidus, timidus eſt. Profecto, mi Beſſario, non inſanit Beſſario; tu es mihi teſtis cum Be-

Bononiæ eſſemus, & adhuc Paſchalis nuncuparetis, atque allatus eſſet infeliciſſimus ille de urbis Byzantinæ excidio nuntius ea omnia, quæ conſecuta ſunt, me futura prædixiſſe: non ea ſane de cauſa, quod vel prudentia excellenti, vel divinationis furore aliquo proſpicerem, quæ alii non cernerent; ſed quod omnibus, qui privatis ſtudiis & affectibus vacui eſſent, ea omnia palam erant, & in promptu. Tum ſibilis vulgi, & honeſtorum ſermonibus explodebar, judicabant dementem, ſomniis deditum, riſus de me non parvus [ut ſcis] excitatus eſt: ſed tamen, proh dolor! evenerunt omnia, ut prædixi: caveant qui hæc audiunt, ne idem accidat in poſterum. Non eſt timidus Beſſario in ſubeundis periculis, timidus eſt in proſpiciendis: poſſet adhuc inermis, monachus, ſenex majorem animum & præſeferre & præſtare, quam iſti perſuaſum habeant, modo Chriſtiani principes vellent facere, quod poſſunt, quod debent: iret ipſe in hoſtem cum militibus, cum cohortibus armatis, cum propugnatoribus crucis, ita quidem inſtructis, ut vires, ut copia, ut legiones hoſtiles poſtulant. Quid? agitamus ne iſta animo cunctis ad hoc dormientibus, diſſidentibus inter ſeſe, alteri alteris perniciem optantibus, & moleſtantibus? unus ne Beſſario cum altero, ſenes ambo, incerta valetudine viribus fracti arcebunt tantum Turci impetum potentiſſimi, furioſiſſimi, ſanguinem Chriſtianum anhelantis? ineptum eſt, ſtultum, inutile. Veni, migremus alio, relinquamus principibus Italiæ curam iſtam, nam & illi nos reliquerunt, neque audiunt jam diu tanquam e ſpecula clamantes, prædicentes, proponentes ante oculos eorum pericula: optemus tamen adhuc ab immortali Deo ſalvatore noſtro, ut criminibus noſtris ignoſcat, & fidem, cujus & lator fuit & auctor, quam ad ſæculorum finem nunquam occaſuram pollicitus eſt, in tantis malis, quæ cum impendent, tum urgent tueatur: non intermittamus hortari, & rogare principes noſtros, ut ad ſacrorum, ceremoniarum, totius principatus eccleſiaſtici ſalutem conſilia omnia conferant, laborem, induſtriam, cogitationem, totam animum, atque ingenium.

XXIII. Itali diſcriminis admoniti.

Appellamus Siciliæ Regem floreatiſſimum, rogamus ut imperii ſui finibus tutandis nec cura neque opibus deſit. Res ipſi erit cum hoſte vicino, & potentiſſimo: conſulant rebus ſuis Thuſci, Ligures, Inſubres, Veneti: cogitent qua pacto ab hoſtili ſævitia tuti ſint: nulla inter oves, & lupos gratia, nullum inter profanos homines & Chriſtianos jus amicitiæ eſt, non donis, non muneribus pacatur hoſtis immanis, barbarus; nulla fœderis religione tenetur perfidus; non movetur miſericordia crudeliſſimus: dominari, præeſſe, imperare cupit; cruore & flamma cuncta delere vult; ſubjugare ſibi cunctas ſtudet. Quis illum a tanto victoriæ curſu retardabit? peragrabit totum Siciliæ regnum, Romam uſque perveniet (id quidem moliebatur ni divina vis illum ſuſtuliſſet) *quis erit impedimento? Hyperborei ne populi, & gentes remotiſſimæ? At illis tam nullus harum rerum ſenſus eſt, quam officio alienum putant pro aliena ſalute ſeſe in diſcrimen offerre: Galli ne, Britanni, Germani, exteræ nationes? At procul ſunt a periculo, non putant Italiam in medio periculo in magna rerum perturbatione verſantem ceſſare, aut ſopitam eſſe, quam infinitis pene triumphis & hoſtium ſpoliis decoratam eſſe ſciant. Itali ne, quibus hoſtis imminet, quibus cædem, ferrum, ſervitutem, exilia denuntiat atque oſtentat? at nolunt, negligunt, non poſſunt adduci, ut credant, ſe adeo propinquos eſſe periculo; ſuis viribus confidunt nimium, at plane verendum ſit, ne in ſuis potius, quam in hoſtis finibus caſtra metari, atque exercitum alere cogantur, &c. Vale.*

Expoſita tyranni perfidia & cupiditas.

Chriſtianorum in tuendis focis torpor.

XXIV. Dum hæc lugeret Cardinalis Beſſario eximiam parænefim ad Italiæ principes ſcripſit (a), ut inter ſe pacem firmarent, armaque in Turcas converterent.

(a) *Beſſario Card. in paræneſi.*

Beſſario Cardinalis Nicænus inclytis atque illuſtriſſimis Italiæ principibus.

Qui vos ad concordiam, optimi Italiæ principes, hortatur, vos ad veſtram hortatur ſalutem, ad gloriam, ad triumphos de hoſte reportandos. Nam quid veſtra expoſcit utilitas? concordiam. Quid veſtra laus, ac dignitas poſtulat? concordiam. Quid hæc tempora nobis neceſſarium eſſe profitentur? concordiam. Concordiam igitur, & pacem amplectimini, ſuſcipite, colite, ut per eam mutuo conſenſu fortiores, belloque in hoſtem comparato, cervicibus noſtris imminentem impetum propulſemus, hoſtem teterrimum noſtrorum ſanguine cruentatum ulciſcamur: Italiæ amplificemus dignitatem, hoc enim bello nullum unquam juſtius, aut magis neceſſarium geſtum eſt, aut faciliorem apertioremque oſtendit victoriam: nam quid æquius, quidve magis pium, quam noſtrorum ſanguinem per infinitas lacrymas, & tormenta effuſum ulciſci? quid infandi homines in nomen noſtram prætermiſerunt ignominiæ, injuriæ, cruciatus, neſcis? Templa ſanctiſſima per ſummam impietatem polluerunt, ſanctorum, beatæ Virginis, ipſius noſtri Dei ſtatuæ contempta, riſa, omni contumeliæ genere perſecuti ſunt. Quid ſacras virgines violatas commemorem? parentum complexibus ereptos impuberes? omni dedecore fœdatum Chriſtianum nomen? Hæc ne perſequar, & rei magnitudine, & dolore impedior. Quis enim, vel dicenda conſequi poſſet, vel ſine multis lacrymis audire, Chriſtianis hominibus ſocios fideliſſimos, equorum ungulis

Paræneſis Beſſarionis ad concordiam.

Quanta a Turcis in Chriſtianos exercita carnificina.

gulis obtritos, ita imperante hoſte ſceleratiſſimo atque inſpiciente excoriatos, ſublatos in crucem, ac mortem beneficii loco acceperint.

XXV. *Edidit olim ſæviſſimus Turcus omnia crudelitatis exempla in Bizantinos, quorum memoria ut refricaretur, qualis nuper Chalcidis Euboicæ tumultus fuit, cum effractis portis, ac muris tormentorum ictibus impetu dejectis, arce vi capta, armorum turſu ferro flammaque omnia miſcuerunt; unde gemitus illi ad noſtras ferme aures pervenere, cuncti militaris ætatis acerbiſſime trucidati: noſtrorum cadavera, cum mœnia oppugnarentur; at non dicam, incredibile enim eſt; immo vero dicam, quoniam ita ſe habet: noſtrorum, inquam, cadavera in vaſa impoſita, machinis bellicis intra urbem adverſus noſtros immittebantur. O crudelitatem ante hunc diem inauditam! o perditam feritatem! o truculentiſſimum ſævitiæ genus! Quid tam commune vivis quam ſpiritus? at noſtri captivi ita vivunt, ut ducere animam de cælo non queant. Quid tam commune mortuis, quam terra? at noſtri ita moriuntur, ut eorum oſſa per aerem ſparguntur. Quid tam commune cadaveri, quam quies? at noſtrorum corpora ita jactantur, ut ne exanimata quidem conquieſcant. Romani, quod eorum legati paulo acerbius appellati eſſent, Corinthum urbem pulcherrimam everterunt; nos vero ſociis crudeliſſime necatis contempta & devaſtata religione noſtra, unde morum vitæque documenta a tam remotis nationibus petuntur, non excitabimur, non ſumemus arma, non ulciſcemur?* Et infra: *Satis dixi de genere belli, quam juſtum ſit.*

Cadavera tormentis contorta.

Dicam ſtatim quam ſit neceſſarium, neque enim ille liberam quietis rationem relinquet; ingens terra marique bellum molitur; nam ſi id permitteret; nemo ſane eſſet, qui bellum paci anteponeret; ſed copias inſtruxit, legiones firmiſſimas habet, in capita noſtra comparatas laceſſit, urget, ad certamen provocat; aut bellum gerendum eſt, aut acerbiſſima ſervitus ſubeunda, nullum deliberationi locum relinquit. Una nobis fortunarum ſalutiſque ſpes propoſita eſt, ut viribus noſtris, Deo maximo optimo juvante, libertatem noſtram ſervemus, pro qua bono viro, & cive non minus laborandum eſt, quam pro ſervorum reique domeſticæ incolumitate tuenda. At nemo eſt, qui vel ſervo laceſſito, vel expilato grege non graviter ferat, armis ad injuriam ulciſcendam non contendat, non repetat ſua: & conjugum, liberorum, patriæ rationem nullam nos ducemus? quid inermes expectamus Turcorum furorem? arma armis propulſantur, bellum gerendum eſt, ut in pace vivamus: ſi bellum omittimus, pacem habemus nullam. Quod ſi Turcus nobis quieſcentibus maximis opibus auctus eſt, ſi languentes otio in graviſſima damna prolapſi ſumus, quis tandem ſperare audebit nos in otio, & umbra rem feliciter geſturos? Reſipiſcendum eſt, & cum eo pacto in tanta pericula deciderimus, contrario itinere ad ſalutem & ſecuritatem redeundum, omittenda ſegnities, bellum ſuſcipiendum, nam ut Paulus inquit: Non coronatur niſi qui legitime certaverit. *Et infra.*

Neceſſitas belli Turcici illuſtrata.

XXVI. *Tempus, & aures veſtræ poſtulant, ut de facultate gerendi belli, de ampliſſimo triumpho qui nobis propoſitus eſt aliquid dicamus. Quo in loco illud plane profiteor, me de hoſtium copiis, & viribus nihil oratione mea detracturum, ſed omnia expoſiturum magna cum fide: atque ut inde ordiar, exercitus ille hoſtilis, illa hominum multitudo infinita non tanti roboris eſt, quanti nonnulli putant, ut a nobis ſuperari facillime non poſſit. Magna ejus pars milite tumultuario conſtat, & turba collectitia, nulla juriſjurandi religione adacti ſunt, nulla mercede conducti, leviſſima corpora laboris impatientiſſima, prædam cum exercitum ſequuntur, quaſi paulo diutius caruerint, domum velociſſime redeunt: nullam præſtant in bello operam, nullum ſervant ordinem; latrones, ſicarii, militaris prorſus diſciplinæ penitus expertes, & qui facilius vinci poſſunt, quam vincere ſciant. Illud ſane prorſus compertum habemus, ſeptuaginta eſſe duntaxat hominum millia, qui ſtipendia ex publico ærario faciant: ſed audite me quæſo parumper æquo animo. Ex eo ſeptuaginta millium numero præter quindecim viginti ve millia ad ſummum, qui Imperatoris ſui latus cuſtodientes quotidianam mercedem capiunt, reliqui omnes ſociorum provincialium tributis in bello ſuſtentantur, quæ ſane tributa adeo exigua ſunt, adeo ſuppeditantur tenuiter, ut toto anno vix quatuor menſibus mercedem accipiant, quo ex re factum videtis, ut nullam expeditionem quadrimeſtri diuturniorem ſuſtineat, ſed eos omnes dimittat, quoniam provinciæ pecuniam amplius non ſubminiſtrant, quo rerum penuria coactos Byzantii ſæpe vidimus cum dimitterentur & equos, & arma, & veſtes vendidiſſe, ut domum pervenire poſſint. Hoc robur hoſtilis exercitus, hæc magnitudo, hic mirandus ille peditatus & equitatus; quod ſi Chriſtianus exercitus illius fines populando eum toto anno exercitum in armis habere coegerit, aut a ſuis deſtitutus cum exigua manu ad pugnam impelleretur, ubi facillime ſuperari queat, aut illis ipſis pecuniis, quæ in ejus privatum ærarium conferuntur, totum exercitum alat, neceſſe erit, quod quidem præſtare diu non poterit, neque enim, ut temere nonnulli jactant, immenſa eſt illi pecunia: ſiquidem ex iis, qui in illius negotiis gerendis verſati ſunt, plane cognitum eſt, non amplius quam vigeſies centena aureorum millia ex omni redditnum ſumma ad eum deferri, unde & viginti illa millia peditum liberaliter ſuſtentat pro corporis ſui cuſtodia, & ſumptibus domeſticis, qui maximi ſunt, ſatisfacit: ſi quid præterea ſupe-*

Qualis ſit Turcorum militia.

Cur ſint Turcarum expeditiones ferme quadrimeſtres.

Quanta ſint Mahometis vectigalia.

ſupereſt, id omne ad arma, machinas, tormenta bellica penitus convertit, ut neque conflandi theſauri, neque conducendi milites ei facultas ulla præbeatur.

XXVII. Vincere non reſiſtentes ſibi facile fuit.

Quod autem tam effœminata multitudine, tam exiguis viribus tot imperia ſubjugarit, non mirandum magis, quam dolendum eſt; nullum enim habuit hoſtem: facile admodum vincere fuit non reſiſtentes. Dato ſignum belli, jam facile perſpicietis eorum ignaviam, ut enim cedentes vehementer inſequuntur, ita inſequentes celeriter fugiunt, caſtra caſtris conferre non audent, & ut illud repetam, victoria eſt in manibus, modo velitis; nulla enim bella gerendi facultas vobis deeſt: adeſt Imperatorum virtus, militum numerus, & peritia: ſunt pecuniæ vobis, Italiæ principes, quas non minus hoc tempore in publicum conferre debetis, quam privatam quiſque ſalutem leges, patriam charam habet. Debet unuſquiſque diligenti rerum ſuarum ratione habita tantum erogare, quantum poteſt. Audio Bizantinos a nonnullis accuſari, quod in ſalute communi privatæ pecuniæ parcentes ſua omnia hoſti prodiderunt: in quo profecto graviſſima culpa digni ſunt, meritoque reprehenduntur, id ne ipſi quoque committamus, cavendum eſt, ne quod in aliis turpe inutileque fuiſſe cognovimus, & ſentimus, imprudentiſſime ſequamur.

Conſtantinopolitani victi quia ſuis opibus non uſi.

XXVIII. De ſpe victoriæ.

Comparato a nobis exercitu, quid eſt, quod victoriam, lætaque omnia non portendat, ac polliceatur? Aderit Deus optimus maximus, pro cujus pietate, gloria, fide amplificanda pugnabimus, cujus injurias ulciſcemur. Iratus hoſtis eſt, nobis proſper, qui noſtram hac in re operam, & laborem non ſolum accipit, ſed exigit, ſed repetit, ſed debitum ſibi reddi jubeat: Ne timeas, *inquit,* a facie eorum, quia ego tecum ſum, & eruam te. Ne timeas a facie eorum, nec enim te faciam timere vultum eorum. Bellabunt adverſus te, & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, ut liberem te. *Et infra. Nonne hoſtes noſtri paucorum virtute ſæpius victi, fugati, cæſi fuerunt? Omitto de iis victoriam inſignem Ladiſlai Pannoniæ Regis, qui ut olim a nobis dictum eſt, cum quatuordecim hominum millibus, qui enim plus tradunt, decem & octo millia non excedunt, juſta acie ſignis collatis cum hoſte dimicavit, exercitum profligavit, ac longe lateque fudit Imperatore vulnerato, ac niſi victoriam avidius perſecutus eſſet, mortique ſe ſe objeciſſet, profecto Chriſtianus orbis Europam omnem retineret; hæc omitto; ad recentiora noſtra feſtinat oratio. Quid dicam de inſigni triumpho illius Chriſtianæ multitudinis, quæ nullo duce crucis tantum ſigno armata Turcorum exercitum omnem munitiſſimo Ander Albæ oppido potitum, infra mœnia ſtricto enſe diſcurrentem magna cæde victum ejecit, ipſo iſto Imperatore graviter vulnerato, ac impedimentis omnibus in poteſtatem redactis? Id autem ne ſemel accidiſſe videretur, cum impius ſceleratuſque hoſtis Pannoniam omnem inferiorem occupaſſet, omniaque armis compleſſet & præſidiis, inclytus regiique animi, & excelſi Pannoniæ ſuperioris Rex parva admodum manu expugnato Janitia oppido & natura & arte munitiſſimo maximas Turcorum copias fudit, partemque provinciæ ſuo adjecit imperio.*

Ut a Ladiſlao victus ſit Turca.

Ut iterum ad Belgradum Mahometes victus.

Ut a Matthia etiam profligatus.

XXIX. (a) *Beſſario in orat. ad princ. Ital.*

Scripſit aliam orationem Beſſario Cardinalis (a) ad principes Italiæ, eoſque imminentis periculi commonuit. Ex qua hæc decerpenda viſa ſunt ad hiſtoriam ſpectantia.

Beſſarionis Cardinalis ad Italos de periculis imminentibus oratio.

Juvat primum omnium de origine, & genere, ac viribus Turcorum breviter aliquid commemorare. Plane, ut omnes intelligunt, hæc Ottomannorum familia minima Turcorum pars a quam parvo humilique principio, quam brevi tempore ſolertia, diligentia, ac vigilantia ſua in tantum faſtigium venerit, ut jam non modo reliquis nationibus, ſed ipſi provinciarum nobiliſſimæ potentiſſimæque Italiæ, & imperare aſſuetæ ſtupori, ac formidini ſit. Turcorum natio cum aliquandiu Perſiam, Mediam, Babyloniam, Arabiam, Syriam, & nonnullas alias ſuperioris Aſiæ partes tenuiſſet, tandem cum ab incolis ſeſe in libertatem vindicantibus, cum ab aliis hyperboreis populis inde expulſa ad inferiores Aſiæ partes confluxit, atque ibi multis variiſque bellis cum Græcorum imperio exitu ancipiti geſtis, ita ad extremum ſuperior evaſit, ut Pamphiliam, Ciliciam, Lyciam, Paphlagoniam, reliquaque omnia illa loca in ditionem redegerit. Sed pace foris parta, ſeditio domi orta eſt.: nam de imperio inter ſe ferro dimicare cœperunt. Erant inter eos ſeptem nobiliores familiæ, ad quas factionum rerumque omnium ſumma deferebatur; hæ bellorum diuturnitate feſſa, eas, quas diximus, provincias ſorte potius quam armis dividere, ac partiri inter ſe ſtatuerunt, ita quod perexiguum & tenue admodum imperium erat, in ſeptem partes diviſum eſt. Ottomannorum familiæ, ex qua octavus jam regnat noſtro tempore Turcorum princeps Cilicia locaque finitima obvenerunt. Hæc Turcorum res, hoc initium, inde tanti terroris origo.

De Turcarum origine.

Pulſi Perſide in Aſiam inferiorem confluxere.

Inteſtino bello diu laboravere.

Septem familiæ ſorte diviſere provincias.

XXX.

Interjecto dein tempore hujus, qui nunc regnat Turci atavus, a quo hic ſextus ordine regni ſceptrum accepit non viribus, non divitiis, non militum numero, non imperii magnitudine fretus, ſed ob civiles diſcordias accerſitus a Græcis in Europam trajecit. Annus nunc ferme agitur centeſimus & trigeſimus, non tam iis adverſus, contra quos provocatus fuerat, quam iis, qui accerſiverant, pernicioſus & peſtilen-

Ut in Græciam exciti oppreſſerint ſocios.

tiſſi-

Digitized by Google

tiſſimus; paulatim ſerpens, ac ſibi non amicis imperium comparans, uſque adeo auxit vires, ut volentes poſtea eum ejicere, non potuerant, ſatis ſe effeciſſe arbitrati, ſi fœdere illo æquis cum eo legibus vivere impetrarent. Atqui res aliter, quam opinati fuerant, evenit; etenim gens barbara atque inops ſimul ac dulcedinem frugum, & ſuavitatem divitiarum guſtare cœpit, nullum cupiditati terminum ſtatuit:

Quo temporis flexu auctum eorum imperium.

ex parvo itaque & debili initio uſque adeo vires eorum centum & triginta annorum ſpatio creverunt, ut jam non parva Europæ parte occupata, nec Danubii profundiſſimus amnis nec Illyrii aſperrimi montes eorum impetum retardare poſſint, quin flumine tranſmiſſo, & locorum difficultatibus ſuperatis, illinc per omnem Pannoniam graſſentur, hinc in mediam uſque Germaniam, & Hyſtros, & Forumjulii depopulantes, ac fœdantes omnia, ac flores illos provinciarum ferro ignique vaſtantes. Quo loco illud in primis a nobis animadvertendum cenſeo, quamvis hæc omnia eo, quod diximus, temporis ſpatio fecerint, plura tamen poſtremis quadraginta annis, quam nonaginta illis ſuperioribus feciſſe: ita enim natura comparatum eſt, ut principia virtute quidem ac viribus majora ſint, magnitudine vero copiaque vincantur.

XXXI. Decem regna a Mahomete occupata.

Ex his item quadraginta annis longe plura bis decem & ſeptem patraſſe, quam tribus & viginti prioribus, plura immanis iſta bellua, Chriſtianorum ſanguinem ſemper anhelans, poſt Byzantinum excidium ſolus geſſit, quam pater ejus atque avus per omnem vitam fecere, decem, ut ſæpe a nobis explicatum eſt, interea regnis occupatis, ut palam omnibus ſit; quo magis ejus vires augentur, eo deinde minore negotio quoſcumque aggredi voluerit poſſe ſuperari; quemadmodum enim in diſciplinis atque artibus, & omni actionis genere fieri videmus, ut major ſit poſtremo quoque anno, quam omnibus ſuperioribus; profectus unde illud quoque vulgo dici ſolet, diteſcere homini difficile eſſe, in immenſum vero divitias augere facillimum, ut in rebus quoque militaribus accidit, ut vincere difficile admodum ſit, evagari poſtea per victorias nullius laboris. Quare perſuadere ſibi quiſque facile poteſt ſceleratus hoſtis, quo nihil dici teterius, nihil crudelius poteſt, proximo hoc quinquennio facturus ſit, tanta jam decem & ſeptem annis comparata potentia, & priori ejus potentiæ addita, magna ſunt ejus vires, inexhauſta cupiditas, immenſa dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum.

Ut iis lommopere formidandus ſit.

An igitur cum velit & poſſit & ſciat, dubitare aliquis poteſt quin tota animo, tota mente in nos dies noctesque feratur? An vero armatum præſtolamur domi oſcitantes, ut tum demum credamus cum ante oculos noſtros exhalantem virus videbimus?

Non decet profecto, nec Italorum potentiæ ſuæ eſt dicere, non putaram propria Itali ſanguinis eſt potentia, propria libertas, proprium imperium. An degenerare nobiliſſimus animus a majoribus ſuis, & quem voluit Deus cæteris imperare, ſervire genti fœdiſſimæ ſuſtinebit? XXXII.

Quam cupidus ſit Italiæ ſubigendæ.

Nihil putat Turcus ſe facere dignius poſſe, nihil nomini ſuo glorioſius, quam ſi in Italiam exercitum ducat, & imperare ſolitam provinciam ſuo addat imperio. Atavi ejus parentem, quem primum trajeciſſe in Græciam diximus, quamvis paucorum oppidorum regulum divinis colunt honoribus, & perpetua fama & ſempiterna gloria celebrant: ſanctum eum ac beatum nominant, cœleſtibus locatum prædicant ſedibus, quod princeps bellum adverſus Chriſtianos geſſerit, & paucis quibuſdam locis ſubjugatis, ea impiæ Mahumetanæ ſectæ dicaverit, quid eos tandem erga ſe facturos exiſtimet, ſi cum tot aliis Chriſtianis populis Italos quoque, quod etiam cogitare horret animus, ſubjugarit? an vero gloriæ

Ut ſtimulis gloriæ incitetur.

avidum dubitare poterimus, cum hoc natura omnibus inſit, præſertim principibus, & hic ſciat nullum ſibi ad immortalitatem ampliorem patere campum? nam de utilitate ambigere ſupervacuum certe videtur; cum enim ratio hæc bifariam dividatur, & hic quomodo ſervare quæ parta ſunt, illinc quo pacto augeri queant conſideretur, qua tandem ratione tueri, quæ habet facilius ac certius poſſit, quam augendo principatum & fines imperii propagando?

Tuetur parta ea augendo.

ſolent medici in corporibus curandis ea remedia adhibere, quæ aliquando iiſdem morborum generibus utilia experti ſunt. Hoc idem Turcorum Imperator facit, & hoc quaſi medicamentum quoddam ad ea, quæ parta ſunt, conſervanda ſaluberrimum ratus, eo ſemper utitur, huic hæret, hoc frequentat, immutare hoc, ut aliud experiatur, non putat tutum, cupit, ut par eſt, omnique conatu nititur conſervare imperium, nullam ad id tutiorem eſſe viam intelligit, quam aliena jactura vires ſuas augere: quod ſi aſſequi non poſſet, nulla timoris ratio eſſet, nulla de rebus noſtris dubitatio: ſed me miſerum! mentiri in hac parte etiam volens non poſſum:

Ducenta hominum millia habet in exercitu & claſſe.

nihil unquam alicui facilius fuit: adeſt pecuniæ numerus immenſus, multitudo militum inaudita, ut cujus exercitum ſupra ducenta hominum millia ſequuntur: claſſem habet quam ſuperioribus diebus in expugnatione Chalcidis non ſine ſtupore audiſtis, quantam inſtruere vix omnis ſimul Italia poſſet.

XXXIII.

Erat ante hunc diem dumtaxat terreſtri exercitu potens, maris imperium noſtris adhuc ſupererat: nunc vero, o cogitationem quoque tantæ cladis acerbam! mare quoque Chriſtianis ablatum illis additum eſt, licet ei jam libere vagari, quolibet; om-

Apollonia potius ut ex ea invadat Italiam.

ubi portus, omnes maritimas ſtationes liberas habet. Ambracium ſinum portum illum nobiliſſimum, & Apolloniam locum quidem Italiæ finitima, qua olim Romanis in Græciam eadem nunc ille via in Italiam erit, per quam brevi freto, breviſſima navigatio eſt: terreſtre præterea iter uſque ad forum Julii patens atque apertum, mari terraque cingere Italiam poteſt. Quid eſt quod eum, vel non hortari atque impellere debeat ad ea, quæ jam diu animo propoſuit perficienda, vel ab iis deterrere poſſit, atque avertere? Audiſtis multos, qui illum ſæpius Italiam optantem, Italiam ſperantem, Italiam ac Romam vociferantem intellexerunt: ſi & cupit & poſſe ſe ſperat, nihil certe eſt, quod eum poſſit ab hoc propoſito remorari, præſertim dum Italos confidit numquam uno conſenſu in ſe conſpiraturos, numquam adverſus ſe arma ſumpturos. His ille contentionibus ſpem ſuam confirmat, & quæcumque optat ſibi facillime pollicetur. Referam [quamvis nota ſit vulgo] fabellam, qua nuper uſus dicitur cum ex ſuis quidam diſſuaderet ne bellum adverſus Chriſtianos conaretur; nam cum ille formidandum eſſe diceret, ne Chriſtiani bello irritati tandem in unum convenirent, bellumque adverſus eum communi conſilio, & ope gererent; at ridens, meminiſſe, tyrannus inquit, illius fabulæ convenit; cum lupi aliquando magnam canum multitudinem adventure adverſus ſe forte intellexiſſent, ingenſque propterea terror eos occupaſſet, unus ex iis, qui inter eos ſenior erat, in propinquum montem profectus cacumen ejus, ut canum ſpecularetur adventum, conſcendit; verum cum eos multos quidem, ſed diverſorum colorum eſſe conſpexiſſet, lætus geſtienſque ad ſuos reverſus: bono, inquit, eſtote animo, tanta eſt enim in hoſtibus noſtris colorum, morum, ſtudiorumque diverſitas, ut conſentire una, ac conſpirare in aliquem ſimul omnes non poſſint: ſingulos vero ſi venerint, abſorbere ſine difficultate poterimus. Hæc eſt tyranni ſpes, hæc cogitatio, hoc conſilium, niſi ſpe ſua fruſtretur; fruſtrabitur autem ſi volueritis.

De Italia Romaque ſubiiciendis exclamare ſolitus.

Ut rideat de Chriſtianorum diſſidiis eoſque temnat.

XXXIV. Ut perpetuis ſtipendiis exercitum conductum habeat.

Numquam ferocem illum animum mitiorem reddere poterit, habet enim in armis militem decretis perpetuiſque ſtipendiis conductum, qui ſive domi quieſcat, ſive foris bella gerat, idem accipit ab ærario militare ſtipendium, nullo principis ſui ſumptu, atque eo nomine ſingulis annis ad Imperatorem ſuum accedere jurejurando adactus eſt, ei operam & laborem polliceri. Habet præterea longo rerum uſu plane perſpectum & exploratum non alia de cauſa tantam gloriæ, fortunarum, imperii acceſſionem ſibi factam eſſe, quam quod perpetuis bellorum laboribus ſuos exercens, hoſtes profligavit: a qua ſanctitate numquam diſcedet, ut quod utile, quod glorioſum, quod neceſſarium ſibi eſſe intelliget, ſtulte omittat. Quo pacto, bone Jeſu, ſperare poſſumus aut ſuſpicari illum non moliturum ſervitutem, cædem, fidei noſtræ interitum? nonne ita natura comparatum eſſe intelligit, ut nihil eodem ſitu permaneat, ſed cuncta jugi, vario, novoque motu agi? quod ſi amplum habet imperium, idque rerum omnium lege moveri oportet, nonne imminuetur niſi augeatur? Ne putaveris Turcum tantum augendi imperii ſtudioſum & cupidum, at certe eſt & conſervandi, conſervare vero non poterit niſi augeat, ſiquidem regreſſurum eſt quod non progrediatur, lapſurum quod non ſurgat, ruiturum quod non majus efficiatur: qua confirmatus opinione exercitum ſuum auget in dies, quem habet ampliſſimum, aliena invadit, ne ſua amittat.

Continuis bellis eum exercet.

XXXV. Tot bella cum Triballis geſſit Italiæ ſpe.

An vero ſumptus ingentes, tot militum pericula, & vulnera, tot expeditiones graviſſimas, atque alieniſſimo tempore pro Myſiorum exiguo imperio, pro Triballorum montibus aſperrimis, pro Illyricorum penuria eum ſuſcepiſſe putatis; pro Italiæ autem opibus, pro agrorum feracitate, pro ſuavitate frugum, pro hac ipſa luce, in qua verſari cupit, non majora facturum? Hic arcem ponere, hic præſidia collocare ad reliquum orbem ſubjugandum cogitat, atque ita cogitat, ut per hoſtium ſuorum diſſenſionem id ſe facile conſecuturum ſperet. Et infra. *Quid ſibi poſtulat cupiditas illa pacis cum illuſtriſſimo piiſſimoque Siciliæ Rege componendæ? quid miſſi legati? nam qui nomen Chriſtianum odio habet, omnique crudelitatis genere inſectatur & deſpicit, nullo quidem Chriſtianorum metu, nullo amore, nulla gratia Chriſtiani Regis fœdus deſiderat; ſed ut ſingulos opprimat, quos univerſos eodem impetu non everti poſſe intelligit, tandem quod cupit aſſequatur. At vero infelicem illum ſua fallit ſpes & opinio, cum ſuperioribus diebus magnifice Regeque Chriſtiano digne inclytus Rex legatum dimiſerit eo reſponſo, ut non ſolum pernicioſam bonis omnibus ſocietatem aſpernatus eſſe, ſed etiam bellum hoſti indixiſſe pro Chriſti religione facile videatur.*

Cur Ferdinandum ſollicitent de fœdere.

Spreta a Ferdinando ejus amicitia.

XXXVI. Clari oratores tranſalpini ſollicitati ut principes in Turcas incitent. Galliæ & Angliæ Reges de gerendo bello Turcico appellati.

Nec Italos modo Beſſario ad ſanciendum in Turcas fœdus incitavit, verum etiam eloquentia claros theologos in tranſalpinis regnis extimulavit, ut ad Reges principeſque pro reſtinguendo communi incendio, religioneque Chriſti defendenda promovendos eloquendi vim explicarent; quo argumento ad Fichetum theologum in Gallia clariſſimum literas dedit. Secutus pias Beſſarionis adhortationes Fichetus Gallorum Regem ad ſuſcipiendum ſacrum bellum ſolicitavit, tum etiam Eduardum Regem Angliæ, & alios principes, ut communi iſto fœdere imminentia pericula propulſarent, Chriſtique religionem adverſus Turcas tuerentur; quæ literæ nonis ſex-

ſeatilibus, anni MCCCCLXXI. exaratæ ſunt. At pii illi conatus ad irritum cecidere.

XXXVII. Inter ejuſmodi vero clades hoc anno Venetos Cyprio regno, quod Carol« & Ludovicus Sabaudus ad ſe ſpectare contendebant, auctos Catharinæ Corneliæ opera tradit Raphael Volaterranus (*a*) : *Jacobus*, inquit, *regnum quoque integrum cum Famaguſta, quam ad eam uſque diem Genuenſes tenuerant, adeptus, ut perpetuo munimento firmaretur, Catharinam Marci Cornarii patricii Veneti filiam in matrimonium duxit, quam ſenatus in filiam adoptaverat dote adſignata : hæc poſt annum vidua, ac prægnans relicta poſthumum pepererat infantem, quo brevi tempore pereunte, regnum jure hereditario ad Venetos pervenit anno MCDLXX. Ludovicus interea ad ſedes paternas remeavit : cumque otio magis, divinisque rebus, quam imperio natus eſſet, in ſolitudinem apud Ripaliam ſupra lacum Lemanum uſque ad extremum ſe recepit. At Carlota virago minime quieſcens, dum obſideretur ſtatuit in Italiam Romam ad Sixti Pontificis opem confugere, a quo pecunia tantum ad ſultanum inde in Ægyptum transfretavit, apud quem triennium auxilii expectatione cum fruſtra triviſſet, re infecta Romam revertit : ubi una cum Cypriis comitibus honeſti ordinis, ejuſdem Sixti liberalitate ac miſericordia uſque ad extremum vitæ tempus vixit. Cyprum, & Rhodum ſultanus ſua ditione, ac regni Jeroſolymitani eſſe dictitat : Turcarum vero Rex Othomannus de Rhodo, quod proxima ſit ejus littori, tantum contendit.* Cæterum & Rhodo & Cypro potitos Turcas lugebitur inferius.

(a) *Volater. l. 9. in fin.*

Cypri regnum ad Venetos devolutum & quo jure. Spretæ a Lud. Sabaudo regni recuper. curæ.

Carlota Regina nunc Pontificis nunc Sultani opera regnum recuperare nititur.

XXXVIII. Ingraveſcente interea, latinſque ſe proferente Turcica potentia, Joannes Wayvoda Zarcuni comes, & Thadæus fratres Narente, & Craynæ, ac Therechinnæ in Albania toparchiarum principes auxilia a Paulo II. Pontifice adverſus ferocientem barbarum popoſcerunt : quibus ille pollicitus eſt (*b*) daturum ſe operam, ut dynaſtæ Italici fœdera jungerentur in Turcas, neque ipſis auxilia defutura : *Nos, dilecti filii, pluribus rebus, & curis publicis pro nunc involuti, præcipue circa unionem Italiæ componendam, & corroborandam, ut ea parata aliquid magni contra eundem Turcum communem hoſtem in conſolationem Chriſticolarum, & veſtrum efficere valeamus, cui rei plurimum incumbimus, ac ſperamus in Altiſſimo rem felici curſu brevi confectum iri; ita quod non poſſumus nunc vos voti compotes remittere, ſperamus tamen in omnipotentis Dei miſericordia una nos cum Italiæ potentatibus, & aliis Chriſtianis principibus talem operam in cauſa fidei adhibituros, quod vos & alii Chriſtiani principes vobis finitimi, & populi conſolabimini, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum III. octobris MCDLXX. anno VII.*

(b) *Lib. brev. de cur. an. 7. p. 11.*

Et ſane enixe operam navabat Paulus, ut mutua armorum ſocietate Italos principes adverſus Turcas conjungeret; cum.qun Florentina reſpublica, dux Mediolanenſis, ac Ferdinandus Raa novas inter ſe fœderum pactiones facerent, ipſos ſolicitavit, ut cæteris aliam de inſtaurando veteri inito Niculao V. Pontifice fœdere adlicerent. Sed privatis quique commodis illaqueari ad gerendam in Turcas communi conſenſu bellum adduci non potuere, quamvis oratores principum ad ſe Paulus accerſiviſſet : nam & Galeatius Maria Mediolanenſis in Correggianos toparchas bellum intentabat, ex quibus diſcordiis inteſtini alicujus belli gravioris periculi terror imminebat. Ad quod avertendum Pontifex hiſce literis Galeatium, ut fidei dignitati, Chriſtianæque rei ſaluti conſuleret, cum omnes vires ad Turcicam tyrannidem tundendam convertendæ eſſent, adhortatus eſt (*c*) : *Hortamur te in Domino per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti, per paſſionem & crucem ſanctam ſuam, quod ab hac re deſiſtas, neque ulterius procedas, ſed intuearis periculum fidei, conſulas honori tuo, & cogita alios principes Catholicos hoc tuum factum fore improbaturos. Habeas principaliter reſpectum ad Deum, cujus cauſa agitur : certe ſi ita feceris primum a nobis commendationem & benedictionem, nec non laudem, & gloriam ab omnibus Chriſtianis tam principibus quam populis conſequeris. Nos enim ſperantes in Altiſſimo dabimus talem ordinem & operam, quod iſti domini nobilitati tuæ, ſi qua eidem debent, ſatisfacient. Non debes, fili dilecte, mirari quod pro hac re tantam inſtantiam facimus : hoc de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, ſuper quo etiam nobilium oratorum ſtatui tuo affectiſſimorum conſilia ſecuti ſumus, facimus pro debito noſtro tanquam communis pater, facimus pro communi pace Italiæ, cujus ſemper cupidi fuimus, etiam quando tanta neceſſitas non imminebat, ſicut meminiſſe debes, quæ pro ſtatus tui conſervatione fecimus tempore obitus digna memoria genitoris tui, quando te abſente & in Galliis agente apud Italiæ potentatus, præcipue apud dilectos filios nobiles viros ducem, & dominium Venetiarum, ad quos tunc ſtrictiſſime ſcripſimus, & apud eoſdem operati ſumus; quanto magis id nunc facere debemus, & tenemur quando Turcum communem hoſtem immaniſſimum ad Italiam ſubjugandam ſuo nefandiſſimo imperio feſtinare videmus, ut illa ſubacta cæteras Chriſtianitatis nationes ſubjugare poſſit? &c. Dat. Romæ apud B. Petrum. die XVII. ſeptembris MCCCCLXX. anno VII.*

XXXIX. Itali principes a Paulo commoniti ut arma jungant in Turcas.

In Inſubria obortæ diſſenſionum cauſæ.

(c) *Lib. brev. p. 3.*

Ipſius dignitati factum ſatis.

Meminerit beneficii a ſede Apoſt. ipſi præſtiti.

XL. Exaſperabatur etiam in Venetos Ludovicus Mantuæ marchio, quod illi alveum Mincii in alias derivare terras decernerent : cujus lenire iras (*d*), tum Venetos ab

(d) *Ead. pag.*

eo conſilio revocare Chriſti vicarius niſus eſt (a).

(a) Ib. p. 2.

Dilectis filiis nobilibus viris Chriſtophoro Mauro duci, & dominio Venetiarum.

Moniti ne principes finitimos in ſe exaſperent.

At relatum nobis eſt per dictorum Regis, & Florentinorum oratores reipublicæ veſtræ decreto ſtatutum nuper eſſe, ut antiquus Mincii amnis alveus permutetur, detorque flumini alius defluxus: tuliſſe eam rem graviter dilectum filium nobilem virum Ludovicum marchionem Mantuæ, jamque a dilecto filio nobili viro Galeatio Maria Mediolanenſi duce, expoſito gravi adverſus vos querela præſidium, quo ſe tueri poſſit, imploraſſe; quamvis nobis id de veſtra nobilitate credere ſit difficile; nihil enim dilecti filii accidere poſſet hoc tempore ad cogitatus noſtros intempeſtivius, nihil quod ita omnem noſtrum laborem, ac ſtudium fruſtraretur, omnemque noſtrarum rerum immo Chriſtianitatis & fidei catholicæ ſervandæ ſpem auferret, cujus maxime cupidi ſumus, & etiam nobilitatem veſtram cupidum eſſe certe habemus, cum vos probe ſciatis quanto periculo reſpublica Chriſtiana verſetur, forte quod in mille annis in majori neceſſitate non fuit: proinde nobilitatem veſtram in Domino hortamur, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obſecramus, ut omnem hujuſmodi rei curam cogitationemque, ſi ita eſt (quod abſit) velitis omnino deponere, neque perturbationi, & novitati materiam aliquam detis: ſed pacis & concordiæ innodæ omni ſtudio, cura, ac vigilantia intendatis. Pluribus vos hortaremur, niſi vos ſciremus, & pro virtute veſtra, ac religione, & pro reipublicæ Chriſtianæ ſumma atque incredibili neceſſitate non egere hortatione, ſed ſponte veſtra promptos ad ea omnia paratoſque eſſe, quæ ad propulſandum præſens periculum priſtinamque reipublicæ Chriſtianæ majeſtatem retinendam, ac fidem & religionem noſtram augendam pertinere videantur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die XVII. ſeptembris MCCCCLXX. anno VI.

XLI. (b) Ead. p. 1. Italiæ populi exciti ut bello Turcico ſe parent.

Excitabat (b) interim alios Italiæ principes nimirum Ludovicum Mantuæ, Guilielmum Montisferrati marchiones, Amedeum Sabaudiæ tam Mutinæ duces, necnon inſignes populos ut Senenſes, ac Lucenſes, ut in commune fœdus ad reſtinguendum Turcicum incendium coirent, Euboeam jam a Mahumete expugnatam, illumque ad Italiam ſuæ ſubjiciendam tyrannidi aſpirare: eas affero pontificias literas, quæ ad Senenſes miſſæ fuerunt (c).

(c) Ead. pag.

Senenſibus.

Cum ſciamus animos veſtros ad hanc ſanctam rem comparandam conficiendamque, utpote vere catholicos promptiſſimos veriſimiliter fore, placuit ad devotionem veſtram ſcribere, prout ad reliquas Italicas potentias ſcripſimus, quorum oratores ob hanc cauſam pro bona parte jam adſunt, & cæterorum prope diem ingenti deſiderio expectamus, & in Domino eandem devotionem hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, ut ad nos etiam oratores, vel oratorem veſtrum, virum probum, timentem Deum, & conſervandæ reipublicæ Chriſtianæ ſtudioſum ſtatim lectis præſentibus cum amplo mandato tractandi, & concludendi univerſalem Italiæ unionem mittatis. Nam ſicut eidem Turchorum tyranno non bona conſenſio Italorum præſtat audaciam, & ſpiritus magnos adventandi, ita conſternabitur omnis ejus animus intellecta Italorum potentia uno conſenſu conjuncta, & ad opportunas proviſiones faciendas exinde Italis facultas proveniat. Non eſt cunctandum, dilecti filii, quoniam hoſtis ipſe, qui nihil magis ſitire videtur, quam internecionem, & ſanguinem totius Chriſtianitatis, jam in faucibus noſtris, & in dies viribus corroboratur, & ex victoria recens habita animum ſumit, ut quantula quævis mora occaſionem excidii noſtri communis ei præbeat: celeriter autem appoſita providentiſſima virtute Italorum illum retundere, & profligare faciliime poſſit ad laudem, ac gloriam omnipotentis Dei, ſceleſtiſſimique hujus draconis Mahomet exitium ſempiternum. Dat. Romæ apud S. Petrum die XVIII. ſeptembris MCDLXX. anno VII.

Mittant oratores ad commune fœdus faciendum.

XLII. (d) Id. ib.

Hortatus etiam eſt Paulus (d) Joannem Regem Aragonum, qui Inſulam Siciliæ ſua tenebat ditione, tum alios plures Reges ac principes, ut arma vireſque ad communem hoſtem, adeo crudeliter Chriſtianæ rei inſultantem, propulſandum ſociarent. Demum poſt varia ſtudia pervicit Paulus ſua diligentia, ut in celebri Cardinalium ſenatu devexo jam anno cum Italorum principum oratoribus inierit armorum ſocietatem in Turcas, ac fœdus quod jam ante a Nicolao V. poſt excifam Conſtantinopolim fuerat ſancitum, redintegrarit: de quo confecta ſunt publica hæc monumenta (e).

Inſtauratum fœdus Italicum a Nicol. V. antea percuſſum.

(e) Ext. in mſ. cod. Vall. ſig. lit. B. n. 19. p. 91.

Publica de ea re monumenta.

In Dei nomine Amen.

Anno a nativitate domini noſtri Jeſu Chriſti MCDLXX. indictione III. die ſabbati XXII. decembris hora XXII. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini Pauli divina providentia Papæ II. anno VII. cum idem ſanctiſſimus dominus noſter Papa ab ipſo ſui pontificatus initio in ſacri ſui pectoris ſcrinio perſæpe revolveret, quod poſt captam ab immaniſſimis Turcis Conſtantinopolim, & orientale occupatum imperium, tunc duodecim, nunc vero ſeptemdecim anni ferme ſunt, quod ab Ægeo mari uſque ad Danubium, & ripas Iulias quotidie Chriſtianorum ſanguis effunditur, ac quod Thraciam, Macedoniam, Epirum, Myſiam, Illyricum, &c. inimici nominis Chriſti va-

ſta-

Digitized by Google

ſtarunt, dirrupere, & occupavere, pii boni atque providi paſtoris more tantæ Chriſtianorum infelicitati providere cupiens, propoſuit inter Italiæ potentatus, & principes pacem primum firmare, & ſucceſſive generalem unionem, confœderationem, & ligam tempore felicis recordationis domini Nicolai Papæ quinti die videlicet XXX. auguſti anno Domini MCCCCLIV. Venetiis initum, & XXVI januarii ſubſequentis anni Neapoli firmatum, de cujus robore & firmitate propter multa, quæ poſtea acciderunt, non improbabiliter dubitabatur, confirmare & renovare, ut pacata & unita Italia, & charitatis atque amoris vinculo conglutinata, ferocitati Turcorum quam celerrime occurreret. Et licet ad hoc tam ſanctum piumque opus peragendum perpluribus annis elaboraſſet, neque legatos de latere, ac nuncios ad prædictos potentatus perſæpe mandaſſet, ita ut pacem primum in omnem Italiam opera, induſtria, & vigiliis dudeſſet, firmaſſet, atque conſtituiſſet, non minori ſtudio atque diligentia ad colligandos, & unanimes conſtituendos prædictos Italiæ potentatus elaboravit, ut omnium Chriſtianorum ad ſanctam expeditionem contra eundem Turcum ineundam cor eſſet unum, & anima una, tandem ſereniſſimus dominus dominus Ferdinandus Siciliæ, &c. Rex ac illuſtriſſimus dominus dominus Galeas dux Mediolani, &c. & illuſtris, & excellens communitas Florentinorum dum ligam Neapoli die VIII. julii proxime decurſi particularem inter ſe inirent atque contraherent, & ad monitionem ſanctiſſimi domini noſtri, & fidei defenſionis univerſalis rationem, inter cætera voluere, & ſolemni ſtipulatione promiſerunt, quod quandocumque prædictus ſanctiſſimus dominus noſter una cum illuſtriſſimo Venetorum dominio, vel aliquis eorum ſupradictam ligam generalem confirmare ſeu renovare dignaretur atque vellet, ut facilius ad fidei defenſionem deveniretur omnium animis pacatis tenerentur partes prædictæ, & earum quælibet cum præfato ſanctiſſimo, & dominio, ut præfertur, in confirmationem ſeu renovationem hujuſmodi concurrere, firmis ſemper inter dictas partes manentibus omnibus, & ſingulis capitulis in prædicta liga contractis. Pluribus interjectis de eo fœdere adverſus Turcam inſtaurato, ſubdit.

> Præcipui fœderati qui fuerint.

Reverendiſſimus in Chriſto pater dominus dominus Marcus tit. S. Marci presbyter S. R. E. Cardinalis epiſcopus Vicentinus ibidem ſimul cum infraſcriptis aliis reverendiſſimis dominis S. R. E. Cardinalibus conſiſtorialiter in conſpectu præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ congregatis exiſtens de mandato ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ ejus nobis omnibus & aliis illic aſtantibus, audientibus, & intelligentibus vivæ vocis oraculo facto, confœderationem & ligam eandem generalem, ſicut præmittitur, per dictos dominos oratores confirmatam, & renovatam pro effectu, & complemento verborum, quæ ſupra poſita ſunt, videlicet ut præfatus ſanctiſſimus dominus noſter prædictam ligam generalem pariter benedixit, & confirmavit, benedixit, confirmat, & renovat, hoc tamen declarato pro ipſo ſanctiſſimo domino noſtro Papa, ejuſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, & eorum ſtatu cum omnibus, & ſingulis reſervationibus, & declarationibus ſupra in dicto loco hinc inde factis, ac promiſſionibus, obligationibus & aliis in ea & præſenti confirmationis, & renovationis contractu contentis, & appoſitis ſimiliter confirmavit, & renovavit, &c.

Completo ex perfecto hoc fœdere ingenti gaudio Pontifex in ditionis eccleſiaſticæ urbibus ſacras ſupplicationes ſolemni pompa haberi ac feſtos ignes principio noctis accendi juſſit: quo argumento Bononienſi præfecto hæ literæ datæ ſunt (a).

> XLIII. Feſti ignes ob confectum fœdus celebrati.
>
> (a) Lib. brev. an. 7. p. 60.

Gubernatori Bononiæ, vel ejus locumtenenti.

Dilecte fili ſalutem, &c. Placuit altiſſimo, & miſericordiſſimo Deo noſtro, cujus vicem, licet immeriti, gerimus in terris, quod Spiritus Sancti gratia XXII. die præſentis menſis decembris ligam inter omnes potentatus Italiæ concluſimus, renovavimus, benediximus; & ſperantes in eodem Domino ex iſta confœderatione, unione, & liga futuram expeditionem contra immaniſſimum fidei Chriſtianæ communem hoſtem, eam ingreſſi ſumus, ut communibus viribus tanto periculo, & diſcrimini occurratur. Agendæ igitur ſunt gratiæ clementiſſimo ipſi Deo, qui nos ad illam faciendam inſpiravit, & ſupplicandum, ut animos omnium illuminet, & hujuſmodi ſaluberrimam ligam perpetuam faciat. Volumus igitur, ut die ſexta ſequentis proximi menſis januarii, in qua feſtum epiphaniæ celebratur, rogationes publicas, & ſolemnes in ſingulis civitatibus, terris, & locis ſaltem principalioribus tuo gubernio ſubjectis, nec non in principio noctis ejuſdem diei ibidem paſſim incendia publica ad honorem Dei, & ſignum lætitiæ fieri mandes, & ita mandes, ut hujuſmodi mandatum efficax exiſtat ad gloriam omnipotentis Dei, & Chriſtianorum amplitudinem ac felicitatem. Dat. Romæ apud S. Petrum XXIV. decembris MCDLXX. anno VII.

Quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanum hujus fœderis ſocium ſpectat; prætereundum non videtur, ipſum affectum eo ſacro beneficio a Pontifice (b), ut ſacerdotem a ſacris confeſſionibus deligeret, qui ipſum iis etiam noxis ſolvere poſſet, ad quas expiandas ſedes Apoſtolica adeunda eſſet: collatum etiam illi ampliſſimum indulgentiarum beneficium, quo

> XLIV.
>
> (b) Ib. p. 15.

in

Ludovic. Gall. Rex calicem ex puriſſimo auro mitti eccleſiæ Lateranenſi.
(a) L. 2. bull. de cur. p. 101.

in extremæ vitæ mortiſque lucta potiturus eſſet. Conjungemus his Ludovicum Gallorum Regem Lateranenſem baſilicam munere egregio exornaſſe, cujus memoriam Paulus propagari poſteritati pontificio diplomate voluit (a), in quo narrat uti Ludovicus ancipiti implicitus morbo S. Joannis Apoſtoli & evangeliſtæ apud Deum implorata ope calicem aureum dono oblaturum ſeſe obſtrinxiſſet, votique compos illum donaſſet: quem diſtrahi unquam conflarive vetuit. Meminit hujus calicis Stephanus Infiſſura (b), quem ex auro confectum diſtinctumque gemmis fuiſſe ait, & quatuor millibus nummum æſtimatum, ac nomine Regis Ludovici Lateranenſi baſilicæ a Paulo datum, oſtenſumque populo in iis ſolemnibus ſupplicationibus, quas octava julii una cum Cardinalibus pro imploranda adverſus Turcas, qui Euboeam obſidebant, ope habuit.

(b) Steph. Infiſſ. mſ. vat. ſig. n. 9.

XLV. Carolus Borbonius Venuſino comitatui præficitur.
(c) Ext. in lib. priv. Rom. eccl. to. 2. p. 208. & to. 3. p. 222. & mſ. Vall. lit. B. n. 82. p. 195.

Ejuſdem Regis precibus adductus Paulus Venuſino comitatui Carolum Borbonium archiepiſcopum Lugdunenſem præfecit: atque Romanæ eccleſiæ juribus caveret, ſacramentum a Ludovico Rege elicuit, quo ille profeſſus eſt daturum ſe operam ut Borbonius juſtitiam recte adminiſtraret, atque Pontificis ſucceſſorumve nutu ejus præfectura abiret. Concepta eſt illius jusjurandi formula (c) ſuis verbis, quibus hæc temporis nota adjecta eſt. *Dat. in oppido noſtro Amboſia die* XXVI. *menſis ſeptembris anno Domini MCDLXX. & regni noſtri* X.

XLVI.
(d) Eod. to. 2. p. 249. & mſ. Vallic. ubi ſup.
Valentina eccleſia a Tarraconenſis imperio ſoluta.

Extat (d) etiam in libro privilegiorum alia ſacramenti formula, quo Carolus ipſe Borbonius Avenionenſi principatui præficiendus ſe ad rectam juſtitiæ adminiſtrationem, tuenda jura apoſtolica, reſtituendamque ſine ullo quæſito diffugio præfecturam, cum eam Paulus ſucceſſoreſve repetituri eſſent, devinxit. Renuntiavit etiam idem Paulus Valentinam eccleſiam ſolutam liberamque ab eccleſiæ Tarraconenſis metropolitico jure & imperio quamdiu Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, qui poſtea in pontificatu Alexandri VI. nomen accepit, in vivis ageret; cujus decreti hanc rationem expreſſit (e): *Cupientes eccleſiam ipſam, cui felicis recordationis Calliſtus Papa III. prædeceſſor noſter in minoribus conſtitutus, ac deinde cum Cardinalatus fungeretur honore præfuit, illamque veluti ſponſam prædilectam in ſummi apoſtolatus apice conſtitutus ſub ſua protectione ad tempus retinuit, cuique dilectus filius noſter Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis S. R. E. & vicecancellarius ex diſpenſatione ſedis prædictæ præſidet, de præſenti favoribus, & prærogativis attollere gratioſis, &c.*

(e) L. 13. p. 144.

XLVII. Vergente anno Paulus, qui triennio elapſo Stephanum Varadam archiepiſcopum Colocenſem presbyterum Cardinalem tituli SS. Nerei & Achillei creaverat, nec dum ille, ut pileum Cardinalitium e Pontificis manu acciperet, ob Turcicas irruptiones coercendas Romam accedere potuiſſet, Matthiæ Regis Hungariæ precibus flexus ad eumdem Stephanum inſigne cardinalitiæ dignitatis tranſmiſit (f). Hoc honore potiri non potuit Stephanus, quem ex libro diviſionum ſcribit Felix Contelorius (g) obiiſſe in Hungaria proximo anno circa menſem junii, verum potius circa menſem januarii dixiſſe debuit, ut patet ex literis Pauli menſe februario datis, quibus Michael Minotita Veronenſis ad conſanguineorum ſolatium id perferre juſſus eſt, ut ſupra ſepulchrum defuncti ſuſpenderetur. (h)

(f) Lib. brev. p. 77. & 101.
(g) Contelor. in elench. Card.
(h) Ib. p. 101.

XLVIII. Reliquit hoc anno maximum ſui deſiderium Joannes Carvaial Cardinalis Sancti Angeli virtutum claritate, & rerum geſtarum amplitudine florentiſſimus, quem Jacobus Papienſis in commentariis elogiis inſignibus exornat, atque ejus obitum ita deplorat (i): *Extremum anni hujus non tam memorabile quidquam, quam flebile habuit: Joannes Carvaial Cardinalis S. Angeli, de quo nonnullis in locis ſupra retulimus, peracto jam ſeptuageſimo vitæ anno menſe decembri vita eſt functus, tanto bonorum omnium luctu, ut facile ſit judicatum quali inter homines gratia vixerit. Natus hic in Trugillo ulterioris Hiſpaniæ oppido, cujus Livianæ hiſtoriæ meminerunt.* Nonnullis interjectis, quæ ſuis locis narrata ſunt, ſubdit de geſtis ab eo legationibus: *Opera legationum, quæ illi ab eccleſia commiſſa viginti duo fuerunt, ſalutaria ſunt ſemper inventa, Pontificum non mandata tantum, ſed vota quoque implevit plurimas diverſis in locis paces conſtituens: libertatem noſtri ordinis in eiſdem amiſſam reſtituit: authoritatem Romani legati & tenuit, & animo præſenti exercuit, beneficio ingenti populis fuit, cumque diverſas regiones obiiſſet, magna ſemper tractaſſet, ampliſſimeque de omnibus meritus eſſet, præter gloriam juſtè ſacerdotii in domum privatam nil intulit, bonum nomen, juxta verbum ſcripturæ, divitiis multis anteferens. Quamdiu vero apud Pontifices egit idem, qui foris eſſe non deſiit, pependit a Romana eccleſia non principum nutu; quodque admirabile legentibus videatur, toto ejus cardinalatu nulli unquam non interfuit ſenatui, ſolemnibus ſacris nullis non affuit, munera vero cuncta publica celebritatis ſic primus obivit, ut nec valetudo unquam nec privatæ occupationes eum abduxerint. Sententiæ ejus plenæ religionis erant, ac majeſtatis: prudenter videbat rem, diſerte explicabat: abundabat exemplis, tum fucati nihil habebat oratio, divina quadam animi & vultus modeſtia. Id aſſequebatur* di-

(i) Card. Papien. com. l. 7.
Carvajalis Card. S. Angeli obitus.
Res ejus præclare geſtæ.

dicendo, quod & mirabamur omnes, & præter ipſum præſtare nemo ex omnibus poterat, ut cum videliſſet Pontificibus aut collegarum cuiquam adverſandum eſſet, id verborum atque agendi genus depromeret, quo non revincere quidquam, ſed ſolum conſilium ſine contentione dicere videretur: aſperum contentioſumve aut leve, aut multum actioni numquam admiſcuit: mores ejus ab omni ambitione longiſſime aberant. Habitabat adhuc modicis apud ſacellum Marcelli martyris, nulla aulæorum aut veſtis ſtragulæ vanitate, familia quoque ei erat cultus atque modeſtia, ut in ea ſancti ſenis diſciplina facile videretur. Amiciebatur cilicio eoque occulto: orationi jejuniiſque ſemper intentus. Præterea ſubſidia inopibus præbita, ſanctorum ædium inſtaurationes, quæ nec rara fuerunt, nec modica, patrocinia labentibus temporum cauſis fortiſſime præſtita, quarum erat ſatelles aſſiduus, complectar verbo uno. Vixit ſumma religionis & præſtantia gloria in primis Romanæ rei ingentibus bonis: cumque in iis ſedula tamquam in publica cuſtodia vigilias ageret, hilaritatem tamen vitæ numquam omiſit, quæ tanta, ac tam continua fuit, ut non non minus oblectare pia feſtivitate homines videretur, quam adjuvare, vere dignus eccleſia, & ſancto Dei famulatu, quem noſtra ætas priſcis illis naſcentis Eccleſiæ patribus non injuria æquet.

Sub purpura geſtabat cilicium.

XLIX. Eduardus Angl. Rex regno pulſus.

In Anglia hoc anno bella civilia recruduere, Richardo comite Warvicenſi, qui Eduardum dejecto Henrico, ſolio regio impoſuerat, ab eodem Eduardo, qui illius offenderat dignitatem, diſſentiente. Oppreſſus initio eſt Richardus, coactuſque cum ſuis in Gallias aufugere, accepto a Ludovico Francorum Rege maritimo exercitu, excitataque Londini ſeditione Regem Eduardum, ne laniaretur a populo ex Anglia fugere compulit: tum Henricum Regem diuturni carceris ſqualLore liberatum, regiiſque ornatum inſignibus ad ſolium evexit; quas rerum converſiones Franciſcus epiſcopus Andrinenſis, qui in Caroli Burgundi aula verſabatur, Jacobo Cardinali Papienſi his literis ſignificavit (a): *Reverſus in regnum comes Voarvici frater, complexus Henrici Regis factionem ipſum Henricum e carcere, in quo plures annos fuerat aſſervatus, eductum, & veſtibus regiis & diademate ornatum reduxit ad ædes regias vaſti monaſterii, qui locus eſt in ſuburbiis Londinorum. Rex Eduardus ab illis, quos ſibi fidos ſperaverat, deſtitutus receſſit, quo autem ſe receperit, an intra fines regni, incertum eſt: quæ ſcribo narrata fuerunt huic principi. Regina uxor Eduardi, quæ plures menſes ſe in illa eadem turri continuerat, timens adventum Voarvici in aſylum divæ Catharinæ, ut vitæ conſuleret, cum fratribus, matre, ac parvis filiis confugit. Omnes videntur ſponte aut metu victori favere. Ridebunt poſteri credo, aut ut miracula mirabuntur cum audierint tantum eſſe hujus comitis ingenium, ut indomitam gentem tam facile regat, novos Reges fecerit, hos denuo pulſis, veteres revocarit, & ipſe pulſus intra vertentem annum multis intra & extra regnum adverſantibus in idem regnum redierit, ut dici poſſit: ſæpe renaſcentur quæ jam cecidere, cadentque, &c. Heſdini xi. octobris MCDLXX.*

(a) *Apud Papien. ep.378.* Henricus ſolio reſtitutus.

Hæc fuſius narrat Philippus Cominius (*b*), ac geſta hoc anno confirmat; cum rerum humanarum inconſtantiam perpendit, dum Eduardum, atque in ipſa etiam fuga a piratis infeſtatum deſcribit: hæc vero tam repente geſta, ut Richardus Varvicenſis undecim dierum flexa Eduardum ejecerit, univerſaque Anglia ſit potitus. Ut vero Eduardus Caroli ducis Burgundiæ opera de Henrico & Warvicenſi triumpharit, proximo anno dicetur. Cæterum has Eboracenſium & Leceſtrenſium mutuas clades divinæ vindictæ ob evaſtatas ab eorum patribus Gallias tribuit Belcairus (*c*): *Hæ, inquit, duæ factiones Angliam totam diviſerunt, & in alterna bella cladeſque commiſerant, ſic Deo optimo maximo providente, ut quorum parentes univerſam Galliam ſpoliaverant, vexaverant, tantis cladibus affecerant, eorundem liberi mutuis ſe cædibus confecerint, & majore ruina cadentem patriam, quam paulo ante hoſtilem Galliam, præcipitem egerint.* Antequam hiſce motibus everteretur Anglia, Ludovicus Rex Francorum Carolo duci Burgundiæ bellum intulit (*d*) ſitaſque ad Somonam urbes repetere vi cœpit.

L. (*b*) *Philipp. Comin. c. 51. 52. 53. Addition. ad Monſtr. auct. p.37. Polyd. Virg. l.24. Meyer. l.17. in Carolo Burgund. Belcair. dec. t. l. 2. n.26. &c.* Anglia in duas factiones diſciſſa. (*c*) *Belcair. dec. 1. l.2. n.26.* Gallus Burgundo bellum movet. (*d*) *Comin. & Meyer. ubi ſup.*

In Belgio nonnulli academici Lovanienſes pravarum opinionum viros non ſine piorum offenſione difflare cœperunt, quos Paulus a Guillelmo epiſcopo Tornacenſi coerceri, & vinculis mandari juſſit exarato hoc diplomate.

LI. Lovanii errores novi ſparſi. Aboleri juſſi a Paulo.

Venerabili fratri Guillelmo epiſcopo Tornacenſi.

Ad noſtrum, qui deſideranter in votis gerimus, ut fides catholica noſtris temporibus propagetur, & pravitas hæretica de finibus fidelium extirpetur, non ſine diſplicentia grandi pervenit auditum, quod in univerſitate ſtudii Lovanienſis Leodienſis diœceſis, & circumvicinis locis a quadrienno citra fuerunt, & hodie ſunt nonnulli iniquitatis filii, qui quaſdam falſas ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, ſcandaloſas, & maleſonantes propoſitiones & in ſcholis, & frequentiſſimo hominum cœtu veras eſſe publice, affirmare, & pertinaciſſime ſuſtentare, ac defendere, aperteſſimaſque ſacræ Scripturæ authoritates eorum erroribus repugnantes, illarum rectum, clarum, & apertam ſenſum falſis eorum interpretationibus impu-

pudenter violando refellere; hujuſmodi quoque earum falſa dogmata manifeſtam hæreticæ pravitatis labem continentia in aliorum mentes inſerere, & ſimplicium animas illaqueare non erubuerunt. Et infra: *Fraternitati tuæ de qua in iis, & aliis non immerito ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis inquiras authoritate noſtra diligentius veritatem, & quas per inquiſitionem hujuſmodi culpabiles eſſe repereris, ſi juxta canonicas ſanctiones, & ſanctorum Patrum inſtituta ſe emendare, ac depoſitis de cordibus eorum totaliter erroribus prædictis ad Eccleſiæ unitatem hæretica labe hujuſmodi abjurata redire, & tales propoſitiones eſſe ſcandaloſas, falſas, & hæreticas, ac male ſonantes fateri, & cum effectu, ut tales refutare noluerint, hæreticos declarare, & prout cujuſcujuſque eorum exceſſus exegerit debita pœna punire, eadem authoritate procures, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXX. III. non. maii pontificatus noſtri anno VI.* Novatorem quemdam Petrum Thomam gloriæ inanis aucupandæ ſtudio in Lovanienſi gymnaſio contendiſſe, propoſitiones de futuris contingentibus nec veras nec falſas

(a) Jacob. Maff. Volater. mſ. arch. Vat.

eſſe, refert Jacobus Maffæus Volaterranus (a) in geſtis Sixti IV. de quo inferius.

LII. Oſtenſum Dionyſio Carthuſ. imminens Gueldriæ excidium.

Ardente Gueldria civili bello, atque Arnulpho illius duce ſeniore in filium Adolphum ſibi rebellantem arma expedire parante, rogatus ab Arnulpho Dionyſius Carthuſianus, ut apud Deum concordiæ interpretem ageret, cœleſte reſponſum ab angelo accepit, Gueldriam ob crimina populi exitiali & calamitoſo bello atteritum iri, atque in poteſtatem externi principis impii redigendam, niſi Gueldrenſes commiſſa ſcelera deflerent; ac mox Arnulpho Adolphoque ducibus impendens Gueldriæ excidium prædicens, hiſce literis (b) hortatus eſt, ut publica expiatione ſcelerum pœnas averterent.

(b) Ext. inter opera Dionyſ. Carthuſ. & in ejus vita.

Illuſtribus, & ſpectatiſſimis principibus frater Dionyſius Carthuſienſis in Domino pacem & ſalutem.

Aſtitit mihi ſanctus Dei angelus, & oſtendit mihi populi terræ hujus ſcelera, & magnatum prælatorumque tranſgreſſiones, ſuſurros etiam maligni hoſtis, qui per mille aditus artes nocendi inquirit, ut totam hanc terram inquietet, conculcet, depopuletur, & juſto Dei judicio terra hæc dabitur in manus impii, niſi operibus pœnitentiæ, & pietatis ſtudueritis vindicem Dei manum flectere & mitigare: pater in filium & filius inſurgit in patrem, & omnia ſunt litibus, & diſcordiis plena. Neſcitis quia omne regnum in ſe diviſum deſolabitur? neſcitis quod ſicut res parvæ concordiis creſcunt, ita & res magnæ diſcordiis dilabuntur? quanto inter principem patrem, & ſuum filium concordia ipſa eſt præclarior, tanto diſcordia fœdior eſſe noſcitur, turpior, periculoſior, exitiabilior. Audite igitur, o principes, voluntatem Dei veſtri; hortatur enim vos per me peccatorem Deus miſerator, qui mortem non quærit hominis peccatoris: hortatur, inquam, vos & populum ſubjectum vobis, ut ſine mora pœniteamini, ut avertat ſe unuſquiſque a via ſua ſcelerata, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus ejus, condignos agendo pœnitentiæ fructus, pacis fœdera ineat cum filio pater. Quod ſi per tractatus aliquos pax non ſtatim arriſerit, ne deſperetis, quia adjutore Deo brevi tempore pacem videbitis adeſſe. Interea per totam patriam hanc noſtram in collegiis, in monaſteriis, in ſanctis denique congregationibus inſtituantur orationes, celebrationes, pietatis & pœnitentiæ exercitationes: inſtituantur etiam per temporum intervalla ſolemnes proceſſiones cum jejuniis, lachrymis, & diſciplinis, quibus humiles & contriti provocemus ad miſerandum indulgentiam Dei; placatur enim Deus contritis cordis ſacrificiis. Et nunc, ſereniſſimi duces, hunc Dei noſtri ad vos ſermonem, hanc noſtræ parvitatis exhortationem grato, & benigna mente ſuſcipite, &c.

Monitus clerus ut divinam iram avertat.

Infanda in ſenem Gueldriæ ducem filii conjuratio.

LIII.

Suſceperat (c) hoc bellum in ſeniorem velut alter Abſalon impius filius, qui ambitione percitus indignabatur patrem (d) annis jam quadraginta principatum geſſiſſe; illumque ſeminudum, jamque lecto decubiturum arripuit, algentemque quinque leucarum intervallo tranſvectum per rigidam hyemem immani facinore in Gravienſi turri incluſit. Soterii cauſam adverſus nequiſſimum Adolphum ſuſcepit Clevienſis dux, armiſque ex carceris ſqualore liberare annisus eſt. Excitatus etiam Paulus Romanus Pontifex; ut apoſtolicam auctoritatem ad eripiendum ſeniorem ducem ex filii ſervitute adhiberet, Adolpho divinas iras, ni a tanto flagitio reſipiſceret, intentavit (e): *Hortamur nobilitatem tuam, quam paterne ac pie monemus, ut hæc altius animo repetas, & ad cor redeas, parentemque liberes, & veniam petas, ac pœnitentiam agas, nec ejus mortem dominandi libidine deſideres, permittaſque ipſum, quouſque Deus voluerit, in libertate vivere, ac ipſum in honore, ſicut teneris, habeas & ex corde diligas: quod ſi feceris & monitis noſtris immo ipſius Dei noſtri Jeſu Chriſti, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus, acquieveris, at te facturum confidimus ac ſperamus, proſperaberis, ac omnia ſecunda tibi ſuccedent, & omnipotentis Dei gratiam ac benedictionem promereberis, & a nobis & Apoſtolica ſede commendationem, & a populo & ab hominibus laudem: ſecus ſi feceris, & in abhorrendo tuo propoſito perſeveraveris, quod abſit, maledictionem æternam, & perpetuam ultionem conſequeris, &c.*

(c) Comin. l.4. c.1. Meyer. l.17. in Car. Burg. Magnum chron belg. Comin. ubi ſup. (d) Ext. in magno chron. Belg.

(e) Ext. in mag. chron. belg. p.400.

Propoſita niſi reſipuerit divina ira.

Digitized by Google

&c. Dat. Romæ apud S. Petrum nono ſeptembris anno incarnationis dominicæ MCCCCLXX. pontificatus noſtri anno VI.

LIV. Spreuit apoſtolica monita Adolphus (a), quocirca Pontifex, tum Fridericus Imperator Carolo Burgundorum Belgarumque principi dedere mandata, ut Arnulphum ex filii tyrannide vindicaret: qui cum ob uirium magnitudinem amplitudinemque imperii Gueldriæ immineret, Adolphum adegit, ut patrem vinculis abſolveret, amboſque Hiſdinum tamquam belli paciſque arbiter evocavit. Non auſus eſt Adolphus repugnare monenti, potentiam illius pertimeſcens, cauſamque apud Carolum ipſum dixit, ut Cominæus, qui aderat, refert: additque (b) Burgundum illos in concordiam reducere conatum, atque in Adolphum ſtudio proclivlorem eam pacis legem propoſuiſſe, ut Graviæ oppidum parenti permitteret, necnon ſex millium florenorum cenſum conſtitueret, reliquum ipſe principatum, ac ducales titulos, tum Burgundiæ præfecturam ſuſciperet: at Adolphum ira adeo efferatum præſente ſe, ut dicere non ſit veritus malle ſe parentem in puteum deiicere, ruereque inde in idem exitium præcipitem, quam eam concordiam admittere: neque impune ea impia uerba profuſa, Burgundus enim circumventum calumniis Adolphum quaſi cum Gallo Rege in ſe conſpiraſſet adortus (c), fugientem intercepit miſitque in carcerem: ac mox Gueldriam omnem ſuæ ditioni adjecit, non diſſentiente Arnulpho duce ſeniore, a quo ducatus jura coemit, ac teſtamento etiam accepit exheredato ingrato filio, qui inſitos a natura in parentes affectus extinxerat: atque hunc exitum habuit Dionyſii Carthuſiani vaticinium. Diuinam porro uindictam infelicem Adolphum ita inſectatam tradit Cominæus, ut eum poſt diuturni carceris ſquallorem cæſo in Lotharingia Carolo a Gandauenſibus, libertati reſtitutus ad Margaretæ Belgici principatus heredis nuptias eueheretur, apud Tornacum trucidatus ſit.

(a) Comin. l. 4. c. 1.
Pontificia & imperiali auctoritate Burgundus ſeni opem ferre juſſus.
(b) Id. ib. & ex eo Meyer.
Adolphus impius damnatus carcere
(c) Chron. Belg.
Subacta a Burgundo Gueldria.

LV. Redegit hoc anno Paulus II. jubileum annum a trigeſimo tertio ad uigeſimum quintum recurrentem hoc diplomate (d).

Jubilæus annus redactus ad vigeſimum quintum.
(d) Comin. & Meyer. ubi ſup.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos, qui miſeratione Altiſſimi labentibus annis, regimini catholicæ & univerſalis Eccleſiæ ſummus, divina clementia diſponente, præfecti, provida conſideratione non immerito attendentes humanæ conditionis ſtatum fragilem, ad peccandum proclivem, & ad declinationem uſque adeo celeri curſu properare: breviſſimum quoque vitæ ſpatium, & peccatis noſtris exigentibus, crebras peſtilentias, varios morbos lethiferos, graviſſimas quoque Turcarum & infidelium adverſus fideles perſecutiones aſſiduas, atque univerſam Chriſtianitatem retroactis temporibus quaſſatam, adhuc variis non quidem minoribus injuriis laceſſitam, calamitoſis caſibus & diſpendiis ſubjacere, aliaſque plurimas ærumnas in Chriſti populus adeo invaleſcere, ut ois, atque aliis en dictis caſibus plerumque cauſantibus, admodum pauci remiſſionum, & indulgentiarum hujuſmodi participes fieri mereantur, necnon attente conſiderantes, novum, vel a moribus alienum non eſſe pro varietate temporum anteceſſorum eorumdem ſtatuta reduci ad ſpatium temporis brevioris; maxime pro ſalute animarum fidelium, quam tota mente appetimus, & juxta datam nobis a Domino gratiam aſſidue procuramus; ex præmiſſis, & quibuſdam aliis non minoribus cauſis ad id animum noſtrum inducentibus, annum XXXIII. hujuſmodi de venerabilium fratrum eorumdem conſilio, & ipſius poteſtatis plenitudine, ad annum vigeſimum quintum reducentes, auctoritate, ſcientia & poteſtate pleniſſima ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus annus jubilæus plenariæ videlicet remiſſionis & gratiæ ac reconciliationis humani generis noſtro piiſſimo Redemptori cum omnibus, & ſingulis etiam peccatorum remiſſionibus ſupradictis, de vigintiquinque annis in viginti quinque annos cum gratiarum actione, & mentis jucunditate debeat ab omnibus Chriſtifidelibus frequentari ac etiam celebrari. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, & ipſorum Apoſtolorum auctoritate confiſi, eiſdem utriuſque ſexus fidelibus, qui in anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſima quinta, incipienda a primis veſperis vigiliæ nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti anni milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti, & ut ſequitur finiendo & deinceps de viginti quinque annis in viginti quinque annos, baſilicas, & eccleſias antedictas alias juxta ordinationem eorumdem prædeceſſorum devote viſitaverint, ut præfertur, pleniſſimam peccatorum ſuorum omnium veniam elargimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXIII. XIII. kal. maii pontificatus noſtri anno VI. Tamen præventus morte jubileum annum celebrare non potuit: confirmatam poſtea fuiſſe a Sixto IV. hanc ſanctionem dicetur inferius.

Demum a Paulo ad vigeſimum quintum recurrentem redactus.
A Sixto IV. confirmata hæc Sanctio.

LVI. Nonnullas hoc anno res admirandas ad Chriſtianæ religionis veritatem confirmandam edidit Deus, de quibus meminit Marſilius Ficinus (e) in libro tertio de religione Chriſtiana ad Laurentium Mediceum: *Miracula,* inquit, *quæ Aurelius Auguſtinus ſe vidiſſe, & Gregorius narrant talia ſunt, ut fide carere non debeant. Audivi equidem nonnulla noſtris ſæculis atque etiam in urbe noſtra Florentina*

Veritas Chriſtianæ religionis confirmata miraculis.
(e) Marſil. Ficin. l. 3. de Chriſt. relig. c. 10. & ex eo Tilman. Bredén. l. 2. coll. c. 8 & Pet. Caniſ. l. 5. de B. Virg. c. 20.

tina mirabilia ſimul & credibilia contigiſſe; ſed quædam occultiora. Illud certe multis hominum millibus, qui & viderunt & adhuc vivunt manifeſtiſſimum eſt, quod Anconæ anno Domini MCDLIX. factum a multis fidedignis accepimus; puella quædam propter peſſimam quandam nervorum contractionem a primis incunabulis gradiendo natibus pro cruribus utebatur: præterea Bindellus Florentinus propter ſanctum pectoriſque contuſionem multos annos loqui nihil potuit: ambo cum divæ Mariæ eodem in loco ſe ſuppliciter commendaſſent, ſani protinus evaſerunt: omni populo multis annis noti fuerant infirmi, & poſtea jam quatuor annos continue omni populo ſani. Noli, Laurenti, Medicem compellat, *mirari quod Marſilius Ficinus philoſophiæ ſtudioſus miracula introducit; vera enim ſunt, quæ ſcribimus, ac philoſophi officium eſt rationibus propriis ſingula confirmare: ſunt autem propriæ rerum naturalium rationes, quæ ſecundum naturam ſunt: divinarum vero, quæ ſuper naturam hujuſmodi ſunt: tum metaphyſicæ probationes, tum vel maxime miracula; Deus enim non tantum verbis, quantum miraculoſis operibus myſteria ſua probat, & præcepta confirmat, unde illud: Si verbis non vultis credere, operibus credite.*

B. Virginis ope implorata plures ſanati.

Exo-

Digitized by Google

I. Urget Paulus concordiam inter Imp. & Ungarum.

EXoriente anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo primo quarta indictione ad ſedem Apoſtolicam perlatum eſt Fridericum Imperatorem, & Matthiam Hungariæ Regem in concordiam rediiſſe: ex quo felici nuntio ingenti gaudio delibutus Pontifex Paulus eidem Imperatori conceptas a ſe inde ſpes meliorum rerum ſignificavit (*a*), ac ſi ita res eſſet, divino ſe Numini gratias agere, atque utrique ipſorum gratulari: ſi autem nondum perfecta eſſet, ambos enixe rogare hortarique, uti cum aliis principibus fœdus ad Turcarum tyrannidem comprimendam ſancirent, Italorumque principum exemplum, & belli ſacri ardorem propoſuit, qui extremo ſuperiori anno, paucis nimirum ante diebus, oratorum opera, optatiſſimam armorum prò tuenda propagandaque re Chriſtiana ſocietatem pepigiſſent.

(*a*) *Paul. lib. brev. an. 7. p. 75.*

Friderico Imperatori Romanorum.

II. Pontificis de ea re literæ.

Chariſſime fili ſalutem, &c. Intelligentes his proximis diebus quorundam relatione, quod tua majeſtas cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Hungariæ Rege illuſtri fœdera pacis, & mutuæ amicitiæ tractatus concluſerit; tam veſtra utriuſque concordia, & ſincera intelligentia non ſolum dominiis, & regnis veſtris, verum etiam toti reipublicæ Chriſtianæ plurimum conducat, nihil fuit, quod nobis gratius ſignificari hoc tempore potuerit: ſperantes quod divina gratia mediante, & quod ipſa benevolentia veſtra magnum fidelibus catholicis adjumentum, & adverſariis Sanctæ fidei, tam immaniſſimis Turcis quam perfidis hæreticis non mediocre illatura ſit detrimentum. Meminit tua majeſtas quanto ſtudio ad hoc ipſum perficiendum eandem majeſtatem pluries & nuntiis & literis hortati fuerimus: in qua re Deum teſtem invocamus, nihil aliud quam utriuſque veſtrum utilitatem, & ut debita proviſio contra dictas infideles fieret quæſivimus; ne ſcilicet capitibus Chriſtianæ religionis, quod perdolendum foret, aut non curantibus, aut inter ſe diſſidentibus, infideles ipſi gravius in Chriſtifideles, quod in dies facere conantur, graſſarentur. Si itaque, prout nobis ſignificatum eſt, dicta inter vos concordia concluſa eſt, Deo agimus gratias, tuæque majeſtati, ac ſerenitati dicti Regis pro veſtro communique bono gratulamur in Domino: ſi vero quod abſit, nondum illa perfecta eſt, hortamur majeſtatem tuam, ut ex parte ſua omne poſſibile ſtudium ad ipſam concordiam conficiendam adhibeat: itidem ab ipſo Rege expoſtulamus, ut quod cum eodem, & aliis principibus pro reſiſtentia facienda infidelibus ipſis, priuſquam graviora Chriſtianis populis inferant damna, deliberationem aliquam faciant obnixius requirimus, & quam maxime poſſumus obſecramus. Nos etiam quantum in nobis eſt in nullo deficimus, nec deſiſtimus a continua ſolicitatione potentatuum Italiæ, quos etiam, divina clementia juvante, in pacis & unionis renovationem, quæ Sanctæ memoriæ Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri concluſa fuerat, paucis ante diebus induximus. De his omnibus rebus latius cum tua majeſtate dilecto filio fratri Gabrieli de Verona nuntio noſtro loqui commiſimus, cui eadem majeſtas fidem indubiam poterit adhibere. Dat. Romæ apud S. Petrum die xxv. januarii MCCCCLXXI. anno VII.

Significata confecta pax Italiæ.

III. Ratiſponenſes cœtus pro tuenda re Chriſtiana indicti.

Interea Fridericus præteritis Turcarum in Carinthiam & Corvatiam excurſionibus cum ſe imparem ſuſtinendo barbarorum impetui, iiſque arcendis ab avito principatu cognoſceret, Germanorum principum auxilia poſtulanda decrevit, indixitque ſolemnes ordinum imperii cœtus Ratiſponæ ad VIII. kal. maii, diem nimirum S. Georgio martyri ſacram, cunctoſque ipſum Germaniæ principes eo vocaſſe refert Auguſtinus Patricius (*b*), ut de Chriſtianæ reipublicæ ſalute cum ipſis conſuleret, omnibuſque precibus a Pontifice petiiſſe, ut aliquem e ſacro ſenatu illuc legaret, qui ſedis Apoſtolicæ nomine iiſdem conventibus Ratiſponenſibus præſideret. Non defuere vero, qui crederent, nonnullos principes eorum conventuum indictionem ſubtili commento ſolicitaſſe, ut in iis deinde Fridericum velut ignavum a gubernaculis imperii removendum, tum Georgium Bohemum priſtinæ dignitati piorumque ſocietati reſtituendum obniterentur: quorum conſilia ipſius Georgii mors everterit.

(*b*) *Patric. apud Pap. ep. 394. & rer. Germ. to. 1. p. 145.*

IV. Franciſcus Card. Senen. in Germ. legatus decernitur.

Cæterum Paulus ne apoſtolico deeſſet officio legatum mittere conſtituit; cumque diu inter purpuratos diſceptatum eſſet, quis tanto muneri aptior videretur, Franciſcum Cardinalem Senenſem qui poſtea in pontificatu Pii III. nomen geſſit, delegit. At hæc narrantem audire præſtat Auguſtinum Patricium, qui ipſi ab arcanis epiſtolis fuit, eumque in Germaniam eſt comitatus: *Franciſcus*, inquit, *Cardinalis Senenſis divi Pontificis Pii maximi nepos communi conſenſu deſignatus eſt, qui provinciam ſuſciperet, tum ob ſummam hominis integritatem, & ultra ejus ætatem prudentiam atque modeſtiam, nondum enim quartum & trigeſimum annum impleverat, tum propter avunculi ſui memoriam, quæ adhuc recens apud Germanos erat, apud quos privatus diu vixerat non ſine magna virtutis opinione, & in pontificatu illius provinciæ hominibus facilem benignumque ſe ſemper præſtiterat. Accedebat ad*

hac, quod ipſe Cardinalis, ut qui apud avunculum in Germania a puero fuerat educatus, Germanorum linguam, & mores calleret, & propterea omnibus fere Germaniæ gratus & notus. Undecimo igitur kal. martii legatus deſignatus ex curia Pontificis vetuſto more a patribus domum deductus eſt, juſſuſque ut quoniam dies dicta inſtaret ad profectionem quamprimum ſeſe accingeret; brevi compoſitis domi rebus, & paratis, quæ ad tam longum iter erant neceſſaria, quintodecimo kal. aprilis diſceſſimus ex urbe poſt ſecretum conſiſtorium media ferme quadrageſima. Sacer ſenatus legatum extra portam deduxit: continuato deinde, itinere per Pientiam, Senas venimus. In publicis diverſoriis apud Paliam flumen in oratores ducum, Saxoniæ offendimus, qui Romam petebant annuente Cæſare compoſitionem rerum Bohemicarum Pontifici ſuaſuri, qui diu cum legato locuti ſunt.

V. Legati itinera. *Senas ingreſſi ſumus ante horam, qua a civibus expectabamur, nam legatus aſtu eos decepit: ne cum pompa introduceretur. Quantum tum per anguſtiam temporis licuit pompa & civium, & cleri magnifice ducta eſt. Hic crucem accepit legatus principium legationis inſigne, Senis juſſit valere cognatis atque amicis. Poſt tertium diem diſceſſimus, venimuſque Florentiam ſummo mane inſequentis diei introducti ſumus magna pompa, & ingenti populi concurſu legatus ſub umbraculo ductus eſt naviter facto.* Relegit nonnulla alia itinera, utque a locorum principibus ac populis magna pompa pro illius dignitate ſit exceptus. Deſiderantur reliqua in laudato commentariolo ab Auguſtino Patricio de ea legatione ad Cardinalem Papienſem inſcripto, quæ aliunde petenda, ac præſertim ex litteris ad eundem Cardinalem datis a Joanne Antonio Campano (a) epiſcopo Teramenſi, qui Cardinali legato pariter adhærebat.

(a) Campan ep. l. 6.

VI. Data legato imperia ut expeditionem in Turcas indicendam curet. Narrat in primis ingreſſum kal. maii Ratiſponam legatum, oratores Amedei ducis Allobrogum reperiſſe: dein Moguntinum archiepiſcopum & marchionem Brandeburgenſem, tum oratores ducis Burgundiæ, atque Imperatorem veniſſe: aliiſque literis (b) Trevirenſem archiepiſcopum, Spirenſem & Aichſtenſem epiſcopos acceſſiſſe, tum magnam principum oratorumque frequentiam eo affluxiſſe ait (c). Inter quæ Pontifex Cardinali legato dedit (d) mandata, ut ad decernendum in Turcas bellum in Ratiſponenſibus cœtibus omni ſtudio & conatu incumberet: qua de re etiam ad Laurentium epiſcopum Ferrarienſem ſcripſit, (e). Quæ vero in iis celeberrimis conventibus geſta ſint, idem Campanus accurate deſcribit (f), peractam nimirum ritu ſolemni rem divinam VIII. kal. julias Cæſaremque in prætorium euntem omnes ſecutos: tum habitam a Tridentino antiſtite nomine Cæſareo orationem, cujus præcipua capita his verbis attingit.

(b) Ib. e 6.
(c) Ib. n. 3.
(d) Lib. brev. pag. 128. 178.
(e) Ibid. p. 105.
(f) Camp. l. 6. ep. n. 12. apud Papien. n. 374. & to. 2. rer. Ger. p. 149. n. 7.

Cauſam aperuit, quæ ad indicendum hoc in loco & tempore conventum impuliſſet, præteritas Chriſtianorum calamitates, & recentem Carniolæ cladem deploravit, potentiam crudelitatemque immaniſſimi hoſtis, quem brevi tempore quantum occupaverit finium noſtrorum, quantum Chriſtiani ſanguinis fuderit & in Europa, & in Aſia, oſtendit: repetitaque eleganter veterum non nova hiſtoria clariſſimas ac prope innumerabiles Germanorum expeditiones, & pro religione Chriſtiana, & pro imperio Germanico ſuſceptas commemoravit. Hortatuſque eſt principes omnes oratoreſque civitatum Germaniæ, partam a majoribus gloriam conſervarent, occurrerent imminentibus periculis, & religionem, in qua patres eorum vixiſſent, & ipſi eſſent nati atque inſtructi, tuerentur. Addidit poſtremo Cæſaris preces, auxilium & communi libertati, & privato ſuo periculo implorantis, reſponſumque poſtulavit. VII. Cæſarea in conventu oratio.

Poſt Tridentinum legatus gravi & ipſe oratione propoſitum Cæſaris, & principum adventum commendavit, egitque gratias Pontificis nomine univerſis, hortatus ut quam ſpem Chriſtianis ex conventu porrexiſſent, eam ſumendis armis exhiberent; nec ſe carpi ſingulos paterentur, qui univerſi non modo reſiſtere, ſed profligare hoſtem quam facillime poſſent: conventus multos repetiit nequidquam in Germania factos, ubi ſi obtemperatum fuiſſet conſiliis eorum, qui futura pericula prævidiſſent, non eo diſcriminis ventum fuiſſet, ut quem facile tunc potuiſſent ex omni depellere Europa, nunc in ipſa Germania perferrent, dum extrema eſſent neglecta ad intima hoſtem penetraſſe. Adjecit & preces; ac verba, vultum, animumque legato, & tantis neceſſitatibus dignum accommodavit. Principes ſe paululum ſubduxere more Germanico, & gratias egere Friderico, quod ſalutis communis curam ſuſciperet, ſeque per omnia diſcrimina, ſi exercitum in expeditionem eduxiſſet, adverſus infideles Chriſti hoſtes ſecuturos ſpopondere, miſſuroſve milites ſi mitti juſſerit. Eo reſponſo lætus Fridericus in diem proximum indixit concionem: quo cœpta a ducis Burgundiæ oratoribus lis eſt de honorificentioris ſedis dignitate; ipſi namque poſt electorum oratores conſidere recuſarunt; ad quos pacandos inter oratores regios a fronte Cæſaris attributa ſedes eſt. Ii vero non tam Burgundum ad ferenda auxilia promptum ſignificatuor, quam Francorum Regem, qui Burgundi ditionem invaderet, multis criminibus aſperſerunt. VIII. Legati Card. exhortatio ad bellum ſacrum. Principes non defuturos Cæſari ſpondent.

IX. Deinde Paulus Maurocenus Venetorum orator hæc breviter, & nitide expoſuit,

ut

Veneti & reliqui Chriſtiani ſe deſtitutos conqueſti.

ut narrat Campanus: *Certaſſe cum Turcis Venetos annos jam ducentos, eorumque vires atque impetus ſolos in Thracia, & in Illyrico ſuſtinuiſſe; enixius tamen octo proximis annis mari cum iis, ac terra geſſiſſe bellum, propugnatoreſque noſtros fuiſſe: jam non tam defatigatos aut exhauſtos, quam a cæteris Chriſtianis deſtitutos eſſe communi ad eam diem ſolos periculo excubaſſe: crevisse nunc hoſtem, factumque ex aliena ſomnolentia magnum, & quantum jam perferre Chriſtiani utinam vigiles poſſint. Iſtare illum ab Illyrio, a Pannonia, a ſinu Adriatico, non mari, non terra quietos noſtros ſinere: genus belli quale eſſet ipſos perſpicere, ſenes necidi, ſtrangulari infantes, cæteram multitudinem ſine ſexus ætatiſque diſcrimine in ſervitutem Aſiaticam trahi: inflammari templa, viros Dei intra templa concremari: igni & ferro ad excidium ultimum vaſtari omnia, incipere jam Germanos intelligere quam durum fuerit Venetos tam diu bellum geſſiſſe cum Turco, nec tamen deſperandum eſſe, modo eo ſiat animo Germani, quo quiſque eſſe debeat ad vitam ſuam libertatemque ſuorum defendendam: habere ſe permagnam claſſem, & præſidia per Illyrium Græciamque diſpoſita: ſtipendio eorum militare ad hominum quinque, & viginti millia juvari; & a Ferdinando Rege maritimo bello, ſi juventur terreſtri a Germanis, brevi futuros ipſos in tuto, & cæteros extra periculum poſituros: miſiſſe Ferdinandum tres & viginti triremes, quatuorque naves onerarias in adjumentum claſſis, & alias propediem eſſe miſſurum: ipſos triremes ſexaginta naveſque aliquot inſtruxiſſe, & putare jam eſſe deductas: contum viginti triremibus, ac duodeviginti roſtratis navibus bellum maritimum aggreſſuros, ſi terra quoque diſtrahatur hoſtes utrobique laboraturum. Poſt eum legatus magnificis verbis, & rem Venetam, & Pontificis diligentiam, & Ferdinandi apparatum complexus parem Germanorum curam, quorum non diſpar eſſet periculum poſtulavit.*

Si Germani terreſtrem educant exercitum condendum hoſtem proponunt. Quanta claſſis in Italia conflanda ſit.

X. Friderici anguſtus animus cœpta priora diſturbat.

Dum ita ſolicitabantur Germani; ut exemplo Italorum maximum & fortiſſimum exercitum conflarent ducendum in Turcicum imperium, Fridericus, qui nil egregium cogitabat, ſed tantummodo, ut avitorum principatuum limites tueretur, ab Aiſtetenſi epiſcopo Cæſareo nomine proponi juſſit, ut decem millia armatorum communi ſumptu conſcriberentur, quorum pars quarta equeſtris eſſet, pedeſtris reliqua, qui in limite Germaniæ per ſtationes diſpoſiti barbaricas incurſiones prohiberent; in proximum vero annum decernendi belli curæ extraherentur. Ad hæc principes petito ad deliberandum ſpatio ſpem Cæſari addiderunt, rati id magnum quidem ſed neceſſarium eſſe: at legato poſtulatorum ordo præpoſterus infauſtuſque eſt viſus, enixuſque eſt ſuadere, ut non exiguus exercitus, ſed ingens decerneretur: propoſuit in primis confici bella non minus illato terrore quam præliis: futuros hoſti ludibrio Germanos, ſi in tam auguſto conventu exiguas adeo copias comparandas ſanxerint: animo conſternatos populos Turcis finitimos, in deſperationem ſe conjecturos; dein ubi hæc auxilia contulerint principes, ad alia ſegniores futuros; proinde ante omnia de ſumma belli capiendum conſilium, inſpiciendas Germanorum vires; habendoſque maximos ex omni Germania delectus. Laudata quidem legati ſententia eſt: ſed Imperator propterea ſuam ſententiam non mutavit, quocirca ſuſpicionem pluribus injecit, ipſum præſenti diſcrimini velle occurrere, futura non cavere. Reſponſuri Friderico principes nunciarunt ante omnia ſedanda Germaniæ bella civilia, ex quibus vires omnes illius eliderentur. Ad quæ reſpondit Cæſar, antehac ſe concordiæ redintegrandæ operam dediſſe, & poſthac daturum. Dein decemviri lecti ſunt, qui cum Moguntino archiepiſcopo de cogendis decem millibus armatorum, deque univerſa belli ratione & copiarum numero proximo anno inſtruendo agerent, ac poſtea ad Cæſarem principeſque referrent.

Obnititur legatus ut non levis ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur.

Cæſar præſentibus occurrit, futura non cavet.

XI.

Poſtridie nonas julii, cum jam auctus eſſet conventus Lantgravii Haſſiæ, Colonienſis archiepiſcopi, & principum plurium adventu, Volfgangus Bavariæ dux fratrem Albertum judicio poſtulavit, qui fratrem communem Albertum in vincula conjeciſſet. Oborta etiam contentio eſt de Palatini oratore, quem inter electorum oratores locari Cæſar non paſſus eſt, negavitque Palatinum Cæſareo decreto electorem eſſe, nec duos fratres, illum nempe & Colonienſem antiſtitem creandi Cæſaris jus habere poſſe: *Poſt hæc*, inquit Campanus, (a) *lectæ ſunt literæ Carniolanorum plenæ efferatiſſimæ immanitatis: nullum relictum templum, nullam agreſtem caſam a Turcis in Carniola: jacere paſſim cadavera occiſorum, ſenum atque infantium, & jam cœlum fœtore corrumpi: abrepta præterea eſſe ad millia hominum ferme viginti: communiiſſe Turcos loca quædam, unde excurrere quam latiſſime, ac recipere ſe incolumes cum præda facillime poſſint: implorare Cæſaris & principum, & omnium mortalium opem. Recitatæ etiam Strigonienſium, & optimatum Hungariæ, quibus ſignificabatur diviſum eſſe bifariam Turcorum exercitum, partem Carniolam in fines Cæſaris contendere, partem ad ripam Savi fluminis conſediſſe eo conſilio, ut exitu aliquo explorato, & communito excurrerent, & depopulari Hungariam poſſint. Centum jam annis pugnatum ab Hungaris cum Turcis eſſe, exinanitum jam & viris & viribus regnum, etſi ope quoque juventur externa:*

Carnorum querelæ de Turcica immanitate.

(a) Jo. Ant. Camp. l. 6. n. 13. to. 2. rer. Germ. n. 8. & apud. Jac. Papien. ep. 375.

Poſtulata ab Ungaris auxilia contra geminum Turcarum exercitum.

non

non poſſe diutius tam aſſiduum tamque potentem hoſtem ſuſtinere, communem cauſam agi, ſe etſi propinquiores ſint periculo, non tamen ſolos perituros: monere & orare Cæſarem, ut conventu prope omnium principum Grrmaniæ, & quantum numquam antea ampliſſimo remedium aliquod Chriſtianis vulneribus adhiberet: oportere eum præcipuum eſſe Chriſtianorum propugnatorem, qui idem Chriſtianorum ſit Imperator; idem quoque a principibus poſtulabant.

XII. Affuiſſe (a) iiſdem conventibus Hungarorum, Bohemorum, Polonorumque oratores, tum etiam Saxoniæ principes, quorum natu maximus erat Erneſtus, acceſſiſſe, jacta vero in ventos verba plurima, atque Imperatorem mutata in deterius ſententia ex illis decem millibus, quos ad præſens diſcrimen avertendum poſtularat (nam & Turcæ denuo irrupiſſe in Carniolam ferebantur) ſex millia detraxiſſe, & tantum quatuor millia ſat fore adjeciſſe: demum habita plura de univerſa expeditione conſilia, hæc decreta fuiſſe prædictus Campanus ad Jacobum Papienſem ſcripſit (b): *Hora xix. julii a quinta hora diei ad multam noctem conſultatum eſt de ſumma expeditionis, & demum ita conſenſu omnium decretum eſt ut in ſumptus belli Turcici quiſquis proventus annuos mille habeat, is equitem unum conducat, peditem qui quingentos: cæteri proportione fortunarum ad eam ſummam: ceterum ubi de proventibus haberi ea ratio nequeat, de capite habeatur, ut cui mille ſint aurei, quinquaginta habere in proventibus cenſeatur, atque ea computatione contribuat: fieri poſſe hoc modo ingentem exercitum ajunt, & facillime ſuſtineri etiam longiſſimum bellum, & ſunt qui affirmeat, ſi ad unguem res exigeretur ducenta prope hominum millia cogi poſſe, nos erimus minus octoginta contenti. Principes miro aſſenſu conditionem receperunt, &c. Ratiſponæ xx. julii MCDLXXI.*

(a) Campan. l. 6. n. 14. 16. & n. 2. rer. germ. n. 9.

Mutata in pejus Cæſarea ſententia.

(b) Id. n. 14.

Qua ratione conſultum comparandis ſubſidiis in militum ſtipendia.

XIII. Cæterum ad hæc decreta ad exitum perducenda obtorpeſcere Cæſarem, Germanoſque aliis literis (c) deplorat, interimque Turcas ſuum furorem in Chriſtianos effundere (d): *Nihil*, inquit, *levis calamitates noſtrorum patiuntur: Carniola una ex provinciis avitis ejus ſuperiore menſe direpta, depopulata, incenſa eſt: nunc majore manu redire hoſtes feruntur, & ulteriorem facturi impreſſionem, & oppida, quibus nuper vaſtato agro abſtinuerunt, oppugnatare: magno in diſcrimine ut ſimus non tam hoſtium vires, quam noſtrorum tarditas ne dicam ignavia facit, & cunctatio Cæſaris*. Deſcribit eaſdem Turcarum e Boſnia in Germaniam excurſiones populationeſque Michovias (e).

(c) Ead. lib. n. 22. & n. 2. rer. Ger. n. 11. & 12.

Decreta exitu carere.

(d) Ib. n. 22.

(e) Michov. l. 4. c. 69.

XIV. Cum tot tantaſque clades acciperet a Turcis Fridericus, tamen ad ulciſcendas perpeſſi non poterat, quamvis Franciſcus Cardinalis legatus in id omni contentione incumberet, ut ad Cardinalem Ravennatem ſcripſit (f) Campanus, addiditque omnia in Ratiſponenſibus conventibus decreta ad irritum caſura propter diſſenſionem magnam, quæ inter Germanos erat, alteramque factionem principis Palatini eſſe, alteram Cæſaris, & hos partium ſtudium reliquos proceres ſequi: in Palatino plus animi armorumque, in Cæſare plus authoritatis ineſſe; imperii vero cœtus Norimbergam traductum iri, ut quod reliqui eſt abſolvatur, abrumpaturve: porro plura Norimbergæ egregie ſancita, ſed mox evanuiſſe: pacem Germaniæ pronuntiatam, ſed nemini datam; Cæſaremque cum omnia in maximis ageret, nihil tamen agere queritur idem Campanus (g), apud Papienſem Cardinalem.

(f) Campan. l. 6. ſuper. ep. 22.

(g) Campan. ep. lib. 6. n. 27.

XV. Oberat plurimum rei Chriſtianæ alia diſcordia, quam Georgii Podiebratii Bohemiæ tyranni impietas concitaverat, quam ipſo etiam extincto magis auctam eſſe conſtat. Et quidem cum jam ab Hungaro Sileſia, Moravia Luzatiaque ſpoliatus (h), multiſque incommodis preſſus (i) Bohemicum ſceptrum in aliquem e filiis transfundere cuperet, atque e malis, in quæ ob hæreſim ſe conjecerat, emergere, optabat ſe in gratiam ſedis Apoſtolicæ reſtitui, adeo ut id ex animo ipſum ambiviſſe, putet Cochlæus (k), cujus verba repetenda viſa ſunt: *Rex*, inquit, *Georgius, cum regnaſſet annis tredecim in morbum incidit, quo & periit. Cum ergo cuperet reconciliari ſedi Apoſtolicæ antequam ex hoc migraret ſæculo, miſit ad duces Saxonicæ affines ſuos fratres Germanos Ernestum & Albertum, quorum hic gener ejus erat, ille Romani imperii princeps elector, petens ab eis, ut legatos Romam mitterent, ac pro ipſo intercedentes ſupplicarent domino apoſtolico Paulo II. quatenus anathema aliaſque cenſuras eccleſiaſticas, quibus percuſſus & innodatus erat, ad tempus ſuſpenderet ſaltem, ſi omnino tollere nollet, quoad ipſe audiri poſſet, nam poſtquam auditus eſſet cognita cauſa vellet omnia facere, quæ obedientiam & catholicum Regem facere oportet.*

Bohemicæ res.

(h) Paul. II. lib. brev. pag. 163.

(i) Aug. Patrit. apud. Papien. Coel. l. 12. Dubr. l. 30. in fin.

Georgius in anguſtias conjectus expetit eccleſiæ gratiam.

(k) Cochl. hiſt. Huſſ. lib. 12.

Saxoniæ duces concordiæ interpretes adhibet.

XVI. Reſponderunt Georgii votis principes Saxoniæ, qui orthodoxi dogmatis erant cultores religioſiſſimi, ſuoſque ad Pontificem miſere oratores, qui nonnullas concordiæ pactiones pro conciliandis Eccleſiæ Georgio Huſſitiſque attulere: atque in primis pollicebatur Georgius ſe palam profeſſurum, non eſſe ad conſequendam felicem immortalitatem neceſſarium, ut fideles omnes ſub utraque ſpecie Euchariſtiam accipiant; exceptum iri archiepiſcopum, quem Pontifex Pragenſi eccleſiæ præfecturus eſſet, atque ad abolendas om-

nes

nes corruptelas reparandumque divini cultus nitorem ampliſſima authoritate ac poteſtate perfuncturum: & ſi in nonnullis locis porrigendæ infantibus rationis expertibus Euchariſtiæ uſum ob inveteratam conſuetudinem tollere non poſſet, relata ad ſedem Apoſtolicam controverſia, illius imperia, regia conjuncta opera, perfectum iri. Ne autem orirentur ſeditiones, cum religionis ſplendorem ritusque veteres in priſtinum ſtatum redigeret, poſcebat Georgius, ut regium ad id conſilium ab archiepiſcopo expeteretur. Spondebat quoque daturum ſe operam, ut eccleſiaſtica prædia & vectigalia eccleſiis reſtituerentur, neve ritus Romanæ eccleſiæ ritibus adverſantes in Bohemiam inducerentur. Deprecabatur vero, ut cum plures laici Euchariſtiam ſub vini ſpecie accipere conſueviſſent, ea ipſis facultas permitteretur. Denique poſcebat, ut omnia, quæ in ipſum acta erant, reſcinderentur, regiaque ipſi aſſereretur dignitas; viciſſimque ille omnia catholici Regis officia & obſequia ſedi Apoſtolicæ exhibiturum pollicebatur.

Quæ a Georgii oratoribus in conventu propoſita.

Cum hæc a Pontifice & Cardinalium ſenatu, qua par erat, maturitate excuſſa eſſent, graves in iiſdem ambages compertæ ſunt, atque ad omnes diſſipandos dolos, ſingulis pactionum capitibus adjectæ ſunt notæ interrogationeſque, ut ad eas Georgius reſponderet, arctioribusque vinculis ita devinciretur, ut redintegranda Bohemiæ cum Romana eccleſia conjunctio facile dirimi non poſſet: quorum omnium formulæ (a) his verbis conceptæ miſſæ fuere ad Franciſcum Cardinalem Picolomineum in Germania legatum, ut pertentaret Georgium, an revera reconciliationem concordiæ proveheret.

Quæ reſponſa ſint a Pont.

(a) Ext. apud Paul. II. lib. brev. ann. 7. pag. 130.

Articuli, & modi ſuper reductione regni Bohemiæ in veram Apoſtolicæ ſedis obedientiam.

XVII. *Primus. Quia juxta continentiam proceſſuum, & ſententiarum, ad depoſitionem & abrogationem Georgii de Podiebrat ab Apoſtolica ſede emanatorum & publicatorum, primaria cauſa eo fundata eſſe videtur, quod Georgius ipſe publice confeſſus ſit & recognoverit, quod ſacramentum Euchariſtiæ ab omnibus Chriſtifidelibus ſub utraque ſpecie panis & vini videlicet de neceſſitate ſalutis percipi debeat, videtur conveniens, quod dictus Georgius publice confiteatur & recognoſcat, ſe illud nunquam credidiſſe, neque credere, aut dicere, quod ſacramentum Euchariſtiæ ab omnibus Chriſtifidelibus ſub utraque ſpecie panis & vini de neceſſitate ſalutis percipi debeat.*

Juſſus omnem hæreſim ejurare.

Ad primum. Quid vero de aliis erroribus, pro quibus condemnatus eſt, & utrum ipſe cum uxore, filiis, & tota familia ſua ad præſtandum aliis bonum exemplum, ex nunc ſub ſpecie panis tantummodo Euchariſtiam recipiet perpetuis futuris temporibus, ſi vult eſſe caput, & princeps aliorum. Quod numquam crediderit quomodo dicere poterit, cum conſtet contrarium?

Communione ſub ſpeciebus panis tantum contentum eſſe.

XVIII. *Secundus. Quod ſanctiſſimus dominus noſter Papa plenariam facultatem habere debeat ad providendum alicui idoneo & venerabili viro de archiepiſcopatu Pragenſi, quem quidem archiepiſcopum dictus Georgius & totum regnum acceptare, & admittere, & ipſe archiepiſcopus plenariam, & omnimodam facultatem habere debeat, juriſdictionem ſuam, ac omnia alia ſpiritualia, & quæcumque archiepiſcopo incumbentia in archiepiſcopatu ſuo libere exercendi: cui quidem archiepiſcopo dictus Georgius realem & actualem poſſeſſionem oppidi, & caſtri Raudemens, ubi archiepiſcopus ſolitam reſidentiam habere conſuevit, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis libere & abſque impedimento tradere & aſſignare, ipſumque archiepiſcopum in omnibus, & ſingulis fideliter conſervare, & manutenere velit, ſalvis nihilominus juribus, & libertatibus Eccleſiæ in jure eligendi, & aliis conſuetudinibus regni, & archiepiſcopatus, quæ perpetuis futuris temporibus juxta conſuetudines indubiles ibi antiquitus obſervatas, dummodo adhuc regnum, & archiepiſcopatus prædicti in vigore & pace fuerint, firmiter obſervari debebunt.*

Archiep. Pragenſem priſtinis juribus reſtituere.

Ad ſecundum. Numquid etiam omnibus conatibus defendet, venerabitur, & aſſiſtet ipſi archiepiſcopo? quid de cæteris poſſeſſionibus, agris, villis, caſtris, & cunctis juribus archiepiſcopatus, quæ vel a corona Bohemiæ, vel a baronibus, ſive catholicis, ſive quibuſcumque aliis retinentur; numquid etiam omnia realiter, & cum effectu reſtituentur archiepiſcopatui? Secundo quæ ſint iſta jura, & conſuetudines, & eligendi facultas? & an ſint conſona juri communi, vel non, & an ex nunc, vel poſtquam bene fundata & firmata fides catholica in illo regno ſint obſervanda.

XIX. *Tertius. Item quod idem archiepiſcopus habere debeat plenariam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem ad reformandum, & tollendum omnes errores, abuſiones, & deformitates, quæ in dicto regno quibuſcumque ſpiritualia concernentibus a clero, vel ab aliis hactenus obſervata fuiſſent, ac facultatem reformandi clerum tam regularem quam ſæcularem, ac monaſteria, eccleſias, & alia quæcumque ſpiritualia eccleſiaſtica ſeu pia loca: ad inſtituendum etiam clerum quemcumque ac deſtituendum: ad ordinandum etiam ac gubernandum quæcumque alia ſpiritualia, ac eccleſiaſticas perſonas ſeu loca ſpiritualia juxta ritum, conſtitutiones, & conſuetudines ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac omnia alia archiepiſcopalia jura, ſeu ad archiepiſcopum perti-*

Eumdem fulcire ad rem catholicam afferendam.

nen-

Digitized by Google

mentia libere exercendum, prout decens fuerit, & expedire videbitur.

Ad tertium. Populi vero errores, & abuſiones non debebit reformare? Dicendum eſſet magis expreſſe, ſi presbyteros foventes erroribus puniente archiepiſcopo, & expellente de regno brachium ſæculare exequatur ſententias archiepiſcopi; & an præſtabitur ei favor cum omni reali, & actuali aſſiſtentia in reducendis quibuſcumque deviantibus ad veram ſanctæ Apoſtolicæ ſedis obedientiam, & omnibus erroribus extirpandis.

XX. *Quartus. Item quia in quibuſdam partibus dicti regni Bohemiæ dicitur obſervari, quod pueris nondum doli capacibus miniſtratur Eucbariſtiæ ſacramentum: quod quod ſi hujuſmodi abuſus ad diſpoſitionem archiepiſcopi tam celeriter aboleri non poſſet, & aliqui forſitan dicerent hoc licitum eſſe, quod archiepiſcopus propter ea ſtatuat modos ad audiendum eoſdem, & illos de veritate informandum, prout ſibi opportunum videbitur, & ſi archiepiſcopus per eoſdem modos tales perſonas ab hujuſmodi ſuo ritu convenienter abſtrahere nequeat, quod ex tunc talis quæſtio ad ſedem Apoſtolicam deferatur, & quidquid per eamdem deſuper ordinatum, vel proviſum fuerit, quod illud in regno prædicto inviolabiliter obſervari, & a dicto Georgio firmiter manuteneri debeat.*

De Eucharistia infantibus non porrigenda. *Ad quartum. Et quomodo unquam reduci poterit illud regnum ad ritus Eccleſiæ catholicæ ſervandos, ſi pueri nondum doli capaces ex nunc aſſueſcent ſub utraque ſpecie aſſumere Eucbariſtiam? Quæ ſpes erit reformationis, ſi hoc non inhibeatur, & ſi archiepiſcopus non habeat facultatem, & favorem ſufficientem acriter punire, & de regno expellere presbyteros, qui pueris auderent, vel dum ſint in ea ætate, vel cum adoleverint ſub utraque ſpecie ſacramentum Eucbariſtiæ tradere, niſi ſub una videlicet panis tantum ſecundum ritum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & niſi de eis deſcribendis, & notandis, ne quis error vel fraus committatur, debita intelligentia adhibeatur? Cur vero ſedes Apoſtolica conſuli debeat, quæ hanc rem toties declaravit, cujus ſententia circa hunc articulum omnibus nota eſt?*

XXI. *Quintus. Item quidquid ipſe archiepiſcopus in prædictis, & quibuſcumque aliis ordinationibus, & reformationibus ſuper deformitatibus, & abuſionibus, ut præmittitur, tollendis convenienter fore duxerit, ne populus dicti regni exinde in ſeditionem aut tumultum, ſeu rebellionem, aut pertinaciam aliquam provocetur, aut ne exinde ſcandala fiant, quod archiepiſcopus ipſe hujuſmodi ordinationes, & reformationes cum ſcitu & conſilio prædicti Georgii, aut Regis pro tempore & ſeniorum ac prudentiorum regni faciat non aliam in ſtatum, quam ut archiepiſcopus ipſe in ſua juriſdictione, & facultate tanto firmius manuteneri, & ut hujuſmodi reformationes, & ordinationes ſuæ tanto quietius, fructuoſius, & commodius fieri, exerceri, & executioni demandari valeant.*

Ad quintum. Quomodo poſſet eſſe tutum conſilium Georgii, & aliorum ſimilium? Numquid non melius eſt, ut archiepiſcopus ad ſedem Apoſtolicam illam rem deferat, inde recepturus determinationem, quam & Georgius, & cæteri exequi debeant, & ei obedire?

Sextus. Item quod Georgius prædictus omnem fidelem, & poſſibilem operam, favorem, diligentiam, & aſſiſtentiam facere velit, & debeat, ut omnia bona prælatorum, & quarumcumque eccleſiaſticarum perſonarum, & ſpiritualium locorum in regno Bohemiæ quanto citius, & quanto commodius & melius id fieri poſſit, dictis eccleſiaſticis perſonis, & locis cum effectu reſtituantur, & tradantur, omni fraude & dolo ſemotis. XXII. Eccleſiaſticis priſtina vectigala reſtituere.

Ad ſextum. Utrum dabitur aliquis terminus cum ſecuritate ſufficienti, infra quem iſta fieri debeant, vel erit tempus indefinitum cujus finis nunquam attingetur? Abſciſſa dilationum diffugia.

*Septimus. Item quod Georgius prædictus fideliter provideat, & diligenter intendat, ne de cætero in regno Bohemiæ in civitatibus, oppidis, caſtris, villis, ſeu aliis locis in ritu percipiendi ſacramenta, aut alia ſpiritualia, aliquis ad ſpirituales * aliquos ritus ſeu conſuetudines Romanæ eccleſiæ conſuetudini contrarios a quopiam arctetur, ſed unuſquiſque in ſua libertate, & ritu juxta conſuetudinem Sanctæ Romanæ eccleſiæ permittatur.* XXIII.

* ſpeciales.

Octavus. Item quia impoſſibile eſt omnia illicita, & abuſivos in momento tolli ac evelli, providendum eſt, ſi quæ perſona in ſtatu laicali in regno Bohemiæ adusque habuiſſet conſuetudinem percipiendi ſacramentum Eucbariſtiæ ſub utraque ſpecie panis & vini, & in futurum deſiderare illud ſacramentum ex zelo devotionis ſub utraque ſpecie percipere, quod talibus perſonis ex hujuſmodi devotionis cauſa ſacramentum Eucbariſtiæ ſub utraque ſpecie, ut præfertur, percipere non denegetur, dummodo tamen id non quotidie, ſed juxta conſilium idonei confeſſoris ſui faciant: circa quod firmiſſima ſpes eſt, quod attenta diligenti ordinatione & proviſione præfati archiepiſcopi, quemadmodum in hujuſmodi opportunum videbitur, præſertim per bonos confeſſores, & prædicatores, ac rectores eccleſiarum hujuſmodi abuſus Deo cooperante breviſſimo tempore penitus aboleatur. XXIV. Propoſita de communione ſub utraque ſpecie.

Ad octavum. Hoc capitulum magnæ importantiæ eſt, & mature conſiderandum, neque facile concedendum etiam adultis tantum, cum compactata jamdiu expiraverint. Negata ea laicis.

No-

Digitized by Google

XXV. *Nonus. Item Georgius prædictus promittat prædicta omnia pro ſuo poſſe, quantumcumque in ſe ſit, realiter & cum effectu velle attendere, obſervare, & manutenere omni dolo & fraude ſemotis.*

Expetiti vades ad hæc obſervanda.

Ad nonum. Quæ promiſſiones ſufficientes? quæ obligationes? quæ ſecuritates? qui principes potentes dabuntur ad omnimodam obſervationem omnem, & ſingulorum prædictorum, & veram ac certam executionem omnium, ne deluſio, & deceptio fiat? Quid vero volunt hæc verba dicere: Quantum in ſe ſit? quid poſſunt? quid valent?

XXVI. *Decimus. Item quod prædictus Georgius ſtantibus præmiſſis omnibus, remiſſis quoque & abolitis ſingulis, quæ contra eum per Apoſtolicam ſedem, & illius auctoritatem quomodolibet emanata, decreta, definita, aut promulgata fuerunt, rurſus regiæ dignitati reſtituatur, ſeu regio titulo appelletur, & ab Apoſtolica ſede pro Rege Bohemiæ teneatur, habeatur, & reputetur. Rurſus quoque ut expedit, & decet catholicum Regem ipſe ſanctæ ſedi Apoſtolicæ realem, puram, veram, & actualem obedientiam præſtet cum effectu.*

Ad decimum. Nunquid expectandum eſt primo, ut omnia præmiſſa effectum habeant, & fides ejus per aliquod tempus idoneum probata fuerit, & tunc concedendum quæ petuntur? Expediti VIII. aprilis MCCCCLXXI. anno VII. & fuerunt incluſi hi articuli cum dubiis in brevi domini Cardinalis Senenſis legati. Addita ſunt aliis litteris ad Cardinalem ipſum legatum octava aprilis die datis (a) imperia, ut in Ratiſponenſibus cœtibus non in Turcas modo, ſed in hæreticos quoque Bohemos ſacrum bellum promovendum curaret, cum nonniſi vexati ad piam mentis ſanitatem reduci nequeant. Edoctus eſt quoque arcane a Pontifice Cardinalis legatus uti in re Bohemica ſe gerere deberet; aliter enim agendum videri ſi Georgius poſtulatis Eccleſiæ aſſentiretur, aliter ſi diſſentiret. Tum, ne plurium principum ad Bohemicum ſceptrum aſpirantium alienarentur ſtudia, monuit ne ad conferendum cuipiam regni jus ſeſe ingereret, ſed rem univerſam ad eos, ad quos ſpectabat, referret.

(a) Ib. p. 128.

Monita legato danda in re Bohemica.

Certa inſtructiones ſuper re Bohemica, ſecundum quas Cardinalis Senenſis legatus habeat, ſi opus fuerit, reſpondere & ſe regere.

XXVII. *Si contingeret, quod ſuper dubiis motis in certis capitulis ad ſanctiſſimum dominum noſtrum per nobiles viros Herneſtum atque Albertum Saxoniæ duces pro Jerſico illo dumnato miſſis, ac ſuper ejuſdem Jerſici reductione tractaretur, legatus diligenter attendat, & bene conſideret quid honori Dei & Apoſtolicæ ſedis dignitati conveniat, nam reductio ipſius Jerſici aliter audienda eſt, quando ipſe illa, quæ in capitulis prædictis per modum dubiorum annotantur, paratus ſit adimplere: & aliter audienda eſt, quando ad id non deſcenderet. Item ſi de ſucceſſione regni Bohemiæ etiam tractaretur, legatus nullo pacto ſe intromittat; ſed poterit in eum modum, quo ſanctiſſimus dominus noſter ſæpe ad catholicos Bohemiæ proceres id ſollicitantes, & proviſionem regni ipſius quærentes, viſus eſt reſpondere, videlicet quod tota hujuſmodi negotii de ſucceſſione diſcuſſio, ac proviſio relinquenda ac remittenda eſt iis, ad quos ſpectat, & quorum intereſt: & ſic his, & aliis ſimilibus verbis pro prudentia ſua ſe abſolvet.* Dum hæc de reconciliando Georgio agitabantur, pro quo non modo principum Saxoniæ oratores deprecatores acceſſerant, verum etiam Caſimiri Regis Poloniæ legati (b) acriter rem urgebant, hydrope infelix princeps interiit hoc anno, ut non modo ex ſcriptoribus (c) pene omnibus, verum etiam ex Laurentii Rovarellæ (d) nuntii apoſtolici Pontificiſque (e) literis conſtat. Et quidem vigeſima ſecunda die martii, ut obſervat Michovias, cum jam quindecim ante diebus raptus fuiſſet ad divinum tribunal malorum, quæ Bohemiam Georgiumque oppreſſere, præcipuus auctor perfidiſſimus Joannes Rochizana, nondum vero miſſi pro impetranda venia principum Saxoniæ oratores rediiſſent, ut narrat Cochlæus (f). An Georgium vere ſcelerum ſuorum pœnituerit, ſeque a ſacerdote catholico cenſuris morti proximum abſolvendum curaverit, dum Romam oratores pro eblandienda venia pergebant, nos latet. Cochlæus quidem ut vera literis tradidit, quæ ducum Saxoniæ oratores, ut Georgio morem gererent, ac partes Wladiſlai adverſus Matthiam efferrent confinxere, nimirum Georgium cenſuris eccleſiaſticis ſolutum regiæque aſſertum dignitati fuiſſe; addideréque aliud inſigne mendacium, veteres a Baſileenſi concilio cum Bohemis factas pactiones a Paulo fuiſſe confirmatas, quæ ſane abhorrebant a veritate, nam Romana eccleſia, ut reſipiſcentem Georgium in ſinum ſuum reducere cupiebat, ita non temere ad primas voces admittendum cenſebat, experiendumque potius num fucatam & adumbratam pietatem, an veram & expreſſam præ ſe ferret; præſertim cum jam ante Eccleſiam per ſummam hypocriſim circumveniſſet, ingenteſque inde rei Chriſtianæ calamitates intuliſſet, neque ob divini metum judicii mortiſque diſcrimen, ſed ad amiſſum regium decus recuperandum veniam flagitaret: de quibus Pontifex Laurentium Rovarellam nuntium certiorem fecit, ut hominum mendacia refelleret, ſpopônditque nunquam ſe Matthiæ Regi in Bohemica re defuturum.

Veritus controverſiæ de regni ſucceſſione ſe immiſcere.

Hydrope extinguitur Georgius.

(b) Paul. lib. brev. p. 178.
(c) Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12. Michov. l. 4. c. 62. Crom. l. 27. & alii.
(d) Apud Paul. II. lib. brev. p. 172.
(e) Lib. brev. pag. 163. & 178.
(f) Cocl. ubi ſup.

Cum primum hi venerunt intellectis quæ peterent, ea venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicavimus, & XXVIII.

Cenſuerat Paulus non fidendum Georgio qui eccleſiam deceperat.

ſecum diligentiſſime examinavimus, quibus viſum eſt, quod nequaquam eſſent concedenda, & illi ſtatim remittendi eſſent, & ita in conſiſtorio reſponſum eſt ſuis nuntiis, atque dimiſſi ſunt: ita neque pro Georgio damnato aliquid reportaverunt atque Georgio fidendum non erat qui ſæpenumero, ut noſti deceperit. Et infra: *Verum enimvero ſi quid fidei ſubdolorum illorum hominum mendaciis vel tu vel regia majeſtas præſtitiſſet, & miraremur quidem, & doleremus quod tam repente hæc de nobis crederetis, non enim adeo inſtabiles, adeo varii fuimus, aut erimus, ut noſſe potuiſtis in tanta Dei re, & quæ tantum nobis cordi eſt, & quam præ cæteris magni facimus, ut mutaremus ſanctum inſtitutum noſtrum aut cum illis, aut cum aliis, quomodocumque ſint. Nec unquam mens fuit nobis, neque erit aliquid agere, quod alienum foret ab honore omnipotentis Dei, ſedis Apoſtolicæ, noſtroque & chariſſimi in Chriſto filii noſtri Matthiæ Regis Hungariæ, &c. illuſtris, ac niſi accedente conſenſu ipſius Regis ac conſulta fraternitate tua: ita perſuaſum & majeſtati regiæ & tibi eſſe volumus &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno MCCCCLXXI. VII. kal. julii anno VII.*

XXIX. In novos diſſentionum fluctus conjecta res Bohemica.

Licet ex Georgii morte erecti plurimum fuerint catholicorum animi, graviorum tamen diſcriminum ſuſpicio ſuborta eſt ob ingentes diſſenſiones, quæ mox ſecutæ ſunt, ut dictus Laurentius nuntius apoſtolicus Pontifici ſignificavit (a), qui etiam ſtatum Bohemicarum rerum ante & poſt Georgii mortem deſcripſit, queſtuſque eſt Matthiam Regem, Pontificia & Imperatoris precibus ad catholicam rem adverſus Georgium tuendam adductum, nil opis & auxilii ab ullo elicere potuiſſe: proceres catholicos ſcribere retardatos in Bohemia progreſſus culpa ſedis Apoſtolicæ, quæ nec Matthiam Regem Bohemiæ confirmaſſet, neque coronam tranſmiſiſſet: extincto vero Georgio repetitas iterum a Rege preces, ut ipſe nuntius authoritate apoſtolica Bohemici regni jus Matthiæ confirmaret ad elidenda eorum ſtudia, qui alium Regem in ſolium Bohemicum evehere Pragæ nitebantur. Deinde cum injecta mora eſſet, ut Cuthnenſium cœtuum exitus expectaretur, iis demum celebratis magis catholicos rem urſiſſe, ut apoſtolica authoritate Matthias Rex Bohemiæ renuntiaretur; cumque poſt ſacram rem peractam, cum Imperatoris orator contenderet miſſum ſe ut Regi Matthiæ ad Bohemiæ regnum comparandum opem imperiali nomine ferret, ſe ex demandatu a ſede Apoſtolica munere Matthiam pontificia authoritate Regem confirmaſſe.

(a) *Apud Paul. lib. brev. pag.* 172.

Beatiſſime pater, & clementiſſime domine poſt humillima pedum oſcula beatorum.

XXX. Conqueſtus Matthias nec a Pont. nec a Cæſare promiſſa mandata operi.

Regem cum his, qui ſecum erant, non parum turbatum repperi, quod ad tantum opus requiſitus & excitatus tam per veſtram ſanctitatem, quam per Cæſarem, pro cujus ſalute & defenſione non modo regnum & regni incolas, ſed proprium corpus expoſuiſſet, a nullo ſubſidii aliquid ad rem tantam poſſet habere: imputare barones aliquos catholicos, quod neque de confirmatione, neque de corona aliquid factum eſſet; quæ duo ſi fuiſſent obtenta, magna pars eorum, qui Georgium ſequebantur, de ipſo deſperati ad partem Regis ſe convertiſſent. Quibus perceptis metuens, ut dixi, de imminentibus periculis, ac ut eum ad plenam confidentiam excitarem, hortatus ſum eum, ut bono animo eſſet, nec diffideret, quin res illa adeſſeat ſibi & baronibus ipſis, cum locus requireret, aut neceſſitas urgeret. Tunc & ſi non parum confortatus extitit, animumque ad ulteriorem proſequutionem acceperit, certior factus quod a veſtra ſanctitate, etiam ſi catura deeſſent, nunquam relinqueretur; voluit tamen dictum Nicolaum ad pedes veſtræ beatitudinis mittere, cui inter alia ſingulariter commiſit de dictis confirmatione & corona inſtantiam facere, allegatis ipſorum baronum rationibus, quemadmodum ſanctitas veſtra per eundem Nicolaum, & poſtea per præfatum fratrem Gabrielem, ac demum per dominum Ladiſlaum ultimum ſuæ majeſtatis oratorem clarius accepit. Dum itaque hac ſpe per totam illam æſtatem tanta adverſus ipſos hæreticos quanta prius nunquam experti ſunt, feciſſet; regreſſuſque ad Hungariam, non obſtantibus multis impedimentis, de quibus alias ſignificavi veſtræ ſanctitati, firmo & magno animo teneretur revertendi in Bohemiam cum exercitu, cujus magnam partem jam etiam hyemali tempore coadunaverat, conveniſſemuſque in Jaurinum, ubi & oratores Cæſaris erant, cum quibus nihil ſperabatur præter bonam pacem & concordiam; Confirmari Regem a Pont. efflagitat. *ſupervenere tandem præfati oratores ſui diu expectati a veſtra ſanctitate, cum eodem fratre Gabriele, qui cum multam fidem facerent, conſiderans ego quod omnia ad votum tranſirent, ne perturbarem tranquilla, certificavi eum authoritatem confirmationis adeſſe, ſi urgeret neceſſitas & rebus emptis expediret.*

XXXI.

Poſt paucos autem dies hæretici nempe Georgii *mors nunciata eſt, ex qua etiam ut alias ſcripſi, magna eſt celebrata lætitia. Sed utinam inde graviora non ſequantur. Cum itaque nuper huc pariter poſt dicti hæretici mortem conveniſſemus, & Rex exercitum ad preces multorum tam catholicorum quam hæreticorum, retro in diverſis locis, prout nuper ſcripſi, reliquiſſet, baroneſque cum prælatis, & plurium civi-*

ta.

tatum & oppidorum oratoribus conveniſſent, auditis etiam illis, non ſolum indignis, ſed etiam execrandis, quæ in Praga loqui & agi dicebantur, cœpere catholici ipſi inſtare, Rexque rogare, ut electionem præfatam confirmarem, demonſtrantes, quod ſi hoc facerem, magno adjumento rebus fidei, & Regis futurum eſſet.

XXXII. Repetitæ ſæpius de ea re preces.

Poſtea vero cum inter deliberandum conſideraſſent melius eſſe, ut re indicata confirmatio hujuſcemodi ſuſpenderetur, quoad cernerent, quid in dieta montium Cuthnis concluderetur: ſperabant enim hæreticos in ſuam ſententiam, & electionem jam Olomucii factam levius, ſi differretur, adducere poſſe: ſic ad dietam pervenerunt. Ubi vero e dieta eo, quod in allegatis modo ſignificavi, regreſſi ſunt, illico magis inſtiterunt cum Rege, ut electionem eorum confirmarem, aſſerentes, quod non dubitarent plurimum rebus conducere, ſi fieret, omnemque moram ulteriorem plurimum nocituram fore, plurimaque ſcandala paritura, quod noſtrorum animi terrerentur, hæreticorum vero in varia ſcinderentur, & in perfidia ſua firmarentur ex confictis de veſtra beatitudine mendaciis, quibus nil jam magis obſiſtere poterat, quam electionis ipſius ex veſtra ſanctitate confirmatio: propter quæ & multa alia, quæ deducta ſunt, & maxime quod etiam in alleviationem beatitudinis veſtræ non mediocriter foret quocumque alio modo ſi etiam poſtea hæretici declinarent, præmiſſis orationibus, & miſſarum placationibus, dictam confirmationem, judicio etiam fratris Gabrielis, non ulterius prorogandam eſſe viſum eſt.

XXXIII. *Id quod etiam acceſſit, quod orator ſereniſſimi domini Imperatoris inter alia, quæ propoſuit, dum huc advenit, coram Rege & omnibus, qui aderant aſſeruit, ſe ad hoc miſſum eſſe, ut ex eodem domino Imperatore Regi aſſiſteret, ut Bohemiæ coronam aſſequeretur, omnibuſque & Bohemis, & aliis quibus opus eſſet, eam eſſe mentem & voluntatem imperialem declararet, & ut ipſum in Regem & dominum Bohemiæ omnes aſſumerent, & ei tamquam vero Regi Bohemiæ parerent. Quæ res, etſi hæreticos aliquos a ſua jam concepta, etiam pro libito, opinione & ſuaſione prædictorum non removerit, cum poſtea, ut in perfidia ſua remaneant, quia eo nil magis deſiderant, aliud fecerint, ſatisfactum eſt tamen & debito & æquo, & catholicis, ac ſanctitatis veſtræ fidelibus, nec non periculis pluribus obviatum. Dat. Iglaviæ III. julii MCDLXXI.*

Rogatus Imp. ut Ungaro ſceptrum Bohem. tranſcriberet.

Ejuſdem beatitudinis veſtræ.

Humillima factura Laurentius epiſcopus Ferrarienſis.

XXXIV. Hæc geſta a Laurentio epiſcopo Ferrarienſi nuncio apoſtolico, cui legati e latere erat collata authoritas ad catholicos Bohemos in fide Regis Matthiæ continendos. Cæterum obortas Pragæ factiones indicatas a nuntio uberius enarrat Martinus Cromerus (*a*), nempe cum ad renuntiandum Georgio ſucceſſorem comitia haberentur, alios Imperatori, alios Matthiæ, alios Wladiſlao Regis Poloniæ filio, alios Alberto duci Saxoniæ, alios Miſnenſi marchioni, alios Henrico Georgii filio, alios Ludovico Regi Francorum, alios Ludovico Bavaro ſtuduiſſe, ſed inter tot factiones tres præcipuæ, quæ Hungarum, Polonum, ac Saxonem vocabant ad ſceptrum eminebant, ut deſcribit Campanus (*b*).

Bohemi in varias factiones diſceſſi.

(*a*) Crom. l. 27.

(*b*) *Campan. ep. ep. l. 6. & to. 2. rer. Germ. p. 148. n. 3.*

XXXV. Albertus Saxo ſibi non profuit ſed obfuit Ungaro.

At brevi Saxonica factio diſſipata evanuit, Hungarica & Polonica ſtetere, & quidem Moravi, Sileſii, Luzatii Matthiæ quem jam Regem ſuſceperant, adhæſere, alii in Cuthnenſibus comitiis Wladiſlaum Caſimiri Regis filium natu maximum, ad quem materno hereditario jure regnum ſpectabat, ad ſceptrum Bohemicum excivere, Albertus autem Saxo cum fruſtra ad ſolium aſpiraſſet, ut partes Wladiſlai inſcius provexit, ita Matthiæ plurimum obfuit, eum enim Pragam ſe contuliſſet, fluctuantes Bohemos confirmavit, ne Matthiæ Regis, qui limiti cum exercitu imminebat, imperium acciperent, adeo ut Laurentius Rovarella nuntius apoſtolicus, de quo paulo ante memoravi, Albertum ob præſtita hæreticis præſidia in judicium vocare ſit comminatus: de quo cum Franciſcus Piccolomineus Cardinalis legatus quereretur, Paulus juſto ad id ardore illum incitatum expoſuit (*c*).

(*c*) *Paul. lib. brev. p. 171.*

XXXVI. Hæc Pauli decreta, ac geſta a Rovarella internuntio adverſus Georgium pro Matthia Rege Sixtus poſtea confirmavit (*d*) apoſtolico diplomate, cujus potiorem partem affere: *Quoniam, ſicut diſplicenter accepimus licet idem Georgius hæreticus extremum clauſerit diem, tamen hæreſes hujuſmodi, quas in ſathanæ filiis ex ſua poſteritate diviſit nondum, ut appetimus, exterminari totaliter potuerunt, eumdem Laurentium epiſcopum, nuntium, & oratorem noſtrum cum plena poteſtate legati de latere, ac omnibus, & ſingulis facultatibus, indulgentiis, indultis, & literis ſupradictis, & clauſulis in eis contentis, & ſi de illis ſpecificata & expreſſa, non autem per clauſulas generales mentio habenda foret, eadem authoritate tenore præſentium de novo per Germaniam ſingulaſque provincias, civitates, & terras, oppida, & loca hujuſmodi facimus, conſtituimus, & deputamus per præſentes. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominicæ incarnationis MCDLXXI. kal. novembris pontificatus noſtri anno 1.* Hæc anno devexo Sixtus: ſed ad Paulum redeamus.

(*d*) *Lib. brev. p. 7. ep. 7.*

XXXVIII. (a) *Ib. p.* 174. Albertus Saxo objurgatus quod Pragam adierit.

Abducere (a) a conſilio ſuſcipiendæ Bohemorum clientelæ Saxones principes niſus eſt Pontifex, atque Albertum redarguit, quod Pragam adiiſſet, monuitque ne ea, quæ pro religione tuenda decreta erant, oppugnaret, neve eo tempore nova bella concitaret, quo in Turcas arma erant vertenda: *Audivimus*, inquit, *te intra Pragenſem civitatem cum non parva manu conſtitutum eſſe, propter quod videtur non parvus favor hæreticis acceſſiſſe. Dolemus profecto vera ſatis, quod tu, cujus majores pro fidei puritate atque tutela in tales inſurgere conſueverunt, eorum in hoc non ſequaris veſtigia. Et profecto non eſt principis catholici ea interturbare, quæ a nobis, & hac ſancta ſede Apoſtolica pro religione conſervanda mature ſtatuta ſunt, atque decreta, nobiſque in primis moleſtum eſt intelligere, quod hoc præſertim tempore hujuſmodi ſcandala oriuntur, qualia tu maxime, ne ſequantur, debes attente ſtudere. Urget Turcus hoſtis acerrimus, & talia impedimentum afferunt iis, quæ modo te illum pro paramus adjutore chariſſimo in Chriſto filio noſtro Frederico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXI. idib. julii pontificatus noſtri anno VII.*

XXXVIII. (b) *Campan. l. 6. ep.*

Acceſſiſſe Ratiſponam Albertum & Erneſtum duces ampliſſimo ſtipatos comitatu refert Campanus (b); plurimumque in iis cœtibus navaſſe operam, ut Germanos principes ſuis partibus implicarent; ſed ii demum ſive ob novas rerum converſiones, ſive ducti religione, pontificiiſque monitis obſequentes, cœptis obſtitere. At Wladiſlaus Regis Poloniæ filius Cuthnenſium comitiorum decreto renuntiatus Rex (c) abduci non potuit, ut ab affectando Bohemiæ regno, quod delatum jam ante Matthiæ fuerat, abſtineret; quamvis Paulus ſummam in eo diligentiam ad imminentia inde bella, allatura rei Chriſtianæ exitium, avertenda collocarit, nam & Fabianum de Montepolitiano nuntium ad Caſimirum miſit, addiditque literas apoſtolicas (d), quibus a Bohemico bello illum deterrebat, hortabaturque ad pacem colendam, ne lethale vulnus religioni infligeretur.

(c) *Michov. l. 4. c. 62. Crom. l. 27. & alii.* Poloniæ Regis filius delatum a Bohemis ſceptrum admittit. (d) *Lib. brev. p.* 175.

XXXIX. Miſerat jam ante Caſimirus ſuos ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui cum in Poloniam redirent, Pontifex Laurentium epiſcopum Ferrarienſem nuntium de his, quæ geſta erant, certiorem fecit (e); tum etiam ut iiſdem oratoribus propoſuiſſet, controverſiæ æquitate dirimendæ onus Eccleſiam ſuſcepturam, ne armis res decerneretur: *Idem*, inquit, *Jacobus* ſcilicet orator Polonus ad Caſimirum rediturus, *ad nos conceſſit: quæ a tua fraternitate perlata erant, ei aperuimus venerabilibus fratribus noſtris præſentibus, & juſtas admirationis cauſas, cur dilectus filius Regis ſui primogenitus, quem paterne diligimus, eodem genitore ſuo patiente voluerit in ea dieta, nempe Cuthnenſi, hæreticorum turba acclamante Bohemiæ Regem ſic tumultuarie dici: indignum videri Matthiam Hungariæ Regem a catholicis electum, & de fide benemeritum tis incommodis affici: melius fore pace quam armis decernere, aut id diffinire juſtitia mediante, quam nos adminiſtraturos ultro polliciti ſumus. Dat. Romæ apud S. Petrum die XIV. julii anno MCCCCLXXI. anno VII.*

(e) *Ib. p.* 178.

Controverſiam æquitate dirimendam proponit.

XL. Quod a Polono oratore pronuntiatum eſt pro redintegranda concordia, poſt varia demum bella, quæ Hungaros, Bohemos, ac Polonos vexavere, fuit poſtea ad exitum perductum, ut ſuo loco dicetur. Porro ad ea præfocanda in fomite non modo dictus Fabianus miſſus eſt ad Polonum, de quo ad Hungarum quoque extant datæ literæ (f), verum etiam Franciſcus Piccolomineus Cardinalis legatus e Ratiſponenſibus conventibus in Poloniam profectus Cracoviæ Caſimirum convenit (g), ut obortam inter illius filium Wladiſlaum & Matthiam Regem Hungariæ litem fœdere componeret: ſed fruſtra conſumpta opera: nam Wladiſlaus (h) magno ſuccinctus exercitu Bohemiam ingreſſus cupide a Pragenſibus exceptus eſt auguſto menſe: atque ab epiſcopis catholicis Bohemico diademate redimitus (i); quin etiam Polonus graviora molitus, facta cum Joanne archiepiſcopo Strigonienſi, epiſcopo Quinqueeccleſienſi, & aliis, qui accuſabant Matthiam plures rapinas facere, Hungariamque Turcarum excurſionibus exponere, conjuratione, ſecundum natu filium Caſimirum cum fortiſſimorum militum exercitu miſit in Pannoniam, ut eam veluti materno jure hereditariam ſibi compararet: ſed is cum ad Nitram uſque excurriſſet, neque Hungaros in ſuas partes poſſet pellicere, non ſine ingenti diſcrimine a Matthia propulſatus eſt, & conjurati gravibus malis affecti. Porro quod ad Matthiam Regem attinet; in ea de regno Bohemico controverſia Pontifex illi non defuturum eſt pollicitus his verbis (k): *Chariſſime fili, ſis ſemper bono animo, & nos, quæ cœpta ſunt, ut divino auxilio feliciter terminentur, poſſibili ſtudio paterne aſſiſtemus, atque adeſſe curabimus pro fidei tuæ fervore, & propoſito bono.* Pauli etiam exemplum ſecutus Sixtus IV. ejuſdem Matthiæ partes eſt amplexus, quod Polono delatum a catholicis regnum non admittente, rogatu ſedis Apoſtolicæ pro defendenda religione Bohemicum bellum in ſocerum ſuſcepiſſet. Illum porro hoc ineunte anno Paulus veluti fidei ſtrenuiſſimum propugnatorem vindicemque donavit myſtico enſis & pilei munere, quod etiam hiſce literis (l) ornavit.

(f) *Lib. brev. pag.* 174.

(g) *Crom. l.* 27.

(h) *Michov. l. 4. c. 62. Crom. eod. l. 27.* (i) *Id. ib.* Ladiſlaus a Pragenſibus exceptus.

In Ungaria conjuratis inita adverſus Matthiam. Pars de Poloni Regis filio & conjuratis victoria.

(k) *Lib. brev. an. 7. p.* 174. Matthiæ Apoſtolicum patrocinium promiſſum.

(l) *Ib. p.* 79.

Mos-

Matthiæ Hungariæ Regi.

XLI. *Suſcipiat dextera tua, chariſſime fili, munus apoſtolicum cœleſti benedictione præditum ea, qua decet, reverentia, promptuſque animus tuus in bella Domini eo magis ardeſcat, quo certius ſibi non humana, ſed divina cernit adeſſe præſidia; vinces enim vinces, & cunctos ſuperabis hoſtes, proque tuis demum meritis maximis a tota republica Chriſtiana immenſas laudes, ab hac ſancta ſede commendationes plurimas, & gratias uberiores, atque in primis ſicuti pro immaculata fide tu ſtudioſe magis feliciuſque pugnas ab omnipotente Deo immarceſcibilem gloriæ coronam conſequeris; quam ut tuæ celſitudini poſt multo bene acta annorum curricula reddat ipſius Redemptoris noſtri miſericordia humiliter ſupplicamus. Dat. Romæ apud S. Petrum die XIV. januarii MCCCCLXXI. pontificatus noſtri anno VII.*

XLII. (a) *Ib. p.* 78. Nummaria ſubſidia eidem ſuppeditata. Contulit (a) etiam eidem Regi octodecim ducatorum millia, addita excuſatione ſi exhauſto ærario, & urgente bello Turcico plura ſuppeditare non poſſet: tum expoſuit ita res Chriſtiani imperii comparatas, ut hoc anno ad ſuſtinendos tantum Turcarum impetus incumbendum eſſet: naviturum vero ſe operam, ut proximo anno ad illum contundendum terra marique omnes conſurgant, ad quam expeditionem eandem Regis bellicam virtutem felicitatemque deſideratam iri. Maxima quidem de gerendo in Turcos bello agitata ſunt conſilia, quæ irrito exitu diſſoluta fuere: nam in primis præter Pontificem, Hungaros, Venetos, Rhodioſque veteri junctos fœdere, huic dux Mediolanenſis, Ferdinandus Rex Neapolitanus, aliique Italiæ principes acceſſerant: Ratiſponæ etiam decretum erat a Germanis in Turcas bellum: Francorum autem Rex Ludovicus expeditionis in Turcas ducendæ ſpem præbebat: qua de re factus certior Paulus archiepiſcopum Turonenſem, qui pios hujuſmodi motus in eo excitaverat, dare operam juſſit (b), ut Regem ipſum ad concepta optima conſilia perficienda incitaret.

(b) *Ib. p.* 66.

Archiepiſcopo Turonenſi.

XLIII. *Venerabilis frater, &c. Vehementer recrearunt nos literæ tuæ fraternitatis, quas ex Turonis XVII. die proximi menſis octobris ad nos dederas; tota autem verſabantur circa reprimendam rabiem, ac veſanas furias Turchorum, nam ubi acceperas ex noſtris literis, & miſerabilem cladem Negropontinæ urbis, & tot Chriſtianorum cædes, & illius crudeliſſimi draconis validum, atque continuo increſcentem exercitum, ſimulque imminentiſſimum periculum Chriſtianæ reipublicæ, & profugium ad omnipotentem Deum, quod & habuimus & habemus, ac dein ſpem, & expectationem noſtram ipſius Chriſtianiſſimi Regis; ſtatim in dictis proceſſionibus obſecrationibuſque publicis pro ipſius Altiſſimi imploranda miſericordia, regiam majeſtatem adiiſti, & præſentibus compluribus clariſſimis viris, tum venerabili fratre epiſcopo Abrincenſi confeſſore ſuo, omnibus autem adſiſtentibus expoſito per te ejuſmodi re, ipſum clariſſimum Regem adhortatus es, ut præſidio eſſe vellet tam inſtanti Chriſtianorum periculo; ſecutumque eſſe, quod Rex ipſe pro innata quadam ſingulari ejus & bonitate & pietate arma ſumere pro defenſione, ac ſalute populi Chriſtiani propoſuerit, propoſitoſque ſibi per tuam fraternitatem articulos, quibuſdam paululum mutatis, quos legimus miſſos abs te, comprobaverit. Etenim nihil eidem Regi magis proprium evenire poteſt, quam ut hanc provinciam adoriatur, ubi conſequetur immortale meritum apud illum, qui omnium bonorum cumulatiſſimus retributor eſt, & ſummam laudem apud omnes mortales, imitatus progenitores ſuos, qui ſpoliis & triumphis de infidelibus hoſtibus reportantes, jure quidem perpetuam ſibi gloriam vendicarunt.*

Solemnes ſupplicationes pro re Chriſtiana in Galliis celebratæ.

Solicitatus Rex Ludov. ne rei Chriſtianæ deſit.

XLIV. *Perges igitur pro tua prudentia, ac pietate ſuam ſerenitatem hortari, excitareque magis, dum inſtat periculum ad cito ſumendo arma, nec expectet, ut ſero adſurgat; potens eſt, pius eſt, ſtrenuus eſt, & alti animi. Novit tua fraternitas quam bene dominus Deus ei viam ad id aperuit, filium & heredem deſideratum dedit, regnumque corroboravit. Nos autem indeſinenter ſollicitamus, ſuppeditamus, adminiſtramus, quidquid & conſilii & virium eſt huic ſancto operi, atque itidem continuo facturi ſumus, etiam ſi opus fuerit ſanguinem, & vitam ipſam effundere paratiſſimi. Italos etiam potentatus interventu, ac ſtudio noſtro, etiam concedentibus nobis aliquid præter decus, & ſtatum hujus apoſtolici ſancti culminis per renovationem fœderis, tempore ſanctæ recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri facti, univimus ac conjunximus ad propulſandum hoc Chriſtianorum, quod fieri poterit, commune opprobrium: quod non dubitamus ipſi Chriſtianiſſimo Regi propter ejus adveſamenta dato, & per te miſſa gratiſſimum, & jucundiſſimum fore. Creſcit ſupraquam credibile ſit, creſcit illud Turchorum monſtrum in horas ante oculos: atque utinam Itali ſufficerent ad reſiſtendum, faciemus autem, favente Altiſſimo, pro viribus, quod poterimus. At vero properante ipſo Rege Chriſtianiſſimo, certe res Chriſtiana ſucceſſus felices habitura eſt. Omnia hæc cum fraternitas tua repetas ſereniſſimo iſti Regi, certe ſua majeſtas, ut ſperamus, inflammabitur atque accelerabit, ut neceſſe eſt: intelleximus enim ſemper ejus pietatem, ac promptum animum huic ſancto operi libenter intendere, &c. Datum Romæ apud S. Petrum XVIII. januarii MCCCCLXXI. anno VII.*

Bene gerendæ rei propoſitæ ſpes.

Hor-

XLV.
(a) Ib. pag. 81.
Pii motus brevi extincti.
(b) Philip. Comin. Gaguin. in Lud. XI. Belcair. dec. 1. l. 2. n. 35. & alii.
In Burgundico bello nas Gallus exercet.
Rhodii a Turcis in diſcrimen adducti.
(c) Lib. brev. an. 7. pag. 87.

Hortatus eſt etiam Pontifex (a) Ludovicum Bellomontenſem, qui Regi ab arcanis conſiliis erat, cujus authoritas plurimum pollebat, ut ipſi ad bellum Turcis inferendum ſtimulos adderet. Cæterum Ludovicus Rex militiam ſacram ſe ſuſcepturum ſpondebat, ſed pios motus brevi extinxit, quippe privatarum injuriarum ulciſcendarum cupidine percitus, grave in Carolum ducem Burgundiæ bellum gerebat (b), a quo Ambianum antea permiſſum ex fœdere, tum Royam & Mondiderium hoc anno repetiit. Periclitabantur interim Chriſtianorum reliquiæ in oriente, ac qui florentiſſimam inſtruebant claſſem Rodii præcipue Pontificem miſſo oratore de ſubmittendis auxiliis ſollicitarunt: quibus Paulus ſubſidia non defutura eſt pollicitus (c), Italis jam mutuo devinctis fœdere, atque aggeribus, foſſis, propugnaculis debiliora loca munirent, admonuit.

XLVI.
(d) Ib. p. 812.
(e) Ib. p. 86.
(f) Ib. p. 88.
(g) Ead. pag.

Aliis etiam literis eoſdem equites fecit certiores (d), navari a ſe conficiendæ in Turcas expeditioni operam: tum cives Rhodios juſſit bono (e) animo eſſe, atque ad hoſtes Chriſtianæ fidei ſtrenue propulſandos ſpe expectationeque opportuni auxilii excitavit. Scripſit etiam ad equites Rhodo abſentes, interque alios Fernando regio genere ſato imperavit (f), ut ad Rhodum in ancipiti diſcrimine defendendam provolarent, tum Joannem Regem Aragonum rogavit (g), ut nepotem ad retundendos ferocientis Mahometis impetus dimitteret.

(h) Boſius p. 2. hiſt. Equit. Jeroſ. l. 9.
Ad conſtantiam Albanenſes ſpe ſubſidii excitati.

Vertit alio impetus ſuos Mahometes, quam ob cauſam terrore percuſſus Candalori princeps Aſiaticus Rhodiorum opem imploravit (h). In Macedonia autem Balſicus toparcha adverſus Turcicam tyrannidem egregie ſe gerebat, cujus animum Paulus auxiliorum ſpe confirmavit. *Non te*, inquit, *terreat vicinitas ipſius Turchorum tyranni: ſperamus in domino noſtro Jeſu Chriſto; cujus cauſa agitur, quod non ſinet nos diutius in hac perſequutione, tribulatione, & metu, ſed breve nos a manibus iſtius draconis liberabit & eum conteret, & ſua potentia confundet; nos enim jam ipſius Dei miſericordia univerſalem ligam Italiæ inivimus, fecimus, ac concluſimus, ut Italis invicem unitis expeditio contra ipſum perfidum canem fiat ob hanc enim cauſam, & in hunc finem, Dat. Romæ apud S. Petrum x. februarii MCCCCLXXI. anno VII.*

XLVII.
(i) Papien. ep. 381.
Jacobi Cyprii tyranni oratores repulſi.
(k) Steph. Liſinian. in hiſt. Cypr.

De Cypriis rebus hæc refert Jacobus Cardinalis Papienſis (i) in literis ad Campanum datis: *Audite Cyprii oratores, quorum fuit deprecatio, ut princeps eorum Jacobus Rex appellaretur.* Potiebatur ille univerſæ inſulæ imperio, verum ut ex Stephano Liſiniano (k) conſtat, iterum a Paulo, ut ante a Pio II. repulſam paſſus eſt, cum inique Carola cum viro Ludovico ab Ægyptiis regno pulſa eſſet: is vero ad firmandam tyrannidem Catharinam Marci Cornelii patricii Veneti filiam duxit uxorem, cui reſpublica centum millium nummorum dotem regni Cyprii Veneto imperio conjungendi ſpe conſtituit. Ut vero ex illo humanæ felicitatis perticæ flagitio deturbatus novo ſcelere ab iis, quibus maxime præſidebat veneno cum ſtirpe ſublatus fuerit, dicetur inferius. [1]

Uſumcaſſanus Pontificem de fœdere in Turcam appellat.
(l) Mſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 19. p. 179.

Nunc his addendum videtur Uſumcaſſanum Regem Meſopotamiæ Perſide Indiaque potitum, arma adverſus Mahometem II. converſurum appellaſſe de fœdere Paulum II. Pontificem, veluti ſupremum Chriſtianorum principem, ut ſociali bello Mahometes peteretur. Sollicitatum jam ante illum fuiſſe a Calliſto III. Ludovici Bononienſes Minoritæ opera ut arma in Turcam conjungeret, tum exceptum a Pio II. illius oratorem vidimus, ſed quamvis tanctam cum ipſo armorum ſocietas fuiſſet, pluribus adverſus orientales Reges bellis implicitus, Mahometi obſiſtere non potuerat, ne Chriſtianos occidentales Græcoſque obtereret; jam vero propagatis late imperii limitibus eundem Ludovicum miſit, ut priſtinum fœdus inſtauraret, qui in Tauricam Cherſoneſum progreſſus, ne qua, ut antea, impoſturæ ſuſpicio interponeretur, adductis teſtibus Genuenſibus fide digniſſimis, qui literas Uſumcaſſani ipſi tradi viderant, ad Caffenſem epiſcopum detulit: qui publicis tabellionibus vocatis, atque interpretibus eas ex Arabico in Latinum ſermonem vertendas curavit; ac deinde una cum publicis monumentis, quæ veras eſſe Uſumcaſſani literas demonſtrabant, ad ſedem Apoſtolicam miſit, quas ex inſigni codice MS. pergameno Vallicellanæ bibliothecæ (l), in quo plura nobiliſſima monumenta, continentur, afferendas duximus [2].

In

NOTÆ [1] QUas hoc anno commemorat Annaliſta nuptiæ inter Jacobum Cypri regem, & Catharinam Corneriam ante triennium jam coiverant; teſte enim Naugerio in hiſtor. Venet. Rer. Ital. to. XXIII. anno 1468. die X. julii connubium illud celebratum fuit. Cornera vero, ut eo dignior regio connubio haberetur, reipublicæ filia ex decreto Senatus renunciata fuit. Mansi

[2] IN literis hic ab Annaliſta recitatis, quibus Uſumcaſſanus certiorem facit pontificem de victoriis a ſe ex Mahomete Turcarum imperatore relatis, ſermo inducitur de victoria quadam, quam non ante multos annos idem Uſumcaſſanus de filio ejuſdem Mahometi obtinuerat. Il-

lam

In nomine juſti Dei.

XLVIII. *Hæc ſunt verba Aſſamberb fortis hominis tibi magno omnium magnorum, & cunctorum magnorum majori, magnitudo cujus multiplicatur in ſucceſſores multos, qui es ditior in civitatibus, & caſtris ſuper omnes dominos mundi, qui cum ſis magnanimus ſemper augere deſideras ſtatum tuum, & multiplicare divitias tuas ſemper ſtudes, ſub te enim militant Reges, duces, & barones, ſuper quos tu omnium major miles es, cum ſis locumtenens Chriſti Papa Paule. Quomodo os meum te laudare poteſt? tu exſuperas omnes laudes Chriſtianorum, tu es princeps in Dei nomine; tibi enim notifico * ad cauſa noſtra proceſſerunt *, ut ibi & hæc eſt veritas ſubſtantia, prout nunc tibi ſcribo ſuper illis pactis promiſſionibus, & ordinationibus factis prius eo tempore, quo homo tuus ad me cum veritate venit. Ego firmus ſto, & maneo; verum quidem illa pacta facta fuerunt tempore quo inimicus noſter Jamſa majorem obſeſſerat * Babyloniam maximam, hujuſmodi exercitum, qui poſt captam Babyloniam ſuper me venit cum maxima multitudine, &, cum amicus meus fuerit tua benedictione mediante, ipſum inimicum meum Jamſa ſuperavi, & vici.*

* ut

* veritatis

* obſederat

Parta ab Uſucaſſano victoria.

XLIX. *Poſt hæc filius ejus Arſandach nomine, qui patre majorem exercitum habebat, & ipſe ſuper me venit cum exercitu maximo, fregi, rupi, & trucidavi, & id tua mediante benedictione, & quis homo poteſt ire contra voluntatem Dei? non enim poteſtate mea aut viribus meis ſuperavi illos, ſed virtute Dei, qui ſecundum eorum malam diſpoſitionem illos male diſpoſuit: unaomnes illos a majore ad minorem trucidavi: ipſos malos Deus peſſime perdidit. Tertio ſupervenit Soltainuoſſait, qui erat magnus Rex Perſarum cum centum ſeptuaginta millibus hominum, exceptis centum & ſeptuaginta millibus curruum cum gubernatoribus ipſorum, in nomine Domini illos CLXX. cum curribus, & rectoribus curruum perdidi, duces & barones trucidavi, omnium dominorum capita ad ſuas regiones miſi, & cum ipſi male diſpoſiti forent, propterea illos Deus peſſime perdidit, & gratias ago Deo meo, quoniam omnes illos perdidi, & ſuperavi: & ſi rogares quot regna, patrias quot ceperim, ſic reſpondere poſſem, caput tot regnorum eſt India, finis locus Cathay, latus unum eſt Aſia, & aliud Æthiopia. De omnibus eſt laudandus Deus: omnes civitates fortiſſimas, & caſtra cepi, propter cauſas iſtas tardus fui ad complendum ordinata, & promiſſa per me: ſed ſi mihi largitur vitam Deus promiſſa complebo: ſuper quibus promiſſionibus ſto, & firmiſſimus maneo. Super illis igitur verbis prioribus & pactis præmiſſis dormio ſemper, & vigilo, illa verba nunquam expellent a me, deſiderans explere promiſſa, quæ ſunt ordinata cum amicitia tua: nihil igitur diſponere debeo quam, quod promiſi amicitiæ, quod fiet præſto cum benedictione tua magna, nihil enim mihi obſtabit: cum qua tua benedictione nihil eſt aliud, quam ad te obviam venire. In Deum igitur juro, & his in ipſum juro Deum, quod firmus ſum ſuper promiſſionem, quam feci. Itaque prout promiſiſti tu, ita perfice: erit igitur Deus in adiutorium noſtrum. Literæ tuæ rogo non deficiant a me cum homine tuo. Litera hæc ſcripta eſt more noſtro Turco anno a Mahometo citra octingenteſimo ſeptuageſimo quinto de menſe Lamadi circa finem in loco nominata Chracagiam.*

Pontificis preces expetitæ a barbaro.

Aſſamberb filius Othman.

Non vane hæc jactata fuere; proximo enim anno Uſumcaſſanus acre bellum cum Mahomete Turcarum Imperatore in Aſia geſſit, ac ſi Ludovicus Francorum Rex exercitum ſuum in expeditione duxiſſet adverſus Turcas, ſi ducenta armatorum millia, uti Germani decreverant Ratiſponæ, ſe effudiſſent in Turcicum Imperium; ſi Matthias victrices ſuas conjunxiſſet acies, ut conſtitutum erat, ſi univerſa Italia, uti pacto fœdere juraverat, claſſem cum Rhodiis inſtruxiſſet, haud dubium eſt quin Uſumcaſſano ſocio Chriſtianæ res reparatæ, & Mahometes Turcæque exciſi fuiſſent; ſed principes ipſi Chriſtiani, exceptis Venetis paucisque aliis, quantumvis eos proximis annis Uſumcaſſanus repetitis legationibus excitaret, vel marcuere otio, vel ad civilia bella converterunt. L.

Defuere occaſioni præclariſſimæ ſua culpa occidentales.

Anglia quidem hoc anno ineunte civilibus agitata furiis triſtia calamitatum humanarumque viciſſitudinum exempla edidit. Perfugerat, ut ſuperiori anno diximus, Eduardus Rex Angliæ ad Carolum ducem Burgundiæ ſororium ſuum, qui magno curarum fluctuans æſtu, ne Anglorum, quibus jam ſolio reſtitutus Henricus imperabat, Francorumque armis conjunctis opprimeretur, palam edicto cavit, ne quid in Anglos novaretur, vel Eduardo præberentur auxilia: clam tamen illum multo auro, & conducta claſſe inſtruxit, qua Londinum invectus ibi amicorum opera excе- LI.

Nova in Angliæ converſiones.

NOTÆ om vero hanc eſſe victoriam puto quam adnotat Hizi Haliſe in chronologia hiſtorica rerum Turcicarum vernacule reddita a Joanne Carli Juſtinopolitano. Anno enim egiræ 872. qui Chriſti eſt 1467. narrat principem Ebuſſaid (qui forte idem eſt ac Arſandach filius Mahometis) congreſſum in Armenia cum Haſſan Tavil (Uſumcaſſano) in provincia Carabag (quæ forte eadem eſt cum Chacagia, unde literæ in annalibus recitatæ datæ ſunt) inſigni prælio proſtratum cecidiſſe. Quæ ſi valeat conjectura certum tempus victoriæ, cujus hic ſermo in annalibus, diſcimus. MANAS

Eduardus Warvici comitem obtruncat. Regis Henrici filius necatus in prælio.

ceptus eſt, ac mox comparato exercitu adverſus Richardum Warvici comitem ſigna extulit, eumque in acie obtruncavit, cum fratrem ſuum Clarentiæ ducem, qui a Warvicenſi Henrici ſolio reſtituti odio, in medio pugnæ ardore defecit, ſibi conciliaſſet; deinde etiam adverſus Margaretam Reginam, & Eduardum Henrici filium Walliæ principem progreſſus victoriam retulit. Eduardus vero in acie cum Regina ipſa matre, quæ utpote maximi animi fœmina ad virum liberandum ſæpius exercitum inſtauraverat, captus, cum ad eundem Eduardum Regem adductus eſſet, interrogatuſque cur regnum armis divexaſſet, reſpondit ſe avitum regnum recuperatum veniſſe, ob cujus vocis conſtantiam mox a Georgio Clarentiæ, ac Richardo Glocceſtriæ ducibus contrucidatus eſt: Margareta in cuſtodiam tradita, poſtea pretio redempta fuit a Gallo Rege.

LII. Henricus Rex in carcere cæſus.

Supererat tot maiorum ſpectator Henricus exauthoratus Angliæ Rex, quem cum Guilielmus Facombrigius contracto maritimo terreſtrique exercitu liberare tentaſſet, propulſatus exitium illi paravit, nam, ut Eduardus omni inimicorum metu liber imperaret, Henricus in Londinenſi turri interfectus eſt: *Hunc*, inquit Polydorus Virgilius (a), *ut fama conſtans eſt, Richardus Glocceſtriæ dux gladio percuſſit, ut Eduardus Rex ejus frater omni hoſtili metu liberaretur; ſed quiſquis ſanctiſſimi viri percuſſor fuerit, ſatis liquet, tam parricidam, quam parricidii authores dediſſe commiſſorum pœnas, qui cum deinde non habuiſſent inimicos, in quos ſævirent, in ſeipſos, ſicut infra perappoſite declarabitur, crudelitatem exercuerunt, proprioque ſanguine ſuas polluere manus. Exin Henrici corpus ex turri nullo cum honore ad templum divi Pauli delatum, tota die ibi in capulo jacuit, ac poſtridie ad cœnobium monachorum ordinis D. Benedicti, quod eſt in vico, qui Chertesſeja vocatur, & diſtat a Londino quindecim millia paſſuum, deportatum eſt, eoque loci ſepultum: ſed non multo poſt ex eo loco ad Vindeſorium caſtrum delatum in æde D. Georgii novo mauſolea infertur.*

(a) *Polyd. ubi ſup.*

Lancaſtrenſis familiæ ſanguis fuſus, quæ tantum ſanguinem fuderat.

Tradit idem author hanc Lancaſtrenſis familiæ calamitatem aſcriptam a ſapientibus divinæ juſtitiæ, quia regnum ob Henrico quarto ſexti avo per vim, & Richardi Regis cædem quæſitum fuiſſet atque ideo ab ea diu poſſideri familia non potuiſſet, & avi peccatum in nepotes redundaſſe per innumeras etiam cruentas ſtrages: eoſdem Henricum V. & VI. Gallicum regnum occupare anniſos vidimus, & pacem Chriſtianæ reipublicæ a Turcia janiaræ pernecеſſariam reſpuiſſe Henricum VI. quamquam non tam ei, quam adminiſtris, qui, cum nullum fundendi Gallici cruoris finem facerent, in variis prælis, in quibus octoginta principes regia ſtirpe ſatos periiſſe refert Philippus Comineus (b), ſeipſos contrucidarunt, tribuendum videatur: Henricum enim, præſertim ex quo civilis belli calamitatibus fuit afflictus, ſanctiorem vitam ſectatum referunt: *Abhorrebat*, inquit Polydorus Virgilius (c), *ſuapte natura tam corporis quam animi vitia omnia, ex quo jam inde a puero honeſtus fuit, integer, mali expers, boni capax, contemptor rerum omnium, quæ animos mortalium labefactare ſolent; item injuriarum, quibus identidem affectus eſt, ſic patiens, ut non vindictam appeteret, ſed ob illud ipſum Deo optimo maximo gratias ageret, quod per id ſua delicta dilui putaret, quid quod vir bonus, gratus, pius, modeſtus, ſapiens tot ſibi mala cum ſuis tum ſuorum majorum permultis peccatis vitiiſque veniſſe prædicabat? quapropter non quam dignitatem, quos honores, quem vitæ ſtatum, quem filium, quos amicos amiſiſſet magnopere cogitabat, aut dolore torquebatur; ſed in qua apud Deum offenſa eſſet, id curabat, id lugebat, id dolebat. Hæc & hujuſmodi veræ ſanctitatis officia fecerunt ut ejus nomine, dum vivebat, miracula a Deo edita fuerint: ex quo Henricus ſeptimus Rex non immerito ab hinc paucos annos eum inter divos referendum apud Julium Pontificem Romanum curare cœpit, ſed morte poſt ſtatim obita id officium præſtare nequivit.* Vaticinatum illum idem author tradit, viſo nimirum Henrico Edmundi comitis Richemundiæ filio cum potiturum aliquando regno: *Principes*, inquit, *qui aderant ſic affatus dicitur: Iſte, nempe, iſte eſt, cui nos ac noſtri adverſarii rerum poſſeſſione cedemus.* Recenſet Nicolaus Harpsfeldius (d) plura miracula interque ea hæc.

(b) *Comin. ſup. c. 7.*

(c) *Polyd. ſup. l. 24.*

Henricus Rex in adverſis ſanctitate excultus.

Fertur miraculis claruiſſe

(d) *Harpsfeld. in hiſt. eccleſ. in 15. ſecul. c. 21. ex lib. miraculor. Henr. VI.*

LIII. Duo juvenes divinitus vitæ reſtituti.

Contigit, inquit, *in hac*, ſcilicet Saresburienſi, *atque etiam Elienſi hoc ſæculo diœceſi uno eodemque anno duplex ſpectaculum admodum memorabile ſempiternaque memoria dignum.* Et infra: *Cum nonnunquam vel ignorantia decepti vel hominum potentiorum minis atque authoritate confracti, vel gratia atque affectibus ſiniſtris depravati reos nonnullos pronuntient, qui ab intentato crimine prorſus ſunt immunes, judices etiam ſæpe nulla alia accuratiore cognitione adhibita, & toti quaſi ab eorum dictatis pendentes innocentes injuſta addicunt ſupplicio: quorum tam præcipitem atque injuſtam ſententiam Deus nonnunquam admirabili & ſtupenda ratione reſcindit, atque evertit, & hujuſmodi innocentes præter & contra omnem humanam expectationem quaſi ab ipſis mortis & inferorum faucibus potenti ſuo brachio aſſerit: quod hiſtoria, quam jam in manibus habemus, illuſtri documento oſtendit, atque in Saresburienſi reo videtur, & po-*

ten-

Digitized by Google

tentis cujuſdam autoritas in cauſa fuiſſe, in illo vero Elienſi ignorantia potius ab officio & accurata juſtitiæ obſervantia traduxiſſe. Uterque furti delatus eſt, ille propter ſacerdotem ſpoliatum, iſte propter abactum, ſed neuter tamen objecto crimini obnoxius fuit, quod facile re integra cognoſci potuiſſet, ſi tam acris & exacta diligentia, atque par erat, in cognoſcendo fuiſſet adhibita. Utcumque fuerit utriuſque innocentiam Deus e ſublimi munda conteſtatus eſt, quippe quos cum integram horam poſt ſuſpendium in furca pendentes manſiſſent, & ab omnibus vitam humanam exuiſſe crederentur, jamque recto ſo laqueo abducti eſſent ut humarentur, repente vitæ reſtituit. Cujus accepti beneficii poſt Deum præcipuum authorem beatum Regem Henricum agnoſcebant, cui ſecundum Deum ſalutem ſuam in his anguſtiis commiſerant, & uterque poſtea confeſſus eſt, viſum ſibi beatum Regem Henricum, qui ope ſua effeciſſet, ne laqueo ſtrangularetur, & Sareſburienſi illi, qui Richardus Boys dictus eſt, quique apud Vuoſthorpe pagum, qui quinque circiter millia paſſibus a civitate Bathonienſi abeſt, beata virgo Maria, quam interpellarat, apparuit, miſeroque homini ſuppetias tulit. Quare hoc ille ſuſpendii periculo defunctus non ſolum Regis Vuindeſoriæ tumulum, ubi & laqueum, in quem collum ejus inſertum erat, in liberationis ſuæ monumentum reliquit quadraginta ſociis comitatus, ſed & celebre illud beatæ Virginis apud Vualſinghamum templum Chriſto Deo ejuſque matri beatoque Regi gratias, & quaſi victimam ſervatori oblaturus adiit. Illud etiam conſtat Richardum hunc non ſolum fratri Fulrachio, a quo ante ſuſpendium per exomologeſim a peccatis expiatus eſt, ſed & aliis ſerio atque conſtanter ſignificaſſe, ſe ex illo ſuſpendio non obiturum. Alter vero Thomas, & infra, *adiit B. Regis apud Chertſeiam tumulum prædic antequam beatum illius corpus Vuindeſoriam transferretur, ibi & deinde etiam Vuindeſoriæ ſumma Dei, & B. Regis in ſe beneficia omni gratitudine deprædicans.*

LIV. In Galliis Joannes Cardinalis, nec non epiſcopus Virdunenſis a Ludovico XI. Rege proditionis crimine onerati tenebantur in vinculis, de quorum cognoſcendo cauſa cum graviſſima lis eſſet, Paulus epiſcopum Civitatenſem, & Nicolaum Ubaldum judices decrevit (u). [1]

(u) Lib. brev. p. 62.

Decreti judices in causæ Balbæ Cardinalis.

Venerabili fratri epiſcopo Civitatenſi, & dilecto filio magiſtro Nicolao de Ubaldis capellano noſtro, & cauſarum palatii apoſtolici auditori commiſſariis noſtris.

In cauſa tam gravi aperte, ut petitis, deliberatione pluries cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & aliis viris peritiſſimis Deum timentibus habita, de conſilio eorundem fratrum vobis reſpondendum duximus. Quantum ad locum inſtituendi judicii attinet; id manifeſtum eſt judicium hoc coram nobis, & in hac noſtra Romana curia exerceri debuiſſe, qui cum cauſam hanc vobis, & extra eandem curiam etiam per viam accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, regia majeſtati electione data, commiſerimus, ipſius ſerenitati multum procul dubio detulimus: præterea cum cauſam hujuſmodi in civitate noſtra Avinionenſi regno Franciæ finitima, vel ſaltem in alia qualibet civitate, vel loco inſigni regni Franciæ, qui tamen alicui prælato eccleſiaſtico immediate ſubjectus eſſet, per vos audiri conceſſerimus: in hoc etiam regiæ majeſtati non parum favimus; nam ſi civilem cauſam ad forum eccleſiaſticum pertinentem, quam princeps adverſus ſubditum movet, aut ſubditi adverſus illum habent, in ejuſdem principis dominia committi jura vetant, quanto magis grave videri debet, ut cauſa hæc, quæ criminalis exiſtit contra perſonas multipliciter privilegiatas, videlicet Romanæ eccleſiæ Cardinalem & epiſcopum, qui etſi regiæ ſerenitatis judicio ſubjecti non exiſtant, in regno tamen, & regio mandato jamdudum carcerati adhuc tenentur ad ipſius Regis inſtantiam, in regno & civitatibus regiis commiſſa exiſtat, certe iterum in hoc regiæ majeſtati tam ob ſuorum prædeceſſorum merita, quam ejus, pro nullo alio principe ſimilia facturi, non minus detulimus: quæ ſingula, cum ſua majeſtas conſiderare voluerit, merito contentari debebit de loco per vos eligenda.

LV. *Quod ſi fortaſſis poſt hæc omnia, omnemque diligentiam a vobis adhibitam ad hoc induci nequiverit, poteritis eandem cauſam ipſam in civitate Turonenſi audire; dummodo tam Cardinalis quam epiſcopus vobis ante omnia tradantur, & judicium in ipſa civitate libere per vos exercere poſſit, ut videat Chriſtianiſſimus Rex ipſe, quod ſedes Apoſtolica in rebus etiam tam difficillimis morem ſibi gerat, quæ apud vos aut aliam per-*

NOTÆ [1] Cur Annaliſta hoc anno commemoret Joannis de Blave cardinalis detentionem, carcerem & judicium in eam cauſam inſtitutum nullam aliam excogitare rationem poſſum, quam mendum, quod in notas chronologicas epiſtolæ pontificis irrepſit. Signantur enim illæ die XXVII. decembris *anno MCCCCLXXI. anno VII.* Profecto annus pontificatus VII. & menſis decembris cum anno 1471. non congruunt, cum Paulus decembri menſe anni 1470. annum VII. ageret, & menſe decembri anni 1471. jam vita exceſſiſſet. Ex quibus plane convincimur annum 1471. pro anno 1470. mendoſe irrepſiſſe. Hæc igitur anno ſuperiori narranda erant. MANSI

perſonam eccleſiaſticam, donec lis ſit finita, tute ſervetis, vel ſervare faciatis, ut veritas ad lucem perveniat. Cæterum de inſpectoribus judicii uno vel pluribus laicis admittendis, quia in hoc majus vis eſſe, & plus eccleſiaſticæ libertati derogari videtur, nullo modo concedendum eſt, ut inſpector aliquis laicus admittatur, in quo neque privilegium quodlibet prodeſſe poterit, quando illud non exhibetur, & grave admodum ſit, ut princeps ſæcularis denuntians, vel accuſans prælatum in ſecretis cauſæ inſpectorem, vel cenſorem quempiam laicum deputet, ut per eum omnia merita cauſæ intelligat; & teſtes in ejus præſentia plus aut minus timore, vel amore dicant, aut ut unus, & idem pars ſit, & inſpectorem deputent, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum XXVII. *decembris MCCCCLXXI. anno* VII. Liberatus poſtea eſt diuturno carcere Joannes Cardinalis, qui plurimum poſtea gratia, & auctoritate in aula Romana valuit uti ſuo loco dicetur.

LVI. Ferrarienſis ducis titulo inſignitus.

Hoc anno Borſius Ateſtinus Mutinæ dux optime de ſede Apoſtolica meritus maxima pompa, ut regiam non æquaret modo, ſed vinceret, urbem ingreſſus a Pontifice Ferrariæ ducis titulo exornatus eſt, cum antea vicarii pontificii poteſtate tantum fungeretur; corrigendusque eſt ex Jacobo Cardinale Papienſi (*a*), Stephano infiſſura (*b*), & Pigna (*c*) Trithemius (*d*), qui rem in ſuperiorem annum conjicit; quod vero addit viſum multis non ad Papam, ſed ad Imperatorem pertinuiſſe illum ducem renuntiare, ſupervacaneum eſt refellere: ut enim Fridericus Imperator jam ante eundem Mutinæ & Rhegii, quæ urbes imperii ſunt fiduciariæ, ducem creare potuerat, ita Paulus Ferrariæ, quæ in ditione ac poteſtate Romani tantum Pontificis eſt, ducem renuntiare potuit. Quo autem ritu & pompa res geſta ſit, deſcribit hiſce verbis Pigna (*e*): *Feſto paſchatis die poſtridie idus aprilis Ferrariæ, cui civitati vicarii titulo præerat, dux eſt appellatus: res (quod non eorum tantum, qui interfuerant monumentis comperimus, ſed etiam ipſiuſmet Borſii ad Compagnum ſcribam literis juſſum cuncta fratribus, ac conſiliariis renuntiare) hoc modo eſt geſta. Pontificis ad rem divinam faciendam in anguſtiſſima veſte ad Petri ædem procedentis ſacri pallii laciniam manu ſublatam honoris cauſa geſtavit. Poſt tertias, quas vocant, preces abſolutas ab archiepiſcopis Mediolanenſi, & Cretenſi ad Pontificem deductus ab eo eſt in ordinem equitum D. Petri cooptatus, porrecto nudo gladio, quo illum eccleſiamque tutaretur, & Chriſti hoſtes male perderet: baltheo eum præcinxit Thomas Peloponeſi princeps, quem domo in urbem profugiſſe ſupra memoravimus; calcaria indidere Neapolea Urſinus pontificii exercitus præfectus, & Conſtantinus Sfortia Piſaurienſium reguli filius. Poſt ſacræ epiſtolæ prælectionem ab iiſdem ſacerdotibus coram Pontifice ſtatutus ſacramentum fidelitatis ei dixit: tum Litanias & præcini juſſit, & eccinit ipſe Paulus, Deumque optimum maximum precatus eſt, ut ea dignitas Borſio bene ac feliciter verteret. Mox priorum loco duo illum ſenatores unde ſurrexerat perduxerunt, ac poſtremo præeuntibus iiſdem archiepiſcopis poſt abluta, quæ Deo conſecranda erant, coram Pontifice ſtatuerunt, a quo ad pacis oſculum admiſſus continuo unumquemque patrum complexus atque oſculatus, Pontifici poſt ſacroſanctam communionem aquam abluendis manibus præbuit. Deinde ducis inſignibus eſt exornatus: ea autem fuerunt damaſcena veſtis alpinis candidiſſimis muribus ſuffulta. Late humeros operiens infula in galericuli modum acuta binis pretioſis lapillis utrinque dependentibus, virga aurea in manu dextera, ac torques collo infertus. Ita exculptum iidem Cardinales ſeſſum deduxerant. Poſt factam rem divinam ſenatus universus ipſius Pontificis mandato domum quam maximo honore eſt proſecutus. Poſtera die dutes habitu Paulum in Vaticanum euntem eſt comitatus, ibique inter Cardinales ſancta Maria in portico & Lucia appellatos medius conſedit. Sacro peracto Paulus ipſe magnis laudibus eum familiamque Ateſtinam publica oratione extulit, atque aliquot majorum ipſius illuſtria merita in pontificiam ſedem recenſuit: quamquam, ut, ſcripſit Borſius, complura nihilominora prætermiſiſſet. Dein ab duobus iiſdem Cardinalibus Ferrarienſi & Porticenſi ad pedes Pontificis perductus roſam auream de illius manu accepit, iterum ab altero patrum redditam Pontifici in ipſo templi limine populo ſpectante recepit; eſtque ipſius juſſu a toto ſenatu ad Marci ædes deductus.*

LVII. Paulo poſt verſus honos in titulum ſepulchri.

Addit exhibita Borſio alia magnifica officiorum genera, illumque ex urbe revertentem religionis ergo Lauretanam ædem adiiſſe: utque vitrea humana felicitas eſt partus novus ducalis honos verſus eſt paulo poſt in titulum ſepulchri; ex morbo enim XIII. kal. ſeptembris Borſius obiit, ac fratri Herculi principatum novæ dignitatis acceſſione amplificatum reliquit.

LVIII. Lauretanæ ædes exornata a Paul. II.

Cæterum Lauretana ædes maximo fidelium Deiparæ opem implorantium concurſu celebrabatur, ac Paulus eam pietatis ergo luſtraturis ſacra indulgentiarum præmia propoſuit (*f*): porro ex collata a Chriſtifidelibus ſtipe cœptum jam ante a Paulo templi opus auctum eſt, ut colligitur ex ejuſdem Pontificis literis datis (*g*) ad Parentinum epiſcopum, qui Recinetenſi eccleſiæ vicarii munere præerat, cuique eleemoſynarii gazophylacii aperiendi poteſta-

(*a*) *Papien. ep. 381.*
(*b*) *Infiſſ. mſ. Vat. arch. ſign. n. 11.*
(*c*) *Pigna l. 8.*
(*d*) *Thritem. in chron. Spanheim.*
(*e*) *Pigna ib.*
Qui ritus obſervati.
(*f*) *Lib. brev. p. 84.*
(*g*) *Ib. p. 104.*

teſta-

Digitized by Google

teſtatem fecit: *Ex literis*, inquit, *tuis intelleximus te ſpirare, quod hoc anno capella S. Mariæ de Laureto Chriſtifidelium eleemoſynis tam in ornamentis, quam in novo ex fundamentis ædificio talem proſpectum exhibitura ſit ut cunctis admirationi futura exiſtet, &c. Datum Romæ apud S. Petrum die 1. martii MCCCCLXXI. anno VII.*

LIX. Cautum (*a*) eſt hoc anno edicto pontificio, ne quis cerea ſigilla agni myſtici imagine inſignita, quæ ſoli Romani Pontifices maxime ad dæmonum infringendos conatus, arcendas tempeſtates, extinguenda incendia, liberandas partu laborantes fœminas, futura uſui facrare conſueverunt, etiam auro argentove incluſa quovis modo diſtrahere, aut permutare auderet.

(*a*) *Lib. 51. bull. de cur. pag. 151.*

Ad futuram rei memoriam.

Ne de rebus ſacris aut Deo dicatis ad devotionem, & ſalutem credentium ſanctorum patrum ordinatione provida inſtitutis, & pro impetranda venia, ac peccatorum macula abſtergenda inventis lucri cauſa fiat commercium, aut paſſim ut profana tractentur, univerſis & ſingulis cujuſcumque ſtatus, vel conditionis fuerint, eccleſiaſticis ſæcularibuſque perſonis auctoritate apoſtolica tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquas cereas formas innocentiſſimi agni imagine figuratas, quas Agnus Dei communis uſus appellat, & Romano tantum Pontifici pro ſupremæ poteſtatis arbitrio illas conficere, benedicere, conſecrare, & cum devotione poſcentibus pro remiſſione peccaminum elargiri licet, ut Chriſtifideles per ejus tactum, & uſum inter cætera invitentur ad Dei laudem, ab incendiis atque naufragiis liberentur, procellæ quoque turbinum, fulgura, grandines, tempeſtates, & omne malignum molimen procul ab eis pellantur, prægnantes abſque partus periculo conſerventur, quovis modo etiam auro, argento, vel aliis thecis incluſas, conſecratas, aut temeritate propria confictas per ſe vel alium ſeu alios publice vel occulte vendere, aut diſtrahere, ſeu permutare præſumant, &c. impoſitæ imperia ſpernentibus pœna. Datum. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXX. 11. kal. aprilis pontificatus noſtri anno VII.

Icunculatum quæ vocantur Agnus Dei poteſtas.

Vendi aut permutari prohibentur.

LX. In Luſitania Alfonſus Rex propagator Chriſtiani imperii expeditionem in Afros meditabatur, a quo Paulus inſigni & pretioſiſſimo ſaphiro donatus acceptum munus pretioſiori munere retulit (*b*), transmiſſa ad illum cruce aurea, in qua ligni dominicæ crucis portio incluſa erat, quinque adamantibus, & octo gemmis diſtincta. Commendavit eundem Regem Paulus, quod a duobus theologis ſeditioſis ſolicitatus, ut pro concilio celebrando regiam auctoritatem admoveret, ipſos ſapienti, & honorifico in ſedem Apoſtolicam reſponſo dato dimiſiſſet. Aſtrinxerat ſe ſolemni voto inter alia Paulus ante & poſt acceptum pontificatum concilium œcumenicum pro reſtituendo religionis ſplendore, ac Regibus omnibus fœdere in Turcas conjungendis celebrandum: & quamvis a Cardinalibus & Imperatore ipſo Romam veniente rogatus illud non eſt executus: quocirca ipſum divina ultione, ac repentina morte percuſſum cenſuit Jacobus Cardinalis Papienſis, ſuamque ſententiam (*c*) Cardinali Theanenſi expoſuit his verbis.

Pontifex & Luſitanus Rex certant muneribus.

(*b*) *Lib. brev. p. 71.*

Ad illud celebrandum ſe voto aſtrinxerat Paulus.

(*c*) *Card. Papien. ep. 421.*

LXI. *Quamdiu Paulus in eodem jurejurando manſit ac voto, ſucceſſum præbuit Deus; mox ut violavit, uno judicio æſtimationis & vitæ eſt facta jactura. Clamat propheta. Reddite vota veſtra domino Deo veſtro, terribili & ei, qui aufert ſpiritum Pauli, atque non modo vocem, ſed ne teſtem quidem interitus in morte miſerrima liquit: ſed lamentis ſit finis quando in iis ſine fructu eſt noſtro conſumptio.* Ita ſentiebat Jacobus Papienſis: verum non deerant rationes graviſſimæ, quæ Paulum deterruerant, ne concilium cogeret, ne ſcilicet, uti Baſileæ contigerat, novi aliqui tumultus Eccleſiæ inlicerentur: cumque præcipua cogendi concilii cauſa eſſet, ut principes fœdus ad Turcicam vim contundendam inirent, id ſe perfeciſſe putabat, dum ſolemnibus oratorum habitis conventibus, ſacrum in Turcas armorum fœdus ſanxerat.

Ob violatum votum repentina morte percuſſus creditur.

Ut non ſit temere carpendus.

LXII. Quod ad improviſam & inopinam illius mortem attinet, perſpicua erat illius cauſa, nimirum nimia ſanguinis plenitudo, qua nihil exitialius eſſe poteſt, ut divinorum judiciorum abyſſos ad cauſam mortis Pauli inquirendas ſcrutari opus non ſit, humanum enim omnino eſt repente hominem mori; nonne enim & ipſe Cardinalis Papienſis repentina morte, cum excutere quartanam putaret, extinctus eſt? Oppreſſus (*d*) igitur eſt vi repentina Paulus nocte ipſa, quæ in vigeſimam ſextam julii diem excurrebat, ac mane in lecto expiraſſe compertus eſt: nimia ſcilicet humorum plenitudine interceptis venis, cum die prævia in Cardinalium ſenatu lætior vegetiorque quam antea eſſet viſus. Is porro ſeptem annis, menſe uno minus & quatuor diebus, pontificatum tenuit, cum anno milleſimo ſexageſimo quarto trigeſima auguſti Pontifex renuntiatus fuerit, vitam deſeruerit nocte vigeſimam ſextam julii hujus anni præcedente, ut probatiſſimi ejus ævi chronographi referunt (*e*); quamquam non deſunt qui v. kal. auguſti, ut Platina aliique, obiiſſe Paulum ſcribant. Plura reprehenſione digna ſtylo aculeato recenſet Platina, cujus ſatyricum ingenium imbutum in Paulum malevolentia cum noſſet Joannes Antonius Campanus de ipſius obitu factus certior, præſagiens Platinam acerbiorem bilem in eum vomiturum

Nimia plethora ejus mortis cauſa extitit.

(*d*) *Inſiſſ. arch. Vat. ſig. n. 111. & Paul. Bened. Cola. mſ. ſig. n. 110. Panvin. in Paul. II. & alii.*

Platina in Paulum Satyram ſcripſit.

(*e*) *Id. ib.*

rum, hæc ad Jacobum Cardinalem Papienſem ſcripſit (a) [1].

(a) Apud Papien. ep. 397.

Scire etiam cupio quantum nunc Platina ſævit:
Manibus an parcat, abſtineatque pyra?
Sit defeſſa cavo diſiecerit oſſa ſepulchro?
Spueſcit in ventos, preſſerit an pedibus?
Et Platinæ quidem quis non ignoſcat ſi ſit iratus?

Sed parcendum eſt mortuis. Nec vana finxit animo Campanus; Platinam enim ultionis cupidine, quod in vincula ob impudentiam ſuam temeritatemque conjectus, maleque habitus fuiſſet, ſatyrico ſtylo in odium, & contemptum Paulum adducere apud poſteros annisum perſtringunt plures ſcriptores, ex quibus Papyrius Maſſonius geſta Pauli conſcripturus his præfatur: *Te in vita Pauli, Platina, non ſequemur, iratus enim, & inimica anima ſcribere videris, remque hiſtoricam indignam facere, quem ira & odia rapi indecorum eſt.* Nonnullisque interjectis: *Paulus*, inquit, *natura juſtus & clemens habitus, ut Platinæ inimici verbo utar, pontificium dignitatem ſic exercuit, ut neque eum laudare magnopere poſſis, neque acriter vituperare.* Poſtremo ſubdit: *Illum merita laudem ab perenne ſtudium pacis componendæ belliquæ deteſtandi, optimi enim Pontifices ſunt judicandi, qui nullum inter principes bellum ferunt.* Opponemus etiam Platinæ ſatyris Ægidium Viterbienſem Cardinalem, qui de ipſo hoc inſigne elogium monumentis mandavit (b).

(b) Ægid. Card. in hiſt. 20. ſæculor. ad Leon. X. Pontif. Max. LXIII.

Pauli elogium inſigne ex Ægydio Viterben.

Tam liberalis Paulus fuit, ut paucis argentum non donaverit: tam juſtus, ut furum, ſicariorum, maleficorum nemini pepercerit: tam clemens, ut occidi neminem paſſus ſit. Exilia peccata paulo poſt donabat venia: magna aut ad triremes, aut ad carceres condemnabat: literas eas coluit, quas ediſcere potuit. Grandis natu cum prius in mercatura more patrio ætatem triviſſet, amavit tamen fovitque quoſdam bonæ indolis, & literarum virtutumque ſtudioſos. Patrum numerum auxit aſcripſitque ſenatores decem, in queis Franciſcus fuit Minorum generalis, qui poſtea Sixtus IV. fuit. Dicebat in rebus aliis hominem eſſe poſſe, in eccleſiarum rectoribus creandis angelum, in collegio augendo Deum Pontificem eſſe oportere: qui in altero peccet impium, qui in altera dæmonem eſſe exiſtimandum: in illa unam eccleſiarum præſtitui, ac vera aliena conjungi & non ſuo, in hoc eccleſiae univerſae periclitari tum ob ea, quæ quotidie per ſenatum decernuntur, tum ob ipſos Dei vicarios, qui e ſenatu creari conſueverunt; quamobrem altera hac culpa non unum tantum, ſed plures ſimul peſſumdari, perdique pontificatus. Fuit Paulus eruditione Pio minor, animi magnitudine, & augendæ reipublicæ ſtudio non inferior, ſacrarum rerum exornandarum cura minor: uterque juſtus, uterque clemens: ille eloquentia, hic magnificentia melior. Uterque in eccleſiis collocandis diligens, in hominum delectu accu-

De creandis probis Cardd. Pauli ſententia.

NOTÆ [1] PAulus II. pontifex hoc anno rebus humanis exemptus eſt menſe, & die, de quibus in annalibus. Nullius pontificis paulo recentioris ætatis fama in ancipiti adeo verſatur. Sunt enim qui virum de avaritia, in literatos bonoſque viros inſectatione vituperant. Nihil illi ſanctum, non pacta ſacramento firmata, non votorum nuncupatione obſtricta religio, nihil denique legibus & jure, ſed omnia libidine, & voluntate adminiſtrata. Hæc pontificis illius oſores, quorum princeps Platina, ſed non unicus, nam & cardinalis Papienſis earum accuſationum nonnullas inſtruit, & hiſtoriæ miſcellæ Bononienſis ſcriptor, quam hoc anno abſolvit Rer. Ital. to. XVIII. pleraſque confirmat. Sed & pro Paulo ſcriptores alii non infimi nominis valide pugnant. Nam præter Ægidium Viterbienſem, & Philelphum, quorum de Paulo elogia recitat Annaliſta; egregie de illo meriti ſunt Michael Cannesius Viterbienſis, qui res ab eo pontifice geſtas literis conſignavit legendus Rer. Ital. to. III. par. II. & Gaſpar Veronenſis, qui pariter de rebus tempore Pauli II. geſtis commentarium ſcripſit, cujus librum II. III. & IV. lacinam vulgavit Muratorius ibidem & integrum opus doctiſſimis animadverſionibus ſuis illuſtratum, dein publici juris fecit cardinalis Quirinus, qui de antiquitate eccleſiaſtica, & profana egregie adeo meruit hucuſque & merebit in poſterum quoadusque ſoſpitem vitam, quam ad multos annos prorogari optamus, agere licebit. Porro quam amice literatos plures viros Paulus foverit ex Gaſparis ejuſdem teſtimonio diſcimus, unde de literatorum virorum inſectatione calumnia refellitur. Quam multa contulerit ex ærario ſuo præſulibus, & cardinalibus, quorum tenuior cenſus ampliſſimæ dignitati ſuſtinendæ impar habebatur Cannesius exponit, ex quo avaritiæ nota expungitur, cujus forte invidia ideo laboravit interdum pontifex, quod plurimum contrahere pecuniæ coactus ſit, ad Turcicum & Huſſiticum bellum ſuſtinendum neceſſarie. Quam & domeſticorum interdum tenax avaritia, ab eo ignorata, invidiam in pontificem inſontem creavit, cujus rei exempla apud eumdem Cannesium ſuppetunt.

In tanto ſcriptorum diſſidio quid certi ſtatuendum ſit, nec ipſe plane intelligo, nec ſi intellexerim lectoribus meis facile perſuaſerim. Quare ſuæ quiſque ſententiæ inſiſtat, etſi forte ejus ſanctimoniam cardinalis Quirini apologia, quam de Paulo genitli ſuo adornavit, pleno in lumine collocaverit, quæ de re judicium iis relinquo, quibus acute videndi vis collata eſt. Tuæ enim æqui erit lectoris ſtudio partium omiſſo laudatoribus pontificis hujus ſeſe adjungere, ac cohærere.

Paulo ſuccedit Sixtus IV. de cujus aſſumptione plura hic apud Annaliſtam. MANSI

curatus : ille ad externa recuperanda, hic ad domeſtica exornanda incitator : ille facilis in admittendis omnibus gratiſſimus, hic difficilis non niſi noctu : viſus graviſſimus & admirabili veneratione adorabatur. Et infra : *Illum domi vox, foris forma, gravitas, ornatus commendabat ; nam, ut omittam alia, corpore erat adeo procero, ut ad ſacra procedens humero tenus populum ſupereminerer.* Et infra : *Facundia, & literaria ſtudia ornabant Pium, Paulum gravitas, liberalitaſque commendabat : illa fovendis bonis ingeniis ; hic viduis, virginibus, epiſcopis, nobilibuſque pauperibus ſuſtentandis operam dabat : alter ineruditum epiſcopum vocabat aſinum ; alter avarum pontificem lupum appellabat : ille omnes eſſe doctos ; hic neminem pauperem eſſe laborabat : amabat ille eleganti ora ingenia ; hic viros magnanimos atque liberales : floruere ſub Pio mirum in modum bonarum artium ſtudia ; incredibilis ſub Paulo juſtitia viguit : omnes eo principe poeſim, oratoriam, & cultores muſas adamabant ; nemo hoc Pontifice vel ſeditiones civitatum, vel viarum latrocinia exercebat : ille ut nemo eſſet ignarus literarum ; hic tuta ut eſſent omnia procurabat. Fuit paulo ad ſervandam juſtitiam, ad juvandos egenos, ad ſacra exornanda major ſtudium.* Et infra: *Paulus aditu difficilis, exoratu plerumque durus, ſed qui deinde praſtaret longe plura, quam aut vultu aut oratione polliceretur, ut cedere vel verbis contendendo, vel re praſtando, nulli mortalium velle videretur. Denique ſi doctrinam aſpiceas, Paulus non modo Pio ſed nemini Pontifici non ceſſit : ſi domeſticam diſciplinam ſpectes, nec Pio nec Pontificum ulli ceſſit ; domi enim ſolus monſtra non aluit, nulla in familia inſolentia, nullus faſtus, ſumma in omnibus ut eſſet tum humanitas, tum modeſtia imperabat, qui ſecus ageret eum quem primum e familia ſemmovebat. Obiit apoplexia morbo Paulus, cum pridie ſenatum habuiſſet, viſus etiam aliquanto lætior eo die, quam quis unquam illum viderat. Repente renuntiato interitu attoniti in eam paſſim vocem erupere. Homo bulla : quo nihil cogitari poſſit infirmius, ut ſtatim occupet hominem non modo incolumem viſum, ſed etiam lætiſſimum, ut non ægris tantum mors expectanda, ſed & cum maxime vel ſani vel læti ſumus : tum maxime extimeſcenda eſſe videatur. Illud peculiare in Paulo, elatoque animo nihil commune, nihil non magnificum cogitare : dignus profecto hoc ſæculo, ut erecti ſublimiſque animi gloriatum floreret, quoniam cæli enarrant gloriam Dei.*

LXIV. (e) Philelph. l. 35. ep. 1. ad Sixt. IV.

Confutavit inter alios Franciſcus Philelphus (e) ſatyricos libellos, qui mox a Pauli obitu per Italiam ab impiis ultionis cupidis diſſeminati fuerunt : *Avaritia vero quæ unquam ſuſpicio in Paulum cecidit, qui & omnem ſemper ſimoniacam irritationem, ac pravitatem perinde atque peſtiferum morbum oderat, & indulgentias item ipſius temporum neceſſitate conceſſas, quoniam lucrariæ viderentur, magna ex parte abrogavit ? quæ vero vel gratiæ, vel expectativæ appellantur, ex quibus ipſis grandes theſauri conflantur, eas quam ſubtraxerit omnes ſciunt. At maledici calumniatores illius viri abſtinentiſſimi parſimoniam, quæ pulcherrima virtus eſt invertunt, & in avaritiæ nomen transferunt.* Interjectis nonnullis, ut opes in virginibus pauperibus dotandis, alendis religioſis, templis ornandis, Venetis contra Turcas juvandis profuderit, ſubiicit.

Ab avaritia abſuit.

Parſimonia male avaritiæ aſcripta.

LXV. *Atque illum accuſant incontinentiæ, quo neque frugalior erat, neque temperatior quiſquam. Satis is nobis debet videri continens, quia delicatioribus obſoniis, ac potibus ſe potiſſimum continet : hinc enim fons manat ad omnem voluptates intemperantiam. Quando illum audivimus bis repleri in die ? Obſoniis autem quam viliſſimis uteretur, ipſa vitæ exitus declarat. Fuerat Paulus Pontifex duas diei partes & amplius occupatus in eorum cauſis audiendis, atque expediendis, qui ex toto fere terrarum orbe eo convenerant, non modo octava Martii exeuntis illius hora præterierat, verum etiam nona, quod erat cœnandi tempus apud Romanos : menſa apponitur jejuno defeſſoque Pontifici ; at quibus referta obſoniis ? regalibus ſane & perſicis, quibus tandem ? peponibus ſcilicet, & minutis eſitis albiſque piſciculis, qui capiuntur in tyberi, hujuſmodi enim eſculenta ad panem addiderat. Quo autem vino Cretenſi ne, an Cyprio, an Rhodio, an Lesbio ? ex ipſo etiam Tyberi mera aqua : quibus ſane rebus effectum puto, ut ille ſibi mortem quodammodo conſciverit ; nam cum vellet naturæ vim omnem vehementiorem fervoremque compeſcere, non ſatis duxerat vino uti dilutiſſimo ſemper, ſed eo die aqua mera, & ea admodum frigida potui uſus eſt. Itaque ex ejuſmodi eſculentorum ac potus mala & turbulenta concoctione ventris ſurgentibus flatibus, tum ii meatus, per quos fit reſpiratio, illico ſunt obſtructi, tum mors continuo, nervorumque omnium contractio conſecuta. Sed ii, qui aut hujuſmodi cauſas naturæ ignorant, aut ſunt animi livore atque odio in ſanctiſſimum patrem illum exulcerati, alii inſitia, alii malevolentia novas fabulas per Italiam diſpergunt : quare tui muneris eſſe arbitror pater pientiſſime & optime, ut tanta vel hominum impudentiæ, vel impietati conſulas, quo vel caſtigando, vel plectendo veritati ſit locus. Non multo priuſquam migraret ex hac luce, in te unum conjectis oculis, cum dixiſſe audio. Hac mithra pater Franciſce (habebat enim in manu pretioſiſſimam illam mithram, quam tan-*

Frugalitas ejuſdem mira.

Cauſa naturalis mortis illius repentinæ.

Fertur ſucceſſori pontificatum prædixiſſe.

taatis gemmarum & margaritarum opibus ad honorem pontificatus inſignierat) caput tuum decoratura eſt in Chriſto Jeſu. Cui ſane de te prædictioni rem videmus non multo poſt contigiſſe, &c. Ex Mediolano XIX. *idus januarii anno a natali Chriſtiano MCDLXXI.* Illud porro certum eſt teterrimam calumniam a novatoribus (*a*) ei imponi, dum in actu venereo a diabolo ſtrangulatum mentiuntur : fingunt etiam alia quæ a piis authoribus refelluntur. (*b*) In Paulo II. res geſtas Pontificum deſcribere deſinit Platina, qui typis cuſus circumfertur, quamvis etiam Sixti IV. vitam attigerit, ſed eæ elucubrationes (*c*) typis cuſæ non ſunt, atque in Vaticano tabulario (*d*) reconduntur, quatuordecim vero poſteriorum Romanorum Pontificum vitas contexuit Onuphrius Panvinus Auguſtinianæ familiæ alumnus.

Impudentiſſime novatorum calumnie.

(*a*) *Pleſſ. in myſt. iniq.*

(*b*) *Gretſer. c. 64.*

(*c*) *Ext. in mſ. miſcel. bibl. Vatic.*

(*d*) *Volat. l. 21.*

SIXTUS PP. IV.

LXVI. Juſtis funebribus Paulo ex majeſtate pontificia perſolutis Franciſcus Roboreus vulgo de Ruvere Saonenſis, jam ante a Paulo ipſo ex Franciſcana familia in Cardinalium numerum adſcitus, ſive ex Roborea ſtirpe prænobili Taurinenſi natus eſſet, ſive eidem ob clientelam aſcriptus, de quo plures certant ſcriptores, in ſacris comitiis delectus eſt. Prima purpuratorum ſuffragia, quod ſecretum ſcrutinium appellatur, quatuor candidatos edidiſſe ferunt Nicænum, Rothomagenſem, Urſinum, ac Papienſem : tum rem ad unum Nicænum ſpectare viſam, ſed illius antiqua ſeveritate perpenſa omnium mox vota in Franciſcum tit. S. Petri ad vincula Cardinalem Roboreum verſa. Nonnulla cæteroqui arcana ad hujuſcemodi comitia pertinentia aperuit idem Cardinalis Papienſis (*e*), dum multa de ſe, eaque falſa Galeatio duci Mediolanenſi renunciata eſſe queritur, ipſum nimirum dediſſe operam, ut adverſarum Mediolanenſi factioni partium Cardinalis ad Pontificatum eveheretur, fateturque ingenue lenocinatum ſe ambitioni, ac merito eorum contraxiſſe odia, quorum cupiditatibus in re ſanctiſſima, in qua omnibus aliis poſthabitis, divinæ tantum gloriæ ſtuduiſſe debuerat, obſecundaſſet : *Si adeſſe*, inquit, *valuiſſem ubi periculum agebatur, & quibus ſuſpenſum procipem ſciebam, fortaſſe alio quam Xyſti nomine Pontificem haberemus. Non igitur injuria me Deus ulciſcitur, qui facere omiſerim quæ facto opus eſſe noveram*, Celebrata eſt pontificia creatio nona auguſti die (*f*), ac Sixti nomen novus Pontifex ſuſcepit, quod die Sixto Papæ ac martyri ſacro Cardinales conclave eſſent ingreſſi ; ſymbolumque ex pſalmographo (*g*) mutuatus eſt : *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram.* Arcano quidem divinæ providentiæ conſilio vocatum ad pontificatum & ſuſcipiendæ ab eo Franciſcanæ diſciplinæ, dignitatiſque pontificiæ aliquando gerendæ ſigna in eo præluxiſſe, ſervatumque vitæ & maximis ereptum periculis Sancti Franciſci ope, refert Bartholomæus Platina Cremonenſis (*h*), & ejuſdem primitias accurate deſcribit ſic inquiens.

De Beſſarione ad Pontificatum evehendo actum. Cardinalis Roboreus demum delectus.

(*e*) *Card. Papien.* 395.

Sixti IV. nomen accipit.

(*f*) *Paul. Bened. Nicol. mſ. Vatic. ſig. n. 110. Plat. mſ. Vatic. in Sixt. IV. vita.*

(*g*) *Pſ.* 120.

Quæ ſententiam pro ſymbolo accepto ab ipſo.

(*h*) *Bartbol. Plat. in Sixt. IV. vita mſ. bibl. Vat.*

LXVII. *Sixtus IV. patria Savonenſis patre Leonardo, matre Luchina Cellæ naſcitur in pago maritimo, qui ab urbe Savona quinque millibus paſſuum diſtat, eo namque parentes confugerant vitandæ peſtis cauſa, quæ tum maxime Liguriam vexabat. Ruvere cognomentum familiæ eſt vernacula eorum lingua, hoc autem robur Latine appellabimus, vel quercum potius, ne ab inſigni gentilitio ſcutorio familiæ diſcedamus. Videre per ſomnium viſa eſt mater ante partum editum infantem a B. Franciſco cuculla pie ac ſancte indui, quo habitu ipſius ſancti fratres utuntur, aſtare enim duo fratres videbantur, quorum alter tunicam, alter vero caputium, & cingulum infanti porrigebat. At vero dum obſtetrix puerum cui Franciſci nomen indiderat, ut fit, accurate in balneo lavaret, eumdem cernit duos digitos quaſi ſignaturos aquam erectos tenentem, quare mater, dum puer in undis aliquando defeciſſet, ac pene necatum obſtetrix ad ſe detuliſſet, ſomnii memor vovit ſe induturum filium S. Franciſci habitu, facturumque ut eumdem ſex menſibus ferret. Tranſacto autem hoc ſemeſtri, amoteque habitu, puer iterum in gravem ægritudinem incidit annum jam natus & eo amplius, repetito itaque voto mater filium incolumem recipit. Verum cum infans adoleviſſet eleganſque ac ſcitus a civibus eſſe videretur, non defuere qui parentes increparent, quod tam bonæ indolis puerum tam tetrica & auſtera vita addixiſſent, antequam ipſe per ætatem ſaperet, quod vivendi genus ſibi potiſſimum eligendum eſſet : non eſſe vinciendum tali habitu puerum, ſed ſinendum potius ſæculari, & civili more vitam ducere. Hoc idem cum reprehendiſſet Petrus cognomento Joppus, caſtigaretque verbis parentum ſuperſtitionem, ut ejus verbis utar, puero habitum detrahit : qui ex re febri ſtatim correptus intumeſcente gutture liberari tanta ægritudine nullo modo poſſe videbatur, niſi denuo votum repeteret. Mater itaque Joppo ob ſpretam religionem filiique diſcrimen infenſa, puero habitum reſtituit, ſanctoque iterum addicit : qui demum liber factus nonum agens annum cœnobiumque frequentans, domo enim eo quotidie proficiſcebatur, Joanni Pinarolo viro optimo committitur, a quo ordinis mores vitamque Minorum imbiberet.*

Prægnanti adhuc matri oſteoſum divinitus Franciſcanam diſciplinam profeſſurum.

In extremis devotus a matre S. Franciſco.

Detracto illi habitu Franciſcano periclitatur.

Reſtituto habitu iterum addicitur S. Franciſco.

Ea-

LXVIII.

(a) *Anglicus in Lucubr. Tyburtin. de Six. IV.*

(b) *Ext. apud Luc. Vuad. to. 8. anno 1507. n. 46.*

(c) *Lib. brev. & bull. p. 232.*

Eadem viſa Sixti matri oſtenſa cecinit verſu protonotarius Anglicus (a), traditque ſigna gerendi pontificatus præluxiſſe in infantili ætate, in qua ſigno crucis Savonenſem populum luſtrare viſus eſt. Profeſſus quidem eſt Sixtus publicis literis, (b) ſe meritis S. Franciſci ad varios honorum gradus tum ad ſummum pontificatum provectum fuiſſe: *Firma*, inquit, *fide tenemus certiſſimeſque in nobis experimentis didicimus quod ad officia, & dignitates, ad quas in minoribus promoti fuimus, & ad hunc ſummi pontificatus apicem meritis, & precibus ſeraphici patris, & fundatoris promoti fuimus*. Id etiam confirmavit (c) cum ſacellum magnificum in honorem Deiparæ ac SS. Franciſci & Antonii Patavini in baſilica Vaticana condidit.

LXIX. Inter Franciſcanos ordini præfectus eſt.

A factione Mendicantium provocantium ad Concil. a Paulo abſtinuit.

Sacra purpura ornatus monumenta ingenii edidit.

(d) *Plat. in Sixt. IV.*

Excultus pietate, & literis apud Minoritas, varioſque adeptus munerum gradus ſuprema etiam ordinis præfectura functus eſt; quo tempore cum Paulus II. Calixti III. literas, quibus Mendicantium familiæ ad commune jus redigendæ erant, promulgare meditaretur Mendicantium ordinum magiſtri in eam prorupere temeritatem, ut provocationis ad concilium formulam ediderint; ac ejuſmodi factione Franciſcus ſeſe non implicuit, atque apud Paulum eſt profeſſus, ſe ab eo facinore abſtinuiſſe. Ob inſignia autem virtutum ac doctrinæ ornamenta annitente Beſſarione cardinalatu a Paulo II. eſt inſignitus: nec propterea literatum eum abjeciſſe ſtudia, ſed pluribus etiam editis commentariis Eccleſiam doctrinæ ſuæ radiis collustraſſe, egregiiſque iis dotibus iter ſibi ad ſummum pontificatum ſtruxiſſe, recenſet hiſce verbis Platina (d), de quo paulo ante memoravimus: *Ob dignitatem adeptam & negotia literarum ſtudia non miſit unquam, nam & librum edidit de ſanguine Chriſti. & ſcripſit, ſive errorem impugnavit a Carmelita quodam Bononiæ excitatum; auſus namque eſt homo temerarius aſſere Deum quidem ſua omnipotentia, ut vocabula theologico utar, hominem damnatum ſalvare non poſſe. Scripſit etiam de futuris contingentibus propter altercationem Lovaniæ ortam inter Henricum quemdam virum doctum, & omnes ſcholaſticos Lovanienſes.* Et paulo infra: *Aggreſſus eſt & opus admodum neceſſarium, oſtendere enim annixus eſt rationibus quidem & non vulgaribus, Thomam Aquinatem, & Scotum in ſententiis convenire, licet verbis differre videantur, ad tollendas diſcordias & altercationes, quæ ob hanc rem inter utrumque ordinem quotidie naſcebantur: tanta enim integritatis habebatur, & doctrinæ, ut huic uni ex cœtu Cardinalium ad fidem pertinentia potiſſimum committerentur. Verum dum his rebus intentiore cura vacaret, damque jus canonicum legendo percurreret, mortuo Paulo, patrum conſenſu Pontifex creatur anno ſalutis Chriſtianæ ſalutis MCCCCLXXI. v. id. auguſti.*

D. Thomam et Scotum inter ſe conciliavit.

LXX. Orta ſeditio dum ad Lateranum ſolemnem pompam duceret.

(e) *Panvin. in Sixt. IV.*

(f) *Ext. apud Fel. Contel.*

Encyclicæ ejus ad Fideles literæ.

Pontificia thyara exornatus eſt VIII. kal. ſeptembris; cumque ad Lateranenſem baſilicam de more feſto ornatu, ac ſolemni pompa pergeret, vitæ periculum adiit; equites enim pontificii, dum turbas ſubmoverent, quoſdam habuere aſperius qui vocatis aliis ſubſidio illos adorti ſunt, Pontificemque & lecticam ſaxis appetierunt: ſed Latinus Urſinus obequitans plebis furorem compreſſit; recenſet hæc Panvinus (e): ex quo etiam colligitur, egiſſe tum Sixtum ætatis annum quinquageſimum ſeptimum, cum natum referat XII. kal. auguſti hujus ſæculi anno quatuordecimo. Eodem die exaratis encyclicis literis fideles de ſuſceptis a ſe catholicæ Eccleſiæ gubernaculis certiores fecit, rogavitque, ut preces Deo funderent, quo ejus ope confirmatus tantum munus ad divinæ gloriæ propagationem gereret: inſcriptæ ita ſunt apud Felicem Contelorium (f).

Prioribus, & communi noſtræ civitatis Interamnenſis.

Nuper felicis recordationis Paulo II. Romano Pontifice prædeceſſore noſtro de mortali hujus vitæ ærumnis ad cœleſtem patriam ſeptimo kal. auguſti, ſicut Domino placuit, evocato, afflicta talis paſtoris amiſſione mœrebat ſancta mater Eccleſia, cum venerabiles S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, ejus funere, & exequiis de more ſolemniter celebratis, ſolliciti, prout gravitas rei exigebat, de futuri Romani Pontificis electione, modo & tempore congruis in palatio apoſtolico apud baſilicam Principis Apoſtolorum de urbe conclave ingreſſi nobiſcum in unum convenientes, & ſuper tanti negotii deliberatione aliquandiu conſultantes, tandem Sancti Spiritus, a quo Eccleſia ipſa Chriſti ſponſa regitur, infuſione eorum animis ſic afflante, licet in alios majorum longe meritorum conſentire potuiſſent; tamen ad perſonam noſtram vota ſua unanimiter dirigentes v. id. auguſti nos tunc tit. Sancti Petri ad vincula presbyterum Cardinalem, neſcimus quo occulto, ſed certe nobis tremendo Dei judicio in apoſtolicæ celſitudinis faſtigio concorditer collocarunt. Super qua re, licet ipſi de noſtra imbecillitate conſcii, virium noſtrarum tenuitatem ad digne perferendum tantæ ſarcinæ onus animo metientes, aliquandiu quod nobis eſſet agendum dubii, deliberavimus tandem conſiderate, quod hujuſmodi electio non ab hominibus, ſed ab inſpiratione divinitus facta, cui reſiſtere non licet, provenſſet, cupientes bene agere, & prodeſſe potius quam præeſſe, in ſpiritus humilitate apoſtolicæ ſervitutis jugo collum ſubmiſimus, ſperantes illum, qui ab ipſa ſua eccleſiæ fundatione

tione infirma mundi elegit ut confunderet fortia, & qui electionis ipſius author fuit, vires ſuas in tanta neceſſitate nobis ſubminiſtraturum. Quapropter devotiones veſtras in Domino requirimus & hortamur, ut tanquam fideles & obedientes filii, in noſtra & ſancta Romana eccleſiæ devotione, ac ſolita ſubjectione fideliter conſtanterque perſiſtatis, & pium ac miſericordem Deum noſtrum inſtanter oretis, ut operi manuum ſuarum dexteram ipſe auxiliarem porrigat, ne tanti oneris mole opprimentur, ſed in beneplacito filii ſui dirigantur actus noſtri, ut Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ad ſui nominis laudem, & gloriam & commiſſi nobis populi animarum ſalutem præſideamus, &c. Dat. Laterani anno incarnationis dominicæ MCDLXXI. VIII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.

LXXI. Decernit tueri fidem contra Turcas.

Sub primis pontificatus ſui auſpiciis Chriſtianam religionem tueri armis adverſus fidei hoſtes conſtituit, ſignificavitque Chriſtifidelibus (a), non opes modo, verum etiam cruorem ſuum profundere ſeparatum: *Cupientes*, inquit, *pro fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalute non ſolum noſtras, & ſedis Apoſtolicæ facultates cameræ diſpoſitioni commiſſas, quarum partem non exiguam felicis recordationis Paulus prædeceſſor noſter tam pro dilectorum filiorum Hungarorum ſubſidio, quam nobilium virorum Deſpoti Moreæ, Scanderbechi domini in Albania & deſpoti Arethæ, & aliorum quamplurimorum magnatum, provinciarum, & populorum ſubventione, rebuſque aliis ad hanc rem conferentibus, ſaluti fidelium opportunis, uſque ad ſummam ducentorum millium florenorum liberaliter erogavit, exponere ſed etiam, ſi opus fuerit, imitatione illius, cujus vicariatum, licet immeriti, tenemus in terris, proprium effundere ſanguinem, & incommoda quæcumque ſubire, ejus cujus cauſa agitur, atque aliorum principum, & populorum fidelium freti præſidiis cœptum opus defenſionis fidei hujuſmodi ultra virium noſtrarum menſuram contra inſolentiſſimum hoſtem prædictum continuare intendimus, &c. Datum MCDLXXI. pridie kal. januarii pontificatus noſtri anno 1.*

(a) Sixt. I. brev. & bull. p. 15. ep. 11.

Ducenta aureorum millia a Paulo conſumpta contra Turcas.

Non opes modo ſed ſanguinem fundere ſeparatum profitetur Sixtus.

LXXII. Deſcribit aliis literis encyclicis (b) Mahometis II. Turcarum Imperatoris ſecundos progreſſus, acerrimaque in oppugnando Chriſtiano imperio molimina, quo Chriſtiani conjunctis armis ad illius vim infringendam conſurgant.

(b) Ib. p. 12. n. 10.

Ad perpetuam rei memoriam.

Infra noſtræ mentis arcana pia conſideratione ſæpius ut tenemur, non abſque gravi cordis dolore animadvertimus etiam truculentiſſimam Turcorum gentem, impii canis Machometis ſectatricem, adeo rabide in Chriſtianam religionem inſurrexiſſe, ut non modo Pamphiliam, Ciliciam, Liſiam, Paphlagoniam, Thraciam, Epirum, Peloponeſum, Bœotiam & ipſam præclariſſimam urbem Conſtantinopolitanam orientale caput ac alias terras, urbes, & loca orientalis imperii violenter occupaverit, verum etiam velut immaniſſimæ belluæ Chriſtianum ſanguinem anhelantes Myſiorum, Triballorum, & Illyriorum terras, ſuo acerbiſſimo imperio ſubegerunt, & uſque adeo eorum vires creverunt, ut non Danubius profundiſſimus amnis, nec Illyris aſperrimi montes, eorum impetum retardare potuerint, quia fluminum tranſitu, & locorum difficultatibus ſuperatis, illinc per omnem graſſentur Pannoniam ad interiora uſque Germaniæ, quod dolenter referimus: hinc vaſtantes ſundantoſque omnia ferro, & igne depopulentur. Profecto ſævitiæ, ac immanitatis genera teterrimi hoſtes in Chriſtiano populo exercuerunt, quæ recenſere horret animus: Chriſtianum ſanguinem per infinitas lacbrymas, & inaudita tormenta ad ſatietatem immaniter effuderunt, omnibuſque ignominiis, & injuriis, variiſque necis cruciatibus eos affecerunt; templa ſanctiſſima, & aras Deo dicatas per ſummam impietatem polluerunt, ſanctarum quoque B. Mariæ virginis genitricis Domini, ipſiuſque Domini noſtri ſtatuas contemptu, deriſione, omnique contumeliæ genere perſecuti ſunt, aras Virginis violarunt: Chriſtiani nominis ſocios populum electum equorum ungulis contriverunt, & eorum ferociſſimo Imperatore imperante atque inſpiciente excoriarunt, & in crucem ſuſtulerunt ut mortem beneficii loco acciperint. His victoriis truculentiſſimus hoſtes tamquam virus exhalans potentiſſimo terreſtri exercitu, formidabilique claſſe Chalcidem Euboicamque inſulam terrendo tumultu anno evoluto aggreſſus, poſt longam obſidionem bellicorum tormentorum impetu portis effractis, & muris dejectis, flamma ferroque omnia complevit, unde gemitus illi miſerandi ad noſtras uſque aures pervenerunt.

Quot regna Chriſtianis erepta a Turcis.

Infanda eorum crudelitas.

LXXIII. *Et quia hoſtis noſter ad ſævitiam natus his teterrimis immaniſſimiſque facinoribus, hiſque ſimilibus non contentus, ſed ut Chriſtianum nomen de terra deleat, occidentale imperium animo concepit ſibi ſubigendum; ſunt enim ei magnæ vires, inexhauſta cupiditas, dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum; theſaurus immenſus, multitudo militum, ac bellicorum omnium apparatus, ingens corpus, & legiones firmiſſimæ in capita noſtra in dies comparat, ampliures laceſſit, urget, ut per omnes Chriſtianorum gentes ferro, igni, cædique evagando acerbiſſimum fœdiſſimumque ſuum imperium ad extremos uſque fines terræ propaget, &c. Dat. anno incarnationis dominicæ MCCCC. LXXI. pridie kal. januarii pontificatus noſtri an. 1.* Excitatum Sixtum ad ſacram in Mahometem expeditionem conficiendam a Ber-

Excindendi nominis Chriſtiani infana aviditas.

Digitized by Google

a Bernardo Juſtiniano oratore Venetorum refert additionum ad Monſtreletum author, illique expoſitum ab eo tyranno erepta Chriſtianæ reipublicæ duo imperia, regna quatuor, provincias viginti, ducentas urbes, innumerumque populum male perditum: quæ oratio in calce operis Sixti IV. de ſanguine Chriſti extat.

LXXIV. Ad hunc vero ſuperiore anno elegantem epiſtolam ſcripſerat Franciſcus Philelphus (a) orator clarus, in qua neceſſitatem urgendi Turcici belli ita expreſſerat: *Ducis veſtri vel aviditate, vel ignavia omnis eſt ſubſecuta calamitas, qui dum pro tuendo Iſthmo Corinthum oppugnat, & ipſe ictus ſaxo in nudum caput interimitur, & vobis e manibus Peloponeſus eripitur: ex quo quidem tempore quibus vos detrimentis, depopulationibuſque Turcos affecerit, non eſt meum in medium referre*; & infra: *Cum enim animadvertiſſet vos rem tantam negligere, haberequi ſocordius, vobis jam contemptui habitis, quos maxime ex omnibus principibus Chriſtianis propter ampliſſimas opes, atque mirificam inter vos inauditamque ex omni hominum ætate concordiam formidabat aperto marte Italiam verſus iter arripuit, brevique factum videmus, ut capta Peloponeſo, ac Triballis in deditionem actis, & cum Illyrico, Pannonibus cunctis inferioribus ſubjugatis, ecce bis & in Italiam ipſam impetum fecerit, & ingentem inde prædam aſportarit, tantumque & vobis ipſis, & aliis Chriſtianis principibus terrorem incuſſerit, ut vel de interitu dubitetur, &c. Ex Mediolano idibus ſeptembris anno a natali Chriſtiana MCCCCLXX.* Hortatus viciſſim eſt Venetos Franciſcus Philelphus (b) datis ad Nicolaum Tronum ducem literis, ut cœptum in Turcas bellum ſtrenue gerere pergerent, ac maritimis viribus, quibus erant ſuperiores, hoſtem contunderent, ne Cyprum Euboeamque, ac demum Cretam eriperet: *Cavendum eſt ne cum volites ſuſcepta vulneri, & jam putreſcenti atque incurabili mederi, veſtra quoque remedia ſera futura ſint; præſertim cum noviſſime nuntius ſit allatus, egiſſe Turcum in deditionem ſuam omnem illam continentis oram, quæ jacet e regione Rhodiorum atque Cypriorum, & iis in locis claſſem quoque parare maximam, qua ſive Rhodum ſive Cyprum invaſerit, & illis & vobis ingens eſt periculum illaturus. Quid ſi Ægyptum petat, atque per ipſum Nilum Memphim, cui nunc eſt Cario nomen, cunctis adoriatur viribus? num ſatis futuri ſint homines illi ſervi, obſcuri, ac pauci, qui tantum impetum ſuſtineant, cum habeant infenſos, & inimicos univerſos populos, quibus ſuperbiſſime dominantur? Potitus Ægypto, quod factu mihi perfacile videtur, num Syria carebit? tantis autem ubi creverit opibus, qua ſit Turcus vel veſtra, vel Chriſtianorum omnium potentia inhibendus, qui minus totius orbis terræ potiatur imperio? occurrite ſapientiſſimi magnanimique viri occurrite, & accenſum ignem, priuſquam æſtuet in flammas extinguite: ne illud & fruſtra tandem, & dedecoroſe dicendum ſit. Non putaſſem, &c. pridie nonas decembris anno a Chriſti natali die, MCCCCLXXI.*

(a) Philel. l. 32. ep. ad Bern. Inſiſſ.

Clades Venetis inflictæ a Turcis.

Ut ſerius de iis reprimendis cogitarint.

(b) Philelph. lib. ep. 34.

Expoſitum diſcrimen ne Rhodum & Cyprum Ægyptumque Turca ſubjiciat.

LXXV. Dum certant cum Turcis Veneti, ad comparanda pro tanto bello inſtruendo ac gerendo ſubſidia decumas imperavit (c) clero Sixtus; tum fideles ad conferendam ſtipem, propoſita (d) ampliſſima criminum venia, pellexit, docuitque communi ſtudio ſumptuque commune propulſandum exitium. Creavit vero quæſtorem pontificium Marinum Nicolai de Fregeno (e) in regnis Chriſtierni Regis, Dania nimirum, Norvvegia, Gotia, Slavia, ducatu Slevvicenſi, Holſatiæ, & Stormariæ comitatibus; tum in Livonia, & utraque Friſia; ac ſacræ expeditionis in Turcos promulgandæ authoritate inſtruxit. Adjecta eſt literis hæc temporis nota: *Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXI. prid. idus januarii pontificatus noſtri anno 1.*

(c) Ib. p. 15.
(d) Pag. 12.
(e) Lib. 2. bull. p. 22.

LXXVI. Similia mandata ipſum aliis dediſſe dubitandum non videtur. Cum autem tantæ rei moles tam ardua exigeret, ut Chriſtiani imperii principes & epiſcopi ad ſolemnes cœtus vocarentur, ut communi ſanctione belli ſacri auxilia decernerentur, concilium œcumenicum Laterani celebrandum indixit: cumque Imperator Fridericus Utini cogendum popoſciſſet, in quam urbem ſe conferre pollicebatur, Sixtus Mantuam, vel Anconam propoſuit: tum ob urgentem rerum difficultatem, ut periclitanti imperio Chriſtiano ocyus ſubveniret, quatuor legatos in varia regna decrevit, ut in iis exercitus conficerent, de quibus Bartholomæus Platina (f) hæc refert: *Celebrata coronatione ad rem eccleſiaſticam Chriſtianamque componendam animum adjicit. Concilio itaque tantam rem indigere arbitratus ad Lateranum id ſe habiturum oſtendit, quo bellum Turcis indici commodius poſſet, quemadmodum Pius Pontifex inſtituerat, ſi ei vivere licuiſſet. At vero dum hac de re maturius conſultaretur, Imperatorem rem Chriſtianam in magno diſcrimine cernens, Pontificem rogat, ut Utinum, habendi concilium locum idoneum, delegat: ſed Pontifex, cum videret Mediolanenſium ducem, aliquotque populos, & Italiæ principes id nequaquam approbaturos, cumque etiam proventus ſuos belli nervos abſente curia imminui videret non ſine ſuſpicione tumultus ſi ab urbe diſcederet, Mantuam primo, mox Anconam proponit, quo Imperator venire percommode poterat, hinc ex Tergeſtino ſinu navigatione, illinc ex Auſtria terreſtri itinere. Verum cum hac*

Concilium a Sixto indictum Laterani. Fridericus Imp. de loco litem movet.

(f) Plat. MS. arch. Vat. in Six. IV. vita.

Mantua vel Ancona illi proponitur.

Quatuor legati in varia regna decreti a Sixto.

deliberatione rem in longum protrahi videret, patrum conſenſu quatuor legatos decernit Beſſarionem Nicænum in Galliam, Rodericum Borgiam vicecancellarium in Hiſpaniam, Marcum Barbum in Germaniam, Oliverium Carafam Neapolitanum Cardinalem claſſi maritimæ in Turcos præficit.

LXXVII. Extant de his legationibus plurima diplomata, (a) de quibus proximo anno agetur. Nunc de Germanica legatione traditam Cardinali S. Marci, ut pacem inter Hungarum & Polonum de Bohemiæ ſceptro certantes conciliaret, diſtrictaque in mutuam perniciem arma in Turcas averteret, afferemus ex parte, in qua ita loquitur de Mahomete ambos Reges inter ſe diſſidentes opprimere annitente.

(a) Sixt. IV. regeſt. leg. 2. pag. 30.

Marco tit. S. Marci presbytero Cardinali in Alamannia, ac tota Germania, nec non univerſis, & ſingulis provinciis, civitatibus, terris, & locis ejuſdem Germaniæ ſacro Romano imperio ſubjectis, ac Hungariæ, & Poloniæ regnis A. S. L.

Ex pluribus victoriis, Chriſtianis in domibus torpentibus, obtentis in tantam ſuperbiæ & arrogantiæ flammam elatus eſt, nimirum Turcarum princeps, *ut terra marique reliquas fidelium regiones invadere & debellare; ſibique, ſi poſſit, univerſæ Chriſtianitatis imperium tyrannice uſurpare præſumat, in maximam divinæ majeſtatis offenſam, noſtrum & catholicorum Regum & principum, aliorumque fidelium ignominiam, dedecus, & jacturam: & [quod moleſtiſſimum nobis eſt, & maxime ſedet cordis amaritudini, nec aliter quam cum lacrymis referre poſſumus] occaſione regni Bohemiæ inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Matthiam Hungariæ, qui expeditioni adverſus ipſos truculentiſſimos Turcos vacare, ac inimicos exercitus, gentemque belligeram parare, ac ipſorum Turcorum ferocitatem reprimere conſuevit, nec non Caſimirum Poloniæ Reges illuſtres graves belli moles, diffidentiæ & diſceptationes ſuborta ſunt, nec facile ſpes inſtaurandi exercitus illis in oris pro reprimenda ipſorum infidelium Turcorum temeritate auſibus polliceri poteſt, niſi prius diſcordiæ, ac guerrarum turbines inter eoſdem Reges vigentes pacatæ, & ſedatæ, ipſique ad pacis, & quietis dulcedinem reducti fuerint.*

Polonus & Ungarus mutuis bellis implicati.

Sacra omnia a Mahomete conculcata.

Nos igitur etiam repetentes animo, non ſine amplori cordis mœrore, quot ſacrosanctæ patriarchales, metropolitanæ, cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac utriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca profanato deſerme ruinæ ſubjecta, illorum ornamenta, cruces, & calices, aliaque divinis deputata myſteriis conflata, deſtructa, ac [quod lamentabilius eſt] ſanctorum veneranda reliquiæ conculcatæ, & innumeri ſexus utriuſque fideles ad damnatum Machometicam ſectam ſub dura ſervitute recipiendam fuiſſe compulſos: & niſi per catholicos principes tantæ temeritati tantoque furori celeriter occurratur, majora ſemper detrimenta videntur veriſimiliter propediem futura. Et cum nos ad hujuſmodi neceſſitates explicandas, Regeſque, principes, potentatus, communitates, & dominia hortandum, requirendum, & monendum, ut ſemotis quibuſvis diſſidiis huic ſancto operi vacent, ac ſe ad reprimendum ipſius perfidæ Turcorum gentis elatos conatus accingant, perſonaliter progredi non valeamus, ad hujuſmodi præſentes neceſſitates, quæ & majores in foribus, & prope futuras, niſi protinus obvietur, cernimus declarandas, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, nonnullos ex eis legatos de latere ad diverſas mundi partes, regnaque & dominia tranſmittendos duximus.

Fideles ad fidem ejurandam adacti.

Principes commoniti ut arma capiant in Mahometem.

LXXVIII. *Igitur circumſpectionem tuam, ad Alamaniam, ac totam Germaniam, necnon univerſas, & ſingulas provincias, civitates, terras & loca ejuſdem Germaniæ ſacro Romano Imperio ſubjecta, necnon Hungariæ & Poloniæ regna tamquam pacis angelum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere tranſmittimus.* Et infra. *Nos autem ut fructus, quos inde futuros expectamus, quantocius eveniant, tibi omnes & ſingulas differentias, tam inter memoratos Reges, quam quoſvis alios quacumque eccleſiaſtica, vel mundana ſint prædita dignitate, occaſione regni Bohemiæ hujuſmodi, & quorumvis aliorum dominiorum ſubortas & quæ forſan ſuboriri poterunt, audiendi, illaſque ſedandi, & quietandi, nec non quoſvis pacis tractatus, & confœderationes inter eoſdem Reges & principes ineundi, & ſi opportunum tibi viſum fuerit, treuguas ad tempus, vel tempora, de quo vel quibus inter ſe concordaverint, indicendi ac hujuſmodi pacem, ſi ad illam tua accurata ſollicitudine induci poterunt, vel treuguas ipſas etiam cum cenſurarum exaggeratione obſervari faciendi, & mandandi, ac etiam ad hoc unam, vel plures dietam ſeu dietas in loco utrique partium tuto, in quo reges ipſi, ac perſonæ, quæ præſens poteſt tangere negotium, per ſe vel oratores ſuos legitimos comparere poſſint, alias, prout tibi viſum fuerit expedire, ſimiliter indicendi, & ſtatuendi, excitandique tam eoſdem Reges quam omnes, & ſingulos catholicos principes & populos, ut adverſus eumdem nefandiſſimum Turcorum principem pro defenſione fidei, pro ſalute patriæ, & propria, ac aliorum Chriſtianorum tuitione ſe ardenter opponant, ipſiuſque reprobos conatus reprimere ſtudeant, inſuper Cruciatam contra eoſdem Turcos prædicandi, & ab aliis prædicari faciendi,* pluribuſque interjectis de irrogandis pervicacibus hominibus cenſu-

Data legato imperia ut Bohemicam pacem conciliet.

Promulgari juſſa ſacra militia in Turcam.

ſurarum pœnis, reſipiſcentibus in Eccleſiæ gremium reſtituendis, imperanda eccleſiaſticis, exceptis tamen Jeroſolymitanis equitibus, qui cum Turcis bella gerunt, annua decuma ſubdit: *plenam & liberalem tenore præſentium facultatem, licentiam, & authoritatem concedimus, & impartimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXI. x. kal. januarii pontificatus noſtri anno 1.*

LXXIX. Quintum addit legationem Cardinalis Papienſis (a): ſed quæ fuerit non exprimit, ait enim: *Audio Cardinales duos noviſſime factos eſſe: legatos vero quinque qui ad rem Chriſtianam proficiſcantur:* Aſcripta eſt iis literis dies xxvi. decembris: fuerunt ii Petrus Riutius mediocri familia Saonæ ortus, & a Sixto a teneris annis in Franciſcano ſodalitio educatus, quem epiſcopum Tarviſinum ante deſignatum presbyterum Cardinalem tituli Sancti Sixti creavit, & Julianus Raphaelis fratris filius epiſcopus Carpentoratenſis S. Petri ad vincula presbyter pariter Cardinalis, qui poſtea pontificios apices conſecutus Julii II. nomen ſibi indidit: in ea vero re ipſum conceptum in conclavi juſiurandum violaſſe, ut privatis indulgeret affectibus, queritur Jacobus Papienſis (b). Porro ipſi Cardinali Papienſi legationis in Umbria obeundæ munus injunxit Sixtus hoc anno, ad pacandam nimirum provinciam multis turbatam ſeditionibus, ut ex pluribus ejus epiſtolis perſpicuum eſt. Qui etiam per idem tempus ad conſcribendos commentarios ſe comparabat: eamque ob cauſam Bertinum Lucenſem Andriæ epiſcopum rogavit (c), ut de Anglicarum rerum converſionibus, tum Burgundi ducis, Gallorumque Regis belli geſtis ipſum certiorem faceret.

(a) Papien. ep. 407.

Cardinalitius ſenatus auctus.

(b) Id. ep. p. 421. 423. & 488.

(c) Jac. Papien. ep. 383. Jac. Maph. Volat. in ejus vita.

LXXX. Sed ad Pontificis ſtudia ad pacandam Italiam adhibita redeamus. Cum Aſculum inteſtinis diſcordiis laniaretur, Sixtus B. Jacobum Picentem Minoritam, cujus operam ſummo ea in re emolumento futuram pro comperto habebatur, eo ſe conferre, concordiæque accedere interpretem juſſit (d).

B. Jacobus Picens ad conciliandos Aſculanos miſſus.

(d) Lib. 1. brev. p. 1.

LXXXI. De inſigni adeo viro prætermittendum non eſt: viſum ipſum ſuperiori circiter anno virginis Deiparæ, ſe illi per ſpeciem objicientis, ope liberatum fuiſſe (e) graviſſimo morbo, ut populos evangelica pietate informaret, cum ad inviſendam Lauretanam ædiculam ſe contuliſſet, ut narrat Horatius Turſellinus (f) ex monumentis Franciſcanis: additque eundem, cum a dæmonibus graviſſime infeſtaretur, iterum Lauretum luſtraſſe, atque intenſius oranti Dei Matrem ſe oſtendiſſe, monuiſſeque finem pugnæ adeſſe: atque ipſum cœleſti corona potiturum, de cujus pia morte dicetur inferius.

(e) Chron. Minor. Franciſc. l. 6. c. 3. & 4.

(f) Turſell. l. 2. c. 2.

Eodem anno Philippus Clivius cum a Gallis in prævalta turri vinculis conſtrictus teneretur, imploratu ſanctiſſimæ Virginis ope vincula ferrea oſſe bubulo diſcidit, utque Hallas ad perſolvendum votum ſe contulit, ut Juſtus Lipſius ex vetuſtis monumentis narrat (g).

(g) Juſtus Lipſ. in Virg. Hallen. c. 30.

Cæterum Sixtus pontificatus ſui initio pacandi Chriſtiani imperii cupidiſſimus, ne exitialia diſſidia, nonnullarum mercium occaſione, Catalanos inter ac Genuenſes concitata in apertum bellum erumperent, curavit. Cumque induciæ inter illos Ferdinandi Regis Neapolitani ſtudio initæ eſſent eum rogavit (h), ut cœpta ad felicem exitum perduceret: *Fuit inter Catalanos & ipſos*, nimirum Genuenſes, *ut ſerenitas tua ſcit, bellum diuturnum, ex quo infinita pene mala ſequuta ſunt: ſed demum per inducias ſi non omnino extinctum, ex aliqua tamen parte ſublatum eſt medio tuæ ſerenitatis accedente.* Et infra: *Tuam ſerenitatem hortamur, ut in re hac & cæteris, quæ inter Catalanos & Genuenſes pacem afferant, tecumque benivolentiam ſervent ita te habeas, ut & ipſi conceptam de tua ſerenitate opinionem non amittant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* xxvi. *novembris MCDLXXI.* an 1. Cæterum ad Ferdinandum ſibi conciliandum Pontifex eo illum inſigni beneficio affecit, ut annuum vectigal ipſi remiſerit (i) quandiu auxiliares in Turcas copias conjungeret: qui quidem hoc anno triremes ſeptemdecim eduxit: qua de re extat pontificium diploma exaratum proximo vere, regiis literis inſertum; junxiſſe etiam poſtea Sixtum cum Ferdinando affinitatem, ut regiam filiam Leonardo ex fratre ſuo nepoti in matrimonio locaſſe, refert Bartholomæus Platina (k).

LXXXII.

(h) Ib. p. 30.

Catalani & Genuenſes inducias pacti.

Annuum vectigal qua lege Ferdinando remiſſum.

(i) MS. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 129.

(k) Plat. mſ. Vat. inſcript. Miſcell.

LXXXIII. Hoc anno paulo ante kal. auguſti vitam pie clauſit (l) Dionyſius Carthuſianus in Hasbania, e vico ignobili Leodienſis diœceſis dicto Rikelo ortus, qui plura volumina magno pietatis ſenſu delibuta conſcripſit: nonnulla tamen caute legenda advertit Robertus Cardinalis Bellarminus. Hoc vero ad illius commendationem referunt, Eugenium IV. dum aliquem ex piis ejus commentariis forte inſpexiſſet, exclamaſſe: *Lætetur mater Eccleſia, quæ talem habet filium.*

Dionyſii Carthuſiani pia mors.

(l) Papyr. Maſſon. in Paulo II.

Operum illius inſigne elogium.

LXXXIV. Hoc anno Amedeus III. Sabaudiæ dux pietate ſpectatiſſimus exeunte junio menſe Aureliæ ab hominibus demigravit, quem ſingulari in pauperes liberalitate uſum memorat Lambertus Wanderburchius (m): *In egenos*, inquit, *pauperesque tam ſupra modum, & ad prodigalitatem uſque, auri argentique negligens, eſſet effuſus adeo, ut permagnum quotidie hujuſmodi hominum numerum in aula ſua aleret, ea de re a proceribus, iiſque quorum conſilio utebatur admonitus aliquoties, nullam arcem, nulla pro-*

Obitus Amedei.

(m) Card. Bellar. l. 3. de offic. principis Lamber. Vanderb. in Amed. III.

propugnacula, nulla mœnia æque ditionem ſuam conſervare reſpondit; atque hominum egenorum, qui ipſi Deo curæ, ſingularem hanc curam. In ea una provinciarum ſuarum omnium vires roburque, quod nulla queant expugnare caſtra, nulla evertere tormenta, conſiſtere. Eos ille homines commilitones ſuos appellare, eos accurate liberaliterque habere, iis cibum, & potum & detractas ſubinde corpori ſuo veſtes de ſua præbere manu, eorum convictu, ac familiaritate gaudere, & prope nonnunquam diſcumbere verſis illuc omnium mentibus. (Inſignis ejus liberalitas in pauperes.) (Firmari eorum precibus principatum ait.)

Cum a legato forte quodam extero nullos num canes haberet venaticos interrogaretur ingentem ſe poſtridie illi hujuſmodi canum numerum oſtenſurum reſpondit: reverſum autem ad horam condictam hominem, cum canes nulli apparerent, in proximum abducit triclinium, unde in ſubjectam aulæ planitiem deſpectus erat, ibi menſam illi admirabundo oblongam inſtructam, & ciborum omni genere refertiſſimam, accumbenteſque ad eam mendicos paupereſque quamplurimos oſtendit, atque hiſce hominem affatur verbis. Iſti, vir amice, canes ſunt quibus in vita hac, cujus brevis incertaque periodus eſt, cælum ego venor, alimentoque expedio quæ manus omni præſtantiora famem mihi in perpetuum ſiſtant. (Vocat eoſdem canes venaticos quibus cælum capiatur.)

LXXXV. *Ad quæ dicente inter alia legato inveniri ſæpius homines improbos inerteſque, qui paupertatem ſimulent, & mendicando potius quam manibus ea, quæ ad cultum victumque ſuppeditent paranda, vivere malint. Nolim tam anxie ego iſta inquirere, reſpondet ad ea dux. Si in actiones enim noſtras pari curioſitate divinum illud inquirere vellet Numen, & quotieſcumque a recto deflectimus dignas de nobis ſumere pœnas, neque pro odio gratiam redderet, non beneficiorum, quæ tam larga liberalique in nos ille confert manu tantus eſſet cumulus.* (Quid ipſi objectum Quid ob eo reſponſum.) *Alia præter hæc complurima in pauperum patrocinium allegante duce, & variis ea ex Scriptura ſacra depromptis confirmante exemplis, cum ejus orationem interpellans legatus ad paupertatem plures quam ad divitias eſſe aſpiraturos, ſi omnibus ea mens eſſet principibus, reſpondet. Ad ſapientiam etiam plures haud dubie, ſubinfert protinus dux, aſpirarent.* (Alia objectio. Diſſoluta ab eodem.)

Addit author laboraſſe illum morbo moleſtiſſimo & continuo, cumque illius conſolandi gratia proceres ad eum accederent, ipſummet eos ſolatum: *Deum nunquam nobis viciniorem eſſe demonſtrandum, quam cum maxime variis corpus hoc exercet cruciatibus, nullaque remedia, quæ animæ vulneribus curandis adhibentur tam facere dolorem, quam quæ maxime ſunt ſalutaria.* (Mira ejus patientia.) Philibertus filius ejus nominis primus in principatu illi ſucceſſit; ac ſunt qui ſcribant Amedeum poſt mortem miraculis claruiſſe. (Fertur claruiſſe miraculis.)

I. ANno ſervatoris milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, indictione quinta Sixtus ſtudio tuendi adverſus Turcicas irruptiones Chriſtiani imperii accenſus, cum claſſem adjunctis ſibi Venetis & Neapolitano Rege inſtruendam decreviſſet, illique Oliverium Carafam præfeciſſet Chriſtifideles apoſtolico diplomate propoſita immortalitatis ſpe ſollicitavit, ut religioſam militiam in claſſe eccleſiaſtica, in qua humaniſſime excipiendi eſſent profiterentur, palamque vulgavit (a) terra marique vires omnes in Turcas ſe impenſurum.

Fideles ad cruceatam in Turcas militiam excitati. (a) *Lib. brev. & bull. pag. 39. ep. 31.*

Univerſis & ſingulis ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem, &c.

II. *Chariſſimos in Chriſto filios noſtros catholicos Reges, ac principes, quacumque præditi ſint dignitate, ac communitates, quæ ſuis legibus vivunt, & univerſos Chriſtifideles per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ac paſſionem ejus, & crucem, quam pati voluit, ut nos redimeret, obteſtamur, ut non patiamini hanc tantam ignominiam, & labem in oculis omnium diutius verſari; amittimus regiones, ac provincias ſecundum legem Domini viventes, quas ferro & igni Turcus immaniſſimus devaſtavit, & tandem ſua tyrannide deſervire coegit; templa ac ſancta loca polluta, & labefactata ſunt: ſanctorum reliquiæ luminum canum dejectæ: ſacræ imagines luto, & ſputo deturpatæ, ac coinquinatæ: Chriſtiani utriuſque ſexus tanquam pecora in prædam deducti; liberi ab amplexu matrum, & infantes lactentes non ſine lacrymis, & ſuſpiriis directi & depulſi extiterunt. Denique nullum ſævitiæ, & immanitatis barbariæ genus per Turcas prætermiſſum eſt quod non fuerit in Chriſtianos homines congeſtum. Hæc omnia noſtra ætas vidit, & audivit, atque perpeſſa eſt cum maximo dedecore, & ignominia nominis Chriſtiani. Nec quievit propterea truculentiſſimus draco, omnia experitur, & circuit, ut reliquas Chriſtianorum partes adoriatur, & devorare poſſit.*

III. *Ad hanc igitur immaniſſimam belluam non ſolum exterminandam, ſed penitus extinguendam excitemini viri fortes, excitemini nec patiamini immaniſſimos Turcas in Chriſtianitate imperare, ſed pro Dei reverentia decertantes, pro vindicandis atrociſſimis injuriis, & pro honore omnium Chriſtianorum conſervando, apud quos ſæpiſſime parva manus innumerabilem Turcorum & aliorum infidelium exercitum delevit; denique pro tuitione catholicæ fidei, pro patria, pro domibus propriis, pro liberis atque conjugibus intrepidis animis inſurgatis, ſperantes in Domino, qui pro ſui honoris gloria pugnantes perire non ſinit; ſed ipſe qui præpotens eſt propugnatores ſuos adjuvat, hoſtium ſuorum vires penitus conterendo. Animas veſtras omnipotenti Deo, a quo accepiſtis, pro communi ſalute reipublicæ Chriſtianæ, ac veſtra vovea tis, recepturi pro caducis æterna præmia. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno MCCCCLXXII. v. id. aprilis pontificatus noſtri anno I.*

Tentata omnia a Mahomete ad perdendos Chriſtianos.

IV. Inſtructa eſt igitur pulcherrima claſſis triremium centum & eo amplius, cujus pars Cardinalem legatum exceptura, cum in Tyberinum alveum invecta eſſet pontificia precatione ſolemni ritu fuit ſacrata ut deſcribit Raphael Volaterranus (b) [1]: *Die*, inquit, *ſolemni corporis Domini circumlato ſacramento a Pontificio Vaticani ad molem uſque Hadriani, atque inde via ſacra ad baſilicam Petri; in ea Cardinalis Neapolitanus familia Carafa natus, tit. S. Euſebii, legatus ante ad claſſem maritimam deſignatus, ſacris eſt operatus Pontifice, & patribus aſtantibus. Iis expletis vexilla triremium per oratores principum, & potentatuum portata ad Pontificem ad ſummum ſolium, in quo reſederat, ſunt: quæ illis benedixit ſolemni ex cerimonialibus benedictione. Inde deſceſſum eſt ad horam XX. ipſe Pontifex comitatus patribus, & prælatis ad triremes profectus eſt, quæ paulo infra cœnobium B. Pauli porta Oſtienſi Piſis advectæ media aloeo*

(b) *Mſ. arch. Vat. ſig. n. 40. & Papie. ep. 449.*

Claſſis pontificia ſacra prece a Sixto luſtrata.

Ty-

NOTÆ [1] DUm Raphaelis Volaterrani commentarios mſſ. laudat Annaliſta egregie & in nomine, & in authore ipſo aperte fallitur. In Vaticanæ bibliothecæ codice quodam manuſcripto legitur opus commentariorum ſeu diarii Romani, quo res per ſingulos annos, & menſes Romæ geſtæ ab anno 1472. ad 1484. narrantur. Author operis proditur in eodem codice Jacobus Volaterranus, qui profecto author longe diverſus eſt a Raphaele Maffejo Volaterrano commentariorum urbanorum ſæpius excuſorum ſcriptore. Longe, inquam, diverſus eſt; quamvis enim utrique ſcriptori communis fuit patria Volaterræ, utriuſque tamen alterum genus eſt & familia, nam Raphael ad Maffejam, Jacobus vero ad Gherardam familiam pertinebat. Raphael inter laicos meruit; Jacobus Aquinatenſem epiſcopum egit. Lege Muratorium in præfatione ad diarium illud Jacobi a ſe vulgatum, Rer. Italicar. to. XXIII. Ex hoc Jacobi commentario erutum eſt fragmentum illud, quod Annaliſta hic ſub obtruſo Raphaelis Volaterrani nomine profert. Quin & ex his quæ hucuſque animadvertimus, emendandus eſt pariter, cum authorem hunc diarii inferius num. 50. Maffeum Volaterranum appellat. MANSI

Tyberis ſubſederant. In prætoriam aſcendit Pontifex, & patrum nonnulli, ex cujus puppi loco edito, unde videri ab omnibus poterat, ſimili ſolemnitate triremibus benedixit, quæ quatuor tantum erant, nam reliquæ numero quatuordecim cum duabus onerariis Brundoſium præceſſerunt. Tot ea anno armavit Eccleſia, cum Veneti quinquaginta ſex, Ferdinandus triginta armaſſet. Benedixit etiam legata, & familiæ, & pronuntiari alta voce juſſit, remittere ſe culpam & pœnam iis nautis, vel pugnatoribus, qui aut in pugna aut alio caſu vita excederent. Quibus actis legatum reliquit in claſſe, ipſe ad Vaticanum reverſus eſt. Erat illi nomen Oliverius annos natus circiter quadraginta, ſumma modeſtiæ, & religionis, juris, canonici, & civilis profeſſor. Ante hunc legatum, & vicecancellarium, quem ſuperius annotavi, diſceſſerant etiam in provincias ſuas duo alii Cardinales Sancti Marci Marcus nomine ex familia Barba ad diem vigeſimum ſecundam februarii, ita magnæ modeſtiæ, & religionis pater, ſed lectura mediocris, cui Germania tota, Hungaria, Bohemia, & Polonia fuerat in legatione decreta. Item & Cardinalis Tuſculanus epiſcopus ſeptuagenarius vir magni ingenii, ac magnæ auctoritatis nobiſiſſes natione Græcus, qui ad . . aprilis profectus Galliam Angliamque ad legationis opus accepit.

Quis triremium numerus a ſociis comparatus.

Profectio aliorum legatorum in ſuas provincias.

V. De his legatis in varia regna dimiſſis hæc habet Philelphus (*a*) in literis ad Sixtum datis; *Mittis tu, pater beatiſſime, legatos in Galliam, in Germaniam, in Hiſpaniam, in Pannoniam, in Britanniam; & prudenter id quidem modo tandiu præſtoletur Turcus, donec ii accingantur ad bellum externum. Exiſtimas tu, pater prudentiſſime, inter eatemporis Turcum dormiturum, quo nemo vigilantior eſt ad prædam, & non manibus pedibuſque apertum daturum, ut anteceptos noſtros cogitatus? Si proxima novembri incurſavit iatra Italiæ fauces, nec alia re ulla prohibitus eſt, quam fluminum altitudine, quæ imbrium vi excreverant, num cum veris tranquillitas advenerit ſegniorem ſe præſtabit? Accelerandum eſt, inquam, accelerandum, antevertendumque ne imparati atque inermes cum paratis inſtructiſſimiſque hoſtibus de imperio, de liberis, de parentibus, de uxoribus, de vita religioneque dimicemus. Ex Mediolano III. id. januarii MCCCCLXXII.*

(*a*) *Phil. l.* 35. *ep.* 10.

Conſilium Sixto maxime Italos mutuo conjungendos fœdere.

VI. De pontificiæ claſſis fœderatorumque bellicis in Turcas geſtis dicetur inferius. Quod vero, ad legatorum apoſtolicorum qui in varia regna, ut in iis ocyus ex communi Regum ordinumque conſilio validi exercitus in hoſtes fidei decernerentur, dimiſſi fuerant (cum ſolemnes conciliares cœtus ſine maximis difficultatibus cogi non poſſe viderentur) geſta attinet; de ſingulis ordine differemus. Offert ſeſe primum Cardinalis Beſſarion, qui cum infirma eſſet valetudine, atque ætate confectus, legatione in Galliis & Anglia gerenda, quam ante petierat, ſe abdicare eſt meditatus. Quem Jacobus Cardinalis Papienſis ipſi familiaritate conjunctiſſimus ad ſuſceptum munus retinendum, ſtrenueque obeundum hiſce literis (*b*) accendit; *Nicene pater militent Deo, & plebi ſuæ ſanctæ hi ultimi dies, proficiſcere in Galliam: excita ſolito amplius ſenſus egregios: effunde divitias ingenii; calefac ſpiritu oris corda frigentia: declaratio ſermonum tuorum illuminet, & intellectum det parvulis. Miretur aliquando Gallia, quod jam dudum miratur Italia. Natio ingens eſt, plena populo, clara militia, aſſueta Chriſti obſequiis, campum habens latiſſimum, in quo ſerere, & colligere meſſem uberrimam miſeræ Italiæ potes, &c. Vale. Fulginii MCCCCLXXII.*

Beſſario animatus a Papienſi ut legationem obeat.

(*b*) *Card. Papien. ep.* 416.

VII. Abnuit Beſſarion in Cardinalium ſenatu Gallicanam legationem infirmam valetudinem cauſatus: verum Pontifex, qui meminerat, ut ait Cardinalis Papienſis, (*c*) quanto ſtudio fuiſſet ante petita, mirareturque tam paucis diebus voluntatem mutatam, de concilii ſententia non admittens abdicationem, monuit tantum, ut maturius cogitaret. Scribente vero ad illum humaniſſime Ludovico Francorum Rege, gratulanteque de legatione ei data, hortanteque ad maturandam profectionem, quam ſibi & regno futuram lætam affirmavit, prima in eo deſideria revixere, legationemque XXII. martii reſumpſit (*d*). Profectus in Gallias mutatam improborum hominum opera Regis mentem reperit (*e*), adeo ut de ſuæ legationis æſtimatione maximum diſcrimen adierit. Demum aſſenſit Rex, ut ad ipſum pergeret, munuſque ſibi ab Apoſtolica ſede injunctum libere obiret, quo tempore Cardinalis Papienſis, de quo paulo ante memoravi hæc ad eum ſcripſit (*f*): *Tuæ res, vel noſtræ potius, per hos dies nos fatigarunt, me in primis affecerunt dolore, quod aperte intelliga artificiis perverſorum in tua injuria oppugnari publicam omnium cauſam: neſcio quo in loco nunc ſint: ſi bono, eſt quod Eccleſiæ gratuler: ſi malo, eſt quod tuta tecum ad Chriſtum verſus cum Paulo dicas. Munda ſunt manus meæ a ſanguine horum omnium, non enim ſubterfugi, quominus annuntiarem eſe omne conſilium Dei. Dura conſolatio rebus tam præſertim afflictis, ſed tamen in tanta inquietate patre integerrimo neceſſaria: puto autem ſi perveniſti ad Regem, probatam eſſe innocentiam tuam, ſimul diſſipata impiorum conſilia: id Deus optimus faxit, cujus cauſa nunc ſervis, &c. kal. auguſti MCDLXXII.*

(*c*) *Pap. ep.* 437.

(*d*) *Ib. ep.* 439. & *ep.* 344.

(*e*) *Ib. ep.* 455.

(*f*) *Ep.* 459.

VIII. Cum conveniſſet Beſſarion Ludovicum

Re-

Regem, ab eo, jam ſuſpicione accenſo, parum honorifice eſt exceptus, nec vero Ludovicus Rex, quamvis ſpem antea expectationemque ducendæ in Turcas expeditionis concitaſſet, promiſſa perficienda decernebat, ſed hæc jactaſſe creditus, ut Burgundum Britannumque in odium adduceret, quaſi eorum culpa orientalis res non foret reſtituta, ſacraque Chriſto arma, privataſve offenſiunculas oblivione delere abnuebat: cumque urgeretur a Cardinale Beſſarione, ut cum Carolo duce Burgundiæ fœdus pangeret, collapſæque religionis, Græciæ Turcica oppreſſæ ſervitute misereretur, reſpondit (a) pacem redintegrari non poſſe, niſi prius Burgundiæ Britanniæque duces, qui Gallicæ coronæ beneficiariis regiis non obſequebantur, imperiis anathemate percellerentur. Quod cum veluti indignum legato ſedis Apoſtolicæ, nimirum ut in privatarum partium ſtudia ſe trahi ſineret, qui concordiæ futurus interpres adverſaſque partes conciliaturus acceſſiſſet, Beſſarion facere detrectaret Rege, perſtante in ſententia ſua, in Italiam reverſus eſt, & Ravennæ febri, ac dyſenteria obiit (b). Ipſi ſuperveniſſe febrim ex legationis infeliciter geſtæ dolore refert Cardinalis Papienſis: *Mox*, inquit, *ut regnum ingreſſus eſt ipſi Regi cœpit eſſe ſuſpectus, progredi ad eum eſt vetitus menſes duos: ludibrio habitus, tertio tandem admittitur, uno atque eodem ingrato colloquio. Finitur legatio, rediit mœſtus: ad explicandas facultates nec locus fuit nec tempus, dolore inde confectus Ravennæ deceſſit*, hoc nimirum anno, ut aliis literis (c) VII. decembris conſignatis teſtatur. Celebrat (d) vero ejuſdem laudes, obitumque deflet in literis ad Campanum datis: *Voco te Campane frater, ad lamenta, & lacrymas: mortuus Nicænus noſter eſt vir ſine controverſia magnus, cujus doctrina ingens erat, ingenium ſingulare, admirabilis eloquentia, ſtudium autem ad publica non modo continuum: ſed ſupra ætatis ac valetudinis, ſorte etiam pertinax. Nil habuit Romana ſedes, quo gloriari amplius poſſet, nihil quod ad ſuum miniſterium efficacius inveniret: debat prudenter, explicate monſtrabat, ſine intermiſſione operabatur, alienæ etiam ſegnitiei reprehenſor ſemper erat ac caſtigator: ad hunc referebantur noſtra conſilia, ad hunc legationes undecumque nos adeuntes. Sine Nicæno nec operum initia erant nec exitus, tota operum moles hujus unius humeris inſiſtebat. Omitto amorem in nos, qui major eſſe non poterat: officia in cæteros, quæ plura prope ab uno illo proficiſcebantur, quam a reliquis patribus: religionem quoque, pietatem, munificentiam, animi magnitudinem, qui nil humile, nil, quod non dignitati, conjunctum eſſet, poterat cogitare. Flendus tanta jactura obitus eſt, flenda vicem Eccleſiæ. Flenda etiam bonorum omnium orbitas: mihi quidem accidere nil dolentius potuit.* Et infra: *Sanctus ſenex ob falſam de fide ſua ſuſpicionem videns incaſſum eſſe labores ſuſceptos, relictum in armis provinciam, perditam ſpem magnorum pro religione ſubſidiorum, ſupra urgentem valetudinem etiam animo conſternatus, Ravennæ, quo a Taurino devectus Pado erat, ſpiritum Domino reddidit, tanta, quod exploratum mihi eſt, conſtantia, ut ſanctiſſimæ vitæ ſanctiſſimus quoque inventus ſit exitus. Quibus ergo aut laudibus proſequemur tam magni meriti patrem, aut monumentis orabimus pro republica mortem ſuſceptam, aut doloribus requiremus? noſtri ordinis lumen extinctum, conatus quidem noſtri, & decreta, & litteræ quoque minora ſunt meritis. Ut virtute anteivit quidquid in Eccleſia præclarum fuit, ſic ad referendas defuncto gratias impar eſt omne, quod quæritur. Benedicamus tantum nomini ſuo commemorationibus quotidianis, recenſeamus ſanctas actiones ejus, & in opera ſenis tanquam in exemplum ſacerdotale inſpiciamus: lugeamus autem ad ſingula, & damna ingentia, deploremus ſæculis quidem multis: alterum Nicænum habituri non ſumus, tum autem noſter ordo relictus in tenebris eſt. Luce ſua illuſtrabat obſcura, & multorum inſcitiam unius ſapientia tolerabat.* Eum etiam adhuc viventem pro ipſius merito prædicavit Bartholomæus Platina, quem ſeptimum ac ſeptuageſimum ætatis annum egiſſe tradunt.

Gallus Rex expedire in Turcas arma abnuit.

Indigna adverſus æmulos poſcit.

(a) MS. Vat. arch. inſcrip. Miſcel. in Sixt. IV. vita.

Beſſario Card. dolore ex malo ſucceſſu extinctus.

(b) Papien. ep. 544. & 500.

(c) Ib. ep. 500.

(d) Ib. ep. 498.

Illius elogium.

IX. Quæ relicta ab eo ingenii monumenta.

Reliquit egregia doctrinæ monumenta nimirum, ut Trithemius & Bellarminus ajunt, ſcripſit orationes doctiſſimas pro unione Græcorum, quæ in actis concilii Florentini extant: librum etiam adverſus Marcum Epheſinum pro defenſione Romanæ eccleſiæ, tum alium de verbis conſecrationis adverſus eumdem, de quo ſupra memoravimus. Multa præterea philoſophica in defenſionem Platonis, & metaphyſicam Ariſtotelis latinitate donavit: tum libros tres conſolatorios ad Græcorum Imp. miſit, noviſſime vero Petrus Arcudius ex Vaticanis monumentis nonnulla ejuſdem opera Græca & Latina in lucem edidit (e), nempe confutationem Palamæ, qui adverſus Joannem, dicta ſanctorum patrum Græcorum de proceſſione Spiritus Sancti ex Patre & Filio recenſentem, impie ſcripſerat: tum librum inſignem de proceſſione Spiritus Sancti ad Alexium Laſcarim Philantropinum ſtirpe cæſarea ſatum, qui de concilii Florentini rebus doceri cupiebat. Creatus etiam patriarcha Conſtantinopolitanus encyclicam epiſtolam ad Græcos in Eccleſiæ ſinum revocandos ſcripſit (f). Bibliothecam, quam ingenti ſtudio compararat,

(e) Ext. inter opuſ. aurea.

(f) Ext. ib.

Veneti ampliſſimam bibliothecam relinquit.

rat, Venetæ reipublicæ teſtamento legavit, ut jam ante petita Pontificis venia decreverat, cum a Veneto ſenatu magnis affectus beneficiis, atque etiam ſubacta a Turcis Græcia civitate donatus, tum graviſſimis rationibus adductus eſſet, ut Græci, qui Venetias confluere ſolent, fructum ex iis capere poſſent, ut diſerte in literis ad eumdem ſenatum Venetum antea datis (a) explicat.

(a) Ext. apud Pet. Juſtin. l. 8.

X.

Cur Venetiis potiſſimum libros reliquerit.

Illuſtriſſimo ac invictiſſimo principi Chriſtophoro Mauro duci Veneto, & inclyto ſenatui Beſſario Nicænus Cardinalis S.

Mihi multas Italiæ urbes animo volventi ſola tandem veſtra inclyta atque ampliſſima civitas occurrit; in qua animus meus omni ex parte conquieſceret. Primo enim non videbam quem locum eligere tutiorem poſſem quam eum, qui æquitate regitur, legibus tenetur, integritate ac ſapientia gubernatur, ubi virtutis, continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei domicilium eſt, ubi imperium ut maximum eſt atque ampliſſimum, ita æquabile & moderatum, animi in conſultando liberi, nulli libidini, nulli delicto obnoxii, prudentes imperii clavum tenent, & boni malis præferuntur, ac privatorum commodorum obliti totum corpus reipublicæ unanimi conſenſu, & ſumma integritate procurant: ex quo ſperandum eſt civitatem veſtram [quod optamus] in dies magis & veres, & nomen propagaturam. Deinde intelligebam nullum locum a me eligi poſſe commodiorem, ac noſtris præſertim hominibus aptiorem, cum enim in civitatem veſtram omnes fere totius orbis nationes maxime confluant, tum præcipue Græci, qui a ſuis provinciis navigio venientes, Venetiis plurimum commorantur, ea præterea vobiſcum neceſſitudine devincti, ut ad veſtram appulſi urbem quaſi alterum Byzantium introire videantur. Poſt hæc quomodo poteram hoc beneficium locare, quam apud eos homines, quibus ego multis eorum in me beneficiis devinctus, obſtrictuſque eſſem: & in ea civitate, quam mihi [ſubjugata Græcia] pro patria elegiſſem, & in quam aſcitus a vobis honorificentiſſime receptus fuiſſem? &c. Ex balneis Viterbienſibus anno ſalutis MCDLXVIII. pridie kal. junias.

Ab iis donatus patria fuerat amiſſa Græcia.

XI. Actæ fuere a duce & ſenatu Veneto honorificentiſſimis literis gratiæ. Porro corpus illius Ravenna Romam delatum in ſepulchro conditum eſt, quod ipſe ſibi paraverat in baſilica ſanctorum Apoſtolorum juxta monumentum martyris Eugeniæ, ut ait Phrantzes; cum autem patriarchatus Conſtantinopolitani titulos poſt Iſidorum Cardinalem Ruthenum geſſiſſet, in ejus locum ſuffectus eſt Petrus Riarius Cardinalis, Pontificis ex ſorore nepos, ſedente Conſtantinopoli Simeone Græco.

XII. Quod ad Galliarum bella civilia attinet, ad quæ Beſſarionem miſſum vidimus; livor faſtuſque Ludovicum Francorum Regem & Carolum ducem Burgundiæ adeo efferarant, ut non modo palam ferro flammaque, ſed etiam clam veneficio (b) ſe mutuo inſectarentur, ut mirum non ſit Beſſarionem ſedare eorum iras non potuiſſe. Agebant autem Ludovicum contrarii interdum motus, ac modo pacem, modo bellum expetebat: cum timeret ne ſub conjuratorum principum viribus fatiſceret, Carolus enim Burgundus Carolum fratrem ipſius Ludovici ducem Aquitaniæ nuptiarum Margaretæ filiæ principatuum heredis ſpe, tum Franciſcum ducem Britanniæ, quos plurimi regni proceres ſequebantur, ſibi devinxerat. Urgente eo terrore auctor fuit idem Ludovicus (c) interprete theologo, qui poſt religioſam, & ſolemnem ſupplicationem die prima maii celebratam, de pietate regia in Deiparam concionatus eſt, ut conſuetudo pulſandæ hora meridiana campanæ induceretur, quo tempore populus angelicam ſanctiſſimæ Virginis ſalutationem aſſequendæ publicæ pacis gratia genibus ſubmiſſis religioſe repeteret, uti in noctis crepuſculo fieri conſueverat.

Petrus Riarius Conſtantinop. patriarchatui ſuffectus.

(b) Gaguin. in Lud. XI.

Gravis in Ludovicum orta conjuratio.

(c) Addition. ad Monſtr. Gaguin. in Lud. XI. & alii.

Lud. ſalutandæ Virginis hora meridiana auctor.

XIII. Eodem tempore Carolus dux Aquitaniæ veneno ſublatus (d) eſt, accuſatumque ferunt a Jordano abbate venefico Ludovicum uti ſceleris authorem, atque mox copiis, quas diſpoſuerat, immiſſis Aquitaniam recepiſſe: at Burgundum ira accenſum in regiam ditionem irrupiſſe (e), Neellam Viromanduorum urbem compuliſſe ad deditionem, ac mox pactionum oblitum in dedititios ſæviiſſe, & ſacra templa humano cruore reſperſiſſe: inde Royam cœpiſſe, Bellovacos adortum, ſed non ſine cæde ſuorum propulſatum: per Normanniam ferrum flammamque circumtuliſſe: in aliis pariter provinciis hinc a Burgunda factione in Campania, in Burgundia vero a regia magnam vaſtitatem effectam. Cæterum Franciſcum ducem Britanniæ ſibi conciliavit Ludovicus, atque a Burgundi fœdere divulſit, quocirca belli faces imminutæ fuerunt.

Fratrem veneficii opera ſuſtuliſſe accuſatur.

(d) Gaguin. in Lud. XI. Meyer. l. 17. Bellefor. Surit. l. 18. annal. c. 39.

Aquitaniam accipit.

(e) Gaguin. in Lud. Phil. Comi. in chron. c. 57. 58. 59. Meyer. l. 17. Belcar. dec. s. l. 2.

XIV. Inter hæc Rex Romam miſit Theobaldum epiſcopum Cœnomanenſem ad Sixtum oratorem ſuum: quem in ſacrum purpuratorum ſenatum die junii octava adductum eſſe teſtatur Cardinalis Papienſis, qui interfuit, quæ vero propoſuerit non ſubjicit. Interjectis paucis diebus allatæ ſunt ejuſdem Francorum Regis literæ (f) quibus inſtabat Carolum Borbonium archiepiſcopum Lugdunenſem in Avenionenſis legationis, & adminiſtrationis comitatus Venuſini, quæ eidem Carolo Beſſarionis ſtudio decretæ fuerant, poſſeſſionem induci.

Brito in amicitiam receptus.

(f) Apud Sixt. lib. brev. & bull. p. 105. ep. 75. ext. etiam in mſ. Vallic.

XV. Proximo menſe audita eſt alia inſignis legatio Gallica, qua ſolemni ritu ſedis Apoſtolicæ majeſtatem reveriti Franci Sixtum

tum

Galli Sixto ut Christi vicario addicunt obſequia.
(a) MS. arch. Vat.
Orationis ab iis habitæ ſumma.

tum, Chriſti verum in terris vicarium profeſſi, regia obſequia illi detulere. Perſtringit Volaterranus præcipua habitæ ab iis orationis capita hiſce verbis (a): *X. julii datus eſt publice ſenatus oratoribus Gallis ad profitendam obedientiam*, Et infra: *Deſcenderunt in commendationem ſanguinis regii: lilia tria, quæ in inſigni ſtatu ſint interpretantes, ut uno ſignificari dicerent oleum, quo in coronatione inungitur Rex: altero vexillum, quo eſt ſemper defenſa fides catholica: tertio potentiam, qua id ſæpe potuerunt & poſſunt. Porro autem ingentem dixerunt eſſe fidem Regis in Apoſtolicam ſedem & in Romanum Pontificem: quo in loco commemorantes ipſius Romanæ ſedis inſtitutionem divinam, eminentem gloriam, & neceſſariam ſaluti, noſtræ nimirum, venerari ſe illam veniſſe addiderunt; dederuntque obedientiam debitam: poſtremo obtulerunt Regem, & regnum.*

Quibus verbis uſi ſunt.

XVI.
Plures etiam alios Reges & principes eſſe proſecutos Sixtum paribus officiis eodem anno narrat Volaterranus; de Frederici enim Palatini Rheni oratoribus, qui vigeſimo primo aprilis die auditi fuere, hæc tradit: *Hortati ſunt ad capeſſendam Chriſtianorum cauſam in Turcos, ad quam & comitem obtulere*. Et infra: *profeſſi denique obedientiam ſunt, & benedictionem illi a Pontifice popoſcerunt*. kalend. julii Luſitaniæ Regis oratores ſolemni ritu apoſtolico imperio ſe ſubdidiſſe, teſtatur idem author. De Jacobo vero Rege Scotiæ, qui inter primos obedientiam Pontifici præſtitit, extant Sixti ad eundem Regem datæ literæ:

Alii principes ac Reges ſuo devovent obſequio.

XVII.
(b) Sixt. l. bull. p. 36. & 100.
Archiepiſcopus in Scotia inſtitutus.

Inſtituerat (b) paulo ante Sixtus in Scotiæ regno archiepiſcopatum, ac metropolitano ſolio eccleſiam S. Andreæ ornaverat ſtudiis Pariſii, qui primus archipræſulares infulas geſſit, rediturusque in Scotiam internuntii apoſtolici munere auctus eſt, ut bellica in eo regno præſidia adverſus Turcas compararet: *Cum confidamus*, inquit, *ex eo regno, quod nobiliſſimum intelligimus, & ſemper gloria Chriſtianæ religionis effulſiſſe, ac defendendæ fidei curam habuiſſe præcipuam, nec non ex illius civitatibus, & membris, quorum incolæ Romanæ eccleſiæ devotiſſimi ſemper fuere; ſubſidia, & præſidia ad tam ſanctum, & Deo acceptabile opus provenire opportuna.* Data eſt eidem internuntio ampliſſima authoritas (c), ut de reprimenda Turcorum ferocia cum Jacobo Rege Scotiæ, ac principibus colloquia faceret.

(c) Ead. p. 100.

XVIII.
Subſidium nummarium præſtituris indulgentiæ propoſitæ.
(d) Lib. bull. 104. p. 104.

Ad ſuſtentandos vero ſacræ militiæ ſumptus imperatæ Scotico clero decumæ fuerunt: cæteros autem, qui in militum ſtipendia unum, duos, treſve aureos conferrent, præmia indulgentiarum impertiit, ingenteſque Turcarum progreſſus, qui ad obruendum occidentem ferocibus animis anhelarent, expoſuit hoc diplomate (d).

alio cum ſuperiori anno dato conſonante.

Ad futuram rei memoriam.

Deplorat Sixtus tot regna a Turcis occupata.

Cum infra noſtræ mentis arcana pia conſideratione ſæpius, ut tenemur, non abſque gravi cordis dolore animadvertimus, tetram truculentiſſimamque Turcharum gentem impii canis Mahometi ſectatricem, adeo rabidam in Chriſtianam religionem inſurrexiſſe, ut non modo Pamphiliam, Ciliciam, Liciam, Paphlagoniam, Thraciam, Epirum, Peloponeſum, Beotiam, & ipſam præclariſſimam urbem Conſtantinopolitanam orientale caput, ac alias terras, urbes, & loca orientalis imperii violenter occupaverit; verum etiam velut immaniſſima bellua Chriſtianum ſanguinem anhelantes Myſiorum, Triballorum, & Illyriorum terras eorum acerbiſſimo imperio ſubjecerunt, & uſque adeo eorum vires creverunt, ut non Danubii profundiſſimus amnis, nec Illyrici aſperrimi montes eorum impetum retardare poſſint, quin fluvium tranſmiſiſſe, & locorum difficultatibus ſuperatis illinc per omnem provinciam graſſentur, & ad interiora uſque Germaniæ (quod dolenter referimus) hinc penetrant depopulantes fœdanteſque omnia, ac ferro & igne vaſtantes: omnia profecto ſævitiæ, ac immanitatis genera teterrimi hoſtes in Chriſtiano populo exercuerunt, quæ recenſere animus horret, Chriſtianum ſanguinem per infinitas lachrymas, & inaudita tormenta ad ſatietatem immaniter effuderunt, omnibuſque ignominiis, & injuriis, variiſque necis cruciatibus eos affecerunt, templa ſanctiſſima, & aras Deo dicatas per ſummam impietatem polluerunt, ſanctorumque & B. Mariæ virginis genitricis Dei, ipſiuſque domini noſtri ſtatuas contemptu, deriſione, omnique contumeliæ genere proſecuti ſunt, ſacras virgines violarunt, Chriſtiani nominis ſocios populum electum ungulis equorum contriverunt, & eorum feriſſimo imperatore imperante atque inſpiciente excoriarunt, & in crucem ſuſtulerunt, ut mortem beneficii loco acceperint. His victoriis truculentiſſimus hoſtis tanquam virus exhalans potentiſſimo terreſtri exercitu formidabilique claſſe Chalcidem Euboicamque inſulam terrendo tumultu anno revoluto aggreſſus, poſt longam obſidionem bellicorum tormentorum impetu portis effractis, & muris dejectis ferro, flamma, cædeque omnia complevit, unde gemitus illi miſerandi ad noſtras uſque aures pervenerunt.

Infanda eorum ſcelera & ſacrilegia.

XIX.
Affectatum a Mahomete occidentale imperium.

Et quia hoſtis ad ſævitiem natus his teterrimis immaniſſimis facinoribus hiſque limitibus non contentus, ſed ut Chriſtianum nomen de terra deleat, occidentale imperium animo concepit ſibi ſubigendum: ſunt enim ſibi magnæ vires, inexhauſta cupiditas, immenſa dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum, theſaurus immenſus, multitudo militum, ac omnium bellicorum ap-

paratuum ingens capia; quibus ſlatas borrendam bellum terra marique moliur, copias, & legiones firmiſſimas in capita noſtra in dies camparat ampliores, laceſſit, arget, ut per omnes Chriſtianorum gentes ferra, igne, cædeque evagando acerbiſſimum fœdiſſimumque ſuum imperium ad extremas uſque fines terræ propaget. Evangelica igitur voce permoti, ut verum paſtorem decet, his tam feris ſæviſſimiſque irruentibus lupis obviandum, ſalutique gregis dominici nobis commiſſi totis viribus occurrendum duximus, non enim hoſtis de una aut altera provincia tertare intendit, ſed de ſumma rerum totaque Chriſtianitate pugnare, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. XIII. kal. martii pontificatus noſtri anno II.

De ſummo rerum agi demonſtratum.

XX. Elicere etiam ex aliis regnis ſubſidiarias pecunias in belli ſacri ſumptus impendendas curavit Sixtus: nam & decumas eccleſiaſticis viris, qui in Renati Regis Siciliæ Gallica ditione verſabantur indixit, propoſita (a) hac cauſa nimirum horrendis Turcarum graſſationibus, qui terra marique Chriſtianam rempublicam adoriebantur: *Cum Turcorum immaniſſimus princeps adverſus fidem catholicam, ejuſque ſectatores ſathanæ vexillum impia temeritate erexerit, & ſicut fidelium cunctorum oculi intueri poſſunt, fundendi cruoris ſanguinis ardore æſtuans regna quamplurima, latiſſimas provincias, civitates, & loca munitiſſima expugnanda ſuæ tyrannicæ ditioni ſubegerit; innumera quoque Chriſtianorum millia crudeliſſima ſtrage necaverit, & nunc in faucibus Italiæ cum potentiſſima exercitu debacchetur, navalem quoque claſſem munitiſſimam, atque alios quamplures pugnatorum exercitus ad invadendum undique Chriſtianos, eoſque exterminandum, & diverſis tormentorum, & mortium generibus trucidandum, aut ſaltem redigendum in miſerabilem ſervitutem extruxerit, paraverit, & regna Chriſticolarum mox diripere ſatagit, in maximam Chriſtianitatis offenſam, noſtram & Regum omnium, principum, & potentatuum catholicorum dedecus, opprobrium, & jacturam, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. X. kal. martii pontificatus noſtri anno II.*

(a) *Lib. brev. & bull. pag. 48. ep. 38.*

Quæſita ex aliis regnis ſubſidia.

XXI. Per idem tempus Rodericus Borgia Cardinalis legationis, quam exambiverat, ſuſcepto ab ſede Apoſtolica munere, in Hiſpaniam profectus eſt, de quo hæc habet Volaterranus (b): XV. *mox abiit in legationem Hiſpanicam Rodericus olim S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus poſt epiſcopus Albanenſis vicecancellarius, annos natus duodequadraginta.* Extant in Vaticani tabularii MS. volumine apoſtolicæ literæ (c), quibus ille ad gerendam majori cum dignitate legationem prærogativis ampliſſimis exornatur. Valentiæ optimum quam honorificentiſſime exceptus cultoſque a civibus, ad clerum illius eccleſiæ, cui epiſcopus præerat, concionem habuit, a Jacobo Cardinale Papienſi compoſitam, quæ inter ejus epiſtolas (d), extat.

Roderici Card. in Hiſpan. legatio.

(b) *Volaterr. mſ. arch. Vatic.*

(c) *Reg. leg. Sixt. IV. pag. 1. & 3.*

(d) *L. 11. p. 253. a. 441.*

XXII. Obivit improbe legationem Rodericus, ut idem Cardinalis Papienſis (e) in literis ad Franciſcum decanum Toletanum ingenue deſcribit, infelicemque ejuſdem legationis exitum divinæ vindictæ tribuit. *Vicecancellariat*, inquit, *Pontificem nactus, artibus, & corruptelis ſuis creatum, concupitam diu in patriam profectionem facile impetravit, ut honoratus iret, ut populis ſe viſendum præberet, ut ex tribus regnis omnifariam meſſem commeteret nulla ipſorum regnorum uſu, nulla neceſſitate Apoſtolicæ ſedis legatum pari poteſtate deſignari ſe procuravit. Valentiam navigavit, additum legationi pecunia redemens, in ulteriorem Hiſpaniam tranſiit, utrobique multa vanitatis, & luxus, ambitionis, & avaritiæ documenta relinquens, nullo eorum perfecto, quod ſibi ad nomen legationis prætenderat.*

Improbe ab ipſo exercita.

(e) *Ib. ep. 544.*

Relicta vitiorum veſtigia.

XXIII. Dum in ea legatione verſabatur Rodericus, datæ illi partes fuerunt, ut Navarricas turbas componeret: ſiquidem ob cæſum epiſcopum Pampilonenſem plures piorum communione depulſi erant adeo, ut cædem illius ulturus Sixtus ſacro cœnæ dominicæ die hebdomadæ ſanctæ ſententiam in ipſos, tum alios, qui jus pontificium violant, tulerit (f).

(f) *Lib. brev. bul. p. 36. ep. 89.*

XXIV. Popoſcit flagitii veniam Petrus Peralta, ſeque ad pœnas pro expiando crimine ſubeundas paratum obtulit, quamvis illud excuſaret, ſe nimirum neceſſitate adductum id patraſſe ad compeſcendos bellicos motus, quos præſul Pampilonenſis concitabat. Sixtus vero ita illi ignovit, ut publicam pœnitentiam agere, atque in eccleſia aliqua principe ſeminudum prælato manu cereo nigro veniam a legato apoſtolico expoſcere, ſacellum in loco, in quo epiſcopus fuerat necatus, ad divina pro defuncti anima peragenda extruere juſſerit: tum alias ſatellitibus, qui facinus patraverint, pœnas, conſentaa in diplomate ad Rodericum epiſcopum Albanenſem miſſo impoſuit (g).

Petrus Navorræ comeſtabilis veniam poſcit.

(g) *L. ib. bul. Paul. II.*

Venerabili fratri Roderico epiſcopo Albanenſi A. S. L. ſalutem, &c.

Interfectores, complices, & fautores ante omnia uno die feſta ad aliquam cathedralem ſeu metropolitanam eccleſiam, dum major populi multitudo ibidem concurrerit, ad januam capite diſcooperta, nudis pedibus, in camiſia, & femoralibus, ac cum catbena ferrea in collo, a loco habitationum ſuarum, quas eos in civitate, in qua hujuſmodi cathedralis eccleſia fuerit, pro

tunc

tunc habere contigerit, accedant: Petrus vero eadem, vel ſimili die in hujuſmodi eccleſia dumtaxat veſtes, & calceamenta deponent ſua pari modo, quo prædicti interfectores complices, & fautores pro tanti reatus expiatione eorum te flexis genibus cereos ardentes coloris nigri tenentes in manibus, ſuum recognoſcentes faciant, veniam humiliter petant; ipſique interfectores, Petrus, complices, & fautores quandiu divina celebrantur officia, eoſdem cereos ardentes in eiſdem teneant manibus, & per tres dies dominicos immediate ſequentes id in præfata cathedrali eccleſia continuabunt: quodque dicti tantum interfectores, complices, & fautores, ſi aliqua generalis expeditio adverſus truculentiſſimos, & nefandiſſimos Turcos inſtituatur, & inſtauretur, ipſos Turcos accedere, & contra eos per tres annos continue pugnare debeant: Petrus autem caveat idonee quod ipſe, vel heredes ſui, ſi eum interim rebus humanis adimi contingat, infra duos menſes a die impenſæ abſolutionis computandos unam capellam ſub invocatione S. Nicolai cum ſufficientibus ſtructuris, & ædificiis in loco, in quo idem Nicolaus epiſcopus interemptus extitit, ædificari & conſtrui facere incipiet, illamque infra duos annos immediate ſequentes complebit, ac tandem capellam pro uno presbytero miſſas, & alia divina officia ſingulis hebdomadis bis ad minus inibi celebraturo, ſufficienter de bonis ſibi a Deo collatis dotabit; quodque intra unius anni ex tunc immediate ſequentis ſpatium pro ſalute animæ præfati Nicolai epiſcopi unum anniverſarium in eccleſia Pampelonenſi, cui ipſe epiſcopus præfuit, perpetuo ſolemniter celebrandum tali die, qua idem epiſcopus fuit interfectus, juxta arbitrium tuum inſtituat, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam per eos, eorumque filios, & nepotes præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam, dicta auctoritate aboleat, ac omne interdictum ubicumque præmiſſorum occaſione vel cauſa impoſitum fuerit, relaxet, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXXII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno I.

XXV. Gaſto Fuxenſis regno Navarræ potitus.
Gravioribus bellis lacerabatur Navarra, cum poſt mortem Caroli Vianæ principis, ad quem materno jure hereditario ſceptrum ſpectabat, Joannis illius patris Aragonum Regis partes auctæ eſſent: partim etiam Henricus Caſtellæ Rex illud armis ſibi pepererit (*a*): partim Gaſto Fuxenſis comes, qui Leonoram Caroli defuncti principis ſororem ſibi matrimonio junxerat, ad quam regni Navarræ jura hereditaria pertinebant, regnum dotale ſibi aſſerere nitebatur (*b*), iſque ſtudio concordiæ cum Joanne Rege ſocero pepigerat, ut in reliquam vitam Regis ei nomen permitteret, ipſe vero ejus nomine regnum adminiſtraret. Verum dum civiles motus componere, & diſſidentes Luſſanſium & Agramontiorum factiones conciliare conatur, hoc anno e vivis ſublatus eſt magno humanarum rerum inſtabilitatis exemplo: ob cujus mortem Ludovicus Francorum Rex plura Leonoræ viduæ obtulit, ut Navarram Gallico imperio adjungeret, parteque Navarra in Aragoniam, & Caſtellam penetraret, inter quæ Joannes Aragonum Rex Leonoræ pater Barcinonenſes decennali bello feſſos pactione militari, interprete Gaſpare viro religione conſpicuo, in fidem recepit. (*c*)

(*a*) *Raphael. Volater. l.* 2.
(*b*) *Surit. lib. annal.* 18. *c.* 50. *Steph. Garival. l.* 29.
E vivis tollitur.

Catalani Joanni Regi ſe dedunt.
(*c*) *Surit. c.* 43. 44.

XXVI.
Porro in Caſtella nondum ſedati erant veteres tumultus, cum Henricus Rex Joannam a Regina adulterio, ut pervulgatum erat, ſuſceptam filiam ſuam diceret ac populi Henrici ſororem Elizabeth ſceptrorum heredem eſſe contenderent: illa vero nondum ſolutis canonicis legibus Ferdinando Regi Trinacriæ Aragonici regni heredi nupſerat, quo facto anathematis laqueis ſe irretierat. At demum Sixtus, cum perpendiſſet, ſi illud matrimonium diſſolveretur, maximum bellum inter Caſtellanos & Aragonios accendendum: conjunctis vero Caſtellæ & Aragoniæ regnis Mauros ex Hiſpaniis depelli poſſe, ac Granatenſe regnum Chriſto reſtitui, Rodericum Borgiam legatum in Hiſpania ampliſſimis mandatis inſtruxit, ut auctoritate apoſtolica illud matrimonium ſublatis conſanguinitatis impedimentis confirmaret, de quo meminit Raphael Volaterranus (*d*).

Iſabella Caſtellana nupta Aragonio.

Sublata a Sixto impedimenta.

(*d*) *Raph. Volat. Georg. l.* 2.

XXVII. Luſitani Regis in Phutenſe regnum expeditio.
Eodem anno Alfonſus Luſitaniæ Rex instructa trecentarum navium claſſe, exercitum triginta armatorum millium in expeditionem eduxit in regnum Photenſe, & Arzilam urbem inſignem die Bartholomæo Apoſtolo ſacro expugnavit duobus Maurorum millibus cæſis, & quinque millibus in ſervitutem abductis. Urbem etiam aliam, cui Tanger nomen, ſolo terrore fugatis civibus occupavit: ſeptembris vero die vigeſimo ſeptimo Luſitaniam repetiit, confecto viginti tribus diebus bello graviſſimo, ac ſe Regem Algarbiarum citra & ultra mare Africum inſcripſit. At de Hiſpanicis rebus hactenus; ad alia nos conferamus.

Arzilam expugnatam.

Africani nomen accipit.

XXVIII. Legatio Germanica geſta a Marco Cardinale.
Functus eſt alia longe magis operoſa legatione in Germania hoc anno Marcus tit. S. Marci presbyter Cardinalis Aquilejenſis, qui ad Hungariæ Poloniæque Reges de Bohemiæ regno decertantes conciliandos, conficiendamque in Turcas expeditionem profectus, Friderico Imperatori commendatus eſt, (*e*) ut una cum legato ad ſedandum exitioſum bellum, quo res Chriſtiana magna ex parte ruitura erat, ipſiuſque hereditaria ditio ſuperioribus Tur-

(*e*) *Sixt. IV. reg. legat. p.* 48.

earum excurſionibus fœdata extremam pene diſcrimen adiret, imperiale ſtudium conjungeret, cum, his Regibus ad mutuam fœdus redactis, non modo Turcicæ graſſationes arceri, verum etiam veteres imperii Chriſtiani limites recuperari poſſent.

XXIX. Matthiæ Regis Ungar. partes ſuſcepit Sixtus adverſus Polonum. Tuendas ſuſcepit Sixtus in hac controverſia Pannoniæ Regis partes adverſus Polonum, cum jam ante tum catholici, tum ſedes Apoſtolica a Polono ipſo omnibus precibus petiiſſent, ut Bohemicum ſceptrum ex tyranni hæretici manibus ſibi vindicaret, nunquam potuerat adduci neque illius coronæ ſplendore, nec religionis aſſerendæ cauſa, ut Bohemiam adiret; Matthiæ vero ad tanti operis gloriam excitato, ſe ab hæreticis perſuaderi ſiverat, ut bellum eidem pro Bohemia Wladiſlao filio comparanda inferret; qua in re cum cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas in hæreticorum ſocios conſtitutas, contraxiſſet, Sixtus ad illum objecta religione a cœptis revocandum edito diplomate promulgavit (a) tam Caſimirum, quam Wladiſlaum eccleſiaſtico anathemate ſeſe implicuiſſe: *Providere*, inquit, *volentes, ut alii timore perterriti proſilire ad ſimilia pertimeſcant, præmiſſis facinoribus, delictis, & ſceleribus exigentibus tam Caſimirum, quam Wladiſlaum primogenitum, nec non omnes & ſingulos eis, & eorum cuilibet in præmiſſis dantes auxilium, vel favorem, ſeu qui dabunt quoquomodo in poſterum, omnes & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas in tales tam a jure, quam a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſub quacumque verborum forma latas & promulgatas incurriſſe, illoſque irretitos, & illaqueatos fore, & eſſe ex certa ſcientia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXI. kal. martii pontificatus noſtri anno 1.*

(a) Eod. reg. t. legat. p. 60.

Cenſuras eccleſiaſt. contraxiſſe pronunciat.

XXX. Erant datæ eodem argumento aliæ ad legatum literæ (b), quibus illum ampliſſima munit auctoritate, ut Caſimirum & Wladiſlaum ambitionis cauſa Chriſtianam rem labefactantes anathemate percelleret. Sed huic in Polonum ſeveritati multa paternæ benevolentiæ ſigna Sixtus miſcuit, ut eundem ad officium flecteret; quo argumento inſignes has ſinceri amoris literas (c) ad Caſimirum ſcripſit, quibus ad hæreticorum Bohemorum deſerendas partes jungendamque cum Matthia amicitiam eſt adhortatus.

(b) Ib. p. 57.

Monitus officii Poloniæ Rex.

(c) Ib. p. 67.

Regi Poloniæ.

Deſinat Ungaro bellum inferre. *Sapientiæ tuæ eſſet, chariſſime fili, conſiderare quam bellum hoc contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungariæ Regem illuſtrem, pro Bohemis ſuſceptum, non decet puritatem fidei tuæ: tu enim catholicus bonus more chariſſimorum progenitorum ſemper fuiſti, Bohemi vero, quos defendis, execrata hæreſi imbuti juſto Dei & Apoſtolicæ ſedis judicio damnati ſunt, ut mirum ferme videatur, quod ipſa tua majeſtas pro damnata cauſa arma ſumpſeris, optentque omnes, qui bene tibi conſultum volunt, ut ab incepto hujuſmodi, in quo nihil laudis eſt, te retrahas. Optamus, & nos hoc ipſum, quia te paterne amamus: proinde hortamur, & quanto poſſumus ſtudio per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, ut arma deponas, & ulterius ipſum Regem Hungariæ non oppugnes; illum enim pro puritate fidei laborantem Apoſtolica ſancta ſedes veritatis magiſtra & juſtitiæ nutrix, opprimi non permittet, & omnibus opportunis aliis auxiliis proſequetur. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXI. nonis martii anno 1.*

XXXI. Viciſſim etiam Matthiam Regem ſollicitavit (d), ut concordiæ cum Polono vias conquireret, quo amborum arma in communem hoſtem verterentur. Ad removendam autem facilius ab Hungarico bello Polonum, liberavit Sixtus cruciferos equites fœderis ſacramento, quo antea ſe ei devinxerant, ac provincias, quæ Polonico regno ex illius concordiæ legibus adjunctæ fuerant, ab ejuſdem Caſimiri imperio liberas eſſe renunciavit (e).

(d) Ib. p. 69.

De conciliandis in Polonum cruciferis actum.

(e) Ib. p. 62.

XXXII. Reſcidit (f) etiam Sixtus ſacramenta fidei, quæ a Bohemis præſtita fuerant Wladiſlao Regis Poloniæ filio; cum Bohemicum ſceptrum ad Matthiam Pannoniæ Regem, qui ſedis Apoſtolicæ conſilio ſacrum bellum pro redintegranda collapſa religione ſuſceperat, ſpectaret.

(g) Ead. pag.

Sacramenta a Bohemis præſtita Wladiſlao reciſſa.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut nobis quod cum gravi cordis amaritudine referimus innotuit, & facti demonſtrat notorietas, Caſimirus Rex Poloniæ, ac ejus primogenitus hæreticis ipſis favere, nec non auxilium, conſilium, & favorem præbere, eoſque receptare, & quod deterius eſt idem primogenitus dominia chariſſimi in Chriſto filii noſtri Matthiæ Hungariæ & Bohemiæ Regis illuſtris adverſus eoſdem perfidos hæreticos, ac ipſorum receptatores, ut eos ad rectitudinis, & veræ catholicæ fidei tramitem reducat, vel illos antequam dominicum gregem magis ac magis inficiant, hæreſeſque ſuas protendant, aſſidue bella gerentis, invadere & proſequi non eſt veritus in gravem Dei offenſam, fidei catholicæ detrimentum, ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, ad quos ex debito paſtoralis officii nobis ab alto, licet inſufficientibus meritis, commiſſi ſpectat ſuper præmiſſis providere, & ne Caſimirus & primogenitus prædicti nimirum adverſus memoratum Matthiam Regem, cujus intereſt pro tutela fidei, pro defenſione reipublicæ, & pro communi periculo vitando contra perfidiſſimos, & truculentiſſimos Turcos bella ge-

rere, invaleſcant, obviare, omnes & ſingulos cujuſcumque nobilitatis, etiam ducalis, comitialis, vel baronalis ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint jure homagii, vaſſalagii, ac juramento fidelitatis etiam ratione feudorum, vel alias quomodolibet Caſimiro ſeu primogenito præfatis, eorumque nunc & in poſterum forſan adhærentibus, & præſtantibus auxilium, conſilium, vel favorem, aſtrictos, & obligatos ab hujuſmodi præſtatione homagii, vaſſalagii, & omni vinculo juramenti tam reali quam perſonali, nec non a quacumque pœnarum ſententia ex certa ſcientia auctoritate apoſtolica tenore præſentium abſolvimus, &c. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXI. kal. martii pontificatus noſtri anno I.

XXXIII. (a) *Ib. p.* 66. Sileſii & Moravi intentato anathemate obſequi juſſi Matthiæ.

Editum etiam eſt a Sixto inſigne aliud diploma (a), quo Bohemos, Sileſios, & Moravos Wladiſlai partium ſectatores intentato anathemate Matthiæ Regi juſſit obſequi, docuitque, ut ille rite electus, ejuſdemque electio confirmata fuiſſet: contra vero Wladiſlaus ſuo jure excidiſſet, qui a catholicis primum deſignatus Rex, ut Bohemiam ex Georgii Podiebradii tyrannide liberaret, electionem non admiſiſſet.

Dilectis filiis nobilibus viris ducibus, baronibus, militibus, & aliis cujuſvis ſtatus, ordinis, & conditionis fuerint regni Bohemiæ ducatus Sleſiæ & marchionatus Moraviæ perſonis chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Regem Hungariæ in Regem Bohemiæ, ducem Sleſiæ, & marchionem Moraviæ non recognoſcentibus ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Congregatis in unum electoribus, ac votis eorum in primogenitum chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caſimiri Poloniæ Regis illuſtris, quem idoneum & aptum, nec non tantæ regalis dignitatis culmini benignum acceptarem arbitrabantur, concurrentibus, eumdem primogenitum, dummodo ipſos ſine mora ab ipſius Jerſici oppreſſione liberaret, elegerant. Sed licet debite requiſitus, ut electionem pro eo factam acceptaret, fideles & catholicos ab hæreticis oppreſſos libertati traderet, hæreſes extirparet, ac ipſorum hæreticorum inſolentias reprimeret, & eos ad veræ fidei cultum reduceret, aut ipſos deleret, tamen idem primogenitus in gravem fidei læſionem, ac regnicolarum, & habitatorum jacturam, & diſpendium non modicum, electionem de eo, ut præfertur, factam acceptare, & in ſe ſponte ſuſcipere recuſaverat, tandem electores ipſi ulteriori dicti regni viduitati ampliori regnicolarum prædictorum diſcrimini providere volentes ac etiam ut facilius hæreſes, quæ in dies plus, & plus inibi pullulabant, & diffundebantur, celerius exterminarentur, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungariæ, & etiam nunc ipſius Bohemiæ Regem unanimiter & concorditer in eorum, & regnicolarum, nec non vaſſallorum, & ſubditorum Regem elegerunt. Quæ quidem electio tanquam ſancte, juſte, & canonice facta, per venerabilem fratrem noſtrum Laurentium epiſcopum Ferrarienſem Apoſtolicæ ſedis cum poteſtate legati de latere nuntium apoſtolica auctoritate extitit confirmata, ipſeque Matthias Rex tamquam catholicus athleta præmiſſis in ſe benigne ſuſceptis grandes exercitus gentemque belligeram, non ſine gravibus laboribus, & magna expenſarum mole, regnique ſui Hungariæ detrimento, in præfatum Bohemiæ regnum, ejuſque adjacentes partes traduxit, cauſam fidei egit, & indefeſſe tutatus eſt.

Elegerunt Matthiam Regem Hung.

XXXIV. Defenſu ſit ſtrenue res catholica contra Bohemos.

Et ſicut diſplicenter accepimus, licet idem Matthias Rex, ut præmittitur, in Regem Bohemiæ ſancte, juſte, & canonice electus, ac electio ipſa confirmata fuerit, & pro fidei, patriæ, & perſonarum illarum partium tutela, ac communi periculo repellendo, hæreſum & hæreticorum ad rectitudinis, & fidei catholicæ tramitem reductionem, aut alias eliminationem graves labores, & expenſarum onera pertulerit, ingentesque exercitus in ipſum Bohemiæ regnum traduxerit, & indefeſſe perferre, & traducere, nec non bella gerere etiam in perſona non ceſſet, nihilominus vos eum in Regem, principem, marchionem, & dominum recognoſcere, ſibique fidelitatis debita juramentum, & homagium præſtare minime curatis.

Nos igitur cupientes, ut memoratus Matthias Rex ab omnibus, & ſingulis ducibus, baronibus, militibus, & aliis cujuſvis ſtatus dicti regni Bohemiæ, ducatus Sleſiæ, ac marchionatus hujuſmodi perſonis in Regem recognoſcatur, & habeatur, ac ſibi fidelitatis debita juramentum, nec non homagium hujuſmodi præſtetur, ut hæreſes nec non hæreticos prædictos reducere aut exterminare, ut præmittitur, valeat; vos omnes & ſingulos quotquot eſtis hortamur, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti requirimus, & monemus, ac ſub excommunicationis, nec non omnium, & ſingulorum feudorum, privilegiorum, conceſſionum, & indultorum quorumcumque perditionis & amiſſionis pœnis mandamus, quatenus ipſum Matthiam Regem in veſtrum, & ipſius regni Bohemiæ Regem, nec non ducatus, marchionatus, & dominiorum, quibus ipſe Jerſicus privatus extitit, principem, & dominum ex nunc habeatis, nec non fidelitatis debita juramentum, & homagium, ac vaſſallagium hujuſmodi omni mora, omni dilatione, & contradictione ſepoſitis, etiam omnium, & ſingulorum ſubditorum veſtrorum nomine præſtetis, nec non ut hæreſes, ac hæretici hujuſmodi, illorumque fauto-

Data Bohemis Sileſiis & Moravis Apoſt. imperia ut eum Regem colant.

rec

res, receptatores, adhærentes, & defenſores abſque alicujus moræ diſpendio exterminari poſſint, ipſeque Matthias pacifica regni Bohemiæ ducatus, marchionatus, & dominiorum prædictorum potiri poſſit, atque frui poſſeſſione, omne ipſi Matthiæ regia circa præmiſſa auxilium, conſilium, & favorem adhibeatis, & impendatis, & ab aliis, quantum in vobis fuerit, impendi & præberi faciatis; ſic enim facientes altra noſtram, & dicti Matthiæ Regis benevolentiam, & gratiam, præmium æternæ retributionis conſequemini. Alioquin enim cogemur adverſus vos ad graviores ſententias, & pœnas procedere, quod nobis grave, & admodum moleſtum foret. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXI. kal. martii pontificatus noſtri anno 1.

XXXV.
Marci Card. legatio ad regna ſeptentrionalia exporrecta.

Miſſa quoque fuit ad legatum apoſtolica ſanctio, jam diu ante ſedente Paulo expetita, qua regnum Bohemiæ Sixtus Matthiæ aſſeruit (a); porro Marci Cardinalis legatio non modo Germaniam, Poloniam, Hungariam, Bohemiam, ſed etiam Sueciam (b), ac Norvvegiam complexa eſt, ad quam gerendam traditum illi ampliſſimum imperium eſt (c), additaque mandata, ut omnes hæreſeon fibras in Bohemia, Moravia, Germaniaque evelleret (d). Præiviſſe legato Tilemannum Slectum canonicum Colonienſem Sixti IV. cubicularium, & internuncium tradunt Matthias Micovias (e), & Martinus Cromerus (f), qui ſubjicit: *Hortabatur Regem ad pacem cum Hungaro faciendam, id ideo, ſive quod Matthiæ Pontifex conſultam ire cupiebat, ne regno excideret, ſive quod eum a Turcico bello averti moleſte ferebat, ad quod ſuſcipiendum Paulus II. eum incitarat, permotus amiſſione Eubocæ Tranſilvaniæque, & Hungariæ, Tranſiſtranæ, Croatiæ, ſive Liburniæ, Carniolæ, Ciliæ, Illyrici & Iſtriæ uſque ad portas Labaci & Goritiæ, dira & miſerabili populatione, incendiis, & innumerabilium hominum in barbaricam ſervitutem abductione, cui nullum neque modum neque finem faciebat Iſaacus Turca Boſnæ præfectus.* Subdit author Caſimirum Regem, cum videret rem ſuam male a filio Caſimiro geri in Hungaria, & a Matthia rebelles proteri, inclinaſſe ad pacem, ac Tilemannum adjuncto Joanne Ventropca canonico Cracovienſi in Pannoniam dimiſiſſe, ut de pace Hungarum appellaret, pactaſque fuiſſe inducias ad S. Joannis Baptiſtæ natalia, ut interim Olomucæ publici cœtus de Hungarica, & Bohemica controverſiis ſedandis haberentur: eos tamen cœtus non habitos ob conſtituti temporis anguſtias; ſed in Poloniam Marcum Cardinalem legatum acceſſiſſe, quem magnifice exceptum a Caſimiro Rege Michovias (g) hiſce verbis deſcribit.

(a) Ib. p. 74.
(b) Ib. p. 29.
(c) Ib. p. 34. ad 57. & 69. 70. 71. 72.
(d) Ib. p. 40.
(e) Michov. ſup. c.63.
(f) Chrom. l. 27.

Internuntius Polonum monet ut pacem cum Ungaro ineat.

Actum de induciis.

(g) Michov. l.4. c.63.

XXXVI.
Legatus a Polono honorificentiſſime exceptus.

In hoc anno Marcus natione Venetus tituli S. Marci presbyter Cardinalis patriarcha Aquilejenſis ad Caſimirum Poloniæ Regem a Sixto Papa IV. miſſus Cracoviam die Saturni quarta menſis julii advenit. Caſimirus Poloniæ Rex obviam illi perſonaliter Vieliczkam verſus cum Caſimiro filio in comitatu inſigni exivit, & a proceſſionibus omnium eccleſiarum, ac univerſitatis magno honore a tribus tandem filiis regiis Alberto, Alexandro, & Caſimiro pulchre coram perorantibus exceptus fuit. Altera die ſplendido prandio refectus, & audientia illi die ſequenti conceſſa commemoratis perniciofis criminibus Turcæ, pacem cum Hungariæ Rege multipliciter perſuaſit, obſecrans Regem, ut quæ armis quæſiturus erat, per conditiones pacis ſuſciperet, & cum cæteris catholicis Regibus contra Turcam in arma prodiret.

XXXVII.

His conſentanea Cromerus tradit de legati ad Regem habita oratione, ut pacem & fœdus cum Hungaro Rege faceret, armaque in Turcas verteret, ad quod præſtandum illum Uſumcaſſanus miſſis oratoribus excitabat, confirmat etiam Caſimirum ad diutinas inducias pacemve fuiſſe pronum; Matthiam vero, quod pacem cum Frederico Imperatore conſtituiſſet, Caſimirum juniorem & Polonicum exercitum ea Pannonia fugaſſet, tum etiam opes ex conjuratorum ſpoliis, qui hoſtem in Hungariam exciverant, auxiſſet, difficiliorem ſeſe, ac duriorem ad pactiones fœderis oſtendiſſe, atque ideo re dilata legatum Wratiſlaviam abſceſſiſſe; decretum tamen a Polono in cœtibus regni ordinum kal. novembris habitis, ut Nyſſam ineunte februario anni proximi oratores mitterentur ad pacem cum Bohemis Hungariſque agitandam conciliandamque: quibus Sixti literæ (h) ad Marcum Cardinalem legatum conſentiunt; in iis enim commendat ipſum de Imperatis induciis, deque ſolemni conventu Nyſſæ indicto, in quo pacis firmandæ ratio ab Hungaris, Bohemis, Poloniſque oratoribus exquireretur; hortatuſque eſt, ut nihil de ſtudio, ac diligentia remitteret in tanta re ad exitum perducenda, ſed vehementius inſtaret.

Conventus Nyſſæ indicti pro pace.
(h) Michov. l.4. c.63.

Dilecto filio noſtro Marco tit. S. Marci presbytero Cardinali in partibus Germaniæ, Hungariæ, & Poloniæ noſtro, & A. S. L. ſalutem, &c.

XXXVIII.
Mala ex bello orienda proponere juſſus.

Te, dilectiſſime fili, in Domino benedicimus, & pro noſtro ardenti futuræ pacis deſiderio hortamur, ut toto pectore ad celebrandam dietam ac pacem conſiſtendam incumbas: nihil monendo, & ſuadendo omittas: pericula tam privata tum publica ante oculos omnium ponas: quantum boni in pace, quantum in diſcordia mali ſit explices: obteſteris per Dei, & Apoſtolicæ ſedis reverentiam, ut concordiam, ſepoſita

omni

Digitized by Google

amai coatentione, ſectatur: maximam nobis ex pace gaudium, maximam emolumentum rebus ipſis, maxima Chriſtianitati utilitas, non mediocris bonœ circumſpectioni tuæ accedit. Si vero, quod miſericors Deus ſua pietate avertat, tua opera effici pax non poſſit, volumus Reges eoſdem auctoritate noſtra moneas, ut ad nos ſuos oratores ſufficienti mandato ſuffultos intra trimeſtre a die mandati facti eis mittant, & uſque ad ipſorum oratorum reditum ab armis belloque ceſſent: in nullo enim, Domino auctore, deeſſe volumus Regum ipſorum tranquillitati, & reipublicæ Chriſtianæ ſaluti. His peractis poteris ad nos cum Dei, & noſtra benedictione redire, præſentia enim tua ſedi Apoſtolicæ utilis, & neceſſaria eſt. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXII. pontificatus noſtri anno 11.

XXXIX. Ampliore inſtructus ad pacem conficiendam auctoritate. (a) Ib. 72.

Ne autem legato pro optatiſſima pace firmanda deeſſet auctoritas, cum eo rem verti poſſe perpenderet Pontifex, ut convenirent Reges in eas leges fœderis, ut quiſque parta ditione regni Bohemici potirentur, legatum ampla poteſtate auxit (a) ad confirmandum ineundum fœdus, etiamſi ex illo Wladiſlaus integram Bohemiam, vel ejus partem ſibi aſciſceret, Provincias vero reliquas Hungarus ſibi vendicaret.

XL. Mathias Mahometis opprimendi occaſioni deeſt.

Profectus Nyſſam, in qua de pace habiti ſolemnes Hungarorum, Bohemorum, Polonorumque conventus fuere, Cardinalis legatus proximo anno nihil omnino prætermiſit, quod redigendis illis in concordiam conducere potuit, ſed irrito conatu. Accuſant Poloni Matthiam Regem, qui cum a Turcica graſſatione, propter bellum, quod Uſumcaſſanus in Mahometem ſuſceperat, metu ſolutus eſſet, difficiliorem ſe præſtiterit; cum potius Turcici abolendi imperii occaſionem arripere debuiſſet, junctoque cum Polono fœdere in Turcas Perſico bello turbatos incurrere:

Uſumcaſſanus cum Chriſtianis fœdus in Mahometem coit.

quippe Uſumcaſſanus, miſſo ſuperiori anno Ludovico Bononienſi Minorita, cum Pontifice antiquum fœdus inſtaurarat, ut Chriſtianos Reges principeſque ad Turcas in Europa debellandos concitaret, dum eoſdem in Aſia ipſe cum maximo & fortiſſimo exercitu edomaret; nec fidei præſtitæ barbarus defuit. Pontifex vero claſſi maritimæ in Turcas Oliverium Cardinalem Carafam Neapolitanum legatum præfeciſſe diximus, ſacroſque in ejus profectione ſacros ritus ſervatos deſcripſimus (b).

(b) Papien. ep. 449.

XLI. Navigat Rhodum legatus. Equitum controverſiam ſedat. (c) Boſius p. 2. hiſt. equit. Hier. l. 9.

Direxit vela verſus Rhodum pontificius legatus; ſumma enim inſtructus auctoritate eo proficiſci erat juſſus, ut obortas inter Rhodium principem & equites operarii publici præfectos controverſias ſedaret: ubi vero apoſtolica mandata expoſuit, litem omnem ſuſtulit (c), contractaque ob publicam rem a magiſtro ordinis nomina a quæſtoribus diſſolvi juſſit; gravati autem erant admodum alieno ære ob præterita bella Rhodii, quare in ſolemnibus cœtibus ſuperiori anno dimidiam quinquennalium obventionum partem equitibus ad reficiendum ærarium magiſter imperarat; cujus ſanctio hoc præfixa titulo: *Frater Baptiſta de Urſinis ſacræ domus hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani magiſter humilis, pauperumque Jeſu Chriſti cuſtos;* licet acerbior multis videretur, a Sixto tamen Papa confirmata eſt (d) ob communem rem in diſcrimen adductam, quæ privato damno ſuſtentanda erant.

(d) L. bul. 4. p. 49.

XLII. Munita novis propugnaculis Rhodus. Conjunctæ claſſi pontificiæ duæ triremes. (e) Boſius p. 2. hiſt. Hier. l. 9. (f) Plat. mſ. Vat. inſcriptum Miſcel. in vit. Sixt. IV. Veneta Pontificia & Neapolitana claſſes quales fuerint.

Muniſſe Baptiſtam Urſinum pluribus firmiſſimis propugnaculis adverſus Turcicas graſſationes Rhodum, nec non duas triremes legati apoſtolici claſſi conjunxiſſe, refert Jacobus Boſius (e): hanc vero ſolutis ex Rhodio portu anchoris una cum Venetis & Neapolitanis triremibus Satalıæ portum diripuiſſe, ac deinde Smyrnam, a Tamerlane jam antea noſtris ereptam, recuperaſſe; quæ confirmat Bartholomæus Platina in MS. vita Sixti IV. ubi de conſumptis opibus a Sixto in ſacra adverſus Mahometem II. conficienda expeditione ita loquitur (f): *Centum millia & eo amplius primo bello, dum claſſem in Turcos mittit legato & duce Oliverio Carafa Cardinale Neapolitano: ſecundo autem LXIV. millia expendit Laurentio patriarcha Antiochene una cum Ferdinando, & Venetis tantum bellum obeunte, nam cum Oliverio pontificio nomine cum XXIV. triremibus bellum gerente quinquaginta Venetorum, Ferdinandi autem triremes XXIV. militarant, nil tamen præclarum eo anno geſtum eſt, nuſquam prodeuntibus ex Boſphoro in Ægeum hoſtibus: Smyrnam tamen in Aſia cepere. abactis omnibus incolis.*

Littora Aſiæ a noſtris infeſtata. (g) Coriolan. l. 1. Boſius hiſt. Hier. p. 2. l. 9. Pet. Juſtin. l. 9.

Hæc Platina, & ex eo Panvinus repetit: fuſius vero Coriolanus Ceplo (g) Dalmata, qui triremis unius præfectus ſub Petri Mocenici, qui Venetæ claſſi præerat cum imperio, auſpiciis pugnabat, deſcribit (ut qui omnibus interfuerit) factas in primis a Veneta claſſe excurſiones in Aſiam, quod in ea populi Mahumetica ſuperſtitione infecti eſſent: parſum vero Græciæ, quod, præter præſidia locis munitiſſimis impoſita, reliqui Chriſtianæ legis cultores eſſent. Et quidem in Æoliam primos impetus converſos, agrumque Pergamenſem evaſtatum, plurimaque abacta præda, in Cariam deinde copias expediviſſe: cum vero Petrus Mocenicus Peloponeſum repeteret, Recbajenſium Ferdinandi Regis præfectum ſeptemdecim triremes claſſi Venetæ adjunxiſſe. Deinde in Cariam iterum itum, & agrum Halicarnaſſæum direptum quo tempore pontificius legatus cum claſſe acceſſerit, cui Petrus Mocenicus cum tota claſſe, & feſto

ſto clamore occurrerit, eoque ſalutato ipſum ita ſit allocutus : *Audiſti forſitan, ac legiſti, optime pater, multa quæ ſenatus pro fide Chriſtiana ac libertate Eccleſiæ ſtrenue & magnifice geſſerit : nunc etiam vides; novus enim jam annus volvitur, ex quo Veneti, cæteris principibus Chriſtianis torpentibus, præter Ferdinandum Regem grave & periculoſum bellum gerunt ac ſuſtinent, nec nos pœnitet laborum & impenſæ, modo reipublicæ Chriſtianæ profuturi ſimus : quoniam igitur his diebus Æoliam atque Cariam opulentiſſimas barbari hoſtis regiones omnia ferro igneque proſternendo, pecore ac colonis expoliavi; nunc quia adest tuo ductu atque auſpiciis cætera agentur*,

XLIII. Cur Attalia expugnata non fuerit.

Colleto dein conſilio ad Samum inſulam, Attaliam urbem Pamphiliæ principem, nobiliſſimum Ægyptiorum Syrorumque emporium, adoriri decreverunt (claſſis erat, adjunctis duabus Rhodiis, navium octuaginta quinque) primoque impetu refracta portus cathena, occupatæ turres, ſuburbanæ officinæ direptæ, primi urbis muri admotis ſcalis a noſtris conſcenſi: ubi vero ad ſecundos ventum eſt, ſcalæ eorum altitudinem æquare non potuerunt, quare ad ſuffodiendos muros converſi impetus. Inſigne tum fuit fœminæ Chriſtianæ Illyricæ facinus, quæ noſtros ad expugnationem hortabatur, cumque videret ſe ab hoſte deprehenſam, ut barbaricam ſervitutem effugeret, compoſita veſte, e muro deſiliit, quo caſu deinde inter Chriſtianorum manus expiravit. Cum ad noctem pugna extracta eſſet, & majoribus bellicis tormentis mœnia quati oporteret, eaque deeſſent, abducendæ inde claſſis poſt illatam regioni vaſtitatem ſumptum conſilium eſt, ac Rhodum adnavigatum, quo Uſumcaſſani orator acceſſit, qui narravit Catherini Zeni Venetorum oratoris adhortationibus Uſumcaſſanum ad ipſum opprimendum Mahometem exercitum in expeditionem ducere, jamque ejus duces minorem Armeniam Turcis obnoxiam invaſiſſe & Tocat urbem validiſſimam, pluraque alia oppida expugnaſſe, atque addidit Perſas haſta, enſe, ſagittis egregie pugnare; at ſcloporum ac bombardarum

Chriſtianæ Illyricæ inſigne facinus.

Uſumcaſſani in Mahometem expeditio.

ignaros eſſe, proinde aditurum ſe Pontificem, Venetos, alioſque principes ut tormenta ad urbes expugnandas ab ipſis impetraret: quæ quidem illi poſtea cum viris libtandarum machinarum peritis ſubmiſſa Venetiis refert.

Capta Smyrna direptaque.

De Smyrnæ vero inſignis Joniæ emporii excidio exponit, ut claſſis Chriſtiana eo invecta repente copias expoſuerit, quæ partim ſcalis in mœnia evaſere, partim per ruinas murorum penetrarint, ac univerſa gaza potitæ ſint, Afferebat Smyrnæis ſubſidium præfectus urbis Balabanus, qui ex agro redibat : ſed a noſtris trucidatus eſt, ejuſque ſocii proſtrati fugatiye. Eam porro urbem, quam diu olim Chriſtiani tenuerant, Veneti muniendam non cenſuerunt, ſed opibus captiviſque abductis incendio delevera, petitaque Peloponeſo Mocenicus Neapolim magnis firmare operibus eſt aggreſſus : Cardinalis vero legatus in Italiam vela dedit.

Veneti eam non munivere ne juris pontificii foret.

XLIV. Sexcenta hominum millia educta ab Uſumcaſſano.

Tenues illi Chriſtianorum adverſus Turcam apparatus fuere, atque ideo parum feliciter res geſta eſt : at Uſumcaſſanus plurimas de Turcis retulit victorias, ut qui maximis accinctus copiis venerat, ſexcenta enim millia hominum numerabat ſub ſignis, quibus & Trapezuntinum imperium ſibi peperit. Quos felices ſucceſſus relatos in ſacro ſenatu narrat Jacobus Cardinalis Papienſis (a) : *Hodie*, inquit, *recitatæ in collegio etiam ſunt literæ recentes ex Græcia, quibus ſecundæ res de Uſumcaſſano Pontifici ſignificantur, affirmant Trapeſundam expugnatam eſſe, cætera præter arcem non validam in ditionem ejus veniſſe : exercitum eſſe ingentem pluſquam ſexcentorum millium : pervagaturum mox reliquam Aſiam, ſi non obſiſtatur : Turcum non eo animo ſe extendere ad bellum, quo aliquando noſtros invaſit : metuere multum, ægro animo eſſe & corpore, ac plurimum pedibus laborare. A Venetis magna iis nunciis fides habetur, præſertim quod conſtanti fama continuant, &c. Romæ XVII julii MCCCCLXXII.* [1].

(a) Papien.ep.455. Trapezus ab eo expugnata.

XLV. (b) L.10. in fin.

De Uſumcaſſani ſecundis rebus meminit etiam Raphael Volaterranus (b), eoſque ex Venetorum literis recenſet accuratius ſic inquiens : *Veneti anno MCCCCLXXII. inito cum Caſano Perſiæ Rege fœdere littora Ciciliæ claſſe infeſtarunt, & ut ex lit-*

NOTÆ [1] Uſumcaſſani in Turcas expeditionem reſque omnes ab eo feliciter geſtas, cum menſe & die quo ſingula acciderunt diligenter narrat Naugerius in ea quam per hos annos ſcribebat, rerum Venetarum hiſtoria vulgata Rer. Ital. to. XXIII. Antequam Perſidis legatos ad ſollicitandos in Turcas Chriſtianos veniret, idest junio nondum elapſo, jam Perſæ ſub auſpiciis viri cujuſdam Uſumcaſſani nepotis urbem Tocat in provincia Amaſeæ ſubegerant, & Mahometis Turcarum imperatoris filium, commiſſo prælio fuderant. Ita totius Caramaniæ aditus victoribus patuit. Tum in Iconium proceſſum, e quo Muſtafà Mahometis filius natu major obſidione non expectata in urbem Cavſter ſeceſſit, & ex univerſa Natolia vires colligi præcepit. Interim Mahometes quo in periculo res Aſiæ eſſent intelligens ex copiis undique collectis terribili inſtructo agmine Conſtantinopoli movit die XII. octobris, ſed morbo invaſus redire in urbem coactus, & agmen diſſolutum eſt. Viciſſim autem Perſa partis a nepote victoriis commode uſus, Natolia tota occupata, hybernandum ibi conſtituit. Tunc Mahometes in ea rerum ſuarum anguſtia imparem ſe intel-

teris, quæ ad Antonium Donatum oratorem apud Sixtum Pontificem miſerunt, apparet, cepere oppida quædam, inter quæ Secbir appellatum, & Caricum antiquum, & munitiſſimum, quæ Caramanis, ac Caſano reſtituere. Teſtabantur quoque Caſanum cum maximis copiis Euphratem tranſmiſiſſe, veniſſeque in Cappadociam per eam partem, quæ patet a Syria; cepiſſeque ſimul, & diripuiſſe Cæſaream atque Sebaſtiam maximas urbes, quarum altera Caramani erat, abeſtque a Corico iter quinque dierum, indeque iter conſtituiſſe ad Iconium, inde contra Othomannum. Caſtellum autem Bir, quod eſt in Syria, cum aliquandiu obſediſſet, fretus ſultani auxiliis, tandem pugna commiſſa Othomannus fugatur, tantoque in hac terrore repellitur, ut, Euphratis ponte impetum non ſuſtinendo dirupto, bona pars fugientium ſubmergeretur. Hæc ſumma epiſtolæ. De hoc inter Mahumetum & Uſumcaſſanum conflato bello memorat Turcogræca hiſtoria (*a*), & Chazmuratem Turcici exercitus ducem in hoc prælio occubuiſſe ſcribit.

Inſignes urbes a Caſſano captæ.

(*a*) *Turcogr. l.* 1.

XLVI. Sinope eidem dedita.

Non modo Trapezus belli cauſa olim Davidis Comneni regia expugnata eſt ab Uſumcaſſano, verum Sinope quoque illius jugum admiſit; tunc etiam Mahometis Imperatoris Conſtantinopolitani exercitus ab eodem conciſus eſt, ut narrat accurate Matthias Michovias (*b*), qui addit Caſimirum Regem Poloniæ ab Uſumcaſſano miſſis oratoribus ſolicitatum fuiſſe, ut in Mahometem arma jungeret.

(*b*) *Michov. l.* 4. *c.* 69. *Chron. l.* 27. *Bizar. rer. Perſic. l.* 10.

De Uſumcaſſano a Venetis contra Mahometem, qui trinam excurſionem in Italiæ confinia fecerat, incitato, & præclare geſtis rebus Franciſcus Philelphus (*c*) Nicolao Trono duci Venetiarum hæc ſcripſit: *Hinc opportune numen inde vobis paravit auxilium unde ne cogitare quidem poteratis, Aſſam excitavit Hali filium, eundemque etiam Othomannum, qui Perſidis, ac Mediæ, & Babyloniæ viribus fretus adverſus nefarium, & pernicioſiſſimum hoſtem veſtrum in extremo reipublicæ veſtræ diſcrimine cum militibus ſeptingentis millibus formidoloſus victorque deſcenderet, jam inter ipſa regnorum Turci agnati ſui præcordia vaſtare ferro omnia igniqueque nunciatur. Adſunt ejus oratores in Italia, qui vos ultro invitant ad tantæ, & tam præclari belli victoriam, quid ergo vobis diutius differendum exiſtimetis? quid aliunde auxilia imploretis? ſatis vobis ſuppetiarum eſt: cum Jeſus ipſe dirigit greſſus veſtros, Jeſus, inquam, ſe vobis ducem, ſe Imperatorem, ſe vexilliferum offert. Num putetis vos potuiſſe nuper in tantis Turcorum viribus Smyrnæa potiri victoria, ni Chriſtus vobis tantæ urbis aditum aperuiſſet? Ex Mediolano nonis decembris MCDLXXII.*

(*c*) *Philel. l.* 36.

Uſumcaſſan. ſocium ſeptingenta millia bellatorum eduxiſſe fertur.

Smyrna exciſa a Venetis.

XLVII.

His conſentiunt tradita a Bizarro (*d*): qui addit Mahometem miſſo oratore annixum revocare Uſumcaſſanum a fœdere quod cum Chriſtianis percuſſerat, expoſtulaſſeque illum Mahumeticam religionem amplexum ſibi potius Mahometano ſtudere, neque ſe ab egregio delendi imperii Chriſtiani facinore avertere debuiſſe: his autem reſpondiſſe Perſam, inita fœdera ex Mahometana lege colenda, ſervandamque fidem, cui prius data fuerit, jam vero fœdus cum Romano Pontifice Venetiſque ſe pepigiſſe, oſtenſurumque univerſis imperii viribus ſe fidem ſervare, quam etiam alienæ genti obſtrinxiſſet. At pulcherrima gerendi belli ſacri occaſione uſi non ſunt Chriſtiani; non enim Polonus, non Hungarus, non Imperator copias in Turcam pararunt, quamobrem & inertis Frederici ditio, finitimæque provinciæ a Turcis vaſtatæ fuerunt: quas cladea ita deſcribit Michovias (*e*): *ejuſdem anni æſtate Turcarum exercitus ex Boſna agreſſus Illyricum, & Sclavoniam vaſtavit. In menſe ſeptembri terras patriarchatus Aquilejenſis a Venetis occupatas deſcendens, & uſque ad caſtellum S. Danielis excurſiones in Forojulii faciens, citra duodecim millia hominum in ſervitutem abegit. In menſe deinde novembri apud Goritiam, & per totam Hiſtriam terribili clade in ſexum utrumque ſæviendo ferro, & igne omnia, nullo principe reſiſtentiam opponente, complevit.*

(*d*) *Bizar. rer. Perſic. l.* 10.

(*e*) *Michov. l. c. c.* 69.

XLVIII.

Adverſus præpotentem hunc hoſtem noſtris Moſcovita acceſſit: Joannes enim Baſilius, decreta ad Sixtum ampliſſima legatione, ſignificavit ſe Florentini concilii ſancita admiſiſſe: a Conſtantinopolitano patriarcha petere jura ſacra deſiiſſe, ex quo barbarico jugo preſſus eſſet: Pontificem etiam, ut Chriſti vicarium veneratus, ut mitteretur legatus, qui in Moſcovia corruptelas, ſi quæ irrepſiſſent, tol-

NOTÆ telligens ut duos ſimul potentiſſimos hoſtes ſuſtineret, ſolicitandos ad pacem Venetos, & per illos reliquos omnes Chriſtianos principes cenſuit. Cujus rei gratia ablegatum ſuum Chriſtianum quemdam Conſtantinopoli agentem, Scutarim miſit ad Laurentium Boldu comitem Scutari. Venit ille labente anno circa feſtum Natalis Domini, rogavitque ut facultatem ſibi a ſenatu peteret agendi de pace cum Turcis; ſimulque eas pacis conditiones propoſuit, quas Turca offerebat, honeſtas oppido & opportunas. Sed Veneti re audita, eas quidem pacis leges admiſſuros ſe ſignificarunt, ſi cæteris a ſe oblatis conditionibus eas adiiceret Turca, ut ſcilicet Euboica inſula ad veteres dominos rediret. Interim cum a Venetis reſponſum expectaretur, Mahometes valido collecto exercitu in Natoliam ſe tranſtulerat, ubi acceptis Venetorum reſponſis rem protelandam conſuit, quoadusque imminentis prælii exitus expectaretur. Mansi

tolleret, flagitavit: Zoem etiam Palæologorum ſtirpe imperatoria procreatam ſibi, conciliatore Sixto, procuratorum opera deſpondit, quemadmodum refert Volaterranus (a).

(a) *Mſ. arch. Vat.*

Inſignis Moſcoviæ ducis ad Sixtum legatio.

XXII. *maii vocati hodie ſunt in conſilium patres. Vocationis cauſam præbuerunt oratores Joannis ducis Albæ Ruſſiæ: ii venerunt, ut venerarentur primo Romanum Pontificem, inde deſponderent filiam Deſpotis olim Peloponeſi, quæ Romæ, una cum duobus fratribus patria profugis, pietate ſedis Apoſtolicæ alebatur: juſſi autem erant conſiſtere ad diverſoria montis Marii, quæ prominent urbi, ut de conjugio, & ratione honorandæ legationis interim poſſet decerni: veniebat enim nonnullis in dubium quid in his eſſet noſtri officii, quando de fide Ruthenorum non ſatis conſtaret. Dictæ ſententiæ ſunt: decretum conjugium: permiſſum quoque, ut ſponſalia, ſicut poſtulabatur, in baſilica SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli adhibitis prælatis ex ordine fierent: imperatum quoque, ut familia pontificis, & patrum obviam illis procederent. Horum rerum allatæ rationes, quod Rutheni olim concilium Florentinum acceperint, & archiepiſcopum Latinum a ſede Romana habuerint, nam Græci a patriarcha Conſtantinopolitano mos erat accipere, & oratorem ad ſe mitti nunc poſtulant, qui fide eorum omnium inſpecta, rebus etiam cognitis, ſi quid devium eſt, in viam rectam reducat, & an ad profitendam etiam obedientiam acceſſerint, & denique ſi maxime hæretici Rutheni ſint, non tamen ex jure pontificio irrita cum iis conjugia habentur, & quod errantes filii alliciendi etiam honoribus, & benignitate ad gremium matris Eccleſiæ videantur.*

Significat concilio Florentino adhæreſcere.

XXV. maii introducti in conſiſtorium ſecretum iidem oratores ducis, quem dixi, obtulerunt litteras apertas in membranuncula cum bulla aurea pendenti, in quibus tantum erat lingua Ruthenica. Magno Xiſto Pontifice Romano inſtitutori Joannes dux Albæ Ruſſiæ percuſſa manu fronte reverentiam exhibet, idemque rogat oratoribus ſuis fidem præſtare. Laudaverunt igitur Pontificem, gratulati ſunt ſuo pontificatui, commendaverunt ducem, ejuſque nomine pedibus Apoſtolicis ſic N. dixerunt, reverentiam perſolverunt, obtulerunt denique munera Subagibellinam, & Gibellinos pelles ſexaginta. Laudatus a Pontifice eſt dux quod Chriſtianus eſſet, quod adhæſiſſet concilio Florentino, quod a patriarchis Conſtantinopolitanis a Turcha inſtitutis nunquam paſſus eſſet Græcum archiepiſcopum peti, quod conjugium Chriſtianæ ſponſæ appeteret, & nutritæ diu apud ſedem Apoſtolicam, quod demum reverentiam ad Romanum præſulem miſiſſet, quæ apud Ruthenos inſtar plenæ eſſet obedientiæ: iiſdem quoque habita pro muneribus gratia. Aſſue-runt his rebus oratores Regis Neapolitani, Venetorum, Mediolanenſis, Florentinorum, & ducis Ferrariæ, qui aliis de rebus revocati ad Pontificem erant kal. junii legata ducis Albæ Ruſſiæ in baſilica Petri nomine ducis deſponſa eſt deſpotarum ſoror Zoe vocata a vita: deduxerunt eam.

Deſponſa Moſcovitæ filia Imp. Conſtantinop.

XLIX. Sophiam eam vocat Bartholomæus Platina (b), ac Thomæ Palæologi deſpotæ filiam fuiſſe ait, dotemque aliaque ampliſſima munera a Sixto fuiſſe collata. Ex iis porro nuptiis affulgebat aliqua ſpes, Joannem Baſilium ad recuperandam Græciam converſurum impetus, & Græcos facile illi adhæſuros. De Tartaris etiam in Turcas concitandis agitatum; quippe duodecima junii coacto Cardinalium conſiſtorio (c) oratores ducis Albæ Ruſſiæ, iterum ingentes ſpes pro fide catholica ſe afferre affirmabant, ajebant enim privatum Ruſſis cum Tartaris commercium eſſe, ac Tartaros in Turcas facile averti poſſe, tantumque educendum exercitum, quem neque Europa neque Aſia ſuſtineret, modo in ſingulos menſes dena aureorum millia penderentur, & munera tanto digna principe mitterentur, viam autem per Albam Græcam ad fines Pannoniæ Tartaros facturos. Rejecta res eſt his potiſſimum de cauſis: *Quod inexploratum nobis eſſet, an Rex Hungariæ tutum ſibi putaret, tantam multitudinem regna ſua iter habere: quod verendum eſſet, ne deficiente ſtipendio, etenim mendiciſſima gens eſt, in Chriſtianos bellum converterent, quod denique victoria Mahometani hominis tam nobis peſtifera quam Turco eſſe poſſet.* Vectigalis erat Tartarorum Moſcovita, quem incitante uxore fœdiſſimum (d) jugum excuſſiſſe inferius dicetur (e).

(b) *Plat. MS. Vat.*

(c) *MS. Vat.*

De Tartaris in Turcos concitandis proponunt Moſcovitæ. Exiſtimatum eſt Tartaros victores æque ac Turcas metuendos.

(d) *Cro. l. 29. Sigiſm. Liber in com. rer. Moſcov.*

L. Conjungendos autem potius arctiſſimo fœderis nexu Chriſtianos principes viſum eſt, quorum arma & domando hoſti paria eſſent, & victoriæ nullum novum terrorem clademve allatoræ: atque in primis in Italicis inter ſe conciliandis, quorum oratores apud ſedem Apoſtolicam agebant, deſudatum eſt. Actum ea de re jam ante fuerat in Cardinalium conſiſtorio vigeſima quinta maii, in quo hæc geſta eſſe narrat Maffeus Volaterranus: *In ſenatu de fœdere Italico acta hæc ſunt. Vocaverat ab initio pontificatus ſui Sixtus Italos oratores ad innovandum fœdus commune, quod olim ſedente Nicolao V. actum Neapoli eſt. Agitata res, & quamplures menſes in ea vertebatur difficultas omnis, quod Rex, dux Mediolani, & Florentini in ea innovanda exprimi, & confirmari contendebant fœdus aliud ſedente Paulo ſecundo inter ſe tantum initum, quo eccleſia plurimum lædebatur. Veneti ab initio & huic poſtulationi adverſi, tandem dederant manus, & ad arbitrium Pontificis cuncta referebant. Pontifex rem damnoſam rejiciebat, dignitati etiam ſuæ*

De inſtaurando fœdere Italico actum.

(e) *MS. arch. Vat.* Motæ circa illud aliquæ lites.

Fœdus, Paulo ſedente initum a Sixto repudiatum.

non

Digitized by Google

non ſtatuens detrimentis propriis aſſentiri. Duo Cardinales ſex erant ad hæc ipſa cum legatis tractanda ex conſuetudine noſtra: pervincere nunquam horum potuerant contumacias. Relata igitur re ad Pontificem, decretum eſt legatos dimitti. Dimiſſionis cauſæ ſunt dictæ, quod vocati illi eſſent ad innovandum commune tantum, non privatum etiam fœdus: quod in privato nulla eſſet utilitas publica, quando non una omnium, ſed ſejuncta quædam a cæteris appareret voluntas: id actura ſemper, ut minus Itali invicem fiderent, minus fidei ſubvenirent, minus etiam nos timeret Turcus factionem hanc noſcens, quod nulla eſſet noſtra extimatio, quod tantum de nobis ita cederemus, commiſſa in Eccleſiam arma hac innovatione, probantes eſſe in ea re damni plurimum, lucrique minimum. Quod ſi acquieviſſe Paulum his difficultatibus dicant, non videri horum atque illorum temporum eandem rationem, illi Regem, ducem, & Florentinos fuiſſe infeſtos, Xyſto autem quemque horum favere, quod metus cauſa nil damnoſum confirmare cogatur. Hæc in ſenatu conſenſu omnium probantur: illa tamen angebat res, quod non innovati fœderis culpa omnis apud ignaros noſtra videbatur futura, ſed hoc benignitas Dei in illo ipſo articulo reſponſi dandi oneris noſtri eſſe non voluit, in foveam incidere foſſores ipſos compulit.

LI. Novæ obortæ turbæ in Italia.

Addit auctor, Anellum oratorem Ferdinandi Regis ex literis regiis accepiſſe mitti a duce Mediolanenſi quindecim triremes inſtructas in Andegavenſium ſubſidium adverſus Joannem Aragonum Regem Ferdinandi patruum; propterea inſtaurandi fœderis conſilium, ſi ita fiat, a Ferdinando revocatum: cujus rei hæc erat cauſa, Mediolanenſem, & Florentinos a Cardinale Urſino flexos, ut ex eo fœdere pactiones Eccleſiæ adverſæ, de tuendis nimirum Urbini comite & Roberto Malateſta demerentur, at Ferdinandum ipſis fœdere junctum veritum eſſe illorum amicitiam prodere, & perdere: parte etiam alia aperte noluiſſe diſſentire, ne ingrati in Eccleſiam animi notam invidiamque fœderis in Turcas non initi contraheret, atque ideo ea prætexuiſſe de triremibus. De hiſce turbis, quæ rei Chriſtianæ afferebant exitium, hæc ad Cardinalem S. Marci ſcripſit Jacobus Cardinalis Papienſis (a): *Italica, quantum video, nutant: conatus innovandi communis fœderis ad nihilum redit: jam eſt diſſolutus omnis noſter atque oratorum tractatus: Volterræ a Florentinis defecere. Miſſus illuc eſt cum exercitu raptim collecto Urbinas, ad quem & noſtri equites quingenti mittuntur. Varius de hic cœptis eſt hominum ſermo, omnium autem unus conſenſus, futurum in Italia bellum ſi fautores Vola-*

(a) *Card. Papien. ep. 449.*

terrani invenerint: adhuc tamen nemo ſe detegit: tantum Florentini exules neſcio quid pauxillum conantur: nihil in tot diſcriminibus fidei calamitoſius bello, &c. Romæ die XXIX. maii MCCCCLXXII.

LII. Quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanum attinet, a quo inſtructam claſſem adverſus Turcas immiſſamque, ſed nulla geſta re autumno rediiſſe, quo tempore Pontificia Venetaque Aſiæ littora vexarunt, paulo ante meminimus; quamquam maximi illius referret, ingraveſcentem Turcicam potentiam, ne regnum Neapolitanum invaderet, reprimere; is tamen cum damno Eccleſiæ, accepti in parto regno beneficii immemor rem ſuam auxit; nactus enim Sixtum in aſſerendis juribus eccleſiæ Paulo prædeceſſore inferiorem animis, cupidumque conſanguineos illuſtrandi atque augendi, de nepte regia pontificio nepoti matrimonio jungenda egit, petiitque ut vectigale aurum, ob quod non perſolutum beneficiario jure exciderat, ſibi condonaretur, tum in reliquam vitam pendendi cenſus onere liberaretur. Ut vero ea res ſplendide fieret, turpique pactioni pulcherrimus fucus allineretur, obtendit miſſam jam ante a ſe ſuperiori anno adverſus barbaros claſſem, ſeque una cum aliis principibus Chriſtianis in communem hoſtem vires ſociaturum duas triremes regio ſumptu egregie inſtructas ſuſtentaturum, quæ maris Tyrrheni oras a Monte Argentario ad Terracinam uſque, a piratarum Mahometanorumque graſſationibus tuerentur, Avellumque arcanorum interpretem, ut de his cum Pontifice paciſceretur, ampliſſimis fretum mandatis miſit. Extant illa regiis conſignata literis in Vallicellana bibliotheca, in quibus Romanum Pontificem Chriſti vicarium agnoſcit, illique auxiliarem exercitum, ſi bello peteretur, ſpondet; tum ſe littus Romanum tutaturum.

Ferdinandus poſcit a Sixto vectigalis pendendi onere liberari.

LIII. Flexit facile ad vota ſua Sixtum Ferdinandus, qui nunquam Paulum, ut jura Eccleſiæ protereret, adducere potuerat, ac, ne ob negatum cenſum, regno ab eo ſpoliaretur, in diſcrimen venerat. Immo impetravit etiam, ut Soranus comitatus, quem Pius II. dum Gallos Ferdinandi hoſtes ejecit, comparaverat, eccleſiaſticæque adjunxerat ditioni, reſtitueretur Neapolitanæ coronæ: ad quæ ductum Sixtum Leonardi Ruverii nepotis ad opulentas nuptias evehendi, & rebus eccleſiaſticis ditandi illecebra, indicat Bartholomæus Platina (b) MS. vita Sixti Papæ.

Soran. comitatus e ditione eccleſiaſtica divulſus.

(b) *Plat. mſ. arch. Vat.*

LIV. *Regis filiam* nempe nothi Regis notham filiam *Leonardo ex fratre nepoti, quem paulo ante præfectum urbis creaveras, in matrimonium collocat. Ut vero annis inſequ. Reges deinceps & Pontifices controver-*

ſia tolleretur, oppida quædam in Herniciis partim a Pontifice partim a Joanne comite poſſeſſa, puellæ in dotem aſcribuntur, Joanni autem quinque millia nummum aureorum a Pontifice perſoluta ſunt, ne quæri poſſet, illa loca vi ſibi adempta eſſe. Oppida autem fuere Sora, Arpinum, arx quædem munitiſſima ultra Lyrim, atque alia caſtella non contemnenda, pro quibus tanta contentio inter Paulum, & Ferdinandum eſt orta, ut paulum abfuerit, quin bello decerneretur cujus eſſe deberent; nam Pius eo bello, quo Ferdinandum contra Gallos pugnantem juvit, pulſo Sorano duce Ferdinandi hoſte, oppida illa ex fœdere cum Rege inito occupavit: verum poſtea mutata ſententia mortuo Pio hæc loca in regno poſita minie etiam habitis repetiit.

Cum ecclesiæ dispendio suos promovet Sixtus.

LV. *Petebat item, ut tributum, quod Eccleſiæ feudi nomine quotannis pendebat aliqua ex parte diminueretur, cum regnum tantummodo cis, non etiam ultra pharum poſſideret.* Et infra: *Xyſtus, autem hac quoque in re Ferdinando ſatisfacturus totum remiſit tributum, Ferdinandi tantum vita durante, modo equum album quotannis feudi nomine perſolveret, tueretur que oram maritimam a prædonibus, & milite ſi opus eſſet Pontificem juvaret ſua impenſa quoque & ductu, ut in fœderibus legitur: hoc qui improbarent fuere multi.* De quibus Jacobus Cardinalis Papienſis in literis ad Angelum episcopum Tudertinum datis hæc habet (a).

Cardinales plures ipsi adversati.

(a) Card. Papien. ep. 439.

LVI. *Perveniſſe jam iſthuc puto rumoribus, quæ beneficio Ferdinandi Regis ſunt a nobis remiſſa: pauca ea numero, ipſo pondere magna æſtimantur. Redditus eſt ducatus Soranus, & condonatus regni cenſus tam qui debebatur, quam qui vivo illo peteret in futurum deberi: pro eo triremes duae ad cuſtodiam noſtri litoris continue exhibet, & Romanam eccleſiam ſuis temporibus tueri ſpondet omnibus tam ſtipendiis quam viribus, & exercitibus regni: fructuoſa admodum res, ſi dicto fides conſentiat. Addita illa cautio eſt, aſſentiente eodem ac recipiente, ut liberalitate omni noſtro cadat, ſi a promiſſis abierit. Deſpondebitur mox * neptis regis præfecto urbis nepoti Pontificis, idemque ducatus dos erit. Romæ XIII. martii* MCCCCLXXII. Eadem in aliis literis (b) ad Marcum Cardinalem Aquilejenſem A. S. L. repetita ſunt.

Affinitas inter Ferd. & Sixtum contracta.

* filia.

(b) Ib. p. 440.

LVII. Editum etiam eſt a Sixto diploma (c) pridie kal. martii, quo annua octo millia unciarum auri multorum annorum flexu non ſoluta, & quinquaginta millia nummum accepti regni beneficiarii ergo debita, pendendumque vivo Ferdinando vectigal annuum remiſſa ſunt: quinetiam, adeo illi eſt blanditus Sixtus, ut cum idem Ferdinandus parum honeſte cum Pio Pontifice, dein vero acerbiſſime adverſus Paulum II. contendiſſet, cenſum annuum ob exhauſtas ſuperioribus bellis regni opes ad minorem vim auri redigendum, novo diplomate (d) promulgarit, ſe ob illam remiſſi cenſus beneficentiam haud detraxiſſe juri Ferdinandi cenſum annuum extenuandum diſceptantis: quamvis re ipſa id jus penitus fictitium eſſet, atque inſigne ingrati in eccleſiam Romanam animi argumentum. Omnia porro, quæ Anelius orator cum Pontifice pepigerat, Ferdinandus admiſit, habuitque rata, exaratis literis (e), quæ in ms. Vallicellano extant, in quarum calce hæc addidit.

(c) Ext. in mſ. cod. Vall. ſig. lit. B. n. 19. p. 123.

(d) Ext. ibid. p. 125.

(e) Ext. ibid. pag. 128.

LVIII. *Prometto, & ſub fide regia polliceor atque ſpondeo, taliter, me authore Domino, ad omnia grata apoſtolicis affectibus habiturum, quod de collatis a me gratitudo proveniat, & in conferendis affectus promptior excitatus exurgat, nec non etiam tenore præſentium de jam dicta mea ſententia ratifico, & accepto omnia & quæcumque, quæ per ipſum M. Anellum meum oratorem, & in hac parte procuratorem, vigore mei mandati ipſi facti fuerunt promiſſa veſtræ beatitudini, & ſedi Apoſtolicæ, confirmans, atque emologans, ac ſi per me promiſſa eſſent. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes aureo pendenti ſigillo munitas fieri feci. Datum in Caſtello novo Neapolis die XVI. menſis martii anno a nativitate Domini MCCCCLXXII. Rex Ferdinandus.* Illuſiſſe poſtea ſedi Apoſtolicæ Ferdinandum, & larga promiſſa, ob quæ cenſus illi eſt remiſſus, contrariis operibus labefactaſſe, videbitur inferius.

LIX. Dictus præterea humanis affectibus Sixtus Hieronymum Riarium, cui eccleſiaſtici exercitus ſupremum contulerat imperium, Imolæ & Forilivii toparchia donavit: ſed male collatæ Eccleſiæ opes illi ac filiis exitium poſtea attulere, hæc enim de eo refert Petrus Juſtinianus (f): *In Italia Hieronymus Riarius Sixti Pontificis nepos, & Imolæ Forlivique princeps, in cubiculo a civibus conſpiratione occulta occiſus, in forum de palatii feneſtra projectus*, ſubditque: *Galeottus quoque Manfredus Faventiæ dominus uxoris inſidiis periit.* Herculem etiam Ateſtinum Ferrarienſi principatu beneficiario, quinque millium aureorum cenſu imperato, induit (g), ut ex edito diplomate patet ita conſignato: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. XVII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno I.* Contulit etiam jure beneficiario eidem Herculi Ateſtino Sixtus Bagnacavalli, S. Agathæ, Cunii, & Zagonariæ oppida impoſito centum aureorum cenſu (h), nec non Maſſam Lombardorum, Roncadellum, & duo alia oppida in agris Imolenſi, & Faventino, imperato unius libræ argenteæ vectigali (i).

Imolæ & Forilivii toparchia abalienata a Sixto.

(f) Petr. Juſt. hiſt. Ven. l. 9.

In cubiculo miſere cæſus.

(g) Six. IV. lib. bullar. 104. p. 38.

Alia oppida jure beneficiario tradita.

(h) Ead. l. 104. p. 93.

(i) Ib. p. 96.

Con-

LX. (a) *Lib. brev. & bull. p. 49. ep. 32.* Sanctio Pauli II. de jubilæo ad xxv. annum redacto confirmata.

Confirmavit hoc anno idem Sixtus (a) ſanctionem Pauli II. qua annus Jubilæus a trigeſimo tertio anno ad vigeſimum quintum redactus fuerat, uberrimamque criminum veniam eccleſias urbis rite luſtraturis attribuit: *Univerſorum fidelium animarum ſaluti pariformiter conſulere cupientes, ejuſdem prædeceſſoris præinſertas literas cum reductione ejuſdem anni trigeſimi tertii ad vigeſimum quintum annum, nec non ſtatuti & ordinationis prædictarum, ac omnibus aliis in eis contentis clauſulis auctoritate præfati tenore præſentium de ſimili fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio innovamus, approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, & ſtabilimus annum jubilei prædictum a vigilia nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti anni ejuſdem milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti quoad plenarias indulgentias antedictas ab ipſis fidelibus conſequendas incipere, & juxta ipſarum literarum continentiam, & tenorem ſtatre, ac revoluta ſucceſſive viginti quinque annis futuris temporibus ſucceſſive vim vigoremque perpetuo obtinere, atque durare decernimus: ipſas quoque indulgentias, & peccatorum remiſſiones ad abundantem cautelam utriuſque ſexus fidelibus prædictis juxta ipſarum literarum modum etiam de novo concedimus, & elargimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. VII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno I.*

LXI. Lites ob pragmaticam ſanctionem ſublatæ.

Neque illud hoc loco prætermittendum eſt, ipſum ſubortas ex pragmatica ſanctione in Galliis diſſidia ſedaſſe, ac ſex menſes conceſſiſſe, præſulibus, quibus vacantium ſacerdotiorum jus conferrent: tum pro dirimendis inter clericos in litibus plura ſanxiſſe, quæ in libro primo extravagantium communium cupidus lector conſulet. Ad excindendam vero ſimoniacam peſtem, quæ in eccleſiaſtico ordine ſerpebat, ſanctionem (b) edidit in omnes, qui ſe ejuſmodi ſceleris conſcientia contaminarent. Hac tempori nota id diploma conſignatum eſt: *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. XI. kal. junii pontificatus noſtri anno I.*

(b) *Lib. brev. & bullar. pag. 43. n. 34.*

LXII. (c) *Papienſ. ep. 464.* Xenodochium & cœnobium conditum a Willelm. Card. Spoletano.

Puriſſimus erat ab ea labe Vuillelmus Spoletanus Cardinalis, quem ob conditum ſacris opibus xenodochium cœnobiumque excitatum hoc elogio exornat Jacobus Cardinalis Papienſis (c): *Non ſit dominationi veſtræ ad gloria inanis, nec mibi ad aſſentationis crimen, quod hic literis addam: ſcit Dominus, quod a conſcientia os non diſſentit. Proximo februario cum iter Narniæ agerem contemplatus ſum opus cœnobii veſtra cura erectum, fratrum frequentia, & ſtructura ipſa inſigne, benedixi nomini veſtro. Rurſum nunc per vicum montis Roſuli tranſiens magno meo, & aliorum exemplo vidi ſacellum, conjunctumque xenodochium, quod impenſa veſtra a fundamentis erigitur, opus opportunum, & pium, tum profeſſioni noſtræ conveniens, deſcendi, ingreſſus ſum, luſtravi omnia. Inde vero egrediens tacitus dixi: Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Porro autem felicem Eccleſiam ſuſpiravi, ſi illi multi Spoletani contingerent: qua in re venere in mentem patres nonnulli ordinis noſtri, qui in Domino dormierunt S. Crucis, Cæſarinus, Firmanus, de Caſa, ac nuper S. Angeli Hiſpanus, per quorum ſanctae actiones commendatum eſt miniſterium noſtrum. Perutiæ VII. auguſti MCDLXXII.*

LXIII. Ludovici Morbioli mors. (d) *Mantuan. in carm.*

Migravit in cœlum hoc anno Bononiæ Ludovicus Morbiolus (d), qui pietatis nitro delibutus ſtudio populum ad contemptum mundi virtuteſque in circulis hortari ſolebat, cujus vitam ex Baptiſta Mantuano, qui egregio carmine Innocentio VIII. inſcripto geſta illius proſecutus eſt, deſcribit Carolus Sigonius (e), ex quo pauca hæc decerpſimus: *Aut humi, aut in duris ſtramentis cubare aſſuevit, lapidem ſibi pro cervicali ſternens, cibo delectatus eſt non ſolum tenui ſed etiam vili, cumque ſi delicatior videretur cinere ſæpe conſperſit, omnino carnibus abſtinuit, ſitus, poma, nuces, atque olera frequentavit, quæ aut cruda ſumpſit, aut certe ſine oleo coxit: ita ex ſumma inedia maciem ſummam contraxit. Per noctem lacrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione paſſionis Chriſti defixus. Interdum ne otio langueret ſacras ex oſſibus imagines ſculpere didicit, aut prædicationi ſe tradidit, homines ad cœleſtem gloriam conſectandam, & humanam contemnendam adhortans. V. kal. novembris migravit ad cœlum, ſepultuſque eſt in cœmeterio baſilicæ S. Petri, & poſt ſex menſes, cum miraculis clareret cœpiſſet, in eccleſiam tranſlatus eſt.*

(e) *Sigon. de epiſc. Bon. in Philippo Caland. Ferrar. in novo catal. 28. octob.*

Totus in Jeſu Crucifixi meditatione verſabatur.

LXIV. (f) *Sixt. lib. bullar. 25. pag. 236.* Evangelii præcones ad Canarios & Guineos miſſi.

Creatus (f) eſt hoc anno a Sixto Apoſtolicus internuntius Alfonſus de Bolano Franciſcanam diſciplinam profeſſus ad fidem Chriſti Canariis, Guineis, & aliis Afris inferendam, cui plures viri ſanctimonia illuſtres ſocios laborum ſe conjunxere quos omnes Sixtus privilegiis omnibus a prædeceſſoribus evangelii præconibus conceſſis affecit, diplomate hac formula conſignato: *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXII. II. kal. julii pontificatus noſtri anno I.*

Annus

I. ANnus redempti orbis milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus tertius ſexta indictione excurrere cœperat, cum Oliverius Cardinalis Carafa Apoſtolicæ ſedis legatus claſſis pontificiæ præfectus in urbem reverſus, ut Stephanus Infiſſura (*a*), refert, viginti quinque camelos præda onuſtos, ac totidem Turcas per triumphi ſpeciem ſecum circumtolit, hoſtilia etiam compluta ſigna attulit, & catenæ in portu Attaliæ refractæ partem ante baſilicæ Vaticanæ fores ſuſpendit; ſed non tam glorioſum erat eam catenam rapuiſſe, quam turpe ob non comparatas longiores ſcalas Attaliam non ſubegiſſe (*b*). Abiit vero munere Oliverius Carafa, ac pontificiæ claſſis imperium Laurentius Zenus archiepiſcopus Spalatenſis, quem Bartholomæus Platina (*c*) patriarcham Antiochenum vocat, agebatque apud Rhodum, ſuſcepit: Petrus autem Mocenicus Venetæ claſſis præfectus plura Turcarum loca direptioni & incendiis tradidit, ut fuſe proſequitur Coriolanus Cepio (*d*), qui res ab illo præclare geſtas tribus libris eleganter eſt complexus.

(*a*) *Steph. Infiſſ. cod. MS. vat. ſign. n. 111. & mſ. Vallic. bibl.*

Fruſtra ab Oliverio Caraſſa Card. tentata Attalia.

(*b*) *Petr. Juſt. l. 8.*

(*c*) *Plat. mſ. arch. Vat. inſcript. miſcellan.*

(*d*) *Cepio l. 2. Sabell. ennead. 10. l. 7. & aliis.*

II. Narrat autem inter alia audax facinus Antonii Siculi, qui Turcarum Imperatoris navalia apud Callipolim medicato igne ſuccendere molitus ſit, mercatoriſque ſpecie ad poma divendenda in portum invectus, armamentario, in quo maxima ligni, funium, ac materiæ ad ædificandas inſtruendaſque naves copia erat, ignes noctu injecerit: ſed erumpente citius flamma detectus a Turcis fugatuſque, centum triremes, ut fuerat meditatus, concremare non potuerit: tandem captus perductuſque ad Mahometem Imperatorem, illi factam in Chriſtianos carnificinam, provinciarum direptiones, regnorum excidia, principum cædes exprobrarit, conſtanter autem medio corpore diſſectus mortem pertulerit, ob cujus virtutem ſenatus Venetus illius fratri ſtipendium annuum, & ſorori dotem honeſtam conſtituit. Præterea recenſet idem author Uſumcaſſani oratorem exceptum magnifice Venetiis, ac plura tormenta bellica ænea Uſumcaſſano tradita, uti expetitum fuerat, ac miſſos centum fortiſſimos juvenes, quibus Thomas Imolenſis præerat, tractandarum machinarum peritos: tum plura vaſa eximio artis lenocinio cœlata, veſteſque pretioſas a Joſepho Barbaro oratore offerenda Uſumcaſſano ad Pamphiliæ Ciliciæve oras acceſſuro. Inter quæ claſſis Venetæ præfectus Petrus Mocenicus ſociorum navibus adjunctis, cum Aſiæ oras luſtraret, a Caramanni filio Caſſambecho Uſumcaſſani fœderato, qui Perſicis viribus patrium regnum a Mahomete repetere annitebatur, rogatus eſt, ut, cum univerſam Caramaniam, exceptis tribus urbibus munitiſſimis Sichino, Seleucia, & Corico ſubegiſſet, quas in ſuam redigere poteſtatem non poſſet, eo quod tormentis bellicis ad diſiicienda mœnia careret, auxilio adjutor ſibi adverſus Turcam eſſe vellet. Mocenicus itaque expoſitis in terram copiis cum æneis tormentis quatere hoſtiles munitiones cœpiſſet, eas tres urbes expugnavit, compulitque ad deditionem faciendam, quæ reſtitutæ Caramano fuerunt.

Plura Turcarum oppida incendio tradita.

Antonii Siculi audax facinus.

Illius in ferenda morte conſtantia.

Tormenta bellica miſſa ad ipſum.

Tres arces in Caramania Turcis ereptæ.

III. De præclare geſtis a Petro Mocenico, & reportata ab Aſſano de Turcis victoria, meminit Philelphus (*e*) in literis ſcriptis IX. kal. auguſti ad comitem Urbini. Cogitabat præterea Petrus egregium ingens aliquod facinus efficere in Turcas, cum illum Jacobi Regis Cypri mors, novique in ea inſula motus a ſuſcepto conſilio revocarunt. Refert vero Stephanus Liſinianus, Jacobum veneno fuiſſe interemptum ab uxoris patruo, & avunculo cum regni adminiſtrationem omnem in ſe transferre affectarent; ac Jacobum defunctum anathematis reum ſine regiis honoribus in ſepulchrum illatum fuiſſe, cum arcano Dei judicio cera in univerſa inſula ad cohoneſtandum illius funus reperta non eſſet, idque teterrimo crimini, quo ex fœdere cum Saracenis ſe devinxerat, aſcriptum.

(*e*) *Philelph. l. 37. ep. ult.*

IV. Meditata eſt Carola Regina, quæ a Jacobo fratre notho ſultani Ægyptiaci viribus ſpoliata regno fuerat, amiſſum regnum recuperare; ſed cum Ludovicus Sabaudus ejus vir bellicos averſatus labores in Sabauda regia deliciis ſeſe dediſſet, Mocenicum miſſis oratoribus ſollicitavit (*f*), ut eam e Cyprio regno jam ante expulſam in regiam ſuam dignitatem reſtitueret. Sed cum Catharina Marci Cornelii patricii Veneti filia a ſenatu Veneto in filiam cooptata fuiſſet quando Jacobus eam ſibi matrimonio junxit, illaque gravida a viro relicta eſſet, & Venetæ clientelæ commendata, Carola a Mocenico repulſam paſſa eſt, uti Coriolanus Cepio his verbis deſcribit (*g*): *Venerunt ad eum duo oratores miſſi a Carola Cypri Regis ſorore, quæ jam multis annis regno a fratre expulſa Rhodi morabatur. Hæc nupta eſt Ludovico ducis Allobrogum filio viro ignavo, qui relicta uxore domi inter concubinas luxurioſe vitam degit. Oratores Imperatori referunt Regem Cyprium mortuum eſſe, a quo Carola hereditario regno per injuriam expoliata erat, proinde orant Imperatorem uti amici olim Regis Cyprii filiam, & fœderati Venetorum Allobrogum ducis nurum ſuis opibus ad recuperandum hereditarium regnum juvare velit, aſſerentes Carolam*

Carlota Regina poſcit a Veneto ſenatu regno Cyprio reſtitui.

(*f*) *Boſ. p. 2. l. 9.*

(*g*) *Cepio l. 2.*

ex

Reſpondent Veneti regna non jure ſed armis poſſideri. Impium reſponſum ex quo omnia ſcelera ad regnandum honeſta fore conſequitur.

ex legitima uxore, fratrem ex concubina natum eſſe : tunc imperator reſpondit Jacobum Regem Cyprium ſocium & fœderatum Venetorum regnum legitime poſſediſſe, non enim legum formulis aut litium conteſtatione, ſed armis atque virtute regna in jus principum cedere. Non ſolum ab humanis, verum divinis prorſus juribus abhorret hæc politicorum illorum ſententia, qui principum nugis adlicientibus, quum officio & religioni ſervire ſoleant, eoque jacto fundamento ſimulatis cauſis variis artibus ſubornatis aliena jura invadunt. Addit Coriolanus Cepio ſuperioribus Mocenici verbis : *Regnum autem non tantum Sorori, verum etiam Genuenſibus, qui multo tempore meliorem partem inſulæ per tyrannidem occupatam tenebant, propria virtute recuperaſſe, ac jure poſſediſſe affirmat, nunc Reginam per adoptionem Senatus Veneti filiam cum poſthumo, quotum gravida erat, regni heredem relictam eſſe, quam & Senatum Venetum, & ſe contra omnes Reginæ aut regno injuriam inferre volentes defenſurum affirmat. Oratores accepto reſponſo triſtes recedunt*, [1].

V. Confirmatæ fuerunt a Petro Catharinæ Jacobi Regis demortui uxoris, uti Veneti nominis filiæ ac ſociæ, partes, enixaque illa eſt filium, cui paternum nomen inditum eſt; ſed biennio tantum vixit. Cæterum turbidæ (a) admodum Cypriæ res fuerunt, cum alii ſtuderent Catharinæ, Carolæ alii, alii Hiſpano nomini. & Nicoſienſi archiepiſcopo, qui Neapoli reverſus Reginam Ferdinando Regi & ejus filio filiam Jacobi jungere, ac ſceptrum Cyprium transferretur in Hiſpanos, conabatur : ſed Venetorum opera Catharinæ partes vicere, ac demum Cyprus Venetæ ditioni adjuncta fuit, uti ſuo loco dicetur. Nunc de bello Mahometem inter & Uſumcaſſanum, cui Chriſtiana claſſis ferre ſuppetias nitebantur, geſto narrationem proſequamur. Circumferente latius victorias in Aſia Uſumcaſſano, Mahometem Imperatorem terror invaſit, ne ipſum Chriſtiani conjunctis adorirentur viribus, acceptaſque ulciſcerentur injurias, atque Uſumcaſſanus Venetos ſibi conciliarat, ita ille Matthiam Regem Hungariæ delinire muneribus conſtituit, adhibuitque illius fœderis interpretem Nicolaum Vurvedam e Viluch recenter Boſnæ Regem appellatum, plurima ei pollicitus, ſi rem perficeret. Matthias itaque, amplificandi Hungarici limitis occaſionem ſibi oblatam ratus, oratores ad Mahometem miſit, qui his legibus fœdus auxiliaque in Uſumcaſſanum paciſcerentur, ſi Boſnam Serviamque aut harum alteram Hungaro permitteret. Quæ fama cum a viris fide dignis ad ſedem Apoſtolicam allata eſſet, Sixtus Matthiam ab his abducere graviſſimis literis niſus eſt, propoſuitque in primis Uſumcaſſanum ſedis Apoſtolicæ Venetique nominis ſocium eſſe, neque ipſum ſine Chriſtianæ rei damno fœdus cum Turca adverſus illum ſancire poſſe; Imperatorem, finitimos principes, Hungaroſque ab ipſo abalienatum iri, plurimaque aditurum pericula, tum ſuperiorum facinorum gloriam obſcuraturum, nec Mahometis ratam firmamque futuram fidem, ut qui Serviæ, ac Boſnæ principes, qui ſe ejus fidei commiſerant, exitio dederit. Conceptæ ſunt eæ literæ a Jacobo Cardinali Papienſi (b) pontificio nomine hiſce verbis.

(a) *Ib. & Boſ. p. 2. l. 9.*

Cyprii in varias factiones diſciſſi.

Metuit Mahometes ne Chriſtiani Uſumcaſſano juncti illum evertant.

Ungarum ſibi conciliare annititur.

Poſtulat Hungarus Boſnam aut Serviam in præmium ſibi dari.

Ab eo Ungarum deterret Pontifex.

(b) *Ib. ep. 527.*

Regi Hungariæ,

VI. *Matthia Rex glorioſe, attende primum quæ fides eſſe tibi de falſo homine poteſt, tu Chriſtum ſequeris, ille Mahometis inſaniam: tu pro evangelio contra eum in hunc diem pugnaſti, illius arma contra te tuendam dæmonum ſectam intenta ſemper fuere. Memento pugnarum a patre vaivoda, & te toties commiſſarum, cædium quoque, quæ de Turcis multæ ſunt factæ: ſcit ille tua in primis virtute per hos annos obſtitum, quominus tantum imperio potuerit progredi, quantum optavit: unum te odio habet, atque unum te perditum cupit, quo*

Monitus Matthias ne fallaciſſimo Mahometi fidat.

NOTÆ [1] DE rebus Cypriis plus aliquid nos edocent Veneti coævi ſcriptores Sanutus in vitis ducum Venetorum, & Naugerus in hiſtoria Veneta. Jacobus rex obiit die VII. julii, teſte Sanuto, vel die VI. junii ex Naugero, quo fatis functo Carola regina actutum ablegatum miſit ad Soldanum Ægypti, rogans, ut regnum, quod Jacobus ejus munere obtinuerat, eo defuncto in Venetorum manibus relapſum ſibi vindicaret. Hæc Sanutus. Quid Sultanus reſponderit, incertum; ſed Andreas Cornerus Venetus in Cyprum ſe conferens, paſſim per ora hominum evulgatum comperit, Soldanum ad Carolæ preces validum exercitum actutum miſſurum, ait Naugerus. Verum ſive ea fama futili rumori niteretur, ſive Ægyptius rebus ſuis metuerit, Carola dein ad Venetos ſe convertit, ut in annalibus relatum eſt. Fruſtra tamen illa cum viduam Jacobi regia civem ſuam tueri Veneti a republica duxerint. Res interim Cypriæ, ne deſtitutæ rectore collaberentur, per Andream Cornerum adminiſtrabantur, donec foetæ Reginæ partus expectaretur. Ita rebus comparatis Veneti regiminis impatientes Cyprii, archiepiſcopo Nicoſiæ duce, conſpirarunt inter ſe, ut Venetis ſublatis Carola filia ſpuria Jacobi regis, ſexennis infantula, deſponderetur Alfonſo Ferdinandi Apuliæ regis filio, cui ex his nuptiis jus in regnum conferretur. Die igitur XIII. novembris, per ſimulationem accitus Andreas Cornerus in ipſa via, per diſpoſitos in inſidiis ſicarios, neci traditus fuit, ea vel ſimili fraude Marco etiam Bembo defuncti Andreæ nepote ſublato. Tunc regni moderamen arripere conjurati, omnia pro arbitrio diſponere, Carolam Alfonſo deſpondere; ſed brevi hæc omnis uſurpatio ceſſit; nam Veneti armatis triremibus Cyprum miſſis, collapſas regnæ res reſtituerunt. Mansi

quo ſublato nihil non de Chriſtianis ſperandum ſibi cognoſcet: ſi quid blandietur interim, aut ſi quid promittet tibi, non alia ratione id faciet, quam ut & conſulat ſibi, & in omnem occaſionem te opprimat. Exempla infidelitatis ſuæ non ſunt longe petenda, te tuumque regnum circumdant: recogita quæ noſtra memoria in Servia, & & Boſna ab eo ſunt geſta, quibuſque fallacies miſeri Chriſtiani nimia pœnas fiducia ultimas dederint: videbis, ſi deſint cætera, hæc ſatis eſſe ad cæterorum documentum, & tuum: credendum illi non eſt, merces amicitiæ ab eo nulla quærenda. De religione contenditur: ille tuetur ſuam, tu tuam, diverſitas hæc cauſa conciliare animos veſtros nullis pactionibus poteſt, aut tibi dimittendus eſt Chriſtus, aut Turcus ſuſpectus ſemper habendus.

VII. Agi de Chriſto & Mahomete impio. — *Adde, quod negligendum non eſt, quo animo principes Hungari, quo etiam populi pacificationem hanc ſunt accepturi; fidelis Deo ſemper tua gens fuit, militavit nomini Altiſſimi, cupidiuſque ad pugnam, quam ad nuptias cæteris eſt ſemper profecta. Quid judicaturos de te illos exiſtimas, intuentes nulla urgente neceſſitate, ſola cupiditate aut Servia, aut Boſna non modo cum execrando hoſte ſentire, ſed ad oppugnandos oppugnatores ſuos copias jungere. Non omnium intra Hungariam fortaſſe pacati tibi ſunt animi: ſunt facile multi, quos tua virtus offendit, multos etiam gloria urat: danda non videtur occaſio, ut qui de te ſentiunt bene, ſentire jam male incipiant; & , qui criminari opera optant, etiam exagitandi facultatem aperte accipiant.* Si fidat Turcis, Hungaros ipſi fidos non futuros. — *Religione, & conſtantia, & in periculis fide, quibus regnum paraſti, in poſterum tibi eſt retinendum. Proximam quoque Bohemiam tot jam annos a te oppugnatam, nonne dicturam agnoſces: non pro judicio Romanæ ſedis, tollendiſque erroribus, ſed ad ſolam amplianda poteſtatis curam tandem bellatum eſſe, tantamque rerum atque hominum editam ſtragem, quando pro Servia & Boſna non cum hæreticis, ſed quod fœdius eſt, pacem procuratam, cum infidelibus inſpiciant. Retinendum ubique etiam inter tuos eſt nomen bonum, fili chariſſime, idque non modo anteponendum cæteris rebus, ſed morte etiam, ſi expediat, redimendum. Quæ in re animadverti quoque oportet, quantum Cæſar, & circumſtantes Germaniæ principes improbaturi factum hoc ſint, quantumque miraturi mutationem hanc ſubitam, tantaque jactura creſcet haud dubia illis ſuſpicio, in te amor non creſcet, novorum forte etiam conſiliorum cauſam præſtabis, quæ qualia futura ſint, arbitrari tu melius potes, cui nota ſunt propinqua.*

VIII. (a) Papien. ep. 526. — Moniti etiam Pannoniæ præſules fuere (a), ut fœdus illud cum Mahomete coeundum prohibere ſtuderent: quæ literæ, cum ſuperiores Laurentio Rovarellæ epiſcopo Ferrarienſi Apoſtolicæ ſedis nuntio tranſmiſſæ, ut accommodato tempori conſilio eas traderet retineretve. Ut ut res fuerit, ſeu vera ſeu conficta ad obtinendam e Pontifice pecuniam, queſtus enim erat acerbe Hungarus orator (b), Regem ſuum a Sicut veſtra non juvari ærario, et ſuſcepta pro re Chriſtiana bella conficeret, initum non eſt a Matthia ipſo cum Turcarum Imperatore fœdus, ſive quod Matthias pontificiis monitis morem geſſerit, ſive Mahometes propulſato Uſumcaſſano Hungari amicitiam, uti haud amplius neceſſariam, contempſerit. — Moniti præſules Ungari ut fœdus cum Mahomete abrumpant. (b) Ibid.

Deſcribunt pluribus ingentia illa Mahometis & Uſumcaſſani prælia Coriolanus Cepio (c) ex literis Catherini Zeni oratoris Veneti, qui in caſtris Uſumcaſſani verſabatur, Sabellicus (d) Bizarrus (e), aliique: e quibus Sabellicus refert, et Uſumcaſſanus, qui Pyrameti, Caramani, & Tartarorum Imperatoris ſubſidiis erat fultus, trecenta & quinquaginta millia armatorum in expeditionem eduxerit; Chriſtianorum autem auxilia, & tormenta bellica, quæ illi maxime erant neceſſaria, non acceperit, cum ad maritimam Aſiæ oram, uti promiſerat, ad conferenda de belli ſumma conſilia non acceſſiſſet, Mahometes autem Turcarum Imperator trecenta viginti millia militum ad ſigna coegerat. Et quidem illum, ut Perſis occurreret, omnes gerendis armis idoneos ex univerſis regnis contraxiſſe, & Conſtantinopolim maximis præſidiis relictoque minore filio communiviſſe, ne illam Chriſtiani expugnarent, dum in Uſumcaſſanum moveret, narrat Michovias (f). — (c) Coriolan. Cepio l. 2. (d) Sabellic. ennead. 10. l. 7. (e) Bizar. hiſt. rer. Perſic. Ad Aſiæ maritimam oram non accedit Uſumcaſſanus. Trecenta millia bellatorum educta a Mahomete in Perſiam. (f) Michov. l. 4. c. 69.

IX. In Armenia certatum. — Concurrere Turcicæ Perſicæque acies in Armenia, geminoque prælio decreta res (g), in primo Uſumcaſſani filius triginta millibus equitum ſuccinctus præfectum Romaniæ, qui quadraginta millia Turcarum ductabat aſperrima clade delevit. Quo ſucceſſu proſpero elatior Uſumcaſſanes univerſis viribus adoriri Mahometem conſtituit: & prima quidem impreſſione Turcæ maxima ſtrage cæſi a Perſis fuere; ſed cum perventum eſſet ad regiam munitionem, quæ de more in mediis caſtris excitata erat, & catenis ferreis, curribus tormentiſque diſpoſitis egregie communita, mox emiſſis e bellicis machinis globis laniati ſunt Perſæ, & horrifico illo ſtrepitu, cui non aſſueverant, perterriti equi, ſeſſores inde abripuerunt, periitque in eo congreſſu Uſumcaſſani filius: tum vero effuſus in Perſas turbatos Turcicus equitatus illos ad fugam compulit, adeo ut Uſumcaſſanus ad montana Armeniæ perfugerit: Mahometes vero Perſica gaza, & impedimentis potitus triumphantis inſtar Conſtantinopolim ſit reverſus, — (g) Coriolan. Cepio Sabellic. ennead. 10. l. 7.; Turcogr. l. 1. Bizar. l. 9. Initio victores Perſæ. Tormentis bellicis inferior Uſumcaſſanus. Mahometes impedimentis & gaza Perſica potitus.

quam.

quamvis multo plures in eo prælio amiſiſſet, decem enim millia Perſarum, quadraginta Turcarum tum cæſa feruntur.

X. Exinde Chriſtianorum, qui ea occaſione ad recuperandam Conſtantinopolim otii potuerant, labefactatæ res in majus exitium inclinarunt; atque hoc ipſo anno Turcæ ex Boſna erumpentes Carinthiam Styriamque Auſtriacæ ſtirpis hereditarias provincias late ſunt populati (a), non audente Friderico Imperatore arma in eos vertere: quo cognito cum in Cardinalium conſiſtorio flagitaſſet, ut ad Auguſtenſes cœtus legatus pontificios decerneretur, obſtitit Franciſcus Cardinalis Senenſis, ut refert Volaterranus: *Petente*, inquit, *Imperatore, ut ad conventum Auguſtenſem legatus mitteretur, dixit in conſiſtorio Cardinalis Senenſis decem conventus intra non multos annos habitos, eoſque irritos fuiſſe, præterea ad ingentes apparatus ornandos ſubditos onerare, reique invidiam in Eccleſiam, cujus imperio fieri dicunt, derivare*. Porro Fridericus in colloquium venit cum Carolo duce Burgundiæ apud Treverim hoc anno, ut Belgici annales (b) tradunt, in quo Carolum ipſum adducere annitebatur, ut Mariam filiam plurimorum heredem principatuum Maximiliano filio deſponderet; Carolus vero a Friderico regium nomen inſtaurato Burgundionum regno, tum imperii vicariatum in Gallicano ſolo, ut amiſſas provincias repetendi, gerendique belli occaſionem captaret, eblandiri conabatur; tum etiam Cæſarem adverſus Ludovicum Regem Francorum, quem pluribus onerabat criminibus, ac præcipue fratricidio, concitare. Agitatum etiam nonnihil eſt de bello ſacro ad Turcicas graſſationes arcendas ſuſcipiendo; petenti enim Friderico ſocialia Burgundi arma adverſus Chriſtianæ fidei hoſtes, qui ipſius avitos principatus vaſtabant, reſpondit Caroli nomine ſcribarum princeps (c): *Dolere principem ſuum communem vicem Chriſtianorum, & recenti memoria acceptas clades ſe, ſi quem alium, graviſſime ferre: quamquam autem ipſe id ſibi non ſumeret in ea Regum principumque magnitudine, & opibus, ut ſe eum eſſe putaret, qui vel auxilio vires firmare poſſet aliorum, vel auctoritate commovere mentes deberet; ſi tamen tuti populi ſui, ſalvæ res permittantur, effecturum ſe, ut nemo in ipſo quidquam, præter ſucceſſus felicitatemque deſideret: intelligantque omnes ad hanc rem nec vero ſibi animos, nec principi opes, nec Chriſtiano religionem defuiſſe*. Hæc inaniter jactata; quiſque vero, ut eorum eventus oſtenderunt, ſuarum amplitudinem curabat, & Imperator prius affinitatem conjungi, contra Burgundus regium nomen prius ſibi conferri exambiebat.

Amiſſa a Chriſtianis recuperandæ Conſtantinopolis ſpes. Carinthia & Styria vexatæ a Turcis.

(a) Mich. ſup. c. 9.

(b) Arnold. Labanus Ludolph. Agric. to. 2. rer. Germ. Gaguin. in Lud. XI. Naucl. vol. 2. gen. 50. Chron. magn. Belg. Meyer. l. 17. Ægid. e Ray. in annal. Belg. Belcarr. dec. 3. l. 2.

Treverenſe colloquium inter Fred. & Burg. adverſus Gallum.

(c) Apud Arnold. Laban. to. 2. rer. Germ.

De Burgundico regno inſtaurando agitatum.

XI. Eo jam res erat progreſſa, ut regiæ inaugurationi parandæ daretur opera, ſed extimuiſſe Fredericum ferunt ne Burgundus utpote ambitione plenus parto regio nomine, etiam poſtea imperium ſibi potius, quam genero futuro Maximiliano arrogaret; atque ita diſturbatus is congreſſus. Accepiſſe Carolum in eo conventu e Friderici manu Gueldrenſem principatum, quem ipſum antea ſibi comparaſſe vidimus, graviſſimaſque iras eundem in Fridericum, a quo obtinendi regii nominis cupidine, deluſus fuerat, concepiſſe, immo ad eripiendum Romanum imperium Frederico converciſſe ſtudia ſua refert magni chronici (d) Belgici auctor his verbis: *Sereniſſimus Imperator Fredericus ducem Burgundiæ Carolum ſolemniter inveſtivit de ducata Gelria per vexillum cum cæteris conſuetis ceremoniis. Poſt hoc deſiderabat Carolus dux Burgundiæ coronare in Regem, in quem finem præſcriptam ambitioſam, & periculoſam illam oſtentationem inſtituerat: ſed Imperator reſpondit certum illi deeſſe numerum epiſcopatuum regiæ majeſtati debitum. Cum igitur rurſus Carolus dux Burgundiæ inveſtituram de cæteris epiſcopatibus ſibi vicinis peteret, & per vim illos ſe velle obtinere minaretur, reſpondet rurſus ſereniſſimus Imperator non eſſe intentionis ſuæ Romano imperio ſubtrahere velle dominia qualiacumque, & ipſi conferre. Itaque & ſic fruſtratus eſt dux Carolus a deſiderio ſuo: ſed Imperator clanculum diſceſſit, & dux non ſine magno diſpendio honoris, & facultatum revertit domum; unde irriſiones, & ſubſannationes maximæ in Francia fuerunt. Ex iſta confuſione dux Carolus offenſus in Imperatorem conſilia cogitabat prava*. Erupere illa proximo anno, Geldria enim Zutphaniaque auctus terminos latius in Germaniam, Rhenoque perfuſas regiones proferre conſtituit: quæ res illi demum exitio fuit. Interea cum Ludovico Francorum Rege diuturnum jam bellum geſſerat, habitiſque Silvanecti de pace conventibus, pax confici non potuit, cum ſitas ad Somonam urbes Carolus ſibi aſſerere vellet, Ludovicus autem non eſſe ſuæ dignitatis contenderet, eas illi permittere, quæ olim Philippo oppigneratæ, ac deinde auro redemptæ a Carolo Rege fuiſſent, atque ita diſturbatum fœdus, in-

(d) Chron. magn. Bel. auct.

Irriſa Burgundi ambitio.

Belli cauſa inter Burgundum & Ludov. Franc. Regem.

duciæ vero pactæ fuerunt. [1]

XII. Joannes Rex Arag. Gallo bellum infert.

Neque hoc loco prætereundum videtur, datam fuiſſe Gallorum Regi novi belli occaſionem, cum Joannes Rex Aragonum poſt diutina bella Barcinonenſes ad ſuum demum flexiſſet (a) obſequium, Ceritaniamque ac Ruſſinonenſem comitatum a Gallis recuperare aggreſſus eſſet, quem Elna Perpinianumque cupide exceperunt: at a Ludovico viginti millia militum duce Philippo Sabaudo ſubmiſſa ſunt, a quibus Joannes Rex arctiſſima eſt obſidione cinctus, atque in diſcrimen adductus; ſed demum a filio Ferdinando periculo & obſidione liberatus eſt. Sed a turbis Aragonicis ad Bohemicas ſermonem traducamus.

(a) *Surit. l. 18. c. 48. 53. Mariana l. 23. c. 58.*

Adductus in grave diſcrimen a Gallis.

XIII. Solicitatus Fred. ut Matthiæ faveat in re Bohemica.

Fridericum Sixtus Pontifex ſolicitavit (b) ut Matthiam Pannoniæ Regem in controverſia Bohemica juvaret, propoſitumque illi eſt, uti Matthias ipſum cum a Victorino Georgii Podlebratii filio gravi bello urgebatur, ab hoſte texiſſet, ejuſque cauſa periculoſo bello ſe impliciuiſſet; tum ſubdidit, numquam Matthiæ ſedem Apoſtolicam defuturam.

(b) *Six. IV. reg. t. leg. pag. 68.*

Imperatori.

Oppugnabatur impiiſſimis armis hæreticorum celſitudo tua, & Victorinus, damnatæ memoriæ Georgii natus, inſolentiſſime tuo nomini inſultabat, cum Chariſſimus in Chriſto filius noſter Matthias Hungariæ Rex illuſtris pro tua defenſione fideique puritate arma ſuſcepit, tuamque injuriam ultus Victorinum juveniliter exaltantem repreſſit, ſeque bello diuturno difficilique implicuit, hic igitur nunc ob has cauſas in periculo conſtitutus, & bello magno vexatus deſerendus non eſt; ſed ab hac Apoſtolica ſancta ſede veritatis magiſtra, juſtitiaque cultrice, & a tua potiſſimum celſitudine omni ope juvandus; quocirca hortamur ipſam ſerenitatem, ut opem ei ferre non differas. Apoſtolica quidem ſedes eum non deſeret. Dat. Romæ apud S. Petrum MCDLXXII. nonis martii.

XIV. Nyſſenſis conventus infecta pace diſſolutus.

Gerebat tunc atrox bellum Matthias (c) pro Bohemica corona cum Poloniæ Rege Caſimiro, ejuſque filio Wladiſlao, qui partim ab hæreticis, partim a catholicis ſceptro donatus fuerat: pro qua dirimenda lite Nyſſam, ubi ſolemnes conventus celebrandi erant, Marcus tit. S. Marci Cardinalis pontificius legatus profectus eſt, ut omnium arma in Turcas averterentur: ſed illius diligentiam odiorum pertinacia, partiumque adverſarum, parta jura tuendi, cupiditas eluſere.

(c) *Michov. l. 4. c. 6. Crom. l. 27. & alii.*

XV.

[2] Hoc ineunte anno Jacobus Cardinalis Papienſis (d) jam ante in Etruriam miſſus a Sixto IV. ad componendam inter Fojanenſes, ac Lucinianenſes, qui de limitibus annis fere ducentis ferro, flamma, cædibus inter ſe decertarant, concordiam: fœliciter diuturnum bellum, impetrata pace & fixis terminis, ſuſtulit. Ediderant illi in ſe mutuo inſignia crudelitatis exempla, ex quibus hæc ipſe refert: *Sic in ſe ſemper accenſi, ſic odiis acribus inſtigati, ut ſuper alia crudelitatis exempla apud alteros pugna quadam capita occiſorum relata ad ſuos venum in foro poſita ſint, emptoreſque ad paſcendam feritatem invenerint apud alteros cum fundamenta portæ, quæ inimicum oppidum reſpicit, caſu aperirentur in eorum imo ſolo ad memoriam ſceleris pro cæmentis ſint collocata.* Ut vero truces animi ad manſuetudinem traducti ſint, narrat idem Papienſis in literis (e) ad Pontificem datis.

(d) *Pap. ep. 506.*

Pax inter Fojanenſes & Lucinianenſes renovata. Barbarum ac ferinum facinus.

(e) *Id epiſt. 505.*

XVI.

Benedictio tua, clementiſſime pater, quæ me venientem in Tuſciam eſt proſecuta, etiam

NOTÆ [1] QUæ cauſæ Fridericum moverint poſt factam Carolo Burgundo ſpem regium illi titulum & dignitatem conferendi, inſalutato hoſpite abeundi, expectantemque fallendi, ab Annaliſta plures aſſignantur. Verum ex incertis rumoribus petitas illas diſcimus docente Amelgario Leodienſi presbytero, qui res ætate ſua geſtas a Carolo VII. cujus familiaritate utebatur, & Ludovico XI. literis conſignavit, ea quo opere excerpta dedit Martene Veter. Monum. to. IV. Scriptor enim ille libr. II. cap. IX. teſtatur imperatorem adeo improviſum abiiſſe, ut veras cauſas ejus diſceſſus, ſe cum forte tunc Treviris ageret & neutri parti ſerviret perquirentem nullas inveſtigare potuiſſe. *Nec tunc, nec poſtmodum licet ſatis ſollicite de cauſa illius ſubita diſceſſionis perquiſierimus, ad verum & certam eam noſcere potuimus.* Mansi

[2] AGitata eſt hoc anno Romæ controverſia de futuris contingentibus; an ſcilicet certam, fixamque veritatem præferrent, antequam reipſa evenirent. Negaverat veritatem hanc ineſſe futuris illis Petrus quidam de Rivo, (quem Volaterranus male Petrum Thomam appellat) Lovanienſis academiæ doctor, qui ſingulari tractatu hoc argumentum vexavit. In eo opere contendebat propoſitiones quidem de futuris contingentibus in ſymbolo vel in S. Scriptura expreſſas veriſſimas eſſe ſi quid aliud maxime; ſed veritatem continere, non quidem inſitam, at veluti divinam, & increatam a decreto Dei, quam conditionatam vocant, acceptam: ipſa vero in ſe contingentia inſitam, & fere dicam *creatam* veritatem determinatam nullam obtinere. Opinionem hanc ita explicatam Lovanienſis academia anno 1471. approbaverat; probandamque ad Pariſienſes doctores tranſmiſerat. Ibi variam fortunam ſubivit, aliis catholicam tuentibus, aliis de hæreſi damnantibus; quorum factio vicit, atque a Pariſienſi academia frequentibus ſuffragiis reprobata fuit. Tunc dies Petro dicta Romæ apud pontificem, ubi ſe actutum contulit, cauſamque ſuam ſtrenue defendit. Qui fuerit cauſæ hujus exitus Romæ nullibi, quantum ſcio, diſcimus. Hæc omnia petita ſunt ex foliis quibuſdam ea in controverſia ſcriptis doctorum opprobationes in utramque ſententiam exhibentibus, evulgatiſque a Baluzio Miſcellan. to. IV. pag. 531. Mansi

etiam inter hos populos non dereliquit; poſt diſceptationes aſſiduas, quæ de noſcendis finibus habitæ ſunt, poſt tædia innumera, quibus in perſuadendis, & molliendis agreſtium animis quinquaginta diebus elangui; poſt rem etiam ſæpius deſperatam, heri tandem Domino aſpirante manus extrema eſt operi impoſita. Convenerunt ad me cum publicis ſuorum decretis Luciniaenſes, ac Fojanenſes, atque iis potiſſimum in locis, quæ tot jam mortibus ſunt decertata, lata ſententia aſſenſerunt, & pacem non expectatam etiam ſuſcepere. Ante hunc vero aſſenſum, cum præfatus eſſem quanta fuiſſet pietas tua, quæ Cardinalem Romanæ eccleſiæ ad ſalvandas res eorum atque animas permiſiſſet venire, multa inſuper de malis præteritis deploraſſem, recentia identidem ſuorum funera ante oculos poſuiſſem, dixiſſem denique, quod ſalvator noſter Jeſus Chriſtus in tanta odiorum acerbitate, ſi modo Chriſtiani eſſent, & memoriam baptiſmatis ſuſcepti tenerent, ab eis die illa atque hora rationem requireret, tanta cordium eſt conſequuta mutatio, ac tam prona ad pacificationem voluntas, ut cum temperare nemo a lachrymis poſſet, me etiam flentem inſpicerent, illico in mutua oſcula, & complexus ſponte proceſſerint. Gratia Deo omnipotenti, qui per miniſterium ſacerdotis ſui locum illum pia die illius lætitia expiavit, qui erat ante tot funeribus contaminatus. Hodie quoque precibus multis adductus ad illorum me contuli oppida, ante non adita, non minori animorum ſignificatione acceptus ſum, quam heri auditus: nullis, quod inter ruſticos ſolet, eſt parſum affectibus: omnis generis multitudo obviam cum ramis oleaginis gratulatum effuſa magnis acclamationibus Xyſto reſtitutori pacis ſedulo benedicebant.

Sacræ eloquentiæ vis mira.

Mutatis odiis flentes in mutua oſcula concurrerunt.

XVII. In concilianda eorum populorum concordia oſtenſum cœlo prodigium idem Jacobus, narrat (a): *Egit*, inquit, *omnia virtute ſua Altiſſimus, qui in foetem Chriſti ſui reſpiciens ſigno etiam cæleſti oſtendit quem vellet finem piis laboribus. Fiebat meo inſtituto quaque die in vicina eccleſia ſolemne Spiritus ſancti ſacrum, horis etiam omnibus ad quamque actionem invocabatur ille a me: mira res, & a fidelibus non irridenda! conventu uno inter cæteros, qui in agris apud deſertam quandam B. Sabini eccleſiam a contendentibus me præſente eſt habitus, cum altercationibus multis eo proceſſum eſſet diſſidii, ut ad deſperationem ultimam res jam inclinaret, mœſtis omnibus, & ad diſceſſum paratis, lux Domini ſubito affulſit ſpem amiſſam reddentis clariſſima die, nullis ventis aut nubibus, columba candoris immenſi a ſeptentrionibus lapſa, devolanſque ſupra ipſum conventum, antequam terram attingeret in flammas eſt reſoluta, neque poſt amplius viſa admirationi omnibus fuit. Oſtenti hujus teſtis eſt locuples Dominicus Lucenſis vir gravis, & verax, cujus primo initio concitatior vox quaſi indicantis rem aliis eſt intellecta. Redii domum lætus, aſſuturamque operi cum Spiritum ratus, qui in columbæ ſpeciem conventui ſe obtuliſſet, incubui acrius, nec multos poſt dies illo duce & auſpice perfeci, quæ dico. Gloria igitur Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Ex Aſina longa XX. januarii MCCCCLXXIII.*

(a) Id. ep. 504.

Prodigium in ea tractanda concordia cœlitus oſtenſum.

XVIII. Minus feliciter geſta a Roderico Borgia Cardinale Hiſpanica legatio: is quidem ex Aragonia Matritum profectus honorificentiſſime ab Henrico Rege Caſtellæ exceptus eſt, ab eo enim incedente ad dexteram collocatus eſt, qui honos, ut obſervat Mariana (b), legatis apoſtolicis deferri erat ſolitus. Tum habito epiſcoporum & procerum conventu decumas ex ſacerdotiis ad Turcicum bellum ſuſtinendum cogendas obtinuit: ſed poſtea cum huic decreto ſacerdotum ordo interceſſiſſet, res perfecta non eſt. Cum vero ad mutuam concordiam reducendos Hiſpanos pacandaſque Hiſpanias ſtudia convertiſſet, Henricus Rex ponere arma recuſavit, nullaque in re legato morem geſſit: quin etiam ambiguam illius apud Pontificem fidem accuſavit. Et quidem illum Ferdinandi Joannis Regis Aragonum filii, qui Iſabellæ Henrici ſorori conjungendi Aragonio Caſtellani ſceptri ſpe nupſerat, partibus ſe implicuiſſe ſcribit Mariana (c), & confirmat Platina (d) his verbis: *Annixus eſt Rodericus, dum in provincia eſſet, Reges Hiſpaniæ ad bellum ſpectantes ad pacem cohortari his rationibus, ut Regis Hiſpaniæ ſoror, quæ Regi Siciliæ nupſerat, in regnum ſuccederet, quemadmodum multi barones volebant, ſi cum Rege bene ſentiret, ejuſque dicto obtemperaret; Regi enim in mentem venerat, cum ſtirpe virili careret, filiam heredem relinquere, ſed eam regni principes aſpernabantur, quia ſuſpicio inerat, puellam ex adulterio natam eſſe.* Erupiſſe in atrox bellum eam diſcordiam, ſuo loco videbitur.

Matriti Caſtellæ Rex Rodericum excipit honorifice.

(b) Marian. l. 23. c. 18.

Negat tamen arma ponere.

(c) Id. ib. cap. 19.

(d) Plat. in Sixt. IV. vita MS. arch. Vat.

Filiæ favet licet ejus natales accuſentur.

XIX. Cum is multo improbo quæſtu ex legatione parto rediret in Italiam, extremum naufragii diſcrimen adiit, quod divinæ vindictæ tribuit Cardinalis Papienſis (e) in literis ad decanum Toletanum datis: *Nullo*, inquit, *eorum perfecto, quod ſibi ad nomen legationis prætenderat, odio principum, & populorum renavigat Romam. Ante oſtium Anſeris fluminis octobris die x. ingenti orta tempeſtate conflictatus duo quatriremibus duabus, in quibus ipſe & familia cum omni præda Hiſpanica vehebatur, altera lachrymabili damno ante oculos ſuos depreſſa eſt, altera, quæ ſua erat, diffracta jam puppe, cum haud procul*

Roderici reditus ex Hiſpania.

(e) Pap. ep. 504.

Naufragium in portu paſſus.

cui exitio eſſet, remiſſit paululum venter ægre in portum Liburnum lacera, ac vexata protruditur. Præter cæteram turbam quinque, & ſeptuaginta ex familia periere: in his epiſcopi tres Pharenſis, Aſſiſienſis, & Oritanus, juriſconſulti amplius Male partæ res amiſſæ. *duodecim, equeſtris ordinis ſex: jactura autem rerum amplius triginta millium aureorum eſt æſtimata. Inania nunc appetamus, concedamus omnia gratiæ, negemuſque de erratis noſtris curam Deo non eſſe.*

XX. Obſolevisse his temporibus admodum in Caſtella diſciplinæ eccleſiaſticæ nitorem pariterque in ſacerdotum ordinem graſſatam imperitiam, deplorat Mariana (a), (a) *Marian. l.* 23. *c.* 18. udeo ut etiam latinæ linguæ ignari eſſent, gulæ vero ſervirent, alii veteris ſeſe contaminarent deliciis, alii tractarent arma, alii ſimoniacam pravitatem compendii genus putarent: quare in eccleſiaſticorum conventibus ſancitum, ut in canonicorum collegiis duo ſacerdotia alterum juris pontificii doctori, alterum theologo attribuerentur: In ſingulis collegiis canoniſtæ & theologo duo ſacerdotia attributa. quod decretum Apoſtolicæ ſedis auctoritate firmatum eſt. Habitum (b) (b) *Ib. c.* 20. autem Arundæ eodem anno ab Alfonſo Carillo Toletano archiepiſcopo concilium provinciale, in quo conſtitutum, ut epiſcopi linea præſulati uterentur, ſacerdotes ter quaterve ad minimum ſingulis annis rem ſacram perageren; Arundenſe concilium provin. veriti eccleſiaſtici cujuſquam famulatui ſe addicere, ſive a quovis quam a Rege accipere ſtipendia: ſancitum ne ſacerdotia, quibus animarum cura adjuncta eſt, aut dignitates ſacræ cuipiam, niſi grammaticæ inſtitutionibus eſſet excultus, conferrentur.

XXI. Celebrabatur in Hiſpania Darocenſis eccleſia magno piorum concurſu ob inſignis prodigii, quo ſpecies ſacramentales in carnem & ſanguinem converſæ fuerant monumenta, quæ in ea extabant, ac magna religione colebantur, ad quam augendam Sixtus veniam criminum eam ſacram ædem rite luſtraturis contulit, deque eodem prodigio hæc memorat: *Inter grandia miracula, quæ tempore recolendæ memoriæ Jacobi Aragonum Regis Chriſti* Tranſubſtantiatio inſigni miraculo confirmata. *fidelibus oſtenſa fuerunt, quinque ſcilicet hoſtiæ in ſacratiſſimum corpus domini noſtri Jeſu Chriſti per quemdam presbyterum tunc miſſam in quodam colle Exbin nuncupato Valentinæ diœceſis celebrantem pro nonnullis capitaneis exercitus Regis prædicti contra Saracenos directis communicandis conſecratæ, dum exercitus ipſe contra hujuſmodi Saracenos bellum habiturus eſſet, ac ex tunc antequam hoſtiæ hujuſmodi, ut præmittitur, conſecratæ per dictos capitaneos ſumi potuiſſent in corporalibus involutæ, & per dictum presbyterum ob metum, & invaſionem ipſorum Saracenorum ſub quodam lapide repoſitæ viſibiliter in colore, & forma mundiſſimæ carnis & puri ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti converſæ fuerunt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXXIII. XII. kal. julii pontificatus noſtri anno II.* In alia etiam Hiſpana eccleſia ſervari divinum cruorem, in quem ſacramentales ſpecies, ad ſacerdotis de tanto myſterio ambigentis fidem corroborandam, tranſmutatæ fuerant, inferius dicetur.

Hoc anno nonis maii octo S. R. E. Cardinales Sixtus creavit. XXII. Auctus Cardinalium ſenatus. Sunt que in pontificio regeſto plura diplomata (c) de his Cardinalibus creatis, quibus ipſe fuerat purpuræ, utque priſtina ſacerdotia retinere poſſent, jus confert: tum inter alios (c) *Lib.* 7. *pag.* 225. 254. Petro (d) Saguntino tit. S. Mariæ in dominica, Anxiæ (e) tit. S. Vitalis, Joanni Novarienſi (f) tit. SS. Nerei & Achillei, Joanni Baptiſtæ Cybo Melphetenſi (g) tit. S. Balbinæ, ac dein defuncto Philippo epiſcopo Portuenſi tit. S. Laurentii in Lucina, Stephano (h) eccleſiam Sancti Hadriani diaconalem in titulum presbyteralem erectam; alii alios titulos retulere nimirum Philippus de Lenis (i) tit. SS. Petri, & Marcellini, Antonius Jacobus Venereus tit. SS. Viti & Modeſti in macello martyrum, Philibertus de Ugonettis epiſcopus Matiſconenſis tit. S. Luciæ in Silice presbyteri renuntiati fuere.

(d) *Ib. p.* 226. (e) *Ib. p.* 247. (f) *Ib. p.* 256. (g) *Lib.* 9. *ep.* 176. & 178. (h) *Lib.* 25. *p.* 248. (i) *Id. ib.*

XXIII. Popoſcerat paulo ante nempe VI. aprilis die in Cardinalium conſiſtorio Cæſareus orator ut epiſcopus Brixienſis Cardinalium numero aggregaretur: cumque Fridericum imprudenter orbis monarcham frequenter appellaret, hunc vocis faſtum non tuliſſe Rothomagenſem Cardinalem graviterque refregiſſe, refert Jacobus Maffæus Volaterranus in diariis (k): (k) *Ext. in MS. cod. Vat. arch.* *Thomas quidem, inquit, orator acris ingenii cum nomine Imperatoris Federici aſſumi ad dignitatem cardinalatus Dominicum epiſcopum Brixienſem contenderet, eamque ob cauſam poſtulato ſenatu, ac toto, fervidius loqueretur, ſæpe inter agendum monarcham orbis Imperatorem appellabat. Tum Cardinalis Rothomagenſis, qui etiam cauſæ Dominici minus favebat, paulo commotior factus: Male, inquit, agis Thoma: non* Contentio an Imperator monarcha orbis dicendus ſit. *tuus Imperator, ſed hic noſter Pontifex monarcha eſt orbis: pati non poſſum Romanæ amplitudini detrahi. Tum ille: Non omnium, inquit, monarcham Imperatorem aio, temporalium tantum intelligo; & Rothomagenſis. Nec temporalium quoque illi eſt monarchia: jure divino, & pontificio tota Romani eſt præſulis. Idem qui ex patribus jus didicere, uno judicio confirmarunt.*

XXIV. Hoc etiam anno perlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam diſſeminatum (l) Bononiæ a nonnullis pſeudocarmelitis ingentem, ac turbulentum errorem, ex quo graviſſimæ offenſiones obortæ eſſent: (l) *Direct. inquiſ. in append.* controverſum enim his auctoribus ferebatur publicis concionibus diſceptationibuſque:

Non

Magica ars a pſeudocarmelitis Bononiæ diſſeminata. Repreſſa ſtudio Pontificis.

Non eſſe hæreticum, & a puritate fidei alienum, dæmonum expectare reſponſa. Cui malo Sixtus occurrere feſtinans vicario Bononienſi partes dedit, ut diligentiſſimo inquireret an relata vera eſſent, quive eſſent aſſertores, ac rem totam Franciſco datario pontificio perſcriberet. Cum autem ulterius malum non ſit graſſatum, apoſtolica diligentia extinctum fuiſſe colligitur.

XXV. Controverſium an propoſitiones de futuris contingentibus nec ſint veræ nec falſæ.

Coercuit etiam nonnullos qui in academia Lovanienſi novarum opinionum virus diffundere jam ante Paulo II. Pontifice cœperant, quorum anteſignanus erat Petrus Thomas, qui aucupandæ inanis gloriæ, & contentionis ſtudio ductus effutierat, propoſitiones de futuris contingentibus nec veras nec falſas, atque ita ſacra vaticinia explodebat impie. Cumque ea de re decima martii in Cardinalium ſenatu actum fuiſſet, ſenſit Jacobus Papienſis controverſiam vocato omnium præſulum, & theologorum conventu, qui ex variis nationibus Romæ tunc agebant, ob rei gravitatem dirimendam; cui conſentit Jacobus Maffeus Volaterranus (a). Scripſit vero eo argumento graviſſime Sixtus IV. cujus eruditiſſima opuſcula lector conſulat.

(a) Volater. ubi ſup.

Affectatum a Venetis adriatici maris imperium.

Addit author in conſiſtorio quoque fuſas querelas in Venetos, quod Hadriatici maris imperium ſibi arrogarent, atque Anconitanis ſedis Apoſtolicæ clientibus ſulcandi maris jus libertatemque adimerent; intentatas vero lis, ſi eoſdem vexarent, cenſuras, ac decretum, vim vi repellendam.

Anno

I. ANno poſt Chriſtum natum ſepruageſimo quarto poſt mille quadringentos indictione ſeptima Chriſtiernus Danorum Rex una cum Joanne Saxoniæ inferioris duce, & ſplendida equitum auratorum caterva, peregrini cultu, ut refert Albertus Crantzius (a), Romam verſos iter inſtituit (b): in quo cum ad Fridericum Imperatorem deflexiſſet, ab illo regio more eſt acceptus, ac Thlermarſiæ, Hoiſatiæ, & Stormatiæ ducatu indutus. Deinde Italicum iter proſecutus a Pontifice, qui ea de re certior erat factus, plenas officiorum literas accepit, quæ a Jacobo Cardinale Papienſi (c) his verbis conceptæ fuerunt.

(a) Crantz. Dan. l.8. Sigon. de epiſc. Bon. in Philip. Calandri.
(b) Plat. mſ. Vat. in Vit. Sixt. IV.
Dani Regis peregrinatio.
(c) Papien. ep. 637. ext. etiam in mſ. cod. Vallic. ſig. lit.B. n.19. pag.220.

Regi Daciæ.

Cognovimus ex literis tuæ ſerenitatis in itinere te eſſe, ut ad ſancta Apoſtolorum limina venias, & ſucceſſorem Petri in terra hac viſites martyrum ſanguine conſecrata. Lætati eo nuncio plurimum ſumus, videntes peregrinationem tuam plenam eſſe propoſiti boni, ac fidelis, & de ſalute animæ non minus, quam rebus terrenis te cogitare: Et infra. *Omnipotens Deus, cui labor hic ſervit venientem te atque abeuntem incolumem ſervet, angeliſque ſuis mandet de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Nos, qui tuam ſerenitatem comitatumque tuum omnem in tempore accipiant, & in urbem uſque proſequantur, ad fines ditionis Eccleſiæ eſſe jubebimus. Sine incommodo venies, ſine incommodo abibis, diſcrimen nullum in domo patris tibi erit: timendum ubique ſi non pro meritis, at pro ſtudio noſtro præſto erit lætitia, & charitas. Ingreſſus vero urbem accipieris obviis manibus, & paterno ſinu fovebere, nullaque pietatis, & devotionis officia, quæ præſtari catholicis Regibus ſoleant a nobis venerabilibuſque fratribus noſtris Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus tibi benemerito deerunt. Veni ergo in benedictione patris fili chariſſime, & pium propoſitum feliciter imple.*

II. Excipitur Romæ honorificentiſſime.

II. Ingreſſus Romam Chriſtiernus honorificentiſſime a Pontifice exceptus eſt, ſummiſque affectus honoribus: atque ille viciſſim plura optimi principis, Chriſtianæ modeſtiæ, & ſingularis in ſacerdotalem ordinem obſervantiæ exempla edidit: quorum nonnulla, tum officiorum genera, quibus cultus eſt, narrat in literis ad amicum datis idem Cardinalis Papienſis (d), qui iis rebus interfuit, ejuſque interdum lateri hæſit: *Nos hic Dacorum Regem honoribus ſummis accepimus: turba omnis curialis egreſſa eſt obviam, patres ad portam congreſſi medium illum per urbem ad baſilicam Petri, inde ad Pontificem perduxere, juxi decedo tunc publico præſidentem. Religio ſumma in ſummo Rege enituit: procubuit in genua ante illius pedes, nec ante ſe elevare eſt paſſus, quam ſermonibus ſuis eſſet reſponſum. Redeunti in cubiculum Xyſto, exeuntique ad divina horum dierum gremia ejus ſemper portavit: lavanti manus pelvim ſuſtinuit. Inter duos primos Cardinales ſeſſum receptus, non prius ſedere, non prius tegi voluit, quam utrumque ab utroque factum eſſet: me hodie alterum ex duobus illi aſſidentem rogari per interpretem fecit, ut pateremur poſt omnes Cardinales ad oſculum crucis eum aſcendere; eſt enim hoc dies paraſceve: cum rogarem cur ita depoſceret, ut habeatur, inquit, juſtus honos ſumma ſenatui. Plura hujuſmodi hoc ſolo triduo ſunt ab eo præſtita Apoſtolicæ ſedi, in quibus trium magnorum regnorum Rex a ſeptentrionibus veniens nobis Italis, quo animo eſſe in ſummum ſacerdotum debeamus, exemplo ſuo edocuit. Romæ VI. aprilis MCCCCLXXIV.*

(d) Papien. ep. 566.

Religioſiſſime ante Pontificis pedes provolvitur.

Recuſat niſi poſt Card. ad crucis oſculum accedere.

Scribit Crantzius (e) Chriſtiernum a Pontifice magnis muneribus cumulatum, ac nuncupatum jam ante ab illo de Jeroſolymitana profectione votum in amplam eleemoſynam in xenodochium Sancti Spiritus in Saxia conferendam commutaſſe. (e) Crantz. Dan. l.8. c.37. Nauel. vol.2.Gen. 50

Hieroſol. profectionis votum permutatum.

Donatum præterea roſa aurea narrat Nauclerus, ac tuliſſe famam illum Romam acceſſiſſe non modo, ut votum compleret, ſed etiam, ut Chriſtianos adverſus Turcam ad ſacrum bellum concitaret. Digreſſus Roma, atque ab Italicis principibus magnifice cultus, ubi Germaniam attigit, exortum Coloniæ inter cives, & Robertum archiepiſcopum Bavara ſtirpe oriundum, qui Carolum ducem Burgundiæ auxilio vocaverat, bellum ſedare ſtuduit, ſed ejus pii conatus ad irritum cecidere.

Colonienſe diſſidium in reditu ſopire ſtudet.

Hanc Caroli expeditionem ita deſcribit chronici Belgici author (f): *Anno Domini MCDLXXIV. circa feſtum diviſionis Apoſtolorum Carolus archidux princeps, & in bellis victorioſiſſimus triumphator, ducatuum & comitatuum, ac dominiorum plurimorum poſſeſſor, nam archidux extitit Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Gelriæ, Limburgiæ, & Luxemburgi. Similiter extitit comes Flandriæ, Hollandiæ, Artheſii, Hannoniæ, Zelandiæ, Zutphaniæ, & Boloniæ, fuit inſuper palatinus Burgundiæ inferioris, etiam dominus extitit Friſiæ, Salinaris, Picardiæ, & Mechliniæ, & princeps erat ſacri imperii marchio: & tantus, ac talis in quotidiana extitit ſumptuoſa, & magnifica curiali frequentia, ut nullus Alemannorum Regum, vel principum, imo nec Rex Regum Romanorum Imperator ipſi valuit comparari: qui etiam maximum poſt triumphum in Francia contra ipſum præcelſum*

III. Carolus Burg. in Germ. expeditionem ducit.
(f) Magn Chron. belg. auctor.

Fran-

Digitized by Google

Franciæ Regem in ipſius Regis potentatum territorio, & Leodienſium poſt depopulationem, ac civitatum deſtructionem, & murorum dejectionem, in qua expeditione centum fertur habuiſſe millia pugnatorum pro majori parte equeſtrium, & poſt ducatus Gelriæ invaſionem Colonienſem devaſtare aggreſſus eſt præſulatum: exercitum in Trajecto ſuper Moſam adunans, in terra Leodienſi ibi quatuor exercitus, & totidem linguarum ad ipſum ſtipendii gratia confluxerunt.

IV. Diſcordiam hanc in dies ingraveſcentem his verbis deſcripſit Joannes Petrus

(a) Apud Papien. ep. 86. Arrivabenus (a): *In Germania furor ille bellicus, qui coloniam Agrippinam invaſerat ſurgit in dies: pulſo antiſtite ex urbe ad alteram ripam Rheni Burgundus inſultat: oppidum quoddam munitiſſimum obſidet. In altera eſt Lantgravius Haſſiæ canonicis favens ſuis, & totius fere nationis præſidiis potens. Crevit inter illos indignatio, neque legatus, qui eo acceſſerat, concordiæ ſpem ullam habet.* Conceperat

(b) Philipp. Comin. in chron. l. 1. c. 63. (b) non dubias proferendi imperii ſpes Burgundus, ſi Robertum archiepiſcopum Coloniæ, unde qua erat pulſus, reſtitueret, partis enim aliquot Colonienſis principatus ad Rhenum ſitis arcibus, Ferretanum comitatum, quem a Sigiſmundo Auſtriaco coemerat, reliquæ ditioni conjunctum ſe ſperabat; quocirca ad Nuſſiæ oppugnationem animum obfirmavit, ut Capuaquenſis epiſcopus ad Cardinalem Papienſem e caſtris Burgundis

(c) Apud Papien. ep. 604. Nuſſia obſeſſa a Burgundo. ſcripſit (c): *Hic princeps conſtituit ab hac obſidione non niſi victor recedere, nec etiam hoc oppido potitus militem ad hyberna lege militari remittet, hyematurus, ut dicit, in caſtris, non frigore, non glacie, non periculis deterretur. Nunc audito Imperatoris adventu evocavit undique auxilia: ſola Flandria decem millia mittit: erunt hæc ſupplementa plusquam quadraginta millia: in annum ſequentem bellum Gallicum parat ſocius Britannis.* De Eduardi, quem Burgundus in Gallias pellexit, adventu proximo anno dicetur.

V. Belli inter Archiep. & cives cauſæ. Porro belli Colonienſis, ſuſceptique a Friderico imperatore in Burgundum belli cauſas referunt (d), Robertum agros eccleſiaſticos cenſuſque antea oppigneratos

(d) Naucl. Gen. 50. Meyer. l. 17. & alii. repetere voluiſſe, ac propterea ejectum a civibus: illum vero acciviſſe Burgundum, & archiepiſcopatum illius clientelæ commendaſſe, qui honos, cum ad Imperatorem ſpectet, excitatus eſt Fridericus, univerſaque commota Germania ad imperii jura tuenda: ut vero Nuſſia propulſatus ſit Carolus, inferius narrabitur.

Germania in Burgundum concitata. Nunc de Marco Cardinale legato, a quo navatam pro ſedando hoc bello operam indicatum eſt, addimus, ipſum hoc anno æſtate exacta e ſeptentrionali legatione reverſum, cujus in ea geſta in purpuratorum ſenatu recenſita, ut nimirum Po- Marci Cardinalis e legatione reditus.
lonum Hungarumque Reges de Bohemia diſceptantes in concordiam redegiſſet, Auguſtenſes conventus pro Turcica expeditione decernenda adiiſſet, in quibus nullum principes de ſacro in Turcos bello fœdus ſanxiſſent; denique pro Colonienſi bello ſedando labores conſumpti eſſent, expoſuit (e) Jacobus Papienſis Theodoro Cardinali Sancti Theodori hiſce litteris. (e) Papien. ep. 608.

VI. Geſtorum ab eo narratio.

Hodie Cardinalis S. Marci Marcus nomine, qui triginta menſibus legatus Apoſtolicæ ſedis abfuerat, in ſenatu de rebus in provincia geſtis ex conſuetudine retulit: longa fuit diuturnæ peregrinationis oratio, horis ferme duabus ſine intermiſſione continuata; dixit enim qua die ab oſculo, & benedictione Pontificis Venetias perveniſſet, qua mox Cæſarem conveniſſet, qui cum illo habiti eſſent ſermones, quique ſermonum exitus: tranſiſſe inde ad Regem Hungariæ & Poloniæ, quodque fuiſſet legationis caput, conatum eſſe utrumque ad pacem, vel inducias diuturnas inducere: habitos ea de re conventus nonnullos, tractatus ductos varios: nunc ſperatum eſſe, nunc deſperatum: ſummis tandem laboribus pacem ſecutam: conſilia interim ſua, & aliena minutatim explicavit. Addidit qua mente fuiſſent ad pacificationem Reges, qui adjutores turbatoreſque rerum, denique qui animi in ſedem, quæve in regnis religio: ab iis porro deſcendiſſe ad conventum, qui Auguſtæ a Germanis erat habendus, agitata in eo multa, nulla pene decreta. Dacorum tantum Regem, qui paulo ante Romæ fuiſſet, egregia de nobis adverſus detractores noſtros teſtatum, qui palam ambitionem, rapinas, & corruptelas Romanæ curiæ in frequenti multitudine lamentabantur. Adjecit dediſſe operam, quam potuit, ut Cæſarem Palatino conciliaret, contentionem præſulis Colonienſis cum capitularibus conditione vel ſententia tolleret, ducem Burgundorum ad deponenda arma induceret, qui præſuli adjutor venerat, Nuſſiamque oppidum Colonienſis eccleſiæ obſidebat: horum nullum cum ſucceſſiſſet, rediiſſe in Italiam ad patrem, qui eum miſiſſet. Commemoravit quibus ubique honoribus eſſet acceptus: adjutores ſuos recenſuit, eoſque Pontifici commendavit. Poſtremo procumbens in genua veniam popoſcit, quod nec publicis neceſſitatibus, nec imperio Pontificis, nec patrum expectationi ſciret eſſe ſatisfactum: nihil tamen omiſſum affirmavit, quod vel poteſtatis, vel diligentiæ, vel conſilii ſui fuiſſet. Laudatus a Pontifice eſt, ſimulque ab eo, & patribus gratiæ verbis honorificis habitæ. Vale xv. novembris MCDLXXIV. Venia flagitata ſi publicæ expectationi non reſpondiſſet.

Quod ad pacem inter Wladiſlaum filium Regis Poloniæ, & Matthiam Hungariæ Reges confectam attinet; hæc de ipſa refert Michovias (f): *Anno quo ſupra* VII. (f) Mich. l. 4. c. 70.

Pax inter Polonum & Ungarum confecta & quibus legibus.

pra duodecima menſis februarii, conſentiente Rege Hungariæ & Bohemiæ, barones apud Pragam concluſerant, ut Vvladiſlaus Bohemiæ Rex univerſum Bohemiam cum utraque Luſatia, & duobus ducatibus Sveidnicenſi, & Jauvorienſi; Matthias vero Hungariæ Moraviam cum reſidua Sleſiæ parte habeant: quod ſi Hungarus prior obiret, non ſuſcepta pignore ad Regem Vvladiſlaum univerſa ſimpliciter devolverentur; ſi vero pignore ſuſcepta obiret, ducenta millia florenorum darentur filiis ſuis, & de omnibus excedere tenerentur, & eadem viciſſitudo in Rege Bohemiæ obſervetur ſtante Caſimiro Rege Poloniæ in Lithuania. Sed paulo poſt ejuſmodi pax violata eſt; eodem enim anno digreſſo legato Caſimirus ex Polonia exercitum ſexaginta millium armatorum, vocatis ad ſigna Lituanis Tartariſque, eduxit (a) menſe augusto adverſus Matthiam, irrupitque in Sileſiam, ac menſe octobri Wladiſlaus alia viginti millia Bohemorum paterno exercitui conjunxit, a quibus copiis Wratiſlavia obſidione cincta eſt: nulla tamen res geſta memorabilis, immo in pabulatione plures Poloni intercepti, adeo ut maximo eorum numero carceres Wratiſlavienſes omnes referti eſſent: quin etiam ſubmiſſæ a Matthia Rege in Poloniam expeditæ copiæ regiones illas effuſa populatione vaſtarunt.

Violata a Polono.
(a) Id. c. 63. Thuroſ. in chr. c. ult. Ranzan. indic. 34.
Vvratiſlavia fruſtra tentata.

VIII.
Vaſtata ab Ungaro Polonia.

Accidit etiam in Polonico exercitu magnum incendium, quo plurimi abſumpti ſunt, perſequente divina ira ſacrilegos, qui argenteas pyxides, quibus incluſa erat ſacra Eucharistia, furto abſtulerant, ut narrat dictus author (b): *Caſuali*, inquit, *exarta incendio, quod ventus ungebat vehemens, multi mortales, equi plurimi, & currus cum victualibus quingenti tanta exercitu opem non ferente abſumpti ſunt, repertæque fuerunt, in feminiſtis quadrigis pixides diviniſſimum ſacramentum Eucharistiæ continentes, & intellectum eſt conflagrationem ignis plagam fuiſſe Dei.* Tribuit etiam idem incendium divinæ vindictæ Cromerus (c), additque Polonos ex Bohemorum conjunctione illam impietatem contraxiſſe. Affert pariter editum a Caſimiro ſeveritatis in ſacrilegos exemplum, illum enim juſſiſſe tres equeſtris ordinis armatos, qui Eucharistiam cum vaſculo argenteo erant furati, vivos inſpectante exercitu concremari. Cæterum infractis Regis Poloniæ conatibus, de redintegranda pace actum eſt, habito a tribus Regibus in aperto campo colloquio vigeſima prima novembris. Inclinabat Matthias, ut illa affinitate firmaretur: ſed obſtitit tanto bono unius mulierculæ pertinax arrogantia, cui præter æquum induiſit Caſimirus, nimirum objicienti, Matthiam non Regum, ſed comitum genere procreatum, & fratri olim infenſum

(b) Michov. ſup. c. 63.
Sacrilegi Poloni divinitus cauti.
(c) Chro. l. 28.
Caſimiri Regis juſſu equeſtris ordinis ſacrilegi concremati.
Induciæ inter Reges pactæ.

extitiſſe: quocirca non perpetua pax, ſed triginta menſium induciæ liberatis utrinque captis bello, pactæ fuerunt, ut referunt Polonici (d) ſcriptores: Hungari (e) tamen non initas inducias, ſed ictum fuiſſe fœdus memorant. Quo bello ſedato Matthiæ adverſus Turcos arma vertere licuit, cum jam illi ob Bohemicum bellum Sabariam arcem ad Savi littora excitaſſent, ea qua Pannoniæ imminebant.

(d) Id. ib & Michov. ſup. c. 63.
(e) Thuro. in chro. c. ult. Ranzan. ind. 34. Bonfin. dec. 4. lib. 3.

IX.
Sabatia arx a Turc. condita.
Ungarus ab Uſumcaſſano excitatus ad arma in Turcas vertenda.

Solicitatum illum fuiſſe ab Uſumcaſſano, ut fœdus cum ipſo adverſus Mahometem ſanciret, refert Joannes Petrus Arrivabenus in literis (f) ad Jacobum Cardinalem Papienſem: *Venit*, inquit, *cum Hungaro orator Uſſoncaſſam, qui ingentem exercitum pollicetur, modo Hungaro ad ſuſcipienda quoque arma pecuniæ hinc dentur, nil ſe velle præter dominium, quod uxori debetur, &c. Romæ III. ſeptembris MCCCCLXXIV.* De Iſaaco Trapezuntino ab Uſumcaſſano ad Poloniæ & Hungariæ Reges miſſo, ituroque ad Pontificem, & Venetos pro gerendo proximo vere cum aliis Regibus Chriſtianis in Turcam ſociali bello, Michovias (g) & Cromerus (h) meminere. Quin etiam alia legatio a Catherino Zeno Veneto, qui apud Uſumcaſſanum pro Venetis oratorem egerat, geſta eſt apud Polonum, qua barbarus decies centena millia militum ad Mahometem obruendum effundere pollicebatur: *Anno*, inquit (i), *Domini MCCCCLXXIV. Catherinus Zeno Venetus vir nobilis, & induſtrius ad Caſimirum Regem Poloniæ ab Huſzaeaſſem Rege Perſarum cum legatione, & literis in Chaldaico ſcriptis venit. Summa literarum, & legationis hæc erat, ut Caſimirus contra Mahumeth Turcam hoſtem fidei Chriſtianæ a ſe aliquoties victum cum cæteris catholicis Regibus prima vere conſurgat, certus exiſtens, ipſum Huſzaeaſſen cum decem centenis millibus pugnatorum pro Turcæ exterminatione venturum.*

(f) Ext. apud Papie. n. 586.
(g) Michov. l. 4. c. 70.
(h) Crom. hiſt. Polo. lib. 28.
(i) Michov. ib.
Polonus ab eod. ſollicitatus ad armorum fœdus. Decies centena millia pugnator pollicitus Perſa.

X.

Cæterum permoveri Reges ad jungenda arma in Turcam non potuerunt, quamvis hinc Moldavus, hinc Venetus ſociis deſtituti duos maximos illius exercitus profligarint. Et quidem prima a Stephano palatino Moldaviæ parta victoria inſignis fuit, qua centum viginti millia Turcarum divina virtute deleta fuerunt, cujus narrationem ex Matthia Michovia (k) repetendam ducimus: *Anno*, inquit, *Domini MCCCCLXXIV. die martis decima ſeptima januarii Stephanus Palatinus Moldaviæ exercitum Mahumeth Cæſaris Turcarum centum & viginti millia pugnatorum habentem, cui & Beſſerabi auxilia ferebant, Valachiam populantem circa paludem Rakovtecz, & fluvium Berliad propria marte quinque tantummodo millibus Sicularum, quorum terram ab Hungariæ Rege abſtractam in ſuam ditionem redegerat, magna*

(k) Micho. l. 4. c. 70.
Inſignis victoria a Palatino Moldaviæ de Turcis relata.

cla-

Digitized by Google

Ejuſdem Pelatioi pietas inſignis.

clade, ſed non incruente ſuarum victoria, mirabili Dei potentia fudit vix quadraginta millia pugnatorum habens, in quibus major pars agreſtium erat. Nec in ſuperbiam ex hac victoria elatus diebus quatuor continuis jejunium in pane & aqua egit: per univerſam quoque terram ſuam bannum edixit, ne quis auderet ſibi, ſed ſoli Deo victoriam illam aſcribere. [1]

XI. (a) Cro. l. 28.

Eadem recenſet Cromerus de (a) Moldaviæ principis habitam victoriam divino Nomini aſcribentis pietate: profuit vero illi admodum exuſſiſſe omnes agros, per quos Turcicus exercitus irrumpere parabat, quamobrem pabulationis inopia eorum equi admodum fatigati erant, cum in ipſos ſigna extulit. Opprimebantur Chriſtiani hoſtium numero, cum ille inter primos procurrens labantes ſuos erexit confirmavitque: potitus porro plurimis barbarorum ſignis, ea partim ad Pontificem, partim ad Caſimirum, partim ad Matthiam Reges, ut illuſtria victoriæ argumenta, miſit; multitudinem Turcarum maximam, quam ceperat, reſervatis nobilioribus, palis ſuffixit, ut barbarus ſuorum calamitate ad humanitatem flecteret. Cum vero extimeret, ne ipſum Mahometes majoribus copiis laceſſeret, Caſimiri Regis Poloniæ clientelæ ſe commendavit, habitique (b) ſunt ordinum regni Polonici conventus de bello in Mahometem decernendo, a quo cum Caſimirus vehementer abhorreret, a nonnullis generoſis proceribus increpitus eſt; idque tantummodo conſtitutum, ut Conſtantinopolim mitterentur oratores, qui de Valachia Turcicis armis petita quererentur; cujus in defendendo nomine Chriſtiano ſocordiam principum pars maxima imitabatur, ut Jacobus Cardinalis Papienſis de Uſumcaſſano auxilia pollicente locutus conqueritur (c).

Hoſtilia plura ſigna tranſmiſſa ad Pontif.

(b) Cro. l. 18.

Caſimirus in tuenda re Chriſtiana ſocordem ſe præbet.

(c) Pap. ep. 608.

XII. (d) Coriol. Cepio l. 3.

Scodra a Turcis obſeſſa.

Illatum (d) parte alia bellum eſt Chriſtiano imperio a Mahomete, cujes tamen impetus feliciter fracti ſunt: proferendæ enim in Italiam tyrannidis cupidus Scodram Macedoniæ urbem, ex qua in Neapolitanum regnum facilis trajectus erat, ſubmiſſo Solymano Europæ baſſa cum exercitu obſidione cinxit. Cujus oppugnationis accepta fama Jacobus Cardinalis Papienſis in literis ad Antonium Laurum ſcripsit Chriſtianorum ad commune incendium reſtinguendum non accurrentium miſeram ſortem ita deploravit (e): *Etſi anguſtia Chriſtianorum vulnera cordis mei ſunt, nec ſine gemitibus poſſim aliquid tale legere, non eſt tamen inutile illa a me noſci prudenter. Scribis, Antoni, dum Conſtantinopolim ſivimus expugnari, dum Boſnam, & Serviam opprimi, dum Chalcidem in poteſtatem ſævi hoſtis venire, dum non credimus longinquas clades ad nos perventuras eſſe, jam ad primam Germaniam, & Italiam populationes, incendia, terror. Scutarum circumſeſſum nunc atque oppugnatum, ſi in eandem iter fortunam, nil jam impedimenti hoſti ſupereſt, quia libere terra, & mari vagetur. Sentiet mox communem Italia negligentiam ora tota maritime Neapolitani regni, & agri Piceni, & urbes Lombardia populoſa, ac divites, arca plena, & clauſa in culpa malorum horum ſunt: dicam verius: zelotypia non neceſſaria ab omni nos bono opere detinent, dum ab aliquo ſemper eſt metus, dum remetimur præterita, dum formidamus ventura cogimur in negligendis publicis ſalutem privatorum reponere, Romæ xx. julii MCDLXXIV.* Maximom ſane terrorem injiciebat Chriſtifidelibus Solymanus, qui octoginta millia militem, & quingentos camelos ad devehendum æs, quo tormenta bellica conflarentur, adduxerat, ut narrat Coriolanus Cepio (f); quamquam

(e) Pap. ep. 571.

Ignavia Chriſtianorum deploranda.

(f) Cepio ſup. lib. 3.

NOTÆ [1] CUm Michovius victoriam hanc Moldavorum de Turcis relatam ſcribat *die martis* januarii XVII. facile hinc intelligere potuit Annaliſta hæc omnia in ſequentem annum referri oportere. Anno enim tantummodo ſequenti dies illa januarii in feriam tertiam incidit. Tunc vero veteri ſtylo apud nonnullas gentes ipſoſque etiam pontifices uſitato, annus adhuc 1473. agebat. Occaſionem victoriæ huic præbuerunt utriuſque Valachiæ populi, qui Mahometicæ dominationis excuſſo jugo, teſte Sanuto in vitis ducum Venetorum, ad Matthiam Hungarorum regem defeciverant. Turcæ ad officium coacturi rebelles exercitu 120000. equorum ait Sanutus apparatu Valachiam totam inundarunt. Procurrit in adverſum pro Valachis Stephanus Vaivoda cum 42000. Valachis, & 16000. Tranſilvanis, quos Matthias miſerat. His militibus ad locorum anguſtias diſpoſitis, immanis Turcarum exercitus fuſus diſſipatuſque eſt. Hæc Sanutus, qui notea de obſidione Scutaritana plura ſcripſerat. Sed de illa fuſius Naugerus in hiſtoria Veneta ad hunc annum, qui etiam notat eam obſidionem medio fere auguſto ſolutam; ejuſque rei gloriam univerſam refert in Lauredanum arcis præfectum, qui ad arcis deditionem ſollicitatus a Turcis, reſpondit, ſe quidem Turcam non eſſe, qui dedere urbes conſueverint, ſed Venetum, qui urbes capere, non tradere noverint. Cum vero in urbe tumultuare populus cœpiſſat quod ſumma annonæ penuria arctarentur, Lauredanus negavit ſe ea de cauſa urbem dediturum, audatoque pectore en ait: *offero carnes meas in cibum & ſanguinem in potum*. Qua ducis fortitudine victus popularis metus perſeverandum in toleranda obſidione cenſuit, & Turci rei deſperatione victi receſſerunt. Hæc Naugerus; Sanutus vero brevi verborum complexu hæc perſtringens, addit a Scodrenſibus monumentum rei egregie geſtæ ſuſpenſum fuiſſe in principe Venetiarum templo S. Marci militare vexillum, in quo aureis literis victoria illa Scodrenſium exprimebatur. Lauredano vero dignitas comitis Scudarinorum cum dignitate pariter equeſtri ac 1000. ducatorum pecunia decreta. MANSI

(a) Bonfin. dec. 4. l. 3.

Bonfinius (a) etiam centum millibus armatorum Scodram oppugnatam refert. In qua trepidatione, & torpore principum Venetis opem non ferentium has querelas fudit Cardinalis Papienſis (b): *Reſpiciat fidelem populum Deus, & oppidum ſervet, in cujus ſalute non tanta pateat in hanc provinciam janua: eo etiam refracto clauſtro, quid reſtat amplius non apertum ad lugendum ruinam? O miſeram Italiam olim dominam orbis, cui tam impura, tam impia, & tanto tamque præſenti tumultu ſtrepens barbaries nec aures excitat, nec oculos aperit: rapimur numine manifeſto ad extremum interitum, nobiſque haud dubie iratus eſt Deus, qui iis potiſſimum conſilium eripit, a quibus eſt propter peccata averſus, ut videntes non videant, & audientes non audiant. Sed facilius lamentari, quam perſuadere hæc poſſumus.*

(b) Pap. ep. 583. Papienſis Card. querelæ.

XIII. Submiſiſſe Sixtum obſeſſis ſuppetias, refert Bartholomæus Platina (c): *Dum Scodra*, inquit, *quod nunc Scutarum vocant, ditionis Venetæ oppidum a Turcis oppugnaretur, acriter qui in præſidio erant defendentibus, Xyſtus obſeſſos commeatu, & pecunia juvit, ne Turci occupato loco arce illa munitiſſima ad occupandum Epirum deinceps Illyricumque uterentur.* Tandem miſertus eſt Deus populi ſui, & tantos infidelium conatus compreſſit; licet enim Scodrenſes muri tormentis bellicis concuſſi dehiſcerent, inſigni tamen Antonii Lauredani patricii Veneti arcis præfecti virtute Turcæ, qui jam antea ſubmiſſas a Petro Mocenico ſuppetias repulerant, & potiundæ urbis ſpe muros aſcendebant, magna ſtrage propulſati fuere; ac dein morbis ex aeris, qui ex paludibus circumjectis teter fluebat, gravitate attriti, metuque maximi apparatus, qui fiebat Venetiis, fracti obſidionem ſolverunt. Qua læta recenti fama Arrivabenus Cardinalem Papienſem ſolatus eſt hiſce verbis (d): *Literis Venetorum nuntiatum eſt ſolutam eſſe obſidionem Scutarenſem, Turcas omnes deſperatione victoriæ provincia ceſſiſſe, quod univerſo Chriſtiano nomini gratiſſimum eſſe debet. Romæ* XXVII. *auguſti MCCCCLXXIV.* Eluxit in ea victoria divina miſeratio, nam aquæ inopia in ſummas anguſtias adducti erant obſeſſi Chriſtiani, adeo ut mulierum, ſenum, puerorumque millia duo ſiti periiſſe referat Coriolanus Cepio, atque in dies tres tantummodo aquam militi ſuperfuiſſe, quæ viritim quotidie diſtribuebatur: qua exhauſta decreverant Chriſtiani ſumptis armis erumpere in Turcas, ſuamque mortem egregie ulciſci. Porro ſoluta obſidione magna turba, quæ ad fluvium ad ſitim explendam accurrit, ſubito rigeſcentibus membris interiit.

(c) Plat. in vit. Sixt. IV. mſ. arch. Vat.

Submiſſi obſeſſis commeatus a Sixto.

Turcæ magna ſtrage propulſati.

(d) Apud Papien. ep. 584.

Magna turba victrix ob largiorem potum interit.

(e) Petr. Juſt. l. 9.

His addit Petrus Juſtinianus (e) Mocenicum Venetias reverſum geſta ſua in Turcas in ſenatu ita retuliſſe: *Scodra ſervata Mocenicus Venetias ſe contulit, atque ſenatum ingreſſus de rebus a ſe in maritimo imperio per biennium geſtis diſſeruit, in quibus explicandis tali oratione uſus eſt. Immortales, princeps inclyte, ac patres conſcripti, Deo optimo maximo gratias ago, qui me poſt varios pelagi errores, poſt acerbos belli caſus veſtro conſpectui incolumem victoremque reſtituit; multaque ſcitu digna mihi dicenda hoc in loco. Nam poſt Euboicam cladem cum demandato mihi maris imperio in Græciam veniſſem, rer illius provinciæ Turcarum metu non parum turbatas bellico apparatu recreavi. Methonum, Coronum, Naupactum, Nauplia, Epidaurus munitiſſima veſtra oppida Chalcidica excidio perterrita nova conſilia agitabant. Affui ſtatim cum claſſe, populiſque in ſpem erectis, omnia ſedavi: neque hic contentus, ut aliqua ex parte Euboicam cladem reſarcirem, in hoſticum littus tranſgreſſus ſum, Aſia bello petita, nam Pergamenus Quidiuſque ager ferro ignique devaſtatus: Lycia, Cariaque ora maritima cum inſula Delo, Naxo, Samo claſſe vexata, Smyrna expugnata & incenſa, Atcalia pene capta. Quid Sebinum, Corycum, Seleuciam commemorabo oppida Ciliciæ? quæ armis recepta Caramano veſtro juſſu, patres conſcripti, reſtitui: & cum Cyprus Jacobi Regis obitu inteſtinis ſeditionibus agitaretur, illuc cum claſſe navigans nobiliſſimam inſulam in Reginæ Venetorumque fide continui, rebellium alios ultimo ſupplicio affeci, alii carcere exiliisque damnati ſunt. Noviſſima Scodra Othomannicis armis circumvallata plurimos labores pertuli, inſomnes noctes egi, omniaque extrema paſſus ſum, ut nobiliſſimum Macedoniæ oppidum Venetis ſervaretur imperio: itaque Turcæ magna clade a mœnibus repulſi obſidionem ſolverunt, clariſſimaque tunc Veneto nomini victoria parta eſt.*

Inter hæc, cum in Italia maritima auxilia compararentur, & Ferdinandus Rex Neapolitanus ex pacto antea cum reliquis Italiæ fœdere partem claſſis pararet, ex ſuo more ingentia præmia pro exiguis officiis extorquere ſolitus ab eccleſia Romana ſacerdotalis ordinis Neapolitani decumas popoſcit, quamvis ipſius res augeretur, opibuſque afflueret, nec ſocii pro conferendis auxiliis decumanum aurum expeterent. Quod cum eccleſiaſtico ordini iniquum videretur, Jacobus Papienſis illum per haſce literas hortatus eſt, ne ſacerdotes ea de cauſa vexaret: *Erit tibi modeſtiæ hujus digna a Domino merces intendenti ſemper ſuper egenum & pauperem: claſſis pars, quæ a te eſt inſtruenda, etſi non contemnenda, non eſt attamen tanti Regi nimis: non eſt ſi cogitaveris etiam quanta ſit, & ex quo genere hominum conſtet; quid etiam*

XIV. Ferdinandus ex re eccleſiaſtica rem ſuam augere affectat.

ad-

adjumenta lege regni tui ad eam ſubditi conferant, facile intelliges, inopi ſacerdotum ſuffragio æquo animo carere te poſſe. Majores ſæpe in armandis exercitibus pro ſæculari gloria ſine clero ſumptus ſubiiſti, minores hos pro nomine Dei, & ſine clero
Monitus officii a Papienſi Card.
non indignum eſt ſubeas: quam ad rem piam mentem tuam recordatio ſubeat catholicè promiſſi Pontifici & Romanæ eccleſiæ facti, cum ſolemnibus documentis fidem dediſti, ſanctum Chriſti nomen pro viribus te defenſurum. Vide nunc ne tuis tantum viribus, an etiam noſtris facturus id ſit, ſi decimas, quæ prima ſedis ſunt, & in noſtram neceſſitatem ſervata, hanc partem claſſis cogitas adjuvare, Dei beneficio, præclariſſime Rex, tua etiam opera quieſcit Italia, tranquillum undique eſt regnum, proventus ampliſſimos poſſides, quid te ſumptibus diſtrahat nec unde apparet, ad cauſam fidei integre es totus, ſi vis. Rogo propterea, & per charitatem, qua tuæ majeſtati aſtringor, etiam peto, ut cum aliunde abundes, parci interim mendicæ Eccleſiæ patiare, quæ enim egiſti ſibi pro te non pepercit; nec velis tanto detrimento hoc onus nobis imponi, ut quod tibi conceditur, aliis quoque exemplo tuo cogamur concedere; repete memoria beneficia Domini, quam pro te per Eccleſiam ne caderes ſuſtentavit. Romæ xv. novembris MCCCCLXXIV.

XV. Novum fœdus ſancitum inter Italiæ principes.
Per idem tempus inſtauratum eſt fœdus novum inter Italiæ principes de tuenda pace Italica, propulſandoque hoſte, ſi illi bellum inferretur; in cujus fœderis ſocietatem Ferdinandus Rex Neapolitanus vocatus eſt, idque potiſſimum eo fœdere conſtitutum, ut copiæ ſemper apparatæ in omnem eventum a ſociis haberentur, & ſi in aliquam partem hoſtis irrumperet, eo ſociales turmæ mox ſubmitterentur, cujus fœderis monumenta publica (*a*) extant in ms. Vallicellano, ejuſque pactiones præcipuæ hæ ſunt.

(*a*) *Ext. in cod. mſ. Vallic. ſig. lit. B. n.* 19. *p.* 156.

XVI. Qui numerus copiarum parandus a ſingulis ad commune auxilium.
Primum in vigintiquinque annos ac plures, ſi viſum ſit, adverſus omnes ciſalpinos vel tranſalpinos nullo diſcrimine principum, Regumve, qui Italiam bello adorirentur turbarentve, ictum eſt; ſancitum etiam ut aliorum fœderum, quæ antea cum quibuſvis ſuſcepta eſſent, jus illibatum maneret: ut unius menſis flexu Ferdinandus Siciliæ Rex in ejuſdem fœderis ſocietatem vocaretur: ut toto tempore, quo perſtaret fœdus, Veneta reſpublica ſex millia equitum, peditum duo, totidem dux Mediolanenſis, Florentini equitum duo millia pediteſque mille egregie inſtructa tenerent; exorto vero bello Veneti equitum octo millia, peditum quatuor, totidem Galeatius, Florentinus populus quinque millia equitum & peditum duo ſuis ſumptibus ſuſtentarent. Conſtitutum præterea ut ſi bellum gereretur nemo inconſultis ſociis pacem conficeret cum adverſario, ſibique mutuo omnes ferrent ſuppetias, & ſi claſſis inſtruenda foret, communi ſumptu appararetur. Reſervatus etiam locus Herculi duci Ferrariæ, Mutinæ, & Rhegii, ut fœderi accederet: tum plures minores leges pro tuendis fœderatorum juribus, & diſcordiarum ſeminibus opprimendis additæ ſunt.

XVII. Tifernum a Vitellio ereptum eccleſiæ. Prodit rem eccleſiaſticam Ferdinandus.
Verum in ditione eccleſiaſtica inteſtino bello data eſt occaſio; cum enim Nicolaus Vitellius (*b*) Tifernatem urbem munitiſſimam ſuæ tyrannidi ſubjeciſſet, miſſuſque ad eam expugnandam eſſet Julianus S. Petri ad vincula Cardinalis legatus obſidionem fixit: ac tum Ferdinandus Rex pro ea pontificio imperio reſtituenda interpretem fucatæ concordiæ ſe exhibuit, ita ut Nicolaum in tyrannide confirmaret. Ferdinandi itaque nomine Fredericus Urbinas cum ad caſtra acceſſiſſet Vitellium adduxit, ut aliquam officii ſpeciem præſtaret legato; ita tamen compoſita res viſa eſt, ut in perniciem rei eccleſiaſticæ redundaret, de quo ita queritur Jacobus Cardinalis Papienſis (*c*): *Ad rem Tifernatem abunde, quod lamentor, & reſpondeam habeo. Heri ad me venit Bacius Ugolinus paulo ante Tiferno profectus, retulit in deditione civitatis ſe affuiſſe, nihil illa turpius potuiſſe fieri affirmat. Acceptas leges a noſtris, non datas, commemorat: non admiſſum legatum niſi quibus cuſtodibus Vitellio placuit, pedites tantum ducentos intus receptos, atque eoſdem ita per cives diſpoſitos, ut non præſidere ipſi, ſed in alieno eſſe præſidio videantur: venientem Vitellium in conſpectum legati contumacis adhuc animi & victoris potius, quam victi, ſignum dediſſe: non eccidiſſe in genua, non ſupplici uſum oratione, non facinoris pœnitentiam oſtendiſſe: levi tantum deflexione capitis & colli inclinatione ad ſpeciem, non honorem, indicaſſe ibi eſſe Romanæ eccleſiæ Cardinalem. Senis ex. ſeptembris MCCCCLXXIV.*

(*b*) *Apud Papien. ep.* 585. *& ep.* 588.

(*c*) *Papien. ep.* 588.

Geſta hæc conſanguineorum pontificiorum gratia, ut idem Cardinalis queritur (*d*): *Aut*, inquit, *cum Pontifice Urbinas, aut cum Urbinate Vitellius id forſan pepigit, quod timeo.*

(*d*) *Ep.* 587.

XVIII. Cypro Veneti potiti.
Compoſita re Tifernate, quam ægre tulere Florentini, fœdus inter Venetos, Mediolanenſem, & Florentinos inſtauratum eſt, cujus hanc cauſam affert Platina (*e*): *Motos Venetos ad hanc ineundam pacem arbitror, ut eodem tempore hoſtes haberent, & ducem ob Famaguſtam & Regem, qui ægre ferebat, Cyprum inſulam a Venetis occupatam eſſe.*

(*e*) *Plat. mſ. arch. Vat.*

XIX. Ex ſpoliis eccleſiæ ſuos ditat Sixtus.
Quod vero ad Sixtum attinet, affinitatem cum Friderico Urbinate junxit, acceſſitque propterea Romam idem Urbinas, ac xxvii. maii in ſenatu quamvis Romanæ eccleſiæ cliens, quique quadriennio ante apud Ariminum pontificium ex-

ercitum profligaſſet, ad ſubſellia Cardinalium admiſſus ultimus, fruſtra Sixtum Rhotomagenſi & Mantuano monentibus illum locum proprium eſſe primogenitorum Regum: *Agebatur (a) de deſpondenda filia Friderici Joanni ex fratre filio & Senogallia Mundavioque illi tradendis: putatum eſt carnis, & ſanguinis id perniciosum exemplum fuiſſe.* Indignum viſum eſt, Sixtum, qui tot ante annis rerum humanarum contemptum inter Minoritas erat profeſſus, ex Eccleſiæ ſpoliis & opibus principatus ſuis condere. Quod ægre ferens Papienſis exclamabat: *O Paule II. ubi tuo nunc eſt in paradiſo, & retinendis rebus Eccleſiæ laudata attentio!* Obſiſtere quidem Sixto viſi Cardinales, qua de re Franciſco Mantuano idem Papienſis eſt gratulatus: *Gaudeo*, inquit, *quod ſacerdotes vos, memineritis unanimes, quantum intelligo, ad tuendam dignitatem ordinis noſtri, & ſervandam hereditatem patrum noſtrorum. Augeat Dominus, quod in vobis jam eſt operatus tam quidem lætandum, ac ſalutare, quod hactenus in patribus rarum.*

(a) *MS. arch. Vat.*

Indigne ferunt aliqui Cardinales.

XX. Deſciviſſe ipſos ab ea conſtantia, atque Pontificis, & Juliani Cardinalis gratia victos, ſcribit Bartholomæus Platina: (b) *Fredericus*, inquit, *dux filiam ſuam Joanni adoleſcenti Juliani Cardinalis fratri in matrimonium locat; verum ne puella ex principe nata principatu careret, Xyſtus nepotem Senogalliæ, & vicariatus Mondavii dominum creat, adverſantibus primo Cardinalibus, qui poſtremo in Pontificis ſententiam venere, ejus authoritate, & precibus Juliani Cardinalis permoti.* At has Eccleſiæ exuvias poſteris calamitates maximas attuliſſe, ac gravioribus bellis ditionem eccleſiaſticam fuiſſe attritam, magnaſque populorum ſtrages editas, viſuri ſumus, dum Pontifices in ſpurios, vel nepotes principatus transferre affectarent. Conqueritur Cardinalis Papienſis (c) miſeram ſortem Eccleſiæ, apud quam jam nemo creſcit niſi per ipſius detrimenta, atque a Frederico Urbinate generi nomine plura alia ademptum iri. Porro Fridericus hoc anno comitis titulos cum ducalibus commutavit Sixti IV. liberalitate; rem geſtam ita narravit Joannes Petrus Arrivabenus (d) dicto Cardinali Papienſi.

(b) *Plat. in vita Six. IV. MS. arch. Vat.*

Senogallia nepoti data a Sixto. Eccleſiaſticæ opes illi pepetere exitium.

(c) *Ep.* 588.589.

(d) *Apud Papien. ep.* 580. *in vit. Sixt. IV. arch. Vat.*

XXI. *Hodie comiti tuo Urbinati magni honores impenſi ſunt, Egredientis Pontificis caudam ſuſtinuit, ad ejus tribunalis pedes conſedit in capella majore, In miſſa ante evangelium titulo ducatus, ac veſte aurea talari, pileoque quali & dux Borſius, ac torque aureo decoratus donatuſque eſt.* Addit in aliis literis (e): *Poſt tradita inſignia acceperunt eum medium duo diaconi, deduxeruntque ad ſuggeſtum diaconorum, ubi cum paulum ſtetiſſent illi, mox ad cathedram Pontificis rediere; ipſe vero ad ſuggeſtum presbyterorum deductus poſtremus in eo conſedit, manſeruntque diaconorum ſubſellia vacua.* Et in ſuperioribus literis (f): *Poſt miſſam*, inquit, *vexilla ſacris initiata, quorum alterum Eccleſiæ, alterum Pontificis gerebat inſigne. Reverſo Pontifice in cubiculum ſuum mox omnes Cardinales egreſſi ſunt cum duce Urbinati. Erat ad ſcalas equus ſerico rubeo paſſim tectus, * donatus a Pontifice ſolemni pompa, præcedentibus vexillis comitante collegio, ut mos eſt, domum, quæ ei ad ſanctos Apoſtolos parata erat, deductus eſt, &c. Romæ* XXI. *auguſti MCDLXXIV.*

Urbinas comes ducali titulo cohoneſtatus.

(e) *Ep.* 584.

(f) *Ep. ſup.* 580.

Novus dux ſolemni pompa deductus.

* *ipſi*

XXII. Hoc in aunc anno obiit (g) Petrus Riarius tit. S. Sixti, in Franciſcana familia apud Sixtum, dum vitam religioſam ducebat, educatus, atque ab illo ad pontificatum evecto in collegium Cardinalium cooptatus: extinctum veneno Stephanus Infiſſura (h) refert: ſed nullum præſentius venenum voluptatibus fuit, quibus intabuiſſe diſerte narrat Raphael Volaterranus (i), qui ipſum vocat virum natum perdendæ pecuniæ: *Nam biennio*, inquit, *quo tantum poſtea vixit*, nempe in cardinalatu, *ducenta aureorum millia in luxu victitando ſolum abſumpſit, ſexaginta millia æris alieni, argenteorum item trecentum pondo dimiſit. Deceſſit tabidus voluptate, annorum* XXVIII. *opificibus maxime deſideratus, quorum officinas novis ſemper luxiis, & operibus replebat.* Deſcribit graphice ejuſdem mores indignos ſacro Franciſcano nomine Jacobus Cardinalis Papienſis in literis (k) ad Franciſcum Gonzagam Cardinalem Mantuanum miſſis, illumque ut humanæ felicitatis fragile exemplum proponit: *Vidiſti*, inquit, *hunc quinto a Xyſti pontificatu menſe, cum ex Minorum eſſet ordine, juvenis adhuc, nulla illuſtri re antea cognitus, gravi Pontificis contentione creatum Cardinalem eſſe, ex illa die potuiſſe, quod voluit. Quantum autem nec credi facile eſt, nec auditum noſtra eſt, nec patrum majorumque memoria. Euntem illum in curiam ac redeuntem ſcis quanta omnis ordinis ac dignitatis multitudo comitaretur; multitudine antecedente, ut ſequenti jam via ſatis non erant; manentem quoque domi plures multo adiiſſe negotii cauſa quam ipſum prope Pontificem: præſulibus, & legatis omnifariamque hominibus quaque dies hora ædes latiſſimas inundaſſe.*

Petri Riarii Card. mors.

(g) *Celſus Veronen. apud Pap. ep.* 559. *Brut. Flor. l.* 5.

(h) *Inſt. in chron. hoc ann. Plat. in vit. Six. IV.*

(i) *Volater. Antropol. l.* 22.

(k) *Papien. ep.* 558.

Sæculi pompam maxime ſectatus eſt.

XXIII. *Etiam memor es convivii illius inauditi, quo Gallorum oratores anno ante accepit; ſolemnius aliquid vetuſtas tota, nec gentilitas quidem audivit unquam; molimen dierum plurimorum fuit. Tota Etruſcorum induſtria conquiſita eſt atque adhibita, vacuefacta rare pretioſiſque omnia; idque actum, ne vincendo conatui nulli in poſterum ſupereſſet facultas. Apparatuum magnitudo, & varietas, miniſtrorum ordines, ſcalarum numerus, rerum*

Convivia illius inſana.

pre-

pretia appoſitis ſpeculatoribus notata ſunt literis, deſcripta verſibus, nec per urbem modo vulgata paſſim, ſed per Italiam quoque, & trans alpes ſingulari ſtudio miſſa. Non multos ab eo convivio dies cum virgo regia (ea erat Leonora Ferdinandi Regis Neapolitani) ad ſponſum Ferrarienſem duceretur, audiſti quanta admiratio ſolemnis hoſpitii fuerit: ad eum enim divertit, exceſſit honor non modo credendi fidem, ſed facultatem narrandi. Viſebantur ſtupore ingenti ædes non lapideæ jam oculis, ſed quoque te verteres magnis opibus locupletiſſime conveſtitæ, ac parietes, & pavimenta ſerico argento, & auro inſignes: culcitræ cubiculorum nulla non ſericea fuere, lectorum pulvini ebonopina, & pallia nulla non auro intertexta: oſtiorum vela omnia exquiſitis operibus picta: ſellæ argenteis pedibus fultæ, plures textili auro contectæ, quæ etiam ad interius naturæ commodum habentur ex ſolido argento facta, culcitrulis mollibus ex ſerico ſuper impoſitis: abaci aularum ad admirationem viſeatrum lati, editi & pleni: longiſſimam porticum continentis adis ad convivii amplitudinem dejecto tecto conſtravit, ut prandentes cœnanteſque inde cernerentur, poteratque omnis interior apparatus, & infra.

Superbia impudentiſſima.

XXIV. *Poſtremo & admirati perniminm ſumus congeriem ſacerdotiorum ad hæc explenda creſcentem quotidie, nec ulli forte aut nationi parcentem: nam præter illuſtria cœnobia magna, & multa ubique gentium comparata, præter inferiora inæque dignitatis non ſpreta, etiam ea ſuprema ſedis in unum ipſum etiam aggeſta patriarchalis Conſtantinopolitana, metropolis Hiſpalenſis, metropolis Florentina, & Mimatenſis Gallicana congerenda haud dubie plures, niſi vitæ, & cupiditati una Dei diſpenſatione eſſet modus impoſitus. Biennio toto hic tantus fortunæ ſucceſſus fuit tam, ut apparet, feſtinatus, quam brevi erat caſurus. Quid ergo ex tanta gloria reliquum nunc ille mortuo inſpicimus, quid ex tanto rerum faſtigio conſpicuum extat? Vidimus illum juxta verbum Scripturæ exaltatum ſupra cedros libani, tranſivimus nunc, & ecce non eſt*, &c.

Pluribus epiſcopatibus infeliciter onuſtus.

XXV. Eodem anno undecima decembris die mortuum Henricum Caſtellæ Regem tradunt, ac diuturno morbo emarcuiſſe, cum rite omnibus ſacramentis procuratus fuiſſet; ex cujus morte maximi de regni ſucceſſione ſeditionum motus oborti, cum alii Joannam filiam ad ſceptrum vocarent, alii ipſam ſuſceptam fuiſſe adulterio contenderent, atque Iſabellæ Henrici ſorori regiam hereditatem decernerent: ut vero ob id concitatum ſit bellum inter Regem Luſitanum, qui Joannæ nupſit, ac Ferdinandum Aragonium Joannis Regis filium, qui Iſabellam uxorem duxerat, proximo anno dicetur.

Henr. Caſtellæ Regis mors.

De regni ſucceſſione certatum.

XXVI. Hoc eodem anno Sixtus religioſum ordinem Minimorum a Franciſco Paulano ſanctitate & miraculis clariſſimo inſtitutum ampliſſimo diplomate (a) VI. kal. junii pontificatus anno III. conſignato confirmavit, multiſque immunitatibus, quibus religioſi ordines alii potiebantur, donavit. Promoverat naſcentis illius familiæ exordia Pyrrhus archiepiſcopus Cuſentinus viro ſancto addictiſſimus, jamque ante Sixtum Paulus II. inquiſiverat de inſtituto ab eodem Franciſco vitæ genere, ac miraculis, ut narrat Leo decimus in diplomate, quo virum functum ſanctis annumeravit, ubi primitias ejuſdem Sancti Franciſci ita deſcribit: *A parentibus ſub Dei timore & amore educatus*, de Franciſco Paulano loquitur, *inſigne ſpecimen ſanctitatis futuræ præ ſe ferens, ſolitudinem & religionem diligere, ac orationibus, & jejuniis aſſidue vacare cœpit. Quæ cum ejus parentes animadvertiſſent, ipſum annum circiter decimum tertium agentem juxta votum per eos emiſſum domui Sancti Franciſci civitatis S. Marci obtulerunt, in qua puer in ſortem Domini electus anno per eum exacto, nullaque profeſſione emiſſa, vocatis parentibus eos, ut ſe ad eccleſiam S. Franciſci de Aſſiſio, & S. Mariæ de Angelis devotionis cauſa ducere vellent, enixe rogavit: qui pio ejus deſiderio annuentes, ſeſe itineris comites præbuerunt.*

(a) Ext. in bull. bullar. in Six. IV. conſt. 5.

Minimorum ordo a Sixto confirmatus.

S. Franciſc. Paulanus a parentibus Deo ſacratus.

XXVII. *Quibus eccleſiis devote viſitatis, in patriam reverſus idem beatus, Sancto Spiritu inſpirante, ad eccleſiam conſtruendam animum addixit, ipſeque primus fundamenta jacere cœpit. Quo inter vicinos divulgato, undique ad opus juvandum concurritur: alii operi incumbebant, nonnulli calcem, lapides, cœmenta, & alia id genus futuro ædificio neceſſaria deportabant. Fertur etiam tunc fratrem quemdam S. Franciſci habitu indutum ex improviſo B. Franciſcum de Paula increpaſſe, quod tam anguſtam ædem facere incœpiſſet, eandemque demoliri ſibi mandaſſe, ac aliam majorem deſignaſſe, beatoque Franciſco de Paulo aſſerenti ſibi vires ad tam ingens opus perficiendum non ſufficere, divinitus reſpondiſſe, Deum omnipotentem ei nullo pacto defuturum: e veſtigioque dirutis muris evanuiſſe; unde non immerito plerique illum B. Franciſcum fuiſſe exiſtimarunt. Poſtridie vero nobilis quidam Cuſentinus ſupervenit, qui eidem beato pro ædificanda eccleſia magnum auri atque argenti pondus obtulit: unde juxta ſitus deſignationem eccleſiam notabili forma non parvo ſumptu conſtruere cœpit, neque unquam a laboribus ceſſabat, niſi cum orationi diviniſque rebus intendebat: qui etſi vigiliis, continuiſque jejuniis maxime eſſet attritus, lapides tamen, calcem, & ligna, aliaque ad fabricam neceſſaria propriis etiam humeris deferre non deſiſtebat.*

Eccleſiam extruit.

Jubetur divinitus majorem excitare.

Cœmentarii laborem tolerat.

Erat

XXVIII. Humanitas ejus ſingularis.

Erat adeo in loquendo humanus atque affabilis, ut nullus unquam ad eum acceſſerit, quin melliſluis ejus verbis delectatus, & incredibili quadam ſermonis dulcedine captus, & quaſi divino ſpiritu repletus ab eo receſſerit: humilitatem ejus etiam inſtituti per eum ordinis cognomentum oſtendit, quod ut is omnium minimus eſſe volebat, ita minimorum dici cenſuit, & inſtituit. Ejuſdem etiam ordinis inſtitutor, & generalis corrector exiſtens omnium ſe infimum quoad poterat exhibebat, & ad omnia etiam ſervilia opera, ut & ceteris humilitatis præberet exemplum deſcendere non dedignabatur, quippe diſcipulis ſuis diſcumbentibus miniſtrabat, ſæpeque eccleſiam, & altaria verrebat, & mundabat, ac paramenta, & alia ad divinum cultum neceſſaria componebat, aliorumque fratrum etiam novitiorum indumenta propriis manibus abluebat: & cum juvenis adhuc eſſet, Calabriamque incoleret, nunquam niſi nudis pedibus etiam per glacies, nives, montes, & aculeata ſaxa, vepres, ſpinaſque incedebat, nullamque ex eo etiam graviſſimo ſæpe pondere preſſus læſionem in pedibus patiebatur, ipſum ſæpius ignem nudis pedibus conculcaſſe, ac ignitos candenteſque lapides manibus portaſſe liquido conſtat. Et infra.

Ignem ſæpius nudis pedibus calcavit illæſus.

XXIX. Plures ab eo divinitus ſanati.

Horum & plurimorum aliorum ſanctorum operum ratione habita adeo Sancti Spiritus gratia hominem complexa eſt, ut piis ejus meritis, & precibus in Chriſti nomine dæmones a corporibus humanis ſæpius ejecti, pluresque infirmi diverſis morborum generibus oppreſſi, & jam a medicis deſtituti ac morti propinqui priſtinæ ſanitati reſtituti fuerint: idemque beatus altis compluribus, qui memoria, & ſenſibus capti, ſeu intelligentia debilitati erant, ſanitatem præſtiterit, ac multis claudis inceſſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, cæciſque lumen reſtituerit, & leproſos mundaverit, nonnulloſque mortuos, vel pro mortuis habitos ad vitam priſtinamque lucem reduxerit.

XXX. Paulus II. de ejus miraculis inquirit.

Quorum quidem miraculorum fama cum jam per totum fere orbem vagaretur, & ad aures felicis recordationis Pauli II. prædeceſſoris noſtri perveniſſet, cubicularium quemdam ſuum ad bonæ memoriæ Pyrrhum archiepiſcopum Caſentinenſem miſit, mandavitque, ut ipſe ſuper miraculis hujuſmodi ſe diligenter informaret, ac deinde ipſum de veritate certiorem efficeret: qui quidem archiepiſcopus Pontificis mandato parere deſiderans, ac neminem habens, qui talia melius, quam ipſe & cubicularius explorare, fideliuſque referre poſſet, eidem ſuaſit, ut is cum ſocio, quem ei adjunxit, ad dictum beatum virum ſe conferret, ac de illius vita, miraculis, & fama hujuſmodi plenam informationem caperet. Cubicularius archiepiſcopi fretus conſilio hominem adiit: & cum inter ſalutandum dicti beati viri manum oſculari vellet, ille omnino renuit, eumque rogavit, ut ſibi potius manum deoſculandam porrigeret, aſſerens id multo juſtius, & convenientius fore, eo quod ipſe cubicularius triginta tres annos jam preſbyter eſſet: quod cubicularius memoria repetens, ubi id verum eſſe cognovit, miratus eſt hominis ſpiritum, & cum eo ad colloquium in cameram conceſſit. Ubi cum primus ſermo de tam ardua difficilique vita fuiſſet, ut eam nulli niſi robuſto, ac valido tolerabilem fore cubicularius aſſeveraret, beatus pater, audito illius verbo, igni appropinquans, ardentes prunas abſque læſione manibus arripiens, dixit. Qui perfecto corde Domino ſerviunt, omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo veniam petiit: cumque ejus pedes humiliter oſculari vellet, ipſo vir beatus id recuſaſſet, ejus tunc veſtem manu apprehenſam devote oſculans, & ab eo recedens, ad Pontificem rediit, eique miracula, quæ viderat, enarravit.

Mittit cubicularium.

Coram eo illæſis manibus contrectatus ignis.

XXXI. Confirmatus etiam eſt a Sixto, ut refert Auguſtinus Juſtinianus (a) epiſcopus Nebienſis, ordo Auguſtinianorum diſcalceatorum adſtrictioris diſciplinæ, cujus conditor fuit Baptiſta Poggius Genuenſis doctrinæ fama, & pietatis opinione clariſſimus, multiſque a Deo muneribus ornatiſſimus, ordinis S. Auguſtini, cui pium hoc opus meditanti licet a ſodalibus multæ moleſtiæ exhibitæ fuerint, omnes tandem difficultates vicit, plura monaſteria in Liguria, Inſubria, & Sabaudia excitavit, atque magnam hominum multitudinem a ſæculi curis ad religioſa inſtituta traduxit virtutibuſque excoluit: populos etiam pietate evangelica e ſacro ſuggeſtu erudivit, atque ob eximiam religionis famam Carolo Francorum Regi, & Galeacio duci Mediolanenſi accepriſſimus pio fine quievit.

(a) *Aug. Juſtin. hiſt. Genuen. l. 5.* Auguſtinianorum diſcalceatorum initium.

I. Celebratus omnis jubilæus. Ferdinandi in Urbem adventus.

ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto octava indictione, recurrente vigeſimoquinto anno Pauli II. decreto a Sixto IV. confirmato (a) celebrando, præter viros alios dignitate conſpicuos Ferdinandus Siciliæ Rex in urbem ſe contulit, atque baſilicas Lateranenſem & Vaticanam intertextis auro periſtromatibus donavit (b): quamvis alia ab ipſo cum Pontifice agitata conſilia tum creditum ſit. Cæterum cum magno comitatu venienti officia omnia regio apparatu præſtita referunt (c): Carolam etiam Reginam olim Cypri Romam veniſſe, & a Pontifice ſumma exceptam benevolentia ac liberalitate ſuſtentatam: tradit vero Sigonius (d), paucis ob vehementes bellorum ſuſpiciones infeſtaque itinera religionis cauſa Romam contendentibus, Sixtum Pontificem, ut longinquarum nationum ſaluti conſuleret, jubileum Bononiæ inſtituiſſe ampliſſima noxarum propoſita venia iis, qui expiata rite conſcientia a kal. maiis ad pridie kal. ſequentis anni decretas quatuor illius urbis eccleſias fuſis ad Deum impetratis precibus pie luſtraſſent, ingenteſque adeo populorum concurſus eo factos, ut vulgo exiſtimatum ſit, Bononiam numquam tanta peregrinorum copia redundaſſe. Extant de eodem jubileo Bononiæ indicto pontificium diploma (e), tum etiam (f) aliud rogatu Scotorum editum, ut in Scotia ſacro indulgentiarum beneficio potirentur; imperata tamen iis aliqua pecuniæ ſumma, quæ in rei Chriſtianæ uſum adverſus Turcas impendenda erat.

(a) Sixt. IV. in reg. 11. legationum p. 8.
(b) Steph. Infeſſ. in chron.

Regina Cypri pontificia liberalitate ſuſtentata.

(c) Onuphr. in Sixt. IV. Boſ. hiſt. eq. Hier. par. 2. l.
(d) Sigon. de epiſc. Bononien. l. 4. ann. 1475.
(e) Sixt. IV. l. 23. p. 1.
(f) Eod. lib. p. 42.

II. Inter hæc ſedatum in Germania periculoſiſſimum bellum, quo flagravit Colonienſis archiepiſcopatus. Premebatur longa obſidione Nuſſia a Carolo duce Burgundiæ proferendi imperii cupido immo & eripiendi Romani imperii Frederico, a quo in Treverenſi colloquio regium diadema nomenque ſe eblandiri non potuiſſe indignabatur, ut refert magni Chronici Belgici author (g): *Ex iſta*, inquit, *confuſione dux Carolus offenſus in Imperatorem conſilia cogitabat prava, & anno ſalutis MCDLXXIV. cum maximo apparatu, & exercitibus quatuor idiomatum Colonienſem aggreſſus eſt epiſcopatum ſive diœceſim, & Nuſſienſem civitatem per hebdomadas obſedit quadraginta ſex, ut Romanum occuparet imperium, quemadmodum inclamaverant milites ejus ad obſeſſos Nuſſienſes, non laborare principem ſuum pro iſta villa, ſed pro Romano imperio, et ipſe Carolus in fine obſidionis congreſſionis tempore cum populo ſuo proteſtatus, eſt dicens. Hora nona Imperator ero vel mortuus: quod & factum fuiſſet, niſi docti proditionem divina ordinatio detexiſſet, ut patet infra in hiſtoria obſidionis Nuſſienſis.* Fuſe eam texit author, qui aderat; ſed imperfectam reliquit.

(g) Chron. magn. belg.

Affectatum a Burgundo imperium.

III. Ambitioſa vero conſilia ingentibus viribus aggreſſus centum millia bellatorum (h) ex Galliis, Anglis, Germanis, Italiſque ob ſuas ingentes opes in caſtris continebat, qui ſi conjuncti Germanis in Turcas vertiſſent arma, feliciſſimi de iis triumphi ſperandi fuiſſent: at cum illi mutuas ſpirarent cædes, Turcæque noſtris diſſidiis elati Chriſtianum evertere imperium molirentur, omniaque defendendæ religionis ſuſcepta in Auguſtenſi, Conſtantienſi, & aliis conventibus conſilia evaneſcerent, Sixtus Pontifex ad tantum Chriſtianorum excidium avertendum Alexandrum epiſcopum Forojulienſem ad Fredericum Imperatorem & Carolum Burgundum conciliandos legavit in Germaniam, ut pontificium diploma (i) oſtendit, ex quo hæc deſcripſi: *Procurante ſatore zizaniæ inter Imperatorem, & dilectos filios nobiles viros Carolum ducem Burgundiæ, ac Fredericum comitem Palatinum, nec non venerabilem fratrem noſtrum Robertum archiepiſcopum Colonienſem, cujus idem comes palatinus germanus exiſtit nec non capitulum, clerum, & populum Colonienſem, eorumdemque fautores, & nonnullos prælatos eccleſiaſticos, & principes temporales, ac communia civitatum in eadem Germania conſiſtentium, quamplurimæ diſcordiæ, & diſſenſiones exortæ fuerunt, & in tantum in dies creverunt, & creſcunt, ut exinde omnis Germania commoveatur, civitates, terræ, & loca plurima ejus populorum cladibus vaſtitate, & depopulatione, ac innumeris aliis detrimentis, qualia fiunt in rebelles, maxime inter potentes, affligantur, graviaque ſcandala ex eis provenerunt, & majora, niſi eis occurratur, veriſimiliter, ſint proventura in dies. Nos igitur, qui ad omnem Dei honorem, fidei catholicæ præfata defenſionem, & exaltationem, communemque totius populi Chriſtiani ſalutem, pacem, & quietem concernentia ſupremis aſpiramus affectibus, conſiderantes hos, & alios effectus peſtiferos, quos guerrarum furor producit, & fovet, ac inclytam, & potentiſſimam nationem Germanicam longe lateque diffuſam firmiſſima, & fortiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ eſſe, & quod natione prædicta pacata, maximum exinde ac potentiſſimum adjumentum ſalutari expeditioni noſtræ in eoſdem Turcos comparabimus, ad ſedandum bella, diſcordias, & diſſenſiones hujuſmodi noſtros convertimus cogitatus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXIV. prid.*

(h) Id. ib. Centum millia bellatorum ſub ſignis continuiſſe fertur.

Decretus a Sixto legatus ad pacandum Germaniam.

(i) Lib. brev. & bull. p. 90.

De conflato in Germania bello inteſtino.

prid. id. februarii pontificatus noſtri anno IV.

IV. Plores hoſtes in Burgundum concitati.

(a) *Philip. Comin. in chron. Lud. XI. c. 65. Meyer lib. 17. Belcar. dec. 5. l. 2. & alii.*

Burgundiones præſidiarii comitatus Ferretani cæſi.

(b) *Com. ſup. c. 66.* (c) *Id. c. 67.* (d) *Id. c. 66. Belc. dec. 2. l. 3. n. 6. Meyer. l. 17.*

Profecto in Germaniam apoſtolico internuntio trahebatur ex ſuperiori in hunc annum Nuſſienſis obſidio præſidiariorum virtute, atque interim in Carolum plura nova commota ſunt bella (a), nam, & Ludovici Regis Francorum ſuaſu, & Imperatoris conſilio Renatus junior Renati Regis ſenioris ex Jolanthide filia nepos dux Lotharingiæ, aviæ Iſabellæ jure, Burgundo bellum indixit, atque in Lucemburgenſem comitatum cum exercitu incurrit: Sigiſmundus Auſtriacus, percuſſo cum Helvetiis fœdere, Ferretanum comitatum antea pretio diſtractum repetiit (b), captis noctu præſidiariis Burgundionibus: Ludovicus Francorum Rex armorum ſocietatem iniit (c) cum Imperatore, atque ubi induciæ, quas cum Burgundo pepigerat, hoc anno exiere, plures illi urbes repentina irruptione eripuit, ac ſi exercitum cum Imperatore, ut conventum erat (d), conjunxiſſet magnum Burgundo imminebat periculum, ne ſub Germanorum Francorumque potentia ſuccumberet.

V. Friderici ad liberandam Nuſſiam expeditio.

(e) *Apud Papien. ep. 623.*

Fridericus vero ad liberandam Nuſſiam ingentem ex Germania adduxit exercitum, ac primum aliquæ leves velitationes factæ; tum vero commeante altro citroque Alexandro epiſcopo Forolivienſi Apoſtolicæ ſedis legato dirempta lis eſt fœdere, non armis; de quo Franciſcus epiſcopus Caputaquenſis Ferdinandi Regis Neapolitani apud Burgundum orator, qui lis interfuit, hæc ad Jacobum Cardinalem Papienſem ſcripſit (e): *Cognoſcet reverendiſſima dominatio veſtra literis, quæ ſanctiſſimo Pontifici ſcribuntur, ut ſe habent res Germanicæ, quarum cauſa R. D. Forolivienſem legaviſtis, cujus prudentia, induſtria, & conſtantia effectum eſt, ut duo validiſſimi, ac ferociſſimi exercitus vix mille paſſibus diſtantes intra paucos dies fuerint reconciliati maxima Apoſtolicæ ſedis gloria.* Et infra: *Imperator ſecum habet in caſtris marchionem Brandeburgenſem, ducem Saxoniæ, Lantgravium illum fratrem hujus, qui obſidionis tempore Nuſſiæ præfuit, æmulus archiepiſcopi; ſunt etiam prælati Treverenſis, Monaſterienſis, & Aſtetenſis, Maguntinus ægrotat Coloniæ.*

Contractus ab eo exercitus quantus fuerit.

Credo Germanorum eſſe numerum quadraginta, aut quinquaginta millium, equitum habent ad XVI. millia, peditum & collectitia turba ſatis. Quo die ad propinquum oppidum venere, acceſſit ad eorum caſtra dux, ut illos ad pugnam adduceret; quam viſi ſunt detrectare. Cum iidem proceſſiſſent, & caſtra, ubi nunc ſunt, locaviſſent, iterum inſtruxit acies princeps, tormenta eduxit; tum Burgundi Germanorum caſtris appropinquarent, emiſere illi equitum duo millia aut tria millia, & magnum peditatum. Cum intra horam hic conflixiſſent repulſi abiit, quos Italici generis dux præmiſerat, ſe intra munitionem receperunt occiſis eorum, ut accepi, LXX. pluribus vulneratis; Burgundi ſex tantum amiſere. Nox prælium diremit. Sunt qui dicant eo tempore in caſtris Germanicis ſatis fuiſſe trepidatum, & a pluribus de fuga cogitatum. Dei bonitate concordia facta, & Germanorum ad hæc caſtra, Burgundorum ad illos impune conveniunt, ut eadem videantur caſtra; in quo magna eſt Dei gloria, & laus ſanctiſſimi Pontificis, &c. Ex caſtris Burgundis ad Nuſſiam VII. junii MCCCCLXXV.

Leves velitationes initæ.

Pax ſtudio legati pontificii compoſita.

Controverſia permiſſa Pontifici.

(f) *Meyer. l. 17. Belcair. dec. 2. l. 3. n. 6. & alii.*

Pridie kal. junias ſancitum fœdus refert Meyerus (f), iis legibus, ut univerſa de Colonienſi archiepiſcopatu controverſia Pontificis arbitrio permitteretur, ejuſdemque clientelæ Nuſſia commendaretur: quibus conſentit Belcairus his verbis: *A caſtris vel Imperatoris, vel Burgundiensi nunquam legatus Romanus abſceſſerat, ſed pacem inter utrumque inire cupiens ſemper huc illuc commeabat. Convenit tandem, ut Nuſſia pontificio legato committeretur, de qua mox ſummus Pontifex pro ſua prudentia ſtatueret.* Eo vero fœdere nec Renatum ducem Lotharingiæ, qui imperiales partes erat amplexus, neque Helvetios, nec Sigiſmundum Auſtriacum comprehenſos, quibus Carolus Burgundus, dimiſſa Colonienſi controverſia bellum intulit.

VI. Anglorum in Gallias expeditio.

(g) *Phil. Com. in chron. Lud. XI. c. 96. Paul. Æmil. & Gaguin. in eod. Lud.*

(h) *Polyd. Virg. l. 24. Meyer. l. 17. Ægid. a Roya in annal. Belg. dec. 2. l. 3. n. 7. & alii.*

(i) *Apud Papien. ſup. ep. 623.*

Cæterum obſidioni Nuſſiæ inſtabat adhuc Carolus cum Eduardum Anglorum Regem quem ſolio reſtituerat, in Gallias excivit, ut conjunctis armis Ludovicum Francorum Regem opprimerent. De ea Eduardi in Gallias expeditione, præter Gallos (g), Anglos, & Belgas (h) ſcriptores, agit Franciſcus epiſcopus Caputaquenſis in literis ad Jacobum Papienſem datis (i): *In Gallia,* inquit, *apertum bellum eſt exactis induciis: Galli ſine ducis infeſtare cœperunt prius in Picardia, ubi quædam oppidula occupaverunt, deinde in Burgundia: tum cognito tranſitu Britannorum ſe, ut nunciatum eſt, intra Normanniam recepere; tranſmiſſa jam ex regno Britanniæ bellatorum pars in continentem. Rex ipſe ad XXVI. maji ad littus, unde brevior eſt tranſmiſſio, copias recenſebat, ut paulo poſt Caleſium trajiceret, quo hic etiam princeps contendit, ut tum eo Rege loquatur, & bellum ſimul aggrediatur non iiſdem caſtris, nec uno tantum latere, ſed Britanni ad eam Galliæ partem, quæ ſpectat ad inſulam, dux vero per Campaniam: quod conſilium vel rei frumentariæ, & pabuli cauſa, vel ad evitandos tumultus, qui facile in tanta hominum diverſi generis multitudine concitari potuiſſent, utrique probatur.*

Eduardus Rex Caleſium trajicit.

VII. Cum Gallo pacem percutit.

Evertit humana conſilia divinum Numen, & Galliarum ſaluti conſuluit, qua

enim

Digitized by Google

enim re Burgundus Gallis ſe nocere poſſe ſperaverat, ea concordiæ lux affulſit; abalienatus enim a Burgundo Anglus cum graves difficultates pateretur, ac rerum viciſſitudines metueret neque ex feſſa Anglia opportuna auri militumque ſupplementa elicere poſſet, ſollicitatus (*a*) a Francorum Rege, qui duorum præpotentium hoſtium conjunctionem formidabat, de pace mox honeſtis illius legibus aſſenſit, habito cum Ludovico ipſe apud Pinquiniacum colloquio, ac ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigali annuo donatus. Tulere ægre id fœdus Burgundio, & Ludovicus Lucemburgenſis comes Fani Pauli, qui Anglorum Regem literis ad inſtaurandum bellum pellicere pertuntavit, ementitus Gallorum Regem nullas fœderis leges ſervaturum: quæ proditio Lucemburgenſi exitium attulit, ut poſtea dicetur.

(*a*) *Com. in chron. Lud. XI. c. 74. 75. 76. 77. Polyd. Virg. l. 24. Paul. Æmil. in Lud. XI. Gaguin. in eod. Meyer. l. 17. Belcair. dec. 1. l. 3. n. 9. & alii.*

VIII. Septuaginta quinque millium aureorum vectigal accipit. Burgundus ad pacem adactus.

At Burgundus Gallum ſibi conciliare coactus decima tertia ſeptembris die inducias in annos novem pepigit. Extant eæ pactiones in ducis Burgundiæ literis, quæ in Italicum ſermonem tranſlatæ extant in MS codice Vallicellano (*b*) conſignatæ Latinis hiſce verbis. *Datum in Caſtello de Solemire gratia* atts. *ſeptembris anno MCCCCLXXV.* Sed hæc ſingula repetere noſtri inſtituti non eſt. Id dumtaxat non prætterimus ſilentio, eo novennali fœdere contentos ea regis voluntate Caſtellæ & Legionis, Scotiæ, Pannoniæ, Renatum Jeruſalem & Siciliæ Reges, Lotaringiæ, & Sabaudiæ duces, Metenſem epiſcopum, Florentinos, & Bernenſes: affectos etiam viciſſim a Burgundo ejuſdem pacis beneficio Angliæ, Scotiæ, Luſitaniæ, Neapolis, Aragoniæ, Caſtellæ, & Ferdinandum Siciliæ, Daniæ, Hungariæ, Poloniæ Reges, Britannum, Sabaudum, Mediolanenſem, Venetum, Clivenſem, Juliacenſem duces, archiepiſcopum Colonienſem, Leodienſem, Trajectenſem, & Metenſem epiſcopos. Plura alia addita de Fano Quintini, cujus arx evertenda erat, & ager in Burgundi ditione permanſurus. Hanc porro novennalem pacem ſanctiſſimo jurejurando, cujus formula (*c*) Italicis in eodem MS. concepta verbis religionem pietatemque redolet, confirmarunt per fidem dignam principe, per legem divinam, per acceptum baptiſmi ſacramentum, per ſacros miſſæ canones, per ſancta evangelia, per crucem Chriſti religioſe contactam. Verum principes mox, quæ ſacramento ſanxerant, unanimes violarunt (*d*).

(*b*) *Mſ. Vallic. lit. B. n. 19. p. 184.*

(*c*) *Ext. ib. p. 189.*

(*d*) *Comm. in chron. Lud. XI. c. 81. 82.*

IX. Gallus & Burgundus ſocios mutuo produnt.

Stimulabat ira Ludovicum Francorum Regem in Ludovicum Lucemburgenſem magiſtrum equitum regni Gallici, qui pluries Gallicam nomen prodiderat, ac recenter Anglorum Regem ad bellum redintegrandum erat adhortatus: Carolus autem Burgundiæ dux ultionem de Renato duce Lotharingiæ, a quo in Colonienſi bello fuerat laceſſitus, expetebat, tum ut erat augendi imperii avidiſſimus Lotharingiam ſuæ ditioni adiicere, & inferioris Germaniæ provincias cum Burgundia conjungere ambiebat, Burgundus itaque Lucemburgenſem, quem interceperat, mactandum Ludovico Regi prodidit, a quo Pariſiis de læſæ majeſtatis crimine poſtulatus carnificis manu publice cæſus (*e*) eſt: Rex vero Renatum ducem Lotharingiæ, qui ejuſdem Regis ſuaſu hoſtem Burgundi ſe profeſſus erat, ac recenti fœdere comprehendebatur, principatu exuendum Burgundo permiſit: captum itaque Nanceium eſt a Burgundo contra ſuperioris fœderis pactiones, non prohibente Rege nec Friderico Imperatore, cujus partium erat principem beneficiarium tueri: Immo dum ad Nancei obſidionem incumbebat, Burgundus novas eum ipſo idem Fridericus concordiæ pactiones (*f*) firmavit, nulla Lotharingiæ facta mentione.

Lucemburgenſis comes a carnifice cæſus.

(*e*) *Sup. mſ. cod. Vallic. p. 187.*

Lotharingia ſubacta a Burgundo. Fredericus pacem cum Burgundo inſtaurat.

(*f*) *Ext. in ead. pag. 190.*

X. Caffa a Turcis expugnata.

Hæ vero prætextæ fœderi cauſæ: *Videntes*, iidem nimirum Imperator & dux, *quo in periculo verſetur Chriſtiana religio, communi Chriſtiani nominis hoſte ſuæ tyrannidis fines latius quotidie propagante, & jam ſe ad ſeptentrionis latera validiora vertente, & Caffa ampliſſima, & opulentiſſima urbe recentiſſime capta maximo Chriſtianorum detrimento: hoc & alia vertentes animo, ac ſpectantes magna multaque bona ex hac concordia profectura, exciſis & deletis funditus omnibus diſſidiorum cauſis, ſe invicem colligaverunt, firmaverunt ac indiſſolubiliter univerunt; fœdus, concordiam, pacem, ac unionem pro ſe ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus, pro ſuis ſtatibus, & dominiis, tam præſentibus quam futuris concluſerunt.* Laudandum quidem fœdus, ſi labentis rei Chriſtianæ exitio permoti junxiſſent arma, ut Turcicam contunderent tyrannidem: ſed illi, ea poſthabita cura, ſuis tantum commodis ea minorum principum excidio ſtuduerunt.

Fœderis leges in mutua commoda verſæ.

XI. Prima itaque pactio fuit alterum alterius dignitatem amplitudinemque provecturum. Proxima conventione ſancitum, ut ſi quis Friderico Imperatori bellum inferret, Carolus dux Burgundiæ adverſus eundem ſigna attolleret: ac viciſſim ſi quis Burgundum bello peteret, mox Imperator cum eodem Burgundo in illum arma conjungeret, de contentionibus autem, quæ inter utriuſque principis ſubditos oboriri poſſent, conſtitutum illas ex æquo & bono ab utroque dirimendas; data eſt præterea poteſtas, ut Germani in Belgium, & Burgundiam; viciſſimque Belgæ & Burgundi tuto in Germaniam commearent merceſque inferrent. Addita nonnulla alia leviora, tum ut fœderis leges Romano Pontifici apoſtolica auctoritate confirmandæ per

per communes oratores exponerentur; quibus hæc temporis nota appoſita. *Datum in felicibus caſtris præfati illuſtriſſimi domini ducis Burgundiæ contra Nanceium Tullenſis diœceſis die XVII. menſis novembris MCCCCLXXV. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini domini noſtri Sixti divina providentia Papæ IV. anno V.* Subſcripta ſunt Alexandri epiſcopi Forolivienſis legati apoſtolici dictum fœdus corroborantis, cum Franciſci epiſcopi Caputaquenſis, qui Burgondi procuratorem in his paciſcendis egit, nonnullorumque Frederici oratorum nomina. Paucisque inde lapſis diebus Lotharingi, cum ſe Imperatoris præſidio ſpoliatos viderent, dedito Nanceio, Burgundi jugum ſubjere (a). Ut porro Renatus Nanceium recoperarit, ac Burgundum aliena rapere ambientem in ejuſdem urbis obſidione trucidarit, ſuo loco dicetur: nunc ad Hiſpanicas turbas migrat narratio.

Deditum Burgundo Nanceium.

(a) *Paul. Æm. in Lud. XI. Gaguin. in cod. Meyer. l. 17. & aliis.*

Deplorat civilia illa Hiſpanorum bella Jacobus Cardinalis Papienſis (b) in literis ad Franciſcum Toletanum deſignatum epiſcopum Caurienſem, aitque: *Multos Aragonenſis cauſæ aſſertores audivi, te imprimis, & ſæpius multos quoque repudiatæ filiæ legitimum ortum probantes, utrinque argumenta atque ingentia, utrinque auctores non contemnendi, magno ſe judice quiſque tuetur: judex autem unus errant ſcrutans hominum renes, & corda inter hos verius judicabit, in utrumque vero opto & precor inclinet miſericordia ſua; in eum præcipue, cui pia ſunt arma, me quidem nil in his angit præter diſceſſi regni nœſtitia ſemper Apoſtolicæ ſedi fidelis, & ad magni idonei, &c. XXII. auguſti MCCCCLXXV.*

(b) *Pap. ep. 644.*

Jus Aragonii & Luſitani admodum anceps.

XIII. Commovit ejuſmodi exitiabile & calamitoſum bellum, quo annis pluribus arſit Hiſpania, impudicitia unius mulierculæ nuptæ Henrico Regi, quæ etiam poſtquam lis mota eſſet, an Joanna ſuſcepta fuiſſet adulterio, an ab Henrico procreata? ſumma impudentia palam adulteros admiſerat, quocirca controverſia magis aucta: cæterum Henricus Joannam dum vixit, & morte imminente a ſe progenitam agnovit, heredemque teſtamento reliquit, atque ideo marchio Villenæ ac plures principes, & præſules ipſam Reginam profeſſi Alfonſum Luſitaniæ Regem exciverc (c), ut illam uxorem duceret, & Caſtellæ, ac legionis ſceptra Luſitano coniungeret.

Reginæ Caſtell. adulteria hæc bella pepererunt.

(c) *Suri. l. 19. c. 18 23.*

XIV. Ad collocandam vero in omnium luce partium ſuarum æquitatem ampliſſimas literas Joanna promulgavit, in quibus præcipua cauſæ argumenta explicuit, ut conjugio legibus inito ab Henrico Rege ad progeniem ſuſcipiendam idoneo in lucem edita fuiſſet, atque ab ipſo tum ab omnibus, ut de regio creata ſanguine, ſceptrorumque heres culta, obortoque inteſtino bello ſtatuiſſet idem Henricus ipſam Alfonſo patruo matrimonio jungere, utque deinde eodem extincto Iſabella amita regni hereditatem affectaſſet, fuiſſetque ob id ab Henrico reprehenſa, ac nuptui collocanda ſolemni jurejurando ſe devinxiſſet. Caſtellanum ſceptrum Joannæ nepti ſe non prærepturam. Addidit etiam quo tempore matrimonium inter ipſam & Carolum ducem Aquitaniæ celebratum fuerat in publicis ordinum conventibus juſtam regni heredem præſentibus Petro Gonſalvo e Mendoza & Albienſi Cardinalibus agnitam fuiſſe, atque omnia ſacramenta, quæ Iſabellæ dicta fuerant, reſciſſa atque irrita pronuntiata: at Iſabellam dominandi ſpe ac deſiderio in Henricum conjuraſſe, cumque non valerent arma, venenum miſcuiſſe: porro Henricum, ubi finem vitæ adeſſe intellexit, quo tempore fingere non licet, poſt ſuſcepta rite ſacramenta profeſſum eſſe, Joannam ab ipſo vere progenitam: cumque Caſtellani proceres jam diu ſibi, ut juſtæ heredi, obſequium detulerint, deſciſcere a jurejurando non debere, niſi prius ab adverſariis probaretur ipſam ab Henrico genitam non fuiſſe, quibus literis appoſita erat hæc temporis nota. *Dat. Placentiæ XXX. maii MCDLXXV.*

Ioannæ jura quænam fuerint.

Ut agnita ſit regni hæres cum duci Aquitaniæ deſponſa eſt.

Hæc erant cauſæ Joannæ monumenta, qua ſibi deſponſa Alfonſus Rex Luſitaniæ illam in regnis Caſtellæ & Legionis conſtabilire niſus eſt, ac Ferdinandum æmulum provocavit, ut legibus, non armis controverſiam dirimi vellet. At Ferdinandus & Iſabella Joannæ obtrudentes matris impudicitiam, falſamque ambigua ſanguinis jura ſtrenue armis rem geſſere, ac theſauro regio, Toleto, pluribuſque inſignibus urbibus, & provinciis ſunt potiti (d): Alfonſus autem Caſtellam igni & ferro partiebatur. Ad quæ ſedanda diſſidia Sixtus Papa Nicolaum Francum Apoſtolicæ ſedis notarium maximis ſectum mandatis legavit, ut ex diplomatibus pontificiis (e) ad ipſum datis perſpicuum eſt, in quibus decretæ legationis hanc cauſam exponit.

Ferdinandus & Iſabella e contra matris adulteria objecere.

(d) *Suri. c. 26.*

(e) *Six. IV. reg. x. legation. pag. 46.*

XV. *Conſiderantes peſtiferam diſſenſionem, atque diſcordiam exorandam, diviſionum procurante humani generis inimico in Caſtellæ & Legionis regnis exortam, univerſis regnicolis, & circumvicinis partibus mala quamplurima, & infinita damna attuliſſe, formidabiliora quoque ſecutura veriſimiliter eſſe eadem diſcordia ulterius procedente; & ad pacificandum hujuſmodi regna paternis ſtudiis intendentes; ac pleno deſiderantes affectibus, ut omnis ſcandalorum, & diſſenſionum materia inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Hiſpaniarum Reges illuſtres de Caſtella & Legionis regnis prædictis invicem contendentes, & co-*

ram-

rumdem regnorum barones, milites, communitates, univerſitates, & diverſas alias perſonas tam eccleſiaſticas etiam militarum, & aliorum ordinum quorumcumque religioſas quam ſæculares in eiſdem regnis conſiſtentes, nec non alios quoſcumque eis hinc inde adhærentes, & complices, ac ſequaces eorum, pacis authore cælitus inſpirante, in bonum unitatis, & concordiæ ſalutaris pacifice commutetur, &c. Munitus eſt nuntius pluribus aliis ampliſſimis imperiis, ut demandatam provinciam ſtrenue exerceret, pacemque inter diſſidentes conciliaret: Adjuncta eſt diplomati hæc temporis nota. *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXV. kal. auguſti pontificatus noſtri anno IV.*

XVI.
(a) Ib. p. 80.

Juſſus hortari ad pacem Aragonum Regem & filium Ferdinandum.

Dedit aliis literis mandata (a) Pontifex Franco, ut Joannem Regem Aragonum adiret, illumque hortaretur ad pacem Caſtellæ reſtituendam; pariterque proceres conveniret ac principes, eoſdemque ad concordiæ ſtudia flectere niteretur: *Volumus*, inquit, *quod ipſum præfertim Regem Aragonum, quem ſcimus multa providentia circumſpectum, magni conſilii, & eximiæ probitatis, ac pacis amatorem, legeque natura, & ſui clare Hiſpaniarum regni contemplatione generis, ad pacem, & quietem Caſtellæ & Legionis regnorum aſpirare exhorteris, ut chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Siciliæ Regem illuſtrem, ejus natum, principes, duces, marchiones, comites, barones, & alios Caſtellæ, & Legionis regnorum prædictorum, eorumque confœderatos, & adhærentes pro ſua providentia inducere coneris, quatenus te tanquam pacis nuncium & ſalutis eorundem indicem devotis omnino affectibus & promptis conſenſibus admittant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXV. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno V.*

XVII.
Oborta inter Ferdinandum & Iſabellam diſſidia.
Qua lege compoſita.

Contenderat initio Joannes Rex Aragonum Caſtellæ & Legionis ſceptra ſibi deferenda, ac fœminas ſolio excludendas: ſe itaque, ut proximum ſanguine Caſtellano ſtatum principem, ad id regnum evocandum; ſed cum pluribus exemplis convictus eſſet, fœminas Caſtellanum ſceptrum geſſiſſe, tuenda Ferdinando filio uxoris jura reliquit. Nec defuere illum inter & Iſabellam diſſidia, cum hæc Caſtellani regni apices cum ipſo partiri nollet, ac duarum Reginarum Neapolis exempla proferret: ſed ita ea lis compoſita eſt, ut in literis publicis ad ſervandum viri decus Ferdinandi nomen Iſabellæ præferretur; in gentilitio autem ſtemmate Caſtellana inſignia, ut dignitate auguſtiora dextra parte, ſiniſtra Aragonia locarentur. Cæterum refert Surita (b) Joannis Regis Aragonum, tum Ferdinandi, & Iſabellæ oratores ampliſſimos

(b) Surit. lib. annal. 19. c. 38.

hoc anno Romam acceſſiſſe, ut Sixto IV. veluti ſummo Chriſtianorum antiſtiti fidem obligarent, ac primum quidem Luſitanum, Gallicum, Imperialemque oratores intercesſiſſe, ne Ferdinandi & Iſabellæ ut Regum Caſtellæ oratores admitterentur, ne inde Pontifex Joannæ & Alfonſi juri detraheret: ſed tunc a Sixto inſtauratam fuiſſe ſanctionem, quam author ait primum in concilio Viennenſi a Clemente V. conceptam, deinde a Pio II. in conventu Mantuano promulgatam, qua ferebatur nullum jus a Romanis Pontificibus novum conferri principibus, ſi quos forte appellaſſent Reges controverſi alicujus regni aut principatus, eorumve oratores ut regios excepiſſet. Eam nos ſanctionem editam a Joanne XXII. cum inter Robertum Bruſium, qui Scoticum ſceptrum rapuerat, ac Regem Anglorum diuturnum bellum ſedandum ſuſcepiſſet ſuo loco annalibus inſeruimus (c).

Ferdinandus & Iſabella deferunt Sixto obſequia.

Inſtaurata conſtitutio nullum conferri jus a Pont. ex titulo dato.

(c) Annal. to. 1320. n. 49.

XVIII.
Luſitani a Ferdinando victi.

Admiſſos porro a Sixto Ferdinandi & Iſabellæ oratores, ac magnifice habitos tradit idem Surita. Interea horum partes in Caſtella magis confirmatæ, ac Zamora Alfonſo erepta eſt (d); tum ingens victoria de Luſitanis a Ferdinando ad Torum parta (e), adeo ut Alfonſus ipſe, cum res ſuas acerbiores experiretur, in Gallias ad eliciendum a Ludovico Rege auxiliarem exercitum ſe contulerit (f); ſed eo abſente res ipſius ad exitium proniores in dies fuerunt: petiiſſe vero Gallias temerariis oratorum ſuorum promiſſis deluſum refert Cominæus (g), cum ſperaret acceptis Francorum copiis per Navarram irruptionem in Caſtellam moliri, cum adverſa parte contiguas Luſitaniæ plures urbes teneret. At de his hactenus, nunc reliqua ad Caſtellam ſpectantia adjungemus.

(d) Mariana l. 23. c. 9.
(e) Id. c. 10.
(f) Id. c. 12.
(g) Comm. in chro. Lud. XI. c. 91.

Alfonſus Rex Luſi vanis promiſſis a Gallo deluſus.

XIX.

Contulerat Martinus V. Joanni Caſtellæ Regi, ac ſucceſſoribus, ut bellum in Saracenos Granatenſes urgeret, atque Hiſpanias Mahumetica lue vindicaret, tertiam obventionum partem eccleſiarum parochialium Caſtellæ & Legionis, quæ iiſdem reficiendis ſacris ædibus addictæ erant, vetueratque ulla alia in re, quam in amplificatione fidei collocari; ac ne flexu temporum Caſtellæ Reges in eas tertias jus ſibi arrogarent, ſanxerat ut recurrente quoque vigeſimo anno, partim in templorum ornatum ſartaque tecta, partim in ærarium pontificium derivarentur: ſed cum Reges hujuſmodi eos eccleſiaſticos cenſus ad alienos uſus averterent, atque etiam templa ſacra diruta in pluribus locis jacerent magno religionis damno, Sixtus Martini donationem reſcidit (h) hac de cauſa.

Martini donatio Caſtellæ Regibus facta reſciſſa a Sixto.

(h) Reg. 2. legationum p. 64.

XX.

Sixtus, &c. Cum, ſicut facti evidentia manifeſtat, tum Joannes quam ejus heredes, & ſucceſſores Caſtellæ, & Legionis regum

rum Reges, qui pro tempore fuerunt, quod dolenter referimus, cauſantibus guerris, quæ in regnis ipſis Caſtellæ & Legionis inter ipſos, heredes, & ſucceſſores, ac regnorum eorundem principes, & barones ab accepta laudabili opere lucrifactionis animarum infidelium, & dilatationis fidei, reductioniſque regni Granatæ ſub eorum ditione & obedientia, & ad Chriſtianæ religionis, & fidei cognitionem jamdiu deſtiterint, & hujuſmodi tertiarum proventus in præmiſſam piam fidei cauſam integraliter convertere, & in fine vigeſimi anni a die datarum literarum prædictarum unam illarum partem eccleſiarum parochialium prædictarum rectoribus in earum fabricam, & reparationem per eos convertendam, & reliquam cameræ præfatæ conſignare, ut tenebantur juxta literarum prædictarum continentiam penitus omiſerint, & quod deterius eſt & dicere pudet, in diverſas perſonas ſæculares, & loca profana, & eccleſiaſtica per partes transferre, & perſonæ ipſæ penſiones illas etiam poſtmodum ſubdividere, & in alias alienare non formidarunt, non ſecus quam ſi proventus prædicti patrimonialia Regum eorundem bona fuiſſent, contra literarum prædictarum continentiam & tenorem, & animarum ſuarum fideique præfatæ præjudicium; cumque ex eccleſiis parochialibus Caſtellæ & Legionis regnorum prædictorum, ad quas proventus hujuſmodi pertinent, nonnullæ ſtructuris, & ædificiis earum, pro quarum conſervatione proventus prædicti deputati fore noſcuntur, in terram proſtratis ſolo æquatæ exiſtant, ita ut vix earum veſtigia cernantur, & aliquæ adeo miſerabili ruinæ ſubjaceant, ut in eis nequeant divina officia commode celebrari, reliquæ vero in ſe collapſæ ad manifeſtam ruinam tradere dignoſcantur, in divinæ majeſtatis offenſam, animarum parochianorum dictarum eccleſiarum non modicum præjudicium, pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXIII. kal. decembris pontificatus noſtri anno v. At media hujus auri ex tertiis redigendi pars a Sixto in ſumptus belli ſacri adverſus Turcas derivata (a) eſt. Hæc de Caſtellanis rebus dixiſſe ſatis eſt.

Quæ cauſæ fuerint.

Sacra templorum vectigalia in alienos uſus averſa.

Templa ruinis deformata.

(a) *Ibid.*

XXI. Nec quietæ erant Aragoniæ res, cum Galli Ruſſinonenſem comitatum repeterent, quos Perpinianum ſuæ ditioni reſtituiſſe, perdomitis iis, qui ad Joannem Regem defecerant, narrat Hieronymus Surita (b). Porro prædicto Franco nuntio data eſt a Sixto provincia (c), ut in Aragonia ſacerdotiorum decumas cogeret ad expeditionem in Turcas conficiendam, quæ hac verborum formula conſignatæ ſunt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno v.*

(b) *Surit. l. 9. c. 20.*
(c) *Regeſt. 2. legationem p. 78.*

XXII. Convenere (d) hoc anno Joannis Regis Aragonum oratores cum aliis fœderatorum Italiæ principum oratoribus, ut de ſacro bello decernerent ad retundendam ingraveſcentem Mahometis tyrannidem, ferendaque auxilia Matthiæ Regi Hungariæ, qui centum militum millia in Turcas ducere ad Walachiam ſibi aſſerendam meditabatur, ne ulterius Mahometes proferret imperii Othomannici fines (e). Miſerat (f) is ineunte anno ad Sixtum ampliſſimos oratores, qui ei regio regnique nomine obedientiam deferrent, ipſumque ad bellum ſacrum in Chriſti hoſtes decernendum incitarent, ut diaria conſiſtorialia referunt: *Datus eſt*, inquiunt, *hodie*, nimirum die XXIII. januarii MCCCCLXXV. *ſenatus Hungarorum legationi*. Mandatorum ſumma hæc fuit: *Obedientiam laudaverunt, quæ vicario Chriſti debetur: Matthiam Regem extulerunt, quod armis, & religione, & reverentia Romanæ ſedis excelleret.* Et infra: *Regem & regnum in officio Romanæ ſedis dixere, obedientiamque ex conſuetudine abtulere: extrema orationis pars deplorationem habuit Chriſtianæ religionis, quæ hinc a Mauris, inde a Saracenis, ex ſeptentrione a Tartaris, multis ex locis a Turcis in anguſtum deducta ſit: quo loco contentiore voce, qua exaudire undique poſſet, his verbis ad eum tandem exhortati ſunt Xyſtum. Imitare, imitare divinum illum Pium II. fidei catholicæ vindicem. Et non multis intermiſſis, cum verba eadem repetiiſſent finem fecere. Fuerunt legati Veſprimienſis præſul, & Joannes inter Sclavos banus.*

(d) *Sur. l. 9. c. 38.*
(e) *Franc. Capurag. lit. in mſ. Vall. bibl. p. 190.*
(f) *Mſ. trm. arch. Vat.*

Matthiæ Regis ad Sixtum legatio.

XXIII. Interea contigit inopinatum Theodoſiæ nobiliſſimæ Genuenſium in Taurica Cherſoneſo urbis, quæ vulgo Caffa dicebatur celebratiſſimumque erat omnium nationum emporium, excidium, de qua antea mentio facta eſt, quamque Laudivius eques Rhodius certis acceptam nuntiis in literis ad Jacobum Cardinalem Papienſem datis his verbis deſcribit (g): *Nuper in Tauricam Cherſoneſum ingenti claſſe comparata navigavit, & cum legiones militum in terram expoſuiſſet, inſperata Scythas aggreſſus atque urbem Theodoſiam, quæ nunc a barbaris Caffa appellatur, Januenſium coloniam, magna vi cœpit oppugnare: Rex ipſe vero Scytharum tanta belli mole oppreſſus, cum mille & quingentis equitibus in urbem ſeſe recepit: cæteri vero, qui in aciem educti fuerant, militum proditione ad Turcum deſtivere. Itaque nulla pugnandi intermiſſione oppidanis facta diebus quatuor, & totidem continuis noctibus, exercitu propius admoto, pergit obſeſſos expugnare. Pars vero civium, qui ſeſe intra urbis vallum, ac mœnia tutabantur, cum vim hoſtium ingruentem ferre diutius non poſſent, ab obſidione liberari*

(g) *Apud Papien. ep. 654. Aug. Juſti. l. 5. Bizar. hiſt. Genuen. l. 14. Foliet. l. 11. Michov. l. 4. c. 70. Crom. l. 28. Bonfin. l. 4. decad. III.*

Mahometis expeditio in Tauricam Cherſoneſum.

apud magiſtratus ſuos flagitabant: reclamantibus illis: ſeditio orta eſt. Itaque oppidani proditione facta ſeſe mox hoſti dediderant.

XXIV.
Caffenſes ſeſe hoſti prodidere.

Turcus vero poſt urbis captæ victoriam cum ingentia quadam militibus ſuis diviſiſſet, mox ad omnia ſuppliciorum genera in captivos animum convertit: itaque impetu facto ex licentia ferro deſævire barbari cœperunt; quotquot enim obviam excepti, militum gladiis trucidabantur: nullus fuit in captivos miſericordiæ locus, nulla in Deum pietas, & religio, nullum etiam crudelitatis genus omiſſum: aliiquidem inexcogitato ſuppliciorum genere torquebantur, alii inter varios cruciatus miſerabili fato exanimati ſunt, nonnullae vero ad necem uſque verberibus cædi Rex ipſe imperavit: conſulem quoque ipſum, atque urbis prætorem capite truncavit: patritios vero omnes, & univerſum quidem ſenatum ferro aggreſſus eſt, cives etiam ex ſenioribus trecentos ad unum interemit: mox in reliquam plebis multitudinem furore debacchatus audires teneros infantium vagitus, & triſtes parentum lachrymas, atque urbe tota ſævos paſſim matrum ululatus. O quam triſte omnibus ſpectaculum fuit in tanta urbis atque hominum ſtrage ubique morientium gemitus, & opem implorantium vota exaudire! Sed Turcus multo ferocior ad omnia ſtetit immobilis, nec umquam oculos ad miſericordiam deflexit: ſed contempta Dei religione tam immane facinus aggreſſus, ut humana ſimul & divina permiſcuerit: non aræ ille ſanctorum pepercit, non templis majorum, non pueris denique, nec virginibus, quae ſatellitum manibus attractae in conſpectu parentum juſſit occidi: matronas quoque nobiles, & jam ſenio confectas nullo ſexus diſcrimine habito trucidari imperavit: itaque nullus fuit crudelitati modus. Poſtea vero præſidiis militum in urbe capta diſpoſitis, ipſe omnem Pontici maris oram claſſe depopulatus, hinc ad Getas, qui trans Danubium incolunt arma convertit, ut arcem eorum munitiſſimam expugnaret, & jam caſtra admovit; hic tamen ab oppidanis in dies acrius reſiſtitur, ut incertum ſit ad quos potius victoria declinet.

Aræ & ſacra omnia prophanata.

Pontici maris ora evaſtata.

XXV.
Sumpta a Mahomete debellandæ Italiæ conſilia.

Habes igitur infelicis belli exitum, quod nuper in Taurica Cherſoneſo geſtum eſt: quid enim graviora expectamus? quotidie majora quidem Turcus in Chriſtianos molitur, & incredibili exercitu comparato bellum renovavit, ut in Italiam claſſe trajiciat, atque de inſulis Ægei omnibus actum, ſi vera ſunt, quæ nobis quotidie formidoloſa nunciantur. Quid facimus igitur Chriſtiani? quid in tanta belli mole dormitamus? tamquam nihil ad nos ſpectet? nemo eſt, qui tantæ cladis meminerit, quanta viginti fere ſuperioribus annis accepimus. Ubi vis illa animorum eſt, quæ olim majoribus noſtris fuit? ubi nominis Latini majeſtas? ubi denique bellica, &c. Rhodi kal. auguſti MCDLXXV.

Per tot clades excitari nequeunt Chriſtiani.

De Caffenſi clade meminit Turcogræca hiſtoria poſt Euboeam a Mahomete captam: *Haud multo poſt*, inquit, *expeditione ſuſcepta Caffam cepit, Theodoros, & Gothiam, & omnem circa regionem ſine ulla dimicatione: inde colonos in urbem deduxit, nullo modo enim iſte teter hoſtis quieſcebat: Chriſtiani generis depopulator, ſed ovium inſtar infelices Græcos annuatim agebat, alios vendens, alios cuivis volenti donans: ea fuit tolerantia & permiſſio Dei.* XXVI.

Gothia potitus Mahometes.

Effloruerat tot ac tantis opibus amplitudineque Caffa, ut Præcopenſes ſive Tauricani Imperatores circumjectas Caffæ regiones a Genuenſi magiſtratu jus petere juberent, nec ſatrapam iiſdem præficerent, ni Genuenſes illum communibus ſuffragiis deligerent. Cum vero Eminecus ſatrapa Tartarus agri Caffenſis imperium accepiſſet, alter ſatrapa nomine Seitac urgente matre arrogantiſſima fœmina Genuenſem conſulem & reliquos magiſtratus auro ſubornavit (*a*), ut illi Eminecum memoratum initi cum Turca fœderis conficto crimine apud Præcopenſem Imperatorem accerſerent, ac necandum expoſcerent: quibus calumniis circumventus Eminecus principatu dejectus, fuga vitæ conſuluit; Seitac vero Genuenſium, qui exquiſitiſſimis ſceleribus augebant opes, ſtudiis ad principatum evectus eſt: ſed facinus haud diu impune manſit; Eminecus enim Aydar ſultani ope fretus adverſus Caffenſes ſigna extulit, Turcarumque Imperatorem ſpe ampliſſimæ prædæ allexit, ut Latinum nomen ex Pontica ora excinderet. Miſſus itaque eſt a Mahomete baſſa Achomar, qui inſtructa quadringentarum & octuaginta duarum navium claſſe exercitum cum Tartaris conjuratis junxit, tantiſque molitionibus die noctuque urbem urſit, ut Genuenſes magiſtratus exterriti claves urbis voluntariam facturi deditionem barbaro tranſmiſerint: Ubortus vero Squarciſicus ſcelerum & Caffenſis excidii author adacto per gulam unco ferreo ſtrangulatus eſt. XXVII.

Ex flagitio Genuenſium magiſtratuum clades emerſit.

(*a*) *Aug. Juſtinian. l. 5.*

Quanta cladis conflata a Turcis.

Ante hanc Caffenſem cladem Matthias Pannoniæ Rex Turcas, qui ad Savi ripas munitiſſimam arcem conſtruxerant Sabats nomine, ex qua in univerſum regnum excurrere parabant, repetitis pluribus impreſſionibus hoſtilibus expugnavit (*b*), antequam Turca auxiliares copias ſubmittere poſſet. Partam etiam hoc anno ineunte a Stephano Palatino Moldaviæ pulcherrimam de Turca victoriam, narrant Cromerus (*c*) & Bonfinius (*d*), quam ex Michovia ſuperiori anno retulimus. At licet iis victoriis retardati ſint barbarorum co- XXVIII.

Sabatia arx a Mathia expugnata.

(*b*) *Michov. l. 4. c. 70. Bonfin. l. 4. dec. 3.*
(*c*) *Cromer. l. 28.*
(*d*) *Bonfin. l. 4. dec. 3.*

conatus, haud tamen latius imperii Chriſtiani fines prolati ſunt.

XXIX. Religio apud Canarienſes propagata. (a) Lib. bull. 20. pag. 17.

Dum vero ob Chriſtianorum ſcelera infenſum divinum numen ipſos a Turcis deleri permittebat, parte alia gentes barbaræ evangelica luce piorum ſacerdotum opera colluſtrabantur, etenim miſſus erat a Sixto Papa (a) ampliſſima inſtructus auctoritate Alfonſus Bolanus Minorita ex eorum familia, quos conventuales vocant, ad religionem in Canariis inſulis, & Africæ Aſiæque oris maritimis propagandam: cumque in dies amplior paganorum numerus ad ſacra baptiſmalia confluerct, ſanxit Pontifex, ut cum Franciſcanus ordo præcipue ad evangelium apud barbaros diſſeminandum conditus fuiſſet, Alfonſus ac ſucceſſores ſexdecim viros religioſos ex Franciſcana familia, quæ arctiorem diſciplinam profitebatur, in quatuor Hiſpaniæ provinciis in laborum ſocietatem admittere poſſent, quamvis petita a præſalibus eundi ad gentes facultas denegaretur. Cum autem a Paulo II. edictum eſſet, ne ii, qui conventuales dicuntur, alios, qui ad aſperioris vitæ normam ſe obſtrinxere, in ſuis ædibus exciperent, ne religioſæ diſciplinæ ſplendor in eo ordine defloreſceret, Pauli ſanctionem ob dictæ cauſæ æquitatem Sixtus irritam fecit; cui diplomati hæc temporis nota adjecta eſt. *Dat. MCDLXXV. III. non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* v. Collectam ab illo uberem animarum meſſem proximo anno dicetur.

Miſſi ad eos Franciſcani.

XXX. Hoc anno intendit litem Venetis de Cyprio regno apud ſedem Apoſtolicam Ludovicus dux Sabaudiæ, ſed irrito eventu, cum illius cauſæ cognoſcendæ difficultatibus pontificius ſenatus ſe non implicuerit: de quo hæc leguntur in diariis conſiſtorialibus (b): *II. martii MCDLXXV. petierunt in ſenatu oratores ducis Sabaudiæ, ut inter Ludovicum Sabaudienſem Regem Cypri ejuſque uxorem, Venetoſque adverſos id regnum tenentes judicium inſtitueretur. Dati ſunt patres cardinali, qui audirent plenius Sabaudienſes, & referrent ad ſenatum.* Poterant graviſſima tum, vel ex cauſæ cognitione, vel ſententiæ in ea ferendæ occaſione in rem Chriſtianam mala redundare, ac periculum imminebat ne, dum Veneti & Sabaudi Cyprum armis ſibi vindicare niterentur, barbarus utramque Cypro depelleret.

(b) MS. tem. arch. vat. de rebus geſtis Sixto IV. Pont.

XXXI. Porro de Cypriis rebus narrat Stephanus Luſinianus (c), Jacobum Cypri tyrannum a Catharinæ Corneliæ Reginæ conſanguineis veneno ſublatum fuiſſe; quod ſupra indicatum eſt, cumque Carola ad Sixtum IV. confugiſſet, ſcripſiſſe Sixtum ad Cyprios, mirari ſe pulſa Regina Carola juſta herede, Jacobum veneno fuiſſe interemptum a Cornelio & Bembo, eoſque regno potitos, commotamque propterea ſeditionem, atque a Cypriis conjuratis eos interfectos: verum Venetos in arcibus ſe continuiſſe, donec ſuppetiæ ipſis afferrentur. At Petrus Juſtinianus (d) ſcriptarum a Sixto literarum non meminit: tradit vero Carolam rogaſſe Venetos oratorum opera, ut Cyprium regnum ſibi, ut juſtæ heredi, vita functo Jacobo iniquo regni invaſore, Veneris armis, veteris amicitiæ memores, reſtituerent: illos autem reſpondiſſe Catharinam defuncti Regis conjugem Veneti ſenatus per adoptionem filiam eſſe; gerendique uterum relictæ viduæ deeſſe non poſſe: tam vero Ferdinandum Neapolitanum Regem de Cypro comparanda clandeſtina conſilia agitaſſe dato filio e Jacobi defuncti tyranni filiæ, proptereaque adverſum Venetos ab Hiſpanis, qui inſulam incolebant, & Cypriis conjurationem factam, atque Andream Cornelium & Marcum Bembum trucidatos, appellente vero Famaguſtam cum claſſe Mocenico de conjuratis ſumptum ſupplicium fuiſſe, alioſque in ſuſpicionem vocatos exilio damnatos: arcibus autem, dejectis adverſæ factionis præſidiariis, Veneti nominis milites fuiſſe præpoſitos: Carolamque ad Ægypti ſultanum confugiſſe, ut ab eo in regnum reſtitueretur, ac ſpretas ejus preces fuiſſe. [1]

(c) Steph. Luſiv. in hiſt. Cypr.

Corneliæ reginæ patrui interfecti a Cypriis Veneti ſe in arcibus continent.

(d) Pet. Juſtinian. l. 9.

Cyprus a Ferdin. Neap. affectata.

Veneti adverſarios ejiciunt.

Carola ad Ægyptium confugit ac ſpernitur.

XXXII. Cum vero plerumque Chriſtianos principes inter ſe de regnis, vel principatibus certare, eoſque ſedem Apoſtolicam adire, vel oratores ad eam mittere, titulisque controverſis, ac honoribus affici contingat, inſtauravit Sixtus Clementis V. Joannis XXII. & Pii II. ſanctionem, qua ſtatutum fuerat, ne ex honorificis appellationibus, vel ampliori gradu iis conceſſo a curia Romana quippiam alicui addatur, vel alteri detrahatur.

Ad perpetuam rei memoriam.

Hac in perpetuum valitura, & irrefragabili conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & ordinamus quod ſi qui pro Regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, aut in aliqua alia ſimili, vel diſſimili dignitate conſtitutis a nobis, & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris recepti, nominati, aut tractati fuerint verbo, facto, ſeu literis, in publicis, vel privatis conſiſtoriis, aut alias tam per ſe, quam per eorum oratores, ſeu nuntios, vel pro-

NOTÆ [1] Quæ hic de rebus Cypriis referuntur omnia ante biennium accidiſſe ex noſtra ad annum illum adnotatione conſtat. Conjuratio enim Cypriorum, cujus princeps archiepiſcopus Nicoſienſis anno 1473. erupit, eademque Cornelius & Bembus ſublati ſunt. Mansi

Digitized by Google

procuratores, aut ipſimet ſe nominaverint, & ab aliis quibuſlibet pro talibus nominati, recepti, vel tractati fuerint, ſi perſonaliter aut per eorum oratores, nuntios, vel procuratores in capella apoſtolica, eccleſiis, conſiſtoriis, conventionibus, proceſſionibus, ſeſſionibus, vel aliis quibuſlibet actibus collocati, vel ad præſtandum obedientiam admiſſi extiterint, etiam coram nobis, ex hujuſmodi receptione, obedientiæque exhibitione, & acceptatione illius nominatione, tractatu, locorum aſſignatione, & ſimilibus actibus, nullum ipſis ſic receptis, nominatis, tractatis, & collectis, vel admiſſis, in regnis, ducatibus, principatibus, marchionatibus, comitatibus, & aliis dignitatibus hujuſmodi jus quomodolibet de novo acquiratur, nec aliis jus habentibus præjudicium aliquod inferatur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. kal. februarii pontificatus noſtri anno IV.

XXXIII. Avenio archiepiſcopali apice decorata.

Inſignita hoc anno eſt Avenionenſis eccleſia archiepiſcopalis dignitatis titulo, illique obnoxii eſſe juſſi ſunt Cavallicenſis, Carpentoratenſis, & Vaiſonenſis epiſcopi, qua de re diploma a Sixto editum eſt (a) hac nota loci, ac temporis conſignatum. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. XI. kal. decembris pontificatus noſtri anno V.* Extant quoque de eodem condito archiepiſcopatu literæ (b) ad epiſcopos ipſos Cavallicenſem, Carpentoratenſem, & Vaſionenſem, quibus ab archiepiſcopi Arelatenſis, cui etiam tum paruerant, imperio liberi, ac ſoluti renuntiantur, ab Avenionenſi vero jura petere juſſi ſunt.

(a) *Sixt. reg. I. legation. p. 101.*

(b) *Ib. p. 103.*

XXXIV. Fideles ad Virginis opem implorandam contra Turcas excitati.

Eodem anno Sixtus ad implorandam precibus beatiſſimæ Virginis divinam opem adverſus ingraveſcentem infidelium Eccleſiam opprimentium tyrannidem, inſtauravit recolendum ſolemni celebritate ſacrum myſterium, quo illa poſt conceptum in virginali utero Chriſtum Numinis impulſu Elizabetam ſalutatura convenit, de quo ad præſules datæ encyclicæ literæ (c), in quibus inſignia Deiparæ encomia, & ſacri hujus inſtituti cauſas delibabimus.

(c) *Sixt. IV. bull. l. 16. p. 193.*

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis ubilibet conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Feſtum Viſitationis inſtauratum.

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus feſtum viſitationis hujuſmodi cum ipſius octava, officii ad ipſius laudem & gloriam noviter inſtituti recitatione ſingulis annis ſexto nonas julii devote & ſolemniter celebretis, ac faciatis in ſingulis civitatum & diœceſum veſtrarum eccleſiis ab omnibus celebrari, & proprium ipſius diei officium antedictum de verbo ad verbum præſtitibus myſterii devotione, & attentione congruit decantari. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi univerſis, & ſingulis tam clericalis ordinis profeſſoribus feſtum hujuſmodi celebrantibus atque novum officium ipſum decantantibus ſeu recitantibus, quam aliis utriuſque ſexus fidelibus horis canonicis feſtivitatis, & octavæ prædictis intereſſentibus, tamen vere pœnitentibus, & confeſſis, pro ſpeciali remuneratione, & animarum ſalute indulgentias duximus concedendas. Subjungit Sixtus precum horariarum in ea celebritate peragendarum formulam ſuis conceptam verbis, decretique illius in homilia (d) edita, rationem reddidit.

(d) *Eod. l. 16.*

XXXV.

Imminente tunc in Eccleſia Dei magna quadam ſciſſura, quæ Chriſti membra variis ſub pontificibus, & longo quidem tempore vehementer afflixit, non ab omnibus univerſim ſuſcepta feſtivitas eſt, nec potuit in eccleſiarum notitiam ſingularum tam ſancta atque ſalubris inſtitutio pervenire: neque officium fuit pſallendi in eccleſiis ordinatum, quod, ut par erat, tantæ feſtivitatis myſteria rationibus congruis, & verbis ſufficientibus explicaret. Quæ ob res Sixtus hujus nominis quartus Romanus Pontifex, cui ea vel maxime devotio cordi eſt, inviolatæ Virginis feſta ſacris condecorare muneribus, pietatemque fidelium ad ea celebranda indulgentiarum elargitione provocare, ad exornandam feſtivitatem iſtam pietate religioſe accenſus ſedulo convertit affectum: cogitavit namque quemadmodum Eccleſia Chriſti, quæ ſibi regenda credita eſt, & cujus typum gerebat Elizabeth, ſpiritu fœcundata divino, utero ſuo fideles omnes cœlo paritura conceptat, quam proh dolor! in præſentiarum publicus, ac impiiſſimus hoſtis rabie immoderata deſæviens a Chriſto prorſus avertere nititur, vel ſi avertere nequeat, extinctis in utero fœtibus ejus aut abortis ferro atque igne populatam contendet delere de terra. Is enim tanquam urſus inſidians factus eſt ille, ac ſicut aper qui de ſilva infidelitatis exiliens vineam Domini exterminare molitur: vinea autem Domini, ipſa inquam Eccleſia eſt, quam, propheta teſtante, ſuper filio Dei homine facto altiſſimi dextera complantavit. Hanc igitur dire atque cruento ore, quoad poteſt, fera illa depaſcitur, nec ceſſat in dies plurimorum cæde filiorum quaſi novis eam vulneribus ſauciare, cum una ſola via ſalutis reliqua eſt unicuique remedium vitæ, ſi videlicet ad hanc reviſendam calcatis montibus, qui rabido furore tumentes nomini Chriſtiano infeſti ſunt, Maria vel jam eniza divinum patrocinium nobis præbitura deſcenderet. Si enim vox ſalutationis ſuæ in aures Eccleſiæ perſonaverit, exultabunt profecto proles in utero ejus, & expulſa

Ope Virginis victæ omnes perſequutiones.

pe-

peccatis præ gaudio ſalientes in occurſum Domini etiam obituri ſub hoſtibus mortem ultro cruentam corrumpet mater vero ipſa toto orbe terrarum longe lateque diffuſa, Spiritu Sancto repleta, pro filiorum fide atque conſtantia in laudes Domini ſacrata ora reſolvet, ſciens quoniam Chriſti militibus ipſum vinci vincere eſt, & cum videntur ſuccumbere, tunc maxime glorioſos reportant de hoſte triumphos.

XXXVI. *Hæc itaque Sixtus Pontifex maximus ſedulo animadvertens, omnem B. Virginis feſtivitatem hanc unam merito præcipuam exiſtimavit, cui pro ratione myſterii, & ſignificatione Sacramenti ad implorandum ejus auxilium imminentibus Eccleſiæ neceſſitatibus præ aliis conveniret. Quamobrem pia, ac religioſæ devotioni de filiorum ſalute ſolicitus authoritate apoſtolica univerſis eam eccleſiis cenſuit inferendam, & omnibus, qui illam cum devotione ſuſcipiant, & quotannis Chriſtiana pietate celebrarint atque coluerint, ſi tamen primum lachrymis, ac pœnitentia ſalutari errata diluerint, de illius miſericordia & largitate confiſus, cujus vices in terris gerit, ſingulis interesſentibus utriſque veſperis matutiniſque, & miſſæ diei ſolemni pro ſingulis prædictarum horarum quinque annos & totidem quadragenas: centum vero dies pro unaquaque reliquarum horarum de una indulgentia, & peccatorum remiſſione conceſſit, & ne octava fructu ſpiritualis commercii fraudarentur, dimidium earum indulgentiarum, quas in die conceſſerat, in ſingulis etiam octavarum diebus uberioris gratiæ largitate diſtribuit, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCDLXXIV. kal. januarii pontificatus noſtri anno IV.*

XXXVII. Judæorum immane facinus in puero Chriſtiano.

Eodem anno ingens ſcelus Tridenti eſt patratum a perfidis Judæis, qui puerum Chriſtianum nomine Simeonem furto ſublatum occulte, dum paſcha celebrabant, excarnificarunt, cujus martyrii hiſtoriam Joannes Tiberinus (a) eodem anno ſcripſit his verbis: *Circumfuſi omnes veſtem ei ad umbilicum & cubitos uſque verſo ordine detraxerunt, colligenteſque fluentem tunicam ſuccinxerunt lateri, ita ut a femore uſque ad talos detractis caligis nudaretur, & apprehendens ſudarium Samuel quod ejus pendebat a cingulo, colloque circumvolvens comprimebat puerum, ne vagitus effunderet: alii vero manus pedeſque continebant. Tunc evaginato Moyſes cultro ſummum virgæ perforavit infantis, arreptaque forfice cœpit maxillam dextram juxta mentum dilaniare, & portiuncula carnis abſciſſa in parato ibi cratere repoſuit. Colligebant aſtantes ſacrum ſanguinem, & alterno ordine forfice porrecta quilibet ſibi fruſtulum vivæ carnis excindebat: ſic fecerunt omnes primi, donec vulnus ovi rotunditatem multum excederet: & ſi quando, cedente laqueo, puer gutture perſtrepebat, admotis crebro manibus ad os illum crudeliter ſuffocabant. Hoc Moyſes ita peracto dexteram tibiam conſeſtim elevavit infantis, eamque ſuis ſuper genibus ſtatuens aggreditur exteriorem partem, quæ inter cavillam, & cruris muſculum interjacet, ſimiliter eodem ferro convellens, & copta forfice viciſſim carnem vivam vivo cum ſanguine lacerabant. Poſtmodum ſæviſſimus ſenex ille tanti ſceleris caput ſemimortuum erigens infantem petiit Samuelem a ſiniſtris pueri ſecum conſidere, & uterque ſanctiſſima illius brachia inſtar crucifixi violenter extendentes hortabantur reliquos, ut ſacrum illud corpus duris acubus infoderent. Collecti ergo omnes circum, incipientes a vertice uſque ad plantas illum denſis ictibus perforabant, dicentes: Sicut Jeſum Deum Chriſtianorum, qui nihil eſt, trucidemus iſtum, ſic inimici noſtri confundantur, in æternum. Jam plus quam per horam miſerandus puer terribili duraverat in ſupplicio, & interdicto ſpiritu collapſis viribus deficiebat, attollens graves oculos in cælum, ſuperos advocare videbatur in teſtes, & inclinato capite ſanctum Domino reddidit ſpiritum.* Et infra: *Tunc Moyſes, & omnes reliqui oculos, & palmas elevantes in cælum egere gratias Deo, quod de Chriſtianis vindictam ſimul, & ſacrificium obtuliſſent, relictoque illic corpore cum plauſu, & clamore maximo ſumma per tecta diſcurrentes ineffabilem lætitiam percepiſſe demonſtravunt.*

(a) *Apud Sur. mart. Sabell. l. 10. Enn. 7. Lang. in chro. Citiz. Conſ. antiq. lection. to 6. p. 1283. Naucl. gen. 50. Palmer. in chron. & alii.*

Subdit author, ut recurrente proximo ſabbato martyris corpuſculum in menſa, ad quam ſuperſtitione Judaica ſuas preces occinere conſueverant, expoſuerint; deinde auxil de celando crimine ipſimet illud, dum arte ſupprimere nitebantur, patefecerint: ſacræ autem reliquiæ in templum S. Petri delatæ ſunt, ad quas venerandas populorum ingentes concurſus facti fuere, & miracula plurima reſtitutæ ſanitati infirmis emicuerunt. Rei geſtæ tempus conſignat his verbis auctor. *Natus eſt Simeon, de quo agimus, die veneris VI. kal. decembris anno a partu Virginis ſalutifero LXXII. ſupra millenum quatercentenum ex Andrea & Maria parentibus pauperrimis domino Joanne Hinderbach IV. pontifice, & domino Tridentino imperante feliciter. Ob quam rem Judæi omnes a majore uſque ad minorem in carceribus catenisque concluſi ſunt, non inde receſſuri prius, quam debitas pœnas luant. Tridenti II. non. apri-* XXXVIII. Patefactum ab ipſis Judæis. Martyris corpus miraculis inclareſcit. Sumptum de Judæis ſupplicium.

lis MCCCCLXXX. Fuiſſe ipſum in eadem eccleſia Tridentina multis miraculis confirmat chronicon Salisburgenſe, ac Judæos demum damnatos exuſtoſque fuiſſe. [1]

NOTÆ [1] ANno iſto die IX. Kalend. aprilis Simon Tridentinus infans neci traditur a Judæis in odium & execrationem Chriſti, eorumque omnium, qui Chriſti nomine cenſentur fidelium. Natus eſt Tridenti VI. Kal. decembris anno non quidem 1472. ut mendoſe legitur in annalibus, ſed 1473. quo feria VI. cum die VI. Kalend. decembris conjungebatur, eum feria VI. eadem menſis die natum ſcribat Tribernus medicus, qui ex epiſcopi mandato interfecti pueri cadaver inſpexit, remque geſtam poſteritatis memoriæ mandavit; commentario vulgato a Surio ad diem XXIV. martii, & cum mſſ. collato a Bollandiſtis ad eumdem diem. Hanc hiſtoriam recenſens Baſnagius hiſtor. Judæor. to. IX. par. II. cap. XXXI. fœdis anachroniſmis, ac fabellis totam deformat. Principio enim ſublatum ſcribit Simonem anno 1276. quod ſe tenere ex Tridentinorum relatione aſſerit; cum Tribernus de quo ſupra oculatus teſtis, interfectum ſcribat hoc anno 1475. Cum vero addit, ſolidis centum annis famam martyris vel jacuiſſe ſepultam, vel ex vetuſtate ſatis caliginis hiſtoriæ illi offuſum eſſe, ut facile rei veritas diſtingui non poſſet; tunc vero opportunum tempus viſum fuiſſe, ut novus martyr, ſive exurgeret, ſive obtruderetur, cui Sixtus IV. ſtatim divorum honorem decreviſſe, quod ab illo præſtitum anno ſequenti 1476. affirmat. Mirari ſubit tanta confidentia hæc omnia tradere potuiſſe Baſnagium, virum alioqoin doctum, de re præſertim notiſſima ſcribentem. Nihil enim ad gratiam confictum eſſe in hac hiſtoria narratio Triberini oculati teſtis & publicæ tabulæ in quibus acta publica inquiſitionis ea de re habitæ exhibentur, ſatis demonſtrant. Tantum vero abfuit ut Sixtus anno ſequenti in album Sanctorum Simonem ſcripſerit, ut nonniſi poſt annos a cæde pueri 113. feſti in diœceſi Tridentina celebrandi cum miſſa, & officio peculiari facultas ab apoſtolica ſede impetrata ſit, qua de re Bollandiſtæ ad diem XXIV. martii. Præſenti vero anno 1475. Sixtus IV. encyclicis literis ſuis per Italiam datis die X. octobris vetuit, ne puer Simon pro Sancto haberetur & coleretur, de cujus cæde inquiſitionem inſtitui mandavit, ac tandem motas in Judæos ea occaſione per urbes Italiæ turbas compeſci juſſit.

Addenda hic ſuccurrunt opportune ea quæ narrat anonymus Parmenſis in ſuo diario vulgato Rer. Italic. to. XXII. quod opus ab anno 1477. vel exeunte 1476. cœptum ad annum uſque 1482. perducit: Scribit ille anno 1480. perſimilem puero Chriſtiano a Judæis necem Tarviſii illatam fuiſſe; tum addit: *Sunt anni quinque* (ergo anno 1475.) *quibus Judæi commorantes Tridenti ſimilem infantis occiſionem fecerant........ Quo mortuo illius cadaver in certo canali jecerunt, quod parentibus perquirentibus repertum fuit deſuper aquam enatans, quodque infinita miracula demonſtravit. Et dictus eſt, ac dicitur beatus Simon. Ad quem multi accedentes infirmi ex diverſis ægritudinibus gratia Dei ſunt ſanati.* MANSI

Digitized by Google

I. ANno humanæ ſalutis ſexto ac ſeptuageſimo poſt milleſimum quadringenteſimum nona indictione cum immaniſſimus Chriſtiani nominis hoſtis Mahometes capta, ut vidimus, Caffa Genuenſium urbe opulentiſſima, alia cultorum Chriſti loca terra marique invadere pararet, jamque infeſta ſigna Italiæ finibus inferret, Sixtus Papa curas apoſtolicas intendit, ut Chriſtianos principes ad illius conatus comprimendos concitaret: neque ideo ut antea, cum primum pontificatum iniit, legationes plures ad Reges miſerat, ita poſtea Julianum Roboreum S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ex fratre nepotem in Gallias legavit, ut Ludovicum Regem cunctoſque Gallicæ nationis duces, principes, ac populos, quorum majores fidei Chriſtianæ tuendæ, ac propagandæ ſtudio plurima maximaque pericula adierant, ad religionis cauſam adverſus impios ejus hoſtes propugnandam permoveret. Extat pontificium diploma (a), quo Sixtus hujuſmodi provinciam Juliano dedit, cujus potior pars infra ſcripta eſt.

Julianus Roboreus Card. in Gallias legatus decernitur.

(a) Reg. leg. pag. 143.

Juliano tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali ad regnum Franciæ, ceteraſque Gallicanas, & illis adjacentes provincias, & loca A. S. L.

II. *Immaniſſimus Turcus nuper munitiſſima, & opulentiſſima civitate Caffa Januenſium ditioni ſubjecta magna Chriſtianorum ſtrage, & bonorum omnimoda direptione occupata, non contentus eadem civitate, Hungariam & alia Chriſtianorum regna terra marique invadere, & oppugnare ſatagit, ac majora in dies Chriſtianis diſpendia, niſi quantocyus ejus occurratur furori, inferre procurat; jamque illius copia in Italiæ faucibus videntur ingreſſæ, adeo ut jam amplius cunctandum non ſit, ſed nunc publico, & communi Chriſtianorum diſcrimini experrectis ſenſibus occurrendum, ne quod parum ſupereſt Chriſtianitatis comparatione eorum, quæ ignavia, vel negligentia, aut veriat diffidentium principum catholicorum diſſimulatione amiſimus, in ſimilem, quod abſit, deveniat ſervitutem, omnemque operam omnemque modum viribus humanis poſſibilem, per quem ipſius cruentiſſimi hoſtis conatus reprimi valeant, ſine Creatoris offenſa, pro modulo noſtrarum virium adhibere ultro appetimus: & attenta meditatione penſantes chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſos Gallicanæ nationis duces, principes, & incolas, quorum progenitores pro fidei præfatæ dilatatione, & ampliatione ſæpius elaboraſſe conſtat, inter ceteros credentium nationes ad rem hanc ſummè neceſſariam plurimum poſſe conferre; & quod tu in magnis expertus, & eximia probitate, fidelitate, & ſcientia conſpicuus, & in arduis comprobatus, inter ceteros, divina tibi aſſiſtente gratia, tuis ſingularibus virtutibus, & ardentiſſimo deſiderio erga fidem præfatamque ſacroſanctam Romanam eccleſiam, omniaque pro tam ſancto tamque pio opere neceſſaria erunt, ſcies & poteris provide & diligenter deducere, tractare, atque concludere cum eiſdem Rege, ducibus, principibus, & univerſa Gallicana potentiſſima natione prædicta, & quod nos circa regimen univerſalis Eccleſiæ ſupradicta occupati per nos ipſos implere non poſſumus, aſſiſtente tibi divina gratia, circumſpecte, fideliter, & prudenter exequeris, te, quamquam tua præſentia plurimum nobis opportunum exiſtat, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu Apoſtolicæ ſedis legatum de latere pro hujuſmodi defenſionis orthodoxæ fidei negotio promovendo ad Regem, duces, principes, & barones, univerſamque Gallicanam nationem, & illi adjacentes provincias atque loca auctoritate apoſtolica præſentium tenore creamus, conſtituimus, & deputamus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXV. x. kal. martii pontificatus noſtri anno v.*

II. Expugnata Capha Turca reliqua regna excindere parat.

Concepta meliores ſpes a Ludov. Franc. Rege ſacram expeditionem ducat.

III. Hactenus Pontifex, qui etiam eundem Julianum Cardinalem ampliſſimis mandatis inſtruxit (b); tum Avenionenſi præfectura, quæ jam ante Carolo Borbonio archiepiſcopo Lugdunenſi data fuerat, exornavit (c). Obortæ inde aliquæ diſſenſiones cum Ludovico Rege Francorum, provinciam Phocenſem, quæ Renato parebat, affectante, periclitata eſt Avenio (d) adeo, ut illam culpa Juliani legati amiſſam, neque in Gallorum ditionem redactam rumor tulerit; ſed ea poſtea de Avenione oborta controverſia compoſita eſt, Gallique ab eccleſiæ juribus occupandis ſibi temperarunt. Julianus vero, præter in Galliis acceptos honores, nullum

(b) Ib. p. 145. ad 196. & a pag. 206. ad 142.

(c) Ead. p. 145.

(d) Papien. ep. 662.

Provincia affectata a Gallo Rege.

Avenionenſis controverſia compoſita.

eorum, ob quæ miſſus fuerat, ad votum perduxit. [1]

IV. Dominic. Reatin. epiſc. in Germ. & Ung. & Pol. & Bohem. miſſus. (a) Reg. a. leg. p. 13. Promovere ſacram expeditionem niſus. (b) Ib. p. 31. (c) Papien. ep. 662.

Cæterum ſimile, quod Juliano in Galliis, onus a Sixto injunctum eſt Dominico epiſcopo Reatino (a) in Germania, Hungaria, Polonia, ac Bohemia & circumjectis regionibus, ut nimirum Chriſtifideles earum partium ad expeditionem conficiendam in Turcas ſuis adhortationibus impelleret: quam etiam ob cauſam Lucam epiſcopum Sibinicenſem in Caroli ducis Burgundiæ principatu nuntium creavit, aurumque ſubſidiarium in ſacri belli ſumptus contrahere juſſit (b). At eæ etiam legationes irrito conatu geſtæ. Interim immaniſſimo fragore Turco quingenta militum millia in Moldaviam ſe miſſurum minitante, qua territus fama Jacobus Cardinalis Papienſis hæc ad Franciſcum Cardinalem Mantuanum ſcripſit (c).

V. Quingenta millia armatorum in Moldaviam ducere increbreſcit.

Amplior multo animi ſolicitudo de Turcorum in Moldavos deſcenſu eſt ſuſcipienda: tanta quingentorum millium multitudo tamque immanis, quem juſte non terreat? exercitata illa quidem ſic ad noſtra eſt bella, ac ſic ſlos ejus ex noſtris transfugis conſtat, ut merito non manus noſtræ modo, ſed noſtra quoque in nos militaris jam pugnet induſtria. Quod moleſte ſunt hactenus mari in metu non fuit: littora tantum, & littoribus proxima, claſſe vexantur: ſumma rerum in diſcrimen non venit: tunc timendum eſt extremum exitium, cum terreſtribus copiis petimur, utæque certæ non dubio mari barbara vires creduntur. Galli, Afri, Gothi, Oſtrogothi, Hunni, & Vvandali, atque id omne genus externorum examinum terra, non mari ad nos irrupere, & miſeram Italiam oppreſſere. Numquam, Mantuane pater, movere in Hungaros hæc arma intelligo, ut non totus mente concutiar, atque ante oculos verſetur futura ſors noſtra. Divino munere

Ungaria Chriſtiani imperii propugnaculum.

datum id regnum Chriſtianis reliquis eſt, ut pro omnibus pugnet, periculoſque nos tempeſtates virtute ſua diſtineat: ſi ſemel quod Deus ſanctique prohibeant, cedat, plagamque accipiat, qualem inferre victrix barbaries ſolet, quod impediti, quid elanſi interim eſt, ut non illico increduli nos, atque ad præſidium ſeri, vel jugulum gladio præbeamus, vel jugo miſerrimæ ſervitutis colla ſubdamus. Orandus eſt Deus, ut impietatum noſtrarum oblitus memor ſit miſericordiæ ſuæ, detque Chriſtiano nomini, quod opera Chriſtiana minus ſunt merita. Ego quidem & pendere animo & angi & formidare ante non deſinam, quam intellexero conatus tantos aut fractos prælio eſſe, aut omni tempore diſſolutos.

VI. Moldavus aurea indulgentiis redacto adjutus. (d) L. bull. 23. p. 21.

Prænunciata hæc Turcica tempeſtas fuerat Pontifici, qui ſacrum aurum, quod a Moldavis indulgentias lucraturis erogandum erat, Stephano vayvodæ tribuerat: (d) *Cum*, inquit, *ſicut cunctis palam eſt orbis nationibus, impia Turcorum gens adverſus orthodoxam fidem, & qui eam in ſacro regenerationis baptiſmate devoverunt, & præſertim adverſus dilectum filium nobilem virum Stephanum voyvodam ducem Moldaviæ, ejuſque dominia, quæ in finitimis ipſorum Turcorum oris ſita ſunt, ut tandem ipſis, ſuæ ſpurciſſimæ tyrannidi ſubjectis, facilior ſibi pateat ad cætera Chriſtianorum loca progreſſus, moliri non deſinat; & quamvis præfatus Stephanus tamquam verus Chriſtianæ fidei athleta prani ſit animi ad reſiſtendum ipſorum Turcorum & perfidiæ & incurſionibus, tamen ad tantam rem perficiendam, debitoque effectui mancipandam propriæ ad hoc non ſuppetunt facultates, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCDLXXVI. idib. januarii pontificatus noſtri anno V.*

VII. Pabula a Steph. Vvayvoda erepta hoſti.

Non Turcæ modo, ſed etiam Tartari in hunc fidei pugilem conjurarunt, invaſere enim priores Tartari Stephanum vvayvodam Moldaviæ, qui ut hoſti pabula eriperet illa igne exuſſit, deinde inſtructo exercitu adortus Tartaros eos primo impetu obtrivit, avertitque in fugam, in

Tartari ab eo cæſi.

qua plures quam in pugna trucidavit. In Turcam deinde Danubium navibus ſuperantem victricia convertit ſigna, ſtragemque de barbaris edidit: haud tamen

Turcas tumultuario prælio fudit.

arcere trajectu potuit; tum etiam extrema incurſavit carpſitque eorum agmina, qui pabulatum ibant, & quos vivos cepit aut cute exuit, aut ſuffixis palis, ut crudelitatem Turcicam pari crudelitate plecte-

Crudelitatem in crudeles exercet.

ret. At damnum cum illi Chriſtianorum principum deeſſent auxilia, undique a Turcis circumfuſus, paucis e ſuis deſideratis, fuga ſe ſubduxit, cum tamen hoſtium prope triginta millia ferro deluiſſet. Inde Turca libere in Walachiam per-

Vvalachia ferro flammaque vaſtata.

NOTÆ [1] Quamquam Avenionenſis præfectura Carolo Borbonio Lugdunenſi archiepiſcopo, dein S. R. E. cardinali ante hac data fuit, eamque geſſit aliquandiu; cum tamen, ſive quod nollet ſive quod impeditus reddere ſe in loco non poſſet, anno ſuperiori inclinante, die VIII. octobris Sixtus per literas in regeſtro ejuſdem anni vulgato a P. Martene veter. monum. to. II, col. 1514. eidem cardinali ſignificavit, mittere ſe Conſtantinum Spoletanum epiſcopum, ut Avenionenſes, abſente cardinali, gubernaret. An revera iverit Spoletanus iſte, incertum; profecto haud ita multo poſt Julianus cardinalis, Sixti nepos, ad eam regendam provinciam mittitur, ut liquet ex annalibus, & ex epiſtola Sixti C. in eodem regeſtro occurrente, pontifex factum ſuum excuſat apud ducem Mediolanenſem, quod ejus triremibus uſus ſit ad tranſvehendum in Gallias nepotem ſuum cardinalem. Manat

Digitized by Google

vagatus obvia quæque conſumpſit flammis; unde eam barbaricus exercitus re frumentaria, & commeatuum inopia laboraret, abſcedere coactus eſt. Quo tempore Matthias Pannoniæ Rex conflato exercitu in eum ſigna extulit: qua re Turca Hungaricæ expeditionis metu fugam ex Moldavia arripuit: qua laude Matthiam commendat Thuroſius (a), paucisque interjectis de ejuſdem Regis magnificentia hiſtoriæ ſuæ finem imponit. Cum vero Matthias ingentes de barbaris triumphos ſponderet, ſi a Chriſtianis pecunia juvaretur, Pontifex fœderatique Italiæ principes ad illum ducenta aureorum millia tranſmiſere: (b) ſed eæ ſpes brevi everſæ ſunt, Turcarum enim exercitus ex Boſna medio octobri repente in Chriſtianum irrupit imperium, & Carniolam, Carinthiam, partem Styriæ, Salsburgenſem & Bambergenſem epiſcopatus populatus ad finitimos Italiæ montes penetravit, ingentesque fidelium catervas in ſervitutem abduxit, Imperatore cæteriſque principibus ſtupentibus, veluti letargo percuſſis: quin etiam Turca quinque arcibus munitiſſimis, quas in Sideroviensi regione inferiori ad litus Danubii Matthias excitarat, eſt potitus.

(a) Thuroſ. chron. c. 67.
Ungaro ſigna movente diſcedit Turca.
Miſſa ad Matthiam ex Italia ſtipendia.
(b) Mich. ſup. c. 71.
Irrumpunt in Germaniam Turcæ.
Siderovienſis regio ablata Ungaro.

VIII. His conſentanea referuntur a Cromero (c): Bonfinius (d) vero cæſos in ſuperiori Myſia ad Danubium Turcas affirmat; tentatam fruſtra a Matthia Rege Sideroviam: excitata tamen circum fortiſſima propugnacula, dein Dalmatiam, Croatiam, Carnioliamque a Turcis magnis cladibus attritas, dumque nuptiæ Beatricis Ferdinandi Regis filiæ maxima pompa procerumque concurſu celebrabantur, Turcam inſtructo triginta millium equitum exercitu concretum glacie Danubium trajeciſſe, ac Valachiam longe lateque ferro & flammis vaſtaſſe, atque ex omni ætate, & utroque ſexu quadraginta hominum millia abduxiſſe; tanto autem timore affectum Matthiam ex Turcica potentia ferociaque, ut poſthac nihil in Turcam molitus ſit, ſed ſolum ad tuendum regnum incubuerit. Quod ad Beatricis nuptias attinet, miſſam a Pontifice ad illam fuiſſe coronam refert Cardinalis Papienſis (e), ſolemnique pompa apud Albam Regalem illa redimitam tradunt (f). Dimiſiſſe tunc Matthiam Draculam illum immanem principem, qui tantam de ſuis, deque Turcis carnificinam fecerat, refert Michovius; ſed, cum in Beſſarabiam concitatis equis procurreret, a ſervo per fraudem capite truncatus periit.

(c) Crom. l. 28.
(d) Bonfin. dec. 4. l. 4.
Variæ Turcarum excurſiones in Dalmatiam.
Quadraginta millia Chriſtianorum ex Valachia abducta.
(e) Papien. ep. 666.
(f) Mich. l. 4. c. 71.
Dracula immanis a ſervo trucidatus.

IX. De prædicta Mahumetis in Valachiam irruptione meminit Phrantzes, quam proximi poſt expugnatam Caffam anni æſtate contigiſſe conſignat (g), menſeque ſeptembri e Valachia victum magis quam victorem diſceſſiſſe addit, ipſumque eadem æſtate in Peloponeſum exercitum alium ad Naupactum expugnandum immiſiſſe: *Verum*, inquit, *Deo nos adjuvante, neque Naupactum illo anno ſubegit, nec S. Mauram invaſit; ſed deſideriis ſuis fruſtratus receſſit*. Quibus conſentit Sabellicus (h), & Antonium Lauretanum, cui maris decretum erat imperium, adverſus Solimanum barbarorum ducem egregiam virtutem explicuiſſe: tentatam inde a Turcis Lemnum defenſamque unius mulieris fortitudine, quæ confoſſum patrem in oppidi porta intuita, jacentis audacter arma cepit, ac tamdiu hoſtem ſubeuntem diſtinuit, donec auxiliaris manus illum ad naves multa cum ſtrage repulit, & paulo poſt Othomannica claſſis, inſequente Lauretano, in altum navigavit. Porro Phrantzes, poſt Naupactiacam oppugnationem enarratam finem ſcribendi fecit his verbis: *Finis hiſce præſentis hiſtoriæ ſive chronici, quam ego conſcripſi nobilibus quibuſdam Corcyræis rogantibus, ne quæ oculis vidiſſem, audiſſem, legiſſem ſilentio premenda exiſtimarem. Ita manu mea hæc conſcripſi, & in religioſiſſimi ſacerdotis Antonii manus tradidi. Lectores per Deum obſecro pro me precentur, ſi quid deeſt, ſenectus mea & corporis invaletudo non ſiverunt, ut par erat, emendare*. Tuliſſe autem illam Chriſtiana conſtantia ſenii, valetudinis adverſæ, & extremæ egeſtatis incommoda teſtatus eſt, dum piaſ haſce preces fudit: *Tempus pœnitentiæ da mihi hic non in futurum, ubi nullus fuit, ubi nulla rerum reparatio. Hic igitur cum purgaveris me aſſus omnibus hic pertinentibus, ſic me hinc transferre digneris, ut non excidam a tuis miſerationibus in ſecundo & horribili adventu tuo*.

(g) Phrantz. l. 3. c. ult.
Naupactum a Turca fruſtra tentatum.
(h) Sabellic. Ennead. 10. l. 7.
Defenſa Lemnos unius virginis virtute.
Phrantzis pia oratio

X. Non ita divinum timorem impreſſerat animo Manuel Palæologus minor natu Thomæ obitu Peloponeſi deſpotæ filius, qui cum benigne exceptus a Romana eccleſia, magnificeque cultus eſſet, inexplebili opum voluptatumque cupidine actus ad ſtirpis ſuæ carnificem Mahometem transfugit, de quo hæc Jacobus Cardinalis Papienſis (i): *De minore deſpoteæ quidem, cum adhuc Romæ eſſem, & lamentantem illum audirem, quod ad arbitrium non paſceretur, de ejus inertia plane ſum vaticinatus, quod accidit, abiturum illum ad Turcas, quo jamdudum infidelis natura, & inexhauſta cupiditas rapiebat*. De nefaria Manuelis ad Mahometem defectione conſentanea tradit Turcograeciæ hiſtoriæ auctor (k), additque donatum a tyranno duabus ancillis elegantis formæ, ac famulis duobus, necnon tenui annuo vectigali, & topotechia ignobili.

Manuel Palæolog. ad Mahometem transfugit.
(i) Papien. ep. 6xa.
(k) Turcogr. hiſt. auct. l. 1.

XI. Hoc anno Carolus dux Burgundiæ, aſſequendæ regiæ coronæ ambitione æſtuans, cum Maximiliano Friderici Imperatoris filio nuptias filiæ pactus eſt ea lege, ut genero Romanorum regnum decerneretur

Burgundio regium nomen iterum affectat.

tur : ſibi vero ducales apices cum regiis mutare fas eſſet ; qua de re conſultam fuiſſe Apoſtolicam ſedem Franciſcus Cardinalis Mantuanus certiorem fecit Cardinalem Papienſem, apud quem hæc extant (a) : *Fortunet Deus, quod vel ſponſum Cæſari eſt, vel certe a vobis decretum : accipietur æquo animo ſum, quod tibi cordi eſſe cognovero, cum ſine te triſtari, ſine te lætari, pene, non debeam. Grande eſt filium ducis Burgundorum ipſius Cæſaris filiæ deſponſiſſe, atque illi ſuorum, hoc Romanorum regnum expoſcit : primi conſilii judicia meo magna facilitas, ſecundi difficultas non parva.* Contrariam obtigit : Maximilianum enim regem Romanorum renuntiatum viſuri ſumus : Burgundus autem exambitum regium nomen aſſequi non potuit, cum illius cupiditati Belgæ avitæ libertatis tuendæ gratia non aſſenſerint. Adde quod plures illius provinciæ Gallicæ coronæ erant fiduciariæ, atque ideo nova bellorum pericula impendebant.

(a) Papien. ep. 662.

Filiam Maximiliano deſpondet. Belgæ obſiſtunt Burgundo ne regium nomen corripiat.

XII. Porro Carolus cupiditati dominandi flagrans exercitum duxit in Helvetios, remque initio feliciter geſſit, & in tantum eſt efferatus, ut Granſonii quingentos milites præſidiarios ſtrangulari (b) juſſerit : dein converſa rerum alea ab Helvetiorum fœderatorum exercitu fuſus eſt, exutuſque impedimentis, & theſauro pretioſiſſimo, cujus gazam mendiculi viliſſimo pretio diſtraxere : tum detractis e furcis Helveticorum cadaveribus totidem Burgundi iiſdem locis in eaſdem furcas acti ſtrangulatique ſunt : quam ignominiam cum Burgundus novo certamine delere niteretur, ferente opem duce Lotharingiæ Helvetiis maxima ſuorum internecione profligatus eſt ad Moratam oppidum vigeſima junii. De qua clade hæc a Papienſi in literis ad Franciſcum Cardinalem Mantuanum datis referuntur : *Altera jam Burgundi plaga audita tantum hic erat, ſed in hunc diem non credita, tua litera dubitationem omnem protinus ſuſtulere : nae ſemper ſecundæ res non : quem adverſæ ſæpe prætereunt aliquando inveniunt, & cui in aperto ſubminunt vires inter anguſta plerumque non adſunt : pugnatas ſemper Helvetii montanis incluſi per omnem vitam : victor Carolus dux præliis campeſtribus aſſuetus ; ſed operoſum valde eſt, proclivoque ad perniciem alieno loco pugnare, non ſuo.* Recepit ſe in Burgundiam Carolus, ac poſt eam cladem principes, qui antea ob res præclare geſtas bellandique

(b) Comin. l. 8.

In Helvetios crudelitatem exercet. Albis profligatus.

periciam ipſius gratiam ambiebant, mox ab eo defecere, interque alios Galeatius dux Mediolanenſis, qui prius terrore repletus fuerat. Renatus etiam dux Lotharingiæ coacto apud Argentinam exercitu amiſſum principatum armis repetere ſtrenue cœpit, ipſumque Nanceium expugnavit (c) : eum Burgundus biduo poſt cum exercitu aſſulit, urbemque cinxit obſidione, in qua proximo anno ineunte miſere periit.

Recuperata a Renato ditio.

(c) Comin. in chro. Lud. c. 90.

XIII. Dum eam obſidionem urgebat Carolus, ad ipſum acceſſit Alfonſus Luſitaniæ Rex (d), ut auxilia ab illo pro comparandis Caſtellæ & Legionis regnis eliceret, ac fœdus ipſum inter & Ludovicum Regem Francorum redintegraret, ſed permovere nunquam Carolum potuit, ut cœpto bello abſiſteret : cumque infectis rebus ſuſcepti inconſulte itineris ignominia oppletus eſſet, ipſiuſque res interea collapſæ eſſent in Hiſpania, tum vanos terrores de Ludovico concepiſſet, diſſimulato cultu fugam tentavit e Galliis, e qua retractus cum honorifico comitatu in Luſitaniam inſtructa navi revectus eſt : ejus vero æmulus Ferdinandus Caſtellæ & Legionis regna ſibi aſſeruit. Miſerat jam ante Sixtus ad ſedandam eam controverſiam Francum nuntium, quem hoc anno ineunte mandatis amplioribus inſtruxit (e), cum in Aragonia ſubſtitiſſet.

(d) Id. c. 90. 91.

Burgundus ſuæ crudelitatis dat pœnas.

Luſitanus Rex auxilii ſpe deluſus.

Iterum extrema clade Burgundus affectus.

Caſtelia a Ferd. & Iſabella parta.

(e) Sixt. reg. p. 22.

Hoc etiam anno Pontificem Campagnanum ſe recepiſſe, refert Stephanus Infeſſura (f), cum lues oborta eſſet ex ingenti Tyberis eluvione, quæ ineunte anno eodem Romæ plana omnia loca merſerat, legatum vero Cardinalem Melphitenſem reliquiſſe in urbe, in quam reverſum epidemia ſedata, Deiparæ effigiem a S. Luca evangeliſta depictam, quæ in baſilica Liberiana recondita eſt, inſtructo religioſo agmine per urbem circumtuliſſe, cum antea III. kal. martias ad inferendum Chriſtifidelibus pium in virginem Deiparam ſtudium ſanctionem edidiſſet (g) de recolenda ejus ſine ulla noxæ a parentibus ſuſceptæ labe conceptæ celebritate, iiſdem propoſitis indulgentiarum præmiis, quæ ſanctiſſimi Chriſti corporis ſacrum diem agentes conſequuntur [1].

Ex Tyberis eluvione orta peſtis.

(f) Steph. Inff. MS. arch. Vat.

Effigies Virginis picta a S. Luca deportata ſolemni pompa a Sixto.

(g) Ext. comm. l. 3. tit. 12. de rel. & ven. SC. c. 1.

Eodem anno auctum collegium Cardinalium XVIII. decembris narrat prædictus Infeſſura (h) quatuor viris ſacra purpura exornatis a Pontifice, quorum duos Gallos patria fuiſſe ait, additque tantummodo nomina Caroli Borbonii archiepiſcopi Lu-

Auctus Cardinalium ſenatus.

(h) Inff. ubi ſup. Petr. Ciac. Frizon. in Gall. Sixt. lib. bull. p. 3.

NOTÆ [1] Fateor equidem Stephanum Infeſſuram, ſcripſiſſe pontificem hoc anno graſſante lue territum ex urbe Campagnanum ſe recepiſſe ; ſed ex regeſtro pontificio hujus anni diſcimus die XVII. junii Vetrallæ egiſſe, die vero I. julii tranſiſſe Narniam, die VIII. ejuſdem Ameriam, ubi pariter die XV. ejuſdem manebat, tum iterum die V. auguſti reſtituiſſe ſe Narniæ, unde nec die XX. ejuſdem diſceſſerat. Reliqua ejus itineris, cum regeſtrum anni V. pontificatus, ac tota demum collectio epiſtolarum Sixti a Martene vulgata hic abſolvatur, ignota ſunt. Mansi

Lugdunenſis & Joannis Melini epiſcopi Urbinatis: extant vero ad Georgium Coſtam archiepiſcopum Uliſſiponenſem Sixti literæ, quibus proximo anno kal. februarii IIII titulum SS. Petri & Marcellini tradidit, tum aliæ ad Petrum epiſcopum Tiraſonenſem, quibus ipſi tit. S. Sixti impertitæ ita conſignati. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXVI. kal. januarii pontificatus noſtri anno* VI.

XV. Dux Mediol. tyrannidis odio trucidatus.

His addis Stephanus Infiſſura aliquot poſt diebus, XXVI. nimirum decembris, triſtem famam Romæ increbuiſſe, Galeatium Mariam Sfortiam Mediolani ducem a conjuratis in eccleſia S. Stephani trucidatum eſſe, cum illi ex temerarii ludimagiſtri ſermonibus ea opinione imbuti eſſent, immortale nomen ſibi parituros, ſi patriam Galeatii tyrannide liberarent [1]. Animo adeo alacri extitiſſe in tormentis Olgiatum ex conjuratis unum fertur, ut cum a carnifice laceraretur has voces emiſerit: *Collige te, Hieronyme, ſtabit vetus memoria facti: mors acerba: fama perpetua.* Infeliciſſimus prorſus homo, qui pertinaciam conſtantiæ genus eſſe putaverit, neque admiſſum ſacrilegium & homicidium defleverit, ac privata authoritate tyrannum interimere licitum, & glorioſum putaverit, atque inanis gloriolæ umbra deluſus veram ſanctorum gloriam non ſit conſectatus. Non ſucceſſit vero Mediolani in libertatem vindicandi conſilium a conjuratis initum, quamvis apud Ligures nonnullæ ſeditiones commotæ fuerint pro recuperanda libertate.

XVI. Impoſtor Germaniam turbat.

In Germania novus impoſtor emerſit, qui ingentes turbas excitare molitus, cæteroqui rudis & hiſpidus pecorum paſtor ementitis miraculis maximam populi multitudinem ad ſui admirationem venerationemque traduxit, ipſoſque libertatis hominibus innatæ ſuadæ lenocinio ac illecebra docuit, epiſcoporum & ſacerdotum negligere imperia, decumas non perſolvere, vectigalia principibus non pendere, & id genus alia, quæ ad hierarchiam & politicam evertendas vergebant.

Ad libertatem populos vocat. Captus flammis concrematus. Pari diligentia animadvertendum erat in novatores.

Antevertit imminens exitium Rodolphus epiſcopus Herbipolenſis, qui nebulonem capiendum flammiſque exurendum curavit; cujus exemplum ſi proximis temporibus Germani præſules & principes eſſent imitati, tot tantaque incendia, quibus Germania regnaque finitima conflagrarunt, unius alteriuſve ſanguine reſtinxiſſent [2].

XVII. Mors B. Jacobi Piceni.

Verum ab impoſtore ad celeberrimam fidei orthodoxæ præconem narrationem traducimus, quem divinum Numen pluribus veris miraculis inſignivit. Is fuit Jacobus cui vulgo e Marchia cognomen additum, arctioris Franciſcanæ diſciplinæ cultor eximius, evangelii præco, fidei ac pietatis propagator, hæreticorum hoſtis acerrimus, quem epoto veneno ab iis propinato nil mali paſſum, viſoque miraculo magnam Huſſitarum Pragenſium multitudinem ad Chriſtum converſam tradit Zacharias Boverius (a): *Anno MCDLXXVI. in Bohemia in civitate Pragenſi cum B. Jacobus Picenus ordinis minorum S. Franciſci catholicæ religionis ibi fidem prædicaret, ac innumeris miraculis coruſcaret, hæretici, qui maximam illius urbis partem occupabant, coram totius populi multitudine*

(a) Zachar. Bover. to. 2. in demon. ſeptimi ſymb. ar. 6. in fin.

NOTÆ [1] Mendum aliquod in commentarios Infiſſuræ irrepſiſſe ſuſpicor; neque enim reſciri Romæ potuit die XXVI. decembris cædes Galeatii Sfortiæ ducis Mediolanenſis, quam eadem ipſa die feſta S. Stephani protomartyris illatam incauto principi ſcribit Robertus comes Cayaciæ in literis quas ſequenti anno die XVIII. decembris ad Ludovicum Galliarum regem ea de re ſcripſit. Authores cædis deſignat Joannem Andream Lampugnanum, Hieronymum Olgiatum, & Carolum Vicecomitem. Joannes poſt inflictum mortale vulnus fugiens a conferta populi turba impeditus, & a Galeatii ſatellitibus gladio transfoſſus ſtatim interiit; duo reliqui capti exquiſitis tormentorum ſuppliciis abſumpti fuerunt. Ex his alter dum torqueretur profeſſus eſt gloriari ſe, quod tyrannum interfeciſſet; in eo tantum dolere vicem ſuam, quod in præclaro illo facinore tyrannum interficiendi palma ſibi ab altero, Joanne, ſcilicet Andreæ fuiſſet, prærepta. Cæterum nihil ejuſmodi effati exprimit epiſtolæ hujus ſcriptor, quale Annaliſta hic adnotat. Obiit Galeatius annis natus XXXVI. ut ſcribit anonymus Parmenſis, qui diarium ſuum vulgatum Rer. Italicar. tom. XXII. hinc exorſus ad annum uſque 1482. perducit. Mansi

[2] Impoſtoris illius, de quo hic Annaliſta, hiſtoriam, ſicut exortæ, ac ſimul extinctæ hæreſis illius certum annum ſuppeditat anonymus coævuſque author chronici Miſnenſis, Menken. Rer. German. to. II. col. 363. Ita porro ille ad A. 1475. *Eodem anno fuit alius curſus in Frankonia in villa Nickelſhauſen diœceſis Herbipolenſis in territorio comitis de Wertheim ad audicionem cujuſdam ydeſta [idiota] quem nominabant den Jungeling, qui purus laicus prædicabat contra clerum, contra ſacra eccleſiaſtica, & multa alia piis auribus omnino horrenda, qui fuit tandem incineratus, ordinante epiſcopo Herbipolenſi; quamvis ipſe jactaſſet ſe non poſſe incinerari, & promiſiſſet ſe tertio die reſurrecturum, quæ omnia fuerunt mendacia ...... Dixerunt veridici quod aliquando in una die fuerunt ibi æſtimati centum millia hominum, fuiſſe aliquando LXXX. &c. Nec mirum, quia de toto orbe orientis, occidentis, auſtriæ, & ſeptemtrionis etiam per multa milliarium ſpacia confluebant quotidie. Non duravit tamen multum ultra dimidium annum.* Ex his corrigas Annaliſtam, qui hæreſim hanc cum anno 1476. componit. Mansi

Digitized by Google

B. Jacobus Picen. venenum illæſus bibit. Viſo miraculo plures ab hæreſi ad Eccleſiam traducti.

ut vas atrociſſimo veneno plenum illi bibendum obtulerunt, eo ſe teſtimonia credituros ſpondentes veru eſſe, quæ is de catholica fide doceret, ſi abſque læſione venenum illud hauriret, ille hac conditione accepta tetrum illud venenum hauſit innocuus, illi prius crucis ſigno adhibito: atque ex miraculo innumera fere hæreticorum multitudo ad catholicam fidem rediit.

XVIII. Porro B. Jacobum hoc anno xxviii. novembris Neapoli in cœlum migraſſe memorant; cujus elogium Paulus V. ſummus Pontifex his verbis perſtringit: *Viri hujus, ut accepimus propter conciones, & vitæ auſteritatem, non in Italia ſolum univerſa, ſed in Auſtria, Croatia, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Polonia, Germania, & eis adjacentibus locis celeberrima fuit, cujusque opera inquiſitionis officio, Eugenius IV. Martinus V. Nicolaus etiam V. Calliſtus III. aliique Romani Pontifices ad Fraticellarum, & aliarum tunc pullulantium hæreſum extirpationem uſi ſunt, quique Alberto, & Sigiſmundo Imperatoribus aliiſque ſæcularibus, & eccleſiaſticis illarum partium præſulibus chariſſimus, & venerandus extitit.*

Cenſuram fidei in hæret. magno religionis æſtu geſſeras.

XIX. Prædixit Mahometem interiturum cum Italiam invaſurus eſſet.

Prophetiæ dono clarus Sixto IV. aſcendendos ab eo honorum gradus, præfecturam nimirum ſui ordinis, cardinalatum, & pontificatum prædixit, ut etiam Mahometis II. mortem, cum Italiam foret invaſurus. Effulſit quoque miraculis, inter quæ illud admodum inſigne & publicis monumentis (a) confirmatum, quod Brixiæ edidit, revocato ad vitam puero ſexenni Conrado nomine Frederici Lavellongi filio, qui cum puerum alium Hebræum nomine Joſephum deducere ad B. Jacobum ſoleret, a quo fide Chriſtiana informabatur, inflammatus Judæus rabie Joſephi pater nomine Salomon, interceptum Conradum contrucidavit, ac recondidit in camini poſtica parte intra craſſitiem parietis, quem obductum ſarmentitio fumo, ne facinoris nota extaret, obfuſcavit.

(a) *Ext. apud Octavium Rubeum in Brixienſi hiſt.*

Puerum odio religionis trucidatum revocat ad vitam.

XX. Occiſi pueri parens, cum apud B. Jacobum de filii jactura conqueſtus eſſet, ab eo divinitus colluſtrato de Conradi filii cæde edoctus eſt, verum ab infanticida ullam ultionem repetere vetitus. Profectus vero ad domum Hebræi B. Jacobus præſente eo murum dirui juſſit, ex quo puer vividus, ac vegetus emerſit: quo perculſus prodigio Salomon una cum Joſepho filio Chriſtiana ſacra amplexus eſt. Recenſentur alia miracula ab ipſo dum vixit, ac poſt mortem edita a Venantio, qui tredecim annis ſocius ejus extitit, tum a Luca Waddingho. Dein in ejus honorem Leo X. nonnulla indulgentiarum præmia hymnum ac brevem quandam precationem recitaturis impertiit, & Clemens VII. Caroli V. Cæſaris rogatu Clemens VIII. & Paulus V. Philippi Hiſpaniarum & utriuſque Siciliæ Regis precibus permoti teſtium dicta de admirandis beati viri rebus in publicas tabulas referri juſſerunt (b) pro decernendis illi ſolemni ritu ſanctorum honoribus, ac demum Urbanus VIII. ipſum beati titulo decoravit, permiſitque, ut inter divina myſteria ejus memoria recoleretur, de quo duo diplomata pontificatus anno ii. conſignata extant (c).

De eo inter ſanctos referendo actum.

(b) *Bull. in Urb. 8. conſt. 22. & 25.*

(c) *Afferunt hæc & alia Vvading. ſup. to. 7. an. 1476. n. 45. & 46. Sixt. lib. bull. 25. p. 118.*

XXI. Propagata eſt hoc tempore Chriſtiana religio in Canariis inſulis Alfonſi e Bolano Minoritæ conventualis apoſtolici internuntii, ac ſociorum opera, a quibus barbari Chriſtiana pietate in dies exculti ad ſacrum baptiſma confluebant, ut Sixtus his verbis teſtatur (d): *Percepimus quod jam divina cooperante gratia ex ſeptem ipſarum Canariæ inſulis habitatores quatuor earumdem inſularum ad fidem converſi ſunt: in aliis vero convertendis tribus non pauca, ſed magna expectatur populorum, & gentium multitudo converti, nam qui Deum hactenus non noverunt, modo incipiunt catholicam fidem ſuſcipere, ac ſacri baptiſmatis unda renaſci, præſertim in inſula, quæ * Tenruſe nuncupatur, ad quam, ut intelleximus, ipſe Alfonſus nuntius fervore Dei ſuccenſus, ut infidelium ibidem converſioni intenderet, tranſiens exemplari ordinatione ſua plurimos ad fidem Chriſti reduxit.* Ignari erant ii barbari artium, quarum uſu humana vita commodius ſuſtentari ſolet: ad quos erudiendos nonnulli pii artifices transfretandi laudanda conſilia ſuſceperunt, quos alii pietatis omnis expertes retardabant, nam & cæca avaritia perciti neophytos in ſervitutem abducebant, ac fideles Europæos gravioribus injuriis afficiebant; quos Pontifex anathemate perculit, cum ſe Chriſti eſſe cultores profiterentur ac pontificium diploma (e) pridie nonis auguſti hujus anni ad Alfonſum e Bolano tranſmiſit, ut illius authoritate hoſce piratas coerceret.

(d) *Sixt. l. bull. 25. p. 118.*

Fides propagata apud Canarienſes.

* *alias Teneriſſ*

Barbari artibus exculi juſſi.

Abripi in ſervitutem vetiti.

(e) *Id. ib.*

XXII. Proferebatur quoque Chriſti cultus in occidentali Æthiopia ſive Guinea, & aliis Africæ etiam incognitis oris, ac Sixtus eidem Alfonſo ac ſociis, qui tam Canariarum inſulanis, quam Æthiopibus & aliis Afris evangelium inferrent, omnes prærogativas a Martino V. Eugenio IV. Pio II. amplificandæ fidei gratia ſacris præconibus conceſſas, ampliſſimo diplomate confirmavit. (f)

In Guinea evangelium diſſeminatum.

(f) *Ib. p. 236.*

Ser-

I. Data a Sieio opera pacando Mediol. principatui.

SErvatoris anno ſeptuageſimo ſeptimo ſupra mille quadringentos indictione decima Sixtus apoſtolicas curas ad ſuſtentandam pacem Italicam convertit, ne bellis civilibus turbatam Italiam Mahometes invaderet: cumque ob cæſi extremo ſuperiori anno Galeatii Mariæ ducis Mediolanenſis necem grave periculum imminetet, ne illius principatus populi in varias factiones diſcinderentur, legatum decrevit (a) Joannem SS. Nerei & Achillei Cardinalem, ampliſſimiſque fulcivit mandatis (b), ut eos omnes, qui res novare molirentur anathemate percelleret, atque partis juribus, ac dignitatibus deturbaret: quibus literis hæc temporis nota adjecta eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCDLXXVI. III. kal. martis pontificatus noſtri anno VI.*

(a) *Sixt. reg. 2. leg. p. 36. 71.* Joann. Card. decretus legatus.
(b) *Sup. p. 36.*

II. Genua fluctuare viſa.

Commotæ (c) ſunt in Liguria aliquæ diſſenſiones, cum nonnulli contenderent, rempublicam Genuenſem, excuſſo Mediolanenſi jugo, priſtinæ reſtituendam libertati; ſed ea factio cum ſectarorum multitudine non polleret diſſipata eſt, ac Joannes Galeatius puer parentis necati principatum retinuit regiæ procuratore Cicco Calabro, qui ea humili conditione ob eximiam ſolertiam fuerat ſummam conſecutus potentiam. Is, ut Galeatio imperium conſervaret, ipſius patruos in exilium pepulit: verum poſtea Ludovicus Mediolanum revocatus a populo, fallaci rerum humanarum viciſſitudine illum capite plecti juſſit, remque adminiſtrandam ſuſcepit.

(c) *Aug. Juſt. l. 5. Foliet. l. 11. Bizz. Volater. l. 4.*
Retentus a Joanne Galeatio principatus.
Viciſſitudinis humanæ exemplum.

Sedaturus pariter aliud bellum, quod intentabatur Neapolitano regno, decrevit Pontifex aliam legationem; contendebant enim multi (d), id regnum a Ferdinando Alfonſi Regis filio adultera matre genito injuria teneri, atque ad Joannem Regem Aragonum ejuſdem Alfonſi defuncti fratrem legibus devolutum, & Ferdinandum alium Joannis filium pacatis Caſtellanis rebus ſua jura aliquando repetiturum ſuſpicio erat. Ad dirimendam itaque fœdere litem Joanna Regis Aragonum filia Ferdinando Regi Neapolitano juncta eſt matrimonio, ad cujus celebritatem ſacrandam Pontifex Rodericum Cardinalem Vicecancellarium epiſcopum Portuenſem Neapolim legavit (e), eandemque auctoritatem ei tribuit, quam jam antea in Hiſpanica legatione dederat (f).

Rex Aragon. jura in Neap. regnum contendit.
(d) *Plat. mſ. Vat. arch. in vit. Six. IV.*
(e) *Reg. 2. legat. p. 102. 103.*
(f) *Ead. pag.*

III.

Celebratæ aliæ clariſſimæ nuptiæ apoſtolica auctoritate inter Maximilianum Auſtriacum & Mariam Burgundam multorum principatuum heredem relictam a Carolo patre, qui cum improba propagandæ ditionis cupidine flagraret, atque ad aſſerendam ſibi Lotharingiam, quam Renatus junior dux illius princeps legitimus armis repetierat, anhelaret, in Nancei obſidione ab eodem Renato Germanicis copiis ſuccincto, atque urbi laboranti ſuppetias afferente, proditione comitis Campibaſſi Neapolitani profligatus, tribuſque confoſſus vulneribus nimiæ ambitionis, & barbaræ carnificinæ, quam exercere conſueverat, pœnas dedit: qui ſi bellicum illum ardorem convertiſſet in fidei hoſtes, ſummam gloriam conſequi potuiſſet: ſed dum aſſidue in Chriſtiano imperio inteſtina concitat bella, & Eccleſiæ ab impiis hominibus laniatæ exeidia ſpernit, e ſummo rerum faſtigio in extremam calamitatem repente concidit; de quo hæc Magni Belgici auctor memoriæ tradidit (g): *Dux Lotharengiæ in auxilio habens Suitenſes, diverſis in congreſſibus, & præliis ducem Carolum Burgundiæ non ſine magno populorum & rerum diſpendio frequenter ſuperavit, & ad tantam calamitatem perduxit, ut qui inclytus & glorioſus fuit in terra ſive in patria ſua, proprio literas ſcriberet ſanguine ad dominia & ſuos, ut inde violenter educerent eum, ſed fruſtra, quia juſtum judicium Dei ſuper ipſum venerat pro ſacrilegiis in locis ſacris, pro effuſione ſanguinis innumerabilium Chriſtianorum, pro prædationibus & oppreſſionibus ac exactionibus pauperum.*

Burgundus apud Nanceium cæſus perit.
(g) *Magnum chron. Belg.*
Fuſi Chriſtiani ſanguinis pœnas dat.

IV. Miſerum illius necis genus deſcribit hiſce verbis Belcairus (h); *Fugiens, turma ſequitum invadente, humi ſtratus nec cognitur, cæſus atque ſpoliatus inter cæteros jacuit; Captivi e Burgundis nonnulli cadentem viderunt: poſtridie conquiſitum foſſa haud admodum alta jacens glacie ſuperinducta cadaver oſtenderunt. Tribus vulneribus petitus fuit, altero in caput cæſim ad dentes uſque pervadente, altero punctim haſta in utrumque femur, tertio in podicem adacta.* Contigit ea clades, ut refert Comineus (i), hujus anni quinta januarii die pervigilio epiphaniæ; qua audita mox Ludovicus Francorum Rex fiduciarias Galliæ regiæ provincias, quas patriis legibus ad fœminei ſexus heredem devolvi non poſſe diſceptabat, invaſit. Deliberaſſe (k) initio Ludovicum Mariam cum Carolo filio matrimonio jungere, ut ampliſſimas provincias ſine ullo tumultu bellico Galliæ adjiceret, ſed elatum ſuccedentium rerum felicitate, contempſiſſe illius orbitatem, ac ſpoliare vi, quam in nurum aſciſcere maluiſſe; unde tot bella ad noſtra uſque tempora ingenti Chriſtiani Imperii malo propagata tradit Belcairus: *Si in priore*, inquit, *ſententia perſeveraſſet, melius nimirum & ſecum & cum Gallis univerſis & cum Burgundicis provinciis actum eſſet.* Et infra: *At ille bellum exitiale orſus eſt,*

quod

(h) *Belcair. dec. t. l. 3. n. 25.*
Summa ejus calamitas.
(i) *Sup. cap. 95. additionum ad Monſtr. unct.*
Gallus Rex fiduciarias provincias repetit.
(k) *Belcair. dec. t. l. 3. n. 27.*
Ludovici error maximus.

Digitized by Google

quod & ad poſteros velat hereditarium tranſmiſit, necdum conquievit, & illam, ut patrimonium tueretur, ad viri alienigenæ, hoc eſt, Germani nuptias reſpicere coegit, ipſa enim a Galliæ Regibus ab utroque parente oriunda Galla in primis nubere cupiebat. Ea itaque de cauſa inter Ludovicum ac Maximilianum (cujus ille nuptias miſſis Gaguino ſcriptore, de quo ſæpius memoravimus, in Germaniam, & Oliverio in Belgium diſturbare niſus eſt) magnum periculoſumque bellum eſt eo ortum. Deſcribunt pluribus captas urbes atque inita prælia hiſtorici (a), quæ fuſe narrare noſtri non eſt inſtituti. Cum autem tertio conſanguinitatis gradu Maximilianus Mariæ junctus eſſet, Lucas epiſcopus Sibinicenſis Apoſtolicæ ſedis nuntius id impedimentum removit (b), quam a canonica lege ſolutionem pontificio diplomate Sixtus corroboravit (c). Porro junctis (d) matrimonio Gandavi Maximiliano & Maria magno apparatu menſe julio, ejuſdem anni flexu Philippus Caroli V. & Ferdinandi Auguſtorum parens futuras Hiſpaniarum Rex ſuſceptus eſt [1].

(a) Gaguin. in Lud. XI. chron. in vol. 2. Naucl. gen. 50. Paul. Æmil. in Lud. XI.
(b) Reg. 2. leg. p. 307.
(c) Ib. p. 506.
(d) Crantz. l. 12. Saxon. c. 19. Naucl. vol. 2. gen. 50. & alii.

V. Inſtaurata Ingolſtadienſis academia.

Ad augendum in Germania literarium ſplendorem hoc anno, ſanxit Sixtus (e), ut in Ingolſtadienſi academia, quæ Ludovici Bavariæ ducis & comitis Palatini rogatu inſtituta fuerat, duo treſve theologi, totidem medicinæ profeſſores, tum quatuor, vel quinque juris pontificii, & imperialis doctores in ea publice docerent, ne res literaria in Bavaria defloreſceret. Conſignatum eſt hac temporis nota id diploma. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXVII. pridie kal. auguſti pontificatus noſtri an. VI.* Conditam etiam eodem anno Tubingenſem academiam, refert Nauclerus (f) his verbis: *Eodem anno ſalutis MCDLXXVII. ad inſtantiam inclyti comitis Eberhardi de Wirtemberg, & Montiſpelgardi ſenioris, illuſtriſſimæque dominæ Methildis matris ejuſdem, authoritate Apoſtolica univerſitas ſtudii generalis in hoc oppido Tubingen, Conſtantienſis diœceſis, provinciæ Maguntinæ, fuit erecta.*

(e) Lib. bull. ſecret. p. 94.

(f) Naucl. vol. 2. gen 50.

Tubigenſis acad. excitata a Sixt. IV.

VI. Fredericus Ungariam affectat.

In Germania regniſque finitimis natæ ſane inter principes, qui mutuam armorum ſocietatem in Turcas inire debuiſſent, perniciaiia diſſidia, Fredericus enim Imperator in Matthiam, cujus inhiabat regno, prolem in regno ſucceſſuram ſuſcipere ex nova conjuge ſperantem, conjuravit: (g) atque Hungariam immiſſis aliquot copiis turbavit, & Caſimirum Regem Poloniæ ſibi fœdere jungere niſus eſt, illiuſque filio Wladiſlao Bohemiæ Regi Viennam venienti ſolemni pompa fiduciarium jus regni Bohemici traditis vexillis, & pincernatus imperialis munere honorario contulit. Matthias vero Cruciferos ad recuperandos priſtinos principatus ſceptro Polonico conjunctos ſollicitavit in Fredericum, omiſſoque bello Turcico, quamvis Hungari omnibus precibus ab ipſo peterent, ne arma barbaris inferenda verteret adverſus Chriſtianæ religionis cultores, fortiſſimorum militum ſtipatus exercitu in Auſtriam turbinis inſtar irrupit, totamque fere provinciam pervagatus Viennam obſidione cinxit. Cum autem deeſſet imperatori animus, ut cum Matthia prælio decertaret, nec obſeſſis annonæ caritate laborantibus inferre commeatus poſſet, omnia autem Hungaro victori proſpere ſuccederent, Matthiam de fœdere, ingraveſcente jam hyeme, poſtulavit acerbioribus hiſce legibus, ut Polonici ſcriptores referunt (h) ut abrogatis geſtis cum Wladiſlao Rege Bohemiæ iterum Matthiam inſignibus, ac fiduciario jure regni Bohemici indueret: de jure omni, quod in Pannoniam ea præterita electione ſe habere contenderat, decederet; adhuc enim nomen regium Hungaricum cæteris titulis adjecerat; tum ingentem vim auri pro ſumptibus bellicis ipſi Matthiæ refundendis penderet, quibus numeratis amiſſas urbes arceſque reciperet.

(g) Michov. l. 4. c. 72. Crom. l. 28. Bonfin. dec. 4. l. 5. Ranzan. ind. 36.

Graviſſimo a Matthia bello petitur.

Ad pacem legibus acerbiſſimis cogitur.

(h) Michov. & Crom. ubi ſup.

Ungaro nomine abſtinere juſſus.

VII. Turcarum in Dalmatiam ſæva irruptio.

Ad hanc pacem conciliandam maximo ardore incubuere (i) Veneti, cum Turcæ his diſſenſionibus animis aucti imperium Chriſtianum dilaniarent. Et quidem circa ſacrum Michaelis archangeli diem triginta millia Turcarum irrupiſſe in Dalmatiam nar-

(i) Crom. ſup. l. 28.

NOTÆ [1] MEnſem, & diem initi connubii inter Mariam Burgundam, & Maximilianum Auſtriacum haud ſatis feliciter aſſequitur Annaliſta. Nuptiæ illæ bis celebratæ, ſemel quidem Gandavi, per procuratorem, Maria præſente, iterum vero ab utroque ſponſo præſente confirmatæ. Priores illas initas non diu poſt diem X. aprilis conſtat; cum ea die legatos Maximiliani ingreſſos Gandavum ſcribat author rerum Leodienſium ſub epiſcopis Heinsbergio, & Borbonio: Martene Veter. mon. to. IV. col. 1360 & paucis poſt eorum adventum diebus conjugium celebratum ſcribatur in excerptis ex Amelgario de geſtis Ludovici XI. Die vero XIV. auguſti conjugium illud ante initum ab utroque principe Trajecti confirmatur, ut idem anonymus Leodienſis teſtatur. Nuptiis hiſce Auſtriacæ domui potentia, & opes acceſſerunt, nam dotis nomine obvenerunt Maximiliano *Flandria, Brabantia, Burgundia, Limburga, Geldria, Lucemburgum, Hannonia, Hollandia, Selandia, Arteſium, Friſia, & comitatus Ruthphanienſis*, quibus omnibus late Carolus Mariæ pater dominabatur. Hæc vetus author annalium Noveſienſium apud Martene Veter. Monum. to. IV. col. 612. Mansi

(a) Mich. l. 4. c. 72.

narrat Michovias (*a*) [*t*] ac præſidia Venetorum, qui in Alpium anguſtias excubabant, trucidaſſe: tum ingentes captivorum Chriſtianorum veloti pecorum greges abduxiſſe, de qua clade ad Sontium ſive Liſontium amnem in Italico limite, cui tuendo Hieronymus Novellus præfectus erat, Cromerus (*b*) & alii meminere. Fuſius rem deſcribit Sabellicus (*c*), ac tradit noſtros tria millia equitum, pedites vero paucos fuiſſe, & a barbaris, qui decem millia numero erant, ſimulata fuga allectos in inſidias, & repente circumfuſos: poſtridie vero ab ea pugna Turcos quidquid inter Sontium, & Tiliaventum ſoli interjacet, cæde incendioque cuncta compleſſe, ingentemque avexiſſe prædam, eaque ad majores proximo anno clades Chriſtianis inferendas fuiſſe allectos: Paulo ante in Crojano etiam Albaniæ agro certatum (*d*) infeliciter, nam cum primo Veneti poſt ancipitem pugnam victoria potiti eſſent, & arces etiam, quas hoſtes circa urbem erexerant, cepiſſent eodem impetu: tum milites fugato hoſte, prædæ inhiarent, repente ſub noctem reverſus hoſtis incautos oppreſſit, inter quos Franciſcus Contarenus exercitus dux, ac plerique viri illuſtres occubuere.

(b) Crom. l. 18.
(c) Sabellic. ennead. 10. l. 7.
Itali ab iis deleti.
Vaſtata provincia.
(d) Id. ib.
Turca victus a Venetis.
Victor Venetus aſtu oppreſſus.

VIII.
(e) Sur. l. annal. 20 c 5. & 12. Marian. l. 24. c. 14.
Granatenſes in Murciam erumpunt.

Graſſati etiam ſunt Chriſti hoſtes in Hiſpania hoc anno (*e*) Muley Albohaceno Rege Granatenſi irrumpente cum triginta millibus peditum & equitum quatuor millibus in Murciam violatis induciis, quas cum Chriſtianis pepigerat: ac primo impetu in eos, quos reperit, nullo ætatis ſexuſve diſcrimine ſævit: imminente vero Chriſtiano exercitu præcipiti fuga in regnum ſe recepit, iterumque inducias triennales cum Ferdinando Rege, jam Hiſpali potito, redintegravit. Proferebant in dies Ferdinandus & Eliſabeth latius ditionem ſuam, populoſque ad ſuum obſequium tradocebant, abſente Alfonſo Rege Luſitano: & quamquam is ob fœderatorum principum gratiam ineunte februario a ſede Apoſtolica diploma elicuiſſet (*f*), quo ſolutis legibus canonicis Joannam Caſtellani ſceptri controverſam heredem matrimonio ſibi jungere poterat; ſuſceptæ tamen ignominiæ dolore ob non receptas auxiliares copias e Galliis, cum mutatis rebus Francorum Rex ad reſtituendas Gallicæ coronæ provincias vectigales, quæ Burgundo paruerant, incumberet, Jeroſolymam petere decreverat diſſimulato cultu, quo circa cum non compareret affluxit in Luſitaniam fama, illum extinctum, unde filius Luſitanum ſceptrum menſe novembri ſolemni ritu accepit (*g*): deinde vero cum a Gallo Rege interceptus honorificentiſſime dimiſſus eſſet in Luſitaniam, a filio magno apparatu exceptus eſt, regiis illi inſignibus reſtitutis.

(f) Cap. 10.
Ferdinandus in Caſtellam latius profert imperium.
Luſitanus fruſtra orat opem a Gallo.
(g) Sur. l. 20. c. 13. Marian. l. 24. c. 15.
Demum Luſitaniam repetit.

IX.
Fideles ad Virginis cultum accenſi.

Hoc anno Sixtus IV. augendi promovendique cultus beatiſſimæ Virginis pio ſtudio incitatus, ſacrarum precationum formulas opera Leonardi Nogaroli compoſitas inter divina myſteria, & preces horarias recurrente conceptionis Deiparæ feſto die repetendas inſtituit, ac fidelibus eas preces laudeſque divinas celebraturis præmia indulgentiarum impertiit, quæ in feſto corporis Domini inſtitutas preces frequentantibus a prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa fuerant.

Inſtitutum conceptionis B. Virg. officium.

Sixtus, &c. Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, auctoritate apoſtolica hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quod omnes & ſinguli Chriſti fideles utriuſque ſexus, qui miſſam & officium conceptionis Virginis glorioſæ juxta piam, devotam, & laudabilem ordinationem dilecti filii magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarii noſtri, & quæ deſuper a nobis emanavit, miſſæ & officii ejuſmodi inſtitutionem in die feſtivitatis conceptionis ejuſdem virginis Mariæ & per octavas ejus devote celebraverint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eamdem prorſus indulgentiam & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam juxta felicis recordationis Urbani IV. in concilio Viennenſi ac Martini V. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur illi, qui miſſam & horas canonicas in feſto corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti a primis veſperis

Illud repetituris propoſitæ indulgentiæ.

NOTÆ [*t*] DE Turcarum excurſione in Dalmatiam conjunctaſque Dalmatiæ regiones certiora affert anonymus Parmenſis, de quo in notis ſuperioribus ad hunc annum. *Ultima die veneris octobris Turcorum maxima turba tranſitu facto, per Sclavoniam ex Boſſina deſcenderunt Forum Julii, ſpatio dierum trium & totidem noctium, perveneruntque prope civitatem Utinæ. De quo adventu prævisi Veneti obviam ad oppoſitum miſerunt quammultos armatorum ferociſſimos, quos omnes exceptis duobus, ſcilicet proviſore Veneto, & quodam alio armorum ductore ipſi Turchi ceperunt, occiderunt, & in regionibus ſuis adduxerunt, & pauci vitam ſervaverunt, maxime Joannes Quiliaus de S. Vitali qui cum eſſet ad cuſtodiam certi tutiſſime paſſus, ſentiens impetum, & adventum Turcorum aufugit . . . Qua victoria habita ab ipſis Turchis immediate totam illam provinciam diſcurrerunt.* (Ad amnemuſque ri Tagliamento pertigiſſe ſcribit Sanutus) *igne, & ferro omnia vaſtantes, & villas centum, quinquaginta ſaccomannaverunt . . . . poſueruntque prope Utinum caſtra ſua.* Demum addit Venetiis ea de cauſa trepidatum fuiſſe, confeſtimque inſtructum 10000. exercitum in hoſtes ductum, qua re comperta Turcæ in Boſſinam redierunt. Tantum terroris a Turcis non ultra 1000. equos ducentibus illatum Sanutus eſt author. MANSI

rit & per illius octavam juxta Romanæ eccleſiæ conſtitutionem celebrant, dicunt, aut miſſæ officio, & horis hujuſmodi interſunt, præſentibus perpetuis temporibus valituris. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXVI. kal. martii pontificatus noſtri anno VI. Celebratum exinde eſt majori pompa feſtum immaculatæ conceptionis Deiparæ, concurrentibus ad ſacras illas pietatis illecebras Chriſtifidelibus, habitæque ſolemnes in templis conciones de B. Virginis, a peccati originalis macula liberatæ & exemptæ prærogativa. At qui perperam de immaculata conceptione ſentiebant variorum ordinum religioſi pia hujuſmodi officia repetentes hæreſeos nota temere inuſſerunt, quorum oblocutiones a Sixto refractas inferius videbimus.

De immaculata conceptione agitata controverſia.

X. Auctus Cardinalium ſenatus.

Auctum fuiſſe x. decembris hujus anni collegium Cardinalium a Sixto IV. memorat Stephanus Infiſſura (a), atque novorum purpuratorum patrum nomina paulo confuſius recenſet, quæ accuratius diſtinguit Felix Contelorius (b). Fuere illi Chriſtophorus Robureus Saonenſis archiepiſcopus Tarantaſienſis creatus presbyter tit. S. Vitalis, ſed is labente bimeſtri accepto in titulum ſepulchri cardinalatu obiit: Hieronymus Baſſus Robureus ex ſorore Sixti nepos epiſcopus Recinetenſis & Maceratenſis renuntiatus presbyter tit. S. Balbinæ: Gabriel Rangonus ordinis Minorum epiſcopus Agrienſis, presbyter tit. SS. Sergii, & Bacchi: Petrus Foſcarus primicerius S. Marci jam ante a Paulo II. in Cardinalem adſcitus, non tamen pro Cardinale habitus, quod promulgatus non fuiſſet, qui titulum S. Nicolai inter imagines accepit: Joannes de Aragonia Ferdinandi Regis Siciliæ citerioris filius protonotarius apoſtolicus primum creatus diaconus S. Hadriani, deinde presbyter tit. S. Sabinæ: is inſigni labore monumenta præſtantiſſima Romanæ eccleſiæ collegit, cujus opus in conſcribendis annalibus tum Cardinali Baronio, tum mihi magno uſui fuit: Raphael Galeottus Riarius protonotarius Apoſtolicus, S. Georgii ad velum aureum diaconus creatus, qui varios poſtea titulos geſſit.

(a) *Infiſſ. mſ. arch. Vat.*
(b) *Felix Contelor. in elench. Card.*

XI. Ad Cæſareas preces Helſler purpura donatus.

In arcanis etiam comitiis alius renuntiatus Cardinalis ob ardentes & continuas Friderici Imperatoris preces, nimirum Heslerus, de quo apud Jacobum (c) Cardinalem Papienſem mentio fit; ſed preſſam ſilentio eam electionem conſtat ex Sixti litteris ad ipſum datis (d).

Dilecto filio Georgio Heſler tit. SS. Viti in Macello S. R. E. presbytero Cardinali, &c.

Eadem Apoſtolica auctoritate, & de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu ſtatuimus, decernimus, & declaramus

(c) *Pap. ep. 662.*
(d) *MS. Vallic. ſign. lit. B. n. 19. p. 193.*

quod, ſi ante publicationem aſſumptionis hujuſmodi tuæ mortis noſtræ caſus accideret, cum in manu Dei ſit omnium vita, & mors, ipſi Cardinales prædicti ſub eiſdem, nec non ſub inhabilitatis pro illa vice ad electionem Romani Pontificis active, & paſſive pœnis teneantur & debeant, immediate ſcilicet infra diem naturalem habita notitia obitus noſtri, prædicta omnia publicare, atque pro Cardinali publicato in fratrem, & collegam recipere, prout ex nunc receperunt, atque ad ipſam electionem Romani Pontificis activam, & paſſivam admittere in omnibus, & per omnia, ac ſi publicatus jam per nos, & admiſſus per eoſdem fuiſſes; quodque tu ipſe capellum rubeum, & alia quæcumque cardinalatus inſignia geſtare & tenere cæteraque officia, & exercitia aliorum Cardinalium obire, ac frequentare abſque ſucceſſoris noſtri nova conceſſione, aut alterius cujuſcumque conditione libere, & licite valeas non obſtantibus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXVII. VII. kal. julii anno VI. Jacobus Cardinalis Papienſis de mandato ſanctiſſimi domini noſtri Sixti Papæ V. ſcripſi.

Si Pontificis obitus contigerit in Card. numero habendus pronuntiatur.

XII. Inſtauratum xenodochium S. Spiritus.

Miſertus Sixtus ægrotantium pauperum anguſtias, expoſitorumque infantium calamitates ad eos levandos animum adjecit. Et quidem Bartholomæus Platina (e) & Panvinus (f) meminere inſtauratas ab illo redactaſque in ampliorem ſplendidioremque formam xenodochii ſancti Spiritus ædes, quæ vetuſtate lababant, & non eas modo, disjectis veteribus, magnifice refeciſſe, verum ad illius vectigalia annua, quæ diſſipata fuerant, reſtituenda augendaque, ut in eo infantes expoſiti alerentur, & ægri pauperes ſpe ſalutis corporeæ allecti ſacramentis rite procurarentur, incubuiſſe. Condidit propterea pium ſodalitium, cui ipſemet nomen dedit, in quod qui referri vellent ad eleemoſynam erogandam xenodochio obſtricti erant: ingentibus vero ſacris beneficiis pro obtinenda noxarum expiatione afficiebantur. Extat (g) de his inſigne diploma, quod lector cupidus conſulat; hac vero temporis nota conſignatum eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXVII. XII. kal. aprilis pontificatus noſtri anno VII. Ego Sixtus catholicæ Eccleſiæ epiſcopus intravi ſanctam confraternitatem hoſpitalis noſtri ſancti Spiritus die XXI. martii MCDLXXVIII. benedicens omnibus & ſingulis auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra omnibus & ſingulis, ut dictum eſt, qui eamdem confraternitatem intrabunt, ſive fuerint prælati ſive clerici ſive laici cujuſcumque ſexus; concedimuſque eis, ut in mortis articulo poſſint, & valeant noſtra auctoritate plena-*

(e) *Plat. MS. arch. Vat. in vit. Six. IV.*
(f) *Panvin. in vita ejuſd.*
(g) *Ext. in bullar. in Sixt. IV. conſt. 14. & MS. Vall. ſign. lit. B. n. 19. p. 196.*

Sixtus pio illi ſodalitio nomen dat.

ria

rie abſolvi ab eorum confeſſoribus pariſormiter, & ſemel in vita, & eadem manu concedimus omnia, & ſingula in bullis noſtris contenta. Et ego Sixtus Papa IV. ſupraſcripta propria manu ſcripſi, & eadem manu mea ſubſcripſi.

Exci.

Digitized by Google

I. EXcitatum eſt inopino caſu in Italia civilis belli incendium anno excurrentis ſæculi ſeptuageſimo octavo undecima indictione, quo res Chriſtiana admodum labefactata eſt, ac tyrannis Turcica amplificata, hinc Polono & Veneto a Turcia pacem redimentibus, hinc Pontifice, Ferdinando Rege Neapolitano, & Senenſibus conſurgentibus in Florentinos; Francorum vero Rege, duce Mediolanenſi, ac Venetis Florentinorum cauſam tuentibus: quocirca ad majora audenda adjecti Turcis animi, demumque apertus aditus ut Othomannica ſigna Italiæ inferrent, ſed prius funeſti belli ex nefaria in Mediceos conjuratione, qua hoſtium dira impietas ipſos, dum cœleſtia hoſtia immolabatur, pollutis aris mactare annifa eſt, exordia repetenda ſunt. Narrat inter alios ſincere facinus Maffæus Volaterranus (a): *X. kalendas maii die dominico anno MCDLXXVIII. conjurati ſpecie rei divinæ Florentiam veniunt ſimul cum Raphaele legato*, ſcilicet Cardinale Riario, *Hieronymi*, nempe Riarii propinquo, *qui una ſeu forte ſeu conſilio aderat, e ſchola Piſana nuper factus Cardinalis: in ædem omnes Reparatæ mane ad ſacrificium conveniunt. Salviatus interim cum ſuis clam armatis templo deſcendens in curiam, ut Cæſarem vexilliferum alloquatur alio ſimulato negotio proficiſcitur, eo tamen conſilio, ut orta cæde in templo, ipſe præſto eſſet, qui curiam ſimul cum magiſtratibus invaderet. Igitur dato ſigno cum Euchariſtia attolleretur, Bernardus Bandinus primus Julianum Laurentii fratrem confodit, Antonius Volaterranus, qui primas ſibi partes depopoſcerat odio ductus veteris in Volaterranos injuriæ, Laurentium ex alia parte aggreditur poſt tergum, paululumque intra jugulum ferit, cum ille ſtatim ad clamorem converſus ictum vitaret, ac iterare vulnus volentem propere ſubterfugit in ædic ſacrarium proximum, ubi a ſuorum multitudine exceptus ac ſervatus eſt.*

II. *Fama interim eum eſſe vivum pervagante animus Laurentianis additur: conjurati alii alio aufugiunt præter Jacobum Pactium equitem, qui equo urbem percurrens ad libertatem populum excitabat, cumque neminem proſequentem videret: protinus egreſſus porta Faventina fugam arripuit. Legatus e templo a civibus in curiam ductus, ac cuſtodiæ traditus, tum pro viri dignitate tractatus eſt. Interea Salviatus, qui cum vexillifero de induſtria ſermonem protrahebat, ut finem expectaret, ſtatim comprehenſus, & ipſe eodem die cum omnibus ſuis ſontibus, & inſontibus, ſimul & Franciſco Pactio, Jacobo Salviato, ac Jacobo Poggii filio, qui & ipſi inter conjuratos erant, ad curiæ feneſtras ſuſpenſus fuit. Poſtridie vero ejus diei Renatus Pactius, nam is tantum conſcius fuit, in villam abiit, ne rei, quam minime probarat, intereſſet: tamen ei nocuit ingens opinio, qua cæteris gentilibus præſtabat, & quo potiſſimum formidatus erat. Sequenti vero die Jacobus Pactius ſimul cum Joanne Baptiſta Monteſecio e fuga retractus eundem exitum habuere; is enim Joannes Baptiſta miles erat Hieronymi, cui datum ab initio negotium Laurentium invadendi: verum, qua mente aut conſilio neſcitur, rem eadem die detrectavit, ejuſque officio delegatus Antonius, quem ſupra nominavi; nec tamen propterea ſupplicium evaſit. Antonius vero octavo die in cœnobio prope poteſtatis ædes repertus ſimul cum Stephano idem ſubiit fatum: erat autem Stephanus Jacobi Pactii ſcriba, qui Antonium ſequi comque invare ſe receperat, ac minime præſtiterat. Adfuit eodem die e conjuratis Joannes Franciſcus Tolentinas ex agro Forocornelienſi cum peditibus mille, totidemque Laurentius Tifernas ex alia parte, qui ubi rem infectam viderunt, magno ſe periculo domum receperunt.*

Civilia bella in Italia exorta.

(a) Volat. geograph. lib. 5.

Facta in Mediceos conjuratio.

Fruſtra Florentini ad libertatem a conjuratis vocati.

Conjurati affecti ſupplicio.

Eorum ſubſidiarii re infecta reverſi.

III. Tantum abfuit, ut ob eam conjurationem depreſſa ſit Mediceorum familia, ut potius majori, quam antea, exiſtimatione atque auctoritate floruerit; nam & Juliano cæſo natus eſt filius poſthumus nomine Julius, qui ſummum pontificatum adeptus Clementis VII. nomen geſſit, auxitque familiam, ut exulem in Florentino principatu conſtabiliret; & Laurentius natu major ſuperſtes publicos corporis ſtipatores accepit, liberaſque reipublicæ habenas, tum ærarii publici ad diſſolvendum æs alienum adminiſtrationem obtinuit. Cauſæ autem conflatæ conſpirationis pleræque ab auctoribus afferuntur, nimirum conceptum a Pactiis odium in Mediceos, qui omni arte æmulam imperii Pactiam ſtirpem opprimere nitebantur: paſſimque ab hiſtoricis (b), etiam pontificio nomini addictis (c), carpitur Sixtus, ut ultionis in Mediceos particeps, quamquam illum patrandi flagitii ratio ultimo a conjuratis concepta latuit, ſed quod Mediceos, quos ſæpius hoſtes ſenſerat, a reipublicæ Florentinæ gubernaculis depelli percuperet: nam & Laurentius, ut obſervat Volaterranus (d), in Tiferni obſidione Nicolao Vitellio auxilium clandeſtinum ferre contra Pontificem deprehenſus fuerat: propagarat etiam Florentinum dominatum in Emiliam non ſine Romanæ eccleſiæ damno: obnixus erat contra decretum apoſtolicum, quo Franciſco Salviato Piſanus archiepiſcopatus traditus fuerat, ac ne in agro Florenti-

no-

Mediceorum crevit auctoritas ex caſu funeſto.

(b) Ang. Pol. Brut. l. 6. & 7. Machiav. hiſt. Floren. l. 8.

(c) Volater. Geograph. l. 5. & Anrop. l. 22. Steph. Infiſſ. in chron. hoc ann. Panvin. in vita Sixt. IV.

Cur adhæſerit Sixtus criminis ſuſpicio.

(d) Volat. Geogr. l. 5.

Medicei in pluribus illis adverſati. Ditionem eccleſiaſticam affectarant.

norum vectigali in poſſeſſionem veniret diu obſtiterat; Hieronymo etiam Riario erat adverſatus, ne Foricornelii principatu poriretur, pluraque alia ad elidendam pontificiam majeſtatem, tum Peruſium, aliaque loca ab eccleſiæ Romanæ divellenda imperio, ac novis tyrannis ſubjicienda ſuerat molitos: quare conjurationis periculo liberatum Laurentium, ac Florentinos illius ſtudioſiſſimos mox Sixtus anathematiſmis, indeque bello adortus eſt.

IV. Anathemate defixi ob violatam eccleſiaſticam immunitatem.

Ferendæ itaque ſententiæ, & incutiendi anathematis cauſa ex violata dignitate ordinis eccleſiaſtici petita eſt, præfatuſque Sixtus du cenſuris, quibus Joannes XXII. ditionis eccleſiaſticæ invaſores eorumque ſocios perculiſſet, in medium attulit facinora, quæ Laurentius ejuſque ſectatores, & Florentini ad pontificium principatum labefactandum patrarant: ut ad Nicolaum Vitellium in Tifernenſi tyrannide confirmandum ſuppetias ei tuliſſent; excitaſſent Carolum Montorium, ut Peruſium Pontifici eripere pertentaret, ac Senenſem agrum popularetur: Deiphebum Averſi olim Anguillariæ comitis filium a Paulo II proſcriptum excepiſſent, fovisſentque: Cæternam ditinni pontificiæ obnoxiam oppugnaſſent: Etruſcum mare, ac littus Romanum infeſtaſſent; venientes ad ſedem Apoſtolicam cepiſſent: diu adverſati eſſent ne Piſanus archiepiſcopus eccleſiam ſuam adiret, neve poſtea ſuam authoritatem exerceret. Demum ob privatas diſſenſiones immaniter ad pretorii feneſtras ſtrangulaſſent laqueo: cepiſſent Raphaelem Cardinalem, nec dum epiſcopi Modruſienſis a ſede Apoſtolica miſſi precibus ad illum dimittendum adduci potuiſſent. Ob tot igitur tantaque facinora Laurentium, eique adjunctos Florentinos anathemate, interdicto, & aliis pœnis hoc edicto contentis perculit.

Ad futuram rei memoriam.

V. Faverat Vitellio ad Tiphernum occupandum.

Iniquitatis filius, & perditionis alumnus Laurentius de Medices, & nonnulli alii cives Florentini, ejus in hac parte complices, & fautores, ſuperioribus annis reprobo ſenſu, ac perverſæ & damnatæ conditionis filio Nicolao de Vitellis, ut ejuſdem Romanæ eccleſiæ civitatem Caſtelli nobis rebellem faceret, eamque per tyrannidem occuparet, & detineret occupatam, conſulere, favere, & auxiliari, etiam poſtquam per literas, & nuncios noſtros Laurentium & complices prædictos paterne monueramus, atque, ut a præſtandis dicto Nicolao auxiliis hujuſmodi deſiſterent, charitative requiſiveramus, quibus potuere viribus non expaverunt, quinimmo tanquam aſpis ſurda noſtris hujuſmodi requiſitionibus aures claudentes pertinaces, etiam poſtquam dilectus filius noſter Julianus tituli S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatus, quem cum exercitu, ut ipſam civitatem Caſtelli ad ejuſdem eccleſiæ obedientiam, & devotionem reduceret, tranſmiſeramus, ſe illuc contulerat, ac exercitus hujuſmodi noſter apud civitatem antedictam caſtra metaretur, & illam teneret obſeſſam, Laurentius & complices prædicti, non ignari etiam gravium aliarum cenſurarum, & pœnarum, quas per certas alias noſtras speciales literas publicatus, ipſo facto erant incurſuri quicumque dicto Nicolao, & ejus gentibus auxilium darent, conſilium, vel favorem, quæque omnia, & ſingula, quæ ipſi Nicolao quovis modo obligati ad ejus defenſionem cenſeri poterant, quanquam contra dictam Romanam eccleſiam ad eumdem Nicolaum ipſius eccleſiæ ſubditum, & vaſallum, præſertim in hujuſmodi rebellione defendendum nemo potuit, ut notorium eſt, ſe obligare, ad cautelam tamen ab omni fœdere, liga, & juramenti vinculo quemcumque ad hujuſmodi effectum tendente abſolveramus, eidem Nicolao, quantum in eis per amicitias favere, & auxiliari non deſiſterunt, uſque adeo, ut cum Nicolaus antedictus, omnipotenti Deo cauſam Eccleſiæ ſuæ tutante, a prædicta civitate ejectus exiſtiſſet, uſque in ea arcem pro patroni illius tutela conſtrui, & ædificari mandaviſſemus, idem Laurentius & complices prædicti Nicolao prædicto, ut, contra fidem per eum nobis datam, civitatem prænominatam per proditionem reingredi, & iterum occupare, prædictam Romanam eccleſiam ſpolianda, valeret, rurſus aſſiſtere, ac poſtmodum ipſe Nicolaus hujuſmodi perfido ſuo propoſito, admittentibus in contrarium, & contra eos, qui dictæ arci per nos propoſiti erant, deceptus remanſiſſet, eumdem cum ſuis receptare, pleraſque ſimultates, & conſpirationes cum eo adverſus eandem Romanam eccleſiam facere, mala malis addendo, ſimiliter non formidaverint.

VI.

Hic quoque non contenti, cum dicta civitate ipſam Romanam eccleſiam, ut cupiebant, ſpoliare non poſſent, ut adverſus eandem, a qua tot honores, & commoda, ac etiam in eorum opportunitatibus auxilia conſecute eſſe dignoſcuntur, conceptum virus diffuſius evomerent ſuis pravis, & doloſis machinationibus, ut quidam Carolus de Montone Peruſinam etiam civitatem a noſtra & prædictæ Romanæ eccleſiæ obedientia & devotione, quibus ſubeſt, ſubtraheret, ac ſuæ tyrannidi ſubjiceret, ſolicitatis ad id etiam nonnullis dictæ civitatis civibus, procurarunt; propter quæ non minus graves impenſas ſubire, quam de aliquorum ſubditorum noſtrorum fide dubitare, & in nonnullos, qui culpabiles reperti fuerunt, animadvertere coacti ſumus. Quinimmo deinceps cum prædictum Carolum vana ſpe in hujuſmodi negocio, & tractatu illuſum vide-

Confirmarat in perduellione.

Peruſii invaſori ſtuduerat.

Turbas in Italia concitare niſus erat.

deret, ne ab inceptis ob inopiam deſiſtere cogeretur, Laurentius antedictus, non advertens, quod Italiæ pace turbata, & debilitatis dictæ eccleſiæ Romanæ viribus atrociſſimo Turcorum principi immaniſſimo fidei orthodoxæ hoſti, facilior ad Italiam ipſam aditus aperiebatur, prædictum Carolum, ut congregato facinoroſorum hominum exercitu in Senenſem agrum incurſiones faceret, ipſumque depopularetur, & in prædam daret, ac plurima alibi nefanda perpetraret induxit, ad finem etiam, ut ſubſtentato pro tempore ejus exercitu, nec intermiſſa interim proditione, ſollicitatione Peruſinam civitatem prædictam Carolus ipſe de improviſo ingredi, & ea per fraudem potiri valeret. Quod quidem cum per Dei potentiam minus eis ad votum ſimiliter ſucceſſiſſet, & nos pro conſervanda Italiæ pace caſtrum Montoni a dicto Carolo in territorio Peruſino per antea poſſeſſum, quod his ſcandalis occaſionem præbuerat, & in dies præbere poſſe videbatur, prout poterat veriſimiliter formidari, ad jus & proprietatem ejuſdem Romanæ eccleſiæ, data prius pro eo recompenſa reduci curaremus, idem Laurentius & complices, & ſi nulla injuria per nos, aut per noſtros laceſſiti fuiſſent, in ſuo pravo animo contra Romanam eccleſiam prædictam improbe perſeverantes, ne hujuſmodi caſtrum ad eandem eccleſiam deveniret, neve ſcandalorum materia tolleretur, deſtinatis ad id armigeris, quorum nonnulli ductores a noſtris poſtea intercepti ſunt, exquiſitis & damnatis viis impedire tentarunt.

Immiſerat milites ad caſtrum Montoni eccleſiæ eripiendum.

VII. Perduellibus Anguillariæ opem porrexerat.

Inſuper ut eandem Romanam eccleſiam, cumulatis contra eandem improbis favoribus magis opprimere conarentur, Deiphebum de Anguillaria quondam Averſi etiam de Anguillaria comitis filium, per felicis recordationis Paulum ſecundum prædeceſſorem noſtrum, exigentibus ejus demeritis, olim a detentione terrarum, caſtrorum, & locorum quæ in territorio ipſius Romanæ eccleſiæ per tyrannidem poſſidebat, amotum, & a terris ejuſdem Romanæ eccleſiæ exulem factum, ut ſe Carolo prædicto cum armata manu conjungeret, quo prædicta eccleſia Romana a duobus fortius laceſſeretur, evocari, venientemque in territoriis dominii Florentini recipi, ac per plures dies ibidem commorari procurarunt.

VIII. Præterea ad caſtra ejuſdem Romanæ eccleſiæ anhelantes, & apertis faucibus inhiantes, caſtrum Citernæ civitatis caſtelli diœceſis, quod ad eandem eccleſiam pertinere dignoſcitur, per inſidias nocturnas, clam invadere, & dato ad id nonnullis armigeris negocio, tyrannidi eorum ſubjicere, quamvis temerariis eorum auſibus fidelium dicti caſtri cuſtodum opera, & diligentia obſtiterit, minime erubuerunt: nec minus ſententias, & cenſuras, per prædeceſſores noſtros, & nos ſucceſſive in bulla, quæ in cœna Domini ſingulis annis legitur, & publicatur, in eos latas, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes ab eadem, temeritate propria capiunt, detinent, aut talia fieri mandant; nec non qui Romipetas, & peregrinos ad urbem cauſa peregrinationis, & devotionis accedentes capiunt, detinent, ſeu deprædantur, aut aliis ſuper his auxilium præſtant, conſilium, & favorem, pariformiter & per piratas, & latrunculos, maritimos, & illos præcipue, qui mare noſtrum a monte Argentario uſque ad Terracinam diſcurrere, & navigantes in illo deprædari, vulnerare, interficere, & rebus ac bonis ſuis ſpoliare præſumpſerint, receptant, aut eis auxilium dant, conſilium, vel favorem. Simul etiam, qui victualia, vel alia ad uſum Romanæ curiæ neceſſaria deducentes, ne ad curiam ipſam deducantur, vel deferantur impediunt, invadunt, ſeu perturbant, & qui talia facientes receptant, vel defendunt, idem Laurentius, & complices ſui prædicti parvipendentes, & elevata cervice atque animo more Pharaonis indurato contemnentes, & ſpernentes, multos ad ipſam curiam Romanam cauſa proſequendi negocia ſua venientes, & noviſſime dilectos filios Bernardum Sculteti de Lauborgo, Thimoboldum de Leytzban, & Henricum Brandis clericum Lubicenſis Romipetas, & peregrinos, qui ad urbem eandem cauſa devotionis accedebant, capere, bonis ſpoliare, & carceri mancipare, nec non quaſdam triremes remigiis, & aliis navalibus inſtrumentis abunde munitas in mare noſtrum præfatum diſcurrentes, & navigantes in illo deprædantes, boniſque & rebus eorum ſpoliantes, vulnerantes, & interficientes, nec non & victualia, quæ ad uſum dictæ curiæ Romanæ neceſſaria ad eandem pro tempore deferebantur, invadentes, receptare, defendere, favoribus proſequi, alimenta eiſdem non denegando, ut (quod deterius eſt) etiam ſtipendiis ordinariis conducere, & adjuvare præſumpſerunt, contumaciter in hujuſmodi cenſuris & pœnis, etiam per diuturna tempora inſordeſcentes.

Cenſuris ſe devinxerat.

Venientes ad curiam ceperat.

IX. Porro, ne quid ſceleris intentatum aut inauſum relinquerent, non immemores aut ignari cenſurarum & pœnarum in ſacris canonibus contra violatores eccleſiaſticæ libertatis, & dictæ ſedis authoritatis per eoſdem prædeceſſores noſtros diverſis temporibus ſucceſſive promulgatarum, & contentarum, cum nos dudum eccleſiæ Piſanæ certo modo vacanti, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, de perſona bonæ memoriæ Franciſci archiepiſcopi Piſani, eandem illi in archiepiſcopum præficiendo provideſſimus, Laurentius & complices ſui prædicti, ne proviſio hujuſmodi debitum ſortiretur effectum, per plura tempora prohibere, mandatis noſtris palam reſiſtendo non formi-

Piſanum archiepiſ. ab eccleſiæ poſſeſſione diu prohibuerat.

Digitized by Google

midarunt. Deindeque tum per omnipotentis Dei gratiam dicta ſedis prævaluiſſet authoritas, idemque Franciſcus archiepiſcopus, qui etiam ex inſigni familia Salviatorum optimorum civium Florentinorum exiſtebat, mandatorum noſtrorum vigore regiminis, & adminiſtrationis dictæ Piſanæ eccleſiæ pacificam poſſeſſionem conſequutus fuiſſet, idem Laurentius pravo & maligno animo, tam in eum, quam in multos alios dictæ civitatis Florentinæ etiam primarios & optimates cives odiis exercens continue, dicti archiepiſcopi authoritatem conculcare, & in iis, quæ ad eum ſpectabant, indebite ſe immiſcere, ac ipſius archiepiſcopi, ſicut & tyrannide quadam Florentini populi, omnem authoritatem ſibi vendicare, & uſurpare non ceſſavit.

Eccleſiaſticam auctoritatem calcarat.

X. *Cum nos Salvatoris noſtri exemplo, cujus proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſperantes eoſdem Laurentium & complices ſuos, & tantorum exceſſuum per eos contra nos, & præfatam Romanam eccleſiam impie commiſſorum pœnitere, & illatas injurias atque damna hujuſmodi bene operando in dies recompenſare debere, hæc omnia pro Italiæ pacificatione pace, & quiete æquo animo tolerare devoviſſemus, eoſdemque Laurentium & complices paterna charitate, ac ſi numquam talia commiſiſſent, proſequeremur, & pro poſſe non ceſſaremus in cunctis complacere eiſdem, contrarium ſpei noſtræ hujuſmodi nobis ex directo ſucceſſit, nam cum ex eo, quia Laurentius ipſe noviſſime multos ex dictis civibus Florentinis primariis partim relegare, partim de medio tollere, & occidere, ſicut fertur, intendens, ut latior ſibi ad vindictam, & crudelitatem hujuſmodi campus pateret, ſeſe in unum ex octo civibus Florentinis, de balia nuncupatis, aſſumi & eligi procuraverat, ægre hoc ferentibus civibus, ad aliquas civiles, & privatas inter eos diſſenſiones deventum eſſet, Laurentius prædictus, & tunc priores libertatis, ac vexillifer juſtitiæ dictæ civitatis Florentinæ, aſſiſtentibus eiſdem complicibus reliquis ex dictis octo de balia nuncupatis, & nonnullis aliis civibus dictæ civitatis, Dei timore penitus abjecto, furore ſuccenſi, & diabolica ſuggeſtione vexati, ac tamquam canes ad efferam rabiem ducti, ut tandem ſua libidine potiti, in eccleſiaſticas perſonas, quantum poſſent, ignominioſius ſævirent (proh dolor, & inauditum ſcelus) in archiepiſcopum prædictum manus violentas injicere, & captum per plures horas in publico palatio reſidentiæ eorumdem priorum, & vexilliferi detinere, ac tandem communicato invicem deſuper conſilio, eum publice in feneſtris dicti palatii eminentibus coram populo, in die dominico laqueo turpiter ſuſpendi fecere: cumque vitam finiviſſet, laqueum ſcindi, ut corpus ipſius in terram caderet, quemadmodum cecidit (quod ne dum referre, ſed meminiſſe horremus) procurare minime erubuerunt: multoſque deinde alios presbyteros, ac eccleſiaſticos viros bonæ conditionis, & famæ, quorum aliqui erant ex dilecti filii noſtri Raphaelis S. Georgii ad velum aureum diaconi Cardinalis in provincia noſtra ducatus Spoletani, & nonnullis aliis civitatibus, terris, & locis prædictæ Romanæ eccleſiæ dictæ ſedis legati, & aliqui ex dictis archiepiſcopi familiaribus, partim ſuſpendi, partim gladiis, & fuſtibus confodi, & necari palam, & publice in eccleſiaſticæ dignitatis opprobrium fecerint, & deterrima prioribus aggrediendo Raphaelem Cardinalem & legatum prædictum in dicta civitate Florentina in eccleſia cathedrali, dum ibidem divinis officiis, & miſſarum ſolemniis eadem die dominica intereſſet, capere & capi mandare, capturamque ipſam ratam habentes, eumdem ſub fida cuſtodia in prædicto palatio teneri curarunt, & curant, & dum venerabilis frater Nicolaus epiſcopus Madruſienſis, noſter & ejuſdem ſedis nuncius ad hoc ſpecialiter deſtinatus prædictos Laurentium, priores vexilliferum, ac complices, ut Raphaelem Cardinalem & legatum prælibatum in ſua libertate reponerent noſtro nomine requiſiviſſet, illud negare, & ſe eumdem Cardinalem dimittere nolle pertinaciter affirmare non dubitarunt, in clericalis ordinis, & paſtoralis officii vituperium. Quæ omnia in Raphaelem Cardinalem & legatum, ac archiepiſcopum, presbyteros, & clericos prædictos perpetrata, communi omnium de eis notitiam habentium judicio damnata, publica omnium fama id atteſtante, & facti notorietate approbante, adeo referuntur, & eorumdem de illis notitiam habentium animi in hoc ſuſpenſi, & oculi pendentes eſſe aſſerantur, & expectent, quid a nobis in tales pro tantorum ſcelerum ultione ſtatuatur.*

In cives Florentinos vindictam exercuit.

Piſanum archiep. laqueo præfocari publice juſſit.

In plures ſacerdotes ſævit.

Raphaelem Card. in templo cepit.

Ad Pont. monita dimittere negavit.

XI. *Nos igitur præmiſſis omnibus debita meditatione penſatis, quamvis immenſa ſceleſtiſſimorum hominum crudelitatem feritatemque immaniſſimam, ac flagitioſiſſimum & ignominioſum univerſæ Eccleſiæ ſanctæ Dei dedecus turpiter illatum videamus, & a prædeceſſoribus noſtris in magnos principes ob minora facinora acriter ſævitum eſſe conſpiciamus,* & infra, *habita ſuper his cum eiſdem fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum unanimi conſilio & aſſenſu authoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus iniquitatis filios Laurentium, priores, vexilliferum, octo de balia antedictos tunc, & qui illis in eorum prioratu, & vexilliferatus, ac octo de balia officiis ſucceſſerunt nunc exiſtentes, ac omnes & ſingulos eccleſiaſticos, & ſæculares, qui eis in præmiſſis in archiepiſcopum, & Raphaelem Cardi-*

dinalem, presbyteros, & clericos præfatos commiſſis præſtiterunt, & præſtant auxilium, conſilium, vel favorem, detentioneque Raphaelis Cardinalis præfati continuant, quorum nomina, & cognomina, ac ſi exprimerentur, volumus haberi pro expreſſis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, & quacumque eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fungantur, propter præmiſſa in Raphaelem Cardinalem, Franciſcum archiepiſcopum, presbyteros, & clericos præfatos commiſſa, juxta bonæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi ſimiliter prædeceſſoris noſtri, & Viennenſis concilii, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, & decreta criminis læſæ majeſtatis reos, ſacrilegos, excommunicatos, anathematizatos, infames, diffidatos, inteſtabiles. Et ut publica repulſa confuſi nullum inveniant ſuæ militiæ ſucceſſorem, cujuſlibet hereditatis eſſe ab inteſtato incapaces, feudis inſuper, ac locationibus, officiis, & bonis ſpiritualibus, & temporalibus, quæ ſinguli eorum a præfatis Romana, & Piſana eccleſiis, nec non dictorum Laurentii, priorum, vexilliferi, octo de balia, & aliorum complicum filios, & nepotes per rectam lineam deſcendentes, quibuſcumque beneficiis eccleſiaſticis, quæ quomodolibet tempore perpetrationis exceſſuum prædictorum obtinebant, qualiacumque forent, ſpe promotionis in futurum omnino ſublata, privatos, nec non feuda ad bona locata hujuſmodi, ad eccleſias ipſas; ita ut ii, ad quos ſpectant, de illis pro ſua voluntate diſponant, reverſa eſſe. Et cuncta eorundem Laurentii, priorum, vexilliferi, & octo de balia, ac auxilium, conſilium, vel favorem præſtantium, complicum & adhærentium hujuſmodi ædificia in ruinam dari debere, ita ut eorum habitationes deſertæ fiant, & non ſit, qui eas inhabitet impoſterum. Et ut perpetuam notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo umquam tempore reparentur, nullum eis debita reddere, nullumve in judicio reſpondere teneri: nulli quoque filiorum aut nepotum prædictorum, per virilem ſexum deſcendentium ab eiſdem, alicujus aperiri debere januam dignitatis aut honoris eccleſiaſtici, vel mundani, & ad alicujus loci regimen aſcendere omnino poſſe, poſtulandi facultatem eis negatam notariatus, judicatus, & quodlibet aliud officium, ſeu miniſterium publicum interdictum; ad ordinis aſcenſum inhibitum, ad beneficia, & officia eccleſiaſtica denegatum aſcenſum exiſtere. Et ut magis ſit famoſa eorum infamia, ad actus legitimos nullum eis aditum, nullamve portam patere. Quidquid in bonis tunc inveniebatur, eorundem fiſci, & Reipublicæ dominio applicatum fore, ita ut ex illis nil tranſmittatur ad poſteros, ſed potius cum eis & ſua damnata exiſtant. Florentinam præterea, & Feſulanam, ac

Decretoria in eum & Florentinos magiſtrat. ſententia.

Piſtorienſem illi propinquioris dominio ſubjectas civitates, & diœceſes eccleſiaſtico, & ſtrictiſſimo interdicto ſuppoſitas eſſe, & præter has pœnas, eoſdem Laurentium, priores, vexilliferum, octo de balia, auxiliatores, conſultores, fautores, complices, & adhærentes omnes, & ſingulas alias excommunicationis, anathematis, & æternæ maledictionis ſententias, cenſuras, & pœnas in tam gravia crimina, & exceſſus perpetrantes, tam a jure, quam per extravagantes conſtitutiones, & litteras prædeceſſorum prædictorum, & noſtras inflictas incurriſſe; ipſam quoque civitatem Florentinam, ſi infra menſem ei a jure ſtatutum Laurentium, priores, vexilliferum, octo, auxiliatores, conſultores, complices, fautores, & adhærentes prædictos, prout tanti facinoris exigit enormitas, & ei facultas affuerit, non duxerit puniendos, pontificali, archiepiſcopali qua decoratur dignitate privatam fore, & nihilominus interdictam remanere, &c. Denique Laurentium Mediceum ac magiſtratus ſolemni ritu diebus feſtis anathemate percelli juſſit, atque cum iis eorumque ſectatoribus, ac ſociis quodvis genus commercii haberi vetuit. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, kal. junii pontificatus noſtri anno VII.

Objectæ civibus pœnæ ni magiſtratus & Laurentium puniant.

Sprevere (*a*) pontificias cenſuras Laurentius Mediceus, ac Florentini tanquam exercendæ vindictæ cupidine latas, nec Raphaelem Cardinalem ad Sixti imperia emiſerunt e carcere, ſed aliquandiu detinuere intentato illi capitis judicio, impoſitoque Pactiæ conjurationis crimine: demum veriti ne eos res fœderatos ab ipſis alienaret, & fideles religionis ergo in Florentinam rempublicam conſpirarent, tum etiam Raphaelis cognita innocentia, agebat (*b*) enim tantum decimum octavum ætatis annum, & recentiſſime e Piſana academia exierat, neque in ſocietatem tantæ conjurationis aſcitus videri poterat, quamvis illius præſentia conjurati ad ſceleris captandam occaſionem abuſi eſſent, incolumem dimiſere.

XII.
Spretæ a Florent. cenſuræ ut iniquæ.
Poſt aliquod tempus dimiſſus Card.
(*a*) *Sixt. lib. brev. in bull. ep. 127. Brut. Flor. hiſt. l. 7. & aliis.*
(*b*) *Volater. Geogr. l. 5.*

At non propterea placatus eſt Sixtus, ſed ejuſdem Cardinalis carcerem, alioqui honeſtum, dictarumque cenſurarum contemptum ulturus, Laurentium ipſiuſque ſectatores Florentinos x. kal. julias novo anathemate pœniſque gravioribus perculit (*c*): tum fideles commercium cum Florentinis habere, ſervareve fœdera, tum militibus ſtipendia ſub iis facere vetuit: moxque in eoſdem fortiſſimum exercitum immiſit, inita belli ſocietate cum Ferdinando Rege Neapolitano, qui aſſurgentem in dies Florentinam potentiam tolerare non poterat, & Senenſibus, qui pariter finitimos depreſſos optabant: cujus belli ſeriem Florentini, ac Senenſes hiſtorici fu-

XIII.
Bellum Florentinis indictum a Sixto.
(*c*) *Ib. ep. 117. p. 10.*

(a) Brut. l. 7. Malavolt. 2. p. l. 8. & alii. Diſceptatum an æqua foret Sixti ſententia. (b) Politian. Brutus & Machiav. ubi ſup. Aug. Juſt. l. 5.

ſius deſcribunt (a). Acerbiora pleriſque viſa ſunt Sixti imperia, & doloris ob repreſſam conjurationem impatientia æquitatis metas egreſſa; vociferatum enim eſt oppreſſos jure ſacerdotes, qui aras principum ſanguine polluere fuerant meditati: Piſanum archiepiſcopum in flagranti ſcelere, cum trucidare magiſtratus vellet, comprehenſum, neque in tanto tumultu legum vocem audiri potuiſſe: tum indignum videri eos cenſuris armiſque obrui, quorum vita cum reipublicæ Florentinæ everſione, facta nefaria conjuratione (b), appetita ferro atque inſidiis fuiſſet.

XIV. Gallorum Rex ac plures principes Sixto adverſati.

Laniata itaque a multis non Florentinis modo, ſed aliis etiam liberis populis Italis, & tranſalpinis pontificia exiſtimatio eſt, ut adverſus Sixtum Ludovicus Francorum Rex, Joannes Galeatius dux Mediolanenſis, Veneti, Hercules dux Ferrariæ, Robertus Malateſta Ariminenſis toparcha, Antonellus Foroliviensis ad arma coiverint, eidemque ad concilium œcumenicum judicium intendere ſint moliti. Urgere præcipue illum eo terrore aggreſſus eſt Ludovicus Rex Francorum: ac præſulum conventu indicto (c) Aureliæ, novaque diſſidia ſerere pragmatica ſanctione reſtituta & eccleſiarum annatis abrogatis minitabatur, quaſi ea de cauſa ingens auri vis Romam exportaretur, quo ditatus Pontifex non Turcis, ſed finitimis Chriſtianis bella inferret: ſed cum ea magno ardore animorum agitarentur, regio juſſu concio diſcuſſa eſt, ac res in alios cœtus Lugduni cogendos, qui poſtea habiti non ſunt, extracta; puduit enim Ludovicum abrogatam tanta religionis pompa pragmaticam inſtaurare.

Actum de reſtituenda pragmatica. (c) Gaguin. in Lud. XI. Paul. Æmil. in eod.

XV. Miſſi vero ab eo ſunt oratores tum ad Mediolanenſem principem, ut eum ad ferendas Florentinis ſuppetias excitaret, quo munere functus eſt Philippus Comineus (d), qui Ludovici XI. & Caroli VIII. res geſtas Gallico ſermone nitide conſcripſit, tum ad Pontificem, ut illum a bello in ſocios Florentinos gerendo objecta provocatione ad concilium abſterreret, cumque Florentinum illud bellum plenum eſſet invidia, & ex Gallica legatione alicujus ingentis mali periculum immineret, Jacobus Cardinalis Papienſis ſententiam ſuam hiſce literis Pontifici ſignificavit (e).

(d) Philipp. Comin. in chro. Lud. XI. c. 122. Belcair. dec. 1. l. 3. n. 36. De provocatione ad Concil. edenda. (e) Papien. ep. 693.

Xiſto IV. Pontifici maximo.

XVI. *Videns ex brevi beatitudinis veſtræ non ingrata fuiſſe, quæ nuper de rebus publicis ſcripſi, audeo rurſum de eiſdem aliquid ſcribere: ſed ut primo illa benigne a fideli ſervo accepit, ita ſecunda precor patienter accipiat. Premit me omnis caſus Eccleſiæ, cogorque dies, ac noctes in tanta ſuſpicione rerum ſuſpenſo animo eſſe, & de exitu cogitare. Certior factus ſum a bono viro, & Deum timente, & non ignoto etiam beatitudini veſtræ, venire ad nos a Rege Francorum oratorem multæ æſtimationis in Galliis, & ſuperba admodum mandata afferre, niſi revocetur in Florentinos cenſura, niſi luant pœnas qui Juliani cædem patrarunt, vel patratoribus aſſenſerunt, niſi etiam actutum a bello inchoato ceſſetur, magno animo præſtitam obedientiam collat, & ad concilium vocet, prælatoſque & inferiores quoſque ad ſacerdotia revocet: ad hanc denuntiationem conventuros eſſe oratorem Venetum, & Mediolanenſem, conſenſuroſque ac idem petituros, & niſi impetrent juſſos eſſe domum redire.* Et infra: *Anguſtiarum meo judicio eſt plena reſponſio, ſi enim poſtulata repellimus, ſine mora illi minas implebunt, in tumultumque ſpiritualium adducent Eccleſiam. Quatuor tam grandes potentatus Rex maximus trans Alpes, in Italia inſignes tres ſtatus perfidia una conſtricti grande in ſe habent momentum; & periculum eſt, ne in idem exemplum complures inducant, partim, qui Apoſtolicæ ſedi ſatis pacati non ſunt, partim qui de operibus noſtris bene non ſentiunt, partim quoque qui cupiditatibus eorum ſatisfactum non eſſe ſæpius doluerunt. His ſupervacuum eſt memorare: ſanctitas veſtra uno oculorum circuitu recenſere omnes facile poteſt. Ubi vero ruina hæc cœperit male ſuſtineri noſtris humeris poterit, lapis lapidem trahet, atque a ea improbitate de bonis quoque eccleſiarum & quod dolentius refero, de integritate catholicæ fidei impie decernetur. Rurſum vero ſi illis conſentimus, ſi nondum ſiccato atramento tanta, & tam acta, & tam late vulgata decreta propter metum delemus, quid ignominioſius, & morti acerbæ ſimilius? plagam majorem infligere rebus Romanis ſanctitas veſtra non poſſet: quod unum flagellum ad nos ſervandos conceſſit Deus, id caderet de manibus noſtris; nec apoſtolica virga ad confringenda inutilia vaſa ſuam vim poſthac obtineret: ad ſecularem poteſtatem hoc exemplo eſſet contra cenſuras refugium, & quod languide permiſiſſemus, ſemel reſtituere fortiter nunquam poſſemus.*

Undique impendere diſcrimina.

XVII. *Occurrebat in hoc ancipiti conſilium medium non tam malum imminens ſanans, quam forte dilationem aliquam præbens ad parandam aliud ad noſtram ſalutem, ut videlicet oratore audito dolere ſe diceret ſanctitas veſtra, potuiſſe tantum apud ſapientem, & fidelem Regem falſa criminum improrum, ut tam longinquam legationem ſuſceperit, tam ſine cauſa doluerit; contra conſuetudinem etiam majorum ſuorum, Deo ingrata, & detrimentoſa Apoſtolicæ ſedi petierit, non quidem ſimilia cæteris operibus ſuis, nec digna meritis, quæ in eum ſanctitas veſtra aſſidua, & magna beneficia contulit. Deſcendendum inde paulatim eſſet in juſtificationem vulgatæ ſententiæ, monſtrandumque quanta fuiſſet Floren-*

Conſultum quid reſpondendum.

Card. Papien. de eo ad Sixt. literæ.

*rentinorum in ſacerdotes Dei crudelitas, quanta ſine cauſa, & ſine diſcrimine cædes, quantus in retinendo Cardinali contemptus, facinoris illius experte atque ignaro: quanta denique Apoſtolicæ ſedis ad hæc ulciſcenda neceſſitas: paratam nihilominus futuram fuiſſe beatitudinem veſtram ad paternam remiſſionem, ſi vel mediocre ſignum pœnitentiæ in peccatoribus cognoviſſet: ſed deſcendiſſe illos in profundum malorum, & in ſenſum reprobum datos, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Scire beatitudinem veſtram Venetos, Mediolanenſes, compluresque alios reſpublicæ illius amicos ad petendam veniam eſſe illos hortatos, cognoſcendumque vicarium Chriſti, ſed non modo non aſſenſiſſe, verum quod ita ſuaderent moleſte tuliſſe, ut jam in apertæ hæreſis crimen incidere appareant; cum talibus autem & ſi regii officii eſſet communicationem nullam accipere, nec ad patrocinium tam grandis peccati accedere, tamen non negligere beatitudinem veſtram ſuæ celſitudinis poſtulata, ſicut & in hunc diem nunquam neglexit: videre tamen gravia illa eſſe, magnum in utramque partem momentum afferre, aliudque pendendum magis, & diligentius conſulendum toto pontificatu veſtro non accidiſſe: neceſſarium propterea eſſe ad deliberationem ſumendam frequens collegium, ſine quo mediocria, nedum maxima decerni non ſolent: convocari autem in præſentiarum Cardinales non poſſe, partim quod longe abſunt, partim quod anno peſtilenti ſine diſcrimine vitæ convocari non poſſunt; partim quoque quod locus, in quem receſſit ſanctitas veſtra, vix privatæ familiæ eſt capax: proinde æquo animo ferat non longi temporis expectationem: legatos veſtros ad Regem ſuum non ſolitos eſſe admitti ſtatim, & reſponſum accipere, nonnunquam fuiſſe repulſos, quandoque etiam poſt annum auditos: in vicinum, ac ſalubre aliquod oppidum conferant ſe præbiturum * juſſu veſtro, quæ illis ſint neceſſaria; futurum autem Deo adjutore, ut citius opinione rediri in urbem poſſit, quo tempore Cardinales aderunt; & ſi ita opportunum videbitur convocari ad ſynodum ex curia, & circumſtanti provincia prælati idonei in eodem conſilium poterunt. Si huic reſponſo, quod probabile tempora indicant, acquieſcet Gallus, habet interim ſpatium ſanctitas veſtra ad multa cogitanda, & providenda, quæ ad declinanda, vel rejicienda tela inimici pertineant. Deus quoque ab excelſo multa ſæpe inexſpectata demittit, tum miſericordiam faciens cum eſſe procul a miſericordia apparet. Sin moræ impatiens non acquieſcet, nil ei jam negatum eſſe videbitur: ſui criminis fiet quidquid per impatientiam fiet. Hoc autem lucro ſanctitati veſtræ accedet, quod juſte lamentari injurias regias poteris, non modo quod*

Exponenda Florentinorum in ſacerdotes crudelitas.

Ex pertinacia in tuendis male geſtis.

Nectendarum morarum artes quæſitæ.

* præbiturum iri

arroganter petieris, ſed quod brevem juſtamque moram arrogantius ſpreverit, arrogantiſſime autem ſedem Romanam de ſe benemeritam alieno fructu magis quam ſuo offenderit. Inde Deo totam ſe credat ſanctitas veſtra, & fortem animum præſtet. Major eſt enim, qui in cœlis regnat, quam qui in terra; & qui in gravioribus contentionibus ſuis ſacerdotibus affuit, in leviora non deerit. Pugnant pro peccato illi, nos contra peccatum, atque illi perdere nos volunt, nos illos ſalvos fieri, & vivere. In tam diſſimili cauſa & juſta, & Deo placente uberrima habenda eſt ſpes. Hæc cogitatio ſervi inutilis, ſi fructum aliquem habet, placeat & lætor; ſin ex imbecillitate mentis, vel ignoratione rerum eſt, ridenda & vana, & opera quidem videatur, fides vero boni Cardinalis in pretio ſit. Commendo me humiliter pedibus ſanctitatis veſtræ, quam Deus incolumem præſtare dignetur. Ex S. Laurentio ad Cryptas XVI. julii MCCCCLXXVIII.

Uti viſus eſt Jacobi Papienſis conſilio Sixtus, ut ex Maffeo Volaterrano, & pontificio reſponſo ad Gallicorum oratorum poſtulata conſtat; nam in primis Volaterranus in diariis conſiſtorialibus eos proximo tantum anno exeunte januario in publico ſenatu auditos ait, atque habitæ ab illis orationis capita ita perſtringit (a): *MCCCCLXXIX. XXVII. januarii: Hodie,* inquit, *datus eſt illis*, nempe Ludovici Regis oratoribus, *ſenatus frequens, in quo nixi genibus uſque in finem mandata regia ediderunt.* Et infra: *Addiderunt, quod idem Pontifex bellum in Italia alienis affectibus magis, quam ſuis ferviens ſuſcitaſſet, perniciosum fidei, & ſuæ ſedi periculoſum; multa etiam dura de ejus operibus eſſent nuntiata; indixiſſe Aureliani magnum conventum prælatorum, ac procerum *; prælatos ac eccleſiaſticos conveniſſe; communi autem omnium ſententia tria judicata ad communem ſalutem maxime neceſſaria; primum ut deponerentur arma a Pontifice, & pax Italiæ redderetur: proxime ut concilium generale congregaretur ad decernenda Chriſtianorum conſilia, quæ in Turcos viderentur utilia; tertio loco niſi his aſſentiret, nullæ vacationes, nullæ pecuniæ ſinerentur ad Apoſtolicam ſedem ex regno illo venire, non debere Pontificem ſe diſceptatorem recuſare inter Romanam eccleſiam, & hoſtes ſuos,* & infra: *eo cupidius his conſtituendis intendere, quod nec duces Mediolanenſes ſuos ex Genua & Savona feudatarios erepto per vim feudo, nec Florentinos antiquo fœdere ſecum junctos in tantis diſcriminibus poſſet relinquere, veniſſe ad ſe eorum, Venetorum quoque & Ferrarienſium ducis oratores, recenſuiſſe antiqua beneficia ſanguinis Gallici, prementes eos nunc Pontifice, & Rege Ferdinando item, & Turco fores Italiæ quotidie pulſan-*

XVIII. Galli oratores de induſtria ſerius auditi.

(a) *Volat. l. 1. mſ. arch. Vat. ſig. n. 111.*

* *proceres*

Eorum poſtulata.

ſtatir, non haberet ad quem confugerent, præterquam ad ortus ſui regni præſidium; eraſſe cum lacrymis, ut ſeſe non deſereret, congregeret conſilium, & malis omnibus obviam iret.

XIX. Expetitum Concilium. (a) Ext. in mſ. arch. Vat.

Porrectus etiam ob his fuit libellus (a) ſupplex, cujus formula concepta erat hiſce verbis, quibus acerrime inſtabat, ut niſi Florentini in gratiam reciperentur, ſolemnes epiſcoporum cœtus cogerentur: *Petunt*, nimirum Galli, *quod ſua ſanctitas de illis, qui adverſus Julianum atque Laurentium Medices conſpirarunt, juſtitiam faciat: cenſuras in Laurentium ſuoſque fautores decretas ſuſpendat aut tollat, & arma, quæ adverſus illum capi juſſit, deponat. Quod ſi non fecerit, eo ipſo petit congregari generale concilium in aliqua civitate regni ſui, & illico pragmaticam indicit ſanctionem, quam ſervari jubet in regno ſuo integerrime. Poſtremo prælatos, & quaſvis eccleſiaſticas perſonas in Romana curia degentes, & in regno ſuo habentes beneficia ad ipſa beneficia revocat, & per ſubſtractionem fructuum redire compellit.*

XX. Sixti ad legatos reſponſum.

Sixtus porro Pontifex ad hæc reſpondere *juſſit, primo ſi Rex Chriſtianiſſimus ut audivit Laurentium mediantibus complicibus fuiſ, ipſum quoque vel aliquem pro parte ſua audiviſſet, numquam hujuſmodi legationem deſtinaſſet; eſt enim Chriſtianiſſimus Rex & amantiſſimus æqui & juſti, &, quod magis ad rem facit, obſervantiſſimus eccleſiaſticæ libertatis & totius religionis orthodoxæ: ſi quidem pro principe ſemper præſumitur, quod quæcumque facit recte facit, maxime vero ille princeps, qui non ab hominibus, ſed a Deo immediate obtinet principatum, quique non conſuevit aliquid agere ſine conſilio ſapientium, qui ad conſulendum etiam ſibi ſunt divinitus inſtituti,*

Spectare ad Pont. de peccato ferre ſententiam.

ſuccedunt enim Cardinales ſacerdotibus levitici generis, qui aſſiſtentes judici, qui pro tempore eſt, diſcernere habent inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram; quando igitur ſanctiſſimus dominus noſter fretus conſilio pariter & aſſenſu eorum ſententiam fulminavit, & arma ſuſcepit, ſi hoc regiæ majeſtati innotuiſſet, numquam ſic abſolute, ut ab oratoribus propoſitum eſt, dixiſſet: ſuſpende iſta, tolle illa, quippe cum non conſuevit Chriſtianiſſimus ille Rex facile ſe committere judicio Dei & pœnis, quas reſiſtentibus judicio ſummi ſacerdotis & eorum, qui

Non licere Regi judicio ſummi ſacerdotis reſiſtere.

præſunt, loca, quem elegit Dominus: eſt autem locus ille Romana ſedes. Omnia decrevit lex, quæ ait: qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui pro tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael; cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps tumeſcat ſuperbia.

XXI.

Sereniſſimus dominus Rex Franciæ gloriatur ſe ex ſanguine magni Caroli derivari & certe derivatur ab illo, & jure poteſt de tanto genere gloriari: verum deberet in hac re, ſicut in aliis omnibus ſua ſerenitas conſuevit, eumdem Carolum imitari [ut imitari non pigeat quod laudare mens approbat.] Ille enim ſi quando a ſede Apoſtolica imponebatur ſibi jugum aliquod grave, non ſubinde mox revocabat a curia Romana eccleſiaſticos regni ſui, non reſumebat pragmaticam, non denique requirebat generale concilium; ſed quid faceret? ipſe dicat, verba ejus audiat regia majeſtas, nam digna ſunt. In memoria, inquit, B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam eccleſiam, & Apoſtolicam ſedem ut quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat eccleſiaſticæ magiſtra rationis: quare ſervanda eſt cum omni manſuetudine humilitas; & licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.

Diſſentire ipſum a Caroli magni exemplis. Propoſita Caroli magni ſententia.

Nunc autem ſanctiſſimus dominus noſter eidem regiæ majeſtati nullum jugum impoſuit, & ſi quod impoſuit Laurentio, quem ſuum cognatum appellat, non eſt importabile, ſuave eſt enim, & leve jugum Eccleſiæ, quandoquidem palam eſt eſſe medicinale: & ſi Laurentius ipſe de religione recte ſentiret, etiam ſi jugum a ſanctiſſimo domino noſtro ſibi impoſitum gravius videretur, cum manſuetudine ferre deberet tum exemplo præfati Caroli, tum quia, ut inquit B. Gregorius, contra morem eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime a Papa toleratur, etiam ſi contingat injuſta correctio.

XXII. Jure non teneri Pont. ad reddendam factorum rationem.

Licet autem ſanctiſſimus dominus noſter de judiciis ſuis nulli teneatur exhibere rationes, quoniam, ut beatus Symmachus ait, aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines judicare, ſedis vero iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſervavit arbitrio, voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam, nihilominus beatitudo ſua exemplo Leonis Papæ IV. prædeceſſoris ſui, qui ad Ludovicum Auguſtum ſic ſcripſiſſe comperitur: Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis juſtæ legis tramitem non ſervavimus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare judicio. Hoc inquam exemplo voluit regiæ majeſtati veſtræ de ſingulis reddere rationem, atque ad hoc miſit ad ſuam ſerenitatem nuntium, & oratorem dignum, qui eam informaret: ipſa

Ex demiſſione pio redditam.

quoque ſanctitas vivæ vocis oraculo informavit magnificos oratores, qui nunc venerunt: & ſi quos alios eccleſiaſticos, & viros doctos voluerit ſua ſerenitas deſtinare, maxime vero poſtquam ſacrum collegium fuerit recollectum, & ſanctitas ſua ad urbem redierit, parata eſt eos rurſum informare, & cum ipſis examinare ſingula. Sed quod iſti dicunt: De juſtitia cauſæ loqui

non volumus, juſtificationes, proceſſus audire non curamus: obſerata ſunt labia noſtra, non eſt fas nobis has partes attingere: officii noſtri eſt, ut cenſuræ tollantur, arma deponantur: alioquin petimus hæc & illa. Quid aliud hoc eſt, niſi dicere domino noſtro: Quæ bene ante facta ſunt, & maturo conſilio fratrum digeſta & conſtituta ſine cauſa revoca? & hoc rurſum quid aliud eſt quam dicere, Beatitudo domino & morere? Ait namque Beatus Gregorius: eccleſiaſticæ moderationi omnino contrarium eſt, ut quæ ordinata fuerint vel deciſa, nulla in poſterum debeant refragatione turbari.

Inſtant oratores ut poſitis armis cenſuræ tollantur. Reſponſum Sixti.

XXIII. Ad poſtulatum concilii quid ſit reſponſum.

At petitionem autem concilii generalis ſingulariter reſpondendo: primo dicimus quod, ſi congregatio concilii generalis facile poſſet fieri, nihil conducibilius eſſet domino noſtro in præſenti cauſa, non enim in concilio generali Reges, & principes ſæculares præſidere debent, quia ut ſacri canones dicunt, manet ſemper laicis obſequendi, non authoritas imperandi: Papa enim ſolus eſt tanquam caput univerſalis Eccleſiæ, qui corpori congregato præſidere habeat. Præterea membra concilii, & qui de jure, & antiquiſſima conſuetudine intereſſe potiſſimum debeant prælati eccleſiarum, & abbates, & ſacerdotes domini ſunt. Horum autem quis non dicet, quod libertas eccleſiaſtica conſervetur, & jus fori quod neque etiam ipſe Romanus Pontifex tollere ſacerdotibus poteſt, illibatum permaneat? Dicatne aliquis horum, quod liceat Laurentio, vel cuivis alteri ſæculari contra archiepiſcopum turpiſſimæ mortis ferre ſententiam? quis ſi ſanæ mentis ſit, non videat, quod ille debuit ſervari judicio judicis ſui, ut degradatus, & traditus juſtitiæ ſæculari juſtiſſimam ſubiret ſui facinoris ultionem? hoc eſt quod vindicare quærit dominus noſter & debet, & tenetur: quod ſi non faceret, omnes eccleſiaſtici viri detraherent ſanctitati ſuæ. Plena eſt curia literis, quibus ſacerdotes toto orbe diſperſi clamore conquerantur contra Papam, niſi vindicet Eccleſiæ injuriam; unuſquiſque enim timet ſibi ipſi: unuſquiſque formidat quod ſive cum cauſa, ſive ſine cauſa ſæculares non aſſueſcant in Domini ſacerdotes ſacrilegas manus extendere, & quod ſingulariter ſinguli dicunt, dicent omnes in concilio generali congregati, atque ita opportuniſſimum foret, ſi quo modo pro iſta re facile poſſet concilium congregari; doletque dominus noſter, quod non poſſit, quoniam oporteret conſulere Imperatorem, & alios Reges Chriſtianos, deinde de tempore, & loco diſcernere, congregare prælatos, & alios, qui de jure intereſſe debent: & hæc quidem tempore indigent; nihilominus ſanctitas ſua proponet iſta fratribus congregatis, hoc eſt ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & forte dominus Deus aperiet aliquam facilem viam.

Oſtenſum debuiſſe archiep. eccleſiaſtico reſervari judicio.

Concilium omnino cauſam præſulum defenſurum.

At celebrari non poſſe niſi Cæſare & aliis Regibus conſultis.

XXIV. Poteſtatem congregandi Concil. ſpectare ad Pont.

Poteſtas autem congregandorum conciliorum eſt penes Romanum Pontificem, ita enim declaravit ſancta illa ſynodus Nicæna, cujus authoritas par eſt evangelio dicente beato Gregorio: Sicut ſancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor, Nicænum ſcilicet, &c. & hoc ratio aperta demonſtrat. Nam ad quem alium pertinere poteſt membra corporis congregare, niſi ad caput, a quo in membris ipſius virtus, & motus derivatur, caput autem militantis Eccleſiæ, miniſteriale dico, nemo fidelis negabit Papam eſſe. Porro ſi ſit expediens, vel non expediat congregare concilium Papæ ſolius eſt, qui ex ſententia decernere habet, nam quis melius judicare poteſt de domo atque familia, quam pater familias, & dominus? atqui paſtor univerſalis Eccleſiæ Papa eſt, ipſe ergo novit melius quam omnes homines, vel noſſe præſumitur, quid expediat gregi ſuo. Errant ergo, qui ita ſimpliciter, & pientiſſimas aures Chriſtianiſſimi Regis Francorum inculcant, quod dicunt, vel dici faciunt in aures Pontificis. Volo concilium generale, nam velle & nolle concilium in ſolo ſit Romani Pontificis arbitrio conſtitutum.

Non pendere ex voluntate Gall. Regis ut fiat vel non fiat.

XXV. Ob quas cauſas Concilia celebranda.

Propter tria conſueverunt concilia generalia celebrari, ut etiam in geſtis Conſtantienſis concilii definitum reperitur, videlicet propter extirpationem hæreſum, propter pacificationem principum, & propter reformationem morum. Hæreſes autem in præſentiarum per Dei miſericordiam nullæ palam pullulare videntur, quas per concilium extirpare neceſſe ſit: de pacificatione principum dubium eſt, ne per congregationem concilii majora ſcandala inter eos oriantur, tum quoniam non poſſet ſanctitas ſua, ſalva honeſtate, diſſimulare quam multas civitates, & terras atque dominia eccleſiæ tam Romanæ quam aliarum uſurpata detineantur a nonnullis potentibus temporalibus; tum etiam quoniam ſunt aliqui principes, qui inter ſe contendunt de jure regnorum, ſunt & alii, qui licet ſubjecti ſint Regibus, & palam loqui non audeant, ſecreto tamen multa ſpargunt, plura ſuggerunt adverſus Reges dominos ſuos, accuſantes eos de gubernatione tyrannica. Neque deſunt, qui dicunt de aliquibus, quod cum verbis tenere fidem videantur, operibus tamen comprobantur non ſatis eſſe catholici. Si concilium congregaretur multa de his afferrentur in medium, quæ poſſent cedere in Chriſtianitatis incendium; exemplum enim habemus præ oculis, quia concilium Conſtantienſe Spiritu ſancto congregatum decrevit de pace tractare inter Chriſtianiſſimum dominum Carolum Regem Francorum, & illuſtrem dominum Philippum ducem Burgundiæ, & non modo pax ſequuta non eſt, ſed bellum multo atrocius

atque

atque cruentius : diviſa eſt quippe in concilio illo Gallicana natio, quibuſdam dicentibus, licuiſſe Joanni duci Burgundiæ interficere ducem Aurelianenſem : quibuſdam e contra accuſantibus illum de crimine læſæ majeſtatis : serpſit autem paulatim in concilio iſta contentio inter viros magnæ doctrinæ, quæ fuit majoris odii inter principes illos ſeminarium. Et propterea ſanctiſſimus dominus noſter a principio ſui pontificatus nihil magis deſiderare viſus eſt, quam celebrare concilium, & pro gloria Dei, & etiam pro claritate nominis ſui. Homo eſt etiam quoad celebrandum concilium neque doctior, neque omni ex parte poſſet magis idoneus reperiri, nec poſſet ſine perpetua gloria nominis ſui celebrare concilium; ſed tum propter prædicta, tum propter multa alia conſilio ſapientum ſanctitas ſua, licet invita, deſtitit.

XXVI. Ad objectionem de pragmatica dilemmate reſponſum.

Quod ſereniſſimus dominus Rex Franciæ velit repetere pragmaticam, non poteſt ſine maximo admiratione audiri; agitur enim hic de honore, & de conſcientia ſua majeſtatis. De honore quidem, quoniam aut pragmatica juſta eſt, ſancta eſt, honeſta eſt, aut injuſta, & inhoneſta : ſi juſta quam ob rem revocavit eam, & abrogavit cum tanta ſolemnitate majeſtas ſua? ſi vere injuſta, & inhoneſta, cum quo honore ſuo poteſt eam reaſſumere? Agitur etiam hic de conſcientia ſua, quia non quivis homo, ſed doctor gentium, & vas electionis beatus Paulus Apoſtolus eſt ille, qui dixit : Si quod probavi iterum reprobo; ac ſubinde : Si quod reprobavi iterum approbo, prævaricatorem me conſtituo; quod nomen obſit a fama, & reputatione tanti principis. In poteſtate ſerenitatis ſuæ eſt facere de facto, quod velit, ſicut in poteſtate Pontificis eſt factis proportionabiliter reſpondere de jure : ſed non ſperat Pontifex, neque poteſt ſibi perſuadere, quod Rex ille Chriſtianiſſimus tam grandem maculam velit inferre gloriæ ſuæ.

XXVII. De vocatione prælatorum reſponſum, Regem non debere judicare de eccleſiaſticis.

De vocatione prælatorum quam ſit contra diſpoſitionem juris divini, & humani, quod velit regia majeſtas de viris eccleſiaſticis judicare, nemo non novit. Quid Dominus dicit in evangelio? Quis es tu, qui judicas alienum ſervum, qui domino ſuo ſtat aut cadit? eccleſiaſtici viri dominum & paſtorem habent Papam : quod velit eos a curia Papa revocare majeſtas veſtra regia, quod ſeipſum velit alienare a Romano Pontifice quantum ſuam celſitudinem deceat, ipſa ſit index; ſed firmiter credendum eſt, quod ſi præfata ſerenitas fuiſſet vel mediocriter informata de rerum veritate, nihil horum ſuis oratoribus commiſiſſet, quin potius eis mandaſſet inducere Laurentium Mediceum ad recognitionem erratorum, atque ad ſubeundam dignam ipſorum ultionem : nam quis non videat quod, etſi ſententiæ latæ a domino noſtro contra illum injuſtæ forent, nihilominus eas teneretur obſervare? Et quoniam res agitur inter filium & patrem, ſemper ille deberet humiliari; quanto igitur amplius ſententias obſervare debet, humiliarique, afferens ſe ſatisfacturum quando conſtat eas eſſe juſtiſſimas? Cor igitur illius, quod inſtar Pharaonis induratum eſt, ſaxeamque obduxit naturam, emollire regia majeſtas ſuis exhortationibus debet, ut lapidea duritie in carneam teneritudinem commutata inſtar prodigi filii dicat : Pater peccavi in cælum, & coram te. Hoc ſi Laurentius fecerit, & imponendam ſecundum canones pœnitentiam contrito corde amaroque animo tulerit, reliqua facile componentur.

Teneri ſubditum ad ſervandam injuſtam ſententiam, multo magis ad juſtam.

Pœnitenti Laurentio veniam datum iri.

XXVIII.

Nihilominus quoniam ſanctitas domini noſtri jam oratorem ſuum ſuper his ad regiam celſitudinem deſtinavit, expectanda eſt reſponſio ejus : nam forte, immo vero ſine forte Rex ille Chriſtianiſſimus veritate comperta ſententiam commutabit. Interea etiam miſerebitur Dominus urbis Romæ, & tollet ab ea plagam iſtam peſtilentiæ redibitque ſanctitas ſua, & reverendiſſimi domini Cardinales congregabuntur, & tunc comperta poſt informationem intentione regia de conſilio fratrum multo exactius præfata ſanctitas providebit, & ita providebit, ut non ab re ſerenitas contentetur.

XXIX. Qui petierant Concilium pertimuere ne fieret.

Meminit de hoc pontificio reſponſo Raphael Volaterranus (a) aitque eam ad concilium provocationem ita exceptam a Sixto, ut qui provocarant pertimuerint, ne concilium cogeretur : *Tantum*, inquit, *narrabo Florentinos in hoc bello Galliæ Regem, Venetos, Ferrarienſes, Mediolanenſes habuiſſe fautores, & ab horum omnium legationibus hujus occaſione controverſiæ, quæ injuſta videbatur, Xyſtum ad concilium citatum fuiſſe : illum autem ſumma conſtantia reſpondiſſe, ſe concilium libenter quidem admiſſurum, ubi ſperaret omnium illorum principum crimina patefacturum, reſque plurimas ablatas Eccleſiæ repetiturum : quapropter quem illi metu expugnare ſperabant, ab eodem perterrefacti diſceſſerunt.*

(a) *Raphael. Volater. antopogr. l.* 22.

XXX. Rogatus a Cæſare & Ungaro Sixtus ut pacem det.

Veniſſe præterea ad Sixtum ab Imperatore Friderico & Matthia Pannoniæ Rege oratores, ut illum ad pacem redintegrandam cum Florentinis, imminente Chriſtiani imperii excidio Mahomete II. commoverent, tradunt (b). Tanta porro contentione ſuſcepta res Florentina eſt a Venetis, ut pacem de cujus legibus dicetur inferius, a Turcis coemerint, quo Florentinis tuendis Othomannico bello liberi vacarent. Querebantur ii in difficillimum ſe bellum adverſus Turcas a Romana eccleſia maximorum auxiliorum ſpe adductos fuiſſe, implicatos vero bello magnis quotidie atteri cladibus, dum Sixtus eorum calamitate, & re Chriſtiana neglectis in ſuorum augenda amplitudine, belloque civili eccle-

Veneti emunt pacem a Turca ne Florentinæ reipubl. opem ferant.

(b) *Brutus Flor. hiſt. l.* 7. *& Crom. l.* 29. *& alii.*

cleſiaſticas opes conſumeret: denuntiatum itaque fuit Sixto contractum a Venetis cum Turca pacis fœdus: quo audito vehementer obſtupuit, cum Ludovici Francorum Regis, Friderici Imperatoris, ejuſque filii Maximiliani ducis Burgundiæ oratorum (a) precibus permotus ad ſedandam Florentinam controverſiam, vertendaſque adverſus Turcas Chriſtianum lanixantes imperium arma incumberet.

Gravate rem accipit Sixtus.

(a) Sixt. l. brev. & bull. ep. 119.

XXXI. Urgentibus porro Florentinorum fœderatis, ut oſtidui flexu ſumpta in Florentinam rempublicam arma poneret, & cenſurarum in eos latarum vim omnem adimeret dum pacis redintegrandæ ratio exquirebatur, aſſenſit Pontifex, ne rei Chriſtianæ deeſſet, ac Ludovicum Francorum & Eduardum Anglorum Reges una cum Cardinale legato interpretes concordiæ deſignavit, in qua perficienda ſi diſſentirent Fridericum Imperatorem & Maximilianum ducem Auſtriæ accedere voluit, quod compromiſſum eo tempore, quod iidem principes ſtatuiſſent, teneret, eoque labente ab armis temperaretur. Sed hujus compromiſſi pactiones Florentini eorumque ſocii non admiſere, exeuntibuſque prioribus induciis, Peruſium ex inſidiis opprimere pertentarunt, propulſatique in circumlecto agro effuſe populationem fecerunt. Senenſium etiam Pontificis ſociorum nonnulla loca vi cepere, ac diripuere, qua injuria exaſperatus Sixtus eos novis edictis percuſſit (b): cumque principes Pontificis odio mandata darent eccleſiaſticis, intentata vectigalium mulcta, ut ab apoſtolica aula diſcederent, tantum contemptum non tulit Sixtus, atque incaſſa cenſurarum religione ſceleri tanto eos temperare juſſit (c).

Sequeſtra pax admiſſa a Sixto cum Florentinis.

Violata a Florentinis.

Pertentatum ab iis Peruſium.

(b) Ibid. Occupata nonnulla Senenſium loca.

(c) Lib. brev. & bull. ep. 139.

Ad futuram rei memoriam.

XXXII. *Omnibus & ſingulis, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant ſub excommunicationis, anathematizationis & maledictionis ſempiternæ pœnis apoſtolica authoritate mandamus ne ipſi vel eorum aliquis publice vel occulte, tacite vel expreſſe quemcumque ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis noſtris, & ſedis prædictæ officialibus aut familiaribus, aliiſque perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus, & cujuſcumque dignitatis ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, ut infra certum terminum ab eadem noſtra curia recedant, & ſe abſentare, ac ad ſua propria, vel aliena domicilia ſe transferre habeant, monere, aut mandatum aliquod facere, cogere, vel compellere, neque alicui ex ſupradictis, ſeu quibuſvis aliis forſan per ſæculares perſonas ſupradictas, ſeu earum authoritate jam monitis, coactis, compulſis vel, quibus ſimilia monitiones, & mandata facta reperiuntur, injuriam, damnum, jacturam, aut præjudicium aliquod comminari, inferre, aut ipſorum, vel beneficiorum aut officiorum ſuorum bona, fructus, redditus, proventus, & emolumenta ſequeſtrare, ſubbaſtare, aut in ſuas vel aliorum manus ponere, capere, recipere, exigere, levare, alienare, ſeu in ſuos aut alienos uſus convertere, aut perſonas prædictas moleſtare, impedire, ſeu in rebus & bonis inquietare, aut interverti, ſeu ſequeſtrari, ſubbaſtari, poni, capi, recipi, exigi, levari, alienari, converti, & inquietari facere, vel procurare præſumant, &c. Dat. Brachiani Sutrinæ diœceſis anno incarnationis dominicæ MCDLXXVIII. IV. idus auguſti pontificatus noſtri anno VII.*

Principes auſi eccleſiaſticos ex Apoſt. aula revocare objectis pœnis.

Intentato anathemate repreſſi.

XXXIII. Nec modo edictis, ſed ſuis etiam, ac fœderatorum armis adverſariorum conatus comprimere niſus eſt Sixtus: nam ad diſtinendum ducem Mediolanenſem, ne Florentinis auxilia ſubmitteret, Helvetios in eum concitavit (d), favitque (e) Genuenſibus, qui Mediolanenſe jugum dejecere, ſeque priſtinæ libertati aſſeruerunt (f) Neapolitani Regis auxiliis fulti, tum ſua virtute, qua Joannis Galeatii Mediolanenſium ducis exercitum inſtructa acie profligarunt: haud tamen Proſper Adurnius, qui hujus converſionis author extitit, & Regis Ferdinandi ſubſidiis fretus Mediolanenſe jugum excutere molitus eſt, præturam Genuenſem diu tenere potuit, novis enim inter Genuenſes commotis diſſenſionibus, civiumque ſuorum cruore imbuta urbe, ejectus eſt a Baptiſta Fregoſio, qui mox ducales apices accepit.

Helvetii in Mediolanenſem concitati.

Genua libertati reſtituta.

(d) Lud. Cavitell. in annal. Cremonen.

(e) Aug. Juſt. l. 5. Foliet. l. 11.

(f) Id. ib. Bizar. l. 15. Naucl. vol. 2. gener. 50. & alii.

XXXIV. Tulit vero ægerrime Mediolani dux Genuenſium defectionem, atque apud Ferdinandum queſtus eſt (g), bellis inteſtinis ab ipſo implicari Italiam, quo tempore Turca illi opprimendæ inhiabat: *Proſper*, inquit, *Adurnus præfes noſtrorum Jannenſium ſtudio tuo modo rebellavit: miſiſti eidem Proſpero ſubſidium triremes tuas, addita pecunia. Ardet itaque nunc ea civitas inteſtina diſcordia per te ſufflata, & tu author hujus mali ex tua Neapoli quaſi alienum incendium ſpectare credis; quod te compulerit nihil eſt niſi, quod in periculo ſuo Florentinos ſocios noſtros juvamus, quamquam iis ipſis ex fœdere mutuo tu quoque auxilia debes.* Et infra: *Niſi conſilium mutes, cogitas nihil nos prætermiſſuros, ut incendium noſtrum mox quoque regnum tuum apprehendat, cum etiam ſi id volumus, metuere debeas quos terrores juſtos ſit Janua habiturus, ſi quando eam urbem retinere non poſſemus, &c. Dat. Mediolani XX. julii MCCCCLXXVIII.*

(g) Ext. ejus lit. inter ep. procer. mundi collect. ab Hieron. Donzel. pag. 334.

XXXV. Perniciaſia ſimiliter diſſidia orta erant in aliis regnis, Ludovicus enim Francorum Rex cum Maximiliano Auſtriaco de limite Belgico certabat (h), a quo proximo

Belgicum bellum.

(h) Philipp. Comin. in chron. c. 124. Belcair. dec. 1. l. 3. n. 55.

Digitized by Google

(*a*) *Id. Belcair. n.* 36. Georgii ducis Clarentiæ mors. (*b*) *Polydor. Virg. l.* 14. *Belcair. ſup. n.* 36.

ximo anno ad vicum Guinegatam non longe a Teruana fugatus eſt ingenti utriuſque partis ſtrage, quam ad ſexdecim cæſorum millia perveniſſe tradunt (*a*), Anglia domeſticas luxit diſcordias, ac Georgium Clarentiæ ducem Regis fratrem crimine læſæ majeſtatis appetitum deligendi generis mortis ipſi facta poteſtate, in Creteuſis vini dolio præfocatum fuiſſe ferunt (*b*).

Rein. Sam l. 12. XXXVI. Redintegratum quoque eſt inter Matthiam Hungariæ, & Wladiſlaum Poloniæ ac Bohemiæ Reges prius bellum, quod male ſopitum fuerat, cum Matthias authore Pontifice, aut legato ejus confectam pacem dare negaret, quæ demum Olomucii extremo anno, convenientibus Matthiæ & Wladiſlai Regum oratoribus, ampliſſime authoritate ſubnixis, inſtaurata eſt; & communi conſilio de catholica religione in priſtinum reſtituenda ſplendorem, de conſtabilienda Pragenſis archiepiſcopatus dignitate, exorando Pontifice, ut Bohemos ſolveret cenſuris, quibus eos Paulus II. devinxerat, deliberatum. Præcipua formulæ illius pacis capita ex MS. codice Vallicellano (*c*) inſigni deprompta repetemus.

(*c*) *Ext. in mſ. Vallic. ſign. lit. B. n.* 19. *p.* 171. *Bonfin. dec.* 4. *l.* 5. *Michov. l.* 4. *c.* 72. *Cromer. l.* 19. & *alii.* Pacis inter Ungarum & Polonum leges.

Concordia Regum Hungariæ & Bohemiæ.

In primis conclusum eſt, quod uterque princeps in ſuo jure acquiſito permaneat tanquam dominus hereditarius, & quilibet eorum titulo Regis integro Bohemiæ, prout alii Reges Bohemiæ conſueverunt, utatur, ita ut dominus Rex Matthias dominum Regem VVladiſlaum ſcribat Bohemiæ Regem, & dominus Rex VVladiſlaus ipſum dominum Matthiam Regem ſimiliter nominet, & ſcribat Bohemiæ Regem; ſimiliter ſubditi utriuſque Regis erga utrumque facere debebunt. Item conclusum eſt, quod Rex Matthias condeſcendat Regi VVladiſlao barones, militares, terras, civitates, & provincias quaſcumque tenet in Bohemia: ſimiliter etiam Rex VVladiſlaus omnes civitates, terras, provincias, duces, barones, & militares quoſcumque tenet in Moravia, & utraque Sileſia, Luſatia, & ſex civitatibus præfato Regi Matthiæ condeſcendat.

XXXVII. *Item conclusum eſt, quod poſtquam VVladiſlaus terras, civitates, caſtra, oppida, & provincias, duces, barones, militares in provinciis Moraviæ, utraque Sleſia, Luſatia, & ſex civitatibus ſub ditione ſua exiſtentes præfato Regi Matthiæ condeſcendat, ſtatim & in continenti omnes de Moravia, & utraque Sleſia, Luſatia, ac ſex civitatibus teneantur communiter præſtare homagium Regi Matthiæ tanquam vero domino eorum, & hereditario Bohemiæ Regi, & barones, ac nobiles ſecundum conſuetudinem erga dominos ſuos, & Reges Bohemiæ ab antiquo obſervatam, ipſum pro tali Rege ſuſcipiant, & teneant, ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero, & hereditario Regi obediant; & poſtquam dominus Rex Matthias barones, militares, civitates, terras, & provincias, quas in Bohemia tenet, præfato domino VVladiſlao condeſcenderit, illi in terra, & corpore regni Bohemiæ, eundem dominum VVladiſlaum Regem ſimiliter ſuſcipiant, eique promittant, & ſecundum conſuetudinem regni ab antiquo obſervatam facere teneantur; ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero, & hereditario Regi obedient. E converſo autem Reges dictos ſubditos conſervare in juribus regni, & illarum terrarum, & privilegiis ab antiquo conſuetis promittant, in quantum præſenti diſpoſitioni non obſiſtant.*

Item conclusum eſt quod præfatus Rex Matthias durante vita ſua provincias, & patrias Moraviæ, utriuſque Sleſiæ, Luſatiæ, & ſex civitatum cum omnibus pertinentiis libere, quiete, pacifice, & abſque omni impedimento, & contradictione præfati VVladiſlai Regis, & regni Bohemiæ, ac ſubditorum coronæ ejuſdem teneat, poſſideat, & utatur tanquam eorum verus, & hereditarius dominus: ſimiliter Rex VVladiſlaus provincias, barones, militares, civitates, & loca in Bohemia libere, quiete, & pacifice, & abſque omni impedimento præfati Regis Matthiæ teneat, poſſideat, & utatur tanquam eorum verus Rex & dominus hereditarius. XXXVIII.

Item conclusum eſt ad confirmandam pacem, & amicitiam utrorumque Regum, & ne propter diverſitatem ſucceſſorum diverſa mala, & novæ differentiæ oriantur, & quandocumque poſt obitum Regis Matthiæ dominus Rex VVladiſlaus aut ſui ſucceſſores, ſeu regnum Bohemiæ præfatas terras, & provincias Moraviæ, utriuſque Sleſiæ, Luſatiæ, & ſex civitatum recipere, & reunire corpori Bohemiæ voluerint, illud facere poſſint libere, & ſine ullo impedimento Regis Hungariæ pro tempore exiſtente, vel regni Hungariæ, &c. Adjectæ ſunt plures conditiones, quarum præcipua ea fuit, ut cum provinciæ illæ ad coronam Bohemicam revocarentur, quadringenta aureorum Hungaricorum millia Pannoniæ Regi penderentur: ſi vero Wladiſlaum præmori contingeret, ac ſuperſtitem Matthiam a regni Bohemici ordinibus ad ſolium Bohemicum vocari, conventum eſt Sileſiam, Luſatiam, Moraviam, & ſex alias urbes cum reliquo Bohemiæ regno coalituras. Sancitum etiam, ut ſi quis finitimorum Regum, ac principum alterum ipſorum injuſto bello peteret, alterum mutuis opibus viribuſque alteri ſubſidio futurum. De redintegranda vero in Bohemia re catholica hoc decretum additum. XXXIX.

Item conclusum eſt, quod ex parte differentiarum in ſedem Apoſtolicam, & Bohe- XL.

mos

mos poſtquam majeſtates eorum convenient, debebunt hoc negotium ſimiliter pertractare, & videre de modo, quo tales differentiæ poſſint compleneri: ſimiliter & diligentiam facere, & ſolicitare, quod quidam archiepiſcopus in regno ordinetur, qui ab omnibus decenter, & honorifice honoretur, ſuſcipique debebit, & teneri, & ut ſententia excommunicationis per dominum Paulum Pontificem piæ memoriæ promulgatam tam a vivis, quam a mortuis auferatur, apud dominum Pontificem laboretur. Conſtitutum etiam eſt, ut ſolemne Regum colloquium in agro inter Olomucium, quo Matthias accederet, & Vinzonum, quo Wladiſlaus ſe conferret, celebraretur, in quo fœdus æternum Hungaros inter & Bohemos ſanciretur, deque reſarciendis damnis poſt inducias Wratiſlaviæ pactas illatis ageretur, ac vi occupata reſtituerentur, & capti liberarentur. *Datum in præfata civitate Olomucenſi die lunæ in octava Sancti Andreæ Apoſtoli anno Domini MCCCCLXXVIII.*

XLI.

(a) Cromer. l. 29. (b) Id. ead. lib. (c) Bonfin. dec. 4. l. 5. Sab. ennead. 10. l. 7.

Mahometes in Chriſtianos graſſatur.

Veteres etiam diſcordiæ, quæ repullularant in Pruſſia, quaſque Matthias ſubmiſſo Cruciferis auxilio accenſurus erat, feliciter ſedatæ a Caſimiro Rege Poloniæ, a quo etiam cum Tartaris & Turcis pax redintegrata (a) eſt, quam pariter Veneti a Mahomete maximo damno redemere, indeque Chriſtianæ res ad exitium proniores fuere: aliis enim mutuis bellis ſeſe petentibus, aliis cum barbaro paciſcentibus, Mahometes proterendæ Chriſtianæ religionis evertendæque cupidiſſimus, liberius in Chriſtifideles graſſatus eſt, Carinthiam igni ferroque (b) vaſtavit, Crojam (c) Macedoniæ urbem principem olim Scanderbegi victoriis nobilitatam, preſſam annua obſidione ob commeatuum inopiam ad deditionem coegit: Scodram atrociori quam antea triennii oppugnatione adortus eſt: Drivaſtum cepit: Lyſſum ad Drymonis ripam eripuit, denique Venetos ad Scodram, Tænarum Laconiæ & Lemnum inſulam ſibi dedenda coactæ pacis cauſa adegit. Recenſet hujuſmodi leges, nonnullaque alia ſcitu digna Sabellicus (d).

Croia expugnata. Dedita a Venetis arces fortiſſimæ pro impetranda pace a Turca. (d) Sabel. ennead. 10. l. 7. Bonfin. ubi ſup. Boſius p. 2. l. 11. Crom. l. 29. & alii.

XLII. *Pax*, inquit, *his conditionibus facta eſt ut Scodram Veneti, Tænarum Laconiæ, & Lemnum inſulam Turco relinquerent: ſolverent ad id quotannis octona aureorum nummum millia, ut Pontica pateret navigatio Venetis negotiatoribus. Alii centum millia dumtaxat intra biennium promiſſe ajunt, negotiatoreſque id aurum daturos ſe ob negotia, quæ in Pontico mari haberent, pollicitos: atque ita magiſtratus, quem Veneti ad id tempus Byzantii habere conſueverant, poſt pacem in eam urbem reſtituitur. Vix tantum quietis, & otii attulit pax hæc Venetis, quantum cætera Italia ſolicitudinis, & metus, omnibus vulgo prædicentibus futurum, ut Venetis quieſcentibus Italiæ pars, quæ Venetæ non eſſet ditionis, multo infeſtior jam inde Othomanicis eſſet armis quam ullo unquam tempore fuiſſet. Poſt pacem Mahometes Neritum, quæ nunc Maura eſt, Leonardo Tocco ademit, qui ea tenebat loca Cephaleniam inde Zacynthumque ſuo imperio adjecit: ſolverant ſe Veneti Othomanico bello anno ſextodecimo quam in Turcos arma induerant, fuitque annus ille ſalutis ſeptuageſimus octavus ſupra milleſimum ac quadringenteſimum.* Pax hæc graviſſima primum Rhodiis, deinde Appulis bella peperit, ut dicetur inferius [1].

Apertus Mahometi aditus ad invadendam Italiam.

Aliæ arces & inſulæ Chriſtianis ademptæ.

Premebat tum ſua tyrannide Mahometes Boſnam, ex qua in Germaniæ limites maximæ excurſiones fiebant, cujus provinciæ Regina Catharina religioſiſſima Thomæ olim Regis uxor diu Romæ Pauli II. & Sixti IV. pontificum liberalitate ſuſtentata hoc anno extincta eſt, de qua hæc tradit Raphael Volaterranus (e): *Mœſia ſuperior inter Danubium, & montes Macedonicos continetur. in quo fermo ſpatio tres nunc regiones ſunt Boſna, Raſcia, & Servia, Boſna prope fluvium, qui Mœſus appellatur a Ptolomæo: apud hos Manichæorum ſecta colitur: duo rerum principia, alterum bonorum, alterum malorum dicunt*: pauciſque interjectis verbis: *Cœnobia in abditis montium convallibus habent, ubi matronæ, quæ ex aliquo morbo evaſerunt, ſenectis viris, certo tempore ex voto ſervire ſe dicunt, atque ita inter monachos mixtæ una vivunt: quæ quidem labes adhuc durat. Rex Stephanus, hoc*

XLIII. Diu a Venetis Mahometis diſtractæ vires ne Chriſtianum imperium obruerent.

Boſnæ Reginæ mors. (e) Raphael. Volat. l. 8. Boſna hæreſi manichæa contaminata.

NOTÆ [1] PAx quidem a Venetis compoſita, ſed anno iſto elapſo, & ineunte ſequenti. Quamquam hoc anno Veneti pacem a Mahomete poſtularunt, vanis tamen ludificationibus ab illo extracti ſunt uſque ad exordium ſequentis anni; tunc vero propoſitæ a Venetis conditiones admiſſæ ab eo atque ſancita utrimque pax eſt. Dies quo conventum fuit inter partes deſignatur a Naugerio dies XXVI. januarii anni 1479. qui pariter ſcriptor pacis hujus leges recitans has inter ceteras recenſet: ut ducatorum 100000. intra biduum Veneti ſolvant, quæ portio erat æris alieni quo Turcis obſtringebantur Veneti quidam, qui exorto bello e Conſtantinopoli ſe proripuerant. Præter hæc ſolvenda quotannis a Venetis 100. millia ducatorum ut libera negociatio per totam Turcarum ditionem Venetis negociatoribus pateat. Chronologiam noſtram de anno ſancitæ pacis confirmat Sanutus in vitis ducum Venetorum, ſcribens die XXI. februarii nuncium de pace cum Turca compoſita Venetias perveniſſe. Cæterum toto hoc anno Turcæ hoſtilia multa in Venetos geſſere; nam & Crojam expugnarunt, & Scodrum, ſeu Scutarim arcta obſidione preſſerunt, & in Forum julii excurſionem aliam inſtituerunt, qua, a Venetis repulſi, parum profecerunt. Mansi

enim nomine Reges eorum vocant, a Joanne Carvajal S. Angeli Cardinale baptiſma de more accepit: ei fuit Germanus Boſnæ Reginæ, quæ a Turcis expulſa Romæ noſtra memoria Pontificum miſericordia victitabat, & extincta eſt.

XLIV. Antequam illa extremum diem obiret teſtamento Boſnam Romanæ eccleſiæ legavit, eamque ob cauſam enſem & calcaria in Cardinalium ſenatu Pontifici oblata, ſcripſit ad Franciſcum Gonzagam Cardinalem Mantuanum Jacobus Cardinalis Papienſis (a), cui codices mſ. Vaticani author accuratiſſimus, qui inſignia quæque tum in Cardinalium conſiſtoriis, tum in urbe geſta literis conſignavit (b), hiſce verbis conſentit: *Profugerat ad nos pulſa regno Catharina Regina Boſniæ, quod jam ante occupaverat Turcas. Ejus filius abnegata fide cum illo erat contra Chriſtianos militans. Cum autem annos circiter duodecim apud nos ea fuiſſet, noſtris pecuniis ſuſtentata, diem obiens heredem amiſſi regni Pontificem Romanum reliquit, addita conditione, ſi filius ad fidem rediret, utique in paternum regnum rediret. Ad offerendum teſtamentum regnumque tradendum inſtitutus eſt vicecancellarius, hodie itaque, cæteris in ſenatu abſolutis, introducti nonnulli Reginæ domeſtici ſunt, qui & teſtamentum oſtenderent, enſemque & calcaria Pontifici traderent in poſſeſſionis aditæ ſignum. Laudavit Reginam Pontifex, teſtamentum accepit ſimul, & enſem prehendidit, prehendique a ſingulis patribus voluit, ut unum cum illo corpus nos facere ſignificaret. Imperavit vicecancellario, ut documenta accepta hereditatis confecta in archivis Apoſtolicis condi curaret.* Extat in bibliothecæ Vaticanæ tabulario id teſtamentum (c), cujus formulam ad propagandam poſteritati inſignis facti memoriam hiſtoriæ inſerendam ducimus.

(a) Papien. ep. 695.
(b) Id. ib. mſ. arch. Vat. Volater. in diariis.
Boſnæ jura eccleſiæ teſtamento relicta.
Admiſſa a Sixto ſolemni ritu.
(c) Ext. in cod. mſ. arch. Vat. ſign. varia circa med.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen, anno incarnat. dominica MCDLXXVIII. indictione XI. die vero XX. menſis octobris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri domini Sixti divina providentia Papæ IV.

XLV. *In mei notarii, & teſtium infraſcriptorum, & ſubſcriptorum ad omnia, & ſingula infraſcripta vocatorum ſpecialiter, & rogatorum præſentia Illuſtriſſima domina Catherina quondam ducis Stephani filia Regina Boſnæ, nunc in alma urbe in regione Pineæ in domo ſua ſolitæ habitationis prope eccleſiam S. Marci de urbe conſtituta, ægra corpore, ſana tamen & compos mente,* & infra, *volens quod, licet per immaniſſimum Chriſtianæ religionis hoſtem Turcum retroactis temporibus de facto, & per tyrannidem prædicto regno Boſnæ pulſa, & ſpoliata ſit, propterea tamen jus præfati non amiſit, nec amittit, quod ſpectat ad eam, propter incapacitatem, & inhabilitatem filiorum ſuorum legitimorum, & naturalium, & illuſtriſſimi Regis Thomæ memorati regni Boſnæ ex profeſſione Mahometanæ ſectæ contractam, habenſque fiduciam in Domino, qui nullum violentum ſinit eſſe perpetuum, quod prædictum regnum aliquando de manu tyrannica, & hoſtili excidet, & evertetur ab ea, & Chriſtianæ ſubiicietur ditioni, volens propterea incolis regni prædicti, & ergo conſulere, ne ad manus veniat aliquorum nullum habentium jus in regno, ſed ſuum juridicum, & legitimum habeat Regem; præfata Regina ex præmiſſis, & quibuſdam aliis rationabilibus cauſis animum ſuum moventibus, ac memor munificentiæ, gratiarum, & beneficiorum a ſancta Romana eccleſia, & Apoſtolica ſede a felice & ſancta memoria Paulo Papa II. & ſanctiſſimo domino noſtro Sixto Papa IV. collatorum, qui eam gratiſſima hoſpitalitate ſunt ſemper proſecuti, ſubveniendo eidem ſecundum regiam dignitatem condigno annuali ſtipendio, & proviſione, ſeu ſufficienti pro ſuis neceſſitatibus: in prædicto regno Boſnæ cum omnibus, & ſingulis juribus, pertinentiis, dependentibus, connexis, & annexis præfati regni civitatibus, caſtris, terris, villis, juribus, & juriſdictionibus, ac utili, & directo ejuſdem dominio ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & ſedem Apoſtolicam, ac prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum dominum Sixtum divina providentia Papam IV. & ſuos ſucceſſores canonice electos, & intrantes univerſales heredes, ac ſucceſſores inſtituit.*

XLVI. *Rogavitque & rogat per ſolemne fidei commiſſum dictam ſedem Apoſtolicam, ac prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum, & prædictos ſucceſſores, ejuſdemque prædictæ ſedis fidei commiſit, & committit, & ita voluit, & ordinavit, quod filio ſuo, & prædicti Regis Thomæ legitimo & naturali Sigiſmundo ſi (quod Deus per infinitam ſuam permittat clementiam) ex Mahometanorum vomitu, in quo degit de præſenti, ad veram Chriſti fidem realiter, & cum effectu revertatur, prædictum regnum, & regni jura, dominia, & juriſdictiones abſque detractione legis Trebellianicæ plene reſtituat, eumque Regem in prædicto regno nominet, inſtituat, & inveſtiat quantum in prædicta ſede Apoſtolica fuerit. Si vero dictus Sigiſmundus ejus filius ad Chriſtianam fidem non venerit, ut præfertur, tunc illo caſu dicta illuſtriſſima domina Regina voluit dictum fidei commiſſum eſſe nullum, irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti, ac ſi factum non fuiſſet, ſed in tali caſu iterum rogavit, & rogat dictam ſedem Apoſtolicam, & ſanctiſſimum dominum noſtrum, & ſuos ſucceſſores*

Si Reginæ filius e Mahumetiſmo reſipiſcat eidem regnum reſtituendum.

rit præfatos, & ejus ac prædictorum fidei committit, quod ſi filia ejus Catherina, quæ ſimiliter de præſenti Mahometanorum comitum ſequitur, revertatur realiter, & cum effectu ad ſanctam Chriſtianam fidem, eidem filiæ ſuæ modo & forma præmiſſis regnum prædictum integraliter reſtituant, quantum fuerit in eiſdem: ambobus autem & filio & filia prænominatis in perfida Machomettana ſecta perſeverantibus dictum fideicommiſſum prædicta Regina voluit ſimiliter eſſe nullum, irritum, & inane modo, quo ſupra eſt præmiſſum. Et interim dictam ſedem Apoſtolicam poſſe plene, & libere de prædicto regno ejus juribus, & titulo diſponere ad ſuam voluntatem, & beneplacitum tanquam de re, patrimonio, hereditate, ac bonis ſuis propriis quibuſvis contradictionibus non obſtantibus, &c.

Si filia Mahometem pariter deferat eidem reddendum.

XLVII. An invitus epiſcopatus transferri poſſit.

In ſenatu etiam Cardinalium agitata eſt hoc anno controverſia de transferendo Nicolao epiſcopo Caminenſi ad Warmienſem eccleſiam, quamvis inſcio invitoque. Re diu controverſa, cum opponeretur concilii Conſtantienſis canon, reſponſum fuit ea decreta, in quibus de fide non agitur, a Martino non fuiſſe confirmata, narrat MS. Vaticani author (a): *Et quoniam*, inquit, *decreto Conſtantienſis concilii cavebatur, ne quis transferretur invitus niſi eo citato, & cauſa ante cognita, & additum eſt adjectam authoritatem ei concilio non eſſe, cujus decreta Martinus ejus nominis V. confirmare niſi in quibus de fide catholica ageretur prorsus noluiſſet.* His addimus decima februarii Dominicum Ruvereum pontificium cubicularium creatum fuiſſe Cardinalem tit. S. Vitalis.

(a) *Mſ. arch. Vat.*

XLVIII. Datæ Platinæ partes ut illuſtria eccleſiæ monumenta colligat.

Hoc anno Sixtus ſolicitus in aſſerendis juribus, quæ a prædeceſſoribus acceperat, provinciam mandavit Bartholomæo Platinæ, ut inſignia quæque vetera monumenta ex autographis deſcripta in libros redigeret: quod ille egregie perfecit (b), ac tria ingentia volumina, ex quibus non pauca maximi ponderis noſtris inſeruimus annalibus, congeſſit, quibus epiſtolam Sixto inſcriptam præfixit.

(b) *Platin. in præfatione collect.*

XLIX. Bibliotheca a Sixto congeſta.

Præfectum fuiſſe jam triennio ante Vaticanæ bibliothecæ Bartholomæum Platinam, ac ſtipendium ipſi, atque eo in munere ſucceſſuris attributum; præterea ipſam bibliothecam magnificentius inſtauratam ornatamque ex pontificiis literis (c) conſtat, tum etiam ex aliis anno ſuperiori exaratis (d) curaſſe Sixtum impenſius bibliothecam, ut in ea literarum amantes ad adipiſcendam doctrinam ſtudioſius incumberent: *Ad decorem*, inquit, *militantis Eccleſiæ, fidei catholicæ augmentum, eruditionis quoque, ac literarum ſtudiis inſiſtentium commodum & honorem Romanus Pontifex commendabilis cujuſque exercitii adjutor, ut ſectatores liberalium artium eo facilius ad tam præcelſum humanæ conditionis faſtigium acquirendum, acquiſitum vero in alios effundendum judicat, paternis eos hortatur monitis, muneribus allicit, beneficiis juvat, bibliothecas & loca eis accommoda præparat, ac ſparſa librorum volumina ad ipſorum profectum in unum reducit.* Antea vero cum ejuſdem bibliothecæ nonnulla volumina alienata eſſent, intentatis cenſuris edixit (e) adverſis, ut ea reſtituerent.

(c) *Lib. brev. & bull. p. 83.*
(d) *Ext. inter collect. Plat. 3. p. 431.*

Doctorum uſui accommodata.

(e) *Ib. p. 430.*

L. Compoſita controverſia inter clerum & monachos.

Hoc anno Pontifex, cum graves eſſent inter clerum, & monachos in Germania controverſiæ, eas hoc diplomate (f) diremit.

(f) *Extrav. commun. de treuga & pace l. 2. c. 12.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Parochiani ſacerdotes de cætero non dicant a mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per ordines Prædicatorum, & Minorum, ut jura teſtantur. Fratres mendicantes non prædicent populos parochianos non teneri audire miſſam in eorum parochiis diebus feſtivis, & dominicis cum jure ſit cautum illis diebus parochianos teneri audire (g) miſſam in eorum parochiali eccleſia, niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarent, quodque etiam ipſi fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caveant propter pœnas, quas imponunt canones, cum ſit liberum.

De miſſa audienda.

(g) *Vid. Concil. Trid. ſeſſ. 2. in decr. de obſervandis in celebratione miſſarum §. nec ex.*

LI. De ſepulturis.

Etiam ipſi mendicantes deſiſtant prædicare, quod parochiani non ſint obligati, ſaltem in paſchate, proprio confiteri ſacerdoti, quia de jure tenetur parochianus ſaltem in paſchate proprio confiteri ſacerdoti; per hoc tamen ipſi fratres mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundum juris communis, & privilegiorum eiſdem conceſſorum diſpoſitionem confeſſiones audire, & pœnitentias injungere valeant. Etiam de cætero inter ipſos fratres mendicantes, & curatos quoad effectum prædicandi, horas cantandi, & campanas pulſandi ſervetur conſuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis ſervata fuit in ipſo oppido Elingenſi, & caſu, quo veniat aliqua occaſio, ſive neceſſitas non fiat commutatio temporis, vel horæ in ipſis prædicationibus ſiendis, niſi de conſenſu partium. Etiam ipſi fratres in ſermonibus eorum non detrahant prælatis, & rectoribus parochialium eccleſiarum, nec etiam populos a ſuarum eccleſiarum parochialium frequentia, & acceſſu abſtrahant ſive retrahant quoquo modo.

De facienda exomologeſi.

De concionibus.

I. Redintegrare in Turcas bellum nititur Sixtus.

AGgredimur annum a Virginis partu milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum nonum duodecima indictione, quo cum immaniſſimus Turcarum princeps relatis de Chriſtifidelibus plurimis victoriis lateque proſtratis, innumeriſque in ſervitutem adductis, ac fixis ubique ſævitiæ ſuæ trophæis univerſum orbem Chriſtianum ſub jugum mittere meditaretur, Dei vicarius plures legationes ad Reges principeſque ad ſacrum bellum adverſus communem hoſtem ſuſcipiendum concitandos, inflammandoſque populos ad nomen crucesignatæ militiæ dandum miſit: inprimis enim Auſiam tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem ſumma inſtructum auctoritate in Germaniam legavit (a): *Tibi*, inquit, *excitandi tam Imperatorem, quam omnes, & ſingulos catholicos principes, & populos, ut adverſus infideliſſimum Turcorum principem pro defenſione fidei, pro ſalute patria & propria, ac aliorum Chriſtianorum tuitione ſe ardenter opponant, ipſiuſque reprobos conatus reprimere ſtudeant: inſuper cruciatam contra eoſdem Turcas prædicandi, & crucesignatis contra eoſdem Turcas pugnantibus, vel ad id contribuentibus non ſolum ſemel in vita, ſed etiam in mortis articulo juxta ordinationem tuæ circumſpectionis, ut indulgentiam plenariam conſequantur, concedendi*, & infra, *auctoritatem concedimus & impartimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXIX. nonis maii pontificatus noſtri anno* VIII.

Auſias Card. in Germ. decretus.

(a) *Reg. 1. legation. p.104. ad p.172.*

Solicitati Germani ad ſacram in Turcas expeditionem.

II. Joannes S. Adr. Card. in Bohem. Polon. & Ung. miſſus.

Perſimilem provinciam in Pannonia, Bohemia, ac Polonia gerendam Joanni Aragonio S. Hadriani diacono Cardinali impoſuit (b), tum ut ſubortas inter eos Reges de Bohemiæ regno controverſias ſedaret, atque ideo ſi uſus poſcere videretur, inducias & colloquia imperaret, tum mutuo armorum fœdere adverſus Turcas jungeret, necnon ſacrum bellum, ad eorum comprimendos impetus, fidemque tuendam promulgaret, ac militiam religioſam profeſſuros crucis ſymbolo inſigniret: quæ literæ his verbis conſignatæ ſunt: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXIX. kal. junii pontificatus noſtri anno* VIII.

(b) *Ib. p. 157. ad p. 163. & p.182. &c.*

III.

Ut autem facilius ſacra in Turcas expeditio confici poſſet, non modo pacandis Germaniæ aliorumque regnorum borealium rebus, verum Italicis quoque operam dedit Pontifex: cumque accepiſſet ſublata eſſe diſſidia, quæ inter Bonam Mariam & Joannem Galeatium ejus filium, atque Aſcanium, & Ludovicum Octavianumque Sfortias ante interceſſerant, id Aſcanio adminiſtratori eccleſiæ Papienſis eadem progenie orto gratulatus legationis munus in Inſubria, ac provinciis adjacentibus obeundam ei decrevit, (c) ut nimirum tam illos, quam alios regionum illarum principes viros, ac populos arctiſſimo jungeret fœdere, quo argumento has ad eum literas dedit.

Aſcanio Card. Inſubriæ legatio demandata.

(c) *Reg. 2. legation. p.26.*

IV.

Intenti, inquit, *ex ſaluberrimis monitis ejuſdem ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti ad pacem, & quietem ipſorum fidelium ac conſervationem hujuſmodi unionis, & tranquillitatis, prout etiam naturali jure devincimur, proprioque paternæ charitatis invitamur officio, in quo omnem cogitatum noſtrum convertimus, ac oculos noſtræ mentis ad perſonam tuam pro conſervatione hujuſmodi unionis, & tranquillitatis direximus, te ad ducatum prædictum, & ad partes Lombardiæ, & finitima, ac illi adjacentia tam citra, quam ultra montes dominia & loca cum plena, & omnimoda poteſtate legati de latere nuntium & oratorem noſtrum, ac angelum pacis deſtinare decrevimus: &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXIX. x. kal. octobris pontificatus noſtri anno* IX.

V. Papien. Card. interemptus helleboro.

Succeſſerat Aſcanius in adminiſtranda eccleſia Ticinenſi Jacobo Cardinali Papienſi III. idus ſeptembris hujus anni vita functo culpa ignobilis medici, qui helleborum male temperatum quartana laboranti propinarat, ut Jacobus Volaterranus (d), qui tum ſummo Pontifici a ſecretis erat, in præfatione operum illius hoc anno conſignata teſtatur, eumque hoc exornat elogio: *Cenſus illi ſacerdotiorum fuit ad modeſtiam dignitatis, quorum acervos non quæſivit modo, ſed in aliis vehementer deteſtabatur. Vir certe fuit magni ingenii, ac ſi ei aliter mori contigiſſet, majoris conſilii habitus, manu dexter ad omnia, ad quæ intendebat animo: eleganti & magna doctrina, atque in ſcriptis ſuis non minus ſententiarum gravitatem, quam ornatum oſtendens frequenter ſcripturæ ſanctæ verbis de induſtria utebatur, utpote quæ ſorti, & dignitati ſuæ convenire plurimum exiſtimabat. Scripſit Pontificum vitas, quæ vel æmulorum malignitate deperditæ ſunt, vel forte [quod velit Deus] in aliud tempus ſervatæ. Scripſit commentarios a Pii profectione Anconam, dum in Turcos expeditionem pararet, uſque ad obitum integerrimi patris Cardinalis Carvajalis, qui annorum fere quinque hiſtoriam continent, omnium videlicet, quæ ubique memoratu digna inciderunt. Scripſit epiſtolas multas tam ſui ad alendum ingenium, quam negotii cauſa ad amicos, a me in hunc diem ſupra ſexcentas magno labore, & cura collectas. Biennio ante obitum Tuſculana eccleſia titulo honeſtatus eſt, cum prius inter presby-*

(d) *Volater. in præfat. ad opera Card. Papien.*

Illius elogium.

Ejus commentarii.

teros

teros cooptatus S. Chryſogoni titulum habuiſſet.

VI. Quamvis ille repentino mortis genere, lethargo nimirum oppreſſus obierit, non ea tamen illi fuit improviſa, teſtamentum (a) enim jam ante condiderat, quod pietatem ſpirat, e quo hæc viſa ſunt decerpenda: *Inprimis*, inquit, *converſus in Deum authorem, & redemptorem meum, cum anxius ſim futuri de me judicii, & neſciens utrum odio an acceptione ſim dignus, ſciens autem in manu ejus vitam eſſe atque interitum, per viſcera miſericordiæ ſuæ, in quibus ex alto nos viſitavit, humi ſtratus oro, ut fiant aures ſuæ intendentes in vocem deprecationis meæ: non intret in judicium cum ſervo ſuo: adverſus folium, quod vento rapitur, non exerceat potentiam ſuam, nec ſiccam ſtipulam perſequatur, pœnitentis ſacerdotis animam non dedignetur.* Et infra: *Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus: ſecundum ergo peccata mea non faciat mihi, neque ſecundum iniquitates meas retribuat mihi, quia non juſtificabitur in conſpectu ſuo omnis vivens, ſed per ſanctam nativitatem ſuam, paſſionem, & mortem & reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlum, & adventum Spiritus Sancti paracliti ſalvet humilitatem animam cum beatis ſpiritibus in vitam æternam.*

(a) Ext. apud Card. Papien. poſt ep. ult.

Pium ejuſdem teſtamentum.

VII. *Proxime autem ſi quid contra paſtorem principem meum Romanum Pontificem viventem peccavi [peccaſſe autem multa me puto] ſi quid dicto aut facto contumacius egi, ſi non ſum digne veneratus, ſi non parui, ſi contriſtavi, ſi carpſi pro ſuis in me meritis, ſi non digne retribui, ſupremam ejus pietatem gemens imploro, ut mihi ignoſcat, & oblitus omnium, defuncti animæ benedicat.* Nonnulliſque interiectis de petenda a Cardinalibus venia: *Ut vero ad gloriam Dei, & integritatem communionis fidelium perſeverantes, licet peccatores, ſervos pateat fides, alta voce profiteor, tenuiſſe me a lavacro ſancti baptiſmatis uſque in diem præſentem ſanctam orthodoxam fidem catholicam, ſymbolum ab Apoſtolis conditum, expoſitionem fidei magni Nicæni concilii, anathematizaſſe etiam me & anathematizare omnem hæreſim extollentem ſe adverſus ſanctam, & immaculatam fidem, in qua, ut dictum eſt vivere, & mori intendo, hoc ſequens confeſſionis meæ chirographum, omnipotenti Deo in extremo judicio repræſentans. Credo, &c.* Hactenus de Jacobo Cardinale Papienſi: nunc ad inſtitutam de conciliandа in Italia pace narrationem redeamus.

Ex a Pont. & Cardd. ſenatu veniam petit.

Profeſſio fidei.

VIII. Miſſi ſunt hoc anno ineunte Romam ex toto orbe Chriſtiano ad Sixtum oratores, ne conceptum in Florentinos ob eccleſiaſtici ordinis violatam majeſtatem dolorem ulciſceretur, belloque parceret, ne Chriſtiana reſpublica inteſtinis noſtrorum diſcordiis Turcico tyranno proderetur: queriturque Jacobus Antiquarius in literis (b) ad Jacobum Papienſem, tum adhuc ſuperſtitem, oratores infecto negotio domum rediiſſe: Sixtum eſſe ad vindictam quam ad quietem procliviorem: poſtulare ut Laurentius Medices dedatur: vindictam capeti ob cæſum Salviatum qui ſi archiepiſcopus Piſanorum fuerit, eum prius ſacram dignitatem prodidiſſe, qui aras cruentare eſſet auſus: urgeri bellum in Etruria aſcito a Sixto in ſocietatem Ferdinando Rege: incendi paſſim diripique oppida: nil flammis aut ferro intactum relinqui: Mediolanenſes principes junxiſſe ſe fœdere Florentinis: Helvetios in Mediolanenſes ſolicitatos ab internuntiis pontificiis, cum in eorum fines irrupiſſent, in alpinas valles retruſos Genuenſes: Mediolanenſi jugo a ſuis cervicibus dejecto, in libertatem ſe vindicaſſe. [ɪ]

Miſſæ ad Sixtum plures legationes ut bello in Florentinos abſtineat.

(b) Apud Papien. ep. 696.

Ab emeſis in crimen adductus Sixtus.

IX. Verum authorem adverſa factione implicitum immerito Pontificem perſtrinxiſſe conſtat, cum non perductæ ad optatum finem concordiæ culpam conjiciendam conſtet in Florentinos, qui violatis conventis Peruſinum armis tentarunt, propulſatique mœnibus agros vaſtitarunt, ac plura oppida occupavere; atque adeo a pacis conſiliis ipſos prorſus abhorruiſſe re ipſa docuerunt, ut Sixtus publicis literis (c) apologeticis demonſtrat, quas ad rei geſtæ memoriam transfundendam in poſteros divulgari juſſit, quaſque ad delendam omnem ab adverſariis aſperſam Dei vicario labem afferendas potiori ex parte cenſemus.

Illud a ſe removet.

(c) Ext. lib. bull. 44. p. 286. & lib. brev. & bull. p. 172. & 119. & lib. prov. Rom. eccleſ. to. 3. p. 443. & inter collect. Plat. to. 3. p. 443. inſ. arch. Vat.

Ad futuram rei memoriam.

X. *Cum oratores chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Francorum Regis illuſtris ad nos, & ſedem prædictam deſtinati pro conſerva-*

Ut Reges pacis interpretes egerint.

NOTÆ [ɪ] INter res hoc anno geſtas quædam narrat Annaliſta, quæ ſuperiori anno præceſſerant. Igitur principum legationes ſuperiori anno apud pontificem convenerunt, & quidem auguſto menſe, ut Parmenſis diarii ſcriptor adnotat; qua occaſione narrat legatos illos nactos pontificem animo eſſe in Florentinos maxime exacerbato, nec leniri ullo officio poſſe, denunciaſſe eccleſiaſticis in Romana curia degentibus, qui & beneficia ſeu jura eccleſiaſtica in ditione ſuorum principum obtinebant, ut ad loca illa intra menſem, proventibus alioquin ſuis mulctandi redirent. Eodem ipſo anno Hercules Aeſtinus dux fœderatorum in pontificem eligitur. Hæc anno ſuperiori geſta. Præſenti vero oratores principum Romæ iterum convenerunt menſe februario, iterumque re infecta redierunt. Ex his intelligere arbitror lectorem quæ ad præſentem, quæ vero ad ſuperiorem annum referat. MANSI.

ſurarum & pœnarum hujuſmodi remiſſione, & Italiæ pace, cum honore tamen dictæ ſedis, & debita ſatisfactione nemine prædicti Regis nobis humiliter ſupplicaſſent, ut pace hujuſmodi facta, communibus viribus contra Turcos noſtræ religionis, & orthodoxæ fidei hoſtes ad Chriſtianæ reipublicæ defenſionem intendi poſſet; nos tam illis, quam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & dilecti filii noſtri nobilis viri Maximiliani Borgundiæ ducis oratoribus poſtmodum ſupervenientibus, & pro parte Imperatoris, & ducis prædictorum, idem quod eiſdem Ludovici Regis oratores petierant, cum inſtantia humiliter petentibus affirmavimus, nos promptos & paratos ad pacem ſemper fuiſſe & eſſe, nec quicquam ullo tempore magis deſideraſſe, quam Italiæ, & univerſorum Chriſtianorum tranquillitatem, & expeditionem ipſam contra Turcos. Et cum eorumdem Florentinorum, & confœderatorum cum eis, ſeu ligæ oratores paulo poſt advenientes, eadem ferme, quæ alii oratores Imperatoris, Regis, & ducis prædictorum petierant, fieri inſtanter peterent, oſtendimus eis quantum & pacem & expeditionem ipſam in Turcos deſideraremus, quantumve ſollicite omnia noſtra ſtudia ad id ſemper contuliſſemus.

XI. Denuntiarunt Veneti pacem cum Turcis pepigiſſe. Ex ea in diſcrimen adductum Chriſtianum imperium.

Cumque nos ad media ineunda pacis devenire ſperaremus, ligæ oratores prædicti, literas ducis, & dominii Venetorum, per quas eis ſignificabant pacem cum Turcis iniiſſe, nobis oſtenderunt: quo audito vehementer admirati fuimus, & quamplurimum indoluimus, quia ex ea pace maximo in periculo reſpublica Chriſtiana conſtituebatur, & hujus pacis Italicæ videbatur ademi fundamentum, ipſius ligæ dominiis, & eorum oratoribus prædictis de expeditione in Turcos amplius ſermonem non facientibus: immo [quod deterius eſt] nobis expeditionem ipſam commemorantibus, & dictos oratores ligæ exhortantibus; ducis, & dominii Venetorum orator publice & palam per ducem, & dominium prædictos pacem per eos cum Turco initam firmam, & illibatam ſervare velle, in conſpectu noſtro & venerabilium fratrum noſtrorum, ac oratorum Imperatoris, Regis, ducis, & prælatorum, ac aliorum in multitudine ſatis grandi, affirmare non erubuit.

Moniti ut cæteris ſe conjungerent renuerunt.

XII. Ad pacem procliviorem ſe oſtendit Sixtus.

Nos autem cupientes Chriſtianæ religioni in tanto periculo conſtitutæ pro viribus cum aliis catholicis principibus ſuccurrere, ac proinde nihil omittere, quod ad Italicam pacem cum honore dictæ ſedis pertineret, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio media ſine dilatione obtulimus juſta, & ab animo paterno, & tranquillo profecta ad pacem ipſam conſtituendam pertinentia; nonnulloſque ex eiſdem fratribus, conſilio & integritate pollentes, ad pacem ipſam pertractandam deputavimus. Sed nec etiam poſt viginti duorum dierum ſpatium ad dicta media per illius ligæ dominia aliter reſponſum extitit, niſi quod per eorum literas nobis ſupplicarunt, ut arma deponi juberemus, & cenſuras prædictas ſuſpenderemus: ſuper quo eorum oratores præfati terminum octo dierum ad expectandum deliberationem noſtram habere dixerunt, quod nobis admirationem præbuit, cum nos eis liberum tempus ad eorum conſilia dediſſemus; ipſi vero ad hujuſmodi temporis anguſtiam ſe arctaſſent: & licet poſtulata per eos adimplere, cum ad media per nos data minime reſpondiſſent, nec ullam conſequendæ pacis ſpem videremus, ad æſtimationem noſtram, & dignitatem dictæ ſedis, communeque reipublicæ Chriſtianæ utilitatem minime pertinere judicaremus, & contemptus clavium nos ad aſperiora remedia devenire debere ſuaderet; tamen pacis, & expeditionis prædictæ cupidi, & ut Deo & hominibus conſtaret, pacem cordi nobis eſſe, noſque pacem cæteris omnibus anteferre, juſtiſſimas cenſuras prædictas, temporalia quoque arma non ſolum juſtiſſime, ſed neceſſario, ut in pace aliquando viveremus, ſuſcepta, de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio miſericorditer in Domino ſuſpendimus, quamdiu ipſorum de liga arma ſuſpenſa intelligerent. Monuimus tamen eoſdem oratores ligæ, ut eorum dominia ad maturandum reſponſum omni diligentia hortarentur; ita ut eorum dilationibus res noſtræ non deteriorarentur; etenim ſi ita non fieret, dilatum reſponſum neceſſitate magis, quam voluntate ad conſulendum rebus noſtris, omniaque in priſtinum ſtatum reponendum nos merito cogeret, atque illorum tarditas reprehenſione digna foret, ſic noſtra neceſſitas culpa careret.

Admiſit inducias.

XIII.

Poſtmodum vero cum præfatus Francorum, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Eduardus Angliæ Reges animadvertentes difficultatem compoſitionis circa media prædicta per nos oblata, per ipſorum Regum oratores nobis humiliter ſupplicaſſent, ut de his omnibus differentiis compromiſſum fieret in eos: nos qui ad pacem ſemper inclinavimus, nil omittere volentes, per quod ſalutares alios effectus conſtituendæ pacis, ſicut ſemper affectavimus, ſubſequerentur, contentari diximus hujuſmodi differentias in dictæ ſedis legatum per nos mittendum, & prædictos Reges tanquam in arbitros, & arbitratores & amicabiles compoſitores compromittere, ita tamen, ut ſi invicem concordare non poſſent, in ipſo caſu diſcordiæ Imperator, & dux præfate additi intelligerentur. Quod quidem compromiſſum durare deberet per ſpatium temporis arbitrio legati, & prædictorum Regum ſtatuendi, & quod durante dicto compromiſſo, ceſſare deberent hinc inde offenſiones, & cenſura prædicta intellige-

Cæſarem & Burgundum concordiæ arbitros dixit.

gerentur eſſe ſuſpenſæ, dum tamen partes eæ firmarent compromiſſum infra quinque hebdomadas ex tunc computandas. Et inſtantibus ejuſdem ligæ oratoribus, quod ſi eorum dominia infra dictas quinque hebdomadas ceſſarent ab offenſis, nos quoque eum adjuvantibus ſimiliter ceſſaremus, & nihil omitteremus, quod ad ſtudia pacis pertinere videretur, gratioſe conceſſimus.

XIV. At Florentini ſprevere pacem.

Et quamquam hæc omnia pro pace Italiæ & expeditione prædicta fecerimus, & ad alia quæcunque, quæ ad pacem ipſam conducerent, nos promptos & paratos ſemper exhibuerimus, nihilominus Florentini & eorum colligati & fautores prædicti compromiſſum prædictum firmare & ad pacem ipſam pervenire nullatenus curarunt, illorum ſententiam opere comprobantes, qui per præmiſſos tractatus & ſuſpenſiones exiſtimabant, nos in longum duci, immo dictis quinque hebdomadis vix decurſis pendente etiam

Peruſiam tentarunt.

tractatu treugæ, & ceſſationis ab offenſis inter eos, & communitatem civitatis noſtræ Peruſinæ, in civitatem ipſam gentium ſuarum armigerarum copias clam introducere tentarunt, & impediti fidelium cuſtodum providentia, Peruſinum agrum non inventa reſiſtentia diſcurrerunt, caſtraque &

Propulſati agrum Peruſinum vaſtarunt.

loca plurima occuparunt, & inventa in illis animalia & bona, quæ potuerunt, in prædam abduxerunt. Quo factum eſt, ut pro occupatorum caſtrorum & locorum prædictorum recuperatione, & propulſandis offenſionibus hujuſmodi, quas eorum gentes

Senenſem diripuere.

prædictæ tam in prædicto Peruſino, quam Senenſium agro, in quo oppidum Caſularum vi expugnatum omnimodæ direptioni expoſuerunt, & igni illius ædificia concremarunt, intulerunt, gentes noſtræ armigeræ amplius ab armis, ut uſque tunc de mandato noſtro fecerant, non ceſſarent, prout nec ceſſarunt, occupata fere omnia celeriter reparantes: ſicque ex hujuſmodi longo pacis tractatu tantorum principum interventione habito, nullus hactenus bonus ſucceſſit effectus.

XV. *Nos igitur confidentes in illo, cujus vices gerimus in terris, cuique omnes cogitationes noſtras ad Italiæ pacem, & expeditionem hujuſmodi tendentes innoteſcunt, ſpiritualia, quæ nobis in perſona beati Petri Apoſtolorum principis dixit:* Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, *tradidit ſuſpenſa, ut præfertur, arma reſumere, & illis, ob continuatam tanto tempore excommunicatorum prædictorum cordis duritiam, & iniquitatem uti, quamquam inviti, compellimur; & quanquam ſuſpenſio ipſa, ob cauſam ineundæ pacis illius tractatu pendente facta, utpote ad cauſam hujuſmodi relata pacis ejuſdem tractatu durante durare debuerit, idque oratorum prædictorum humilis ſupplicatio dum de compromiſſo prædicto en legatum, & præfatos Reges ageretur, ut præfertur, ſuper ulteriori ſuſpenſionis jam factæ prorogatione, durantibus dictis quinque hebdomadis, manifeſte teſtetur, nihilominus ne excommunicati, anathematizati, diffidati, maledicti, & rebelles prædicti, exinde argumenta ſumant ſibi ipſis, & aliis perſuadendi ſuſpenſionem ipſam adhuc durare, habita ſuper hoc cum prædictis fratribus noſtris deliberatione, de illorum unanimi conſilio, & aſſenſu omnem cenſurarum hujuſmodi ſuſpenſionem, quæ, ſicut præfertur, a nobis emanavit auctoritate apoſtolica præſentium tenore revocamus, caſſamus, & irritamus, ac eoſdem excommunicatos, ſacrilegos, interdictos, maledictos, & diffidatos, quo ad prolatas in eos cenſuras, & pœnas prædictas, earumque aggravationem, & alia omnia in dictis aliis noſtris literis contenta, in eodem ſtatu fore, in quo erant antequam ſuſpenſio prædicta a nobis emanaret, de eorumdem fratrum conſilio, præfata auctoritate declaramus, & quatenus expediat, eos reintrudimus in eaſdem, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominicæ MCCCCLXXIX. XVI. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno VIII.*

Novis ob pertinaciam cenſuris devincti.

XVI. Ferraria dux militare Florentini exercitus imperium ſuſcipit.

Hujus belli Florentini occaſione nonnulli principes etiam clientes Romanæ eccleſiæ, odii in Sixtum cauſa præſules in pontificia curia agentes, variiſque præfectos muneribus intentata vectigalium jactura revocare ab eadem curia moliti ſunt, ad quos reprimendos tuendamque curiæ ipſius Romanæ dignitatem principatus principibus id auſuris mulctam atque anathema Sixtus iterum incuſſit (*a*), judiciarioque ordine Herculem Aeſtinam, qui Florentini exercitus imperium ſuſceperat, toparchatus Ferrarienſis jure deturbavit, ac Ferrarienſes excuſſo illius jugo in fidem Eccleſiæ redire juſſit (*b*).

(*a*) *To.* 3. *collectan. Plat. p.* 442.

(*b*) *Lib. brev. & bull. pag.* 228.

XVII. Alii proceres paribus affecti pœnis.

Perculit ſimilibus pœnis Pontifex (*c*) Robertum Malateſtam Ariminenſem, Conſtantium Manfredum Faventinum, Alexandrum Sfortiam Piſaurienſem, & Galeottum Manfredum Faventinum toparchas Apoſtolicæ ſedis beneficiarios, qui poſthabita clientelari ſponſione religioneque ſacramenti, quo Romanæ eccleſiæ erant devincti, ad Florentinos defecerant, ac ditionis eccleſiaſticæ & Senenſium fœderatorum agros & oppida erant depopulati,

(*c*) *Lib. bull.* 45. *p.* 141. *& apud Plat. to.* 3. *collec. mſ. arch. Vat. pag.* 443.

XVIII. Virtute Jo. Baptiſtæ Sabelli ſervatum Peruſium. Florentini oppidis agri Peruſini pulſi.

Contra commendatus a Sixto (*d*) Joannes Baptiſta Sabellus, cujus præcipua virtute ſervatum fuerat Peruſium, paucis enim diebus poſtquam urbis ac provinciæ præfecturam accepiſſet, factam a nonnullis civibus conjurationem de Florentinorum copiis præſidiariis in urbem inducendis oppreſſit, aliorum civium conſtantiam militari præſidio fultus confirmavit,

(*d*) *Reg.* 2. *legationum p.* 364.

vit, hoſtemque repulit, ita ut pontificius Regiſque Ferdinandi exercitus paulo poſt adventans Florentinos occupata loca deſerere coegerit.

XIX. Florentini a Pont. & Ferd. in diſcrimen adducti.

Meminit Jacobus Volaterranus conjunctis Pontificis, ac Ferdinandi Regis Neapolitani exercitibus acri bello Florentinos fuiſſe perſſos, ac plures arces amiſiſſe, nimirum Montem imperialem, Podium Bonizi, Ceſtaldam, pluraque vallium Elſæ & Ambræ oppida, victoreſque late finitima loca terruiſſe, ac de copiarum ducibus hæc addit (a): *Exercitus Eccleſiæ præerant Fredericus Feretranus Urbinas, & Calabriæ dux Alfonſus regius primogenitus, nam Pontifex & Ferdinandus communi conſilio adverſus Florentinos bellum gerebant: Florentinis vero Veneti fœdere adhærentes nonnullas in auxilium copias miſerunt, ſed ſero, & ad conſerendas manus parum idoneas.* Tradit etiam idem auctor collabentibus Florentinorum rebus pacis colloquium inter Ferdinandum Regem & Laurentium Mediceam Neapoli habitum, quod etiam Raphael Volaterranus (b) confirmat, eaque arte Laurentium imminens exitium avertiſſe, cum Ferdinandus augendarum rerum ſuarum gratia pontificiam cauſam contempſerit: *Hoſtes*, inquit, *jam Caſtellana, Bruſio, Cacciano, nonnulliſque circa caſtellis expugnatis hunc montem*, nempe imperialem, *petentes poſt dies aliquot ſuperavere. Inde ad oppidum collem caſtrametavere, quod etiam paucis diebus quanquam munitiſſimum, in poteſtatem receperunt, præter partem ſuperiorem, quæ reliquis ædificiis arcis modo ſupereminet, quam ſi expugnaſſent nihil erat reliquum, quam ad mœnia Florentina procedere: Laurentius vero cum jam periculum imminere conſpiceret, ultro decrevit ad Regis hoſtis miſericordiam confugere: itaque ad ſuos oratione habita, ac profeſſus ſe reipublicæ cauſa periculo objecturum, itinere per mare Tirrenum facto, Neapolim celeriter applicuit: ubi humaniter exceptus ſupplex veniam petiit, ac cum Rege annui cenſus pactione tranſegit: paucisque poſt diebus incolumis ad ſuos regreſſus eſt, ac bellum diſſolutum. Quod factum Pontifex quanquam graviter tulit, quod ſe neglectum præteritumque videret, auxiliis tamen deſtitutus pacem coactus eſt facere: quamobrem oratores duodecim ad eum miſſi, qui veniam præteritorum peterent, ac populum Florentinum communi cauſa expiarent.* Ingratas fuiſſe Sixto eas concordiæ leges tradunt diaria: *Pacis*, inquiunt (c), *Florentinis a Rege datas conditiones non ſatis probavit Pontifex, cui parum ex ſua, & ſedis dignitate ſunt viſæ, eis tamen acquieſcere melius exiſtimavit, quam novis malis rurſus involvi.* Et infra: *Ea conditiones ejuſmodi fuere, ut ex dignitate Pontificis, & ſedis minime ſint extimatæ: tractata & firmata Neapoli fuerant apud Ferdinandum, qui ſua magis, quam quæ ad Romanam ſedem ſpectarent reſpexit; unde augeri mota ſuſpicio cœpta eſt: & ex eo tempore Pontifex alienior factus perſpicue ad Venetorum partes jam ſe convertit.* Nec juſta abalienatæ voluntatis aberat cauſa, cum Ferdinandus ita cum Florentinis fœdus pepigiſſet (d), ut mutuis opibus auxiliiſque undecumque bellum ingrueret ſe juvarent.

(a) *Jac. Volat. mſ. Vat. arch. ſig. n. 11. p. 278. &c. & in alio mſ. ſign. n. 49. geſt. Sixt. IV. diar.*

(b) *Raphael. Volat. l. 5. & Panvin. in Sixt. IV.*

Ad Florentiæ conſpectum promotus exercitus. Laurentius Medices ſibi Ferdinandum conciliat. Vectigal illi pendit. Sixtus ad pacem admittendam adactus. Spreta a Ferd. eccleſiæ dignitas.

(c) *Sup. mſ. ſign. n. 111. p. 279.*

(d) *Panvin. in Six. IV.*

XX. Joannis Regis Arag. mors.

Ineunte hoc anno obiit Joannes Rex Aragonum octogenario major, ut Surita (e), & Mariana (f), aliique teſtantur; Ferdinandum vero patri ſucceſſiſſe in regno Aragonum; Elionoram Ferdinandi ex patre ſororem Gaſtonis comitis olim Fuxenſis uxorem materno jure regno Navarræ potitam, eamque haud ita multo poſt vita functam Franciſcum nepotem ſucceſſorem habuiſſe (g). Quod vero ad Ferdinandum attinet; conjunctis ille cum Caſtella Aragoniis viribus Mauros poſtea evertit: hoc autem anno claſſem ad reprimendas Mahometis Turcarum principis victorias inſtruxit, popoſcitque a Sixto, ut iis, qui in ſacrum illud bellum vires, opes, vel induſtriam conferrent, ſacra indulgentiarum præmia largiretur: qui apoſtolicæ beneficentiæ compos factus fuit diplomate ampliſſimo, quo decernit Pontifex, ut Rex ac Regina & alii, qui bellatores ſuis ſumptibus tranſmiſerint, aut arma geſſerint octo menſium ſpatio, interfuerintque exercitui ſacerdotem ad capiendam conſcientiam deligere poſſint, a quo ampliſſimam noxarum veniam accipérent.

(e) *Sur. l. 20. c. 27.*

(f) *Marian. l. 18. in fin.*

Variæ in Navarra ſucceſſiones.

(g) *Id. c. 19.*

Inſtructa a Ferd. Arag. Rege & Iſabella Caſtellæ Regina claſſis in Turcas.

XXI. Trepidatum ne Siciliam invaderet Mahometes.

Iniiciebat omnibus terrorem Mahometes, eumque ingentem pararet claſſem, Ferdinandus in juſtas adductus fuerat ſuſpiciones, ne ille in Siciliam impetus converteret, ad quam tuendam ſe comparabat. Nec minus Rhodii, cum vectigal ſuperbo tyranno, qui duo imperia, regna duodecim, innumeras provincias urbeſque ferro ſubegerat, pendere negarent contra illius vim, Petro Aubuſſonio principe, ſtrenue Rhodum muniebant, ac Sixtus ad Rhodiam militiam majoribus firmandam præſidiis S. Lazari & S. Sepulchri equeſtres ordines extinxit, equiteſque una cum omnibus vectigalibus opibuſque Hoſpitalario ordini conjunxit. Porro Mahometes cum fallaci pacis oſtentatæ lenocinio Rhodios deludere niſus eſſet, ne ad bellum ſe accingerent, demum menſe decembri immiſſa centum & quinquaginta navium claſſe Rhodum oppugnavit: at vero ab ea divinitus propulſatus ſit, proximo anno dicetur. Dum vero ejuſmodi maritimum exercitum conflabat, terreſtri alio Hungariam impro-

Equeſtres militiæ S. Lazari & S. Sepulchri conjunctæ Rhodiæ.

Turcarum in Ungariam irruptio.

(a) Bonfin. dec. 4. l. 5.

viſa irruptione vaſtavit (a): quo tempore Matthias celeberrimum faciebat colloquium cum Wladiſlao Bohemiæ Rege Olomucii pro confirmanda pace, quam ab utriuſque oratoribus ampliſſimis ſuperiori vergente anno conciliatam vidimus.

XXII. Meminere de iiſdem inſignibus Regum conventibus authores: qui propterea pacem Bohemiæ hoc anno reſtitutam tradunt, ex quibus Bonfinius (b) accuratiſſime ſervatum in eo colloquio ordinem deſcribit, tum ſubdit: *Inito colloquio tres circiter horas de commun concordia, de ordinetegrando fœdere verba fecere. Demum fœdus arctius retinciendum eſſe rati, inter ſe iterum ſanctiſſime percuſſere, fraternoque obſtrinxere vinculo, ne facile violari poſſet: & accitis deinde utriuſque pontificibus proceribuſque arbitris ſacroſanctum id eſſe juſſere. Soluta deinde colloquia alter in caſtra, alter in urbem ſe recepit. Tertia vero die Rex inermis cum univerſis principum ordinibus ex urbe digreditur, atque verſus Bohemi caſtra agmen intendit, & occurrit e caſtris ille, comprehenſiſque ad congreſſum dextris ſocia utrinque agmina junxere, in urbemque pervenere.*

(b) Bonfin. ubi ſup. Crom. l. 29. Michov. l. 4. c. 72. Dubrav. l. 31. & alii.

XXIII. Fœdus armorum in Turcas & hæreticos ſancitam.

Sancitum in iis conventibus erat reſtituendum in Bohemia catholicæ fidei ſplendorem, mutuiſque auxiliis Turcicos impetus propulſandos: ſed eodem momento & Turcæ, & hæretici improviſo caſu ad religionem evertendam in utrumque Regem conjurarunt: atque in primis, quod ad Bohemos hæreticos attinet, illi commota ſeditione Pragæ catholicos religioſos viros partim trucidarunt, partim diſpulerunt, ac monaſteria ſpoliarunt ob retentam veteris religionis ſanctitatem, ac multorum ſenatorum, qui regio juſſu eos patrocinio ſuo tegebant ſanguinem effudere. Tam dirum facinus Wladiſlaum Pragam ex dicto conventu redeuntem ad lachrymas coegit, parantemque juſtam ultionem Georgii Podiebrarii filii permulſerant ut levi impoſita mulcta crimen diſſimulatione oblitteraret: verum inde aucta eſt magis hæreticorum inſolentia, adeo ut Regem ipſum multis congeſtis probris calicis oſorem appellarent, ejuſque vitam ferro, inſidiis, ac veneno Pragæ appetierint.

Huſſitæ rebellant.

Habiti clementius inſoleſcunt.

Regi ſtruunt inſidias.

XXIV. Quod vero ad Matthiam ſpectat; interjectis pluribus de magnificentia, conviviis, ac luſibus apparatiſſimis, quibus Hungarus Bohemo opes, rerumque effluentiam oſtentabat, ſubjungit Bonfinius; *Sed quis mortalium ullam aliquid ſolida felicitatis habere arbitretur? dum conventum feliciſſimum ad Olmucium haberi Turcus accipit, præter omnium opinionem ingentem expeditiſſimumque exercitum in Hungariam excurſare jubet, ut eam a Rege dietæ gratia, quæ auguſta menſe eſt habita, deſtitutam, furtim invaderet, & diriperet, &, quod nunquam antea auſus fuerat, igne ferroque vaſtaret.* Et infra: *Dravus ſemper, ac ubique navigabilis ea anno pedibus trajici paſſus eſt. In cauſa fuit inſolentiſſima ſiccitas, cum fluvii tres ubique navigarentur. Turcus vadi exploratorem invenit ad Dravum, quem multa mercede conduxerat, transmiſſa jam Sava triginta Turcarum millia in Dravi repente ripa conſederant. Ii tutum vadum edocti ſuperato amne Pannoniam invadunt in pagos, in homines, ac pecora juxta deſæviunt, ferro ignique uſquequaque debacchantur ad caſtrum uſque ferreum, & ad Styriam Rachoſpurgumque decurſant: triginta hominum millia cum ingenti præda, incenſa vaſtataque non parva ex parte provincia, ſecum abducunt, iterque remenſi in Boſnam ſe recipiunt. Quod ubi Regi ſoluta dieta nuntiatum eſt, omnes proceres alarumque præfectos tumultuario Turcos exercitu inſequi jubet.*

Triginta Chriſtianorum millia adducta in ſervitutem.

XXV. Alia Turcarum in Tranſylvaniam excurſio.

Cum hi ea parte ſigna attollerent in recedentes Turcas, prædamque repeterent, parte alia menſe octobri quadraginta tria Turcarum millia cum ingenti Valachorum multitudine in Tranſilvaniam irruperunt (c). Auxit ea mala peſtis, quæ Pannoniæ maximam cladem intulit; necnon Friderici Imperatoris cum Matthia diſcordia; ſed ob communes acceptas a Turca calamitates pactis cum Friderico induciis adverſus Turcarum Imperatorem ſe accinxit, partaque nobili victoria ſuperiores graſſationes cruento prælio ultus eſt (d).

(c) Tom. 2. rer. Germ. ex edit. Freh. pag. 768.

(d) Ib. orator Hungar. in dieta German. Bonfin. dec. 4. l. 5.

XXVI. Deleto Turcico exercitu Matthias, qui Mahometis diram extinguendi Chriſtiani nominis cupidinem norat, cenſuit illum majori apparatu ad obruendam Pannoniam vires converſurum: ad cujus reprimendos impetus, mox a comparata victoria majorem militum delectum inſtituit in Hungaria, miſitque ſuos in Germaniam oratores, ut Germanos ad jungenda in Turcas ſocialia arma concitaret, exponique Cæſari, ac principibus juſſit, ut ex Chriſtianorum diſſenſionibus ſumpta audacia Turcæ late tyrannidis ſuæ fines protuliſſent, annitcrentur orbis univerſi dominationem ſibi comparare, Chriſtique nomen excindere molirentur: uti ſæpius Hungaros de fœdere poſtulaſſent, quo impetus in Germanos verterent: repulſaſque eorum preces, pollicitationeſque: poſtremo addidit ſi principes imperii Germanica arma cum Hungaricis ſociarint, non modo imperium ab eorum populationibus vindicatum iri, verum plures provincias ex hoſte eripiendas. Extatque ea oratio ſuis verbis concepta. (e)

Comparatur a Matthia major exercitus.

Moniti Germani ut jungant arma.

(e) To. 2. rer. Germ. ex editione Freher. pag. 766.

Matthiæ Corvini Hungariæ & Bohemiæ Regis oratorum ad principes imperii pro auxilio contra Turcas ferenda imploratio.

Queruntur Ungari ſe a reliquis Chriſtianis deſertos. Venetos ex invidia in ſedem Apoſt. pacem cum Turca percuſſiſſe. Arces munitiſſimas hoſti prodidiſſe.

Sereniſſimus Rex noſter, ut Chriſtianiſſimus princeps, toti Chriſtianitati, cujus ruinam, cujuſque deſtructionem totalem mentis oculo proſpicit, ex cordis viſceribus compatitur, nam contra tantam Mahometis potentiam ſua majeſtas, quæ olim ſocios habebat, nunc ſola relicta eſt, nec aliunde niſi a principibus imperii auxilium expectare poteſt; quod ſi in ea re deficient imperii principes, credant, immo certi ſint, quod Turcorum adventum in laribus propriis citius videbunt, quam audiant. Veneti nulla ratione conſtricti ſola invidia moti, ut ſuam voluntatem pravam, & rebellionem contra ſanctam ſedem Apoſtolicam magis firmarent, quam potius, ut veri filii communis matris contra rebelles juvare debuiſſent, cum Turco peſſimis conditionibus, & multum iniquis, immo toti Chriſtianitati periculoſis pacem inierunt, dederunt Turco munitiſſima caſtra, loca, & civitates, immo provincias, quas Turci decem aut quindecim annis expugnare non potuiſſent, obligarunt ſe, quod Turci per terras & maria abſque eorum impedimento tute tranſire poſſent, portus eorum Turcis apertos tenere promiſerunt, & victualia eis dare, ac plura alia, quæ in totalem Chriſtianitatis ruinam vergunt, niſi ſubito proviſum fuerit.

Plura cum rei Chriſtianæ damno ſpopondiſſe.

XXVII. *Ecce Veneti regiam majeſtatem ſolam reliquerunt, & (quod pejus eſt) creditur, quod ſocios in ea re habeant. Pacem cum Turca ſi regia majeſtas voluiſſet priuſquam Veneti aut alter, habere potuiſſet, & tam cum utilitate ſuæ majeſtatis, & non ſicut Veneti, qui ſua bona, ac pacem haberent, a ſe alienarunt: Turcus enim per triennium magna cum inſtantia a ſua majeſtate pacem quæſivit, & uſque Budam pro ea extorquenda ſolemnes oratores miſit, regiæ majeſtati regnum Boſnæ, & alia multa offerendo, ſubſidioque etiam de propria perſona, ubi opus fuiſſet, Turcus pollicebatur, dummodo ſua majeſtas eidem, & ſuis ſine ſuæ majeſtatis, & ſuorum damno tranſitum per regnum ſuum ad alios Chriſtianos permitteret. Hæc omnia regia majeſtas recuſavit exiſtimans, ut bonus Chriſtianus alios ſimiliter facturos. Sed proh dolor! Veneti a Turcis, ut diximus, turpiſſimis conditionibus, & cum Chriſtianorum jactura pacem extorſerunt; quæ res valde advertenda atque conſideranda eſt; Turcus enim facta prædicta turpiſſima cum Venetis pace non ignorat, quod ſereniſſimus Rex Hungariæ contra eum ſolus relictus eſt, quem credit celerius deglutire, quum a Chriſtifidelibus ſuæ majeſtati auxilia non præbeantur, & expugnata Hungaria regno totius occidentis, & ſeptentrionis monarchiam Turcus ſibi abſque dubio pollicetur; ipſe enim Turcus poſt prædictam cum Venetis turpiſſimam pacem Hungariæ regnum armis infeſtare non ceſſavit, & ut de aliis primi anni incurſionibus pluribus Turcorum in Hungariæ regnum taceamus, duas tantum notabiles referemus. Invaſit enim Turcorum gens de menſe auguſto fimbrias ſuperioris partis regni ad ea loca, per Stiriam in Hungariam intrando, de quibus nunquam aliquis cogitavit, & inde, ut communis fama eſt, ultra viginti millia captivorum abduxit. Sequenti vero menſe octobris maximo cum exercitu electorum hominum quadraginta trium militum, & VValachorum numero maxima Tranſilvaniam, ubi nervi regii fiſci, ſalis ſcilicet & auri, & argenti fodinarum, exiſtunt, Turca intrarunt, magnaque cum præda ad propria redeuntes ab exercitibus regiæ majeſtatis, Dei gratia, non ſine magna ipſorum cæde proſtrati fuerunt, & omnes capitanei ſive primarii partim occiſi, partim capti apud regiam majeſtatem exiſtunt: ipſorum vero ex minoribus pauci evaſerunt.*

Exponit Matthias pacem repudiaſſe licet Boſnæ ipſi offerretur.

Mahometem pace percuſſa cum Venetis Ungariam opprimendam ſuſcepiſſe.

Geminum in Ungariam & Tranſylvaniam exercitum immiſiſſe.

Etſi cæſi ſint majores exercitus effuſum iri.

XXVIII. *Manifeſte igitur apparet, & cum lacrymis referendum eſt, quod Turcus, qui ſollicitiſſimus eſt, ut pluribus ſuis geſtis comprobari poteſt, Hungariæ regnum totis viribus invadere cito conabitur, ut & ignominiam, quam in regno Hungariæ nuper accepit, a ſe aboleat, ſuæ ditioni dictum regnum ſubjugando; ſperat enim a nulla Chriſtianorum auxilia ſuæ majeſtati præberi. Regia ergo majeſtas regni ſui deſtructionem videns, & totius Chriſtianitatis, cum ſua majeſtas ſuumque Hungariæ regnum ultra centum annos a Turcis conquaſſatum ipſorum potentiæ ſic fortiter, ut prius, reſiſtere non valeat, nos ad imperii partes miſit, ut & prædicta pericula ſignificaremus, & unde auxilia celeriter ſperare poterat ea peteremus. A nulla enim orbis parte hac tempeſtate, niſi a principibus imperii, auxilia ſperat. Italia enim, & Hiſpania, & Francia cum dominiis ducis Burgundiæ bellis ardent. Sperat tamen ſua majeſtas quod, quamvis Veneti, & ſi qui ſunt ſequaces cum Turco pacem turpiſſimam inierint, ſi imperii principes cum effectu ſubito auxilia ſuæ majeſtati præbeant, prout per nos, qui hic ſumus cum pleniſſima poteſtate, declarabitur, quod regnum ſuum retinebit, & partes imperii illæſæ ſervabuntur, &c.*

Si deſint Germani extremum exitium imminere.

XXIX. Defuere Germani Hungariæ Regi, qui eorum auxiliaribus copiis proſequi victoriam, inque mediam Turciam irrumpere potuiſſet, ac Mahometem obterere, ne Rhodum & Italiam affectaret: ſed Fridericus Imperator gerebat cum Matthia ſimultates, pactaque centum quinquaginta aureorum millia pendere denegabat, parantemque armis ea repetere Hungarum ipſum implicare bello in ſuperiori Pannonia Stiriaque molitus erat. Ita ampli-

Spreti a Germ. Ungari. Fridericus odia exercet cum Ungaro.

pli-

plificandæ rel Chriſtianæ optatiſſima amiſſa fuit occaſio, ut refert (a) Bonfiuius, qui ubi Hungaricum exercitum in Boſna ultra Jaiczam tsium dierum itinere irrumpentem, Burboſigniam vaſtatam, Verbos oppidum direptum exciſumque, fugatum baſſam, & poſtea contractis novis copiis irruentem in Pannones onuſtos præda, ſed trecentorum Corvatiorum equitum, qui a latere facta impreſſiune turbarunt adverſariorum ordines, virture cæſum deſcripſit, ſubiicit: *In Illyrico quacumque ditionis Turcorum caſtris per triginta millia paſſuum finitima fuere paſſim igni ferroque vaſtarunt. Hac tempeſtate ſi Romanus Imperator inducias, & vetere pacta ſervaſſet, neque violatis induciis Jauriuenſem agrum, inſtaurato bello invaſiſſet, Mathias ad aſſerendum e Turcorum manibus Illyricum tempus profecto nullum erat nimis idoneum: ſed pertinacia Cæſaris irritatus, revocatis copiis, in Auſtrale bellum ſe ad mortem uſque convertit, & eo quidem animo, ut aut Hungariam amitteret, aut univerſo Imperatoris patrimonio potiretur. Itaque Cæſaris inconſtantiam ſecum reputans, compoſitis in Boſna rebus, cum exercitu ea hyeme Zagrabiam venit, ut quid in Stiria vel Auſtria ſibi cum Imperatore agendum eſſet, ibi cum proceribus rite decerneret. Hæc igitur omnia hoc anno geſta ſunt, quem ſeptuageſimum nonum ſupra milleſimum, & quadringenteſimum numeremus.* Hæc Bonfinius. Ut vero Germanis Hungariſque mutuis implicitis diſſenſionibus Mahometes novis cladibus rem Chriſtianam afflixerit, proximo anno dicetur. Infeliciſſime vero iniquum hoc bellum geſtum a Friderico, quod ſex annos tenuit, oſtendit Matthias Rex in legum præfatione (b), quas anno MCCCCLXXXVI. tulit.

(a) Bonfin. dec. 4. l. 5.

In Boſna Turcæ propulſati.

Illyricum vaſtatum.

In Fridericum averſa Matthiæ arma.

Ex Ungarorum & Germ. diſſidiis Turca efferatus fit.

(b) Ext. in append. Bonfin. p. 88.

XXX. Addimus nunc Joannem Baſilium ducem Moſcovitarum, quem ad conjunctionem cum Romana eccleſia ſeductum vidimus (c), Novogardienſem florentiſſimam in Ruſſia rempublicam, quæ ampliſſimos ad orientem principatus obtinebat, oppreſſiſſe, ſuoque adieciſſe imperio, cum eam Lituanici principatus vectigalem Poloniæ Rex Pruſſicis rebus diſtrictus non adjuviſſet, ut refert Matthias Michovias his verbis: *Anno prædicto, nempe MCDLXXIX. Juvan, quod ſonat Joannes, dux Moſquæ vir ſingularis fuſtus civitatem ampliſſimam Novogrod a Caſimiro Rege Poloniæ neglectam in ſuum redegit ditionem, omnibuſque civibus ſpoliatis, tertia tantummodo parte cuilibet relicta [quod dictu apud poſteros forſan erit parum credibile] trecentos currus auro dumtaxat, & argento, margaritis, & lapidibus pretioſis uſque ad ſummum refertos ante ſe de ſpoliis Novogrodenſium egit, de ſuppellectili vero nobiliſſima ſine numero.* Eadem hiſtoriæ mandavit Cromerus (d), additque Joannem Baſilium ea elatum victoria Ruſſiam Lituaniamque univerſam animo complexum eſſe; Caſimirum vero Poloniæ Regem ad illius progreſſus abrumpendos diutius in Lituania hæſiſſe, ſenſiſſeque Lituanos Novogardiam amiſſam armis repetendam, ſed Caſimirum cum Baſilii florentiſſimas vires perpenderet, inducias in annos aliquot paciſci maluiſſe. Agit de Novogardia fuſius Sigiſmundus Liber (e) Herberſtenii dynaſta in rerum Moſcoviticarum commentariis, quos, cum oratorem Caroli V. apud Moſcovitam ageret, conſcripſit, obſervatque jam ante biennio Novogardentibus prælio victis leges dediſſe, ſed cum libero in eos imperio ſe non potiri putaret, religionis ſpecie Novogardiam acceſſiſſe, quaſi a Græcanico ritu ad Romanum deficere meditantes in patriis inſtitutis continere moliretur, atque ita Theophili archiepiſcopi ſchiſmatici proditione deluſos libertate ac bonis ſpoliaſſe, archiepiſcopum magnateſque omnes abduxiſſe in Moſcoviam, & colonias Moſcoviticas eo traduxiſſe, archiepiſcopatus cenſus invaſiſſe, atque epiſcopum, attributa ei tantum vectigalium tenui portione, conſtituiſſe.

(c) A. C. 1472.

Novogordia a Moſcovita expugnata.

Spolia ex ea capta.

(d) Crom. l. 29.

Inter Moſcum & Polonum pacta induciæ.

(e) Sigiſmund. Liber Herberſten. in comm. p. 52. & 74.

XXXI. Cæterum una cum Novogardia etiam Tuveriam a Joanne Baſilio occupatam tradit idem Sigiſmundus, neque ulli umquam alteri expeditioni interfuiſſe, quamvis victoriam ſemper reportaret, adeo ut Stephanus Moldavus diceret, Baſilium ſedendo & dormitando augere imperium, cum ipſe quotidie pugnando vix limites tueretur: tum ſubiicit illum omnium primum Tartariæ tyrannidis jugum Moſcoviticæ genti impoſitum ob continuas Sophiæ uxoris, quam illi a Sixto IV. Romano Pontifice deſponſam vidimus (f), irritamenta ac preces excuſſiſſe.

Tuveria a Joanne Baſil. occupata.

(f) A. C. 1472.

XXXIII. Hoc anno Sixtus Petri Oſmani hæreſes atque opiniones erroneas, quibus Salmanticenſem academiam infecerat, ab Alfonſo archiepiſcopo Toletano apoſtolicis ſuffulto mandatis damnatas pontificia cenſura proſcripſit, ac Petrum ipſum ejuſque ſectatores, niſi hæreſes publice execrarentur conſtitutis in hæreticos pœnis affici juſſit (g). De lata enim Compluti ab archiepiſcopo judiciaria ſententia hæc habet.

Petrus Oſma hæreſiarcha.

Declaravit illas propoſitiones, per quas Petrus de Oſma & ejus ſequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confeſſionem peccatorum in ſpecie ex univerſalis Eccleſiæ ſtatuto non divino jure compertam fore; & peccata mortalia quoad culpam & pœnam alterius ſæculi abſque confeſſione, ſola cordis contritione, pravas vero cogitationes ſola diſplicentia de-

(g) Lib. bull. 44. p. 317. & bullar. in Sixt. IV. conſt. 17.

Hæretica Petri Oſma dogmata.

Adverſus indulgentias declamat.

Negat conciliis ſuperiorem Pontificem.

leri : & , quod confeſſio ſecreta ſit , neceſſario non exigi , & non peracta pœnitentia confitentes abſolvi non debere : & Romanum Pontificem purgatorii pœnam remittere & ſuper his , quæ univerſalis Eccleſia ſtatuit diſpenſare non poſſe. Sacramentum quoque pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ , naturæ , non autem inſtitutionis novi aut veteris teſtamenti exiſtere : & alias , quas propter earum enormitatem [at illi , qui de eis notitiam habent obliviſcantur earum , & qui de eis notitiam non habent ex præſentibus non inſtruantur in eis] ſilentio prætereundas ducimus , falſas , ſanctæ catholicæ fidei contrarias , erroneas & ſcandaloſas , ac a fidei veritate alienas , ac ſanctorum patrum decretis & apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore , manifeſtam hæreſim continere dictarum litterarum , & per illas ſibi conceſſæ facultatis vigore declaravit & pro talibus haberi & reputari debere decrevit , prout in quibuſdam authenticis ſcripturis , deſuper confectis plenius continetur . Et Infra : Et nihilominus pro potioris cautela ſuffragio omnes & ſingulas propoſitiones prædictas falſas , ſanctæ catholicæ fidei contrarias , erroneas , & ſcandaloſas , & ab evangelica veritate penitus alienas ; ſanctorum quoque patrum decretis & aliis apoſtolicis conſtitutionibus fore , ac manifeſtam hæreſim continere dicta authoritate declaramus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXIX. v. auguſti pontificatus noſtri anno VIII. Extincta eſt Toletani archiepiſcopi & Ferdinandi Regis pio ſtudio peſtifera hæreſis , atque ita Hiſpania maximis imminentibus malis liberata eſt , quibus poſtea obruta fuit Germania , cum Carolus V. præſuleſque Germaniæ ea virtute non valuiſſent , ut Lutherum ad hæreſim recenter effuſam improbandam cogerent , vel flammis cremarent.

Hiſpania maximis hæreſeos periculis liberata.

Damnatum eodem anno Moguntiæ hæ-
XXXIII. reſiarcham , quem novatores inter ſuos anteceſſores collocant , nimirum Joannem Ruchordum narrat Trithemius , ejuſque errores partim e Waldenſibus , partim e Begardis , partim Marſilio Patavino novorum impiorum dogmatum adjectione conſarcinatos publice evomuit , recenſet (a) : Anno , inquit , Joannis Kolnhauſen abbatis noſtri X. condemnatus fuit apud Moguntiam Joannes Ruchard de Vueſalia ſupertore ſacræ theologiæ doctor , & ad revocationem quorundam articulorum , quos in eccleſia Vuormatienſi publice prædicaſſe ferebatur , per doctorem , & inquiſitorem coactus ; cujus volumina ipſo inſpectante omnia igni tradita & combuſta ſunt , & ipſe pro pœnitentia peragenda ad conventum fratrum Auguſtinenſium ibidem relegatus mœrore conſumptus brevi obiit . Primus articulus , quem prædicaſſe ferebatur , fuit . Quod prælati eccleſiæ non haberent auctoritatem condendi , vel aliquid addendi ad ea , quæ Chriſtus & Apoſtoli dixere nec ſummi Pontifices talem poteſtatem a Chriſto acceperunt . Secundus articulus . Nulli hominum , quantumcumque ſancto , docto , vel erudito licet verba Chriſti & evangelium exponere , & quod ſacra Scriptura non ſit per ſanctos patres eo ſpiritu interpretata quo primitus tradita fuit , & inſtituta . Tertius articulus fuit contra Papam , & auctoritatem clavium ſanctæ matris Eccleſiæ , quia dixit , Indulgentias nihil aliud eſſe quam pias fraudes , & deceptiones Chriſtianorum , eoſque ſtultos eſſe , & fatuos , qui pro indulgentiis Romam pergerent , quas domi , modo ſi eſſent vere contriti de peccatis ſuis cum emendandi propoſito invenire potuiſſent . Quartus articulus ex primo , quod mandata Eccleſiæ , Papæ , & aliorum prælatorum non obligent ad mortale peccatum , pro eo quod non habeant auctoritatem leges condendi . Quintus articulus , quod non ſit nec unquam fuerit originale peccatum , nec parvulos in originali concipi , neque propterea damnari ; ſe quoque nunquam originali ſubjacuiſſe peccato . Sextus articulus , fuit quod omnes presbyteri realiter ſint epiſcopi , & Papa , ſoloque nomine , & hominum inſtitutione differant ; quodque Papa , epiſcopi , ſacerdotes nihil hominibus conferant ad ſalutem , ſed fide , concordia , & pace ſalvari poſſent ſine ſacerdotibus . Septimus articulus jejunium , cum non ſit a Chriſto inſtitutum , non obligat nos ad jejunandum , Eccleſia enim obligare non poſſit nolentem in eo , quod Chriſtus non præcepit , cum non habeat auctoritatem canones & leges condendi , ut in primo articulo . Octavus articulus , quod extrema unctio non ſit ſacramentum , quia non per Chriſtum , ſed per homines ſit inſtituta , ſed ſit oleum , & manet oleum , ſicut antea fuit , Nonus articulus fuit : cum nuſquam legatur , quod Spiritus Sanctus procedat a Filio in ſacra Scriptura , ſed potius contrarium , potius eſt credere cum Græcis ſapientibus Spiritum Sanctum a Patre tantum , & non a Filio procedere , quia Filius hoc dixit . Alios quoque plures articulos erroneos prædicaſſe perhibetur , ſicut de horis canonicis non dicendis , de non ſervandis feſtis , de continentia clericorum non ſervanda , de benedictionibus rerum inanimatarum in Eccleſia , herbarum , luminum , aquæ , vaſorum , veſtium , & ſimilium non curandis , & alios multos , quos tamen omnes anno præſcripto in dominica Eſto mihi , publice revocavit . Felix ſæculum , quo tot monſtra præſulum cenſorumque fidei diligentia eliſa ſunt , quorum plura novatores , ejuſque perfidi diſcipuli magno Germaniæ dedecore proxima ætate ab inferis revocarunt .

(a) Trithem. chron. Spondan. ad ann. 1479.

Joannes Ruchard. hæreſiarcha in Germ.

Negata ab eo eccleſiæ auctoritas in condendis decretis.

Et ſcripturis interpretandis.

Indulgentiæ ſpretæ.

Spreta præſulum imperia.

Negatum peccatum originale.

Negatum ordinis Sacramentum.

Contempta jejunia.

Extrema unctio deriſa.

Negata proceſſio Spiritus S. a filio.

Sacramentalia repudiata.

Extremo hoc anno conſignatum eſt di- XXXIV.
plo-

ploma pontificium (*a*), quo Sixtus ampliſſima indulgentiarum præmia iis propoſuit, qui Deiparæ conceptionis immaculatæ, de qua ante pontificatum commentarium ediderat (*b*), ac SS. Franciſci & Antonii Patavini, quibus partos pontificatus apices referebat, feſtis diebus adiiſſent amplum ſacellum ab ipſo conditum, in quo ſepulchro poſt obitum corpus ſuum reddi juſſit.

(*a*) *Ext. in lib. brev. & bullar. p.* 232.

(*b*) *Trithem. in Sixt. IV.*

Digitized by Google

I. ANno humanæ ſalutis octogeſimo ſupra milleſimum quadringanteſimum decima tertia indictione Mahometes Turcarum princeps Chriſtianum imperium evertere anniſus eſt, captata occaſione ex Chriſtianorum diſſidiis, quæ his verbis Belcairus (a) daſcribit: *Anno hujus ſæculi LXXX. dum Fredericus Imperator avaritia tabeſcens domi deſidet, nihil magnum conatur, Ludovicus Galliarum Rex de Burgundicis provinciis cum Maximiliano Frederici filio decertat, Ferdinandus Tarraconenſis Caſtulonenſi regno per vim occupato, Caſtulonenſes principes nondum ſatis conciliatos, populumque ſibi obnoxium reddere nititur; dum Sextus Pontifex maximus adjuncto Alfonſo Calabriæ regulo Ferdinandi Neapolitani Regis filio adverſus Senenſes* * *bellum gerit, Veneti Corvina Matthiam Pannoniæ Regem propemodum potitum deturbent; Mahometes Turcarum Imperator baſſas Meſithum e Palæologis Græcis Rhodum, Achomatem ex Albania oriundum Hydruntum Apuliæ oppidum mittit.* Comparata igitur illa ingenti claſſe, eique præfecto Meſete, quem alii Miſacum appellant, baſſa Palæologa ſtirpe græca progenito Rhodum quà tormentorum ſumma vi, qua inſidiis tentavit: ſed vigilantia Petri Albuſſoni ſupremi equitum Jeroſolymitanorum magiſtri, eximiaque rei militaris peritia, ac divina potiſſimum ope omnes barbarici conatus compreſſi fractique fuerunt, adeo ut Meſites diris affectus cladibus inſulam deſerere ſit compulſus. Narrant hæc pluribus Jacobus Boſius & alii inter quos Jacobus Maffæus Volaterranus (b) in diariis hæc refert.

(a) *Belcair. dec. I. l. 3. n. 28.* Maxima Chriſtianorum diſſidia.

* *Florentinos*

Ex iis Chriſtianos Turca opprimit.

Rhodus a Turca tentata.

(b) *Volat. mſ. arch. Vat. ſign. n. 49. & XII. l. 2.*

II. *Per idem tempus* nempe menſe majo anni hujus, *ut eſt poſtea ad verum cognitum, Mahumetus Turcorum Rex potentiſſimus & toti Chriſtianæ reipublicæ jam formidandus, claſſe centum velorum in Rhodum inſulam trajecit civitatem ejus nominis die XXIII. maii obſidere cœpit. Eam obſidionem Rhodii maximo animo & ſummis laboribus tres fere continuos menſes pertulere; cumunquam cum illis pugnatum ſit, at non de repellendo a mœnibus hoſte, ſed jam de civitate ipſa ejiciendo ſit laboratum, adeo ut non tantum virtute equitum, quæ proculdubio maxima eſt, quantum Dei beneficio & D. Joannis interceſſione, in cujus protectione civitas eſt & religio, tribuendum quod impiiſſimi tyranni manus evaſerint. Pontifex naves duas magnas a Genuenſibus acceptas in ſubſidium obſeſſis miſit omni genere commeatuum, & inſtrumentorum pro ferenda obſidione egregie oneratas: totidem etiam Ferdinandus Rex paulo ante tranſmiſerat, quæ opportuno tempore navigantes in portum ipſum invitis hoſtibus delatæ obſeſſis animum addiderunt, & neceſſaria ſubminiſtrarunt: quæ vero a Pontifice mittebantur, vel quod longior a Genua navigatio eſſet, vel quod venti non inſervirent ſoluta jam obſidione venere, non minus tamen, quam regiæ, Rhodiis utiles & gratæ, tam quod bonum Pontificis, & Romanæ ſedis animum erga ſe viderent, quam quod multa, quæ vecta ſunt, maximo uſui refrigerio & ſolatio miſeris fuere.* Bellica Petri Albuſſonii virtute, quam divinum Numen confirmavit fracti ſunt Turcarum impetus, qui nullis humanis viribus a Rhodiis ſuſtineri poſſe videbantur, ut ex ejuſdem ſupremi equitum magiſtri literis ad Fridericum Imperatorem datis conſtat (c).

Submiſſa Rhodiis equitibus auxilia a Pont. & a Ferd. Rege.

Sereniſſimo, & invictiſſimo principi, ac domino noſtro domino Frederico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto domino nobis obſervandiſſimo.

(c) *Ext. to. 2. rer. Germanic. ex edition. Freher.*

Turci ubi circa urbem caſtra metati ſunt, oppugnationis loca diligentius explorant, civitatem quoque omni ex parte bombardis quatere, & eruere proponunt, & quod mente conceptunt opere demonſtrant. Ad id quoque exequendum bombardis, & mortariis urbem circumdant, verberant, diruunt, turres urbem, & Bolovardos magiſtri noſque palatia concutiunt, & proſternunt; tribus tamen ex partibus commodiſſimum ſibi videtur civitatem oppugnare, & aggredi. Potiſſime ad rem conficiendam pertinere videtur turris molis S. Nicolai expugnatio, ex qua urbem in ſuam poteſtatem facile tranſituram arbitrantur; eſt enim arx in vertice molis ſita, quæ verſus ſeptentrionem in mari prominet uſque ad portum conſpicit, & aditum navigantibus, quem tenet, ſi libet, facile prohibet. Ad occidentem oratorium S. Antonii ſitum eſt fere ducentis paſſibus a turre diſtans mari interjecto. Conſpecta igitur loci opportunitate hoſtes turris potiunda avidius omni conatu incumbit, ut eam in ſuam redigat poteſtatem.

III. *Ad turrim itaque diruendam tres ingentes bombardas æneas devehunt, quarum magnitudo, & ornamenta incredibilia eſt: ſaxa quoque ſphærica novem palmarum torquebant, eaſque apud ſacellum S. Antonii collocant, mirabile dictu, calamitoſum viſu; apus quidem percolebr, & quod ſtabiliſſimum videbatur ſex diebus aſſiduis trecentorum lapidum ictibus turris pro potiori parte diruitur, proſternitur, laceratur, hoſtis quidem ruinam conſpiciens exultat, plauſibus quoque aera complet, quæ vana gaudia in luctum ſunt converſa. Nos vero de tuitione turris ſolliciti, grandem horrendamque ruinam conſpicientes, quod ſupererat, munitione opplere juſſimus: &, quod id quoque parum viſum eſt propter ipſius ma-*

Turris portui imminens everſa tormentis a Turcis.

magnum lapſum, conſtituimus nedum arcem tutari, ſed molem ipſam S. Nicolai defendere. Omni igitur vigilantia, cura, ingenio, operariis fere mille diu noctuque adhibitis, totis diebus foſſa non incaſſum excisa, propugnaculis quoque ex lignis ædificatis in vertice ipſius molis circa turrim, in medio quoque ejus & in radice turrim & molem inexpugnabilem, non ſine parvo ſumptu, reclusimus. Tum præſidium quoque fortiſſimorum commilitonum in ruinas molis, & munitionibus, propugnaculis circa eam confectis: in radice quod ad pedes ejus altera præſidia ad orientem & occidentem collocamus, nam illic radix muro clauditur, & mare vadoſum eſt, quare obſervatur defenditurque ne Turci illuc tranſeant, & noſtros a tergo adoriantur. In mœnibus nobis bombardas diſponi jubemus, quæ ad tempus pugnæ officio fungantur,

Plures ad eam pugnæ commiſſæ.

ignes quoque cum ſcaphis parantur, quæ in claſſem mittantur. Turci ædificii ruina allecti uno & demum altero prælio turrim invadunt, primum eam ipſam facile expugnare putarent mediocribus viribus aggrediuntur ante auroram, luce adhuc dubia, triremibus ad hoc paratis arcem oppugnant, prælianturque: noſtri quidem tuitioni incenti locum conſtanter tutantur. Sic hoſtis victus diſcedit: ea in pugna fere ſeptingenti Turci, prout profugi ſignificavere, cecidere.

IV. *Interjectis autem diebus accenſi priori repulſa turrim mari potentia, arte, & ingenio oppugnant, & reparamenta, ac propugnacula jactu bombardarum quatiunt, nonnullaque conterunt: nos quoque reſiſtimus ſumma celeritate, quod obteritur. Parant ad hæc conficienda triremes bene munitas, & ingenioſe ad prælium ornatas: adiiciunt & navigia quædam oneraria parendarias vulgo dictas, quarum quædam onuſtæ bombardis, & ſaxis erant, ut locum turris, & molis, qua ſe potituros credebant, munirent, & ex his urbem laceſſerent, diruerent, expugnarentque: Cymbas præterea quaſdam diſponunt, ex quibus quique Turcorum ſtrenuiſſimi facile in molem deſcendant, & pontem miro artificio ædificant: qui ex eccleſia S Antonii turris in molem tranſitum præbeat. Nos enim ſuſpicati, quod evenit, poſt primam pugnam abundantius dies noctesque circa turris, & molis tutamenta vires, & ingenium adhibemus, munimenta ampliamus, præſidia augemus, graviſſimis impenſis non parcimus, nam & in ea ſalutem urbis conſtitutam conjiciebamus. Media igitur nocte, grandiori accenſi ardore Turci XIII. kal. julii arcem ſummo ſilentio aggrediuntur, omnique parte magno impetu invadunt: erectæ enim erant noſtrorum aures, nec dormitabant, ubi autem adeſſe inimicos comperitur, machinæ ſaxa jaciunt, milites gladios ſtringunt, baliſtis, fundis, & ſaxorum jactu ex turri, & mole hoſtem deturbant, & propellunt. Pugnatum eſt ſumma vi a media nocte uſque ad horam decimam: Turci vero complures, qui ex cymbis, & triremibus in molem deſcenderant, trucidantur; pons natans Turcis onuſtus machinarum jactu frangitur: qui ſupererant Turci merguntur. Quatuor quoque triremes, & ea navigia, quæ bombardis, & lapidibus onuſta erant, ſaxorum jactu ex tormentis perfringuntur, & undis obruuntur. Ignis quoque in claſſem mittitur, qui eam retrocedere compulit: ſic diſcedunt victi Turci. Inſignis quidem hæc pugna fuit morte clarorum virorum, qui Turcis præerant, quorum interitus luctum exercitui præbuit. Profugi quoque poſt pugnam introducti affirmant, Turcos in hac pugna magnam ſtragem accepiſſe, ex eis quoque duo millia ac quingentos cecidiſſe.*

Turcarum ſtrages multa edita.

V. *Cum autem Turci ſpem turris expugnandæ perdidiſſent, induſtriam, ingenium, vires, & omnem conatum ad urbem expugnandam convertunt: & licet tota civitas machinis concuteretur, & laceraretur, ut vix forma prioris urbis remanſerit, tamen potiſſime murorum partem oppugnare intendunt, qui Judæorum domos claudunt orientemque ſpectant, eamque etiam partem quæ ad turrim Italiæ ducitur. Ad hæc igitur mœnia diruenda, & dilaceranda octo ingentes grandiſſimaſque bombardas comportant, ſaxa circuitus palmarum novem torquentes, quæ aſſiduo die noctuque muros verberant, nec ceſſant bombardæ, & mortaria circa civitatem locata ſimiles lapides torquere; quinimmo ad terrorem, & detrimentum ictus multiplicant. Nos ad jactum mortariorum vitandum imbecillem ætatem, ac mulieres ſub fornicibus, & valvis, & plurimis locis pomœrii cohabitare ſtatuimus; quo effectum eſt, ut pauci hoc tormenta interierint. Uſi quoque alio tormenti genere, quo igneas pilas projiciebant, ac ſagittas ignitas ex baliſtis catapultis torquent, quæ ignem in ædificia jacerent: nos vero indemnitati urbis conſulentes peritos artis delegimus, qui poſt caſum pilarum magna ſolertia ignem extinguerent. Hic remediis Rhodii a magnis incommodis ſervati ſunt. Excogitant inſuper impii ad urbem ingenio occulto appropinquare: foſſas itaque tortuoſas effodiunt, quas partim lignis, & terra operiunt, ut latenter ad foſſas urbis accedant: propugnacula quoque multis in locis ædificant, ex quibus aſſiduo ſagittant colubrinis, ac ſerpentinis bombardis noſtros deturbant fatigantque. Penſitant quoque eis eſſe commodam aliquam partem civitatis, quæ muro ſperonis adjacet complere: opera igitur ab hoſte adhibita lapides congerere non ceſſant, & occulto in foſſam jaciunt, aſſiduitate para foſſa oppletur, antemurali quoque æquatur, ex quo & ruina in formam dorſi reducta facillimus conſcenſus in mœnia efficitur.*

Bellicis tormentis concuſſa a Turcis mœnia.

Nos

VI. Nos autem inimici conatum conſpicientes tuitioni urbis invigilamus, totaque urbe, & caſtello reparatis, & munitis foſſis quoque quam diligenter intendimus: quod Turci conſiderantes deſperati ad muros Judæorum, & alio ſe convertunt: & nos munimentis, ac reparis validiſſimis ruinam Turcorum firmamus, palis lignorum vivaciſſimorum infixis, ac terra faſcibus arbuſtorum, & ramorum interjectis, quæ invicem ſubtiliſſime firmiſſimeque cohærentes vim machinarum ſuſtinebant, & ruinam protegebant, ne muri collapſi intra urbem facilem deſcenſum præberent. Etiam loco propugnaculorum palos, & vegetes terra oppletas ſtatuimus, quæ noſtros tutarentur, & conſcendentibus Turcis impedimento eſſent: ignes quoque artificioſos, & alia ingenia paravimus, quæ ad propulſandam Turcorum vim conducere videbantur.

VII. Foſſas lapidibus æquare Turcæ nituntur. Excogitatum quoque eſt eam partem foſſæ, quæ lapidibus a Turcis oppleta erat, evacuare: ſed cum id palam effici non poſſet, cuniculo latentique foſſa in pomœrio ædificata, exitum ſub lapidibus noſtri habent, & occulto lapides in urbem comportant. Sentiunt profecto Turci, qui foſſæ propinqui erant, lapidum congeriem minui & aſcenſus opportunitatem adimi, niſi quantocyus, quod cupiunt, efficiant. Itaque in

Deluſi eorum conatus. his operibus XXXVIII. diebus conſumptis, quo tempore tria millia quingenta vel circiter ingentium ſaxorum in mœnia & in urbem jacta ſunt, Turci ſcilicet occaſione invadendæ urbis conſpecta, ne aſcenſus commoditas auferretur, accelerant propoſitum conficere, pridieque quam bellum iniretur, ac ſequenti nocte, & diluculo, quod mane, quo pugnatum eſt, præceſſerat, octo bombardæ dictis muris objectæ abſque intermiſſione ſaxa ingentia torquent, quod loco propugnaculorum adhibitum erat dilacerant, diruunt, vigiles, & cuſtodes, & mœnium præſidia pro parte potiori occidunt, ut quiſquam vix muris ſuperſtare poſſet, niſi ſummo aſtu occultaretur, & ſcala ad ſignum campanæ paululum deſcenderent & demum conſcenderent, nec tempus datum eſt propugnacula denuo inſtaurandi, cum ſemper ictus bombardarum augerentur, ut eo pauco tempore trecenta vel circiter ſaxa jacta ſint.

VIII. Irrumpunt Turcæ impetu in Rhodiam urbem. Turci vero, jactu bombardarum finito, ad ſignum jactus mortarii, quod quidem in eo loco conſtituerant, confertiſſimi magno impetu quam celerrime VII. kal. Auguſti conſcendunt: erat namque facilis, ut diximus, ejus conſcenſus, facilior quam noſtris per ſcalas. Superiora quoque murorum loca, eradicato noſtro, quod erat illis, præſidio, quod primum tanto impetu reſiſtere nequivit, antequam ſubſidia noſtra ſcalas conſcenderent, occupant, & illic vexilla ſua ſtatuunt. Idem quoque faciunt ad turrim Italiæ, cujus verticem oppugnant: clamor undique oritur, manus quoque viriliter conſeruntur, magnaque vi pugnatur, repente noſtris hoſtibus ſe objicientibus: dextera lævaque murorum ſuperioribus locis noſtri hoſtem oppugnant, & valide deturbant, ne mœnia diſcurrerent: ſcalis quoque, quæ quatuor erant, quibus in vicum Judæorum deſcendebatur, una juſſu noſtro perfractis, conſcenſis hoſtibus nos opponimus, tutamur, & defendimus.

Turci vero perpulchre armati duo millia ſupra muros erant confertiſſimi de noſtris ſecum manus conferentes, qui armorum vim propellere, & loco expellere nitebantur. IX.
Sed noſtrorum virtus firma perſiſtens, nequaquam loco ceſſit. Sequebatur vero Turcos, qui muris potiti erant ingens, multitudo Turcorum, quæ totum campum adjacentem ruinam, vallum, & foſſam oppleverat, ut terra vix conſpici poſſet. Affirmarunt profugæ * MMMM. Turcorum invaſioni adeſſe: noſtri ex Turcis, qui ſuper muro erant CCC. vel circiter in vicum Judæorum propellunt, qui ad unum occiſi ſunt.

* XLM. Judæi occiſi a Turcis.

X. Eductum in Turcas vexillum Chriſti. Propulſati Turcæ cæſique. Eo in conflictu vexillum ſacratiſſimæ imaginis, domini noſtri Jeſu Chriſti, & religionis noſtræ ante hoſtis conſpectum, ereximus: ſumma itaque vi horis duabus pugnatum eſt. Tandem Turci preſſi, fatigati, perterriti, vulneribus quoque feſſi terga vertunt, & fugam tanto impetu arripiunt, ut ſibi ipſis impedimento eſſent, & perniciem afferrent. Cecidere ea in pugna Turci tria millia quingenti, vel circiter, quorum cadavera intra urbem, & ſupra mœnia, & in foſſa & munitionibus hoſtium, & mari reperta ſunt, & poſtmodum ad luem vitandam combuſta, quorum ſpoliis noſtri potiti fuere, qui fugientes Turcos uſque ad campi planitiem magno animo ſecuti eos trucidantes tandem incolumes regreſſi ſunt. In prælio quidam ex noſtris militibus, & balivis inter confertiſſimos hoſtes conſtanter pugnantes occubuere: nos noſtrique commilitones, pluribus vulneribus acceptis, Deo gratias acturi præſidia valido muris impoſito domum revertimur. Nec id profecto ſine divino auxilio contigit, qui tantam cladem avertit; miſit enim Deus (non ambigimus) de cælo auxilium, ne plebecula Chriſtum colens Mahometis ſpurcitiis inficeretur.

XI. (a) Boſius hiſt. eq. Hier. 2. p. lib. 12. & Guillelm. Caturcin. vicecanc. & alii. Retulere (a) poſt partam victoriam tranſfugæ, qui e Turcicis caſtris ad Chriſtiana ſe contulere, potiſſimam cauſam, cur tanta barbarorum multitudo, ad quadraginta enim millia impetum per muros everſos impreſſerunt, cui ſuſtinendo exigua equitum manus par eſſe non poterat, in fœdiſſimam fugam ſit converſa, hanc fuiſſe, oſtenſum nimirum cælo prodigium, quo tempore ſigna Salvatoris noſtri, B. Virginis, & S. Joannis Baptiſtæ equeſtris ordinis Hieroſolymitani patroni in mœnium ruinis de-

Digitized by Google

Prodigio cœleſti defenſa Rhodus ex Turcarum rela-tu.

fixa ſunt, atque a Turcico exercitu ſplendidiſſimam crucem aurei coloris in aere conſpectam, viſamque Virginem candidiſſimo amictu indutam, quæ ſiniſtra intendebat clypeum, dextra lanceam vibrabat, virumque pone lacera veſte, & cameli pelle coopertum, hoſque innumeram militum cœleſtium aciem ſequi, atque urbes obſeſſæ auxilio procurrere: cujus oſtenti tanto terrore ſunt capti Chriſti hoſtes, ut ipſis irruptionis in urbem urgendæ defuerit animus.

XII. Prodidit literis hujus prodigii hiſtoriam Guilelmus Caturcenſis vicecancellarius, qui interfuit, tum hiſtorici plures, qui de ea Rhodi oppugnatione ſcripſerunt, meminere. Et ſane non ſine divino miraculo mœnium ruinis propulſatos infideles teſtatur Pontifex (a): *Tanquam*, inquit, *Chriſti pugiles, & fortiſſimi athletæ*, de Rhodiis equitibus loquitur, *pro fidei defenſione, ſe & ſua exponere non formidant, ut dextera Domini eis aſſiſtente, illam*, nimirum Rhodi urbem, *ab eorundem Turcorum oppugnatione tutari miraculoſe potuerint*. Pergunt magiſtri Rhodiorum equitum literæ.

(a) *Lib. brev. & bull. pag.* 240. & 242.

XIII. *Paraverant Turcæ ſpe potiundæ urbis ſibi funes ad captivos alligandos, & palorum ingentem magnitudinem ad vivos cruciandos, decreverant enim omnes mortales mares, & fœminas ſupra decem annorum ætatem trucidare, & palis ſuffigere, teneriorisque ætatis mortales in captivitatem ducere, & ad fidem abnegandam compellere, & omnem ſupellectilem in prædam convertere, urbis ditione Turco reſervata: ſed fruſtrati ſuo nefando optatu tanquam pecudes caeduntur.* Paucisque interjectis verbis: *Ut perfugæ divulgaverunt, Turcorum novem millia occiſa ſunt: ingens quidem multitudo vulnerata, inter quos quidam capitanei, ac Germanus baſſæ, & quidam Turci gener occubuere. Pugna commiſſa minimenter prius excuſtis ad primum lapidem caſtra Turci locarunt, ubi ſupellectili, impedimentis, ac machinis onerandis, ac Turcis in Lyciam revehendis nonnullis diebus conſumptis, Rhodiorum littore ſolventes Fiſcum continentes urbem antiquam navigant; ſic quoque victi cum ignominia recedunt. Omnipotens Deus veſtram imperialem majeſtatem feliciter conſervet ad vota. Dat. Rhodi die XIII. ſeptembris anno Redemptoris noſtri incarnationis MCCCCLXXX.*

E. V. imper. M.

Humiles ſervitores Petrus Daubuſſon magiſter hoſpitalis Jeroſolymitani, & conſules.

Cæſa in obſidione Turcarum novem millia.

Soluta obſidio.

XIV. Ob partam divinitus hanc victoriam magnifica illius trophæa Virgini fixit Petrus Aubuſſonius, de quo paulo ante memoravi, ac Rhodiam eccleſiam, aucto ſacerdotiorum numero, eximiis ornamentis decoravit, atque hiſce literis relatæ de Mahomete divina ope victoriæ memoriam poſteritati commendavit: *Quæ*, inquit, *vidimus, & ſumme experti teſtamur. Anno octuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum urbs Rhodia acta, eademque ſæviſſima a Turcis terra marique vallabatur obſidione, ac multis locis mœnia a plaga orientali bellicorum tormentorum ingentium quidem, & innumerorum ictibus ſolo æquata erant: in quorum ruina cum poſt ſexageſimum, & quintum diem ſexto kal. auguſti in ortu ſolis Rhodiis contraria hinc inde ad manus ventum eſſet, hoſtiſque nefandus numero ſuperior, cæſis cuſtodibus, muros præſidio nudatos jam teneret, itaque manu valida nonnullos urbis aditus occupaſſet, ut flumen hyemalibus pluviis auctum effractis obicibus, diſjectis munitionibus, & ſuperato alveo repentino impetu in campum ſe effundere, omniaque ſecum trahere annititur, interiora urbis penetrare totis viribus conaretur, illuc undique a noſtris ſubſidiariis concurſum, & ad multam diem haſta gladioque cominus certatum eſt atrociter in neutram partem victoria declinante. Nos vero tunc, ut in omnibus noſtris conſuevimus neceſſitatibus, inter pugnandum nonnullis acceptis vulneribus cruentes diu noſtros contra tantam multitudinem belli pondus non poſſe ſuſtinere, mentis oculos, & intima cordis ad beatam Dei genetricem Mariam, gratiarum fontem vivum, humani generis advocatam, ac patronum noſtrum nempe D. Joannem Baptiſtam direximus, orantes ut pro Chriſti fidelibus, in catholicæ fidei exaltationem, contra Mahumeticam ſpurcitiam pugnantibus, apud Regem, quem genuit altera, & alter baptizavit, in tanta rerum anguſtia, & diſcrimine dignarentur intercedere.*

Quanto tempore obſeſſa ſit Rhodus.

In ancipiti prælio imploratum Virginis & S. Joannis auxilium.

XV. *Nec mora: ſenſimus in ipſo ſanguinolento congreſſu, & bellico ardore divinum auxilium affuiſſe, validumque ſuperne noſtrorum animis robur infuſum, & corporis vires adeo auctas fuiſſe, ut pauciores primo innumeram multitudinem formidantes, ipſamque vix in anguſtioribus aditibus reprimentes, infeſtis telis invadere, & urbe pellere non detrectarent: hoſtium autem oculos caligantes, & ita hallucinatos, ac mentem tanto pavore perverſam ex inſperato corporaque tam languida, & fluxa deveniſſe re ipſa perſpeximus, ut quo ſe verterent, quidve agerent poſſent nequaquam intelligere. Quare noſtri occaſionem rei bene gerendæ cœlitus datam non poſtponentes, inſtaurato agmine tanto impetu ſtructa acie irruerunt, ut urbem ſemicaptam ſtatim recuperaverint, & tandem hoſtes per murorum ruinas e loca ſuperiora præcipites ſeſe dejicere, & turpiter terga dare compulerint, quot ad laſſitudinem cadendo pene uſque intra caſtrorum munitiones proſecuti ſunt, & glorioſam*

Rhodii divinitus confirmati.

Turcæ perturbati cœlitus.

Per ruinas majorum præcipites dejecti.

ſam victoriam a divina clementia datam ad Chriſtiani nominis exaltationem reportavimus.

XVI. *Quamobrem prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſequentes, ſatagentes ubique pro viribus divinum cultum, ad Dei laudem, & ipſius patroni noſtri præcurſoris augere, & ejuſdem ſanctiſſimi corporis reliquias venerari, ut de ſuſceptis beneficiis grati ſimus, & in futurum ejus intervenientibus precibus cœleſte auxilium conſequi mereamur, inter alia, quæ executioni demandavimus ſuperiori tempore a Bagioſio Turcorum tyranno, tunc nobis annuum tributum pendente, dexteram ipſius præcurſoris manum, qua generis humani Salvatorem mundo oſtendit dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; multis retroactis ſæculis Conſtantinopoli ante & poſt Turcenſem tyrannidem in quodam Græcorum monaſterio religioſiſſime ſervatum omni conatu evellere, & ex ejuſdem ditione extrahere, in Chriſtianorumque poteſtatem, & ſpiritualem ſalutem reducere annixi ſumus, quod tandem Deo inſpirante & auxiliante complevimus, votique compotes evaſimus, quandoquidem ipſam cum nonnullis ornamentis argenteis, & litterarum documentis accepimus, eademque a ſacra ſede Apoſtolica approbata, & noſtris ſumptibus obrizo auro denuo ornata S. Joannis Collachi noſtri conventus Rhodi eccleſiam decoravimus donavimuſque, & ſacerdotum numerum ibidem ad divina celebranda ampliavimus, atque ſacellum quoddam eccleſiæ contiguum verſus meridiem a fundamentis ereximus, & ornavimus, quæ tamen undique & ad augmentum noſtræ devotionis mentem non impleant, & majora, quantum in nobis eſt, exequi ſatagamus, ſcientes in inclytæ urbis Januæ cathedralis eccleſiæ S. Laurentii reliquos corporis ipſius præcurſoris cineres, quos divina majeſtas innumeris dignatur in dies inſignire miraculis, ſumma cum veneratione in capaci lauteque ſumptuoſa ibidem ad hoc nuper erecta capella cuſtodiri; voluntatem in eadem, & noſtros affectus executioni demandare cupientes, ipſiſque ut dediti clientes obtemperantes dignum arbitramur, & noſtras eſſe partes ducimus in ejuſdem laudem aliquam divinorum celebrem inſtitutionem per noſtrum ordinem profeſſos ſacerdotes complendam in loco, quo ad fieri poterit propinquiori, & nobis aſſignato ordinare, chorum inſtituere, & ædificia paulo poſt enarranda hinc noſtro [illegible] opportuna facere atque celebrationibus commoda erigere noſtriſque ſumptibus aptare, &c.* Hæc accuratius recenſenda viſa ſunt, ut divinæ beneficentiæ, ac miraculi liberata Rhodo editi impreſſa altius veſtigia caperent; nunc reliqua proſequamur.

XVII. Dum vero Rhodus a baſſa Palæologo obſidione premebatur, Mahometes in Italiam cum magna claſſe ire juſſit viſirem baſſam alium, nimirum Gedunem Achmetem rei militaris peritiſſimum, qui ex Velona Epiri oppido proximam extremæ Italiæ littoralem oram ex improviſo adortus Hydrunto præcipuo Calabriæ oppido ingenti omnium terrore potitus eſt, diriſſimaque civium edita ſtrage non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercit, quam funeſtam cladem inter cæteros (a) Volaterranus ita narrat (b): *Turcorum claſſis navigiorum diverſi generis circiter centum ex Apollonia, quam Velonam opinor nunc dicimus, die XXVIII menſis julii, quæ veneris fuit, ex improviſo in Italiam trajecit: tranſmiſſo freto, quod interjacet, paſſuum circiter quinquaginta millibus Hydruntum civitatem Apuliæ, ſub Ferdinandi Aragonenſis ditione poſitam, eo quod primo impetu capere nequivit, civibus ſeſe defendentibus, obſidere cœpit & oppugnare: ejus namque præfectus Achmettus, quem ſua lingua baſſam vocant, eo animo venerat, ut ſi ex improviſo urbe potiri non poſſet, machinis & tormentis adhibitis, quorum magnam copiam ſecum adduxerat, omnino illam expugnare conaretur. Itaque illis interim expoſitis, occupato portu & urbe circumdata quæ parvi admodum eſt circuitus, magna vi omni genere tormentorum illam adoriri cœpit, ita ut dies noctesque nulla quies oppidanis daretur: qui cum imparati eſſent, fruſtra olim Regem deprecantibus, ut ſubſidium ad eos mitteret, nulliſque ſubſidiis comparentibus, tandem victi in poteſtatem hoſtium die XI. auguſti menſis devenere. Urbs tota direpta eſt, cæſi fere cives omnes, & indigenæ, imbellis ætas in ſervitutem acta eſt, præter ſenes utriuſque ſexus qui prius cuncti interempti fuere. Sacerdotes omnes & ipſe in primis Hydruntinus antiſtes, ætate & vitæ ſanctimonia venerandus, crudeliter occiſi, templa Deo dicata funditus diruta, vel in prophanos, & turpiſſimos uſus converſa, ſanctorum reliquiæ canibus objectæ; virgines raptæ, & ad ſtuprum deductæ, ac ſuper ſanctiſſimas aras violatæ, nihil crudelitatis aut impietatis omiſſum eſt: cujus nobile caput abſciſſum, & affixum lanceis tota urbe ad ſpectaculum deferebatur. Dies his magni mali initium eſt, & incendium toti Italiæ formidandum.*

Eodem tempore invaſa a Turcis Italia.

(a) MS. expedition. Sixt. IV. bibl. Vatic. n. 4155. Volat. diar. MS. arch. Vat. ſign. n. 111. Steph. Infeſſ. mſ. ſig. n. 111. Turcag. l. 1.

(b) Volat. diar. mſ. arch. Vat. ſig. n. 111. p. 280.

Hydruntum obſeſſum a Turc.

Nulla auxilia a Ferd. Rege ſubmiſſa.

Horrenda Hydrunti excidio.

XVIII. Sectus (c) fuit ſerra lignea archiepiſcopus cum crucem teneret manibus, ac fideles ad obeundam pro Chriſto mortem cohortaretur, octingenti circiter oppido educti nudi cum fidem Chriſti damnare reſpuerent, ſeque ad conſtantiam cohortarentur a Turcis in parva valle, quæ vallis martyrum dicta eſt, contrucidati ſunt. Dum ita Calabriam Turca invadebat, Calabriæ princeps alienis rapiendis inhiabat, oppreſſiſque auxilii ſpecie Se-

Archiep. ſerra ſectus.

(c) Leand. Albert. in deſcept. Salen. in regn. Ital. 9.

Octingenti cives affecti martyrio.

nis

nis in ſpem Etruriæ ſibi ſubliciendæ veniebat, de quo deque Senenſium converſionibus hæc tradit Volaterranus (a): *Senis tunc agebat Alfonſus Calabriæ princeps ut ſupra monſtratum eſt, civitatis decreta omnia nutu ſuo fiebant, nec de re aliqua jam ad ſenatum referebatur, quin prius Calaber illam probaſſet, adeoque creverat ejus authoritas, ut niſi compulſus fuiſſet in Apuliam proficiſci ad obviandum Turcis, qui in Italiam trajecerant, & Hydruntum occupaverant, ejus civitatis imperia procul dubio potitus eſſet ſic quod actum erat de totius Etruriæ libertate. Dictum eſt lugentem a civitate abiiſſe. Itaque debent plurimum Etruſci Turco, qui ab eorum cervicibus jugum ſervitutis amovit, ſed inprimis debent Senenſes, qui jam premi tyranno paruiſſent.*

(a) *Volat. mſ. Vat. ſign. num. 111.*

Divulſus ex Hetr. Alphonſus.

XIX. Implicitus etiam tum erat bello cum Florentinis geſto Pontifex, adverſum quos comitem Hieronymum Riarium ducem exercitus creaſſe refert Stephanus Infiſſura (b). Ut vero anno exeunte eos conciliaris Eccleſiæ, dicetur inferius; Hydrunti enim expugnatio gravem injecerat terrorem. Nec deſunt, qui dicant (c), Sixtum ubi captam Hydruntum percrebuit, territum atque animo conſternatum de urbe deſerenda, ac petendis Galliis conſilium agitaſſe: verum poſtea metu poſito, mutatoque conſilio ad paranda auxilia, defendendas generoſi paſtoris more oves a Deo ſibi concreditas, propulſandoſque Chriſtiani hoſtes nominis curas intendiſſe. Imperavit itaque omnibus Italiæ principibus inducias, ut omnium arma adverſus communem hoſtem verterentur: cum Venetis die aſcenſionis Salvatoris ſacro armorum in Turcas fœdus pepigit (d): Gabrielem Rangonum Cardinalem in Neapolitanum regnum legavit, ut crucis ſymbolo fideles inſigniret: Tranſalpinorum Regum opem per ſacroſancta quæque imploravit, veniæque criminum ſpe propoſita ad nomen Chriſtianum defendendum concitavit: tum de ſubſidiariis navibus a ſe tranſmiſſis Rhodum, cujus nondum erat ſoluta obſidio adocuit.

(b) *Infiſſ. mſ. Vat. arch. ſign. n. 111.*
(c) *MS. Vat. exped. Sixt. Raph. Volat. l. 7. Brut. hiſt. Flor. l. 7.*
(d) *Jac. Volat. in diariis mſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. p. 125. &c.*

Sixtus de Italia deſerenda conſilium agitat.

Ad defendendam Italiam obfirmat animum.

Ad futuram rei memoriam.

XX. Non *ſolum Italis, ſed etiam extra Italiam degentibus ultramontanis jam innoteſcere non ambigimus, Turcos crucis Chriſti, & ejuſdem fidei cultorum ſæviſſimos hoſtes inſulam Rhodi hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani cum ingenti gentium multitudine terra marique obſediſſe, & uno eodemque tempore ex Velona cum validiſſima claſſe in Apuliam deſcendiſſe, ac Hydruntinam civitatem ſedem metropolitanam poſt aliquot dierum obſidionem, & murorum illius machinarum impetu everſionem, tandem, heu rem miſeram atque afflictam hoc calamitoſo tempore! cruentiſſimo bello viris partim cæſis, partim acerbiſſimæ ſervitutis jugo ſubjectis, matronis ſtupratis, virginibus raptis, ſanctimonialibus fœdatis, adoleſcentulis immaniter trucidatis, ſenibus hominum & equorum calcibus dilaniatis, prægnantibus cum ſemivivis corpuſculis, o crudelitas inaudita! diviſis, vi & armis expugnaſſe, & ad metropolitanam eccleſiam accedentes bonæ memoriæ Stephanum archiepiſcopum Hydruntinum, ſenem decrepitum, & plenum dierum, qui in apparatu pontificali corpus domini noſtri Jeſu Chriſti deferendo per eandem eccleſiam cum ſuis canonicis, & aliis presbyteris, ac clericis proceſſionaliter pro civitatis defenſione, & incolarum ejus ſalute humiles preces effundebat, non ſecus atque impius Manaſſes Iſaiam ſerra lignea per medium ſecaſſe, & eos, quos ſecum habebat, canonicos, & presbyteros prædictos Deum laudantes, & miſericordiam ab eo alta voce expoſcentes, crudeliter intra eccleſiam ipſam trucidaſſe, & interemiſſe, ac omnia, quæ in eadem civitate ejuſque territorio erant mobilia bona diripuiſſe, & hujuſmodi victoria elatos contra Caſtranſem, Licienſem, Nerotinen, Orgentinen, & Leocaden, aliaſque maritimas oris propinquas Hydruntinæ, & Brunduſienſis provinciarum civitates, territoria, & loca earum, ac illarum incolas victoriam proſequi, eorumque exercitum, & victoriam in dies continuo augeri: & dicti hoſpitalis fratrum, & incolarum inſulæ prædictæ eorundem Turcorum impetu variis crudeliſſimis præliis, quæ cum illis habuerunt, non parvam multitudinem periiſſe: Rhodianorum muros pro magna parte ſolo æquatos fore, & inibi degentes arctiſſima obſidione teneri, ac in graviſſimo periculo conſtitutos eſſe, & niſi potentatus Italiæ in unum convenientes prompta auxilia celeriter conferant, nemo eſt qui ambigat, Turcos ipſos tandem, quam voluerint in his partibus victoria potituros fore.* Nondum liberatæ Rhodi fama ad Sixtum pervenerat.

Expoſita Turcarum crudelitas.

Et continua graſſatio.

XXI. *Quam igitur periculoſum ſit modo Chriſtianis omnibus, & præſertim Italiæ potentatibus in armorum aſſumptione contra Turcos diſſimulare, quamve damnoſum ultra differre quiſque intelligit, illis jam Italiam, & Siciliæ regnum, quod de B. Petri patrimonio fore dignoſcitur, pro ſua voluntate calcantibus: unde ſi Chriſti fideles, & præſertim Itali præfati agros, ſi domos, ſi uxores, ſi liberos, ſi libertatem, ſi fidem denique ipſam, in qua baptizati, & renati ſumus, retinere volunt, credant nobis eos arma ſumere, & bellum gerere oportet. Nec confidant ſe tutos eſſe, qui præ cæteris a regno prædicto diſtare noſcuntur, quia niſi obviam veniant Turchis, & ipſi tandem illorum ditioni parebunt, nec ab hujuſmodi defenſione ſe retrahant inanes divinæ majeſtatis conſiliorum perſcrutatores, dicentes forſitan intra ſe: nonne Deus omnipotens, qui docet manus ad prælium &* di-

Jungenda ſine mora arma in communem hoſtem.

digitos movet ad bellum, civitatem Hydruntinam, Pontificem, Chriſtos, & fideles ſuos ſi voluiſſet, ne in manus traderentur impiorum, poterat omnino tueri. Poterat quidem, & poſſet illam, ſi vellet de manibus hoſtium facile liberare, cum in ditione ejus cuncta ſint poſita, & nihil eſt, quod ipſius poſſit reſiſtere voluntati: ſed cum refrigeſcente charitate multorum iniquitas abundaſſet, & fideles ſuos a mortis ſomno ad perennis vitæ ſtudium excitaret, certamen hujuſmodi eis propoſuit glorioſum, in quo fidem velut aurum in fornace probaret ſalvationis cauſam præſtando, viamque eis oſtendendo ſalutis, ut qui fideliter pro ipſo certarent, velut ejus athletæ ab ipſo feliciter coronarentur, & qui ſegnes in tantæ neceſſitatis articulo forent, in noviſſimo judicii ſtrictique examinis die in tenebras miſſi exteriores juſtam mererentur damnationis ſententiam ſuſtinere.

Probari a Deo tot adverſis Chriſtianos.

XXII. Non eſt itaque de divina clementia ullo modo deſperandum, ſed noſtram potius negligentiam arguamus, qui culpis & peccatis exigentibus noſtris miſerationes Domini retardamus, ſicut filii Iſrael, qui murmuraverunt in caſtris, nec exaudierunt vocem Domini quadraginta dies, quibus potuiſſent terram repromiſſionis intrare, in annos totidem converterunt. Sic etiam populus Iſrael, cum ad bellandum tribum Beniamin prius Domino conſulto, deinde ipſo ut iterum aſcenderet enjungente, non antea de ipſis victoriam eſt adeptus, quam ſemel, & ſecundo converſus in fugam culpas ſuas hoſtili gladio expiaret: ſi enim populus Chriſtianus in lege Domini ambulaſſet, ſi ejus crucem tolleret, ut ipſius vindicaret injuriam, nunc ex eis mille, & duo decem millia effugaſſent, & ſicut deficit fumus, & fluit cera a facie ignis, ſic inimici tenuiter ab eorum præſentia defeciſſent: & quamquam contrarium delicta noſtra meruerunt, quoniam per peccata, quæ jugiter facimus ad duriora Dominum provocamus, quia tamen miſerationes illius ſuper omnia opera ejus, & cum iratus fuerit miſericordiæ recordatur, ſi converſi fuerimus, adjiciet miſereri Deus, & non continebit modo in ira miſericordiam ſuam, nec dabit hæreditatem ſuam in opprobrium, ut dominentur ei deinceps nationes, ne forte ſentiant adverſarii noſtri, & dicant: Manus noſtra excelſa, & non Deus fecit hæc omnia.

Licet exerceantur cladibus fideles victoriam relaturos.

XXIII. Omnes igitur Chriſtifideles præſertim Italicæ potentatus, & incolas, quibus majus de proximo periculum imminet, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti, per paſſionem ejus, qua ſumus redempti, per judicium extremum, in quo ſtabunt ante tribunal ejus, ut recepturi unuſquiſque ſecundum opera ſua, det ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, obnixe hortamur, requirimus, & monemus; ut diſſenſiones, & æmulationes fraternas in pacis, & dilectionis fœdera convertentes, apprehendant arma, & ſcutum, & exurgant in adjutorium Jeſu Chriſti, infirmi robore accingantur, ut arcum fortium ſuperent, & ſuperbiam illorum humilient, qui non in Deo, ſed in ſua feritate confidunt, firmiter ſperantes in eo, qui conterit bella, qui currum Pharaonis dejecit in mare, quod ipſe mittet eis auxilium de ſancto, & de Syon tuebitur eos.

Solicitati fideles per ſanctiſſima quæque ut armo in Turcas expediant.

Nos enim intellecto Turcorum apparatu ad expugnandum inſulam, ut magiſter & fratres inſulam, & loca eorum munire & ad defenſionem illius ſe parare commodius poſſent, eis in non modica pecuniarum ſumma ſubvenimus, ac Chriſtifideles partium Gallicanarum primo per anni jubilei, & deinde per univerſum orbem ad impendendum eis ad præmiſſa pia ſuffragia per indulgentiæ plenariæ conceſſionem inducere noſtris literis curavimus, & demum magnam navem frumento oneratam ad inſulam ipſam transmiſimus, quæ divino quodam miraculo vix triduo, antequam Turchi inſulam ipſam obſidere cœperant, ad illam pervenerat; ſine enim frumento prædicto inſula tam arctam obſidionem longo tempore nullo pacto perferre potuiſſet.

XXIV. Intellecta poſtmodum obſidione prædicta maritimam claſſem duarum maximarum navium armis, & bellatorum numero munitam ex Janua non ſine maximo ſumptu ad eandem inſulam jam transmiſimus, & ut, quæ per eoſdem magiſtrum & fratres in provincia parabatur claſſis celerius parari, & ad inſulam ipſam transmitti poſſet, aliam longe majorem pecuniarum ſummam eis condonavimus; nec omiſimus literis noſtris ſollicitare Chriſtianiſſimos Imperatorem, & Reges, ac alios univerſos Chriſtifideles ad defenſionem inſulæ memoratæ, ipſorumque Turcorum ex Apulia expulſionem, & poſtremo miſimus dilectum filium noſtrum Gabrielem tit. SS. Sergii & Bacchi preſbyterum Cardinalem ad regnum ipſum Siciliæ A. S. L. pecuniis, quibus potuimus, munitum, qui Turcorum eorundem impetus una cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Siciliæ Rege illuſtri repremeret, & illos terra marique expugnare curaret, nec tamen uſque modo Turci ipſi his noſtris proviſionibus ab obſidione inſulæ prædictæ ceſſarunt; nec ex Apulia receſſerunt, immo ut noviter relatum exiſtit, civitatem Veſtanenſem in provincia Sypontina occuparunt, nos enim auxilia, & præſidia pro facultatibus noſtris continuo impendere non ceſſabimus, & alios, ut id ſimiliter faciant exhortari non deſiſtemus. Indixit propterea Sixtus inducias Italis dum Turca hæreret in Italia, fœdifragis cenſuras incuſſit, tum crucesignatos in clientelam accepit. Dat. MCCCCLXXX.

De ſubſidiis tranſmiſſis Rhodiis.

Ut Gabriel Card. SS. Serg. & Pauli legatus in Sicil. decretus ſit.

Grassari in Sypontino agro non deſinant Turcæ.

Iterum novi ſtimuli additi Chriſtianis ut conſurgant in arma.

XXV. Extant quoque aliæ Apoſtolicæ literæ (a), quibus deplorat Pontifex ingentia

(a) Lib. brev. & bull. p. 236.

mala

mala a ſæviſſimo Turca Hydrunto atque finitimo agro illata, tantamque eum dominandi & extinguendæ fidei Chriſtianæ cupidine flagrare, ut Romam in Turcicam ſervitutem redigere, templaque ejus ſacratiſſima funeſtare moliretur: ejus tamen infringendos conatus ſubjicit, ſi Chriſtiani Reges, principes, ac populi fidem Chriſtianam tuendam ſuſciperent: non ſua virtute Turcas, ſed Chriſtianorum inertia & diſcordiis protuliſſe auxiſſeque imperium: bellum itaque ſtrenue pro Chriſto ſuſciperent, pugnaturum cum ipſis militiæ cœleſtis principem Apuliæque tutelarem archangelum Michaelem, nec defuturam divinam opem, qua confirmati David, Gedeon, Machabæi præclariſſimas de Dei hoſtibus victorias retulere, denique ampliſſimam criminum veniam conſequuturos.

XXVI. Ut Turcæ Romam expugnare meditentur.

Ad futuram rei memoriam.

Tanta eſt Turcorum rabies, & dominandi libido, ac extinguendæ fidei catholicæ ardor, ut nil aliud cogitent, nil dies noctesque moliantur, niſi ut ad hanc almam urbem Apoſtolorum Petri, & Pauli glorioſo martyrii cruore Domino noſtro Jeſu Chriſto conſecratam, in qua Altiſſimus ſacerdotii principatum, & Chriſtianæ religionis caput inſtituit, ſe conferant, & illius ſacratiſſima templa, &, quæ in eis conſervantur Chriſti, ac ſanctorum ejus, reliquias polluant, & tandem univerſam Italiam, cæteraſque Chriſtianorum provincias eorum ſpurciſſimæ ſectæ ſubjiciant: ſed eorum perfidia, & iniqua intentione fruſtrabuntur omnino, ſi Chriſtianiſſimi Reges, & principes, ac alii ſacro baptiſmatis fonte renati, & Chriſti ſalvatoris noſtri nomine inſigniti, pro quorum ſalute pretioſum ſanguinem ſuum ſalvator ipſe noſter effudit, ejuſdem fidei defenſionem ultra præſtolando, & cunctando non negligant, ſed inſurgant contra ejus inimicos, & hoſtes, neque dubitent, etiam ſi oporteret pro ea vitam exponere, qui pro nobis mori non abnuit; præſertim cum etſi magna, & ardua res videatur hujuſmodi defenſio, nihilominus volentibus Chriſtianis facilis erit eorundem infidelium expugnatio, neque enim ſua virtute, & induſtria Turci præfati eorum auxere tyrannidem, ſed Chriſtianorum inertia, deſidia, negligentia, & diſcordia, ita ut paulatim devictis vicinis eorum tolerantia, qui ob privatas inimicitias eos perire ſinebant, eo uſque peſtis ipſa crevit, ut cæteros ſocios nudatos tandem ſubjugaverint, & uſque in Pannoniæ fines ex uno latere progreſſi, ex alio jam Italiam ingredi non formidaverint.

Ex privatis inimicitiis diſſolutam Chriſtianam potentiam.

XXVII. *Heu quæ qualiſve gens, quam vilis, quam fœda, quam ſordida contra Chriſtianum populum ſapientiſſimum, nobiliſſimam, potentiſſimamque Italiam ingredi audent: omnis enim exercitus conſtat ex hominibus partim levis partim nullius armaturæ, & ut plurimum pedeſtribus ſine ſtipendio publico, præda duntaxat viventibus, nullum ordinem ſervare aſſuetis, in quorum arbitrio eſt manere, & fugere, & hos eis Chriſtifideles imperare permittunt eorum deſidia: nonne ſola Italia, nec illa tota perſæpe ſexaginta millia militum armatorum in re militari fortitudine, ac robore præſtantiſſimorum contra ſe invicem ſuſtentavit, qui ad repellendam hujuſmodi gentem non ſolum ex Italia, ſed ex Europa uſque in Aſiam ſufficerent? Animus igitur & voluntas, non vires & facultates deeſſe videntur, illorum enim temeritas, & perſeverantia, at Chriſtifidelium negligentia, & tolerantia eos, qui fugientes inſequuntur, hactenus victores effecit, quod profecto ceſſaret, ſi hujuſmodi negligentia & tolerantia depoſita orthodoxæ fidei cultores eorum vires contra eos exercere voluerint. Omnes itaque præfatos chariſſimos in Chriſto filios noſtros ſereniſſimos, Imperatorem & Reges potentiſſimos principes, ac Chriſtianiſſimos populos in Domino exhortamur, ut hujuſmodi fidei defenſionem adeo ſanctam, adeoque neceſſariam aggredi ultra non ceſſent magno ac fortiſſimo animo, non rebus, non bonis, non perſonis, non vitæ parcentes, pugnabitque cum eis Archangelus Michael princeps exercitus cœleſtis militiæ, qui prædictæ Apuliæ eſt protector, & auctor, etiam ſpe, & fiducia in Deum ſalvatorem noſtrum præcipue muniti, quod ipſe propugnatores ſuos ab eorumdem Turcorum defendet periculis, & eis victoriam præſtabit, &c.* Propoſitum etiam eſt indulgentiarum beneficium iis, qui inſtructos armis milites ad hoc gerendum bellum mitterent, & decreti ſacerdotes quæſtores ad ſtipem a fidelibus erogatam colligendam. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXX. v. idus auguſti pontificatus noſtri anno IX.*

Italia ſæpe ſexaginta millia hominum in mutuas clades armavit. Domandis Turcis pares illa eſſe poſſent.

Moniti fideles ut Michaelis Archangeli ope confidant.

XXVIII. Imperatæ in ſumptus bellicos decumæ.

Imperavit præterea Sixtus (a) biennales decumas eccleſiaſticorum vectigalium, quæ in locis ditionis eccleſiaſticæ colligerentur, tum ad reficienda everſa Rhodi propugnacula, tum ad Hydruntum, quod Turcæ magnis molibus munierant, expugnandum.

Ad futuram rei memoriam.

Cum Turci crucis Chriſti atrociſſimi hoſtes curſu victoriarum elati civitatem Colocenſem inſulæ Rhodi, turrim fortitudinis, & validiſſimum fidei præfatæ in partibus illis adverſus eos eorumque & aliorum infidelium impetum propugnaculum hoc anno arcta obſidione tenuerint, & illius muros machinis, & aliis bellicis inſtrumentis pro magna parte ſolo æquaverint, eamque occupare pro poſſe conati fuerint adeo, ut vix dilecti filii magiſter, & fratres hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani inibi degentes, qui tanquam Chriſti pugiles, & fortiſſimi

(a) *Lib. brev. & bull. pag. 242.*

tiſſimi

tiſſimi athletæ pro fidei defenſione ſe & ſua exponere non formidant, dextera Domini eis aſſiſtente illam ab eorumdem Turcorum occupatione tutari miraculoſe potuerint, & hujuſmodi obſidione durante, quod aſque modo inauditum extitit Italiæ oras attingere, & civitatem Hydruntinam inter alias provinciæ Apuliæ regni noſtri Siciliæ metropolitanas civitates inſignem obſidere, ac vi & armis expugnare cum illius incolarum crudeliſſima ſtrage non omiſerint, illamque ſic occupatam hominibus vatuam victualibus, machinis, & aliis propugnaculis adeo munierint, ut recuperari ſine maxima difficultate, & gentium & armorum terra marique adducendorum multitudine non poſſint, pariterque Turci præfati continuo validiſſimam claſſem, cum qua ad civitatem ipſam Hydruntinam ſe conferant, & illi vicinas, & tandem ſucceſſive reliquas Italiæ civitates occupent, ac eorum ſpurciſſimæ ſectæ caſis Chriſtifidelibus illarum incolis ſubjiciant, & adveniente vere inſulam prædictam Rhodi denuo invadant, præfatamque Coloceuſem civitatem, præterita obſidione plurimum debilitatam, iterum cum potentiori exercitu obſideant, ac eorum formidabili potentia trucidatis magiſtro, & fratribus aliiſque habitatoribus ejus vivificæ crucis Chriſti vexillum, quod magiſter, & fratres prædicti in veſtibus, & cordibus eorum deferunt, conculcent, ac ſacra ibidem exiſtentia Dei templa reliquaque illius ædificia ſubvertant in Chriſtianæ religionis approbrium. Nos igitur intendentes eorumdem Turcorum conatibus, & furori hujuſmodi pro poſſe reſiſtere, & recuperationi dictæ civitatis Hydruntinæ quanto celerius fieri poterit vacare, cum omnis mora plurimum periculoſa fore noſcatur, & ad perferendas expenſas propterea opportunas Romanæ eccleſiæ non ſuppetant facultates, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura ſubſidium unius integræ, & veræ decimæ omnium, & ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum cathedralium aliarumque eccleſiarum, nec non monaſteriorum prioratuum, & infra in alma urbe aliiſque civitatibus, terris, & locis temporali dominio præfatæ Romanæ eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis ubilibet conſiſtentium, & infra anno quolibet uſque ad triennium proxime exigendum, & infra imponimus, &c. Imperata præterea eſt decuma omnium obventionum ex muneribus publicis Cardinalibus, legatis, præfectis urbium arcium locorumve, magiſtratibus urbanis, cum aliis quævis munera publica gerentibus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXX. V. kalend. decembris pontificatus noſtri anno x.*

XXIX. In hoc labantis Chriſtianæ rei diſcrimine Sixtus, cum Dei Eccleſiam adverſa ſævaque tempeſtate quaſſatam lugeret, quam inde Turcæ continuis efferati victoriis delendæ religionis Chriſtianæ cupidiſſimi: hinc Chriſtifideles ejuſdem religionis, ac divini Numinis obliti acerrime ac pertinaciſſime inter ſeſe diſſidentes concitabant; veteri more inſtitutoque ſanctiſſimorum pontificum ſuffragia cœlitum imploranda ad divinam leniendam iram decrevit, eamque ob cauſam octavam a feſto omnium Sanctorum recurrentem diem ſacram conſtituit, atque ab omnibus eccleſiis ubique coli, & celebrari juſſit hoc diplomate (a): *Cum plurium ſanctorum ſolemnes octavæ conſueverint celebrari, ut ſicut primus eorum obitus dies ipſorum in cælo nativitatem, in angelorum & ſanctorum patrum conſortio aſſumptionem ſignificat, ita in octava reſurrectionem corporum recolentes ipſorum duplici ſtola animæ videlicet, & glorificati corporis congratulamur: octavus, inquit Dominus in levitico, dies vobis celeberrimus, & ſanctiſſimus erit; & octava die reſurrexit dominus noſter Jeſus Chriſtus, & in octava hujus ſæculi ætate cum eodem reſurgere firmiter expectamus, conſonum quoque eſt ut feſtivitatem ſanctorum omnium per octo continuos dies ſolemniter celebremus; nos qui, licet immeriti, illius, qui cælum terramque regit, vices gerimus in terris, cupientes Chriſtifideles quoſlibet, quorum nobis eſt cælitus cura commiſſa, ad venerationem omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei, & jugem erga eos devotionem quantum poſſumus excitare, ut per eorum patrocinia noſtrum ſuppleatur imperfectum; de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio ſtatuimus, & ordinamus, quod feſtivitas omnium ſanctorum hujuſmodi per octo continuo dies prima ſcilicet, & octava cum majori cæterorum dierum ſolemnitate annis ſingulis, & laudum cantico, lætitiæ jubilo, cordiſque tripudio, ſub duplici officio, ut in aliis ſanctorum, & ſanctarum feſtivitatibus ſolemnibus, earumdemque octavis obſervatur, per univerſum orbem perpetuis futuris temporibus deinceps celebrari, & obſervari debeat, ita quod de feſtivitatibus, quæ in prædictas octavas evenire contigerint, tunc nulla commemoratio habeatur, ſed illa poſt eaſdem octavas celebrentur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCDLXXX. pridie kal. novembris pontificatus noſtri anno x.*

Publicæ preces imperatæ pro divina ope imploranda.

(a) *Lib. brev. & bull. pag.* 240.

Feſtivitas omnium Sanctorum diebus octo celebranda.

XXX. Cæterum ſpopondit Sixtus claſſem viginti quinque triremium ſe inſtructurum, ac Neapolitanæ, quæ ex quadraginta conflanda erat conjuncturum, uti refert Jacobus Volaterranus (b). Legatum præterea fuiſſe ad Genuenſes Cardinalem Sabellum addit auctor, ut claſſem parandam curaret, atque inteſtinas civium diſſenſiones ſedaret.

(b) *Jac. Volat. mſ. arch. Vat. ſig. n.* 111. *l.* 2. *Steph. Infeſſ. l.* 3. *Bzov. l.* 3.

Card. Sabellus ad Genuenſes legatus decernitur.

XXXI. *Decembris*, inquit, XIX. *Cardinalis Sabel-*

Inter Fregoſios & Adurnios pacem componere juſſus.

bellus, qui ſuperiori menſe cum eſſet adminiſtrator provinciæ Umbriæ, legatus ad Ligures fuerat deſignatus, mane & ipſe abiit. Et infra: *Legationis hujus cauſa duæ præcipuæ afferuntur, altera ut ſedaret civiles motus per eos dies Genuæ exortos inter Fregoſos, & Adurnos: altera ut triremes pararet pro Pontifice ad trajiciendum in Turcos ventura vere, vel potius ad obſiſtendum illis, ne in Italiam ipſi majore conatu, & claſſe, quam præterita æſtate trajicerent.* Et infra: *Fuerat hic a Pontifice Paulo II. multos jam annos propter magna merita tam ſua, quam familiæ ſuæ, ad ordinem cardinalatus aſſumptus; ſed interveniente inopinato Pontificis obitu, nec publice pronuntiatus fuit, nec data ei de more inſignia: aſſumpto inde Pontifice Xiſto tantum valuit contrariæ factionis auctoritas, ut uſque ad hoc tempus tali dignitate fraudatus fuerit: Joannes Baptiſta ſibi eſt nomen.*

XXXII. Cum porro Turcæ ex Hydruntina urbe veluti ex arce munitiſſima in Salentinum agrum, ſuperique maris littoreas oras excurrerent, & omnia ferro flammaque miſcerent, jamque celeberrimæ ædi Lauretanæ eam opibus ſpoliaturi imminerent, Recinetenſes patriæ immemores Lauretanam domum ſummo conatu propugnare decreverunt, præſidioque impoſito excubias agere die noctuque conſtituerunt, donis a Chriſtiana pietate collatis in eorum receptis, quæ relata in tabulas ſunt. At ſapiens Recinetenſium conſilium ſubducto jam ſacro auro argentoque, haudquaquam barbaros a nefario ſcelere revocavit. Verum nec virginis Deiparæ præſidium adverſus barbaricam claſſem populabundam ſuæ domui auguſtiſſimæ defuit, ut narrat Lauretanæ hiſtoriæ ſcriptor his verbis (a): *Turcæ populabundi ad caſtrum portus Recinetenſis claſſe delati, omiſſa minorum prædarum cura, ad Lauretanam prædam, quam opulentiſſimam ſciebant eſſe, ac apertam alio neſciebant, iter intendunt. Turbantur Lauretanam ædem Recinetenſes, leve adverſus barbarorum exercitum inſolentem victoria præſidium, niſi ipſa loci præſes ſuæ domus præſidio foret; etenim ad ſacræ domus conſpectum ingens repente terror totam Turcarum pervaſit aciem, cunctoſque e veſtigio invitiſſimis animis referre cogit pedem ſtupore attonitos, & Deum profecto pro illa æde ſtare memorantes.* Subdit auctor Cardinalem Robureum Laureti patronum eo admonitum periculo templum excitatis propugnaculis adverſus repentinos hoſtium incurſus communiviſſe. Erat is Julianus epiſcopus Sabinenſis Cardinalis S. Petri ad vincula nuncupatus Sixti IV. ex fratre nepos, qui ei poſt Pium III. accepto Julii II. nomine in pontificatu ſucceſſit, ut diximus ſupra.

(a) Turſ. hiſt. Laur. l.2. c.4.

XXXIII. Interea hic ad pacandos principes, ne ab accendis communibus hoſtibus retardarentur in Gallias miſſus eſt, cujus legationis obeundæ provinciam hoc diplomate ſuſcepit (b).

(b) Six. IV. reg. 1. legationum p. 78.

Juliano epiſcopo Sabinenſi Cardinali S. Petri ad vincula nuncupato majori pœnitentiario noſtro A. S. L.

Bellum inter Lud. Regem Franc. & Maximilian. accenſum.

Cum pacis æmulo, & humani generis inimico ſuperſeminante zizania exortis dudum peſtiferis, ac deteſtandis diſſenſionibus inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Maximilianum ducem Auſtriæ, nonnulloſque alios hinc inde adhærentes eorum variis reſpectibus, & occaſionibus; dira guerrarum commotio quampluſimas provincias, civitates, villas, terras, oppida, dominia, caſtra, & loca, ac illorum incolas diutius afflixerit & exinde agrorum depopulationes, incendia, hominum cædes, ſtrages, captivationes villarum, terrarum, & provinciarum direptiones, everſiones, & vaſtationes, aliaque quamplurima, & innumerabilia damna non ſine magna etiam eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum piorum locorum in eiſdem provinciis, & dominiis conſiſtentium jactura ſucceſſerunt: diviſiones etiam, factiones, ſimultates, rancores, & odia inter quamplurimos principes, barones, militas, vaſallos, ſubditos, & incolas exorta fuerint, & majora, ac graviora pericula irreparabiliaque ſcandala, & damna ex earumdem guerrarum ulteriori proſecutione proculdubio ſequutura fore non immerito formidentur, per quæ viribus eorumdem principum utrinque, iiſdem diſſenſionibus manentibus, debiliores Chriſtianorum manus indubitanter efficiuntur ad dictorum Turcorum immaniſſimorum hoſtium Chriſtiani nominis impetus contundendos, & coercendos, nos intra mentis noſtræ arcana revolventes, & diligenti conſideratione penſantes ſinceræ devotionis affectum & fidei zelum quibus Rex, & dux præfati nos, & Romanam eccleſiam reverentur, quodque hoc tempore valde expediat ut inter eos pacis vinculum vigeret ad pacificandum provincias, dominia, & loca alia, quæ reipublicæ, & fidei Chriſtianæ firmiſſima ſunt præſidia, convertimus omnes ſenſus.

Ambo ſolicitati ut arma in Turcas vertant.

XXXIV. *Animadvertentes itaque ad nos præcipue ſpectare hujuſmodi imminentibus periculis, diſſenſionibus, & ſcandalis occurrere & ad pacem omni ſtudio diſſidentes conjungere, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura ad te literarum ſcientia præditum, potentem opere pariter & ſermone, in magnis expertum, & in arduis comprobatum direximus oculos noſtræ mentis: ac de tuæ circumſpectionis induſtria, eximia probitate, fidei zelo, maturitate conſilii, morum elegantia, aliiſque innumerabilium vir-*

virtutum donis, quibus perſonam tuam illarum largitor decoravit Altiſſimus, in cujus affectu geritur prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines, & omnium ſcandalorum, & guerrarum materiam ſedare, & diffidentia quæque in pacis & concordiæ dulcedinem commutare, fumentes in Domino fiduciam ſpecialem, quod ea, quæ circumſpectioni tuæ, cujus præſentia nobis, & Ecclesiæ præfatæ ſumme perutili, pro tam neceſſariæ tamque utilis, & Deo gratæ pacis, & reconciliationis conſequendo votivo effectu, in præſentiarum carere compellimur, committenda duxerimus, cura exactiſſima, & pervigili induſtria tuo ſolito more adimplere curabis, te tanquam pacis Angelum ad regnum Franciæ, nec non univerſas provincias, dominia, civitates, terras, & loca Regi, & duci præfatis mediate, vel immediate quocumque titulo, jure, prætexta, occaſione, vel cauſa ſubjecta, aliaque a Rheno flumine uſque ad Garumnam flumen, & mare Provinciæ ſeu meridionale, & ab Oceano uſque ad Alpes Italiæ imminentes conſiſtentia noſtra, & præfatæ Romanæ eccleſiæ nominibus Apoſtolicæ ſedis legatum de latere noſtro duximus deſtinandum, & deputandum, ac deſtinamus, ac deputamus. Ampliſſimis ad rem gerendam mandatis inſtruit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXX. iv. kal. maii pontificatus noſtri anno x.*

Julianus Card. ampliſſima ad id poteſtate fultus.

In quibus provinciis legatio illi demandata ſit.

XXXV. De legationis munere injuncto Juliano, deque aliis Cardinalibus in alio regno miſſis meminit Jacobus Volaterranus (a), qui ex eccleſiæ Volaterranæ archidiacono in ſcribarum pontificiorum numerum ſuperiori anno aſcitus fuerat, ac inſignes de rebus a Sixto IV. geſtis commentarios, qui nondum typis cuſi in tabulario Vaticano reconditi ſervantur, edidit atque illuſtres viros Marcellum Ruſticum Romanum, Gaſparem Blondum Foroliviensem [1] hiſtoriarum ſcriptorem, Andream Trapezuntinum, Matthiam Paluviceum, Franciſcum Nozetonum collegas habuit. Is itaque in ſuis accuratiſſimis diariis hæc prodidit: *Ad nonam menſis junii, quæ veneris dies fuit, abiit in legationem Gallicanam Julianus epiſcopus Sabinenſis, &* infra: *fuit hic primis menſibus pontificatus Sixti ab epiſcopatus ordine ad cardinalatum aſſumptus una cum Petro ex ordine Minorum, qui poſtea Cardinalis S. Sixti dictus eſt: Hi autem primi fuere a Sixto Pontifice Cardinales creati. Quo die quatuor legationes in eodem ſenatu decretæ fuere Nicæna Gallicana, vicecancellario Hiſpana, Neapolitano orientalis maritima, Aquilejenſi Germanica, in qua Nicænus defunctus eſt, ex ea enim ſem redient Ravennæ occubuit: tres reliqui incolumes Romam rediere. Præſentis legationis [nempe ſuſcepta a Sabinenſi] cauſa ea eſt præcipua, ut Gallum & Burgundum longo tempore diſſidentes conciliet, & conciliatos ad ferenda auxilia in bellum contra Turcos hortetur, & impellat. Det ei dominus Deus gratiam in conſpectu Regum & principum, ut jactis bonis ſeminibus colligatur is fructus, qui non tam ſperatur quam deſideratur.*

(a) *Volat. l. 1. mſ. arch. Vat. ſig. n. 111.*

Neque in Galliis modo, ſed etiam in Anglia & Scotia legationis munus Juliano demandatum eſt, ut inter Gallos Angloſque pacem ad vertenda in communes hoſtes arma conciliaret, ut hoc docet diploma (b). XXXVI.

Venerabili fratri Juliano epiſcopo Sabinenſi Cardinali S. Petri ad vincula nuncupato, majori pœnitentiario noſtro in Franciæ, Angliæ, & Scotiæ regnis, ac univerſis Galliarum provinciis, nec non ſingulis dominiis dilecti filii nobilis viri Maximiliani ducis Auſtriæ quovis reſpectu, vel cauſa ſibi ſubjectis, & nonnullis aliis provinciis, civitatibus, terris, & locis Apoſtolicæ ſedis legato, &c.

(b) *Reg. legationum p. 89.*

Conſiderantes, quod urgens & evidens multorum, & magnorum negotiorum, ac pacis primo, & quietis regnorum, provinciarum, & locorum prædictorum præſertim Angliæ regni, & aliorum dominiorum provinciarum: inſularum, & locorum quorumcumque chariſſimo in Chriſto filio noſtro Eduardo, & regni ejuſdem Regi illuſtri ſubjectorum neceſſitas urget illuc a nobis deſtinari legatum, & tantum negotium talem perſonam exigit, quæ ſua inſtanti diligentia & providentia eximia, ſummaque inſuper experientia illius magnitudini congruat, te, de cujus circumſpectione, induſtria, & conſilii maturitate inter cæteros plenam & firmam obtinemus fiduciam, qui, poteris opere & ſermone, magnum & inſigne Eccleſiæ Dei membrum exiſtis, plene tibi conceſſo legationis officio ad partes illas

Data Juliano Card. inter Gallum & Anglum pacis conciliandæ provincia.

NOTÆ [1] ANnaliſtæ noſtri oſcitantiam facile hic lectores agnoſcant, & corrigent. Gaſparem illum Blondum, qui unus fuit e ſociis Jacobi Volaterrani in munere ſcribæ pontificii eumdem eſſe cenſuit Blondum Foroliviensem hiſtoriarum nobilem ſcriptorem. Duo ſunt viri nomine, ac munere inter ſe plane diverſi, quorum alter, hiſtoricus nempe ante plures annos, videlicet anno 1463. vita exceſſerat, alius vero per hos annos vitam Romæ agebat. Hiſtorico nomen erat Flavius, noſtro vero Gaſpar. Ille a ſecretis Pio II. adfuit; hunc apud Sixtum IV. ſcriptorem pontificium cum Jacobo Volaterrano egiſſe ſignificavi. Porro Jacobum hunc alterum eſſe a Raphaele Volaterrano, qui commentarios urbanos hac ipſa ætate ſcribebat in adnotatione ad A. 1472. 4. monuimus. Quos vero Jacobi Volaterrani commentarios in Vaticano conſuluit Annaliſta, illos ex eodem codice vulgavit Muratorius Rer. Italic. to. XXIII. Mansi

illas de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio providimus de latere noſtro deſtinandum, ut dirigas indirecta, & aſpera convertas in plana, & juxta datam tibi a Domino prudentiam velut columba olivam ex ore deferens, & pacis ſignum in oliva prætendens pacem prædices & Chriſti fideles illarum partium ad pacem, unitatem & concordiam moneas, & quæcumque alia circa executionem commiſſi tibi legationis officii exequaris, prout videris expedire, quietem in nationibus & tranquillitatem in populo poſſe tenus procurando & ſicut tibi Dominus miniſtrabit.

Columbæ oleæ folia præferentis munere juſſus fungi.

XXXVII. *Licet autem Salvatoris exemplo, quod uni ex minimis noſtris ſit, fieri nobis reputamus, quia tamen illos in primis propenſius honorari convenit, qui ex ſe honorabiles in partem ſollicitudinis aſſumpti honorant in nobis plenitudinem poteſtatis, ſerenitatem ejuſdem Regis rogamus monemus, & hortamur attente quatenus te Apoſtolicæ ſedis legatum, vel potius nos in te benigne recipiens, & devote pertractans, ſic te favore benevolo in omnibus proſequatur, exhortationibuſque tuis ad pacem tendentibus ſe facilem præbeat, ut præſentia tua nobis, & univerſali Eccleſiæ multipliciter fructuoſa diutius careamus, & ſuper iis, quæ ſibi ex parte noſtra per te, vel alium ſeu alios a te forſan deputandos retuleris, fidem indubiam adhibeat, tanquam nobis, ſicque in ſingulis tibi per nos conceſſis facultatibus omnem aſſiſtentiam præſtet, ac modis omnibus faveat, quod tu ad laudem Dei & ſui honoris augmentum, omniumque Chriſti fidelium commodum, & ſalutem injunctum tibi miniſterium laudabiliter exequaris, & nos excellentiam regiam exinde dignis in Domino præconiis, & laudibus commendemus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXX. xv. kal. maii pontificatus noſtri anno ix.* Hunc vero menſe ſeptembri Pariſios acceſſiſſe, honorificeque exceptum tradunt (a), inde Peronam profectum, cumque fidem publicam, ut pergeret ad Maximilianum elicere non potuiſſet, Lutetiam extremo decembris menſe reverſum. Cæterum legati diligentia colloquium inter Ludovici Regis, & Maximiliani Auſtriaci oratores habitum eſt. [1] Extantque in MS. codice Vallicellano (b) capita controverſiarum, quæ utrinque in eo colloquio agitatæ fuerunt. Poſcebat in primis Maximilianus, ut urbes & oppida uxori adempta a Ludovico reſtituerentur, reſponſumque eſt a Gallorum Regis oratoribus, Burgundiæ fiduciarium principatum Salica lege ad jus regium fuiſſe devolutum, nullo maſculo herede ſuperſtite, ac Bituricenſis, & Pictavenſis principatum, qui ob eam cauſam in regiam ditionem conceſſerant, exempla adducta, confirmataque Normanniæ, Campaniæ, & Occitaniæ exemplis; ac ſi fœminæ, ut in Atrebatenſi comitatu, aliquando ſucceſſerint, id non jure, ſed temporum iniquitate contigiſſe. Certatum deinde de Peronæ montiſque Deſiderii, & Royæ ditione, atque oratores Galli contendere Carolum ducem inique bellum intuliſſe Ludovico, fidei ſacramentum poſt Philippi patris obitum non præſtitiſſe, debita vectigalia Regi non perſolviſſe, præterea ex veteri pactione Belgii partem ad jus Gallicum revocatum. Tum Maximiliani oratores diſceptarunt in Burgundiæ principatu fœminas ſuccedere conſueviſſe, paremque eſſe comitatus Atrebatenſis rationem. Soluto conventu ſopitæ fuere ad aliquod tempus hæ lites, quæ poſtea inter Carolum V. Maximiliani nepotem, & Franciſcum I. funeſtiſſima bella accenderunt.

(a) *Chron. Lud. XI.*

Negatus illi commeatus liber ad Maximilianum.

(b) *MS. Vallic. ſign. lit. B. n. 10. p. 163.*

Quo jure niteretur Ludovicus XI.

Quid Maximilianus contenderit.

XXXVIII. Reſtinctæ ſunt hoc anno reliquæ civilium Caſtellæ & Legionis bellorum, quæ diu arſerant, favillæ Joanna, de cujus juſtis natalibus controverſum fuerat, quæque ſe, ut Henrici Regis unigenitam ac regnorum heredem gerebat, Clariſſarum ſacra inſtituta Coimbricæ amplectente, ac xv. novembris hujus anni vota religioſa nuncupante, de quo extant (c) acta publica. Poſt hæc Joanna aliquorum ſubornata conſiliis, qui Caſtellæ & Legionis regna bellis civilibus miſcere ſui commodi ſpe atque illecebra meditati ſunt, priſtinos Caſtellæ, & Legionis regios titulos recepit, atque ad reſcindendam religioſæ vitæ profeſſionem editam, metum, ac neceſſitatem ob pacem inter Alfonſum & Fernandum Reges conciliatam obtendit. Verum Innocentius VIII. cum ingentia inde oritura bella, ac Luſitana & Caſtellana arma ab Afris & Granatenſibus in ipſa fidelium viſcera vertenda, ac religioni exitium parari provideret, apoſtolico diplomate Joannam monaſtica inſtituta deſerere vetuit (d), ut ſuo loco dicetur.

Joanna Caſtellana fit monacha.

(c) *Ext. apud Innoc. VIII. ſign. n. 1909. ſecr. p. 576.*

(d) *Innoc. 8. lib. ſig. n. 1909.*

XXXIX. Hoc anno (e) Florentini ſive feſſi malis, ſive auxiliorum ſpe deluſi, ſive ad meliorem mentem reverſi in Eccleſiæ gratiam a Romano Pontifice recipi flagitarunt.

(e) *Jac. Volaterr. mſ. arch. Vat. ſign. n. 111. Brut. hiſt. Floren. l. 7. & alii.*

NOTÆ [1] Colloquium illud inter Maximilianum, & Gallum in quo de rebus Burgundicis actum, in annum ſequentem differendum eſſe conſtat ex authoritate anonymi Leodienſis in hiſtoria de rebus geſtis Leodii ab Heinsbergio, & Borbonio epiſcopis: Martene Veter. Monum. to. IV. Ita enim ille, qui anno 1482. opus ſuum abſolvit: *Anno Domini MCDLXXXI. fuit dieta inter regem, & ducem* (Maximilianum) *ubi miſſi fuerunt duo legati, ſed non poterant concordari...* & inferius ad eumdem annum. *Proclamatæ ſunt treugæ inter regem, & ducem.* Mansi

Florentini veniam a Pont. poſcunt.

runt. Honorificentiſſimam itaque duodecim civium legationem ad Apoſtolicam ſedem miſere; ſubituros ſe demiſſe quaſcumque illius leges profeſſi. Oratoribus igitur in urbem venientibus nulli officii cauſa obviam prodiere, neque coram Pontifice admiſſi, niſi prius imperatas ab illo concordiæ leges recepturos ſe ſponderent. Demum prima adventus dominica die in porticum baſilicæ Vaticanæ convenere, Pontificem & Cardinales præſtolantes, ubi Sixtus pro foribus templi genibus nixos virga leviter diverberatos ſolemni ritu expiavit, atque adeo Florentinos omnes ſacræ fidelium communioni reſtituit. Ingreſſi deinde baſilicam oratores rei ſacræ interfuere: qua peracta domum aulicis Cardinalium eos comitantibus perducti ſunt, poſteaque oppida reipublicæ Florentinæ erepta reſtituta. Hæc pluribus rerum Florentinarum ſcriptores, omnium autem accuratiſſime Jacobus Volaterranus (a) horum ſpectator deſcribit in Sixti rebus geſtis. *Die dominico III. decembris in hunc modum, qui ſequitur, acta eſt ceremonia. Sedebat Pontifex averſus a templo in ſella ſerica purpurea ſuper limine portæ æneæ, quæ media eſt, clauſis nihilominus valvis, circumſtantibus in coronam Cardinalibus, & prælatis, & qui muneribus certis fungebantur in maxima populi frequentia, qui viſendi ſtudio accurrerant.* *Oratores autem omnes*, Florentinorum ſcilicet, *demiſſis dejectiſque capitibus coram Pontifice venientes primum ad terram ſe projecerant, cumque eum humilitate venerantes, pedes ipſius deoſculati ſunt. Omnes inde procumbentes in genua errores contra matrem Eccleſiam & Pontificem ſunt confeſſi, & miſereri ſibi, & populo, a quo eſſent miſſi, humiliter petiere. Locutus eſt pro omnibus unus ſpectatus eques Aluiſius Guicciardinus vir jam ſeptuagenarius, & magnæ apud ſuos auctoritatis, maturis tamen verbis, & brevibus, atque a paucis propter ſtrepitum exauditis* [1].

(a) *MS. arch. Vat. ſign. n. 111.*

Piam eorum orationem ſuis conceptam verbis affert Brutus (b), ac reſponſum acerbe a Pontifice queritur, cumque in univerſam rempublicam invectum commemorando univerſa, quæ civitas adverſus pontificiam majeſtatem commiſiſſe argueretur, ut conſtaret reditum in gratiam tempori non hominibus datum: verum ex Jacobo Volaterrano, qui pontificium reſponſum affert, conſtet nihil iracunde geſtum ſed ea ſolita (c) Eccleſiæ dignitate benignitateque expiatum crimen: *Eo*, inquit, *ſilente*, nimirum oratore Florentino, *juſſit Pontifex alta voce recitari formulam initarum conditionum, & confeſſiones exceſſuum per Philippum Curvenſem unum ex notariis apoſtolicæ cameræ aſſiſtentibus advocato, & procuratore fiſcalibus, qui unum, vel plura, ſi opus eſſet, ad perpetuam rei geſtæ memoriam documenta conficerent: ſumma vero conditionum paulo inferius adjicietur. Formula lecta, oratores ipſi, jurejurando in ſanctis Pontificis manibus præſtito, obligaverunt ſe ipſos, & Florentinum populum cuncta inviolabiliter ſervaturos. Tunc Pontifex indicto ſilentio: Peccaſtis, in-* XL.

(b) *Brutus hiſt. Flor. l. 7.*

(c) *Volat. ubi ſup.*

Repentæ ex ſcripto publicæ cauſæ conſorti anathemata.

Pontificis ad Florentinos oratio.

NOTÆ [1] AGendum hic ſuſcipit Annaliſta de pace Italiæ, quam vario compoſito fœdere pontifex, cæterique principes hoc anno conciliandam ſuſceperant. Cum vero rem illam paulo intricatam non ſatis diligenter explicuerit, tentandum hic eſt a nobis, ut paulo accuratius illam exponamus. Primo omnium anno ſuperiori actum fuit de avellendo a fœdere cum Florentinis duce Mediolanenſi, quæ ſane negociatio anno eodem, ait Sanutus in vitis ducum Venetorum, ad exitum perducta eſt, fœdere interim quantum ex hiſtoria Naugerii intelligimus occulto. Interea de Florentinis ad partes Venetis oppoſitas trahendis agebatur; cujus rei gratia Laurentius Medices die VI. decembris anni 1479. Florentia Neapolim profectus eſt (Allegretti in diario Senenſi Rer. Italic. to. XXIII.) Tandem pacem cum illo inſcio pontifice ſanxerunt, ait Naugerius in hiſt. Veneta, quæ palam dein annunciatur Senis die XVII. martii (Allegretti diar. Senenſ.) Novo hoc fœdere potens rex Ferdinandus bellum in Venetos aggredi meditabatur, nitens in eamdem armorum ſocietatem cum Florentinis, & Mediolanenſibus Pontificem trahere (Naugerius): quod ſubodorantes Veneti pacem cum pontifice, cardinali Foſcaro conciliante, præpoſtere compoſuerunt. Extant de hoc fœdere literæ pontificiæ diei XVI. aprilis anni 1480. apud Sanutum in vitis ducum Venetorum, in quibus & principum, qui fœderi illi nomen dederunt ſubſcripta nomina leguntur, inter quos, nec Florentini, nec rex Sigiſmundus apparent. Hæc armorum ſocietas ad ſtatus conſervationem tantummodo ſancita eſt, ut Volaterranus in diario animadvertit. Ex quo corrigendus Annaliſta, qui conjuncta a pontifice cum Venetis arma in Turcas ſcribit. Ita rebus conſtitutis pontifex, majo menſe, Florentinos diris devovit, a quibus miſſus Romam legatus *Frater quidam magiſter in Theologia* peſſime exceptus, & ludibrio habitus a pontifice *fertur*, ut anonymus Parmenſis in diario. Hinc novæ in Italia turbæ mox orituræ timebantur, cum rex Ferdinandus Venetos & pontificem ſuſpectos haberet, inſtaretque apud Mediolanenſes, ut Venetorum ditio armis infeſtaretur. Viciſſim pontifex in Florentinos nullum non lapidem movebat; cum interim opportunus accidit Turcarum in ditionem regis Ferdinandi incurſus; ex quo factum eſt, ut Ferdinandus rebus ſuis defendendis arma continere cogeretur, & pontifex a Florentinis abſtinuerit, ut Turcarum a ſe metum depelleret. Quare pacem rogantibus Florentinis æquiores aures præbuit; conventumque eſt tandem inter omnes de communi Italiæ pace, acceptaque Romæ eſt Florentinorum legatio die III. decembris, de qua in Annalibus ibid. num. 39. Peculiare etiam fœdus eodem tempore a pontifice cum rege Ferdinando ad Turcarum expulſionem junctum affirmat anonymus Parmenſis in diario. Mansi

Digitized by Google

Arguuntur admiſſi in clerum ſceleris.

inquit, filii multum primum in dominum Deum Salvatorem noſtrum, occidentes crudeliter, & neſaria Piſanæ ſedis archiepiſcopum, & ſacerdotes Dei; ſcriptum eſt enim: Nolite tangere Chriſtos meos. Peccaſtis in Romanum Pontificem, qui vicem ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti gerit in terris, diffamantes eum per univerſum terrarum orbem. Peccaſtis in ſacroſanctum ordinem Cardinalium, retinentes invitum S. R. E. Cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatum. Peccaſtis in omnem ordinem clericalem, auferentes a clero ditionis veſtræ tributa, & ea quidem admodum gravia contra voluntatem ipſius, & Romano Pontifice minime permittente: raptuarum, incendiorum, direptionum, & malorum multorum cauſa fuiſtis, non obedientes monitis noſtris apoſtolicis, qui utinam a principio veniſſetis ad nos, patrem animarum veſtrarum, procul dubio non fuiſſet opus experiri armis ad ulciſcendas injurias illatas Eccleſiæ. Nos certe inviti egimus quidquid egimus; ſed tamen pro miniſterio apoſtolatus noſtri ita fuit agendum. Nunc vero filii, ad nos in humilitate venientes, in gremium gratiæ vos recipimus, fatentes errores, & exceſſus abſolvimus. Nolite peccare amplius, filii, nolite ut canes redire ad vomitum: ſatis ſuperque experti eſtis quantum valeant arma Eccleſiæ, quam durum ſit objectare capita ſcuto Domini, & ejus loricam velle confringere. Et in hanc ſententiam pluribus dictis non minus paterne & pie, quam conſtanter & fortiter capiens manu virgulas, quæ de more geſtari manibus a pœnitentiariis ſolent, leviter percutiebat humeros totiuſque oratoris ad quemcumque ictum caput humiliter inclinantis, dictus ſedulo pœnitentiæ pſalmum, qui incipit; Miſerere mei Deus; Cardinalibus ſemper ad vocem Pontificis ſequutum verſiculum reſpondentibus. His peractis iterum ad ſancti pedis oſculum ſunt admiſſi, & manu a Pontifice benedicti ſunt, elevataſque cum ſella ſtatim eſt Pontifex, patefactæ quoque valvæ baſilicæ, & ad majorem aram templi ab omnibus itum eſt, oratoribus ipſis, & cæteris ſuo ordine præcedentibus. Acta ibi divina res fuit. Et infra.

Pervicaciæ in principio oſtenſæ. Ex Apoſt. officio correpta in eos fuiſſe arma.

Virgis humeri oratorum percuſſi.

Inducti poſtmodum in eccleſiam.

XLI. *Formula obligationis hæc eſt ſumma, videlicet primum erratorum veniam petunt, eccleſiaſticam libertatem aliqua tempore non impediant: promiſſiones apoſtolicas ſervabunt tam factas quam faciendas: non inferent arma, vel bellum Eccleſiæ, vel ejus ſubdito mediate, vel immediate: parebunt omni tempore mandatis apoſtolicis: non imponent tributa clero, nec impoſita exigent præter quæ jam ſunt indulta ad tempus pro Piſano gymnaſio. Proteſtati ſunt ex his non præjudicare ſibi, ſi quod jus habent in iis, quæ ante cœptum bellum poſſidebant: agent quod populus cuſtra menſem cum dimidio rata habebit hæc omnia. Pontifex pro pœnitentia mandat armari triremes quindecim eorum impenſa in bellum, quod parat adverſus Turcum: indicit quoque, niſi omnia ad unguem ſervent, reincidere illos in priores cenſuras. Ita promiſerunt, & ſtipulati ſunt.*

Quæ polliciti ſint ſacramento Florentini.

Hoc anno apud Helvetios migravit in cælum Nicolaus ſanctitate inſignis eremita, qui annis viginti non alio cibo quam ſacra Euchariſtiæ vitam ſuſtentavit, de quo hæc tradit Nauclerus (a): *Apud Suitenſes montanos in Alemannia, haud longe a finibus Lucernenſium in loco vaſtæ ſolitudinis homo ſenex ſolitariam vitam & abſtinentiſſimam hoc tempore degebat, qui per annos viginti ſine corporali cibo vixit, quem fratrem Nicolaum appellabant. Habebat uxorem & liberos, a quibus ſecedens ob frugem melioris vitæ, vir corpore aridus, & exhauſtus ſola cute nervisque, & oſſibus compactus. Hic homo quaſi cæleſtem vitam egit in terris immaculatam abſque ſorde, quamvis nonnulli iniqui judices aliorſum, ut deceat interpretati fuerint. Sed cur virum calumniatur, qui longam vitam in arctiſſima paupertate, & ſolitudine duxit, in abſtinentia extrema, & humilitate perſeverans, qui nihil appetivit, qui nulli injurius, qui avaritiam calcavit, honores ſæculi ſprevit, nullum ſuperbiæ fomitem oſtendit, optime de fide ſentiens, paucorumque verborum cum eſſet, ad interrogata tamen ſalubria ſemper, & conſolatoria reſpondit, ita quod rare quiſquam ab eo non ædificatus abſceſſit? Is igitur bonus, juſtus, ac ſanctus a bonis ſemper eſt habitus: indicavit hoc perpetua hominis alacritas atque lætitia, quam nemo mœſtum vidit, ſed vultu ſemper eodem: ſciebat ſe mortali culpa liberum, bonis operibus, ac contemplationibus intentum: per antiſtitem quoque Conſtantienſem approbatus, ad cujus præceptum tres particulas panis tanquam obedientiæ filius comedit, quas cum difficultate deglutivit. Tandem ſenio, & viribus deficiens ejus ſenilem animam mollis diſſolvit ſopor. Sepultus eſt in eccleſia ſui paſtoris cum opinione ſanctitatis.* Meminit de eo Albertus Crantzius (b), ac fulſiſſe miraculis, nonnulloque ſuæ genti, quæ venerunt prædixiſſe refert. Conſantis etiam appendicis ad chronicon Sponehimenſe Joannis Trithemii author, ſeque teſtimonio epiſcopi Conſtantienſis, in cujus diœceſi verſabatur, compertum habere teſtatur, illum viginti annos ante mortem ſine cibo vitam tranſegiſſe, tunc addit. *Hic homo Dei nobis ſuo tempore miraculum fuit, qui cum eſſet omnium literarum penitus ignarus, intellectu tamen ſcripturarum mirabili ſubtilitate vigebat, dabatque ad interrogata quorumlibet eruditorum reſponſa non ſecus, ac ſanctus ille Antonius Eremita philoſophis doctiſſimis quondam ſine literis reddidiſſe fertur, quamquam non omnes paſſim ad*

XLII. *Nicolaus Eremita Helvetius.*

(a) *Naucler. vol. 2. gen. 50.*

Acerbiſſimam & piam vitam ducit.

Sola euchariſtia ſuſtentari ſolitus tres buccellas ad epiſc. imperium difficillime ſumpſit.

Genti ſuæ eventura prædixit.

(b) *Crantz. Metrop. 12. c. 21. Chr. Spon. ad an. 1487.*

Viginti annos ſine cibo tranſegit.

Licet expers literarum difficillimas quæſtiones theologicas ſolvit.

ad colloquium ſuum admittebat, niſi quos cognoviſſet divino ſpiritu ad loquendum concitari. Miraculis fertur coruſcaſſe.

XLIII.
(a) Steph. Inſiſſ. mſ. Vat. ſig. n. 121. hoc ann.
(b) Jac. Vol. 2. mſ. arch. Vat. ſign. n. 211. & Felix Contel. in elench.
Cardinales novi in ſenatum adlecti.

Auxiſſe (a) eodem anno Sixtum Cardinalium collegium refert Stephanus Inſiſſura, & conſentit Jacobus Volaterranus, qui hæc habet (b): *Idibus maii, qua die Lunæ evenerunt, Cardinales quinque in ſecreto ſenatu deſignati ſunt, qui nihilominus ante aliquos menſes creati dicebantur, ſed ad eam diem ſecreto habiti non abſque cauſa eſt credendum. Eorum nomina hæc ſunt: Paulus Fregoſius archiepiſcopus Genuenſis presbyter tit. S. Anaſtaſiæ: Coſmus Urſinus monachus ordinis S. Benedicti abbas Farfenſis, & Tranenſis archiepiſcopus presbyter tit. SS. Nerei, & Achillei: Ferricus de Cluniaco Burgundus epiſcopus Tornacenſis tit. S. Clementis Joannes, Baptiſta Sabellus protonotarius diaconus S. Viti in Macello: Joannes Columna diaconus S. Mariæ in Aquiro.*

XLIV.
Mota lis de annulo Virginis pronubo.
(c) Jo. Bapt. Laurus in libell.

Oborta (c) eſt controverſia ingens hoc anno de ſacro annulo pronubo ſanctiſſimæ Virginis e Senenſium ditione Peruſium allato, indeque accenſum eſt bellum Senenſes inter & Peruſinos: ad quod extinguendum Pontifex literis, & Joannis Baptiſtæ Cardinalis Sabelli A. S. L. opera incubuit. Rem geſtam fuſe deſcripſit Joannes Baptiſta Laurus Peruſinus protonotarius apoſtolicus, ac reperita altius hiſtoria: Hugone Etruriæ marchione vt. ducta in uxorem Juditta Ottonis nepte, Ranerium Cluſinum civem Romam miſſum ad gemmas conquirendas, eumque a gemmario, qui Jeroſolyma venerat, plures ingenris pretii lapillos comparaſſe, diſceſſumque parantem amicitiæ ſanciendæ ergo Deiparæ pronubo annulo donatum. Porro Ranerium, cum haud ita de dicti fide illi conſtaret, eum annulum inter alias gemmas reconditum tenuiſſe, donec filius unicus decennis extinctus eſt, qui cum ad ſepulchrum deferretur revocatus ad vitam accuſavit patrem, quod pronubum Deiparæ annulum inter profanas gemmas occuleret: quem ad ſe deferri juſſit, eumque inter alios plures, etſi ſpeciei vilioris, ſelectum parocho ſacerdoti dedit religioſe aſſervandum, vetuitque ab impuris fœminis contrectari, cujus imperii vim experta Waldrada, quæ mox digitum, cui annulum inducere auſa erat, areſactum ſenſit. Edita etiam plura miracula annuli illius vi feruntur, quem cum magiſtratus Cluſinus ex templo S. Muſthiolæ martyris vetuſtate temporum collabente in Minoritarum ædes ſacras comportari juſſiſſet, eum dolo Winterius Germanus Minorita ſubripuit Sixto Pontifice, & Petro Riario Cardinale in Peruſina provincia A. S. L. cumque Clanium fluvium ſuperaſſet, tenebroſa nube a tergo ingruente Peruſium adire coactus eſt, ex qua urbe quoties iret

Infertus impuræ fœminæ digito illum areſecit.

in Germaniam inire aggreſſus eſt, toties tenebris circumfuſus coactus fuit ſubſiſtere: neque illius modo oculis tenebræ offuſæ, ſed totis viginti diebus nebuloſus aer media æſtate Peruſinis ſolis & lunæ aſpectum ademit: quo prodigio territus Winterius, patrata Cluſii cum Luca Jordano communicavit: qui magiſtratum adiens narravit ſingula, nec celavit de concepta ſpe lucis per annulum in ædem ſacram inferendum recuperandæ. Res in publica acta relata, monituſque Jacobus Vannutius epiſcopus, tertio nonas ſextiles e Jordani domo cœleſte donum, decreta ſolemni ſupplicatione, in prætorii ſacellum tranſtulit; ac mox tenebræ offuſæ aeri diſcuſſæ fuerunt. Repetiere deinde Senenſes & Cluſini ſacrum pignus indigne furto ſublatum; diſceptarunt contra Peruſini illud religioſius apud ſe habitum iri, divinoque prodigio ad ſe delatum. Aucta contentione atque in bellum eruptura, Pontifex annuli in Urbem communem omnium patriam transferendi pio flagravit deſiderio, ac Peruſinos ad id ſtuduit flectere literis hac nota conſignatis. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XVIII. decembris MCCCCLXXX pontificatus noſtri anno X.* Obluctata eſt petitis pontificiis Peruſinorum erga Deiparam pietas; ac licet in Pontificem eſſent obſequentiſſimi, jacturam tamen cœleſtis doni ferre non poterant, quare abſceſſit a poſtulatis Sixtus, ac dein, concordia retento a Peruſinis annulo, inter ipſos & Senenſes conſecuta eſt. Aſſervatur (d) etiamnum Peruſii is Deiparæ pronubus annulus magna religione, vimque divinam, illius ope Chriſtifideles, in conciliandis præſertim alienatis conjugum animis, experti ſunt.

A Germano furto ſublatus divino prodigio reſtituitur.

Deportatur Peruſium.

Reluctantibus Peruſinis aſſervatur Peruſii.

(d) Jo. Bapt. Laurus in libell. de annulo pronubo.

XLV.
Forum Utini inſigne miraculum.

Hoc anno Utini inſigne miraculum B. Bertrandi olim patriarchæ Aquilejenſis apud Deum ſuffragiis editum eſt, quo fœminæ honeſtæ quatuor dæmonum maleficiis irretitæ, quæ veterum bacchanium more miſcendas choreas præſtigiatrice vi incitatæ ducebant, liberatæ ſunt maxima omnium admiratione, qui antea divexatas viderant, ut publica ea de re monumenta (e) fide digniſſima teſtantur. Subjecta nomina ſunt teſtium, qui de viſo a ſe miraculo fidem faciunt.

(e) MS. Vallic. bibl. de vit. & mirac. B. Bertr. p. 24.

Obiit eodem anno (f) Joannes Dlugoſcus canonicus Cracovienſis, qui ad hunc uſque annum Polonorum geſta hiſtoriæ mandavit Pii II. Pontificis commendatione ornatus, cujus laboribus ſæpius in annalibus uſi ſumus: de quo hæc Michovias: *Anno Domini MCCCCLXXX. vita & chronica ipſius finitur. Præterea ſcripſit diſerto ſtylo legendam beatiſſimi Stanislai præſulis Cracovienſis, & patroni Polonorum glorioſi, vitamque B. Kunegundis conjugis, & perpetuo virginis Boleſlai Pudici ducis, ac monarchæ Polonorum in Sandecenſi cœnobio*

(f) Michov. l. 4. c. 72. Dlugloſki hiſt. obitus.
De ejuſdem tempus.

Digitized by Google

vita functæ, & ſepultæ. Scripſit & geographiam, immo verius, & chorographiam regni Poloniæ urbes, caſtra, oppida, flumina, montes atque villagia, cujus ſitus, & diſpoſitionis ſint. Scripſit, & infra, *& alia opera regni Poloniæ frugem, & decorem æternum parturæ ſuperioribus*. Michovias, addit illum excolendis Caſimiri III. Regis filiorum moribus præfectum fuiſſe, & deſignatum archiepiſcopum Leopolienſem: verum antequam ſacris pontificalibus initiaretur, obiiſſe, ſeque honorifico ejus funeri interfuiſſe.

Deſignatus arch. Leopolien. ante conſecrationem obiit.

INDEX

INDEX

IN TOMUM VIGESIMUM NONUM

ANNALIUM ECCLESIASTICORUM.

A

Abbreviatores : Eorum ordo ſublatus a Paulo II. 1466. XXI. Ex iis nonnulli rebellionem minari auſi, *ibid.* In carceres conjecti, *ibid.*

Abſtinentia : Mira abſtinentia B. Joannis Capiſtranenſis, 1456. LV.

Academia Trevirenſis condita a Nicolao V. 1455. IX. Ingolſtadienſis inſtaurata, 1477. V. Tubingenſis condita a Sixto IV. *ibid.*

Achomates Baſſa immiſſos a Mahomete II. Caffam expugnat, 1475. XXVI.

Adolphus Naſſovii comes in locum Diętheri Moguntini Archiepiſc. de gradu dejecti ſubrogatur, 1461. XX. & XXV. Oſtenſis literis pontificiis a clero in ſolio collocatur, XXV. Dietherum ex urbe diffugere male ſinit, *ibid.* Ab eo bello petitur, *ibid.* A fœderatis Dietheri principibus Moguntinum agrum vaſtari luget, 1462. XXVI. Illius ſocii principes magna clade in Palatinatu affecti, *ibid.* Retento Archiepiſcopatu pacem componit cum Diethero, 1463. XCIV.

Adolphus Gueldriæ ducis filius in Arnulphum patrem ſenem impie conſurgit, eumque in carcerem tradit, 1470. LIII. Intentatæ illi a Pontifice divinæ iræ, *ibid.* Data ab eo & Cæſare Carolo Burgundo mandata, ut patrem Adolphi vinculis ſolvat, LIV. Paret Burgundio, ſed concordiæ interpretem agenti reſpondet malle ſe patrem in puteum projicere, ac deinde in eundem provere quam pacis legem admittere, *ibid.* Dimiſſus intercipitur & in vincula conjicitur quaſi cum Gallo Rege conſpiraſſet, *ibid.* Gueldria in Caroli poteſtatem redacta, *ibid.* Carolo Burgundo cæſo a Gandavenſibus in libertatem reſtituitur, *ibid.* Dum ad Margaritæ tot principatuum heredis nuptias aſpirat apud Tornacum trucidatur, *ibid.*

Adulatio : Inſignis de ea Calliſti ſententia, 1458. XLI.

Ægidius Cardinalis Viterbienſis ſcripſit vitas Pontificum, 1458. XLI.

Ægyptius Sultanus Cyprium regnum Jacobo ſpurio adjudicat, 1460. XCIII. In poſſeſſionem Jacobum inducit, XCVI. Minaces literas ad Pium II. ſcribit, XCVII. Quid ipſi reſponderit Pius, *ibid.* & *ſeqq.* Conjurat cum Mahomete II. ad delendum nomen Chriſtianum, 1461. XXVII. Sollicitati fideles, ut in eum conſurgant, *ibid.*

Ænum a Venetis ereptum Turcis, 1469. XII.

Æneas Sylvius dictus poſtea in pontificatu Pius II. in Francofurtenſibus conventibus hortativam in Turcas orationem habet, 1454. III. & *ſeqq.* Creatus Cardinalis tit. S. Sabinæ, 1456. LXXIII. Germanorum querelas de pontificia ſede refellit, 1456. XLIII. Datum ab eo Calliſto elogium, XLVI. Iterum Germanos gravatos ſe conquerentes arguit, XLVII.

Agnus Dei : Iconcularum in quo divinus agnus expreſſus via mira, 1471. LVIII. Vendi, aut permutari prohibentur, *ibid.*

Alanus Brito Epiſcopus Avenionenſis creatus Cardinalis tit. S. Praxedis, 1455. XIV. Ad Gallos in Turcas concitandos miſſus, 1456. I. Maximas difficultates a Gallo Rege paſſus, III. Excitatus, ut pro fide ſanguinem fundat, IV. Paciſcitur cum Gallo Rege, ut triginta triremes inſtruantur in Turcas, 1457. LIV. Provocantes a Pontifice ad concilium generale doctores Sorbonicos non coercet, LV. Inertiæ perſtringitur, *ibid.* Jubetur cogere ipſos ad revocandam ejuſmodi provocationem, LVI. Additi illi ſtimuli, ut tam peſtiferum errorem convellentem articulum, *Et in unam ſanctam, &c.* reſcindat, LVII. Ejus legatio in irritum verſa, LIX. Electionem Beſſarionis ad ſummum pontificatum diſcuſſit, 1455. XVII.

Alba Græca obſeſſa a Mahomete, 1456. XIV. Penetrant in eam Turcæ, & inclamato nomine Jeſu divinitus ſternuntur, XXIV. Pulſi divino miraculo ab obſidione, *ibid.*

Albania extrema clade attrita a Mahomete II. & ſubacta, 1466. I. *uſque ad* VIII. Albanorum quinquaginta millia in ſervitutem abducta a Mahomete VII.

Albertus Marchio Brandeburgenſis cum Ludovico duce Bavariæ diſſidia componit opera internuntii pontificii, 1459. LV. Sollicitatur a Pio, ut Mantuam accedat, ut de bello in Mahometem decernatur, *ibid.* Sollicitatur, ut Fredericum palatinum ad pacem Norimbergenſem admittendam adducat, LVII. Frederici III. partes ſuſcipit adverſus conjuratos Germaniæ proceres, 1461. XV.

Albertus Frederici Cæſaris frater cum Viennenſibus conjuratis Fridericum cum Augusta & filio Maximiliano ad deditionem cogit, 1463. XI. Viennenſes ad Fridericum poſtea deficientes capitali ſupplicio afficit, *ibid.*

Albertus Saxoniæ dux concordiæ interpres adhibetur a Georgio Bohemiæ Rege exauthorato, 1471. XIV. & XV. Quid illius oratoribus reſponſum, *ibid.* & *ſeqq.* Poſt mortem Georgii affectat regnum Bohemiæ, XXXIII. Obſiſtit ne Bohemi Matthiæ imperium acciperent, *ibid.* Profuit Wladiſlao Polono, *ibid.* Intentatæ illi cenſuræ ob data hæreticis ſubſidia, *ibid.* Objurgatus a Pontifice quod Pragam adierit, XXXVII. Ab affectando regno abſiſtit, XXXVIII.

Alcoranum : Per illud dæmones ſalvandos Mahometes finxit, 1461. LXXVIII. Alcorani ineptiæ refelluntur, *ibid.* *Et numeris præcedentibus & conſequentibus.* Innumera deliramenta alcorano contenta, LXXX. Finxit Mahometes veterem legem a Judæis, novam a Chriſtianis corruptas eaque tantum vera quæ in alcorano contenta ſunt, LXXXVI. De alcorano intentata morte diſceptari vetitum ab impoſtore, LXXXVII. Cur illud armis tan-

tantum defendi voluerit Mahometes, XCVI. Mahometanorum victoriæ non oſtenduntur verum eſſe alcoranum, XCVII. Maxime iniquus eſt Mahometes, qui pro ratione alcoranum probatura intentet gladium, XCVIII. Illius inventa accepta a dæmone, XCIX. Alcorano legis nomen non congruere demonſtratur, C. Negat Mahometes divino ſtabiliendum teſtimonio, ſed gladio, CII. Alcorani aniles fabulæ, CIV. *& ſeq.*

Alexander de Saxoferrato ſupremus Auguſtinianorum magiſter creatus Cardinalis tit. S. Suſannæ, 1460. XXIX. Miſſus a Pio in Picenum adverſus Sigiſmundum Malateſtam, 1460. LXXII. Juſſus excipere caput S. Andreæ devectum e Græcia, 1462. I. Anconitanos ad obſequium Eccleſiæ revocat, 1461. VIII. Commendatus a Pio, *ibid.* Sacris colloquiis & precibus extremos dies tranſigit, 1463. CX. Piiſſime obit, *ibid.* In pueritia lapſus in fonteum, CXI. Ad vitam Virginis ope revocatus, *ibid.* Inter Auguſtinianos vitam ſanctiſſimam duxit, CXII. Acerbiſſime carnem macerabat licet pompam externam in cardinalatu ducat, CXIII. Mortis memoriam diligenter recolebat, *ibid.* Ad ſepulchri ſui picturam orare ſolitus, *ibid.*

Alexander Epiſcopus Foroliviensis internuntius apoſtolicus Nuſſienſe bellum prudentia diſſolvit, 1474. V.

Alexander Sfortia Piſaurienſis toparcha ob rebellionem a Sixto IV. dominatu depulſus, 1479. XVII.

Alfonſus Rex Aragonum fert inique Venetos cum Mediolanenſi duce, & Florentinis pacem redintegraſſe, 1454. VII. A Dominico Capranica Legato Cardinale ad pacem admittendam permovetur, *ibid.* Etruriam bello vexat, XII. Nicolaus V. illum conciliare Florentinis annititur, *ibid.* Ægre fert Italicam pacem fuiſſe Laudæ confectam, 1455. III. Sollicitatur, ut bellum in Turcas ſuſcipiat, *ibid.* Genuenſes a fœdere male excludit, *ibid.* Sacræ in Turcas militiæ ſymbolum induit, XXX. In Genuenſes exercitus terreſtres, & maritimos voti nuncupati immemor avertit, XXXIV. Petri Fregoſi ducis graviſſimæ adverſus eum querelæ, XXXV. Arguitur non vertiſſe arma in Turcas, *ibid.* Victus ejus exercitus, *ibid.* Ob petitam bello Liguriam abalienatus ab eo Alfonſus, XXXVI. Poſtulata ejus iniqua repulſa, *ibid.* Contempta Chriſti cauſa Italiam turbat, 1456. VI. Picinino favet, *ibid.* Fœdus Italicum infringit, *ibid.* Pacem demum admittit, VII. Rogatur a Calliſto Papa, ut quindecim triremes inſtruat in Turcas uti promiſerat, X. Monetur verum gloriam ad Deo petendam, *ibid.* Nuncupata Chriſto vota impie infringit, XI. Exprobrata illi perfidia, *ibid.* Devotas Turcico bello opes eccleſiaſticas non in Turcas, ſed in fideles avertit, *ibid.* Seipſum inanibus mendacus deludit, *ibid.* Liguriam crucesignatorum ducum opera vaſtat, XII. Execratur ejus perfidiam Calliſtus, *ibid.* Flebilis Calliſti ad eum exclamatio, *ibid.* Scortorum irretitus inſanis amoribus, XII. Monitus a Calliſto in quanto periculo ſit res Chriſtiana, XIII. Rogatus, ut arma in Mahometem vertat, periclitantem rem Chriſtianam temnit, 1456. XVIII. Poſcit a Calliſto, ut regnum Neapolitanum Ferdinando filio ſuo notho cum Beneventi & Terracinæ præfectura tradat, 1456. XLIII. Repulſam patitur, *ibid.* Sollicitatus, ut arma in Mahometem cum Regibus Mahometanis conjurantem in Chriſtianos vertat, 1457. III. Claſſem paratam in Turcas ſacro auro perfide avertit in Genuenſes, *ibid.* Pollicetur claſſem ſuam cum pontificia conjungere adverſus Turcas, 1457. XXXVIII. Vota infringit, armaque in Genuenſes vertit, LXIII. Tertio votum Turcici belli nuncupat atque impie violat, LXIV. Ulciſcendi furiis ſe abripi ſinit, *ibid.* Controverſia Regni Navarræi illius arbitrio permiſſa, 1457. LXXII. Nepotem Carolum Vianæ principem honorifice excipit, *ibid.* Scanderbegus ad Alfonſum mittit ſpolia Turcica, 1458. XVII. Ameſa Alfonſo traditus, ut ſervetur in carcere, *ibid.* Nonnullas arces Genuenſibus eripit, 1458. XXIX. Genuæ imperio Gallis delato in eum Joannes dux Lotharingiæ ad Neapolitanum regnum recuperandum excitatus, *ibid.* Efferatus ita Alfonſus claſſem paratam in Turcas contempta Chriſti cauſa vertit in Genuenſes, *ib.* Propulſatur fortiter atque ex humanis eripitur, *ibid.* Aſſentatores paſcere conſueverat ſuæ laudis avidus, XXX. Humana, & divina jura privati commodi gratia proterere ſolitus, *ibid.* Regnum ad jus Romanæ Eccleſiæ devolvendum contra jura Ferdinando filio notho reliquit, *ibid.* Quibus præceptis illum informarit, *ibid.* Sexaginta millia nummorum pro Turcica expeditione tribui jubet pontifici, *ibid.* Alia regna Joanni fratri Regi Navarræ teſtamento reliquit, *ibid.* Decernit Calliſtus ipſum non potuiſſe jure Neapolitanum ſceptrum Romanæ Eccleſiæ debitum filio notho relinquere, XXXI.

Alfonſus Rex Luſitaniæ: Partum in Regno barbarica jus ipſi confirmatum, 1455. VIII. Condendarum in iis regnis legum collata authoritas, *ibid.* Turcico bello ſe devovet, 1456. VIII. Moras deinde nectit, *ibid.* Hortatur eum Genuenſes ut claſſem educat in Mahometanos, IX. Deficit a coeptis, claſſem tamen mittit, X. Sollicitatus a Calliſto, ut arma in Turcas vertat, 1457. II. Expectatur a Calliſto cum claſſe, 1457. I. Datam ſpem claſſis in Turcas educendæ eludit, 1457. LXV. Alcacerem arcem in Africa expugnat, 1459. LXXXII. Defuncto Henrico Principe militiæ Jeſu Chriſti eo magiſtratu a Pio II. decoratur, 1461. CXXXII. Abdicat deinde ſe eo munere quod Fernando duci Beſienſi collatum eſt, *ibid.* Petrum principem in Africam mittit, qui ex ea in Cataloniam ad regios titulos arripiendos ſe confert, 1464. XXXII. Tingim fruſtra tentat, *ibid.* Propulſatur atque in periculum adducitur, *ibid.* Congreſſus init ad Gades cum Henrico Caſtellæ Rege, 1464. XXXII. Illius filio deſponſa hæres Caſtellani Regni, *ibid.* In Africam expeditionem ducit, 1472. XXVII. Tingim ſubigit, *ibid.* Cæteris titulis Africani nomen adjicit, *ibid.* Saphyrum pretioſiſſimum mittit Paolo II. LX. Ab eodem cruce aurea cum particula crucis dominicæ donatur, *ibid.* Sollicitatus, ut daret operam quod fieret concilium œcumenicum honorifice de ſede Apoſtolica reſpondet, LXI. Exceptus a proceribus Caſtellanis, ut regni hæres dotali jure, 1475. XIII. Bello petitur a Ferdinando Aragonio, XIV. Variis præliis vincitur, XVIII. Deluditur inanibus promiſſis a Ludovico Gallorum Rege, *ibid.* Accedit ad Carolum Burgundiæ ducem pro redintegrando inter illum, & Ludovicum Regem Galliæ fœdere, eliciendiſque auxiliis, 1476. XIII. Id fruſtra tentat, *ibid.* Interea ejus res collapſæ in Hiſpania, *ibid.* Diſſimulato cultu e Gallia fugam tentat, *ibid.* Retractus e fuga cum regio comitatu Ulyſſiponem dimittitur, *ibid.* Pudore affectus Hieroſolymam privatus petere decreverat, 1477. VIII. Sparſo mortis rumore filius ſceptrum capeſſivit, *ibid.* Venienti regia inſignia reſtituta, *ibid.*

Alfonſus Dux Brigantiæ jus eccleſiaſticum opprι-

Digitized by Google

primit, 1458. XXXVI. Calliſti III. pro eo ad officium redigendo literæ, *ibid.*

Alfonſus Carillus Archiep. Toletanus idemque Cardinalis flexile & expers corruptionis cadaver B. Didaci contrectat ſuis manibus & miraculum ſuſcipit, 1463. CVIII. Arundenſe concilium celebrat, 1473. XX. Quænam in eo decreverit, *ibid.* Petrum de Oſma Hæreſiarcham opprimit, 1479. XXXII.

Alfonſus Henrici Caſtellæ Regis frater Rex ſalutatus a perduellibus Caſtellanis, 1465. VII. Miſſis oratoribus poſcit a Paulo II. ut Rex confirmetur, *ibid.* Repulſam fert, *ibid.* Ejus ſectatoribus incuſſum anathema, 1468. XXXIV. De eo querentibus Caſtellanis reſpondet Paulus II. non diu ob aliena ſcelera vitam propagaturum, *ibid.* Dicto conſenſit eventus, *ibid.* Dum regionem lue infectam declinat repentino morbo oppreſſus perit, *ibid.*

Alfonſus Calabriæ dux poſtea Rex Neapolitanus primogenitus Ferdinandi Regis opem fert Florentinis, 1467. XVII. Confecta pace dum revertitur arcem Tolphæ novæ intercipit, XXX. Miſſus a Ferdinando cum exercitu adverſus Florentinos in opem Pontificis, 1479. XIX. Expugnat aliquot arces, *ibid.* Senatum principatum accipit, 1480. XVIII. Subjicere ſibi Etruriam molitur, *ibid.* Prædam relinquere cogitur, ut in Turcas Hydrunto potitos vertat arma, *ibid.*

Alfonſus e Bolano Minorita a Sixto IV. internuntius in Canarias inſulas miſſus, 1472. LXIV. Propagat fidem in Canariis, 1476. XXI.

Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum prohibita a Paulo II. 1468. XLI.

Alcacer ara ab Alfonſo Rege Luſitano Mauris erepta, 1459. LXXXII.

Alvarus Epiſc. Silvenſis creatus legatus ad Luſitanos in Turcas concitandos, 1455. VIII.

Amedeus dux Sabaudiæ pie obit, 1471. LXXXIV. Pauperes ſuos canes venaticos appellabat, *ibid.* Firmari pauperum precibus principatum ajebat, *ibid.* Quid ipſi contra liberalitatem in pauperes objectum quidve ab eo reſponſum, LXXXV. Mira ejus patientia, *ibid.*

Amesa Scanderbegi nepos a Turcis ſubornatus in Scanderbegum conjurat, 1458. XVI. Cæſis Turcis capitur a Scanderbego, *ibid.* Parcitum ejus vitæ, *ibid.* Mittitur Neapolim ad Alfonſum Regem, ut ſervetur in carcere, 1458. XVII. Extincto Alfonſo reductus in Macedoniam fugam ſimulatam ad Turcas corripit, ut uxorem ac filios obſidet eripiat, *ibid.* Necatur veneno, *ibid.*

Amicus Agnifilus Aquilanus Epiſcopus creatus presbyter Cardinalis tit. S. Balbinæ, 1467. XVI.

Amurates I. Turcarum Rex: Ejus præcipua geſta, 1479. XXXVI.

Anabaptiſmus inſtauratus a Joanne Rokyſana hæreſiarcha, 1465. XXXII.

Ancona a Malateſta occupata, 1460. LXXII. Ad obſequium Eccleſiæ revocata, 1461. VIII.

Anconitani e Veneti illis libertatem navigandi adimere tentant, 1473. XXVII. Intentatum Venetis anathema, *ibid.*

S. Andreas Apoſtolus: Illius caput in Italiam tranſlatum a Thoma deſpota, 1461. XLIII. Illud aſportare Narniam juſſus maxima pompa Alexander Card. 1462. I. Tres Cardinales Narniam miſſi, ut Romam deferrent, *ibid.* Propoſitæ indulgentiæ celebritatem cohoneſtaturis, II. Pontifex & Cardinales palmas geſtantes in manibus obviam ad pontem Milvium progreſſi, *ibid.* Habita a Pontifice ad Andream orationis formula, III. Implorata ejus erga Romanum populum clientela, III. Triginta millia Romanorum ſacro B. Andreæ capiti prætulere faces, V. In ara principe Baſilicæ S. Petri ſacrum Andreæ caput repoſitum eſt rogatus, ut ad liberandam Græciam Reges Pontifici conſociet, *ibid.*

B. Andreas Chienſis Mahometis II. Imperatoris promiſſa temnit, 1465. XX. Implorata Virginis ope conſtanter flagra ſæviſſima tolerat, *ibid.* Iterum tortus ac laceratus percuratur divinitus, XXII. Diſſolutæ illi omnes membrorum commiſſuræ, XXIII. Conciſi gladiis humeri, *ibid.* Clunes novaculis abraſæ, *ibid.* Poplites denudati carnibus, *ibid.* Maxilla illi avulſa miro odore fragrat, *ibid.* Securi tandem percuſſus, *ibid.*

Andreas Paukrecher Auſtriacos concitat ad rebellionem adverſus Fridericum Imperatorem, 1470. X. Incuſſæ illi & ſectatoribus cenſuræ, *ibid.*

Andreas Epiſcopus Poſnanienſis ſua diligentia ſparſos in Polonia Bohemorum errores flammis reſtinxit, 1479. LVIII.

Andreola mater Nicolai V. prædictum illi divinitus filium Pontificem futurum, 1457. XV. Juſſa eſt votum nuncupare ſe filium permoturam, ut ſe clericali militiæ addiceret, *ibid.*

Angeli: Angelorum exercitus viſus a Turcis eos terret fugatque, 1456. XXX. & XXXIV. Angeli cruceſignatos ad pugnam pellexiſſe dicuntur, XXXI. Fingit Mahometes creatos ex igne & mori, 1461. LXXVIII. Ipſos quoque fingit eſſe horrenda monſtra, CIV. Nunc eſſe homines, CV. Circa angelorum magnitudinem ſibi contradicit, CVII.

Angelus de Capranica Epiſcopus Reatinus Cardinalis, 1460. XXVIII.

Angli inteſtinis bellis vexati, 1457. LIX. A Gallis Scotiſque diruptis fœdus inter ſe jungunt, *ibid.*

Annulus Virginis pronubus digitum impuræ fœminæ, cui inſertus fuerat, areſcit, 1480. XLIV. Furto ſublatus divinitus reſtituitur, *ibid.* Servatur Peruſiæ, *ibid.* Valet in redintegranda conjugum amicitia, *ibid.*

Antiochenus patriarcha Pio II. obedientiam defert, 1460. LV.

B. Antonia Florentina: Pia ejus mors, 1477. IX.

S. Antoninus Archiep. Florentinus miſſus a Florentinis pro ſalutando Calliſto, 1455. XX. Qui fuerint adjuncti illi alii oratores, *ibid.* Ejus oratio coram Calliſto habita, XXI. *& ſeqq.* Ait Turcam expreſſum per beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ, XXII. Mittitur orator ad Pium II. a Florentinis, 1458. XIX. Illius elogium, 1459. XXXIII. Pius vitæ illius quotidianæ ordo, *ibid.* Quid de eo ſenſerit Coſmas Medices, *ibid.* Multa pietatis exempla in extrema vita edit, XXXIV. Poſtremæ ejus voces, XXXV. Chriſti effigiem ardentiſſime oſculatus expirat, *ibid.* Viſa ejus anima a pio viro cœlos conſcendere, XXXVI. Collatæ indulgentiæ a Pio II. deoſculaturis ejus manus, *ibid.* Niſi octavo die potuit ſepulcro condi, *ibid.* Poſt tot dies ſuavem odorem ſpiravit, *ibid.* In vita & poſt mortem claruit miraculis, XXXVII. Solemni ritu poſtea in ſanctorum catalogo repoſitus, *ibid.*

Antonius natione Balearis creatus Cardinalis S. Chryſogoni a Nicolao V. 1455. XIV.

Antonius Piccolomineus Pii II. Pontificis nepos: Celani comitatus illi datus, 1463. LXXIX.

Antonius princeps Tarentinus Gallicas res ad Ferdinandum deficiens proſternit, 1463. LXXX. Laqueo Ferdinandi juſſo interfectus creditur, *ibid.* Potitus ejus theſauro Ferdinandus, *ibid.*

Antonius Jacobus Venerius Epiſc. Legionenſis Caſtellæ civilia bella pacare juſſus, 1467. XIX. Perduelles anathemate percellit, XX.

In-

Inter Regem & Caſtellanos pacem ſancit, 1464. XXXIV.
Antonius Siculus centum triremes Turcarum incendendas ſuſcipit, 1473. II. Erumpente citius flamma captus perductuſque ad Mahometem II. immanitatem in Chriſtianos illi exprobrat, *ibid.* Conſtantiſſime mortem perfert, *ibid.* Ejus ſorori dos honeſta a Veneto ſenatu conſtituta, *ibid.*
Antonius Jacobus Venerius Epiſc. Conchenſis creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. XXII.
Apoſtolica Sedes: Quanta ſit ejus majeſtas ex S. Antonino, 1455. XXI. Nefas eſt a ſede Apoſtolica provocare ad concilium, 1457. LVII. Peccant illi in articulum: *Et in unam ſanctam Eccleſiam*; *ibid. Vid.* Pontifex Romanus.
Apollonia; ex ea Mahometes Italiam invadere affectat, 1470. XXXIII. Per eam Itali Græciam olim ſubjecerant, *ibid.*
Appellatio: Errant qui putant majus eſſe tribunale pontificio ad quod appellari poſſit, 1457. LVII. Raſcia eidem ſedi teſtamento relicta, 1458. XVIII. Supremum Bohemiæ & Hungariæ imperium ad ipſam ſpectat, *ibid. Vid.* Eccleſia Romana; & Pontifex Romanus. Appellatio a Pontifice ad futurum concilium damnata, 1460. X. & XXXVII. Demonſtratum per hujuſmodi appellationes a Pontificio obſequio diſceſſum, XXXVIII. Multi jam ante defectionem appellationis ad concilium ſpecie moliti erant, XXXIX. Iniquitas hujuſmodi appellationis demonſtratur, *ibid.* & XL. Probatur ratione appellationem non valere, XLI. Objectiones, quod licitæ ſint provocationes a Pontifice diſſolvuntur, XLII. *& ſeqq.*
Aquilani a Gallia ad Ferdinandum deſciſcunt, 1463. LXXIX.
Aquitania Carolo Ludovici XI. fratri tradita, deinde eo extincto recepta a Ludovico, 1472. XII.
Archiepiſcopatus in urbe S. Andreæ inſtitutus, 1472. XVII.
Argos expugnata ab Omare Mahometis duce, 1464. X. Exercita ab eo fera crudelitas, *ibid.* Direpta a Turcis, 1464. LXIII.
Ariminenſes Eccleſiæ conciliati, 1463. LXXVII.
Ariminum occupatum ab Iſotta meretrice ejuſque filio Roberto Malateſta, 1468. XXXI. Pro eo recuperando Paulus init fœdus cum Venetis, 1469. XXIV. Pontificius exercitus ab Arimini obſidione propulſatus, XXVI.
Arnulphus dux Gueldriæ ſenior bello appetitur ab Adolpho filio perduelli, 1470. LII. Dionyſium Carthuſianum rogat, ut concordiæ interpretem apud Deum agat, *ibid.* Reſponſum divinitus Dionyſio Gueldriam in poteſtatem impii caſuram, niſi populus crimina expiarit, *ibid.* Turri Gravienſi includitur a filio impio, XXXIII. Clivienſis dux illum liberare annititur, *ibid.* Pontifex pro eo libertati reſtituendo operam navat, *ibid.* Mandata ab eo & Cæſare data Carolo duci Burgundiæ, ut ipſum liberet, LIV. Caroli ducis Burgundiæ imperio liberatus, ſed filius Adolphus honeſtas pacis leges reſpuit, *ibid.* Eo in carcerem truſo jura Gueldriæ Carolo Burgundo vendit, *ibid.* Moriens eum hæredem ex teſtamento inſtituit, *ibid.*
Arundenſe concilium ab Alfonſo Carillo celebratum, 1473. XX. Ejus decreta, *ibid.*
Arzilla Africæ urbs capta ab Alfonſo Rege Luſitaniæ, 1472. XXVII.
Aſcanius Sfortia poſtea Cardinalis Galeatii ducis frater Jacobo Cardinali Papienſi in Eccleſia Papienſi adminiſtranda ſuccedit, 1479. III. Una cum Ludovico fratre ab exilio revocatur, *ibid.* Legati dignitate pro tollendis diſſidiis ornatur, IV.

Aſia a Tamerlane populis orbata eſt, 1464. XIV. Ad eam incolendam ſubmitti ſoliti ex Europa ſervi Chriſtiani, *ibid.*
Aſſamibech Rex Meſopotamiæ: *Vid.* Uſumcaſſan.
Aſſiſium a Jacobo Piccinino occupatum, 1458. XXV.
Aſtorgius Archiep. Beneventanus creatus Cardinalis a Nicolao V. 1455. XII.
Aſtorgius Manfredus rebellat in Pium II. 1461. VII.
Aſtrologia judiciaria: Aſtrologus judiciarius digno affectus ſupplicio a Galeatio, 1476. XVI.
Atheiſmus inſigni prodigio damnatus, 1464. LXXIV.
Atheus: Athei cujuſdam triſtis exitus, 1456. LXXIV.
Athenæ alias Sethina a Mahometis II. duce everſæ, 1470. XIII.
Attalia Pamphiliæ regia: *Vid.* Satalia.
Avenio Archiepiſcopali apice inſignita, 1475. XXXIII.
Auguſtiniani diſcalceati a Baptiſta Poggio Genuenſi viro pietate inſigni primum inſtituti, 1474. XXXIV.
Auſtria in Georgii Regis Bohemiæ clientelam concedit, 1460. LXXXII.
Auxias Montis Regalis Archiepiſc. creatus Card. a Sixto IV. 1473. XXII. In Germania Legatus decernitur, 1479. I. Juſſus facians in Turcas militiam promulgare, *ibid.*

B

BAbylonicum imperium: Ad illud evertendum Calliſtus Babylonicos principes ad defectionem ſollicitat, 1457. LXIX.
Bajazethes I. Qui fuerint ejus progreſſus, 1479. XXXV. Hic primus Hungaros bello petivit, *ibid.*
Baptiſta Poggius Genuenſis Auguſtinianorum diſcalceatorum conditor, 1474. XXXIV. Pia ejus vita, *ibid.*
Baptiſta Fregoſius Proſperum Adurnum ducem Genua ejicit, 1478. XXXII. Ducales apices capeſſit, *ibid.*
Bartholomæus Peregrus profeſſione medicus Piſanus patria ſuſcepit Piſis Thomam filium dictum in Pontificatu Nicolaum V. 1457. XVI.
Bartholomæus Epiſc. Cornetanus Eccleſiaſtici exercitus in Piceno dux a Sigiſmundo Malateſta fuſus, 1461. IX.
Bartholomæus Rovarella Archiepiſc. Ravennas legatus in Regnum Neapolitanum miſſus, 1461. IV. Ferdinandi cauſam adverſus Gallos tueri juſſus, *ibid.* Creatur Cardinalis a Pio, 1461. CXXI.
Bartholomæus Coleo Bergomenſis dux inſignis conductus ab exulibus Florentinis adverſus Petrum Medicæum, 1467. XVII. Ancipiti prælio a Frederico Feretrano repulſus, XVIII. Italici in Turcam exercitus dux creatur, 1468. XIX. Centum millium aureorum ſtipendium illi attributum, *ibid.* Oppida capta reſtituere juſſus ex pacis legibus, *ibid.* Juſſus in Albaniam exercitum traducere, *ibid.* Et ſacramentum nuncupare de bello ſtrenue in Turcam gerendo, *ibid.* Florentini & Ferdinandus Rex negant ituro in Turcas ſtipendia pendere, XXI.
Bartholomæus Platina amiſſo abbreviatoris munere intermineri Paulo II. ſtulte auſus a ſe & aliis concitatum iri principes ad congregandum concilium, 1466. XXII. Mancipatur carceribus, *ibid.* Ad Franciſci Gonzagæ Cardinalis preces ægre liberatus, *ibid.* Te-

mere in Paulum II. ſatyras ſcribit, 1471. LXII. Refelluntur ejus calumniæ, *ibid.* Scribit Pontificum vitas, LXV. Scribit ex parte vitam Sixti IV. 1471. LXVI. A Sixto IV. illi datum munus, ut inſignia Romanæ Eccleſiæ monumenta compilet, 1478. XLVII. In tria volumina ea redigit, præficitur vaticanæ bibliot. *ibid.*

Beatrix Ferdinandi Regis Neapolitani filia nupta Matthiæ Regi Ungariæ, 1476. VIII.

Belgæ libertatis ſtudio obſiſtunt duci Philippo ne regium nomen ſibi aſciſcat, 1463. XCIV.

Bendia Rex Mingreliæ educere in Mahometem ſexaginta millia hominum ſpondet, 1459. XLIX. Legationem mittit ad Pium II. 1460. CI.

Benedictio Apoſtolica: Scribit Uſumcaſſan Rex Perſarum ſe Apoſtolicæ benedictionis beneficio tres florentiſſimas victorias reportaſſe, 1471. XLIX. Eam a Paulo II. efflagitat, *ib.*

S. Benedictus: Eremus in qua vitam aſperrimam duxerat luſtrata a Pio II. 1461. CXXVIII.

Beneventani Archiepiſcopi tyaram triplici diademate coruſcam geſtare auſi, 1466. XXIX. Vetiti a Paulo II. id ſibi arrogare, *ibid.* Vetiti etiam Eucharistiam ante ſe deferre, *ibid.*

Beneventum Pio II. reſtitutum, 1459. LXXX.

Berdebech Armeniæ minoris princeps ſocia arma in Mahometem pollicetur, 1459. LI. Legationem mittit ad Pium II. 1460. CI.

S. Bernardinus: Reliquiarum ejus tranſlatio ab Aquilanis in templum ipſius indito nomine dicatum Deo celebrata, 1477. XX.

Bernardus Epiſc. Spoletanus creatus Cardinalis, 1460. XXIX.

Bernardus Juſtinianus Venetorum apud Sixtum IV. orator: Illum ad bellum ſacrum ſuſcipiendum hortatur, 1471. LXXIII.

B. Bertrandus Patriarcha Aquilejenſis: Ejus ſuffragiis tres bacchantes percuratæ, 1480. XLV.

Beſſario Nicænus Archiepiſc. poſtea Cardinalis ad pontificatum plurium votis expetitus, 1455. XII. Diſcuſſa ejus electio factione Alani Cardinalis Avinionenſis, *ib.* Quid objecerit, *ib.* Adverſatur creationi Pii II. cum faveret Cardinali Rothomagenſi, 1458. III. Facta illi poteſtas, ut decem millia bellatorum conſcriberet pro juvandis Græcis, 1459. X. In Mantuano conventu pro juvandis Græcis perorat, LXIII. Decernitur pro Hungaro conciliando Imperatori, XV. & XVIII. Joannes Carvajal Cardinalis S. Angeli operans cum Beſſarione juſſus conjungere, XIX. Venetos ad bellum Turcicum hortatur, XXI. A Germanis exceptus magnifice, XXII. Et ab Imperatore, *ib.* Irrito exitu de pace agit colloquia, XXIII. Conciliandæ paci inter Imperatorem & Hungariæ Regem operam dare juſſus, 1460. LXXVII. Conventus publicos indicit ad ſuſcipiendum civile bellum, LXXVIII. Conſulit illi Pius, ut neutri parti addictos principes jungat fœdere ad pacis oſores cogendos, LXXX. Germanos urget, ut in Turcas arma vertant, LXXXIV. Obſtructæ illius hortatibus principum aures, LXXXV. Monitus a Pontifice ne animis & labori deſit, LXXXVI. Cardinalis Auguſtenſis opera pacem inter Germanos conciliat, LXXXVIII. Expeditionem ſacram in Turcas iterum promovere juſſus, *ibid.* Diſſoluto Viennenſi conventu monetur, ut omnia divinæ providentiæ committat, 1461. XXVI. Det operam, ut Federicus Palatinus renuntietur dux crucesignati exercitus, *ibid.* Si hic recuſet nec alium poſſit ſubrogare collectitias turmas paret, *ibid.* Germanis ob impetratas decimas tumultuantibus decimarum imperium revocat, *ibid.* Commendatur prudentiæ a Pio II. *ibid.* Paci inter Regem Hungariæ & Cæſarem jungendæ operam dare juſſus, *ibid.* Narnia cum duobus aliis Cardinalibus ſacrum S. Andreæ caput Romam aſportat, 1462. I. Solemni ritu ad pontem Milvium illud Pontifici conſignat, II. De exercitu in Poloponeſum immittendo agit, ſed irrito exitu, XXXV. Iſidoro Cardinali Rutheno ſubrogatur in Patriarchatu Conſtantinopolitano, 1463. LVIII. Encyclicæ ejus ad Græcos literæ, *ibid.* Exponit quantum olim Græca natio effloruerit, LIX. Inquirit tantæ cladis cauſam, LX. Non fœdiores vitiis quam cæteros populos, *ibid.* Concludit labem mali ortam ex ſchiſmate, LXI. Monet Græcos, ut ſuſcipiant Florentinam ſynodum, *ibid.* Veritatem de proceſſione Spiritus Sancti diligentiſſime fuiſſe excuſſam, *ibid.* Probat ex Chriſti oraculis Spiritum Sanctum procedere a Filio, LXII. Tam a Patre quam ex Filio veluti ab uno principio, *ibid.* Licet Spiritus Sanctus dicatur procedere a Patre, non negatur quin a Filio, LXIII. Chriſti oraculum de invicta futura Eccleſia exponit, LXIV. Victam eſſe Græcam, invictam Latinam, *ib.* Regem Ludovicum ſollicitat ad fœdus cum Carolo duce Burgundiæ ineundum, ut arma in Turcas vertat, VIII. Re infecta in Italiam revertitur, *ibid.* Contracto dolore ex contrario ſucceſſu febri ac dyſanteria Ravennæ moritur, *ibid.* Illius elogium, *ibid.* Quæ relicta ab eo ingenii monumenta, X. Venetis ampliſſimam bibliothecam relinquit, *ibid.* Illius ad Chriſtophorum Maurum ducem de ea re literæ, XI. Donatus ab iis patria fuerat, amiſſa Græcia, *ibid.* Actæ illi a duce & ſenatu Veneto gratiæ, *ibid.* Ejus corpus Romam tranſlatum & conditum in baſilica Apoſtolorum, XI. In patriarchatu Conſtantinopolitano ſuffectus illi Petrus Riarius, *ibid.*

Bibliotheca Vaticana doctorum uſui dicata a Sixto IV. 1478. XLVIII.

Blancha Joannis Regis Aragonum & Navarræ filia detenta a patre crudeli in carcere, 1461. CXXXI. Relicta illi teſtamento a fratre Carolo Vianæ principe regni Navarræ jura, *ibid.*

Blancha duciſſa Mediolanenſis Galeatii filii ingratos mores exoſa Cremonam abit, 1466. VIII. Subita morte extincta, *ibid.*

Blondus Flavius hiſtoricus: Ejus obitus, 1463. CXIII.

Bobacium Boſnæ metropolis a præfecto Manichæo Turcis deditum, 1463. XV.

Bohemi: *Vid.* Huſſitæ.

Bohemia: Ad illius imperium varii aſpirant Reges, 1458. XX. Sine pontificia authoritate Bohemiæ Regem delectum queritur Calliſtus, *ibid.* Fridericus Bohemicum ſceptrum affectat, & cur, 1459. XX.

Borſius marchio Ateſtinus præter communem portionem trecenta aureorum millia pro ſacra expeditione pollicetur, 1460. XIII. Ferrariæ Pium magnifice excipit, XXVII. Creatus a Paulo II. Ferrariæ dux, 1471. LVI. Qui ritus obſervati, *ibid.* Paulo poſt verſus honos in titulum ſepulchri, LVII.

Boſna in Mahometis poteſtatem redacta, 1463. XIV. Illius Rex cum vitæ nudatus, XVI. Regina ad Sedem Apoſtolicam profugit, XVII. Boſna Turcica tyrannide preſſa, 1478. XLII. Quibus legibus a Catharina Regina teſtamento relicta Eccleſiæ Romanæ, *ibid.* Quo ritu inita ficta juris poſſeſſio, XLIII. Boſna a Matthia Hungariæ Rege recuperata, 1464. VI.

Britenorium eccleſiaſtico imperio reſtitutum, 1465. VI.

Burdegala: De ea Anglis prodenda oppreſſa conjuratio, 1457. LIX.

Ca-

C

CÆſena reſtituta eccleſiaſtico Imperio, 1465. VI.

Caffa in periculum adducta a Turcis & Tartaris, 1455. XXXII. Januenſes ad eam defendendam ſolicitat, *ibid.* Mahometes Genuenſes prohibet ne Caffæ auxilia ferent, 1461. XXVIII. A Mahomete II. ducum opera expugnata, 1475. XXIII. Exercita in cives, qui ſeipſos prodiderent omnis ſævitia, XXIV. Ex flagitio Genuenſium magiſtratuum ea clades emerſit, XXVII.

Calix: illius uſum laicis ad ſalutem neceſſarium contendit impie Georgii Regis Bohemiæ orator Huſſita, 1462. XIV. Quid illi a Pontifice reſponſum, XV. Negatus laicis a Pio calicis uſus, XVI. Propoſitæ cauſæ cur ille negetur, *ibid.* Imperatum Georgio Regi a Fantino internontio apoſtolico, ut calicis uſu abſtineat, XVII. Hæreſim de neceſſario laicis calicis uſu profitetur, XXIII. Sacramenti fidei illi præſtiti religione catholici ſolvuntur, XXIV. Detrectavere Huſſitæ fateri integrum Chriſtum contineri ſub qualibet ſpecie, 1465. XXXVI. Fingit impius Rokyſans populum gratiis calicis beneficio comparandis orbari, XXXVIII. Communio ſub unica ſpecie panis non mutila demonſtratur, XXXIX. Cur inducta ſit communio ſub unica tantum ſpecie, XL. Cur ſacerdos debeat ſe communicare ſub utraque ſpecie, XLII. Tantum valet communio ſub una ſpecie quantum ſub duabus, LIII.

Calliſtus III. ante pontificatum dictus Alfonſus Borgia tit. SS. Quatuor coronatorum presbyter Cardinalis præter omnium opinionem in locum Nicolai V. ſuffectus, 1455. XVII. Prædixerat illi S. Vincentius futurum Pontificem, *ibid.* Cum prædictionem vulgaſſet delirare creditus, *ibid.* Juris ſcientia excelluit, *ibid.* Ejus patria & parentes, *ibid.* Tollendis Lunani ſchiſmatis reliquiis operam dederat, *ibid.* Integerrimus in promenda ſententia, *ibid.* Voto ſe obſtringit perſecuturum bello Turcas, XVIII. Sacramenti formula ab eo nuncupatu, *ibid.* Conſtantinopolim Ieroſolymamque liberare meditetur, *ibid.* Mittit præcones ad fideles in ſacra arma concitandos, XIX. Claſſem inſtruit, *ibid.* Et terreſtrem exercitum, *ibid.* Salutatur a principibus, XX. A S. Antonino Florentinorum nomine laudatur, *ibid.* Boſnæ Regi pollicetur loca e Turcica ſervitute eripienda, XXIV. Mittit Thomam Epiſcopum Fanenſem ad lites inter Boſnenſes & Hungaros dirimendas, XXV. Legationes ſolemnes mittit in varia regna, *ibid.* Dionyſium Card. tit. S. Cyriaci in Pannoniam mittit, *ibid.* Hungaros in Turcas commovere enititur, *ib.* Promulgat vitam opeſque Chriſto in Turcas ſe devoviſſe, *ib.* Vetat Hungaros fœdus paciſci cum Turcis, *ibid.* Joannem Card. S. Angeli in Germaniam pro exercitu crucesignato contrahendo legat, XXVI. Nicolaum Cardinalem tit. S. Petri in Angliam decernit, XXVII. Diſſenſionum tollendarum paciſcendarumque induciarum facultate inſtruit, *ibid.* Legatos crucis ſymbolo inſignit, *ibid.* Tarraconenſem Archiepiſc. ſolemni ſacramento obſtringit in Turcas, XXVIII. Supremum illi in claſſe pontificia imperium confert, *ibid.* Dat patriarchæ Alexandrino Alfonſi utriuſque Siciliæ & Aragonum Regis, crucis ſymbolo inſigniendi poteſtatem, XXX. De accepto crucis ſymbolo gratulatur Alfonſo, *ib.* Decumas illi attribuit, *ibid.* Sacras indulgentias cruceſignatis impartitur, *ibid.* Pacem ejuſdem inter Burgundum Gallumque confirmat, XXXI. Genuenſes ad tuendam Caffam ſolicitat, XXXII. Genuenſium orientalium ad Calliſtum ſupplices literæ, XXXIII. A dicto Alfonſo Siciliæ & Aragonum Rege ob ejus perfidiam abalienatur, XXXVI. Iniqua ejuſdem poſtulata repellit, *ibid.* Immunitatem ordinis eccleſiaſtici tuetur, XXXVII. Eam violantibus anathema intentat, *ibid.* Plura ſancit in Galæcos graſſatores, XXXVIII. Indicit Grenatenſibus bellum, XXXIX. B. Vincentium Ferrerium in ſanctorum ordinem aſcribit, XL. Ejuſdem diploma, *ibid. & ſeq.* Sueſſionenſis ſynodus provincialis a Rhemenſi Archiepiſcopo celebrata ſedente Calliſto, XLV. Alanum Cardinalem mittit ad Gallos in Turcas concitandos, 1456. II. Increpat Carolum VII. quod a bello ſacro abhorreat, III. Admonet ne a majorum exemplis deficiat, *ibid.* Politicos ſacris conſiliis adverſantes petitur, IV. Inter Delphinum, & Carolum agit concordiæ interpretem, V. Jacobum Piccininum turbarum in Italia authorem reprimit, VI. Alvarum Silvenſem Epiſcopum ad Luſitanos in Turcas concitandos decernit, VIII. Alfonſum Regem Luſitaniæ ad pium bellum gerendum hortatur, *ibid.* Rogat Alfonſum Regem Aragonum ut promiſſas quindecim triremes ſubmittat in Turcas, X. Eccleſiaſticum theſaurum pro conflanda claſſe, diſtrahit, X. De Aragoniorum ducum proditione conqueritur, XII. Quanto pro Chriſto fundendi ſanguinis deſiderio arſerit, *ib.* Mittit claſſem in orientem, *ib.* Genuenſium ad eum literæ, *ib.* Ludovicum Cardinalem in claſſe legatum decernit, XIII. Alfonſum Regem Aragonum admonet, ut rei chriſtianæ conſulat, *ibid.* Conſtantinopoli recuperandæ legatum operem dare jubet, XIII. Germanos principes hortatur, ut periclitanti Hungariæ ſubſidium ferant, XVI. Fridericum Cæſarem ſolicitat, ut ſacro bello ſe accingat, *ibid.* Internuntium urget, ut illi ſtimulos, addat, XVII. Monet principes nunquam glorioſius, quam pro Chriſto arma ſumi, XVIII. Indicit preces pro obtinenda ope divina, XIX. Pii ejus conatus pro ſulcienda re Chriſtiana, XIX. Spes in Deo collocat, XX. Ab eo pendere victoriam, *ibid.* Turcarum res proſperas Chriſtianorum peccatis aſcribit, XX. Solemnes ſupplicationes decernit, XXII. Populum Chriſtianum ad expianda crimina ſolicitat, XXIII. B. Joannis Capiſtranenſis opera victoriam de Mahomete II. refert, XXIV. & XXV. B. Joannis ad Calliſtum laureatæ literæ, XXXVI. Solicitatur ab eo, ut Conſtantinopoli & Syriæ Chriſtiano cultui reſtituendis operam navet, XXXVII. Ingens illius de vincendo Turca fiducia, XXXVIII. Deſuere piis ejus ſtudiis Reges, *ibid.* Proponit nullam militiam glorioſiorem militia pro Chriſto ſuſcepta, XXXIX. Germani in Calliſtum calumnias ſtruunt, XL. De Alfonſi Regis Aragonum ignavia in bello ſacro graviſſime conqueritur, 1456. XLI. Inſignis Calliſti ſententia divino amore flagrant, XLII. Perlata ad illum Mahometis ſpolia, *ibid.* Dictare literas ſuas ad principes conſueverat, *ibid.* Prædicerat referendam de Mahomete victoriam, *ibid.* Pronuntiat Græcos, & Servios Turcis reſiſtere non potuiſſe, quod excluſi forent Eccleſiæ gremio, *ibid.* Carolo VII. Gallorum Regi divinam iram intentat ni arma capiat in Turcas, XLIII. Præmonet, ut Chriſtum ducem ſequatur, *ibid.* Iniqua Alfonſi Regis poſtulata repellit, *ib.* Luſitanos, Venetos, Genuenſes, ac Macedones ad ſumenda pro Chriſto arma adhortatur, XLIV. Hortatur etiam

Æthiopum Imperatorem, ut adverſus Mahometanos arma capiat, XLV. Partæ ad Belgradum divina ope victoriæ hiſtoriam narrat, XLVII. Opes univerſas in ſacro bello in Turcas profundit, XLIX. Mithras & gemmas ea de cauſa diſtrahit, *ibid.* Oppignerata ſupellectile terras eccleſiaſticas diſtrahit, *ibid.* Legati opera tres inſulas Turcis eripit, L. Illius ad Germanos Hungaroſque exclamatio, ut in Turcam jungant arma, *ibid.* Submittit Rhodiis auxilia adverſus Mahometanos, *ibid.* Illius ardor pro excindenda ſecta Mahometana, *ibid.* Jo. Huniadem regia corona donare decreverat, ut Turcarum domitorem, LI. Urget Reges ad conficiendum bellum ſacrum, LII. B. Joannem Capiſtranenſem ſacris beneficiis exornat, LIII. Percellit anathemate eos, qui orientales Chriſtianos ceperint, vel ſpoliarint, LXV. Eos etiam, qui Chriſti hoſtibus arma invexerint, *ibid.* Vetat intentato anathemate Judæos ad rem medicam acceſſi aut menſa excipi, LXVII. Si blaſphement, pœna affici jubet, LXVIII. Georgium Bohemiæ Regem hortatur, ut Rokizanam ad ſedem Apoſtolicam mittat, LXIX. Sancit ne quis orationem habeat in ſacello pontificio, ni prius eam magiſtro ſacri palatii oſtenderit, LXX. Rodericum nepotem, qui poſtea in pontificatu Alexandri VI. nomen accepit, & Jacobum principem Luſitanum Cardinales creat, LXX. Auget iterum Cardinalium ſenatum, interque alios aſciſcit Æneam Sylvium, qui fuit Pius II. LXXIII. Novam claſſem adornat in Turcas, 1457. I. Jubet Legatum ad Turcarum excidium incumbere, *ibid.* Ejus nepotes degeneres, vires avertunt ad ſpoliandos Chriſtianos Cyprios, *ibid.* Luſitanum Regem urget, ut expediat arma in Turcas, II. Queritur de Regum inertia, qui datam vincendi occaſionem non capiant, III. Regem Aragonum permovere nititur, ut inſurgat in Mahometem, *ibid.* Imparem ſe tanto conficiendo bello queritur, V. Omnia ſua pro fide Chriſti profundit, *ibid.* Promiſſæ illi a Gallo triremes triginta, VI. Dat legato imperia, ut Cæſarem Germanoſque in ſacra arma concitet, VII. Sanguinem effundere cum crucesignatis optat, *ibid.* B. Jacobum Picentem in locum B. Joannis Capiſtranenſis ſubrogat, *ibid.* Hungaros cruce inſigniri jubet, *ibid.* Imperat legato, ut Cæſarem, & Hungariæ Regem inter ſe conciliet, VIII. Luget imperii Chriſtiani vires ex inteſtino bello debilitari, *ibid.* Fridericum Romanorum Regem inſerentem bellum Hungaro monet, ut arma avertat in Turcas, *ibid.* Exponit ut ii gentem Chriſtianam excindere moliantur, *ibid.* Ladiſlaum Regem, ut Turcico bello ſe accingat, hortatur, X. Mitylenas, Stalimenem, & Taxum Turcis eripit, *ibid.* Collaudat Ladiſlaum, quod inducias paciſci cum Turcia abnuerit, XI. B. Jacobum Picenrem commendat Regi Ladiſlao, XII. Inſtruit ampliſſimis mandatis, ut religionis ſplendorem inſtauret in Hungaria, XIII. Ladiſlaus ad Calliſtum ampliſſimam legationem pro componendis Bohemorum controverſiis mittit, XIV. Boſnæ Regis legationem Calliſtus excipit, XVII. Illum ad Turcicum bellum animat, *ibid.* Joanni Carvajali gratulatur de re optime geſta in Boſna, XIX. Scanderbegum Mahometis impetus ſuſtinentem auro juvat, XX. Eum ob res geſtas commendat, XXI. Promittit illi auxilia, *ibid.* Claſſem illius ſubſidio mittit, XXII. & XXIII. Ingens Calliſti ardor pro obterendo Mahomete, XXV. Paulum Archiepiſcopum Craienſem rei Chriſtianæ proditorem in judicium vocat, XXX. Orientalium ſpes in Calliſtum converſæ, XXXI. Turcas legati opera pluribus navalibus præliis frangit, *ibid.* Conjungere omnes Chriſtianas vires in Mahometem annititur, *ibid.* Mitylenem Cataluſio Genuenſi reſtituit, *ibid.* Vires maritimas auget, XXXIII. Ejus ſtudia pro inflammandis Regibus ad ſacrum bellum, XXXIV. Ejuſdem ad Caſimirum Regem Poloniæ literæ, *ibid.* Mittit in Lithuaniam internuntium pro contrahenda crucesignata militia, *ibid.* Sollicitat alios ſeptentrionales principes, ut Chriſto arma conſecrent, XXXV. Sacris ejus conſiliis Regum conſilia non conſentiunt, *ibid.* Indicit ſolemnes Chriſtianorum cœtus, XXXVI. Immenſus illius ardor pro Chriſti gloria propaganda, XXXVII. Anglos, Hiſpanos, Gallos, Belgas, Italos ad belli ſacri ſocietatem vocat, *ibid.* Subiiciendi Chriſto orientis ſpes concipit, XXXVIII. Ab ignavis principibus calumniis appetitur, XXXIX. Confutat Germanorum querelas, XL. Conſumptarum pro Chriſto opum rationem reddit, *ibid.* Germaniam ac Pannoniam a faucibus Mahometis ereptas exponit, *ibid.* Defenſas inſulas orientis, XLI. Macedoniam retentam, *ibid.* Nefarias principum Germaniæ coitiones damnat, XLII. Hæreſeos e Bohemia excindendæ curam B. Jacobo Picenti demandat, XLIII. Scripta pro Calliſto ab Ænea Sylvio apologia, XLIII. *& ſeqq.* Calliſti elogium, XLVI. Ei adverſus principes conjunctus adhæret Fredericus Cæſar, XLVI. Theodoricum Archiepiſc. Moguntinum factione ea implicitum corripit Calliſtus, XLIX. Non opes tantum ſed ſanguinem pro Chriſto ſe profuſurum teſtatur, L. Tranſmittit roſam auream ad Carolum VII. Gallorum Regem, LII. Hortatur, ut Chriſtianum populum a Turcica tyrannide liberet, *ibid.* Provocatio a Calliſto ad concilium a Gallia facta, LIV. Calliſti interminatio memoranda Carolo VII. intentata, LII. Legatum increpat inertiæ, qui Pariſienſes doctores non coercuerit, LV. Pronuntiat errare eos, qui concilium pontificio tribunali præferunt, LVI. Nunquam ſe hoc impune paſſurum profitetur, *ibid.* Provocationem a Pontifice ad Concilium reſcindit authoritate apoſtolica, LVII. Queritur de hominum perfidia rem Chriſtianam aſpernantium, *ibid.* Suecos præſules ſibi pium Regem præficere jubet, LXI. Queritur de Alfonſo Aragonum Rege devota Chriſto arma in Genuenſes avertiſſe, LXIII. Eos conciliare, ut arma avertant in Turcas, annititur, LXIV. Gratulatur Sabaudo de voto nuncupato mittendi filii ad bellum Turcicum, LXV. Ludovicum Bononienſem Minoritam internuntium mittit ad Uſuncaſſanum Perſarum Regem, Æthiopumque Imperatorem, & alios principes, ac Reges orientales pro ſocietate armorum adverſus Mahometem ineunda, LXVI. Francis Perſidis, & Georgiæ eligendi Archiepiſcopi mittendique ad Sedem Apoſtolicam, ut confirmetur, poteſtatem confert, LXVIII. Babylonici imperii principes ad defectionem ſollicitat, LXIX. Claſſem in Rhodio portu ad ferenda iis auxilia ſuſtentat, *ibidem.* Caſtellanos in Granatenſes cruce inſigniri jubet, LXX. Henricum Regem Caſtellæ enſis & pilei ſacro munere donat, LXXI. Transfigurationis Chriſti in monte Thabor feſtum diem inſtaurat, LXXIII. Inſigne ejus diploma, *ibid. & ſeqq.* Partam divinitus ad Belgradum de Mahomete victoriam narrat, LXXVIII. Oſmundum Epiſcopum Saliſberienſem ſanctorum numero adſcribit, LXXXI. Ejus de ea re diploma, *ibid. & ſeqq.* Cenſores fidei ad magicam impietatem in Inſubria excindendam inſtituit, XCVI. Vetera decora ex Eccleſiis abripi intentato anathemate vetat, XCIII.

XCIII. Pro matthia Joannis Huniadis filio e carcere ad Solium evehendo ſtudia adhibet, 1458. I. II. Illius de Matthia in Regem electo gratulatio, IV. Prædixeras non defuturam Matthiæ divinam clientelam, *ibid.* Ejuſdem ad Matthiæ matrem gratulatio, VI. Matthiæ ſignificat fudiſſe pro eo ad Chriſtum plures lachrymas, VII. Illum ad excindendam Mahumeticam ſuperſtitionem excitat, VII. Divinum de Turcica expeditione conſilium niſi cum vita ſe dimiſſurum Calliſtus profitetur, IX. Boſnam Hungaris commendat, X. Cæſarem, Hungarum, Polonum, Boſnenſem mutuo armorum fœdere jungere in Turcam nititur, XI. Inducias cum Turca pangi vetat, *ibid.* & XII. *& ſeq.* Collaudat Scanderbegum, ut Chriſtiani imperii propugnatorem, XIV. Plures Scanderbegos optat Chriſtiano imperio, *ibid.* Teſtatur prope ſolum ſcanderbegum Mahometi reſtitiſſe, XV. Ludovicum Cardinalem legatum ad conſtantiam excitat, XVIII. Raſcia Calliſto, & ſucceſſoribus teſtamento relicta, *ibid.* Queritur delectum fuiſſe ſine pontificis authoritate Bohemiæ Regem, XXI. Deluditur hypocriſi Georgii Podiebratii, *ibid.* Et fallacibus ejus literis, XXVII. & fictis promiſſis gerendi in Turcas belli, *ibid.* Illuſum a perfido hæretico catholicos illi parere jubet, *ibid.* A Podiebratii oratore circumvenitur, XXVIII. Detectas demum Calliſto Georgii & Rochizanæ fraudes, XXVIII. Poſt mortem Alfonſi Regis Neapolitanum regnum ad Sedem Apoſtolicam devolutum pronuntiat, XXXI. Ejuſdem ea de re diploma, XXXII. Imperat Neapolitanis ne cuiquam principi ſacramento ſeſe aſtringant, *ibid.* Inique a politicis Hiſpanis ob defenſum jus pontificium laceratur, XXXIV. Pontani in Calliſtum inſanæ calumniæ confutatæ, *ibid.* Conjuncto Neapolitano regno pro ſuo jura Turcas debellare exoptabat, *ibid.* Venetos increpat, quod negent arma jungere in Turcas, XXXV. Deſertum ſe ab omnibus principibus conqueritur, *ib.* Petrum Tarraconenſem Archiepiſc. ad pacanda civilia Navarræ bella mittit, XXXVI. Inter patrem, & filium inducias imperandas decernit, *ib.* Tuetur jus Eccleſiaſticum adverſus ducis Bragantini vim, *ibid.* Pragmaticam ſanctionem anathemate damnat, XXXVIII. Regum Gallorum edicta contra Sedis Apoſtolicæ authoritatem abrogat, *ibid.* Inter Epiſcopum Florentinum & Dominicanos lites dirimit, XXXVIII. Ipſo feſto Transfigurationis die, quam celebrari ob victos Turcas juſſerat, moritur, XL. Pontificatus illius tempus, *ibid.* Ejus elogium, *ibid.* Inſignes ejuſdem ſententiæ, *ibid.* Propinqui ſui dedecus ipſi attulere, *ibid.*

Carola Regina Cypri nubit Ludovico Sabaudo, 1459. LXXXVI. Cum Jacobo fratre notho litigat, *ibid.* Ejus regnum a barbaro eidem fratri traditum, *ibid.* Hortatore Mahomete regnum Cyprium non Carolæ, ſed Jacobo ſpurio adjudicatum, 1460. XCIV. Ab eo invaditur, XCV. In arcem Cerinenſem profugit, XCVI. Obſeſſo a Soldano vim in occidentem accedit, 1461. XXXI. Romæ convenit Pium, XXXII. Ejus ad Pontificem oratio, *ibid.* Quid illi a Pio reſponſum, XXXIII. Datus illi commeatus, XXXIV. Nulla auxilia ex Sabaudia elicere poteſt, *ibid.* Commendatur a Pontifice Carolo Francorum Regi, *ibid.* Deluſa votis redit in Cyprum & Papham recipit, *ibid.* Utramque deinde arcem amittit, *ibid.* Oratorem ad Mahometem II. pro impetrando exercitu contra Jacobum fratrem legat, ac ſpernitur, 1462. XXXIX. Pacem inter Venetos ac Rhodios conciliat, 1464. LXVI. Jacobo tyranno extincto regnum recuperare meditatur, 1473. IV. Ludovico viro continente ſe domi ad Venetos confugit, a quibus repellitur, *ibid.* Reſponſum illi regna non jure ſed armis poſſideri, *ibid.* Ad Sixtum IV. confugit pontificiaque liberalitate ſuſtentatur, 1475. I. Intendit judicium Venetis de Cypri regni jure, ſed illius cognitione implicare ſeſe Pontifex detrectat, 1475. XXX. Confugit ad ſultanum Ægyptium, ac ſpernitur, XXXII.

Carolus VII. Francorum Rex pollicetur arma ſe ſumpturum in Turcas ſi ea Germani ceperint, 1454. IV. Anglicæ irruptionis metu ſuſpendit arma, V. Literas apoſtolicas de indicto Turcis bello politicis de cauſis manibus promulgari vetat in Gallia, 1456. III. Correptus a Calliſto, quod cum aliis Regibus non ſentiat, *ibid.* Commonitus ut rei Chriſtianæ conſulat, *ibid.* Ne a majorum exemplis deficiat, *ibid.* Ne deſit occaſioni excindendæ Turcicæ tyrannidis, *ibid.* Ludovicus major natu filius ab eo diſſentiens ad Burgundum ſe confert, V. Rogatus, ut arma in Mahometem irrumpentem in Hungariam vertat, renuit, XVIII. Intentatæ ideo divinæ iræ, 1456. XLIII. Gallos vetuit ſacram in Turcas militiam profiteri, *ibid.* Negat arma opeſque in Turcas vertere, 1457. LI. In adulteriorum cœno volutatur, *ibid.* Inimicitias cum Delphino filio ſuſcipit, *ibid.* Ad eum roſam auream Calliſtus tranſmittit, LII. Rogatus, ut Chriſtianum populum e Turcica tyrannide eripiat, *ibid.* Convenit de triginta triremibus ex decumano auro inſtruendis ſed irrito exitu, LIV. Ob deſertam Chriſti cauſam illi væ prenuntiat Pontifex, LIV. Claſſem paratam contra Turcas a legato conductamque auro eccleſiaſtico avertit ad vaſtandam Angliam, LIX. Ad eum Scanderbegus Turcica mancipia, & ſpolia mittit, ut eum conciteт in Turcas, 1458. XVII. Genuenſis ſenatus communi decreto illi Genuæ imperium defert, 1458. XXIX. Præficit Joannem ducem Renati Regis filium, *ib.* Ad bellum Turcicum ſuſcipiendum a Pio II. adjuratus per ſacrum baptiſma, 1458. XVI. Admonitus ne ſequi Pontificem detrectet, *ibid.* Veram gloriam in promovenda Chriſti gloria ſitam, *ibid.* Quid ab eo reſponſum Pio II. XVII. Monetur ab eo, ut Chriſtianiſſimi nomen factis exornet, 1459. XLV. Ob non præſtita auxilia rem Chriſtianam in oriente excidi, *ibid.* Oratores mittit ad Mantuanum conventum, LXVI. Differunt illi præſtare obſequium, ni Pius Ferdinandi partes deſerat, LXVIII. Excuſat ſe apud eum Pius ſi Ferdinando Regnum Neapolitanum aſſeruerit, LXIX. Inter illum & Burgundum pax inita & confirmata a Pio LXXXIII. Pro Tornacenſi Epiſcopo ſibi fido & grato præficiendo certat cum Burgundo, XLVIII. Monetur, ut cardinalitiæ dignitati congruum honorem tribuat, L. Inveſtituras Regibus ob hæreticorum factiones conceſſas jure revocari potuiſſe, LI. Increpatur ob pragmaticam ab eo defenſam, LIII. Monetur non eſſe de grege Dominico, qui Romanum Pontificem neget eſſe paſtorem, *ibid.* Pragmaticam olim ab ipſis Regibus ob injuſtitiam reſciſſam, *ibid.* Pii conſilio & Franciſci Sfortiæ opera Genuam amittit, 1460. LXXIII. Ejus exercitus repulſus magna cæde, *ibid.* Inter eum & Henricum VI. Anglorum Regem de fœdere in Turcas actum, 1460. CVI. Henricus VI. ob nimiam odiorum pertinaciam regno ſpoliatur, *ibid.* Carolum Armaniaci comitem ob inceſti cum ſorore crimen principatu exuit, 1460. CX. Deflente ſcelus Armaniaco atque ad Pontificem confugiente rogatur, ut pœnitenti principatum reſtituat, CXIII. Orientalium Regum o-

tatores

ratores de belli ſacri in Turcas ſreꝰ ere agentes irrito exitu dimittit, 1461. XXXI. Immorigerum filium patitur, XXXVII. Seipſum ſame enecat percuſſus dementia, *ib.* Ob contemptam Chriſti cauſam pœnas numini dediſſe viſus, *ibid.* Imminente morte gratias Deo agit quod die peccatricis nempe S. Mariæ Magdalenæ feſto illum ex hac vita eripiat, *ibid.* Ludovicus filius illius ſceptris ſuccedit, *ibid.*

Carolus Canutus firmato ſolio tyrannidem in Suecos exercet, 1457. LX. Pellitur Regno a Joanne Archiepiſc. Upſalenſi, *ibid.* Hæreſeos crimen ipſi objectum, *ibid.* Chriſtiernus Daniæ Rex in ejus locum ſoffectur, LXII.

Carolus Vianæ princeps cum patre Joanne Rege ad maternum ſceptrum corripiendum bellum gerit, 1454. X. 1457. LXXII. Ad Stellam vincitur *ibid.* Cum ſorore Blancha a Patre exheredatur, *ibid.* Ejectus regno ad Pontificem, & plures Reges ſe confert, *ibid.* Excipitur Neapoli a Patruo Alfonſo, ut regnorum heres, LXXII. Pampilonenſes illi, ut unico vero Regi parendum decernunt, *ibid.* Miſſus legatus a Calliſto pro componenda pace inter Carolum Vianæ principem, & Joannem Regem illius patrem, 1458. XXXVI. Iterum bellum gerit cum patre Joanne Rege Aragonum de Navarræo regno, 1461. CXXXVI. Illum pater heredem regnorum agnoſci de mora noluit, *ibid.* Concordiæ ſpecie vocatus ad epulas conjicitur a patre inſido in carcerem, *ibid.* Novercæ vinctus traditur, CXXXI. Liberatur a carcere, ſed a noverca veneno lento propinatum fuiſſe creditum eſt, *ibid.* Moriturus veniam a patre poſcit, *ibid.* Navarræ jura Blancæ ſorori relinquit, *ibid.* Illius deſiderio concitati motus a Catalania in Joannem Regem, *ibid.* Afficta illi inania miracula, *ibid.*

Carolus Andegavenſium, poſtea Aquitanorum dux Caroli VII. Francorum Regis ſecundogenitus: De eo majori natu præferendo ad ſceptri ſucceſſionem agitat Carolus VII. 1461. XXXVII. Metu civilis belli ea molitio diſcuſſa, *ibid.* Conjurat cum proceribus in fratrem, 1465. XII. Poſt prælium viſa Gallorum ſtrage gemit ob ambitionem ſuam tantum cruorem fuſum, *ibid.* Increpatur, ut puſillanimis a Carolo Burgundo, *ibid.* Pacem init ac Normanniæ dux creatur, XIII. Deſertus a ſociis bello petitur a Ludovico Rege, 1466. XIII. Ad eum Ludovico Regi conciliandum miſſus a Paulo II. Archiepiſcopus Mediolanenſis, *ibid.* Imperitus gerendarum rerum depellitur e principatu, XIV. Cum Ludovico XI. fratre colloquium init, 1469. XXII. Data illi optio, ut Campaniam, vel Aquitaniam accipiat pro Normannia a qua erat pulſus, *ibid.* Redintegrat pacem cum fratre, XXIII. In fratrem Ludovicum conjurat iterum, 1472. XII. A Ludovico XI. Jordani abbatis opem veneno extinctus fertur, *ibid.* & XIII. Aquitania mox a Ludovico recepta, *ibid.*

Carolus Philippi ducis Burgundiæ filius ad proſequendum principatum conjurat cum rebellibus in Ludovicum XI. 1465. XII. In pugna ad Montem Lethericum ſauciatur, ac vincit Gallum Regem, *ibid.* Carolum Regis fratrem ob defletam ſtragem editam, ut puſillanimem temnit, *ibid.* Pacem init cum Ludovico receptis urbibus quas Somona perluit, XIII. Leodienſes in eum concitati a Ludovico Rege, *ibid.* Eo diſtractus bello Normanniæ duci ferre auxilium nequit, 1466. XIV. Ejus copiæ a Dionantæis & Leodienſibus fuſæ, XVII. Ejus effigies ſuffixa patibulo a rebellibus & injuriis affecta, *ibid.* Ferro flammaque injuriam ulciſcitur, *ibid.* Octingentos Dionantæos captos barbare ſimul flumine mergit, *ibid.* Leodienſes ad Trudonenſe oppidum delet, 1467. XXII. Poſcentibus veniam ita parcit, ut mœnia & propugnacula eorum evertat, *ibid.* Morienti patri Philippo in principatu ſuccedit, *ibid.* Leodium capit impetu, 1468. XXXII. Implacabilis ejus furor nullis precibus placatur, *ibid.* Horrenda ſcelera & ſacrilegia in excidio Leodienſi patrat, *ibid.* Ad duodecim millia mulierum vinculis conſtrictas Moſa ſubmergit, XXXIII. Dum ſævit in Leodienſes maximam cladem in Hollandia a mari accipit, *ibid.* A Joanne Balva Cardinale ſollicitatur, ut fœderatos armis juvet, 1469. XXI. Interceptæ divinitus ejus literæ ne bello exitiali Gallias obrueret, *ibid.* Eduardus Angliæ regno pulſus ad eum confugit, 1470. L. Petitur bello a Ludovico Gallorum Rege ſimul ad Somonam urbes repetente, *ibid.* Sub nomine impii deſignantur a Deo revelante Gueldriam in manus impii caſuram, ni Gueldrenſes peccata caperent, LII. Data illi a Pontifice & Cæſare mandata, ut Arnulphum Geldriæ ducem ex filii impii tyrannide liberet, LIV. Inter patrem & filium concordiam pangere molitur, *ibid.* Adolphum impia dicentem verba dimittit, ſed mox interceptum & calumnia oneratum quaſi conſpiraſſet cum Gallo Rege carceri mancipat, *ibid.* Gueldriam ſubigit, *ibid.* Ducatus jura ab Arnulpho emit ac teſtamento accipit, *ibid.* Ludovicus Francorum Rex ab eo repetit Ambianum & Royam & Mondidierium, 1471. XLV. Eduardum ſororium regno reſtituit, LI. Beſſario Cardinalis fruſtra de pace inter ipſum & Ludovicum Francorum Regem agit, 1472. VIII. Certat cum Ludovico Rege, ferro, flamma & veneficio, 1472. XII. & *ſeq.* Irrumpit in Galliam, XIII. Deditios contra pacta crudeliter jugulat, *ibid.* Templa ſanguine funeſtat, *ibid.* Pariter ejus ditio vaſtata, *ibid.* Cum Frederico Treveris colloquium celebrat, 1473. LXX. Burgundici regni titulum affectat, *ibid.* A Friderico deluditur, XL. Trepidavit Fridericus ne poſtea imperium affectaret, XII. Vocatur in auxilium a Ruberto Archiep. Colonienſi, 1474. III. Nuſſiam obſidet, IV. Feretranum comitatum coemit, *ibid.* Germania in Carolum a Frederico concitata, *ibid.* Affectatum a Carolo imperium, II. Decretus internuntius pro concilianda inter eum & Fredericum pace, XLIII. Petitur bello a Renato juniore & a Sigiſmundo Auſtriaco, IV. In eum Ludovicus Francorum Rex cum Cæſare conjurat, *ibid.* In eum Fridericus ingentem exercitum educit, V. Pacem init cum Frederico, *ibid.* Eduardum Angliæ Regem in Ludovicum concitat, VI. Ab Anglo rerum viciſſitudines metuente deſeritur, VII. Pacem cum Ludovico Gallorum Rege inſtaurat, VIII. Prodit Ludovicum Lucemburgenſem ſocium, ut proditum a Gallo Renatum opprimat, IX. Lotharingiam ſubigit, *ibid.* Redintegrat concordiam cum Frederico, X. Nancejum ad deditionem cogit, XI. Filiam deſpondet Maximiliano ea lege, ut ſibi ducales apices cum regiis mutare fas ſit, 1476. XI. Obſiſtunt ipſi Belgæ ne regium nomen corripiat, *ibid.* Quingentos Helvetios crudeliter laqueo præfocat, 1476. XII. Ab Helvetiis profligatus, *ibid.* Tot ejus milites iiſdem laqueis præfocati, *ibid.* Iterum extrema clade afficitur, *ibid.* Plures principes ab ejus amicitia deficiunt, *ibid.* Renatus Lotharingiæ dux antea profugus Nancejum expugnat, *ibid.* Ad id obſidione cingendum provolat, *ibid.* Ad eum confugit Alfonſus Rex Luſitaniæ pro auxiliis eliciendis, & fœdere inter illum & Ludovicum Regem redintegrando, XIII. A Renato in Nanceji obſidione

Digitized by Google

dione trucidatur pluribus vulneribus, 1477. III. Crudelitatis & ambitionis juſtiſſimas dat pœnas, *ibid.* Si arma vertiſſet in Turcas aſſurgere ad ſummum imperium potuerat, *ibid.* Summa ejus calamitas, IV. Eo extincto Galliæ Rex fiduciarias provincias reſtituere Gallicæ coronæ conatos, *ibid.*

Carolus dux Aurelianenſis annis viginti quinque in carcere Anglico elanguit, 1465. XIV. Sanctiſſimam vitam egreſſus e carcere ducit, *ibid.* Tredecim pauperibus menſam apponere ſolitus feria quinta, eorumque pedes abluere, *ibid.* Ejus filius triennis relictus geſſit Gallicum ſceptrum, *ibid.*

Carolus Borbonius Archiep. Lugdunenſis legatione fungitur apud Paulum II. pro Ludovico XI. 1466. XIV.

Carolus Sueciæ Rex revocatur ad regnum a Suecis a quibus pulſus fuerat, 1469. XX. Eo defuncto Suecia Chriſtierno paret, *ibid.*

Caſimirus Lithuaniæ & Poloniæ Rex Pruthenis deficientibus a Cruciferis equitibus optatur in Regem, 1454. XI. Ingenti prælio deletur, *ibid.* Eccleſiaſticas opes invadit, *ibid.* Solicitatur ad vertenda arma in Turcas, *ibid.* Damnata a legato fœdera ab ipſo cum Pruthenis inita, *ibid.* Vetitus inducias inire cum Mahomete, 1458. XIII. Cum Germano, & Hungaro fœdus pangat, *ibid.* Caveat Turcicos dolos, *ibid.* Uxoris jure Bohemicum ſceptrum affectat, 1458. XX. Illum Calliſtus ſolicitat, ut in Turcas vertat arma, 1457. XXXIV. Ad eum Prutheni deficiunt, 1459. LXXIV. De pace cum Cruciferis ſolicitatus, *ibid.* Urgetur, ut arma in Turcam vertat, *ibid.* Vacatur a Rudulpho internuntio pontificio ad Bohemiæ regnum adverſus Georgium hæreticum regni jure exauthoratum, 1466. XXX. Promiſſum ipſi Luſaciam & Sileſiam ultro ſe illi dedituros, *ibid.* Georgii amicitiam ingentibus promiſſis internuntii pontificii præfert, *ibid.* Cum Ludovico Cruciferorum ordinis principe pacem componit, XXXI. Pomeraniam, Culmenſem & Michalovienſem provincias ad jus Polonicum redigit, *ibid.* Mittit oratores ad Paulum II. ut pacem initam cum Cruciferis confirmet, XXXI. Illum ſibi conciliare nititur Georgius adverſus Catholicos, 1467. IX. Delatum uni ex ipſius filiis ſceptrum Bohemicum, *ibid.* Indigne Catholicorum preces ſpernit, *ibid.* Variis fraudibus irretiri ab hæretico tyranno ſe ſinit, XI. Orante de pace reſpondent Catholici Pontifice inconſulto nil decerni poſſe, XI. Caſimiri potentia Germanis nimium ſuſpecta, XII. Cruciferi pacem ineunt cum Caſimiro Poloniæ Rege, 1466. XXXI. Pomeraniam, Chelmenſem & Michalovienſem provincias illi reſtituunt, *ibid.* Jus hæreditarium in Bohemiam amittit dum Catholicos tueri detrectat adverſus Georgium, 1468. IX. Rogatus ut Maximiliano & Matthiæ filias natu maximas collocet, XII. Propoſitæ illi ampliſſimæ pacis leges, *ibid.* Reſpuit affinitatem Ungari, *ibid.* Promittit illi Georgius regnum Bohemiæ uni ex ipſius filiis, *ibid.* Negat ſe unquam jure Bohemico abdicaſſe, *ibid.* Catholicorum ad eum legatio cur Matthiam Regem delegerint, 1469. XI. Ejus filius Wladiſlaus natu maximus Bohemici ſceptri hæres renuntiatus, *ibid.* Appellatur a Frederico de affinitate ac fœdere adverſus Matthiam & Georgium, 1470. I. Promiſſa ejus filiis Hungariæ & Bohemiæ regna, *ibid.* Repulſam Frederico objicit eum in iis literis Regem Hungariæ ſe diceret, 1470. I. Poſcit a Georgio, ut Wladiſlao vivens regnum tradat, II. Agit cum proceribus, ut Georgium eos conciliet, *ibid.* Immittit exercitum in Hungariam, ac Matthiam ex Bohemia divellit, *ibid.* Georgium flectere nititur ad damnandam hæreſim & obſequendum Pontifici, *ibid.* Quæ a Caſimiri oratoribus Georgio fuerint propoſita, V. Plura illi contra Eccleſiæ decus & fidem male polliciti, VI. Ex iis hæreticorum elati animi, *ibid.* Bohemiæ regnum, quod a catholicis delatum ſpreverat rurſus affectat, VIII. Monetur a Paulo II. ejus oratores contra fidem, & pontificium, & regium decus indigna pollicitos, *ibid.* Eoſdem reprimat, ut reos anathematis & fidei hoſtes, *ibid.* Rogatus, ut oratoribus Ducis Moſcoviæ ad Sedem Apoſtolicam liberum aditum permittat, IX. A Bohemis ejus filius Wladiſlaus Rex pronuntiatus poſt Georgii mortem, 1471. XXXIII. Solicitatur a Paulo ut Wladiſlaum filium a cœptis revocet, XXXVIII. Convenitur Cracoviæ a Franciſco Cardinale legato pro ſedanda regni Bohemici controverſia, XL. Wladiſlaum primogenitum in Bohemiam mittit cum exercitu, *ibid.* Et Caſimirum ſecundonatum in Hungariam, *ibid.* Ejus filius Caſimirus ex Hungaria propulſatus, *ibid.* Miſſus a Sixto IV. legatus pro pace inter ipſum & Matthiam inſtauranda, 1471. LXXVI. Ob præſtita Bohemis hæreticis auxilia in jus vocatus, 1472. XXIX. Cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe pronuntiatur, *ibid.* Monetur ut deſinat Hungaro bellum inferre, XXX. De concitandis in eum Cruciferis actum, XXXI. Prutheni ſacramenti illi præſtiti religione ſoluti, *ibid.* Matthiam Regem de pace poſtulat induciaſque cum eo paciſcitur, XXXV. Marcum Cardinalem legatum honorificentiſſime excipit, XXXVI. In Nyſſenſi conventu Matthiæ Regi conciliari nequit, 1473. XIV. Pacem demum componit cum eo & quibus legibus, 1474. VII. Initam pacem violat, *ibid.* Tartaros & Lithuanos educit adverſus Ungarum, *ibid.* Vaſtatur viciſſim Polonia a Matthiæ copiis, *ibid.* Excitatum in Caſimiri exercitu magnum incendium ob ſacrilegia, VIII. Sacrilegos etiam equeſtris odinis concremari jubet, *ibid.* Inducias cum Matthia paciſcitur, *ibid.* Solicitatur ab Uſſomcaſſano, ut cum Hungaro arma in Turcas vertat, IX. Stephanus Moldaviæ princeps parta de Turcis victoria illius clientelæ ſe commendat, XI. A ſuſcipiendo Turcico bello abhorret, *ibid.* Increpitus ignaviæ, *ibid.* Novogardiam a Joanne Baſilio Moſchorum duce capi & diripi ſinit, 1479. XLVI. Diu in Lithuania hæret ad abrumpendos Moſcovitarum progreſſus, *ibid.* Conſulunt Lithuani, ut Novogardiam armis repetat, *ibid.* Veritus potentiam Moſcovitarum cum iis inducias init, *ibid.*

Caſtella: Illam Luſitaniæ conjungere deſtinat Henricus Rex ut majori conatu infideles oppugnentur, 1464. XXXII. Conſurgunt in eum Caſtellani objiciuntque Joannam ſceptrorum hæredem, quam Luſitani Regis filio deſponderat adulterio ſuſceptam, *ibid.*

Caſtitas: Ajebat B. Joannes Capiſtranenſis non eſſe excuſum Deo patientem carnis ſtimulos, ſed ſequentem, 1456. LX. Philippus Minorita ea laude clarus, *ibid.* Jacobus Diaconus Card. S. Euſtachii maluit mori, quam pollui, LXXI. Virguncula nuptiis mortem præfert, LXXII. Dominicus Cardinalis Capranica carnem cilicio ſemper domuit, 1458. XLII. Nullam fœminam domum ſuam ingredi unquam eſt paſſus, XLIV. *Vid.* Virginitas.

Catalani: Deligunt principem Henricum Regem Caſtellæ adverſus Joannem Regem Aragonum, 1462. XLIV. Vocant Petrum Luſitanici regni comitem ſtabilem, 1464. XXXII. Is regios titulos arripit, *ib.* Ilerdam amittunt, *ibid.* Extincto Petro Luſitano principe Renatum Regem eumque provinciæ comitem in

pria-

principem ſibi aſciſcunt, 1466. XIX. Joannes dux Lotharingiæ auxiliares copias ad eos adducit, *ibid.* Decennali bello feſſi ſe Joanni Aragonum Regi dedunt, 1472. XXV.

S. Catharina Senenſis: Decreti illi a Pio II. Sanctarum virginum honores, 1461. CXXIII. In puerili ætate plura ſanctitatis ſigna dedit, CXXIV. Chriſto quem ſedentem eum majeſtate viderat virginitatem vovit, *ibid.* Inſignis ejus charitas in proximos, *ibid.* Gravioribus jejuniis macerabat corpus, CXXV. In Euchariſtiæ ſacramenta cæleſtes hauriebat delitias, *ibid.* Plures ad ſanctiorem vitam traduxit, *ibid.* Gregorio XI. aperuit votum quod nuncuparat de reſtituenda urbi ſede, CXXVI. Sæpe in aerem divinitus efferebatur, CXXVI. Anno ætatis 33. obiit, CXXVII. Gloria illius patefacta nonnullis, *ibid.* Poſt mortem claruit miraculis, *ibid.* Ejus reliquiæ conditæ Romæ in Eccleſia Prædicatorum, *ibid.* Prima maii ejus dies feſtus recolitur, *ibid.* Margareta natione Ziſha liberata eſt inſanabili morbo eo momento, quo cilicium B. Catharinæ Senenſis deoſculata eſt, 1462. LII. Ejus digitus in Hadrienſem Eccleſiam tranſlatus, 1467. XXIII.

B. Catharina Bononienſis Clariſſa prædixit Conſtantinopolitanum imperium ob ingentia Græcorum ſcelera evertendum, 1463. CIX. Ejus corpus poſt mortem expers corruptionis ſuavem odorem efflat, *ibid.*

Catharina Cornelia Cypri Regina in filiam a Republica Veneta cooptata, 1464. LXXI. Attributa dote Jacobo Cypri tyranno data, *ibid.* Hac fictione juris Cyprus poſtea comparata, *ibid.* & 1471. XLVII. Ejus patrui Jacobum veneno tollunt, ut libere dominentur, 1472. IV. Catharinæ clientela a Venetis adverſus Carolam ſuſcepta, *ibid.* Ejus Patrui a Cypriis interempti, 1475. XXXII. A Venetis aſſertum illi Cyprium regnum, *ibid.*

Catharina Boſnæ Regina Thomæ olim Regis vidua moriens Boſniæ jura Pontifici teſtamento relinquit, 1478. XLII. Publicæ de ea re editæ tabulæ, *ibid.* Sigiſmundo filio, vel Catharinæ filiæ ſi a Mahometana ſpurcitia ad Chriſtum, converterentur reſtituendum regnum decernit, XLV.

Cauſæ Eccleſiaſticæ cognoſcendæ a præſulibus 1462. XXVII. Matthiæ Regis Hungariæ de ea re edictum, *ibid.* Detecta Joannis Balvæ Cardinalis proditione de illius cauſæ cognitione lites exortæ, 1469. XXI.

Celanum Antonio Piccolomineo Pii II. nepoti datum, 1463. LXXIX.

Cephalonia inſula Turcico adjecta imperio, 1478. XL.

Chalcis excisa a Mahomete II. 1470. XII. *& ſeqq.*

Chienſes implorant auxilium a Calliſto III. 1455. XXXIII.

Chius in periculum adducta, 1463. LV. Genuenſes ad eam muniendam ſolicitati, *ibidem.*

Chorea furialis: In eam actæ tres fœminæ arte magica, 1480. XLV.

Chriſtiana lex fingitur contraria Moſaicæ a Mahomete, 1461. XCIV. Perfectio eſt Moſaicæ, *ibid.* Prædicta a Moyſe quod ferenda eſſet, *ibid.* Quanta ſit ejus dignitas, CIX. Quot martyres pro ea occiſi, *ibid.* Quot ſancti in ea fulſerint ſi ſint in ea peccatores tamen ſanctos non deeſſe, CX. Legis Chriſtianæ ſumma, *ibid.* Impius Mahometes II. votum ſacrilegum de ea excindenda nuncupat, 1470. XI. Veritas illius miraculis confirmata, LVIII.

Chriſtiani de iis male perdendis ſacrilegum votum nuncupat Mahometes, 1470. XI. Iis calumniam idololatriæ impingit, *ibid.* Chriſtianorum excidii cauſa quæ ſit, XX. Eorum torpor in tuendis ſociis, XXIII. Ridet eorum diſſidia Mahometes adducta faceta parabola eoſque temnit, XXXIII.

Chriſtiernus Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ Rex plura gerit bella cum Carolo Sueciæ Rege, 1457. LX. Appellatus a Calliſto de vertendis in Turcas armis ſpondet confecto bello Gothico ea verſurum, LXII. Pulſo a Suecis Carolo Rege Gothicum ſceptrum aliis duobus conjungit, *ibid.* Monitus a Calliſto, ut promiſſa compleat, Chriſti cauſam deſerit, *ibid.* Dimidias decumas ad ſe avertit, 1469. XX. Implicatur bello domeſtico Suecis revocantibus ad ſe Carolum quem antea ob tyrannidem pepulerant, *ibid.* Archiepiſcopum Upſalenſem capit, *ibid.* Edoctus de illius integritate ipſum liberat, *ibid.* Limina Apoſtolorum adit, 1474. I. Exceptus honorificentiſſime, II. Religioſiſſime ante pontificis pedes ſe provolvit, II. Recuſat niſi poſt Cardinales ad crucis oſculum accedere, *ibid.* Hieroſolymitanæ profectionis votum quod nuncuparat permutatum a Sixto, *ibid.*

Chriſtophorus Maurus dux Venetorum ſollicitatus a Pio II. ut bellum ſuſcipiat in Turcas, 1463. XLI. Philelphi ad eum literæ de bello in Turcas gerendo, 1464. XIV. Cum duodecim triremibus Anconam ad Pium II. profecturus in Turcas accedit, XXXVI. Excipitur a Cardinalibus honorifice, L. Sedet inter duos poſtremos diaconos Cardinales, *ibid.*

Chriſtophorus de Rovere creatus Cardinalis tit. S. Vitalis, 1477. X.

Chriſtus: Chriſti nomine invocato cadunt Turcarum equi, 1456. XXXI. Victoriæ de Mahometanis ſoli Chriſto aſcripta gloria, 1456. XXXV. Spina, qua ſacrum illius caput compunctum fuit, feria ſexta hebdomadæ ſanctæ nitidos flores producit, 1457. LXXXIX. Publica de ea re adhibitis teſtibus oculatis confecta inſtrumenta, *ibid.* Magi de Chriſto infanda mendacia fingunt, XC. Chriſti transfiguratio, *Vid.* Transfiguratio Chriſti. Vaticinia de tempore illius adventus, 1458. LVIII. Omnis ætas illius claruit miraculis, LIX. Deus e cœlo illi teſtimonium perhibuit, *ibid.* Ex Virgine natum & prophetam fatentur Mahometani, *ibid.* Negant Deum eſſe vel mortuum, *ib.* Mahometanorum teſtimonio Mahometem vincit, *ib.* Mahometanorum ineptiæ cur negent Dei filium, LX. Teſtimonia quibus demonſtratur Deus & homo, LXVIII. & LXIX. Ut prædixerint prophetæ paſſurum pro peccatis hominum, LXX. Negant ſecundum Chriſti adventum, *ibid.* Aſſeritur ab iis propheta verax & quid ex eo ſequatur, LXXXII. Ut regnet in domo David in æternum, XCII. Quod dæmon dixit Porphyrio de Chriſto, idem Mahometes aſſerit, XCIII. Moyſis de Chriſto novam legem laturo teſtimonium, XCIV. Chriſti lex perfectio eſt Moſaicæ, *ibid.* Se videndum præbuit ſumma cum majeſtate S. Catharinæ virgunculæ, 1461. CXXIV. Orta gravis diſcordia inter Dominicanos & Franciſcanos de Sanguine Chriſti in cruce fuſo an triduo mortis verbo divino hypoſtatice conjunctos eſſet, 1462. XLV. & 1463. CIII. Vetitum a Pio II. hæreſis notam parti neganti vel defendenti impingere, CIV. Docetur a Paulo II. Petrus Antiochenus patriarcha de duabus in Chriſto naturis, 1469. XXIX. & duabus operationibus, *ib.*

Cicchus Calaber procurator Mediolanenſis regiæ ut Joannem Galeatium in principatu confirmaret ejus patruos pellit in exilium, 1477. II. Iterum a Ludovico revocatis Mediolanum, capite

pite plectitur fallaci rerum humanarum viciſſitudine, *ibid.*
Cilicium: En momento quo Margareta Zicha deoſculata eſt cilicium S. Catharinæ Senenſis morbo inſanabili liberatur, 1462. LII. Sub purpura geſtatum a Joanne Cardinale Carvajale, 1470. XLVIII.
Clementia: Scanderbegi clementia in Ameſam nepotem proditorem ſuum, 1458. XVI. *& ſeqq.*
Clerici: ſtatutæ in eos ad ſæcularem judicem confugientes pœnæ, 1455. XXVII. Puniri juſſi Clerici quale deditt, 1455. XLVII. *Vid.* Eccleſiaſtici.
Commendæ: Decretum a Paulo II. eas non augendas, 1464. LXVIII.
Communio cur ſub una tantum ſpecie laicis imperata, 1465. XLI. *Vid.* Calix, & Euchariſtia.
Compactata nunquam obſervata a Bohemis, 1462. XVI. Reſciſſa a Pio II. *ibid.* Georgius Rex Bohemiæ profeſſus hæreſim ea obſervari jubet, XXII. De illis diſceptatur inter decanum Pragenſem & Rokyzanam coram Georgio Rege, 1465. XXXIII. *& ſeq.*
Conceptio immaculata B. Virginis: Feſtus illius dies inſtitutus a Sixto IV. 1476. XIV. Inſtitutum illius officium, 1477. IX. Propoſitæ illud repetituris indulgentiæ, *ib.* Nonnulli tamere auſi hæreſes notam his inurere, ſed repreſſi, *ib.* Status commentarium edit pro immaculata conceptione Virginis, 1479. XXXIV.
Concilium: Errant qui generale concilium majus tribunal pontificio exiſtimant, 1457. LVI. Provocatio a Pontifice ad concilium reſciſſa, ut convellens articulum: *& in unam Sanctam catholicam, & apoſtolicam eccleſiam*, LVII. A Pontifice ad futurum concilium appellatio damnata hæreſis crimine, 1460. XXXVII. Refellitur, XXXIX. *& ſeq.* Concilio major oſtenditur Romana Sedes, XLII. Cardinales poſt Pii II. mortem aſtringunt ſacramento futurum Pontificem ad celebrandum concilium, 1464. LII. Ea pactio a Paulo II. diſſoluta, LVIII. Fridericus Romam accedens concilii celebrandi pro bello Turcis & Huſſitis inferendo neceſſitatem exponit Paulo II. 1468. XLVII. Concilium Laterani indictum a Sixto IV. 1471. LXXVI. Movente Imperatore litem de loco diſſolutum, *ibid.* Plures Italiæ principes Sixto IV. judicium intendere auſi apud concilium, 1478. XIV. A Ludovico XI. expetenti concilium, quid ſit reſponſum a Sixto. IV. XXII. Ut concilii congregandi jus ad Pontificem ſpectet, XXIII. Ut non pendeat ea Galli Regis voluntate, ut fiat, vel non fiat, *ibid.* Ob quas cauſas concilia ſint celebranda, XXIV. Qui petierant concilium pertimuere ne fieret, XXVIII. Concilium Conſtantienſe approbatum tantum in ſpectantibus ad fidem, XLVI.
Concilium Rhemenſe: Illius acta, 1455. XLV. *& ſeq.*
Concilium Arundenſe celebratum ab Alfonſo Carillo Archiepiſcopo Toletano, 1473. XX.
Concilium Florentinum ab Antiocheno Alexandrino & Hieroſolymitano patriarchis admiſſum, 1460. LV.
Concubinarii plecti juſſi, 1455. XLVIII. Quæ pœnæ in eos conſtitutæ, *ibid.* Qui publici concubinarii cenſendi, *ibid.* §. *Publice*: Pœnæ in præſules tolerantes concubinarios, *ib.* De laicis a concubinatu abducendis, XLIX. Monita in concubinarios promulganda, *ibid.* §. &. Inſtauratæ in pertinaces pœnæ, *ibid.*
Confeſſio peccatorum: Negavit Petrus de Oſma hæreſiarcha eſſe eam de jure divino, 1479. XXXII. Damnatus, *ibid.* Negavit abſolvendos confitentes niſi peracta pœnitentia, *ibid.* Damnatus, *ibid.*
Conradus puer Brixianus Frederici Lavellongi filius trucidatus a Judæo & parietis ſepultus craſſitie, 1476. XX. A B. Jacobo Picente ad vitam excitatus, *ibid.*
Conſecratio Sanctorum: S. Vincentius Ferrerius in ſanctorum ordine collocatus a Calliſto III. 1455. XL.
Conſtantinopolis: Eam Chriſti cultui reſtituere meditatur Calliſtus, 1457. LXIX. Munita a Mahomete illius metu, LXXVIII.
Conſtantinopolitana Eccleſia: Horrenda illius deſolatio, 1461. CXXX.
Conſtantinopolitanum imperium: Prædictum illius excidium a B. Catharina Bononienſi ob ſchiſma Græcorum, 1463. CIX.
Conſtantinopolitanus patriarcha Alexandrino præferri a Synodo non potuit niſi aſſenſiſſet Romanus Pontifex, 1463. LXIX.
Conſtantinus Deſpota Imperator Conſtantinopolitanus dum tentat fugam obtritus in porta, 1455. III. Amputatum ei caput, & præfixum haſtæ a Turcis, *ibid.*
Contingentia: Propoſitionem de futuris contingentibus nec veras eſſe, nec falſas contendit novator Lovanienſis, 1470. LI. Damnatur a Paulo II. *ibid.* Refellitur a Sixto IV. dum Cardinalatum gerebat, *ibid.* Damnata a Sixto IV. Pontifice eadem opinio, 1473. XXV.
Corinthus fruſtra a Venetis oppugnata, 1464. V. & LXII. In illius obſidione Veneti exercitus dux obtritus, *ibid.* Fruſtra oppugnata a Venetis, 1464. LXIV.
Corſinianum: Pii II. natale ſolum exornatum Eccleſia magnifica ab eo, 1462. XLVI. Epiſcopali dignitate augetur, *ibid.* Mutato nomine Pientia dictum, *ibid.*
Coſmas Medices Florentinos abducit a pendendo Gallis adverſus Ferdinandum ſtipendio, 1460. LXXII. Pius ejus obitus, 1464. LXXIII.
Croja Albanorum regia in Turcarum poteſtatem redacta, 1466. VII. Demum a Mahomete II. ad deditionem adacta, 1478. XL.
Cruceſignata militia, & Cruceſignati: Cruceſignati circiter numero tria millia inclamando nomen Jeſu Mahometem II. centum, & eo amplius millibus Turcarum ſuccinctum in caſtris expugnant, 1456. XXX. & XLVII. Viginti quatuor millia Turcarum cædunt totidemque in fuga Turcæ pereunt, *ibid.* Ab Angelis ad pugnam incitati fuere, XXX.
Crudelitas: Immanis crudelitas Mahometis II. 1464. XI. XVIII. & XIX.
Crux: In Chriſti Chriſtianorumque contemptum crucem ab humeris ad pedes defluentem geſtavit in caſtris Mahometes, 1456. XLII. Contuſa divinitus blaſphema illius ſuperbia, *ibid.* Boſnenſis Rex pugnaturus in Turcas mitti ad ſe crucem a Calliſto III. flagitat, 1457. XVIII. Splendidiſſima cruce in aere fugati Rhodo Turcæ, 1480. XI.
Curia Romana cur, & quomodo in ea fiant exceſſus, 1457. XLVII.
Cyprus ab Ægyptiis ſubacta, 1460. XCVI. & 1461. XXXI. Qua fictione juris a Venetis comparata, 1464. LXXI. Devoluta ad Venetos, 1470. XXXVII. In eorum poteſtatem redacta, 1474. XVIII. A Carola de ea lis mota apud Sixtum IV. 1475. XXX. Negat Pontifex illius cauſæ cognitione ſeſe implicare, *ibid.* In Cypro magni exorti motus, 1475. XXXI. Cyprus affectata a Ferdinando Rege Neapolitano, *ibid.* A Petro Mocenico in Venetorum poteſtatem redacta, *ibid.*

D

DÆmon virili forma ſe magis videndum præbet, 1459. LXXXVI. Adorari ſe jubet, *ibid.* Quo lenocinio miſeros falleret, *ib.* Conſultus in idolis a Porphyrio apoſtata quid ſentiendum de Chriſto reſpondet Chriſtum fuiſſe bonum virum, ſed peccaſſe diſcipulos qui divinitatem ei tribuerint, 1461. XCIII. Idem Mahometi ſuaſit dæmon, *ib.* Dæmones ſine crimine poſſe conſuli contendunt nonnulli pſeudocarmelitæ, iique damnati, 1473. XXIX. In furialem choream tres fœminas faſcinatas egit, 1480. XLV. Victa ejus vis a B. Bertrando, *ibid.*

Darocenſis Eccleſia: In ea ſacramentales ſpecies in ſanguinem & carnem verſæ ſervantur, 1473. XXI. Eam adituris indulgentiæ propoſitæ, *ibid.*

David Imperator Trapezuntinus ſolicitatus a Pio II. ut arma jungat in Turcas, 1459. XXVI. & XLIII. Conjurat cum aliis orientalibus Regibus adverſus Mahometem, XLVIII. Philippum Burgundiæ ducem urget, ut occidentalium exercitum ducat, XLIX. Cum viginti millibus bellatorum & triginta biremibus ſe conjuncturum pollicetur acceſſurumſque etiam alios Reges, *ibid.* Inſignem legationem ad Pium II. cum aliis Regibus mittit pro jungendo in Mahometem fœdere, 1460. CI. & 1461. XXXV. Inſigni ignavia Mahometi deditionem facit, XXXVIII. Exigua vectigalia ad vitam ſuſtentandam illi attributa, *ibid.* Circumventus calumnia ſpoliatur facultatibus & pugno interficitur, *ibid.* Uſumcaſſanes gener pro vindicanda illius injuria bellum in Mahometem ſuſceperat, *ibid.*

Decimæ: Negans eas pendendas, nec ſolvenda vectigalia exuſtus, 1476. XVI.

Demetrius deſpota Conſtantini Imperatoris frater exercet lites cum fratre Thoma deſpota, 1459. XLVI. Mahometi fratris interfectori ſe conjungit eique filiam tradit, *ibid.* Odia Græcorum contrahit ob inita cum Turca fœdera, XLVIII. Se & ſua Mahometi dedit, 1460. LVII. Illius clientes licet deditionem fecerint palis ſuffixi, *ibid.* Cum fratre Thoma deſpota ſimultatem gerit, 1461. XLIII. Dedit ſe Mahometi filiamque illi proſtituit conjugii ſpecie, *ibid.* Ad ſummam inopiam redigitur, *ibid.* Vix cruentas manus Mahometis effugit, *ibid.*

Deus a Mahomete fingitur corporeus, 1461. LXI. Ejuſdem providentia negata, *ibid.* Credendum de Deo, quod mens non capit, LXIII. Argumentis non eſt opus ubi adeſt Dei teſtimonium, *ibid.* Tribuit Mahometes Deo corpus frigidius glacie, LXXVI. Si compoſitus eſſet foret poſterior ſuis partibus, *ibid.* Compoſitor potius Deus cenſendus foret, *ibid.* Cur membra tribuerint Deo aliquando prophetæ. *ibid.* Fingitur a Mahomete peccati auctor, LXXVII. Dei particulam eſſe animam effutiit Mahometes, LXXIX.

S. Didacus Minorita: Humor ex illius apoſtemate fluens ſuavem odorem ſpiravit, 1463. CVII. Extaſim paſſus exclamat, o quales flores paradiſi, *ibid.* Crucem ea manu qua paulo ante paralyſim patiebatur arripit atque dulcedinem crucis prædicans obiit, *ibid.* Ex illius cadavere poſt plures menſes ſuaviſſimus odor ſpirat, CVIII. Extinctus elegantiore forma enitet, XVI. In illius obitu ſtella lucidiſſima refulget, *ibid.* Extincti corporis flexiles artus conſpecti ab Henrico Rege Caſtellæ, CLXVII. Admotis brachio ejus reliquiis Rex ſanitatem recuperat, *ibid.* Conſpecto miraculo quid Archiepiſcopus Toletanus dixerit, *ibid.* Judæi & Mauri id vires naturæ ſuperare faſſi, *ibid.* Sanctorum catalogo a Sixto V. adſcitus, *ibid.*

Dienſis comitatus a Ludovico XI. in Pium II. transfuſus, 1462. XI. Qua religione ad id impulſus fuerit, XII.

Dietherus Moguntinus Archiepiſc. a minoribus judicibus curiæ Romanæ damnatus anathemate, 1461. XVI. Non ad Pontificem, ſed ad concilium imprudenter provocat, *ibid.* Calumnias in Pontificem ſpargit ob redactum ex indulgentiis aurum, *ibid.* Gregorium Hamburgenſem hereſis damnatum fovet, XVII. Nititur Germanis ſuadere, ne pendant decumas pro ſacro bello in Turcas, *ibid.* Eos ad defectionem a ſede Apoſtolica ſollicitat, *ibid.* Provocationis ad concilium ab eo editæ iniquitas demonſtratur, *ibid.* Reſiſtentibus illi Germanis damnat provocationem ſuam, XVIII. Ob ſimoniæ vitium in ſe concitat ſuorum odia, XIX. Nondum ſolutus cenſuris profanat ſacra, *ibid.* De eo exauctorando actum, XX. Cardinalium & Pontificis ſententia damnatur, *ib.* Impiæ illius in Pontificem calumniæ, XXI. Ut ſe hæreſis crimine, edita a Pontifice ad concilium provocatione, devinxerit, XXI. Germanos in idem ſcelus trahere niſus ſit, *ibid.* Monita omnia ſpreverit, *ibid.* Sinit ſe ſubornari a Gregorio Hamburgenſi novatore, XXII. Fœdus init cum Sigiſmundo Auſtriaco, *ibid.* In Eccleſiam, & imperium rebellare auſus, *ibid.* Quo conſuſus eſt provocationi abrenuntiavit, *ibid.* Juramento non ſtetit, XXIV. Decretoria ſententia exauctoratur, XXV. Sero provocat ad Pontificem, *ibid.* Spreto a electo & Adolphus in ſolio collocatur, *ibid.* Diffugere Mogontia male permittitur, *ibid.* Bellum adverſus Adolphum redintegrat, *ibid.* Fœdus armorum init cum Friderico Palatino Rheni & Georgio Bohemiæ, 1462. XXV. Moguntinum agrum vaſtat, XXVI. Percellitur iterum anathemate a Pio II. 1463. LXXXIV. Perſtat in contumacia, LXXXVII. Solemni ritu cum ſociis anathemata devinctus promulgatur, LXXXVIII. Cum Adolpho pacem componit ac cedit archiepiſcopatu, 1463. IX. Ab Apoſtolico internuntio cenſuris ſolvitur, XCIV.

Dinanum ferro flammaque deletum, 1466. XVII.

Dinantæi a Ludovico XI. Rege in Carolum Burgundum concitati, 1466. XVII. Fundunt illius copias, *ibid.* Inſania elati ejus imaginem affigunt patibulo, *ibid.* Ferro flammaque vaſtati, *ibid.* Ad octingentos immaniter fluvio merſi, *ibid.*

Dionyſius Cardinalis tit. S. Cyriaci miſſus legatus in Hungariam a Calliſto, 1455. XXV. Hungarorum diſcordias pacare juſſus, *ibid.*

Dionyſius Carthuſianus: Inſignis illius extaſis dum oraret pro Eccleſia, 1460 XXIV. Illius ad Reges principeſque monita, XXVI. Rogatur ab Arnulpho duce Gueldriæ ſeniore, ut concordiæ apud Deum interpretem agat, 1470. LII. Ipſi divinitus oſtenſum Gueldriam ob peccata in manus impii caſuram, *ibid.* Gueldrenſes admonet, ut peccata expient docetque de oſtenſis ſibi divinitus, *ibid.* Dictis conſenſere exitus, LIII. Pia ejus mors, 1471. LXXXIII. Eugenii IV. de illo elogium, *ibid.*

Diſpenſatio: Negavit Petrus de Oſma Pontificem diſpenſare poſſe in iis, quæ univerſalis Eccleſia ſtatuit, 1479. LII.

Dlugoſeus nobilis rerum Polonicarum ſcriptor, *Vide*, Joannes Dlugoſcus.

Dominicus e Capranica Card. tituli S. Crucis in Jeruſalem mittitur ad Alfonſum Regem ad pacem Italicam conſtituendam legatus, 1454. VII.

Eum promovet, *ibid.* Pacem Italicam Laudæ ſancit, 1455. V. Pronuntiat Rothomagenſem Archiepiſc. a Lugdunenſis imperio ſolutum eſſe, 1458. XXXVII. Defunctus aſpero cilicio indutus reperitur, *ibid.* Ejus elogium, XLII. Singulares ejus virtutes, XLIII. Nihil æque pium ajebat eſſe, quam, expoſitos turpitudini ob inopiam liberalitate traducere ad honeſtam vitam, *ibid.* Fœminam nullam domum ingredi eſt paſſus, XLIV.

Dominicus Torcellanus Epiſcopus miſſus a Pio ad conciliandam pacem inter Cæſarem & Regem Hungariæ, 1463. I.

Dominicus Epiſcopus Brixinenſis librum apologeticum conſcribit pro eccleſiaſtico imperio, 1466. XXV. Cæſareus orator illum promoveri ad Cardinalatum poſcit, 1473. XXII. Improvide eam cauſam agit dum ſæpius Imperatorem orbis monarcham appellat, *ibid.*

Dominicus Reatinus Epiſcopus in Germaniam ac vicina regna miſſus, pro fidelibus in Turcas concitandis, 1476. IV. Irrito exitu id tentat, *ibid.*

Dominicus Ruvereus creatur Cardinalis S. Vitalis, 1478. XLVI.

Dracules ſenior alias Wladus Valachiæ princeps omni fera immanior ſibi ſuſpectos proditionis palis ſuffigit ad viginti millia, 1462. XXIX. Turcas metuens fœdus init cum Rege Hungariæ, *ibid.* Mahometis oratores ſibi inſidiantes palis transfigit, *ibid.* Aliorum pilea phrygia honoris ergo non detrahentium ex more Turcico, clavis capiti affigit, *ibid.* Excurſiones agit in Turcicum imperium, *ibid.* Raptos in ſervitutem Turcas palis affigit, *ibid.* In Mahometis caſtra noctu irrumpit illumque ad necem quærit, *ib.* Allucescente aurora in fugam compellitur, *ibid.* Renuntiato Valachiæ principe Dracule juniore in Hungariam fugit, *ibid.* A Matthia Rege accuſatus immanitatis carceri mancipatur, *ibid.* Liberatus vinculis varia cum Turcis prælia gerit, *ibid.* Dimittitur a Matthia, 1476. VIII. A ſervo fraude perimitur, *ibid.*

Ducatus: Dux: Ritus obſervatus a Pontifice dum aliquem ducis titulo exornat, 1471. LVI.

E

Eccleſia eſt Domus Dei, & porta Cœli, 1455. XXI. Ejus dignitas expoſita a Sancto Antonino, *ib.* Qua arte Eccleſiæ majeſtas ſervanda, 1455. X. Quamvis quatiatur fluctibus, mergi non poteſt, 1456. XXIII. Schiſmatici Turcis non potuere reſiſtere, quia ab Eccleſia erant alieni, XLII. Licet decem perſecutionibus afflicta, tamen non defecit, 1455. XXII. Omnes monarchias ſubegit aut ſubactura eſt, *ibid.* Raſcia relicta Romanæ Eccleſiæ. *Vid.* Raſcia. *Vid.* Apoſtolica Sedes. Pontifex Romanus. Eccleſia vera ex promiſſione Chriſti vinci nequit, 1463. LXIV. Ex eo quod Græca victa ſit invicta & vera Romana demonſtratur, *ibid.* Monarchia in Eccleſia neceſſaria demonſtratur, LXVII. & *ſeq.* Monarchiam Eccleſiæ tenuit Romanus Pontifex ex veteri traditione, LXIX. Eccleſiæ Romanæ authoritas in dirimendis controverſiis, 1465. XXVII. Eccleſia Chriſto teſte ex bonis & malis permixta, *ibid.* Eccleſiæ authoritas in condendis decretis negata a Joanne Ruchardo hæretico, 1479. XXXIII.

Eccleſia ideſt templum: De modeſtia in Eccleſiis ſervanda, 1455. XLV. §. Cum. Theatrales joci, & mercimonia in Eccleſiis prohibita, XLVII.

Eccleſiaſtici: Eos ad judicium profanum trahi pontificiis, & Cæſareis Sanctionibus vetatur, 1455. XXXVII. Contraria conſuetudo, ut corruptela reſcindenda, *ib.* In recitandis horis canonicis quomodo ſe gerere debeant, *Vid.* Horæ canonicæ. Puniri juſſi clerici gulæ dediti, XLVIII. §. Item. Moniti Epiſcopi ne indignos ſacris initient, *ibid.* §. Hortamur. Concubinarii plecti juſſi, XLVIII. De veſtito decoro eccleſiaſticorum, L. Statuta in clericos confugientes ad judicem laicum, LIII. A Sixto IV. oſtenſum Ludovico XI. Gallorum Regi non debere illum judicare de Eccleſiaſticis, 1478. XXVI. Intentatum Regibus ac principibus anathema, qui eccleſiaſticos e pontificia aula revocare audent, XXXI.

Eccleſiaſticus principatus: Pro eo adverſus malos politicos commentarium ſcribit Dominicus Epiſcopus Brixinenſis, 1466. XXV. Scribit etiam Rodericus Epiſcopus Palentinus, *ibidem*.

Eduardus Walliæ princeps Henrici VI. Angliæ Regis filius a Margareta Regina matre a latronibus ſpoliata inter ulnas per nemora circumfertur, 1461. CXXXI. Commendatur latroni, ut regni Anglici hæres, *ibid.* Ejus pater regno reſtituitur, 1470. XIX. Oppreſſus deinde ab Eduardo, 1471. LI. Dum fert opem cum matre capitur, *ibid.* Ob liberiorem vocem quod regnum avitum, recuperare vellet jugulatur, *ibid.* Pater Henricus in turri Londinenſi cæditur, LII.

Eduardus Richardi ducis Eboracenſis filius primogenitus poſtea Angliæ Rex Henricum Regem cruenta victoria proſternit, 1461. CXXXIV. Regia inſignia corripit, CXXXV. Henricum Regem & Margaretam Reginam fugat, *ibid.* Richardi patris caput ſtraminea illuſum corona honorifice ſepelit, *ibid.* Henricum Regem redeuntem in Angliam acie vincit fugatque, *ibid.* Scotiæ limites ac portus munit ne Henricus, vel Margareta in Angliam irrepant, *ibid.* Agitante cum eo Ludovico XI. de pace, negat cedere velle in Normanniam & Aquitaniam Anglorum jure, 1462. XLVIII. Fœdus init cum Philippo Burgundiæ duce, *ibid.* Henricum & Margaretam fundit fugatque, *ibidem*. Sævit in eos, qui partes Henrici erant ſequuti, *ibidem*. Henricum Regem interceptum per Londinum ac circa patibulum circumduci jubet ludibrii cauſa, 1465. IX. Clementia & liberalitate ſolium firmat, *ibid.* A Richardo comite Warvici reſtituto ſolio Henrico Regi pellitur, 1470. XLIX. Confugit ad Carolum ducem Burgundiæ, *ibid.* Inſtructus claſſe regnum recuperat a Carolo Burgundiæ duce clam inſtructa claſſe donatus Londini excipitur ab amicis, 1471. LI. Richardum Warvici comitem interficit in prælio, *ibid.* Eduardum Henrici filium cum Regina Margareta capit, *ibid.* Coram eo Eduardus trucidatus, *ibid.* Henricum Regem in Londinenſi turri interficit, LII. A Carolo duce Burgundiæ in Galliam adverſus Ludovicum Gallorum Regem excitus, 1475. VI. De pace poſtulatus eam admittit ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigali annuo donatus, *ibid.* Pacis arbiter inter Florentinos & Sixtum IV. una cum Gallo Rege creatus, 1478. XXIX. Georgium fratrem Clarentiæ ducem reum majeſtatis capitali ſententia damnat, XXXIV. Julianus Cardinalis ad pacem inter eum & Gallorum Regem conciliandam miſſus, 1480. XXXVI. Richardi Gloceſtriæ ducis opera Scotos vincit, XLII. Sollicitatur ad pacem cum Scotis, *ibid.* Enſis & pileus ſacri ad eum miſſi a Sixto Papa, XLIII. Moriturus Richardo fratri, filius commendat, 1483. XLI.

XLI. Ejus filii a Richardo fratre trucidati, XLII.

Eleemoſyna: In Eleemoſynis profundendis liberalis fuit Nicolaus V. 1455. XVI. Virgines inopes dote ab eo donatæ, *ibid.* Sæpius vaſa argentea, cum cætera deeſſent, a Dominico Cardinale Capranica conflata, 1458. XLIII. Amedeus dux Sabaudiæ pauperes alit ſuoſque appellat canes venaticos quibus cœlum capiat, 1471. LXXXIV. Pauperum precibus firmari principatum ait, *ibid.* Ejus apologia pro eleemoſyna, LXXXV.

Eleonora Gaſtonis comitis Fuxenſis vidua defuncto Joanne Aragonum Rege in regno Navarræ ſuccedit, 1479. XX. Paulo poſt extincta Franciſcum nepotem ex filio ſucceſſurem relinquit, *ibid.*

Epiſcopatus & Epiſcopus: Imparibus ætate non conferendus, 1459. LXXXVII. An Epiſcopus invitus transferri poſſit a Pontifice cum id vetet canon Conſtantienſis concilii, 1478. XLVI. Decretum a Sixto poſſe, *ibid.*

Euboea juncta ponte continenti a Mahomete II. 1479. XII. Expugnata, *ibid.* In illius obſidione quadraginta millia Turcarum periere, *ibid.*

Eucharistia: In ea percipienda S. Catharina cœleſtes hauriebat delicias, 1461. CXXV. Euchariſtiam in extrema vita exceptura e lecto in terram jubet ſe deponi, 1465. XV. Illius catholica veritas inſigni miraculo confirmata, 1473. XXI. Species ſacramentales in carnem & ſanguinem verſæ ſervantur in Darocenſi Eccleſia, *ibid.* Conſumpti incendio divinitus milites Poloni, qui pixides argenteas cum Euchariſtia rapuerant, 1474. VIII.

Everſus comes Anguillariæ: Inſignis ejus impietas ac tyrannis, 1464. LXXII. Ditione ſua ſpoliatur Everſus a Paulo II. ob impia & crudelia geſta, *ibid.*

Eugenius Trinitarius affectus martyrio Conſtantinopoli, 1458. L. Eauſtus edicit judici damnatum iri qui Chriſtianus fiat, *ibid.*

Eugenius IV. falſis calumniis proſciſſus apud Baſileenſes, ut teſtatur Pius II. 1463. CXXIII.

Examilium: Propter aeris injurias revocati ab illius cuſtodia milites Veneti, 1464. V. Undecim millia Turcarum mox irrupere, *ibid.*

Exomologeſis: de religioſis confeſſiones excipientibus, 1456. LI. §. II.

F

FAmaguſta Genuenſibus erepta a Jacobo Cypri tyranno, 1464. LXXI.

Fantinus Dalmata interauntium mittitur a Pio II. ad Georgium Regem Bohemiæ, 1462. XVII. Vetat Georgio ne calice utatur uſumque laicis prohibeat, *ibid.* Ni pareat hæreſis & perjurii notam ſubiturum pronuntiat, *ibid.* Tunc hæreſim Georgius profeſſus mortem illi ſtricto pugione intentat, *ibid.* In carcerem conjicitur, *ibid.* Ob Germanorum principum preces e carcere dimittitur, XX.

Felicitas mundana vana ſine æterna, 1461. LI. In quo fuerit conſtituta a Stoicis, *ibid.* In quo collocetur a Chriſtianis, LXX. In quo a Mahometanis, LXXI. Demonſtratur carnalem voluptatem non eſſe finem hominis, *ibid.* Ut locanda ſit in viſione & amore Dei, LXXIV. In corpore impaſſibili defuturæ ſunt paſſiones animales, *ibid.* Cur cibi & potus facta mentio interdum, LXXV.

Ferdinandus nothus filius Alſonſi Regis Aragonum ex adultera poſtea Rex Neapolitanus petit ut regnum Neapolitanum judiciario illi jure tradatur, 1456. XLIII. Repulſam patitur, *ibid.* Relinquit illi Alfonſus teſtamento Neapolitanum regnum, cum ob impuros natales ad Eccleſiam Romanam jure eſſet devolutum, 1458. XXX. Prohibetur a Calliſto anathemate intentato, ne regios titulos ſibi arroget, XXXI. Provocat a Pontificia ſententia, & regios titulos invadit, XXXIV. Proceres Neapolitanos Capuæ ſibi obſtringit, XXXIV. Defenſæ ejus partes a Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi, *ibid.* Ipſi uti filio notho Alfonſi multi proceres parere detrectant, XXXIV. Alii Joannem Regem Aragonum, alii Renatum Andegavenſem ſalutant. *ibid.* Ejus aſſentatores indignas calumnias Calliſto imponunt, *ibid.* Refelluntur, *ibid.* Pium II. ſibi conciliat, 1458. XX. Dum utiliora pacta flagitant importune reſpondet Pius ni leges admittat regno caſiturum, *ibid.* Quas pactiones inierit cum Pio, XXI. Spondet ſe depulſurum ditione eccleſiaſtica Jacobum Piccininum, XXIV. Editum a Calliſto pro ea exauctorando decretum reſcinditur, XXVII. Juſſi Neapolitani a Pio illi obſequi, *ibid.* Indignantur Galli prælatum fuiſſe a Pio, XXVIII. Quid Pius reſponderit iis, *ibid.* Latinus Cardinalis Urſinus ad eum corona cingendum miſſus, *ibid.* Quibus legibus regnum illi collatum fuerit, XXX. *& ſeqq.* Regias literas de admiſſis legibus dat, XLIX. Plures principes ab eo ad Renatum deficiunt, LXXIX. Abalienat a ſe Joannem Antonium Principem Tarentinum, *ibid.* Pontificiis beneficiis non reſpondet arcemque Beneventanam retinet, LXXX. Joannem Ducem Lotharingiæ bello Genuæ implicat, LXXXI. Antonium Cantiliæ & Crotoni marchionem alioſque rebellantes ante Gallorum adventum opprimit, *ibid.* A Marzano Sueſſæ principe deſertus plures urbes amittit, *ibid.* Scanderbegus trajicere in Neapolitanum regnum ad ferendam illi opem meditatur, 1460. LX. Laudatum ejus conſilium a Pio, *ibid.* Plures proceres a Ferdinando ad Gallum deficiunt, LXII. Submiſſus a Pio II. auxiliaris exercitus ad Ferdinandum, LXII. Ferdinandus ad Sarnum fuſus fugatuſque, LXII. Paulatim vires colligit, *ib.* Monet illum Pius univerſarum copiarum certamen non ſubeundum cum Gallis, ſed eos velitationibus fatigandos, LXIII. Diſtracti ſunt Galli ne Ferdinandum inſequerentur atque, ut vires reficeret opportunitatem dedere, LXIV. Terracina ab eo ad Pontificis obſequium transfugit, LXV. Arcem retinet moneturque, ut eam reſtituat, LXVI. Ferdinandi copiæ a Terracinenſibus propulſatæ, LXVII. Additi illi animi nec Pontificem nec Mediolanenſem ducem illi defuturos, LXVIII. Suſceptarum Ferdinandi partium odio motus aliqui in ditione eccleſiaſtica concitati, *ibid.* & LXIX. Pulſis Genua Gallis Ferdinandi res erectæ, LXXIII. Pius II. vires ſuas pro tuendo Ferdinando conſumit, 1461. I. De conciliatis ſibi multis proceribus gratulatur, II. Pollicetur nunquam ſe illi defuturum, *ibid.* Antonius Piccolomineus cum exercitu ad illius auxilium ſubmiſſus, III. Mariam filiam illi Ferdinandus matrimonio jungit, *ibid.* Ad Ferdinandi obſequium Neapolitani proceres a Pio redire juſſi, IV. Percuſſi anathemate Ferdinandi hoſtes, V. Ludovicus XI. Francorum Rex Pio II. ſeptuaginta equitum peditumque millia ſpondet in Turcas ſi Ferdinando deſerto faveat Renato, 1462. VIII. Queritur de Pio quod auxiliarem exercitum ſubmiſerit contra Renatum, IX. Negat Pius II. revocare exercitum quem ſubmiſerat Ferdinando, *ibid.* Ferdinandus Joannem Andegavenſem una cum Piccinino ad Troiam maxima clade fundit, *ibid.* Antonium Urſinum Terenti principem

ad

ad ſuas partes traducit, IX. Nonnullos deinde adverſos caſus patitur, X. Adjutus a Pio II. & Duce Mediolanenſi Gallos proſternit, 1463. LXXVIII. Calanum Antonio Piccolomineo Pontificis nepoti tradit, LXXIX. Nicolaum Piccininum inanibus officiis ſibi conciliat, LXXX. Deinde mancipat carceri & trucidaſſe fertur miſerrime, ibid. Antonium principem Tarentinum ad ipſius obſequium reverſum laqueo præfocandum juſſiſſe creditur, ibid. Potitus ejus theſauro, ibid. De pace agit cum Renato Andegavenſi, 1464. LXIX. Aprutii partem offert Pontifici modo Venuſinum comitatum Renato tradat ex pacti concordia, ibid. Repudiata conditio a Paulo II. ibid. Pertentatur a Mahomete II. an Turcicis armis velit totius Italiæ imperium invadere, 1464. III. Admittit Turcicum oratorem, ibid. Octingenta aureorum millia in ſingulos annos illi oblata ſi bellum in Italia movere velit, ibid. De jungenda affinitate ſolicitatur, ibid. Conſulit Pontificem an miſſurus ſit oratorem ad Turcam, IV. Quid in ea re a Cardinale Beſſarione reſponſum, ibid. Vectigale aurum ſibi remitti poſcit, V. Ingratus illius in Eccleſiam animus, ibid. Repulſæ ejus preces a Paulo II. ex contracta cum duce Mediolanenſi affinitate inſoleſcit, ibid. Jacobum Piccininum violata fide data perimit, ib. Pacem admittit cum Venetis, ſed legem de ſtipendiis Coleoni in Turcas iterum ſuppeditandis reſpuit, 1468. XXI. Romanam Eccleſiam a qua firmatum in ſolio fuerat deprimere annititur, XXIX. Clientes Eccleſiæ ſocios appellat, ibid. Soranum comitatum eripit Eccleſiæ contra pacta, ibid. Arcem Tulphæ novæ Alfonſi filii opera intercipit, XXX. Ingratus ejus animus in Eccleſiam quæ pro eo firmando nongenta aureorum millia expenderat, ibid. Rogerionem comitem contra pacis leges opprimit, XXXI. Robertum Malateſtam rebellantem Pontifici in ſuam clientelam accipit, ibid. Sacramenta præſtita violat, ibid. Bis in Regnum ab Eccleſia reductus fuerat, ibid. Subſidiarias copias adverſus Paulum II. annitentem vindicare Ariminum a Roberti Malateſtæ tyrannide immittit, 1469. XXVI. Fundit ducum opera eccleſiaſticum exercitum, ibid. De Joanne Andegavenſi evocando ad evertendum regno Ferdinandum actum, XXVII. Temperatum ab eo conſilio ne Ferdinandus Mahometem ad excidium Italiæ evocaret, ibid. Audito Chalcidis excidio gerendi belli Turcici cupiditatem oſtendit, 1470. XX. Cur Mahometes Ferdinandum ſolicitarit de fœdere, XXXV. Mahometis amicitiam ut ſuſpectam ſpernit, ibid. Inter Catalanos & Genuenſes inducias conciliat, 1471. LXXXII. Remiſſum illi a Sixto IV. vectigal annuum, ibid. Dum copias in Turcas conjungeret, ibid. Affinitatem cum Sixto IV. affectat, ibid. Triremes vigintiquatuor claſſi pontificiæ conjungit, 1472. XLII. Poſcit a Sixto pendendi vectigalis onere liberari, LII. Quæ promiſerit Pontifici, ibid. Soranum comitatum connivente Sixto a ditione eccleſiaſtica divellit, LIII. Notham filiam Leonardo Sixti IV. nepoti matrimonio jungit, ibid. & LIV. Ingentia Sixti in eum beneficia, LV. & LVII. Ingratus in Eccleſiam ingentia præmia pro exiguis ſubſidiis poſcit 1474. XIV. Monitus officii a Jacobo Papienſi, ibid. In re Tiphernate prodit rem eccleſiaſticam, XVII. Jubileo anno adit limina Apoſtolorum, 1475. I. Lateranenſem & Vaticanam baſilicas intertextis auro periſtromatibus donat, ibid. Cypri regnum affectat, XXXII. Beatricem filiam Matthiæ Regi Hungariæ matrimonio jungit, 1476. VIII. Ad illam Sixtus coronam mittit qua apud Albam redimita eſt, ibid. Joanne Rege Amgonum affectante hereditaria jura in Neapolitanum regnum ejus filiam matrimonio ſibi jungit cum juribus dotalibus, 1476. II. Rodericus Borgia Cardinalis ad eam celebritatem ſacrandam miſſus, ibidem. Ejus filius Joannes creatus diaconus Cardinalis S. Hadriani, 1477. XII. Init armorum fœdus cum Sixto IV. adverſus Florentinos, 1478. XIII. Proſperum Adurnium armis juvat, ut excuſſo Mediolanenſis ducis jugo in libertatem reſtitueretur, XXXII. Joannis Galeatii ad Ferdinandum querulæ ea de re literæ, XXXIII. Alfonſum filium Calabriæ Ducem mittit in opem Pontificis adverſus Florentinos, 1479. XIX. Eos magno bello premit, ibid. Venientem ad ſe Laurentium Medicem excipit humaniter, ibid. Pacem cum eo init ſpreta Pontificis cauſa acceptoque annuo ſtipendio, ibid. Sixtum ad pacem admittendum adigit, ibid. Hydrunto a Turcis obſeſſo nulla mittit auxilia, 1480. XVII. Illud amittit, XVIII. Alfonſum filium Senenſi principatu potitum cum reliquæ Hetruriæ imminueret revocare cogitur, XVIII.

Ferdinandus Joannis Aragonum Regis filius poſtea Hiſpaniarum, Aſiticæ, utriuſque Siciliæ ac novi orbis Rex, cognomento Catholicus Petrum Luſitanum Cataloniæ invaſorem fundit, 1465. VIII. Cervetam recipit, ibid. Trinacriæ Rex a patre renuntiatur, XXXIV. Varia cum Joanne Andegavenſi prælia in Catalonia gerit, ibid. Iſabellæ Caſtellæ hæredis renuntiatæ nuptias exambit, ibid. Illi nubit nondum ſolutis canonicis legibus, 1472. XXVI. A Sixto IV. anathemate & legibus ſolvitur, ibid. Agnoſcitur unqriu jure hæres regnorum Caſtellæ, ibid. Certat cum Alfonſo Luſitano Rege de Caſtellæ regno, 1475. XIV. Detrectat cum illo partiri Iſabella uxor Caſtellani regni apices, XVII. Qua lege lis fuerit compoſita, ibid. Cum Iſabella defert Sixto IV. obſequia, ibid. Alfonſum pluribus præliis atterit, XVIII. Caſtellæ & Legionis regna ſibi comparat, 1476. XIII. Hereditaria jura in regnum Neapolitanum contendit, 1477. II. Cum Rege Granatenſi potitus Hiſpali triennales inducias init, 1477. VIII. Latius in Caſtellam imperium profert, ibid. Patri Joanni Regi Aragonum excepto Navarræ regno ſuccedit, 1479. XX. Ad reprimendos Turcarum conatus ſe comparat, ibid. Propoſitæ ejus ſigna ſequuturis indulgentiæ, ibid. Juſte metuebat ne Mahometes Siciliam occuparet, ibid. Inductam a Petro de Oſma Lutheri præcurſore hæreſim extinguit, XXXII. Joanna Caſtellana profitente ſolemni ritu Clariſſarum inſtitutum regna Caſtellæ & Legionis ſibi aſſerit, 1480. LXV.

Feretranus comitatus captis nocte una cum Burgundionibus præſidiariis repetitus a Sigiſmundo, 1475. IV.

Feria VI. hebdomadis Sanctæ: In ea Spina dominicæ coronæ repente nitidos flores in meridie producere ſolita, 1457. LXXXIX.

Ferrieus e Cluniaco Epiſcopus Tornacenſis creatus Cardinalis tit. Sancti Clementis, 1480. XLIII.

Feſti dies non profanandi conviviis, & tripudiis, 1455. LI.

Feſtum Viſitationis B. Virginis inſtauratum a Sixto IV. 1475. XXXV.

Fides: Senſit Mahometes quemque in ſua fide ſervari poſſe, 1461. LIV. Sine Chriſti fide nemini ſalus patet, ibid. Fides amplificata inter Canarienſes, 1476. II. Et inter Ghineenſes ſive occiduos Æthiopas, XXIII. Miraculis comprobata, 1476. XVIII. & XX.

Filius Dei: Spiritus Sanctus, cur dicatur Spiritus Filii, 1463. LXII. Cur dicatur Spiri-

tus

tus Sanctus mitti a Filio, *ibid.* Licet dicatur Spiritum Sanctum procedere a Patre; non negatur tamen quin a Filio, LXIII.
Florentini promiſſum Gallis ſtipendium octuaginta millium aureorum adverſus Ferdinandum pendere denegant, 1460. LXXII. Florentinorum in Venetos inſignis & perfida invidia, 1463. XXV. Pacem admittunt cum Venetis, ſed legem de ſtipendiis Coleoni in Turcas ituro pendendis reſpuunt, 1468. XXI. A conjuratis & hoſtibus Mediceorum Juliano occiſo & Laurentio ſauciato fruſtra ad libertatem vocati, 1478. II. Conjuratos gravioribus ſuppliciis afficiunt, *ibid.* Eccleſiaſticam dignitatem nimia vindictæ ſtudio violant, IV. Percelluntur anathemate a Sixto IV. V. *& ſeq.* Dimittunt Riarium Cardinalem, XI. Plures Italiæ principes ac Ludovicus Francorum Rex cauſam Florentinorum tuentur adverſus Sixtum, XIII. Adverſus Florentinos Ferdinandus Rex Neapolitanus ac Senenſes Pontifici favent, XIV. Plures Reges de pace Florentinis a Sixto danda agunt, XXIX. Creantur concordiæ arbitri Francorum & Angliæ Reges, *ibid.* Compromiſſum a Florentinis violatum, *ibid.* Peruſium ab iis pertentatum, *ibid.* Nonnulla Senenſium loca capiunt, *ibid.* Pro conciliandis iis Pontifici miſſæ ad Sixtum plures legationes a variis Regibus, 1479. VIII. Concordiæ non initæ rei convincuntur Sixti apologeticis literis, *ibid.* & IX. Ut pacem ſpreverint, XIV. Tentarint Peruſium, *ibid.* Propulſati, agrum Peruſinum vaſtarint, *ibid.* Senenſium agros diripuerint, *ibid.* Novis cenſuris ob pertinaciam devincti, XV. Ni reſipiſcant graviores iis pœnæ intentatæ, XVI. Ut Peruſia ejuſque e territorio propulſati fugatique fuerint a Pontificis & Ferdinandi Regis exercitu, XVIII. Ereptæ iis plures arces, XIX. In extremum diſcrimen adducti Ferdinandum Regem Neapolitanum promiſſo annuo vectigali ſibi conciliant opera Laurentii Medicei, *ibid.* Ita Sixtum ad pacem adigunt, *ibid.* Mittunt oratores ad eum pro expiando violatæ dignitatis eccleſiaſticæ crimine, *ibidem*, & 1480. XXXIX. Pontificis ad eos reſponſum, XL. In limine Eccleſiæ a Sacerdotibus virgis oratorum humeri percuſſi, *ibid.* Quæ polliciti ſint ſacramento, XLI.
Florinus Zaffi comes a Carola Regina Cypri mittitur ad Mahometem II. pro implorandis auxiliis contra Jacobum fratrem ſpurium, 1462. XXXIX. Cum negaret fidem Chriſti prodere medius ſectus eſt Conſtantinopoli, *ibid.*
Fœtor: Ex cadaverum fœtore corruptus aer, 1456. LVI.
Foyanenſes immaniſſime decertant cum Lucimanenſibus, 1473. XV. Divino prodigio conciliati, XVII.
Franchi Chriſtiani Perſidem & Georgiam incolentes ex Francorum, qui orientem domuerant, reliquiis ſati, 1457. LXVIII. Calliſti III. literæ ad illos datæ, *ibid.*
Franciſcus Foſcarus dux Venetorum pacem conficit cum Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi, 1454. VII. Ad præbenda auxilia in Turcas ſollicitatus, 1456. XLIV.
Franciſcus Sfortia authore Simoneta Auguſtiniano pacem redintegrat cum Venetis, 1454. VI. Quibus legibus, VII. Pacem init cum Venetis, & Alfonſo Rege, ac Florentinis, ac Pontifice adverſus omnes Italiam infeſtaturos, 1455. III. Pollicetur copias in Turcas ſi jus beneficiarium ipſi Cæſar contulerit, 1457. VI. Sollicitat Fridericum Calliſtus, ut illud ei conferat, *ibid.* Alfonſi Regis filii nothi ad invadendum regnum Neapolitanum clientelam ſuſcipit, 1458. XXXIV. Illius de apparatu pro Turca invadendo ſententia, 1459. LXIV. Joannem Renati filium Genuæ bello detinet, LXXXI. Ferdinando adverſum Gallos favet, 1460. LXVIII. Proſperum Adornum viribus inſtruit ejuſque ope pulſis Gallis Genuenſes in libertatem vindicati, LXXXIII. Sollicitatus a Pio II. ut bellum inferat Sigiſmundo Auſtriaco, 1461. XII. Negat Fridericus Franciſco Sfortiæ conferre diplomate jura ducatus Mediolanenſis, XII. Pius interpretem agit, ut ea conferantur ipſi ne jura imperii exoleſcant, *ibid.* Sollicitat Pium II. ne ineat inducias in Regno Neapolitano cum Gallis, 1462. X. Quid ipſi a Pio reſponſum, *ibid.* Sollicitatus a Pio ut bellum ſacrum in Turcas ſuſcipiat, 1463. XLII. Illius ad Pium reſponſum, *ibid.* Corruptus delitiis ſacra conſilia deſerit, XLVII. Monitus a Pio II. ut cruceſignatorum immunitati conſulat, 1464. II. Saona illi a Ludovico II. Francorum Rege tradita & condonata Liguriæ jura, 1464. LXXI. Genuam ſibi ſubjicit, *ibid.* Affinitatem contrahit cum Ferdinando Rege Neapolitano, 1465. V. Subſidiarias copias Ludovico XI. ſubmittit, *ibidem*. Suggerit Ludovico ſalubre conſilium, ut conjuratos ab invicem divellat, XIII. Mediolanenſem ducatum, Liguriam & Corſicam ſibi armis & arte peperit, VIII. Reſpuit eccleſiaſtici exercitus imperium adverſus Turcas ſuſcipere & vitam conſecrare Chriſto, *ibid.* Intentatæ illi a Pio II. minæ non irritæ, *ibid.* Sine ſacramentorum uſu miſerrime extinctus, *ibid.* Succedit illi Galeatius filius, *ibid.*
Franciſcus Philelphus Rhetor quingentis aureis donatus a Nicolao V. 1455. XVI. Illius literæ ad ducem Venetum de Turcarum viribus belloque in eos gerendo, 1464. XIV. *& ſeq.* Pium II. defunctum carpere auſus quem vivum laudarat, XLV. A duce Mediolani meritis conjectus in carcerem, *ibid.* Ejus ad Sixtum IV. literæ de conjungendis mutuo fœdere adverſus Turcas Italiæ principibus, 1472. XLV.
S. Franciſcus ut Sixtum IV. puerum curaverit, 1471. LXVII. Sixtus ſe illius meritis evectum ad Pontificatum profitetur, 1479. XXXIV.
Franciſcus dux Britanniæ oratores mittit ad Pium II. pro deferendo illi obſequio, 1459. LXVI. Conjurat in Ludovicum cum aliis proceribus, 1465. XII. Cum Carolo Britanniæ, & Carolo Burgundiæ ducibus conjurat in Ludovicum XI. 1472. XII. Eo extincto pacem redintegrat cum Ludovico, *ibid.* Virginis cultor eximius obtinet a Sixto IV. indulgentias roſarium recitantis, 1479. LX.
Franciſcus Piccolomineus in pontificato dictus Pius III. Pii II. ex ſorore nepos creatus Cardinalis 1460. XXVII. Narniam miſſus a Pio cum duobus Cardinalibus ad ſacrum caput S. Andreæ Apoſtoli transferendum, 1462. I. In Germaniam a Paulo II. legatus decernitur, 1471. IV. Ejus in Germaniam itinera, V. Data illi imperia, ut in Ratiſponenſibus conventibus expeditionem in Turcas indicendam curet, VI. Illius ad principes oratio parænetica, VIII. Reſiſtit Cæſari, ut non levis, ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur in Turcas, X. Caſimirum Poloniæ Regem Cracoviæ adit pro ſedanda Regni Bohemici controverſia, XL.
Franciſcus Epiſcopus Interamnenſis in Angliam miſſus pro fœdere inter Gallos & Anglos contra Turcas pangendo, 1460. CVI. Repulſus ab Henrico Richardum Eboracenſem ducem effert, *ibid.* Richardi jura exponit Pio II. CVII. Juſſus cœptis inſiſtere, *ibid.* Cardinalitiæ dignitatis oſtentatæ ſpes, *ibid.* Converſis rebus non præmio, ſed pœna digniſſimus viſus, CVIII. E Legatione revocatur a Pio ſubrogato in ejus locum Joanne Epiſcopo A-
tre-

trebatenſi, 1461. CXXXIII. Præcipuus evertendi Henrici author extitit, *ibid.* & 1462. XLIX. Conjicitur a Pontifice in carcerem, *ibid.* Vexillum Eccleſiæ in Regem Henricum extulerat, *ibid.* Cenſuras in ejus clientes tulerat, *ibid.* Exauthoratur Epiſcopatu, L. Monaſterio addicitur, *ibid.*

Franciſcus Gonzaga Mantuani principis filius creatur diaconus Cardinalis S. Mariæ novæ a Pio II. 1461. CXXI. Pontificem in Turcica expeditione ſequi decernit, 1463. XLIV.

Franciſcus de Ruvere Saonenſis ordinis Minorum ſupremus miniſter dictus in pontificatu Sixtus IV. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, 1467. XVI. Prænuntiatus illi fertur pontificatus a Paulo II. 1471. LXV. Creatur Pontifex, LXVIII. Aliæ ejus primitiæ, *Vid.* Sixtus IV.

S. Franciſcus de Paula: Minimorum ordo ab eo conditus confirmatus a Sixto IV. 1474. XXVI. A parentibus Deo ſacratus eſt, *ib.* Ædiculam extruit, XXVII. Jubetur divinitus majorem excitare, *ibid.* Humanitate fuit ſingulari, XXVIII. Ignem ſæpius nudis pedibus calcavit illæſus, *ibid.* Acerbiorem vitam duxit, XXIX. Plures divinitus ſanat, *ibid.* Paulus II. de ejus miraculis inquirit, XXX. Mittit ad eum cubicularium, *ibid.*

Franciſcus Salviatus Piſanus Archiepiſcopus plura a Laurentio Mediceo paſſus ne Archiepiſcopatum iniret, 1478. IX. Ejuſdem authoritas conculcata, *ibid.* Præfocatus laqueo a magiſtratibus Florentinis, IX. Deprehenſus fuerat in execrando ſcelere, cum ſacrilegii horrendi particeps magiſtratus Florentinos trucidare meditaretur, XIV. Creditus a pluribus jure necatus, qui aras cruentare auſus fuerat, 1479. XI. Addictus inde in odium Sixtus IV. qui ejus necem vindicare vellet, *ibid.*

Franciſcus Gaſtonis Fuxi comitis & Eleonoræ filius in Regno Navarræ ſuccedit, 1479. XX.

Fraticelli: Plures ex iis comprehenſi hæreſim ejurant, 1467. XV.

Fridericus III. Rex Romanorum Francofurtenſes cœtus indicit, 1454. II. In iis decernit terreſtrem navalemque exercitum pro recuperanda Conſtantinopoli, IV. Evanuere generoſa ejuſmodi conſilia, *ibid.* Novos conventus pro decernendo Turcico bello in nova civitate celebrat, 1455. I. Solicitatus a Calliſto, ut Germaniæ vires cum Bohemicis, & Hungaricis jungat in Turcas, 1456. XVI. Joannes Epiſcopus Papienſis eum hortari juſſus, XVII. Poſthabita re Chriſtiana privatas gerit inimicitias cum Ladiſlao Hungariæ Rege, *ibid.* Intentatum illi & Ladiſlao anathema, ni poſitis odiis arma in Turcas vertant, XL. Solicitatur, ut Franciſco Sfortiæ duci Mediolanenſi jus fiduciarium conferat, 1457. VI. Cum Ladiſlao Hungariæ Rege bellum gerit, VIII. In diſcrimen vitæ adducitur, IX. Rurſus admonitus, ut arma vertat in Turcas, *ibid.* Datæ a Calliſto ad eum literæ de iniquis Germanorum querelis, XL. Eo inconſulto coitiones inſanæ a Germanis factæ, XLII. B. Jacobus Picens in diſſolvendis dare operam juſſus, *ibid.* Fridericus pontificiæ ſedi conjunctiſſimus, XLVI. Vocatus a Pio II. ad Mantuanos conventus pro decernendo bello in Turcas, 1458. VI. Inertem ſe gerit, VII. Monitus, ut pontificium exemplum ſequatur, *ibid.* Cavillis non attendum ubi Chriſti res geritur, *ibid.* Friderici ad ſeptemviros literæ, ut Mantuam accedant, VIII. Habuit a ſecretis Æneam Sylvium dictum in Pontificatu Pium II. 1458. IX. A ſeditioſis Hungariæ regnum illi offertur, XIV. Conſulit Pium II. quid ſit acturus illique reſpondetur ne litem ſuſcipiat, *ibid.* Alii Hungarorum diſſenſiones, *ibid.* Admonitus ne Matthiam ad jungendum cum Turca fœdus adigat, XV. Reſponſum Frederico controverſiæ de Regni Hungarici jure dirimenda poteſtatem ſpectare ad Pontificem, XVII. Germaniæ vires in Hungariam effundit, *ibid.* Enixius ſtringendum in Turcas ad eum mittit Pius, XLIV. In Hungaros male convertit, *ibid.* Dum laceſſit Hungaros a Germanis inſultatur, LIV. Hungari in Mantuano conventu de illato ab eo bello conqueſti, LXIV. Promiſſo a Germanis quadraginta duorum millium bellatorum exercitu illius generale imperium Frederico delatum, LXX. Varius conventus pro bello Turcico in Germania indicit, LXXII. Beſſario & Carvajal Cardinales operam pro pace inter Fridericum & Matthiam conciliandа conjungere juſſi, 1460. XIX. Friderico ſupremum cruceſignati exercitus decretum imperium, XX. Si detrectet labores caſtrenſes alium ſufficiat, *ibid.* Rex Bohemiæ Georgius inter illum & Matthiam interpretem concordiæ ficte agit, 1460. LXXVI. Indicti ea de cauſa publici conventus, *ibid.* Queritur Carvajalem Cardinalem favere Matthiæ, LXXVIII. Molitur Georgius illum deiicere ex imperio, LXXXI. Ut inutilis imperii temnitur Fridericus, *ibid.* Auſtria & Moravia a Friderico ad Georgium deficiunt, LXXXII. Friderici clientelam adverſus Georgium Pius excipit, LXXXIII. Fridericus Marchio Brandeburgenſis Germanos abducit ne Friderico imperium auferant, *ibid.* Principes convocat pro ducenda in Turcas expeditione, LXXXV. Decreta Mantuana in opus provocare enititur, LXXXVII. Monitus, ut cum implicitus ſit domeſticis diſſenſionibus Fridericum palatinum proficiat, LXXXIX. Monitus iterum, ut inducias cum Matthia Hungariæ Rege contrahat, XC. Ferente in Sigiſmundum Auſtriacum ſententiam Pontifice profitetur nolle juris ordini obſiſtere, 1461. XI. Reſpondet Pius ita in Sigiſmundum actum iri, ut domus Auſtriacæ conſultum ſit, XII. In Fridericum conjurat Sigiſmundus, *ibid.* Urget Fridericum Pius, ut Franciſco Sfortiæ ducatus Mediolanenſis jura diplomate conferat, quæ tenet armis, *ibid.* Inſectantibus Sigiſmundum Helvetiis pro eo deprecatorem agit, XIII. Reſponſum illi non dandam Sigiſmundo pacem niſi ſe Eccleſiæ ſubmiſerit, *ibid.* Pacis colloquia cum Matthia Hungariæ Rege redintegrat, XIV. Apoſtolica clientela periclitanti permiſſa, *ibid.* Admonitus, ut publicis cœtibus interſit, *ib.* Bello iniquo appetitur a Ludovico Bavariæ duce, XV. Multæ in Fridericum a Germanis coitiones factæ, *ibid.* Susceptæ Friderici partes ab Alberto Marchione Brandeburgenſi, *ibid.* Retardat Pium II. ne judiciarium ordinem urgeat in Georgium Regem Bohemiæ hæreticum, 1464. XXXIII. Inde catholici oppreſſi a tyranno, *ibid.* Ad legati pedes flexis genibus procidit, ut Sigiſmundum fratrem conciliet Eccleſiæ, XXXV. Admiſſæ ejus preces & pœnitenti Sigiſmundo venia data, *ibid.* Poſt Matthiam creatus fuerat Rex a diſſentientibus proceribus, 1463. II. Pacem cum Matthia componit, *ibid.* Coronam ſacram Matthiæ reddere ſpondet, III. Octoginta aureorum millia promiſſa Friderico, *ibid.* Permiſſæ illi nonnullæ urbes, *ibid.* Permiſſus Hungariæ Regis titulus, IV. In filium Matthiam cooptat, *ibid.* Promittit illi ſuppetias contra Turcas, *ibid.* Si Matthias prolem non ſuſceperit regnum ad Fridericum devolvendum conſtitutum, *ibid.* Friderici ſocii comprehenſi fœdere, V. Exortis novis difficultatibus concordiam redintegrat, VI. Fride-

Digitized by Google

derici de ea re literæ, *ibid.* Juſſus Matthias Fridericum patrem ſuum & Regem appellare, VIII. Obſidetur a fratre Alberto & Viennenſibus, XI. Cogitur turpiter ad deditionem, *ibid.* Ejus patrocinium arreptum a Pio hoſteſque cenſuris percuſſi, *ibid.* De conjungendo ſibi Burgundo agit, 1463. XCI. & *ſeq.* Georgius Rex Bohemiæ ne expugnaretur periclitanti opem tulit ita ut non periret, 1463. C. Deprecanti pro Georgio reſpondet Pius Georgium Regem eſſe non poſſe poſt ſuſceptam hæreſim, CI. Monet Georgium, ut reſipiſcat ab hæreſi, *ib.* Monitus, ut Bohemos Georgio parere vetet, 1467. VII. Litem movet ſpectare ad Cæſarem non ad Pontificem jus tradendi ſceptri Bohemici, XIII. Norembergenſes conventus celebrat, 1468. I. Quinquennalem pacem Germanis imperat pro educendo in Turcas exercitu, *ibid.* Monet Georgium regni Bohemici jus ob illius hæreſim ad imperium devolutum, IV. Ab eo bello petitur *ibid.* Paciſcitur cum Matthia Rege Hungariæ, ut Bohemiam occupet, ſed Hungariæ & Bohemiæ regna nullis ſuſceptis liberis ad ſtirpem Auſtriacam devolutum iri, X. In Urbem venit ad Paulum II. 1468. XLII. Quibus affectus honoribus, *ibid.* Pedem & manum & faciem Pontificis deoſculatur, XLIII. Enſe ſacro ritu luſtrato donatur, XLV. Precum formula pro ipſo numini porrecta, XLIV. Sacramentum ſumit ſub ſola panis ſpecie & eut, *ibid.* De bello Turcis & Huſſitis inferendo agit, XLVI. Inſtat, ut concilium ea de cauſa celebretur Conſtantiæ, *ibid.* Neganti Paulo iterum iterumque concilii neceſſitatem exponit, XLVII. Quid ipſi reſponſum a Paulo, *ibid.* Qui honores in ſacello pontificio ipſi exhibiti, XLVIII. Quo ritu equitem S. Georgii creaverit præſente Pontifice, 1469. I. Aſcenſum equum Pontifici ſtapedem tenet, III. Quo pompæ ordine cum Pontifice in Vaticanum reverſus ſit, III. Ante ipſum armiger nudum enſem præferens anteibat, IV. Centum nobiles Germanos ad pontem molis Hadrianæ creat, *ibid.* Ex urbe diſcedit, V. Ornatus muneribus a Pontifice, *ibid.* Ob ejus preces ordo militaris S. Georgii confirmatus, VI. Viennenſis academia ab eodem condita, VII. In ejus terras Victorinus Georgii Bohemiæ tyranni filius incurrit, IX. Dum in Italia ageret civiles motus duce Baumkirchem in Auſtria excitati, 1470. I. Queritur apud Polonum Matthiam Regem eos foviſſe, *ibid.* Monet ut caveat ab homine vafro, *ibid.* De affinitate cum Caſimiro jungenda agit, *ib.* Pro Bohemia & Hungaria liberis ejus comparandis agit, *ibid.* Repulſus quod in iis literis Hungariæ Regem ſe diceret, *ibid.* Inſtaurat fœdus cum Matthia Rege, X. Incuſſæ Auſtriacis in eum rebellantibus cenſuræ, *ibid.* Inter eum & Hungariæ Regem Paulus II. concordiæ interpretem agit, 1471. I. Significat ipſi confectam pacem Italicam, II. Ratiſponenſes conventus pro eliciendo contra Turcas auxilio decernit, III. Poſcit legatum apoſtolicum ad eos mitti, *ibid.* Illius in conventu Ratiſponenſi oratio, VII. Principes ſe illi non defuturos ſpondent, VIII. Ob nimiam puſillanimitatem erepta priora diſturbat, X. Obnititur illi legatus, ut non levis ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur, *ibid.* Præſentibus occurrere vult Fridericus, futura non præcavet, *ibid.* Sententiam in pejus mutat, *ibid.* Eo torpente decreta ſuo carent cattu, XIV. Miſſo oratore poſt Georgii mortem Matthiæ jura regni Bohemiæ aſſerit, XXXII. Sixto IV. indicente Lateranenſe concilium pro expeditione educenda in Turcas litem movet de loco, LXXVI. Ancona vel Mantua illi propoſitæ, *ibid.* Sixti IV. ad eum literæ, ut cum Polono & Hungaro jungat fœdus in Turcas, 1472. XXVIII. Commendatus illi Marcus Cardinalis legatus, *ibid.* Turcis e Boſna in Carinthiam Stiriamque incurrentibus non audet in eos ferrum ſtringere, 1473. X. Treveris colloquium celebrat cum Carolo Burgundiæ duce, *ibid.* De regio nomine illi conferendo agit modo filiam Maximiliano jungat, *ibid.* Paratis omnibus a promiſſis deficit, XI. Pertimuit ne Burgundus poſtea imperium affectaret, XII. Sollicitatur a Sixto, ut in re Bohemica Matthiæ faveat, XIII. Expoſitum illi a Matthia fuiſſe defenſum contra Victorinum, *ibid.* Nuſſia a Carolo Burgundiæ duce obſeſſa Germaniam adverſus eum concitat, 1474. IV. Carolus Burgundus eripere illi imperium publice affectat, 1475. II. Miſſus a Pontifice internuntius pro conciliandа inter utrumque pace, III. Cum Ludovico Francorum Rege adverſus Burgundum fœdus init, IV. Ad liberandam obſidione Nuſſiam exercitum educit, V. Cum Burgundo interprete internuntio apoſtolico pacem init, *ibid.* Lotharingiæ ducis mentione præterita dum Nanceium obſideretur fœdus inſtaurat, X. Illius leges in propria commoda vertit, *ibid.* Turcis in Salisburgenſem & Bambergenſem Epiſcopatus nec non in Stiriam, Carinthiam & Carniolam incurrentibus otio torpet, 1476. VII. & *ſeq.* Cum Carolo Burgundiæ duce paciſcitur de conferendo illi inſigni regio & Maximiliano tradenda Caroli filia, 1476. XI. Carolo extincto Maximilianum illi connubio jungit, 1477. IV. Hungariam affectat, VI. Jus regni Bohemici Wladiſlao Polono Viennam venienti confert, VI. A Matthia graviſſimo bello petitur, *ib.* Cincta obſidione Vienna decertandi cum Matthia illi animus deeſt, *ibid.* Abrogatis geſtis cum Rege Wladiſlao iterum Matthiam jure regni Bohemici induit, *ibid.* De prætenſo in Hungariam jure decedit, *ibid.* Ingentem vim auri pro recuperandis amiſſis urbibus recipit, *ibid.* Ob ejus ardentes preces Georgius Helget creatus Cardinalis tit. S. Viti & Marcelli, 1477. XIII. Rogat Sixtum, ut pacem det Florentinis ob Turcici belli terrorem, 1478. XXIX. Jurgia contrahit cum Matthia Hungariæ Rege, ſed ob communia damna a Turcis accepta init cum eo inducias, 1479. XXV. Sollicitatur a Matthia ut Germanicas vires in Turcas vertat, XXVI. Deeſt officio ac ſimultatem non cum Mahomete, ſed cum Matthia gerit, XXIX. Abnuit pactam Matthiæ vim auri pendere, *ibid.* In Hungaria bellum concitat, *ibid.* Matthiam a Turcico bello quod ſtrenue gerebat divertit, *ibid.* Illum in ſe concitat adeo ut Hungariam amittere non curaret, modo Auſtriam Friderico eriperet, *ibid.* Infeliciſſime bellum cum Matthia agit, XVI. Graves de illo Matthiæ querelæ, *ibid.* Petri Aubuſſonii Rhodiorum principis ad eum literæ de Turcis divinitus propulſatis, 1480. II. & *ſeq.*

Fridericus Palatinus pacem Norimbergenſem reſpuit, 1479. LVII. Defertur illi generale Cruceſignati in Turcas exercitus imperium, 1460. LXXXIX. Illud detrectat admittere, XC. Adhæret Diethero exauctorato, 1462. XXVI. Excurrentes in Palatinatum fugat, *ibid.* Acceptis a Diethero exauctorato nonnullis oppidis in Adolphum Moguntinum conjurat, 1462. XXVI. Appetitur bello hoſteſque profligat, *ib.* Multos proceres capit, *ibid.* Percellitur anathemate ob Dietherum armis adjutum, 1463. LXXXV. Fœdus cum Diethero initum excuſat, XCII. Pii II. ad eum reſponſum, *ibid.* Burgundiæ dux in eum concitatus, XCIII.

Fridericus Urbini dux Sigiſmundum Malateſtam magna clade fundit, 1462. VII. Nicolaum

Vi-

Vitellium tyrannum conciliat Pontifici, 1474. XVII. Filiam Joanni Sixti IV. nepoti matrimonio jungit, *ibid.* Ducalibus apicibus inſignitur, XXI. Solemni pompe deducitur, *ibidem.*
Fridericus Faretrenus pontificii exercitus dux Florentinos graviter atterit, 1479. XIX.
Futura contingentia: Aſſerens propoſitiones de futuris contingentibus nec veras, nec falſas, damnatus, 1473. XXV.

G

GAbriel Veroneaſir Minorita ex Bohemia reverſus detegit Calliſto Georgii Bohemiæ Regis hypocriſim, 1458. XXVIII. Creatus fidei cenſor in Bohemia adverſus Wicleffiſtas, 1467. VIII.
Gabriel Rangonus creatus Cardinalis tit. SS. Sergii & Bacchi, 1477. X.
Gades impetu expugnatæ ab Henrico Caſtellæ Rege, 1462. XLIV.
Galeatius dux Mediolanenſis a patre Franciſco Sfortia miſſus ſubſidio Ludovico XI. Regi Gallorum, 1465. XII. Audita patris morte a Gallus ſimulato cultu redit, IX. Paratas a Sabaudis procetibus inſidias eludit, *ibid.* Superbos & tyrannos dignos mores induit, X. Eccleſiaſticas opes invadit, *ibid.* Adverſus Renatum Regem ejuſque Provinciæ comitatum cum Joanne Aragonum Rege fœdus init, 1466. XIX. Claſſem Genuæ inſtruit adverſus Barcinonenſes, *ibid.* Coſmæ Medicis opera ducatum ſibi aſſeruit contra Venetos, 1467. XVII. Pacem cum Venetis admittit, ſed legem de ſtipendiis Colleoni in Turcas iture ſubminiſtrandis reſpuit, 1468. XXI. Ludovicum Regem Francorum a quo Genuæ & Saonæ ſupremum jus acceperat ſocium in fœdere Italico comprehendit, XXVII. Fraudibus pacem Italicam turbare niſus, XXVIII. Corregit principes bello petit, 1470. XXXIX. Monetur a Paulo II. ne quid novet, *ibid.* Bello in Turcas gerendo operam navet, *ibid.* Init fœdus cum aliis principibus pro tuenda contra Turcas Italia, XLI. Caroli ducis Burgundiæ clade audita illum deſerit, quem metu colebat, 1476. XII. Tyrannidis odio trucidatur, XV. Mira interfectoris ejus pertinacia, *ibid.* Poſt ejus mortem ſequuti tumultus graviſſimi, 1477. I. Joannes Galeatio ipſi ſuccedit, *ibid.*
Galeottus Manfredus Faventiæ princeps ob rebellionem a Sixto IV. anathemate percuſſus, 1479. XVII.
Garcias Mariquez Caſtanedæ comes domare Giennenſes juſſus, 1457. LXXI. A Mauris circumventus inſidiis, & captus, *ibid.* Plurimo redemptus auro, *ibid.*
Gaſto Fuxi comes ad Navarræ regnum aſpirat, 1465. VIII. Calagurrim expugnat, *ibid.* Alfarum invadit, *ibid.* Henricum & Alfonſum diſſentientes poſtulat de fœdere, 1466. XIX. Quid illi ab Henrico reſponſum, *ibid.* Alfaro propulſatur, *ibid.* Cæſum ejus præſidium a Calagurritanis, *ibid.* A Joanne Rege Navarræ ob affectatum ante tempus Navarræ ſceptrum perduellis pronuntiatur, *ibid.* Partem regni Navarræ aſſequitur, 1472. XXV. Ad Leonoram ejus uxorem extincto Carolo principe jura hæreditaria erant devoluta, *ibid.* Cum Joanne Aragonum Rege ſocero pacem ea lege init, ut dum vixerit Joannes adminiſtrationem regni illius nomine gerat, *ibid.* Dum Navarram adit in ipſo felicitatis culmine moritur, *ibid.*
Genua, Genuenſes ad Caffam tuendam adverſus Turcas & Tartaros excitati, 1455. XII. Diſſidiis urgentur, XXXIV. Auget illa Alfonſus Rex Aragonum, XXXV. Ab eo petitur bello, XXXV. Irritati bello ab Alfonſo Aragonum Rege, 1457. LXIII. Urgentur a Calliſto, ut pacem conficiant, *ibid.* Morem gerunt Pontifici, armaque in Turcas vertere parant, LXIV. Invaduntur ab Alfonſo Rege, *ibid.* Sollicitant in eum Gallos, *ibid.* Genuæ imperium Carolo VII. Gallorum Regi deferunt, 1458. XXIX. Illius adminiſtrationi Joannes dux Renati Regis filius præficitur, *ibid.* Terra marique obſeſſa Genua, *ibid.* Extincto Alfonſo Rege ſoluta fuit obſidio, *ibid.* Genuenſes Pii II. conſilio pulſis Gallis ſe in libertatem aſſerunt, 1460. LXX. Renatum Regem in portum irrumpentem propulſant, *ibid.* Proſperum Adurnum ſibi præficiunt ac ſeditionibus laborant, *ibid.* Gallicum jugum excutiunt, 1460. LXXII. Renatum Regem a portu propulſant, LXXIII. Gallos magna cæde ſternunt, *ibid.* Proſperum Adurnum creant ducem, *ibid.* Prohibentur a Mahomete ne Caffæ auxilia maritima ferant, 1461. XXVIII. Tentant terreſtria ſubmittere, *ibid.* Laborant graviſſimis diſſidiis, XXIX. Paulum Fregoſium Archiepiſcopum Genuæ creant ducem, *ibid.* & 1462. LI. Eundem in tyrannum verſum e principatu & urbe ejiciunt, *ibid.* Sollicitati a Pio, ut Chium muniant, 1463. LVII. Civilibus diſcordiis laborant, *ibid.* In Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſis poteſtatem decidunt, 1464. LXX. Famaguſtam amittunt, LXXI. Caffa expugnata cladem maximam a Mahomete accipiunt, 1475. XXII. Mediolanenſis ducis jugum excutiunt, 1478. XXXII. Graviſſimis diſſenſionibus recuperata libertate laborant, *ibid.* Ad eos conciliandos inter ſe Joannes Baptiſta Sabellus Cardinalis miſſus, 1480. XXXI.
Georgiani: Eorum mores & ritus, 1460. CIII.
S. Georgii militia a Friderico II. inſtituta, 1468. V. Confirmatæ ejus leges a Paulo II. VI.
Georgius Serviæ deſpota cæſa divinitus in fuga quadraginta octo Turcarum millia B. Joanni Capiſtranenſi ſignificat, 1456. XXXVI.
Georgius Podiebratius Rex Bohemiæ pro Ladiſlao Bohemiæ Rege procuratorem agit, 1456. LXIX. Rogatus a Calliſto, ut mittat Joannem Rokyzanam pro componendis religionis controverſiis, *ibid.* Suſtuliſſe veneno creditur Ladiſlaum Regem, XVI. Partim blandiens partim minis in Bohemiæ regem ſe eligi curat, 1458. XX. Illi favit Rokyzana, *ibid.* Pietatem ſimulat, XXI. Epiſcopi non audent illi, utpote hæretico regia inſignia conferre, XXI. Ex Hungaria Matthiæ opera Epiſcopos acceſſit, XXII. Conſueta ſacramenta de fide catholica tuenda nuncupat, *ibid.* Matthiæ Hungariæ Regis de eo literæ, XXIII. Sacramenti a Georgio nuncupati formula, XXIV. Damnat omnes hæreſes, *ibid.* Calliſto & ſucceſſoribus Pontificibus ſacramento fidem obſtringit, XXV. Hoc clanculum concipere ait ne Huſſitas a ſe abalienet, & catholicis illudit, XXVI. Ab epiſcopis ſolemni ritu corona redimitus, *ibid.* Plures provinciæ illi ut hæretico parere detrectant, *ibid.* Brunna & Olomuca ſpecie religionis illi ſubjectæ, XXVI. Plenis officiorum literis Romanam Eccleſiam deludit, XXVII. Literas elicit, quibus Bohemi ipſi, ut catholico parere juſſi, XXVII. Pontificia authoritate adducti ei parent, *ibid.* Fridericus Germaniæ, Caſimirus Poloniæ, Matthias Hungariæ Reges cum illo ſanciunt fœdere, XXVII. Georgius filiam Matthiæ Hungariæ Regi connubio jungit, *ibid.* Oratoris opera Calliſtum III. circumvenit, XXVIII.

Pollicetur Rokyzana ad eum venturam pro ſedandis controverſiis, *ibid.* Pollicitis deeſt, *ib.* Gabriel minorita ejus fraudes Pontifici detegit, *ibid.* Poſtquam diu impietatem variis artibus texit, demum confirmata potentia hæreticum ſe profitetur, *ibid.* Magnis virtutibus moralibus ornatus erat, *ibid.* Summa ejus infelicitas in Rochyzana audiendo, *ibid.* Sollicitatus ad bellum ſacrum a Pio II. 1458. XVIII. Pontificiis literis quibus Rex dicebatur ad confirmandam hæreſim abutitur, *ib.* Bohemos catholicos opprimit, 1459. XVIII. Fingit externa ſpecie obſequium addixiſſe Eccleſiæ, *ib.* In publico conventu Catholicum ſe profiteri ſubterfugit, XIX. Negat propterea Pius eum Regem publice appellare qui neget publice catholicum agere principem, *ib.* Negatur illius oratori publicus regii oratoris honos, XX. Wratiſlavienſes bello appetit *ibid.* Monitus ab iis ut Pontifici obſequentem ſe publice profiteatur, *ibid.* Contendunt anathemate percuſſum a B. Joanne Capiſtranenſi, XXI. Quid illi Pius reſponderit, *ibid.* Miſſi a Pio internuntii pro concilianda controverſia, *ibid.* Impedit ne controverſiam de uſu calicis ſedent, XXIII. Catholici principis perſona induta deludit Pium, 1460. LXXIV. Cum Wratiſlavienſibus pacem init, *ibid.* Agit concordiæ interpretem inter Imperatorem & Hungarum, LXXVI. Indicit ea de cauſa conventum, LXXVII. Ea arte Germaniam turbis miſcet, LXXVIII. Sternere ſibi viam ad imperium annititur, LXXXI. Fridericum, ut inutilem removit, *ibid.* Auſtriam & Moraviam in ſuam clientelam recipit, LXXXII. Increpatur a Pio II. de affectato imperio, *ibid.* Denuntiatum illi Eccleſiam opem laturam Friderico, *ibid.* Fridericus Marchio Brandeburgenſis illi reſiſtit, LXXXIII. Malle mori profitetur quam conſentire, ut Georgius imperet, *ibid.* Exinde Georgius aperte hæreticis favet, *ibid.* Colloquium init cum Mathia Rege genero, XCI. Oratores hæreticos imprudentiſſime ad Pium II. decernit & obſequium defert Pontifici, 1462. XIV. Habita ab iis ad Pontificem hæretica oratio tanquam uſus calicis ad ſalutem neceſſarius foret, *ibid.* Quid iis a Pio II. reſponſum, XV. Jubetur delatum obſequium mandare operi atque ab errore Bohemos abducere, XVI. Negatus illi calicis uſus & qua de cauſa, *ibid.* Denunciatum ni pareat Bohemiam in diſſenſiones conjectum iri, *ibid.* Fantinus internuntius ad eum decretus, XVII. Veritus ab hoc uti calice juſſuſque illius uſum laicis prohibere, XVII. Ni pareat hæreſis & perjurii nota illi intentata, *ibid.* Impie profitetur hæreſim, *ibid.* Expoſita illi conſtanter a Fantino apoſtolica mandata, XIX. Denuntiatum illi ni paruerint Pontifici exauctorandum regno atque hæreticum promulgatum iri, *ibid.* Internuntium apoſtolicum conjicit in vincula, XX. Catholicos ſacerdotes calumniis proſcindit, *ibid.* A Ludovico duce Bavariæ & aliis principibus perſuaſus internuntium Apoſtolicum dimittit e carcere, *ibid.* Proceres catholicos corrumpere nititur, *ibid.* Quod ab iis reſponſum, *ib.* Jubet catholicis Sacerdotibus, ut calicis uſum laicis præbeant, XXII. Quid illi reſponſum ab iis, *ib.* Apud eum Rokyzana hæreſiarcha Sacerdotes catholicos in judicium vocat, XXIII. Wratiſlavienſes ſacramenti illi præſtiti religione liberati, XXIV. Juſſi fuerant illi parere dum ſe catholicum præferret, *ibid.* Ubi patuit perfidia reſciſſa ſunt priora decreta, *ibid.* Dicta dies Georgio a Pio II. 1464. XXXIII. Catholicos opprimit ob retardatum in eum judicium, *ib.* Pii II. in Georgium ſententia, 1463 XLVI. Plures Catholici ab eo defecere, *ib.* Blaſphema in Eccleſiam vomere auſus, XCVII. Hæreſim publice profeſſus, *ib.* Ob eam increpitus internuntium carceri addixit, *ib.* Sacramenti illi præſtiti religione Bohemi ſoluti, XCVIII. Pro eo Cæſar deprecatur, *ibid.* Errores non emendat, *ibid.* Catholici in eum juſſi conſurgere, XCIX. Excuſat ſcelus obſequiumque pollicetur, C. Cæſarem obſidione cinctum liberat, *ib.* Deprecanti pro eo Cæſari reſpondet Pius Regem eſſe non poſſe poſt hæreſim ſuſceptam, CI. Monetur a Cæſare, ut reſipiſcat ab hæreſi, CII. Obfirmatus hæret in pertinacia, *ibid.* Ab Wratiſlavienſibus fortiter propulſatur, *ibid.* Fidei controverſiarum judicem agit, 1465. XXVI. Hereſiarcham Rockyzanam a dextris ſibi aſſidere jubet, *ibid.* A Pragenſis Eccleſiæ decano docetur Bohemos fidem a Romana Eccleſia ritumque Latinam ſuſcepiſſe, XXVI. Ab ea Archiepiſcopatu & academia decoratos, *ibid.* Per hæreticos omnia mala invecta, *ibid.* Demonſtrata Romanæ Eccleſiæ authoritas, *ibid.* Oſtenſum illi omnem politicum ſtatum ab hæreſiarcha Wicleffo everſum, XXIX. Qua de cauſa compactata edita & propter quem, *ibid.* Urgetur a Rockyzana hæreſiarcha ut catholicos ad utramque ſpeciem excipiendam adigat, XXX. Rochyzanæ & ſequacium exceſſus illi recenſiti, XXXI. Tres cauſæ excidii Bohemiæ illi expoſitæ, XLII. Novas diſputationes excitare nititur, XLIV. Quid illi a clero catholico reſponſum, *ibid.* Hæreſiarchæ deliramenta præfert ſententiæ Eccleſiæ catholicæ, XLIV. Exauthoratur a Paulo II. 1466. XXV. & *ſeqq.* Rodericus Epiſc. Palentinus commentarium ſcribit in bullam depoſitionis Georgii, *ibid.* Quanta conſilii maturitate in eum lata ſententia, *ibid.* Ut pontificum patientia abuſus ſit, *ibid.* Divexat catholicos proceres, XXVII. Germani admoniti, ut religionem adverſus illum tuendam ſuſcipiant, XXVIII. Mutuo fœdere in eum ſe jungunt Bohemi, *ibid.* In Wratiſlavienſes immittit exercitum, *ibid.* Crucis ſymbolo in eum inſigniti catholici, XXIX. Ea re cognita obſidionem ſolvi jubet, *ibid.* Nonnullos toparchas catholicos ditione exuit, *ibid.* In eum Sdenkus Sternembergenſis dux creatus, *ibid.* Quo titu in eum lata ſententia, XXX. Polonus ad capeſſendam Bohemicam coronam adverſus eum vocatus, *ibid.* Polonum corrumpit, ſibique conciliat, *ibid.* Repetita, in eum a Paulo II. ſententia, 1467. I. Ejus ſequaces devincti anathemate, *ibid.* Ut potentia & clementia Pontificum abuſus ſit, IV. Soluti Bohemi Sacramento Georgio præſtiti religione, V. Monitus Fredericus Cæſar, ut Bohemos Georgio parere vetet, VI. Reſciſſa fœdera a catholicis inita cum Georgio, VII. Monitis de ea re principes, *ibid.* Cruceſignata ſigna in eum attollit miſſa, VIII. Georgius Caſimirum Poloniæ Regem ſibi conciliat, IX. Adducit, ne delatum Bohemicum a catholicis ſceptrum recuſet, *ibid.* Catholicos acerrime perſequitur, XI. & *ſeq.* Plures catholici ab ipſo deficiunt, XIII. Bohemos in ſuam hæreſim trahere nititur, *ib.* Fideles cruceſignatam militiam in eum profiteri juſſi, 1468. I. Ut ſpreverit impie Pontificum monita, *ibid.* Germani in eum ſolicitati, III. Monetur a Friderico Bohemicum ſceptrum ob hæreſim ad imperium devolutum, IV. Irrumpit in Auſtriam, *ibid.* Ut hæreſis Huſſitica ab eo ſit inſtaurata, *ibid.* Indulgentiæ in eum ſumpturis arma propoſitæ, V. Repetita in eundem anathematis ſententia, VI. Ferentes illi opem anathemate percuſſi, VII. Monaſteriorum gazas expilat, VIII. Ob Joannis Rochyzanæ audita conſilia ſeipſum perdidit, *ibid.* Inſurgunt in eum multi proceres, *ibid.* Mathias Rex Hungariæ catholicos tuendos ſuſcipit

pit

pit adverſus Georgium, IX. Abiicitur a Prothaſio Epiſcopo Olomucenſi licet conſanguineo, XI. Graviſſima Georgio monita data a Prothaſio, ſed ſpreta, *ibid.* Caſimirum Regem Poloniæ transferendi in eum regni ſpe ſibi conciliat, XII. Regni ſpes filium abdicare cogitur, *ibid.* Victorinum filium in Auſtriam mittit, XIII. Occurrit Matthiæ Regi in Moravia atque eum ſubornare tentat, ſed fruſtra, XIII. Cum exercitum ſuſtentare non poſſet, recipit ſe in Bohemiam, *ib.* Ægre Victorinum filium ſervat, *ib.* Trebyczam, Brunam, Olomucam, & alias urbes amittit, *ibid.* Provocat Matthiam ad ſingulare certamen, XIV. Quid ipſi a Matthia reſponſum, *ibid.* Amiſſa Moravia plenam ignominia abit, *ibid.* Matthias a catholicis Bohemiæ Rex & Marchio Moraviæ ſalutatus, 1469. X. Georgii filius Victorinus a Matthia Rege, interceptus, *ibid.* Georgio ac tribus filiis præſentibus Bohemici ſceptri hæres Wladiſlaus Polonus renuntiatus, XI. Quandiu ejus oratores fuere Cracoviæ ſacra non fuere celebrata, *ibid.* De Bohemis hæreticis cæſis & Georgii filio capto celebrata Romæ publica lætitia, XII. Miſſi ad eum oratores, ut vivus & ſpirans adhuc Wladiſlao Caſimiri filio regnum tradat, 1470. II. Solicitatur a Caſimiro, ut hæreſim ejuret, *ibid.* Colloquium init cum Poloni Regis oratoribus, IV. Quæ fuerint ab iis propoſita, V. Poloniæ Rex ab illius commercio abſtinere juſſus, VIII. Moravia, Sileſia, & Luſatia ſpoliatus, preſſuſque anguſtiis Eccleſiæ gratiam expetit, XV. Saxoniæ duces concordiæ interpretes adhibet, *ibid.* Quæ ab iis propoſita, XVII. Et quid fuerit reſponſum a Pontifice, *ibid.* & *ſeqq.* Interea nondum ejurata hæreſi hydrope extinguitur, XXVII. Jactata ab amicis plura mendacia reconciliatum Eccleſiæ obiiſſe, *ibid.* Cenſuit Paulus non fidendum Georgio, qui Eccleſiam decepiſſet, XXVIII. Poſt ejus mortem in Cuthnenſibus comitiis Bohemi ſpretis ejus filiis Wladiſlaum Regis Poloniæ filium, alii alios deligunt, *ibid.*

Georgius Perſarum Rex Chriſtianus ſexaginta millia bellatorum ſe conjuncturum Latinis ſpondet adverſus Mahometem, 1459. XLIX. Mittit inſignem legationem ad Pium II. 1460. CI. & 1461. XXXV.

Georgius Heslex ob Friderici Cæſaris preces creatus ex arcano Cardinalis tit. S. Viti in macello, 1477. XI. Etiam ſi Pontificis obitus contigerit agnoſcendus, *ibid.*

Georgius dux Clarentiæ in Eduardum Regem fratrem conſpirat, 1478. XXXIV. Damnatus accepta deligendi generis mortis poteſtate ſe in vini cretenſis dolium conjici jubet, *ib.*

Germani a Calliſto ad bellum vertendum in Turcas ſolicitati Chriſti cauſam aſpernantur, & calumniis Calliſtum appetunt, 1457. XXXIX. Conſutatæ eorum querelæ, XL. Objectum Hungariam Germaniamque pontificio ſtudio a Mahometis tyrannide vindicatas, *ibid.* Nefarias coitiones ineunt in Pontificem, XL. Data provincia B. Jacobo Picenti, ut eas diſſolvat, Germanorumque iras in communem hoſtem vertat, XLII. Cum fide Chriſti Germani bonis omnibus cumulati, XLVIII.

Germania e tyrannide Mahometis Calliſti III. cura vindicata, 1457. XL. In gentilitate erat pauperrima, XLVIII. Cum fide Chriſti omnibus bonis exornata, *ibid.* A Romana eccleſia fidem accepit, *ibid.*

Ghinea : Ejus imperium conceſſum Luſitano Regi, 1454. IX. In ea religio chriſtiana propagata, 1462. XLI. Clericorum ſæcularium inopia religioſi illius Eccleſiis præfecti, *ibidem.* Miſſi in eam præcones evangelici, 1476. XXII.

Ghinei ad fidem converti cœpti, 1455. VIII.

Gloria Patri &c. Ad ea verba conſurgere juſſi a Concilio Rhemenſi eccleſiaſtici horas canonicas celebrantes, 1455. XLVI.

Gloria inanis : Expetitæ illius ad inſaniam triſte exemplum in Hieronymo Oliato, 1476. XV.

Gochia : ea potitur Mahometes II. 1475. XXVI.

Gorgora Georgianæ Rex viginti millia equitum adducturum adverſus Mahometem ſpondet, 1459. XLIX. Paratum ſe offert ad ſanguinem pro Chriſto fundendum, L. Spondet plures alios Reges conjuncturos arma in Turcas, *ibid.* Latinos admonet ſi deſint occaſioni delendæ Turcicæ tyrannidis numquam redituram, LI. Inſignem ad Pium II. cum aliis Regibus legationem mittit, CI. & 1461. XXXV.

Græci : Imperii Græci in Aſia reliquiæ exciſæ a Mahomete II. 1461. XXXVIII. & *ſeq.* A Mahomete tyranno patriarchalia jura eorum emunt, 1461. XL. Pro Græcis a Turcica ſervitute liberandis ſuſcepta a Pio II. expeditio, 1463. XXV. Beſſarionis ad eos encyclicæ literæ, LVIII. Expoſitum iis ob ſchiſmatis crimen tot clades paſſim, LIX. & *ſeqq.* Monentur, ut ſuſcipiant Florentinam ſynodum, LXI. Docentur graviſſimis adductis argumentis procedere Spiritum Sanctum a Patre & Filio velut unico principio, LXII. Demonſtratur Græcam Eccleſiam non eſſe veram, ſed Latinam cum Eccleſia vinci nequeat, victa vero ſit Græca, invicta Latina, LXIV. Eorum argutiæ confutatæ, LXVII. Docentur conſtituendam viſibilem eccleſiæ principem, *ibid.* Eum eſſe Romanum Pontificem, LXVIII. Ex Græcorum traditione id confirmari, LXIX. Sollicitantur, ut redeant ad ſinum Romanæ eccleſiæ, LXX. Græcorum patriarcha qua ratione dicatur œcumenicus, LXXVIII. A Palama hæreſiarcha in errore confirmati, LXXIII. Palamæ errores a Beſſarione confutati, *ibid.* Ut Græcorum excidium ob ſchiſma prædictum fuerit a B. Catharina Bononienſi, 1463. CIX. Græcis datum exemplum conſtantiæ a B. Andrea Chienſi martyre ne ad Mahometanam ſuperſtitionem deſciſcerent, 1465. XX.

Granatenſes : Indictum iis bellum a Calliſto, 1455. XXXIX.

Gratiæ expectativæ an tollendæ forent in conſiſtorio diſceptatum, 1464. LXVI.

Gregorius Hamburgenſis Sigiſmundi Auſtriaci nomine orationem habet ad Pium II. 1459. LXXIII. Sigiſmundum Auſtriacum ad provocandum a Pontifice ad concilium incitat, XXXVI. Damnatur hæreſis & percellitur anathemate, 1461. XXII. Confirmat Dietherum Moguntinum Archiepiſcopum in rebellione adverſus Pontificem, 1461. XXII. Serit plures errores, 1462. VI. Cenſuris iterum percellitur, *ibid.* Iterumque, 1463. LXXXIV. Iterumque a Paulo II. 1467. II.

Gregorius Palamas : *Vid.* Palamas.

Gueldria civili bello laniata rebellante in patrem filio, 1470. LII. Oſtenſum divinitus Dionyſio Carthuſiano Gueldriam in principis impii poteſtatem caſuram niſi populus crimina expiaret, *ibid.* Ea a Burgundo ſubacta, LIV.

Guillelmus Epiſcopus Virdunenſis proditionis in Ludovicum XI. reus carceri mancipatus, 1469. XXI.

Guillelmus Epiſc. Tornacenſis pullulantes in Lovanienſi academia errores juſſus abolere a Paulo II. 1470. LI.

Guillelmus Eſtorevillæ Cardinalis Rothomagenſis arguit cæſareum oratorem vocantem ſæpius Cæſarem Monarcham orbis, 1473. XXIII.

H

HÆreſis & hæretici : Sexdecim hæreticorum millia a B. Joanne Capiſtranenſi converſa, 1455. XXVI. In Valachia & Tranſylvania alia tredecim millia ad Eccleſiam adducta, *ibid.* B. Jacobus Picens iis convertendis incumbere juſſus, 1457. XLII. Horum converſionem ait Calliſtus optare, ut papillam oculi, *ibid.* Matrimonium a nonnullis hæreticis damnatum, 1459. XXX. Infandæ Zanini Bergomenſis hæreſes, XXXI. Hæreſis negans Trinitatem latebat inter Ambes ante Mahometem, 1461. LXIV. Nonnulli Boſnenſes proceres a Manetis hæreſi ad fidem traducti, 1461. CXXXVI. Georgio Rege Bohemiæ profitente hæreſim catholici ſacramenti illi præſtiti religione a Pio II. ſoluti, 1462. XXIV. Reſpondet Cæſari Pius II. illum poſt ſuſceptam hæreſim Regem eſſe non poſſe, 1463. CI. Hæreſis cognitio ad Pontificem ſpectat, 1467. V. Hæretico quivis honoris titulus abrogatus, VII. Monet Fridericum Georgium ob illius hæreſim regni jus ad imperium devolutum, 1468. IV. Ferentes opem hæreticis percuſſi anathemate, VII. Hæreſiarcha exuſtus, 1475. XVI. Hæretici propinant venenum B. Jacobo Picenti, 1476. XVIII. Mirati non ipſi nocuiſſe convertuntur, *ibid.* Hæreſes confictæ a Petro de Oſma damnatæ a Sixto IV. 1479. LII. Aliæ renovatæ a Joanne Ruchardo atque ejuratæ, LV.

Helena Palæologa Regina Cypri ſchiſmaticos tuetur, 1458. XLV. Veneno tollit Joannem generum Luſitanum principem, *ibid.*

Helvetii Sigiſmundum Auſtriacum pronuntiatum hoſtem Eccleſiæ urgent armis, 1461. XV. Petiti bello a Carolo duce Burgundiæ illum fundunt & gazam diripiunt, 1476. XII. Iterum extrema clade conficiunt, *ibid.* Inde Caroli res in extremum exitium verſæ, *ibid.*

Henricus VI. Angliæ Rex ſolicitatus a Genuenſibus, ut arma vertat in Turcas, 1456. V. Dum Gallico ſceptro inhiat Anglicum retinere non potuit, VI. Spreto bello Turcico Burdegalam recuperare nititur, 1457. LIX. Oppreſſa ejus conſilia, *ibid.* Inteſtinis externiſque bellis vexatur, *ibid.* Capitur in acie a Duce Eboracenſi, 1460. CVI. Pronuntiatur iniquo jure ſceptrum capeſſiviſſe, *ibid.* Internuntium pontificium de fœdere cum Gallo agentem, ut Anglorum Gallorumque arma verterentur in Turcas repulerat, *ibid.* Eumdem maximum adverſarium eſt paſſus, *ibid.* A Margareta Regina liberatus Richardo Eboracenſi & filio ſecondogenito cæſis, CVIII. Condolet illi Pontifex de civilibus bellis, 1461. CXXXIII. Ab Edoardo Richardi Eboracenſis filio magna clade profligatur, 1461. CXXXIV. Nimia Margaretæ Reginæ in puniendis rebellibus acerbitas illum male perdidit, *ibid.* Iterum cruento prælio vincitur, *ibid.* Una cum Margareta Regina ac filio fugam corripere cogitur, *ibid.* Ob violatum fœdus cum Richardo initum hoſtis regni a victore regno potito pronuntiatur, CXXXV. Qui Gallicæ coronæ cupidine tot iniqua bella pertinaciſſime geſſerat poſt amiſſas Normanniam & Aquitaniam regnum Angliæ amiſit, *ibid.* Confugit ad Jacobum Scotiæ Regem, *ibid.* Redintegrato exercitu ad Exhamum funditur & in Scotiam fugit, *ibid.* Illius uxor Regina & filius in latronum manus incidere, *ibid.* Inſtaurato Gallorum Scotorumque exercitu Angliam ingreditur, 1462. XLVIII. Plures expugnat arces, *ibid.* Conſerto prælio funditur ab Eduardo, *ibid.* E Scotia irrepens in Angliam novas res molitur, & capitur, 1465. IX. Squallido equo impoſitus ludibrii cauſa per Londinum circumducitur, *ibid.* Terno circa patibulum ducto gyro quondam Galliæ & Angliæ Rex truditur in carcerem, *ibidem.* Ob ſpreta Pontificum conſilia immerſus malorum pelago, *ibid.* E carcere eductus a Richardo Warvici comite ſolio reſtituitur, 1470. XLIX. Ejus æmulus Edoardus e regno fugit & inſtructa claſſe a Carolo Burgundo revertitur, & Henricum opprimit, 1471. LI. Ejus filius Eduardus ab Edoardo captus in acie cum matre Regina Margareta, *ibid.* Deinde trucidatus quod dixiſſet cepiſſe arma pro recuperando avito regno, *ibid.* Exauthoratur Henricus ac in turri Londinenſi necatur, LII. In adverſis ſanctitate excultus eſt, *ibid.* Fertur miraculis claruiſſe, *ibid.*

Henricus princeps Luſitaniæ Regiæ: eximia ejus pro fide amplificanda facinora, 1454. VIII. Detectæ ab eo novæ inſulæ & barbari Chriſti fide exculti, *ibid.* Quæſivit ad Indos immenſis laboribus viam, *ibid.* Nigritarum ad Chriſtum converſionem initium dedit, *ibid.* Illius facinora pro fide amplificanda in Græcia, 1455. VII.

Henricus Rex Caſtellæ Joanni parenti ſuccedit, 1454. X. Bellum ſacrum in Granatenſes hortatu Calliſti III. ſuſcipit, 1455. XXXIX. Quinquaginta peditum, quatuordecim equitum millia in eos educit, *ibid.* Vaſtat Granatenſe regnum, *ibid.* Detrectat univerſum certamen, *ibid.* Interdicti ſacris, qui inter illum proceresque diſcordias ſerebant, 1456. LXVI. Enſis & pilei munere a Calliſto ornatus, LXXI. Ad Granatæ conſpectum excurrit, 1457. LXXI. Agros vaſtat, *ibid.* Granatenſes ad Chriſtianos libertate donandos & pendendum vectigal duodecim millium nummorum adigit, *ibid.* Gienneaſes domare decernit, *ibid.* Ejus equeſtres copiæ circumveniuntur inſidiis, *ibid.* Carolum Vianæ principem contra paternam vim tueri meditatur, LXXII. Cœptis abſiſtit cum victus Carolus Navarra diſceſſit, *ibid.* Gratulatur Pio de pontificatu parto, 1459. XXIV. Significatum illi a Pio conſilium ſuſceptum de expeditione univerſali in Mahometanos educenda, *ibid.* Arma corripit adverſus Joannem Regem Aragonum tyrannidem in filium exercentem, 1461. CXIII. Decumana ſubſidia illi adverſus Granatenſes attributa, 1462. XLIII. Gaditanam arcem impetu Mauris eripit, XLIV. Algezircam adverſus Mauros communit, *ibid.* A Catalanis princeps renuntiatur adverſus Joannem Regem Aragonum, *ibid.* Adverſus illum Ludovicus Francorum Rex a Joanne vocatus, *ibid.* Miro pietatis ſenſu in recolenda paſſione dominica afficiebatur, *ibid.* Ad ejus preces indulgentiæ eam contemplaturis propoſitæ, *ibid.* Luſtrat pie ſepulchrum B. Didaci, 1463. CVIII. Miratur incorruptum illius corpus, *ib.* Brachio male affecto manui ſancti admoto divinitus curatur, *ibid.* Sacellum illius extruit, *ibid.* Fœdus init cum Joanne Aragonum Rege, 1464. XXXII. Colloquium init cum Alfonſo Luſitano Rege, *ibid.* Granatenſem ad pendendum vectigal compellit, *ibid.* Iterum init colloquium cum Luſitano, *ibid.* Joannam filiam hæredem regnorum Luſitani Regis filio deſpondet, *ibid.* Ortum inde in eum civile bellum, *ibid.* Obiiciunt Caſtellani ſuſceptam ex adulterio ejus filiam, *ibid.* Mittit oratores ad Paulum II. & opem implorat pro gerendo in Mauros bello, VII. Rebellant in eum Caſtellani, *ibid.* Regia illi inſignia in theatrali pompa detrahunt, *ibid.* Alfonſus frater ejus loco Rex ſalutatus, *ibid.* Cum rebellibus multa gerit prælia, 1467. XIX. Dum de pace agit a Marchione Villenæ deluditur, XX. Ejus hoſtibus incuſſum anathema, 1468. XXXIV. Illius frater

Digitized by Google

ter Alfonſm tyrennus divino judicio ſublatus, *ibid.* Eo extincto partes ſuas effert, *ibid.* Tolerum in ejuſdem poteſtatem revocatum, *ibid.* Iſabella ſoror illi a perduellibus oppoſita, ſed ea recuſat conſtanter tyranoidem, *ibid.* Pacem ea lege init, ut Regina adulterii infamia notata cum filia ablegaretur in Luſitaniam & Iſabella regni hæres agnoſceretur, *ibid.* Eo regnante ſegetes demeſſæ fluere ſanguine viſæ, *ibid.* Tuetur Joannam ac Iſabellam regnorum hæredem agnoſcere detrectat, 1473. XVIII. Sacramentis rite procuratus obit, 1474. XXV. Eo defuncto de regni ſucceſſione inter Aragonium & Luſitanum certatum, *ibid.* Teſtamento Joannam regnorum hæredem reliquit, 1475. XIII.

Henricus militiæ Jeſu Chriſti princeps: Ejus opera & ſtudiis gentibus illatum evangelium, 1461. CXXXI. In eo magiſtratu Alfonſus Rex Luſitaniæ illi ſuccedit, *ibid.*

Hercules Ateſtinus dux Ferrariæ: Ferrarienſis ducatus jus illi a Sixto IV. collatum, 1472. LVIII. Alia oppida jure beneficiario illi tradita, *ibid.* Laurentii Medicei cauſam ſuſcipit adverſus Sixtum IV. 1478. XIII. Florentini exercitus militare imperium ſuſcipit contra Pontificem, XVI. Convincitur perfidiæ, ut qui ducali honore ab ipſo Pontifice foret inſignitus fidemque illi addixiſſet, *ibid.* Sententia decretoria percellitur, *ibid.* Exauctoratur ac ſolvuntur fidei ſacramento ejus ſubditi, *ibid.* & 1479. XVII.

Hieronymus Riarius Sixti IV. nepos: Illi Imolæ & Forolivii torperchiæ præter fas & infelici exitu a Sixto datæ, 1472. LIX.

Hieronymus Olgiatus tyrannidis odio Galeatium ducem Mediolani necat, 1476. XV. Cupidine gloriæ tormenta acerbiſſima ſuperat, *ibid.*

Hieronymus Baſſus Robureus creatus Cardinalis tit. S. Balbinæ, 1477. X.

Hieroſolyma: Pro eadem recuperanda Calliſtus III. plura molitur, 1457. LXIX.

Hilarius decanus Pragenſis fidem catholicam tuetur in judicio coram Georgio tyranno Bohemiæ & Roshizana hæreſiarcha illi aſſidente, 1465. XXVI. *& ſeqq.* Demonſtrat Eccleſiæ authoritatem, XXVII. Omnem politicum ſtatum a Wicleffo everti, XXVIII. Objicit Roshizanæ inſtauraſſe anabaptiſmum, XXXII. Plura illi objicit, *ibid.* Monet, ut Eccleſiaſticam communionem amplectatur, XXXVII.

Honorifica appellatio: Ex honorifica appellatione, vel ſede data in curia nemini jus quæritur, 1475. XXXVI.

Horæ canonicæ: Servanda attentio in iis celebrandis, 1455. XLV. Quo cultu ſum indui debeant canonici, XLVI. Gravitatem ſervent, *ibid.* Non colloquantur, *ibid.* Ad *Gloria Patri &c.* conſurgere juſſi a concilio Rhemenſi, XLVI.

Humilitas B. Joannis Capiſtranenſis, 1456. LXI.

Hungari centum millia ſuorum duobus præliis amittunt, 1454. IV. Vetiti a Calliſto inire fœdus cum Turcis, 1455. XXV. B. Joannes a Capiſtrano cœleſtibus vocibus ad Hungaros proficiſci juſſus, *ibid.* Honoribus maximis Hungari excipiunt B. Joannem Capiſtranenſem, *ibid.* Divino auxilio ejus opera ſervati, XXXII. Plangunt ejus obitum, 1456. LIX. Mutuis diſcordiis impliciti, 1457. IV. Hungari pontificis cura a Mahometis tyrannide liberati, 1457. XL.

Hongaria deſerta a Ladiſlao Rege irruente in eam Mahomete, 1456. XIV. Divinitus ſervata, XXXII. Civili bello implicita, 1458. I. Supremum ejus imperium ad Sedem Apoſtolicam ſpectat, 1458. XXI. Queritur Calliſtus ſe inconſulto delectum Hungariæ Regem, *ibid.* De regno Hungarico controverſiæ dirimendæ jus ſpectare ad Pontificem reſpondet Pius II. Frederico Cæſari, 1459. XVII.

Huſſitæ: Sexdecim eorum millia ab hæreſi converſa a B. Joanne Capiſtranenſi, 1455. XXVI. Magna eorum converſio prædicta ab eodem B. Joanne, 1456. LXIII. Tollunt veneno Ladiſlaum Hungariæ ac Bohemiæ Regem, 1457. XXVI. Germaniam civilibus bellis miſcent, 1460. LXXX. Ablata Georgio ſpe adipiſcendi imperii ab eo foventur aperte, LXXXIII. Porrigunt venenum B. Jacobo Piceni, 1476. XVII. Cum non nocuiſſet plures converſi, *ibid.* Rebellant abſente Wladiſlao & catholicos religioſos necant pelluntve, 1479. XXIII. Clementius habiti inſoleſcunt, *ib.* Wladiſlaum ferro & veneno appetunt, *ibid.*

Hydruntum a Turcis obſeſſum, 1480. XVII. Nullis a Ferdinando auxiliis ſubmiſſis captum ac cædibus completum, *ibid.* Octingenti Hydruntini cum fidem Chriſti ejurare detrectarent martyrio affecti, XVIII.

Hydruntinus Archiepiſc. ſerra ſectus a Turcis, 1480. XVIII.

Hypocriſis: Georgius Podiebratius hypocritam agit, ut Bohemicum ſceptrum ſibi aſſerat, 1458. XXI. & XXIV.

I

JAcobus Archiepiſc. Treverenſis politicis argutiis illuſus conjurat adverſus libertatem eccleſiaſticam, 1455. XXXVII. Docetur a Cæſare ruitura omnia, ni ſacerdotium & imperium mutuo ſint juncta fœdere, *ibid.*

Jacobus II. Scotiæ Rex ſpreto bello ſacro in Turcas incurrit adverſum Anglos, 1457. LIX. & 1460. CIX. Roxburgum obſidet, 1457. LIX. Tormenti bellici cuneo laceratus perit, *ibid.* & 1460. CIX. Succedit illi Jacobus Filius dictus III. 1460. CIX.

Jacobus III. Scotiæ Rex ſuccedit Jacobo II. parenti, qui ligneo cuneo ex tormento bellico excuſſo laniatus eſt, 1460. CIX. Ad eum Henricus Angliæ Rex a Richardo Eboracenſi pulſus profugit, 1461. CXXXV.

B. Jacobus Picenus Minorita: Ad eum Joannes Tagliacotiſius ſcribit de rebus geſtis B. Joannis Capiſtranenſis, 1456. LIV. Subrogatus B. Capiſtrano a Calliſto, 1457. VII. & XI. Commendatur Ladiſlao Regi, *ibid.* Juſſus Hungaros cruce inſignire, *ibid.* Ampliſſima poteſtate munitus ad Germanos, Danos, Polonos, Hungaros, & Boſnenſes in Mahometem concitandos, 1457. XXXVII. Data ei provincia, ut Germanorum coitiones in Calliſtum diſſolvat, iraſque in communem hoſtem Turcam vertat, XLII. Juſſus Huſſitas in Eccleſiæ ſinum revocare, *ibid.* Movet inter concionandum quæſtionem an Sanguis fuſus in cruce triduo ſequenti conjunctus eſſet verbo divino, 1462. XLV. Concluſit non adorandum cultu latriæ, *ibid.* Paſſus eſt adverſarios Dominicanos impingentes illi notam hæreſis, *ibid.* Cauſa apud Pium II. diſceptata, *ibid.* Ea lis inſtaurata, 1463. CIV. Definitum neutri opinioni hæreſis notam impingendam, CV. A Sixto IV. mittitur ad conciliandos inter ſe Aſculanos, 1471. LXXX. Sixti ea de re literæ, *ibidem.* E Graviſſimo morbo Virginis ope recreatus, *ibidem.* Dæmonum vexatione appetitus ab eodem vindicatus, *ibid.* De morte imminente divinitus fit certior, *ibid.* Evangelium in pluribus regnis prædicavit, 1476. XVII. Venenum ab hæreticis porrectum illæſus bibit pluresque ex iis convertit ad fidem, *ibid.* Cenſuram fidei in hæreticos magno ardore exercuit, XVIII. Prædixit Maho-

hometem interſitorum cum Italiam invaſurus eſſet, XIX. Brixiæ puerum religionis odio interfectum ac muro incluſum ad vitam excitat, XX. Decreti illi beatorum honores ab Urbano VIII. *ibid.*

Jacobus Piccininus ab Alfonſo Rege Aragonum ad turbandam Italiam adjutus, 1455. XXXVI. & 1456. VI. Ingenti clade affectus, *ibid.* Paratam in Turcas claſſem incendere parat, *ib.* Orbetellum obſidet, *ibid.* Turcicam expeditionem diſturbat, *ibid.* De ditione eccleſiaſtica ejiciendo paciſcitur Pius cum Ferdinando, 1458. XXIV. Aſſiſium & alias urbes occupat, XXV. Reſtituit, ne reconciliatur Pio, 1459. V. In carcere violenta morte extinctus a Ferdinando contra fidem datam, 1465. V. Sparſa fabula caſu ſibi crus fregiſſe, *ibid.*

Jacobus Luſitaniæ regiæ princeps creatus Cardinalis S. Euſtachii, 1456. LXXI. Mori maluit, quam polliu, *ibid.*

Jacobus Thebaldus creatus Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, 1456. LXXIII.

Jacobus Millius Rhodiorum equitum magiſter videt e Spina dominica flores produci feria ſexta hebdomadis ſanctæ, 1457. LXXXIX. Adhibitis teſtibus publica monumenta confici jubet, *ibid.*

Jacobus Archiepiſc. Nicoſienſis deſignatus Joannis Regis Cypri nothus contendit ſibi Mahometica lege regnum debitam, 1458. XLV. Adimit illud Carolæ ac Ludovico Sabaudo, *ibid.* Ad Sultanum Ægyptium ſe confert, 1459. LXXXVI. Contendit Mahometica lege ſe legitimæ ſorori præferendum, *ibid.* Rex a barbaro pronuntiatur, *ibid.* Contendit ex lege Mahometica ſibi ſceptrum deberi, 1460. XCIII. Cypri Rex a Sultano Ægyptio pronuntiatus, *ibid.* Favet illi Mahometes, XCIV. Cum exercitu Saraecnico Cyprum invadit, *ibid.* Regno potitur, XCVI. Carolum ac Ludovicum Sabaudum in arca Cerincaſi obſidet, XCVI. Affectat apud Sedem Apoſtolicam regium nomen, *ibid.* Id illi denegatum a Pio, *ibid.* & 1461. XXXI. Fruſtra Occidentales in eum ſollicitati a Pio, *ibidem.* Paphum amittit, XXXIV. Eam recuperat, *ibid.* Cerinenſem arcem obſidet ac recipit, *ibid.* & 1462. XXXIX. Famaguſtam ad deditionem cogit, 1464. LXXI. Saracenos in eum conjurantes una die obtruncat, *ibid.* Mittit oratores ad Paulum II. ut Rex appelletur, a Sede Apoſtolica, 1471. XLVII. Catharinam Corneliam cooptatam a Senatu Veneto dote conſtituta ducit, *ibid.* Ab uxoris patruis veneno tollitur, 1473. III. Anathematis reus periit & regis honoribus cares cum ceu non eſſet invecta in tota inſula, *ibid.* Id divino judicio adſcriptum, *ibid.* Catharinæ uxoris patrui a Cypriis trucidati, 1475. XXXI. Veneti regno potiti, *ibid.*

Jacobus Epiſc. Papienſis creatus Cardinalis a Pio II. 1461. CXXI. Ob ingenii præſtantiam Piccolominea donatus familia, *ibid.* Ejuſdem ad ſeipſum de partu dignitate cohortatio, *ibid.* Pio II. profectionem in Turcas diſſuadet, 1464. XL. Paulum II. admonet, ut nuncupata vota obſervet, LIX. Vinci poſtea ſe patitur, *ibid.* A Galeatio duce Mediolani vectigalibus exuitur, 1465. XI. Paupertate ſua contentus grates numini agit, XI. Inſignes ejus ſententiæ, *ibidem.* Paulum II. infenſum patitur quod monuiſſet, ut votum de congregando concilio nuncupatum ſervaret, XII. In cauſa Georgii Regis Bohemiæ Cardinales monet ſpem in Deo locandam, 1467. XIV. De Pontificis & Cardinalium officiis commentarium ſcribit, 1468. XXXVII. Pacem inter Foyanenſes & Lucinianenſes revocat, 1473. XV. Prodigium in ea tractanda oſtenſum, XVII. A Sixto IV. conſulitur quid Ludovici XI. Regis minaci legationi reſpondendum ſit, 1478. XV. Quod ſalubre Sixto conſilium ſuggeſſerit, XVI. Accepto male temperato helleboro interimitur ab ignobili medico, V. Ejus elogium & opera varia, *ibid.* Pium ejuſdem teſtamentum, VI.

Jacobus Urgellenſis Epiſcopus creatus Cardinalis a Pio II. 1461. CXXI.

Jaitza Boſnæ urx munitiſſima dedita a Boſnenſi Rege Mahometi, 1463. XV. Recuperata a Matthia Hungariæ Rege, XVI. Obſeſſa iterum a Mahumete, *ibid.* Terrore Matthiæ ab obſidione liberata, *ibid.* & 1464. LXIII.

Jeſu nomen: Jeſu nomine pronuntiato aſſurgere juſſi ſacerdotes, 1455. XLVI. Eodem nomine implorato parta de Turcis navalis victoria, 1456. XV. Inclamato Jeſu nomine in Belgradenſi irruptione ſternuntur, XXIV. Jeſu nomine afflati Turcarum equi cadunt, XXXI. & XXXIV.

Illuſiones Dæmonum: *Vid.* Dæmon.

Imagines ſacræ: Imago B. Virginis picta a S. Luca delata a Sixto IV. ad propulſandam peſtem, 1476. XIV.

Imbros inſula expugnata a Mahumete II. 1461. XLII. Erepta Turcis a Venetis, 1463. LVII.

Imperator: Fridericus III. in urbem veniens qua pompa exceptus, 1468. XLII. *& ſeq.* Pedem, manum & faciem Pontificis deoſculatur, XLIII. Enſe pontificia prece luſtrato donatur, XLV. Illum præferens perlegit evangelium inter miſſarum ſolemnia, *ibid.* Sacramentum ſumpſit ſub ſolo panis ſpecie & cur, *ibid.* XLVI. *& ſeq.* Qui honores Cæſari exhibiti in ſacello pontificio, XLVIII. & 1469. I. *& ſeq.* Aſcenſuro equum Pontifici ſtapedem tenere vult, III.

Impoſtor Germanos ad libertatem vocat, 1475. XVI.

Inceſtum: Quæ pœna inceſtuoſo, qui ſororem ſtupraret ſpecie connubii, 1460. CXIII. Aliqui impoſtores fingunt inceſtum permitti a Pontifice, poſſe ut rite fiat permiſſumque, *ib.* Quæ pœna inceſtuoſo impoſita, CX.

Inconſtantia: Plures pertinaces evadunt ne inconſtantes videantur, 1463. CXV.

Indulgentiæ: Ex indulgentiis trecenta ducatorum millia coacta in Caſtella pro bello in Granatenſes gerendo, 1457. LXXI. Pars maxima illius auri a proditoribus direpta, *ibid.* Indulgentiarum vis negata a Petro de Oſma, 1479. XXXII. Damnatus a Sixto IV. *ibid.* Spretæ etiam a Joanne Ruchardo nefandiſſimo hæreſiarcha, XXXIII.

Ingolſtadienſis academia inſtaurata, 1477. V. Prærogativis exornata, *ibid.*

Inſulæ tres a Calliſto Turcis ereptæ, 1456. L.

Inveſtituræ conceſſæ Regibus ob hæreticorum factiones jure poſtea revocatæ, 1460. LI.

Joanna Henrici Caſtellæ Regis filia deſponſa a patre Luſitani Regis filio, ut ea regna jungantur contra infideles, 1464. XXXII. Caſtellani civile bellum movent objiciuntque ex adulterio ſuſceptam, *ibid.* E Caſtellano regno ejecta, 1468. XXXIV. Iſabella Henrici ſoror ex inita cum Rege Aragonum concordia regnorum hæres agnita, 1472. XXVI. Joannam tuetur Henricus Rex Caſtellæ, 1473. XVIII. Eamdem teſtamento hæredem relinquit, 1475. XIII. Quænam ejus jura fuerint, XIV. Ferdinandus & Iſabella illi matris adulteria objiciunt regnique parte potiuntur, *ibid.* Solemni ritu Clariſſarum inſtitutum profitetur, 1480. XXXVIII.

S. Joannes Baptiſta protector equeſtris ordinis Hieroſolymitani, 1480. XI. Viſus ferre opem Rhodiis in extremo diſcrimine contra Turcas, *ibid.* Ut Rhodios confirmarit, XV.

Ejus

Digitized by Google

Ejus manus qua Salvatorem baptizavit a Bajazethe II. data Rhodiis, XIII. Collocata in Eccleſia a Petro Aubuſſonio extructa, *ibid.* Corporis S. Joannis cineres Genuæ in Eccleſia cathedrali culti, *ibid.* Miraculis inſignibus illuſtrantur, *ibid.*

Joannes Rex Caſtellæ litem movet Alfonſo Luſitano Regi de ſubactis Africæ regnis, 1454. X. Obruta lis ejus morte, *ibid.* Succedit ipſius ſceptris Henricus filius, *ibid.*

Joannes Aragonius Rex Navarræ mortua conjuge Regina Blanca ſceptrum retinet, bellumque gerit cum filio, 1454. X. Carolum filium Vianæ principem ad Stellam vincit, 1457. LXXII. Navarra aücit, *ibid.* Eundem, ac Blancham filiam exheredat, *ibid.* Sceptrum in Fuxenſem comitem tranſmittendum ſancit, *ibid.* Iniquum illius fœdus annitente Caſtellano reſciſſum, *ibid.* Pampilonenſes non illi, ſed Carolo unico & vero Regi parendum decernunt, *ibid.* Excepto Neapolitano regno, reliqua regna ei teſtamento relicta ab Alfonſo fratre, 1458. XXX. Potiora erant ejus jura in Neapolitanum regnum, quam Ferdinandi Alfonſi nothi filii, XXXIV. Salutatus Rex a nonnullis, *ibid.* A Calliſto ad eum legatus, XXXVI. Roſæ aureæ munere donatus a Pio II. ſolicitatur ut auxiliarem claſſem pro Ægyptiis e Cypro pellendis ſubmittat, 1461. XXX. Decreti ad eum internuntii, *ibid.* Civile bellum cum filio Vianæ principe ob non reſtitutum maternum Navarræ regnum gerit, CXXX. Illum nunquam regnorum ſuorum hæredem de more agnoſcere voluerat atque concordiæ ſpecie conjicit in carcerem, *ibid.* Ficto ordine judiciario in illum agit, *ibid.* Privignum novercæ cuſtodiendum tradit, CXXXI. Catalani & Caſtellani in eum pro inſonte eripiendo arma ſumunt, *ibid.* Eum libertati reſtituit metu victus, *ibid.* Sine illius conſenſu Carolus filius regnorum hæres renuntiatur, *ibid.* Paulo poſt extinctus Carolus dato, ut creditum eſt, a noverca lento veneno, *ibid.* Filiam Blancham cui erant relicta Navarræ jura in cuſtodia detinet, *ibid.* Concitati in eum motus exercitæ in filium tyrannidis odio, *ibid.* Illius odio Henricus Caſtellæ Rex ad principatum vocatus, 1462. XLIV. Dato Ruſſinonenſi comitatu Ludovicum Francorum Regem ſibi conciliat adverſus Caſtellanum, *ibid.* Illius odio Catalani principem renunciant Petrum Luſitanum comitem ſtabuli, 1464. XXXII. Ilerdam fame ad deditionem cogit, *ibid.* Fœdus init cum Fuxenſi & Caſtellano, *ibid.* Ferdinandi filii opera Petrum Luſitanum in Catalonia vincit, 1465. VIII. Gaſtonem Fuxenſem generum & Leonoram filiam ob affectatum ante tempus ſceptrum Navarræ perduelles pronuntiat, 1466. XIX. Mortuo Petro Luſitano principe oppoſitus illi a Catalanis Renatus Rex, *ibid.* Adverſus hunc Ferdinandum Neapolitanum & Eduardum Angliæ Reges & Galeatium ducem Mediolanenſem & Burgundum ſibi fœdere jungit, *ibid.* Ejus copiæ fuſæ a Joanne Andegavenſi ad Barcinonem, 1467. XXI. Licet caligaret oculis bellum urget, *ibid.* Joannem Andegavenſem e Gerundenſi obſidione depellit, *ibid.* Ferdinandum filium Trinacriæ Regem renuntiat, 1468. XXXIV. Ejus opera Joannem Andegavenſem multis prœliis fatigat, *ibid.* Cum Gaſtone Fuxenſi pacem init ea lege, ut Joannis nomine dum vixerit adminiſtrationem regni gerat, 1472. XXV. Barcinonenſes decennali bello feſſos ſibi conciliat, *ibid.* Filio Ferdinando Caſtellæ regnorum hæredem matrimonio jungit, XXVI. Illum pro comparanda Caſtella armis juvat, XIV. Miſſus a Sixto IV. ad eum internuntius, XVI. Ad Sixtum IV. oratores mittit pro ſacra in Turcas expeditione promovenda, XXII. Ejus filius Ferdinandus Caſtellæ & Legionis regna comparat, 1476. XIII. Hæreditaria jura in Regnum Neapolitanum contendit, 1477. II. Filiam Ferdinando Regi Neapolitano matrimonio jungit, *ibid.* Moritur ac illi Ferdinandus ſuccedit, 1479. XX.

Joannes a Capiſtrano: Genus mortis divinitus illi oſtenſum, 1455. XXVI. Cœleſtibus vocibus juſſus in Hungariam proficiſci, *ibid.* Sexdecim millia Huſſitarum ad fidem convertit, *ibid.* Honores maximi ei ab Hungaris delati, *ibid.* Ingentes ad ipſum audiendum concurſus populorum facti, *ibid.* In mediis honoribus dicere ſolitus, *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*, *ibid.* In Tranſilvania & Walachia tredecim hæreticorum millia convertit, *ibid.* Patarenorum magiſtrum baptiſmo luſtrat, *ibid.* Sacram militiam promulgat in Turcas, *ibid.* Irruente Mahomete in Hungariam Hungaros cruce inſignit, 1456. XIV. Irrumpentibus in Belgradum Turcis eos ſuis ſternit precibus, XXIV. & ſeq. Fuerat crucis ſymbolo inſignitus a Joanne Cardinale tit. S. Angeli, XXVI. Oſtenſum ei divinitus Mahometem victum iri, *ibid.* Referendam de Turcis victoriam promulgat, *ibid.* Spondet Joanni Huniadi de victoria ex prudentia humana deſperanti cœleſtem victoriam, XXVIII. Jeſu nomen inclamari in Turcas jubet, XXIX. Sacramentis milites munit, *ibid.* Cœleſti viſo confirmatur, XXX. Cum paucis copiis crucesignatis Turcas invadit, *ibid.* Inclamato Jeſu nomine eos delet, *ibid.* Aliquandiu ex humana prudentia continere crucesignatos niſus eſt, XXXI. Divinitus confirmatus innixuſque baculo in eos pergit, ſuaque præſentia fugat, XXXII. Ipſius vultus ſolis inſtar micare viſus, XXXIII. Vexillum crucis in ejus manu divina luce perſtringit Turcarum oculos, *ibid.* Perperam carpitur ab Ænea Sylvio, XXXIV. Vindicatur ab impoſita calumnia, *ibid.* Ejus ad Calliſtum literæ, XXXV. Aliæ ejuſdem ad eundem, XXXVI. Illius ad Calliſtum de pellendis Europa Turcis cohortatio, XXXVII. Joannem Hunniadem moriturum ſacramentis munit, 1456. LI. Significat illi Calliſtus incredibilem ardorem debellandorum Turcarum, LII. Inſtruit eum ampliſſima poteſtate, LIII. Ingentes labores ab eo pro Chriſto ſuſcepti, LIV. Ipſius mira abſtinentia, LV. Nomen Jeſu in bello Turcico inclamari jubebat a militibus, *ibid.* Oſtenſum illi divinitus genus mortis, LVI. Inclamando Jeſu nomen primus vexillum efferebat, *ibid.* Poſt partam de Turcis victoriam febri corripitur, *ibid.* Gravia patitur incommoda, LVII. Ejus pietas in ſacro celebrando, vel audiendo, LVIII. Tempus mortis ipſi divinitus oſtenſum, *ibid.* Martyrii deſiderio ardet, *ibid.* Inviſitur a Ladiſlao Rege, LIX. Eum ſacris monitis inſtruit, *ibid.* Plangitur ab Hungaris, ut qui ſolus pluſquam infinita millia armatorum eos juviſſet contra Turcas, *ibid.* Moriturus infirmos curat, *ibid.* & LX. Commendat Philippum Aquilanum Minoritam, LX. Docet non inviſum Deo, qui carnis ſtimulos patitur, ſed eum qui ſequitur, *ibid.* Maxima ſanctitatis ſigna præfefert, LXI. Summa ejus animi demiſſio, *ibid.* Sacramentis rite munitur, LXII. Prædicit imminentia Hungariæ pericula ejuſque excidium, *ibid.* Multos Huſſitas ad fidem redituros, 1456. LXIII. Partem Chriſtiani imperii capiendam a Turcis prædicit, *ibid.* Prædicit comiti Ciliæ paratas ei inſidias, LXIII. Moritur XXIII. octobris die, LXIV. Claret miraculis, *ibid.* Duo mortui ab eo ad vitam revocati, *ibid.* Decretus illi beatorum honos, *ibid.*

Joannes Rokyzana apud Huſſitas authoritate ma-

Digitized by Google

maximus, 1456. LXIX. Rogat Georgium Podiebratium Calliſtus III. ut illum ad componenda religionis diſſidia ad ſedem Apoſtolicam mittat, *ibid.* Rochyzana Huſſitas ad Georgium Podiebratium Bohemiæ Regem eligendum incitat, 1458. XX. Rockyzanam ipſum ad ſedem Apoſtolicam acceſſurum pollicetus Calliſto Georgius, 1458. XXVIII. Detectæ Rokyzanæ fraudes a Gabriele minorita, *ibid.* Non prius Romam acceſſurum, quam vinctus traheretur, *ibid.* Infeliciſſime Georgium, ac Bohemos, qui ipſum audivere, perdidit, *ibid.* Sacerdotes catholicos ob non porrectum laicis calicis uſum in judicium vocat apud Georgium hæreticum Regem, 1462. XXIII. Perſtringitur ab eo imperare velle omnibus, nemini parere, *ibid.* Georgio Bohemiæ tyranno fidei controverſias judicanti a dextris aſſidet, 1465. XXVI. Wicleffi dogmata impia tuetur, XXIX. Confutata ejus impietas a Decano Pragenſi, *ibid.* Urget Georgium ut catholicos ad utramque ſumendam ſpeciem adigat, XXX. Anabaptiſmum inſtaurat rebaptizando catholicos, XXXII. Suſpectus arguitur de hæreſi quia contendit panem remanere in Euchariſtia, XXXIII. Compactata non ſervat dum ea ſervanda contendit, *ibid.* Fingit neceſſarium eſſe calicis uſum laicis de neceſſitate ſalutis, XXXIV. Parvulis Euchariſtiam contra decreta concilii dedit, XXXV. Subticet integrum Chriſtum latere ſub utraque ſpecie, XXXVI. Sacramentalia contemnit, *ibid.* Miſſam vulgari lingua celebrat, XXXVII. Monitus ut eccleſiaſticam communionem amplectatur, XXXVII. Ad objectas hæreſes non reſpondet, XXXVIII. Exclamat populum gratiis per calicem aſſequendis orbari, *ibid.* & XXXIX. Diſſoluta illius ſophiſmata, XLIII. Fœda illius in catholicos calumnia, *ib.* Illius deliramenta Eccleſiæ catholicæ ſententiæ præfert Georgius Rex ſeque in extrema mala conjecit, XLIV. Percellitur anathemate quod Georgio faveret, 1468. VI. Conſulit Georgio, ut monaſteriorum gazas expilet, VIII. Divina vindicta percuſſus linguæ uſum amittit, *ibid.* Ob eam auditam Georgius ſe in exitium conjecit, *ibid.*

Joannes Huniades Albam Græcam propugnat adverſus Mahometem, 1456. XIV. Navali pugna Turcas vincit, XV. Promiſſa a B. Joanne Capiſtranenſi victoria, XXVIII. Cum actum de Belgrado putaret, ex urbe egreſſus ad ſe eumdem B. Joannem vocat, XXX. Ex prudentia humana vetat iniri pugnam cum Turcis, *ibid.* Prævaluit divina vis, victique Turcæ inclamato a Chriſtianis Jeſu nomine, *ibid.* E Turcarum cadaveribus inſepultis aere infecto lethalem morbum contrahit, LI. A B. Joanne Capiſtranenſi ſacramentis munitur, *ibid.* Pius ejus obitus, *ibid.* Diademate regio illum inſignire decreverat Calliſtus, ut Turcas urgeret, *ibid.* Nicolaus e Wylae illi ſuffectus in exercitu, LII. Filius natu maximus ob trucidatum Ciliæ comitem capite plexus, 1457. IV. Matthias minus natu in vinculis reſervatur, *ibid.* E carcere ad ſolium Hungaricum evectus, 1458. I. *Vid.* Matthias.

Joannes Cypri Rex: Ejus obitus, 1458. XLV. Inſignis ipſius ignavia, *ibid.* Succedit ei Carola filia regnorum hæres, *ibid.* Relinquit Jacobum nothum regni everſorem, *ibid.*

Joannes Carvajal miſſus legatus in Germaniam pro congregando exercitu contra Turcas, 1455. XXVI. Et in Poloniam, *ibid.* Budæ remanet ad contrahenda auxilia contra Turcas, 1456. XIV. Submittit claſſem contra Mahometem, XV. Crucis ſymbolo inſignivit B. Joannem Capiſtranenſem, XXVI. Pugna abſiſtere jubet, donec ipſe cum univerſis copiis acceſſerit, XXVII. Victi divinitus Turcæ, XXX. & *ſeq.* Medicum mittit ad B. Joannem Capiſtranenſem infirmum, 1456. LIX. Conciliandis inter ſe Hungaris a Calliſto dare operam juſſus, 1457. V. Sedandoque bello inter Fridericum & Ladiſlaum, VIII. Commendatur apud Matthiam Regem Pannoniæ, quod plura in Turcas fortiter geſſerit, 1458. VIII. Raſciam nomine Romanæ Eccleſiæ recipit, 1458. XVIII. Commendatur ob ingentes ſuſceptos labores, *ibid.* Friderico Cæſari & Matthiæ Hungariæ Regi conciliandis operam dare juſſus, 1459. LXXVII. Queritur de eo Fridericus favere Matthiæ, 1460. LXXVIII. Queritur apud Pium promiſſa duodecim equitum millia non ſubmitti, XC. Quid illi Pius reſponderit, *ibid.* Sociat Pium II. iturum contra Turcas, 1464. XXXIX. Exhibet ſe ad ferendam opem periclitanti Raguſio contra Turcas, *ibid.* Operam cum Beſſarione conjungere juſſus pro pace inter Fridericum & Matthiam concilianda, XX. Cum diſceſſum pararet ex Hungaria ob Mahometis imminentis terrorem ſubſiſtere jubetur, *ibid.* Pauli II. iniqua petentis preces & minas conſtanter reſpuit, 1464. LX. Illius obitus, 1470. XLVIII. Illius virtutes & res geſtæ, *ibid.* Sub purpura geſtabat cilicium, *ibid.* Liberalis in pauperes fuit, *ibid.* Tenuiorum cauſas acriter defendit, *ibid.*

Joannes Epiſc. Atrebatenſis dum moriturum Nicolaum V. flet admonitus ab illo, ut lachrymas in preces vertat, 1455. XII.

Joannes Raolinus Gallus creatus Cardinalis S. Stephani in Cœlio monte, 1455. XIV. Sacro militiæ ſymbolo inſignit Philippum Burgundiæ ducem, XXXI.

Joannes Taliacotianus Minorita ſcribit literas ad B. Joannem Picenum de geſtis B. Joannis Capiſtranenſis, 1456. LIV.

Joannes Caſtellio Epiſcopus Papienſis creatus Cardinalis tit. S. Clementis, 1456. LXXIII.

Joannes de Mella Epiſcopus Zamorenſis creatus Cardinalis tit. S. Priſcæ, 1456. LXXIII.

Joannes Cardinalis Æduenſis tit. SS. Joannis & Pauli redarguitur de turpiſſimo ingrati in ſedem Apoſtolicam animi vitio, 1457. LVIII. Illius procuratus impie a Pontifice ad concilium provocarat, ne penderet decumas, *ibid.* Reſciſſa a Calliſto nefaria provocatio, *ibid.*

Joannes Archiepiſcopus Upſalenſis Carolum Sueciæ Regem ob tyrannidem impietatemque regno pellit, 1457. LX. Solvitur cenſuris ſi quas contraxiſſet ob cædes patratas in bello, LXXI.

Joannes dux Lotharingiæ Renati Regis filius a Carolo VII. Francorum Rege Genuæ adminiſtrationi præfectus, 1458. XXIX. Propulſat Alfonſi Regis Aragonum & utrioſque Siciliæ impetus, *ib.* Saluti illi fuit mors Alfonſi Regis, *ib.* Parat Genuæ claſſem ad recuperandum Neapolitanum Regnum, 1459. LXXVIII. A Petro e Campofregoſo bello detinetur Ferdinandi & ducis Mediolanenſis opera, LXXX. Petro trucidato vertit impetus in Regnum Neapolitanum, *ibid.* Antequam accederet pars fœderatorum oppreſſa eſt, *ibid.* Marzanus Sueſſæ dux ſe illi conjungit, *ibid.* Plures principes urbeſque ad ſuas partes trahit, *ibid.* Scanderbegus adverſus illum trajicere in Apuliam meditatur, 1460. LX. Laudatum ejus conſilium a Pio, *ibid.* Adverſus Joannem Pius ſubmittit auxiliarem exercitum, LXII. Ferdinandum fundit fugatque ad Sarnum, *ibid.* Diſtrahitur a Joanne Antonio principe Tarentino ne Ferdinandum inſequeretur, LXIV. Pacem efflagitat a Pio, LXVII. Inſolenti dicto ejus oratores Pium pungunt generoſioreque reſponſo repunguntur, LXVIII. Promiſſa illi a Florentinis

ſub-

ſubſidia ope Coſmæ Medicis denegata, LXXII. Ejus res depreſſæ rebellantibus in Gallos Genuenſibus, LXXIII. Ejus pater Renatus dum in portum tentat irrumpere propulſatus, ibid. Adverſus Joannem Pius II. pro tuendo Ferdinando vires convertit, 1461. I. Proceres S. Severini a Joanne ad Ferdinandum deſciſcunt, II. Deſiit anathemata Joannis ſectatores a Pio, III. Neapolitani objectis cenſuris Joannem deſerere juſſi, VI. Plures urbes Joanni ademptæ, V. Renatus illius pater magna ſtrage Gallorum Genua propulſatus, VI. Decreta a Ludovico XI. ad Pium II. legatio qua ipſi promiſſa ſunt ſeptuaginta armatorum millia contra Turcas ſi Renato Joannis parenti faveret, 1462. VIII. Extrema clade Joannes ad Trojam a Ferdinando funditur, IX. Antonius Urſinus Tarenti princeps ad Ferdinandum deſciſcit, ibid. Aſcito a Catalanis in principem Renato Rege in Joannem Aragonum Regem copias movet, 1466. XIX. Barcinonem perveniens Aragonias copias delet, 1467. XXI. Armaniaci comitem in belli ſocietatem evocat, ibid. A Gerundæ obſidione depellitur a Joanne Rege, ibid. Vana cum Ferdinando Aragonio prælia gerit, 1468. XXXIV. De eo avocando adverſus Ferdinandum Regem actum, 1469. XXVII. Mahometis metu ne evocaretur a Ferdinando in Italiam ab eo conſilio temperatum eſt, ibid. Barcinonenſes decennali bello feſſi eum deſerunt ac conciliantur Joanni Aragonum Regi, 1472. XXV.

Joannes Luſitanus princeps ob defenſam in Cypro rem catholicam veneno ſublatus ab Helena ſocru, 1458. XLV.

Joannes Coſſa Gallorum dux ad Sarnum Ferdinandum profligat, 1460. LXII. Conſulit Joanni duci Lotharingiæ Ferdinandum concitato curſu inſequendum ne vires colligeret, LXIV. Spretum ejus ſalutare concilium Gallicis rebus exitium attulit, ibid. Inſolenti dicto dum pacem orat a Pio ſuorum opera Pium pungit, atque repungitur, LXVIII.

Joannes Armaniaci comes inceſtas nuptias cum ſorore contrahit, 1460. CX. Exutus principatu a Carolo VII. ad crimen expiandum confert ſe ad Pium II. ibid. Quæ pœna illi impoſita, ibid. Subornatus fuerat ab impoſtoribus fingentibus connubium cum ſorore permitti a Pontifice poſſe ac permiſſum, CXIII. Qui fuerint hujus fraudis artifices, ibid. Pontifex rogat Carolum Regem, ut principatui pœnitentem reſtituat, ibid. Lectoræ gladio confoſſus vitam claudit, ibid.

Joannes Joffredus Epiſcopus Atrebatenſis mittitur legatus in Gallias, Belgium, Angliam & Scotiam, 1461. CXVI. Solicitat Ludovicum XI. Francorum Regem, ut pragmaticam abroget, CXVII. Reſponſum illi a Ludovico de ea abroganda votum noncupaſſe, ibid. Creatur Cardinalis a Pio, CXXI. Orator decernitur a Ludovico XI. ad Pium II. cum Richardo Epiſcopo Conſtantienſi eoque Cardinale, 1462. VIII. Quadraginta equitum millia peditumque triginta millia in Turcas ſpondet ſi Pius Renato Neapolitana jura aſſerat, ibid. Quid a Pio reſponſum, IX.

Joannes Veccus Græcorum Patriarcha colligit auctoritates Sanctorum Patrum, quæ demonſtrant Spiritum Sanctum a Patre & Filio velut unico principio procedere, 1463. LXXII. Palamas hæreſiarcha impiis mendaciis eas auctoritates eluſit, LXXIII. In Palamam ſcribit Beſſario pro Vecco, ibid.

Joannes Simoneta plura abſurda in Pium II. confingit, 1464. XLVIII. Refellitur, ibid.

Joannes Balva Epiſcopus Andegavenſis creatus presbyter Cardinalis tit. S. Suſannæ, 1467. XVI. Operæ ſuæ venditandæ gratia alit in-

teſtina bella in Gallia prodito Ludovico XI. 1469. XXI. Divino miraculo ejus literæ quibus Burgundum incitabat, ut fœderatos arma tueretur interceptæ, ibid. Carceri honeſto mancipatur, ib. Actus divini terrore judicii omnia, ut erant fatetur, ibid. Decreti in Gallia judices pro cognoſcenda ejus cauſa, ibid. Data iis provincia ne ferrent ſententiam niſi quam præſignatam accepiſſent, ibid. Annis undecim in carcere conſenuit, ibid.

Joannes Turrecremata Cardinalis: Ejus obitus, 1468. XXXVI. Sodalitium Deiparæ Annuntiatæ ſacrum ad virgines dotandas inſtituit, ibid.

Joannes Michaelius Pauli II. ex ſorore filius creatus Cardinalis diaconus S. Luciæ in ſeptem ſoliis, 1468. XXXIX. Deinde plures mutat titulos, ibid.

Joannes Baſilius dux Moſcoviæ ad Paulum II. oratores mittit, 1470. IX. Filiam Thomæ deſpotæ Peloponeſi ſibi thoro jungi expetit, ibid. Inſignem legationem mittit ad Sixtum IV. 1472. XLVIII. Significat ſe concilio Florentino adhæreſcere, ibid. Deſponſa illi a Sixto Zoe filia Imperatoris Conſtantinopolitani, XLIX. De Tartaris in Turcas concitandis agit, ibid. Novogardiam ſibi ſubjicit, 1479. XXX. Trecentos currus auro argento lapidibuſque pretioſis onuſtos ex ea avehit, ibid. Illi ſe opponit Caſimirus ne Ruſſiam Lithuaniamque invadat, ibid. Cum Caſimiro Rege Poloniæ induciat init, ibid. Finxit ſe Novogardiam proficiſci, ut cives in ritu Græcanico contineret deluſoſque ſine bello ſpoliavit, ibid. Tuveriam occupat, XXXI. Stephanus Moldaviæ princeps de eo dicere ſolitus ſedendo, & dormitando augere imperium cum ipſe pugnando limites ægre tueretur, ibid. Sophiæ uxoris conſilio Tartarorum quorum erat fiduciarius jugum excutit, ibid.

Joannes Arcimboldus Novarienſis Epiſcopus creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. XXII.

Joannes dux Saxoniæ inferioris cum Chriſtierno Daniæ Rege limina Apoſtolorum adit, 1474. II.

Joannes Sixti IV. nepos & Julii II. frater nubit filiæ ducis Urbinatis, 1474. XX. Donatur inique Senogalliæ principatu, ibid. In ſtirpis ſuæ extremum exitium ea res verſa, ibid.

Joannes Cardinalis tit. SS. Nerei decernitur legatus a Sixto IV. ad Mediolanenſes in pace continendos, 1475. I. Inſtruitur authoritate ad diſcordes compeſcendos, ibid.

Joannes Galeatius dux Mediolanenſis patri Galeatio cæſo ſuccedit, 1477. II. Genuenſes libertatem affectantes compeſcit, ibid. Patrui illius pulſi in exilium opera Cicchi Calabri procuratoris, ut principatum retineret, ibid. Revocato Ludovico rerum adminiſtrationem tradit, ibid. Sixti IV. de eo literæ, III. Conjungit ſe Florentinis adverſus Sixtum IV. 1478. XIII. Concitati in eum Helvetii, XXXII. Genua Sixti IV. & Ferdinandi Regis opera ab illius dominatu divulſa, XXXII. Querulæ illius ad Ferdinandum literæ, XXXIII. Conciliati illi Ludovicus & Aſcanius patrui, 1479. III.

Joannes Rex Luſitaniæ Alfonſo patri redivi de cujus morte percrebuerat rumor ſceptrum reſtituit, 1477. VIII. Illi vita functo ſuccedit, XXXIX. Sub ejus auſpiciis Chriſti ſacra in Æthyopiam occiduam illata, XL. Inventa etiam pyxis nautica ad ſulcandum oceanum, ibid.

Joannes de Aragonia Ferdinandi Regis Neapolitani filius creatus Card. 1477. X. Monumenta inſignia Romanæ Eccleſiæ in librum compingit, ibid. In Bohemiam, Poloniam & Hungariam legatos decernitur, 1479. II. Indicendi inter eos Reges colloquii authoritate in-

ſtruitur, *ibid.* Jubetur ſacram in turcas expeditionem promovere, *ibid.*
Joannes Ruchardus hæreſiarcha novatorum anteſignanus; Quæ fuerint ejus hæreſes, 1479. XXXIII. Iis damnatis brevi mœrore conſumptus *ibid.*
Joannes Columna creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro, 1480. XLIII.
Joannes Dlugoſcus; Ejus ſcripta, & obitus, 1480. XLV.
Joannes Antonius princeps Tarentinus a Ferdinando ad Renatum Regem deficit, 1459. LXXIX. Conciliatus Ferdinando reſtitutis illi oppidis Pii opera, LXXXI. Conjunctus iterum Gallis adverſus Ferdinandum, 1460. LXXIV. Salubre conſilium de Ferdinando inſequendo ne vires reciperet diſturbat, LXIV. Cenſet prius finitimas urbes capiendas quam caſtra ad Neapolim promovenda, *ibid.* A Gallis ad Ferdinandum interprete Bartholomæo Rovarella Cardinale deficit, 1462. IX.
Joannes Baptiſta Zenus Pauli II. ex ſorore nepos creatus Cardinalis S. Mariæ in portico, 1468. XXXIX. Deinde S. Anaſtaſiæ in portico ac demum Epiſcopus Tuſculanus, *ibid.*
Joannes Baptiſta Cibus Epiſcopus Amalphitanus in pontificatu dictus Innocentius VIII. creatur Cardinalis a Sixto IV. 1473. XXII.
Joannes Baptiſta Sabellus Card. Florentinos ex agro Perusino depellit, 1479. XVIII. Pluribus urbibus præficitur, *ibid.* Ampliſſima poteſtate ad tuendos fidos plectendoſque infidos inſtruitur, *ibid.* Genuam miſſus ad pacem inter Fregoſios & Adurnos componendam, 1480. XXXI. Quando fuerit creatus Diaconus S. Viti in macello, XLIII.
Jovianus Pontanus Ferdinandi aſſentator indignas calumnias effundit adverſus Calliſtum, 1458. XXXIV. Refellitur, *ibid.*
Iſaacus Romaniæ Baſſa dejectus ingenti clade a Scanderbego, 1458. XVI.
Iſabella ſive Elizabeth Henrici Regis Caſtellæ ſoror poſtea Regina Hiſpaniarum mortuo Alfonſo fratre Regina ſalutatur a perduellibus, 1468. XXXIII. Delatam tyrannidem conſtantiſſime reſpuit, *ibid.* Pace inita renuntiatur hæres Caſtellani ſceptri, *ibid.* Ejus nuptias ambit Ferdinandus Trinacriæ Rex & ſceptri heres Aragonii, *ibid.* Nubit illi ac impedimenta canonica ſublatæ a Sixto, 1472. XXVI. Agnoſcitur hæres regnorum Caſtellæ, *ibid.* De iis cum Joanna ab Henrico fratre, ut filia agnita relictaque regnorum hærede certat, 1475. XIV. Illius matri adulteria objicit, *ib.* Cum Ferdinando viro Caſtellani regni apices partiri detrectat, XVII. Qua lege compoſita lis fuerit, *ibid.* Cum Ferdinando obſequia defert Pontifici, *ibid.* Caſtellæ & Legionis regna comparant, 1476. XIII. Joanna illius æmula in Luſitania Clariſſarum inſtitutum ſolemni ritu profeſſa, 1480. LXV.
Iſmael Sinopenſium princeps a Mahomete II. debellatus, 1461. XXXVIII.
Italia maxime a Mahomete II. affectata, 1470. XXXII. Deo cham prædixit enim B. Jacobus Picent Mahometem II. moniturum eam illam eſſet invaſurus, 1476. XIX.
Jubileus annus centeſimo recurrente anno inſtitutus a Bonifacio, 1470. LV. A Clemente VI. ad quinquageſimum contractus, LVI. Ab Urbano VI. ad trigeſimum tertium redactus, *ibid.* A Paulo II. ad vigeſimum quintum, LVII. Ea Pauli conſtitutio a Sixto IV. confirmata, LVIII. Jubileus annus a Sixto IV. celebratus, 1475. I.
Judæi abuſi privilegiis, 1456. LXVII. Coercitia Calliſto III. *ibid.* Vetitus cum iis convictus, *ibid.* Si blaſphement pœnis affici juſſi, LXVIII. Odio Chriſti puerum Chriſtianum Tridenti excarnificant, 1475. XXXVII. Divinitus detecti affectique ſupplicio, XXXVIII. Salomon Judæus Conradum puerum Chriſtianum quod filium ad B. Jacobum Picentem, ut erudiretur, deduceret, trucidat, 1476. XX. Trucidatum parietis craſſitie condit, *ibid.* Obductum parietem fumo obfuſcat, *ibid.* Diruto muro B. Jacobi imperio cum vivum ac vegetum puerum exire vidiſſet perculſus miraculo cum filio Joſepho chriſtiana ſacra ſuſcipit, *ibid.*
Julianus Sixti IV. ſororis filius creatur Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, 1471. LXXIX. Tifernum occupatum a Nicolao Vitellio obſidet, 1474. XVII. Urbe nonnullis legibus parum honeſtis potitur, *ib.* Illius fratri Joanni Senogallia inique data a Sixto, XX. Mittitur legatus in Gallias ad Ludovicum XI. 1476. I. Juſſus exponere continuas clades a Turcis acceptas & Caffæ excidium, II. Ut aliis regna ſubjicere meditetur, *ibid.* Ampliſſima augetur poteſtate, ut pacem componat, *ibid.* Avenionenſi præfectura donatur, IV. Secutæ inde turbæ aliquæ, *ibid.* Adducere non poteſt Ludovicum, ut pro tuenda fide arma ſuſcipiat, *ibid.*
Julianus Medices in templo a ſacrilegis conjuratis occiſus, 1478. I. Naſcitur illi filius poſthumus Julius qui in Pontificatu Clementis VII. nomen geſſit ac ſtirpem Mediceam in Florentino principatu aſſeruit, III.
Julius Medices Juliani Medicei cæſi a conjuratis filius poſthumus in Pontificatu Clementis VII. nomen adeptus, 1478. III. Mediceam familiam in Florentino principatu conſtabilivit, *ibid.*
Jura controverſa: Decretum a Sixto ob appellationes honorificas novum jus non quæri, 1475. XXXII.
Juramentum: Juriſjurandi a Georgio Podiebracio de fide catholica tuenda concepti formula, 1458. XXIV.
Juſtitia: Pro juſtitia in provinciis caſte adminiſtranda latæ a Paulo II. leges, 1466. XXIII.
Juſtitia divina: Inſigne illius exemplum in protoveſtiarium Trapezuntinum adulterum, 1461. XXXIX. In filium ingratum, qui matrem domo pepulerat, CXX. In Joannem Balvam Cardinalem Regis Gallorum proditorem, 1469. XXI. In ſacrilegos Polonos, qui pixides Euchariſticas rapuerunt, 1474. VIII. Divinæ juſtitiæ exemplum in Adolpho duce juniore, qui patrem carceri mancipavat, 1470. V. Divinæ juſtitiæ exemplum in Lancaſtrenſem familiam ob affectatum regnum, 1471. LII. Divinæ juſtitiæ in Judæos, qui puerum Chriſtianum excarnificarunt, exemplum, 1475. XL.

L

Lachrymæ: Joannes Epiſcopus Atrebatenſis monitus a Nicolao V. ut lachrymas vertat in preces, 1455. XII.
Ladiſlaus Hungariæ & Poloniæ Rex audita Mahometis irruptione Viennam in Auſtriam profugit, 1456. XIV. Monitus a Calliſto, ut cum Friderico Cæſare adverſus Turcas arma jungat, XVI. Objectum illi & Friderico anathema, ni pareant, XLIX. B. Joannis Capiſtranenſis & Huniadis opera vincit Mahometem, XXXII. Ægrotantem eundem B. Joannem inviſit, LIX. Sacris ab eo monitis inſtruitur, *ibid.* Beato viro omnia neceſſaria magnifice ſubministrari jubet, *ib.* Albam Græcam fugato Mahomete repetit, 1457. XVIII. Non admiſſus niſi copias dimitteret, *ibid.* Cæſi avunculi Ciliæ comitis dolorem diſſimulat, *ibid.* Huniadis filios in fra-

fratres cooptat, *ibid.* Delinitus officiis Budam perducit, *ibid.* Eoſdem in vincula conjicit, *ib.* In Ladiſlaum Huniadem ob trucidatum Ciliæ comitem capitalem fert ſententiam, *ibid.* Matthiam retinet in vinculis, *ibid.* Gerit inimicitias cum Friderico, 1457. VIII. Petitur atroci bello a Friderico ob ſtructas vitæ inſidias, IX. Admonitus, ut ſancito fœdere cum Friderico ipſo arma in Turcas vertat, X. Paret Pontifici, ac Fridericum de pace poſtulat, *ibid.* Reſpuit initas inducias cum Mahomete, XI. Collaudatur a Calliſto, *ibid.* Commendatur illi B. Jacobus Picem Hungaros cruce inſigniturus, *ibid.* Decernit legationem ad Calliſtum pro componendis Huſſitarum controverſiis, XIV. Poſcit a Carolo VII. Francorum Rege Margaretam filiam in uxorem, *ibid.* Repente extinguitur in ætatis & felicitatis flore, *ibid.* Curas ad ſalutem animæ vertit, *ibid.* Sublatus veneno ab Huſſitis creditus, XVI. Oderat hæreticos, *ibid.*

Ladiſlaus Joannis Huniadis filius natu major Ciliæ comitem ex inſidiis trucidat, 1457. IV. Capite plectitur, *ibid.* Michael Zilagias illius avunculus occupata Tranſilvania ejus mortem ulciſcitur, 1458. I.

Latinus Urſinus Archiepiſc. Trenenſis creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli, 1455. XIV. Miſſus a Pio II. ad regiam coronam Ferdinando conferendam, 1458. XXIX. *& ſeq.* Pontificem de re geſta certiorem facit, 1459. IX.

B. Laurentius Juſtinianus: Pius illius obitus, 1455. XLIII. Venetos a maximo ſervitutis periculo ſuis precibus vindicavit, *ib.* Sacramentis comparat ſe ad mortem, *ib.* Hortatur familiares ad ſervanda divina mandata, *ibid.* Amico tempus mortis prædicit, XLIV. Ejus corpus corruptionis expers, *ibid.* Poſt mortis biduum vivo ſanguine viſus refloreſcere, *ibid.* Medici de miraculo teſtimonium perhibent, *ib.* Beatorum honos illi decretus a Clemente VII. *ib.*

Laurentius Rovarella Epiſcopus Ferrarienſis in Germania internuntius Bohemos contra Georgium hæreticum crucis ſymbolo inſignire juſſus, 1468. I. Matthiam Regem confirmat ne ſe a Georgio ſubornari ſinat, XIII. Juſſus cogere ad officium Suitenſes, qui Sigiſmundi Auſtriaci terres violata pace quinquennali invaſerant, 1469. XVI. Pauli II. ad eum literæ cur Georgius reconciliatus Eccleſiæ non fuerit, 1471. XXVIII. Matthiam apoſtolica authoritate confirmat Bohemiæ Regem, XXXII. Alberto duci Saxoniæ ob data Bohemis hæreticis ſubſidia cenſuras intentat, XXXV. Poſt mortem Pauli II. confirmatur in eodem munere a Sixto IV. XXXVI.

Laurentius Zenus Archiepiſc. Spalathenſis idemque patriarcha Antiochenus in pontificiæ claſſis imperio Oliverio Carafæ ſubrogatus, 1473. I.

Laurentius Medices a conjuratis cæſo fratre Juliano immaniſſimo ſacrilegio ſauciatus dum in Euchariſtia Chriſtus attollitur, ut adoraretur, 1478. I. Proditorem ſubterfugit ac ſervatur, *ibid.* Sævitam crudeliſſime in conjuratos, II. Publicos inde ſtipatores liberaſque reipublicæ habenas ſuſcipit, III. Plurima adverſus Sixtum IV. molitus erat, IV. Faverat Nicolao Vitellio ad Tifernum occupandum, V. Carolo e Montone ſtuduerat, ut Peruſiæ tyrannidem invaderet, VI. Turbas in Italia concitare anniſus erat, *ibid.* Rebellantibus Anguillariæ comitibus opem porrexerat, VII. Venientes ad curiam Romanam ceperat, *ibid.* Eccleſiaſticam auctoritatem Piſani Archiepiſcopi odio calcaverat, *ibid.* Plures innocentes vindictæ cupidine efferatus trucidavit, IX. Piſanum Archiepiſcopum publice laqueo præfocari juſſit, *ibid.* In plures eccleſiaſticos inſontes

ſævitiam ſuorum opere exercuit, *ibid.* Decretoria ſententia percellitur ob violatum jus eccleſiaſticum, X. Objectæ Florentinis pœnæ ſi illi faverint, XI. Raphaelem Riarium Cardinalem a cuſtodia liberum dimittit, XIII. Mediolani dux & Veneti & Gallorum Rex & plures alii ipſi ſtudent, *ib.* & XIV. Pervicaciſſime ſe gerit adverſus Pontificem, XXVI. Roganti pro eo Gallorum Regi reſpondet Sixtus pœnitenti Laurentio veniam datum iri, *ibid.* Initæ cum eo induciæ & pacis interpretes creati Reges Galliæ & Angliæ, XXIX. Compromiſſi leges violat, *ibid.* Pro eo Pontifici conciliando variæ legationes a Regibus miſſæ ad Sixtum, 1479. VIII. Apologeticæ in eum & Florentinos Sixti literæ, *ibid. & ſeqq.* A Pontificiis & Ferdinandi Regis exercitu ad mœnia Florentiæ promoto in extremum diſcrimen adductus, XIX. Ferdinandum ſupplex adit illique promiſſo annuo vectigali conciliatur, *ibid.* Ita ad pacem Sixtum adigit ad quem oratores pro venia poſcenda mittit, *ibid.* & 1480. LXVIII. Eorum oratio, LXX.

Lauretana ædes a Paulo II. ſtructa circa aliam ædiculam divinitus translatam, 1471. LVII. In ea ædicula B. Jacobus Picens e graviſſimo morbo recreatus, LXXXI. In eadem a dæmonum vexatione vindicatus, *ibid.* Et de morte imminente factus certior, *ibid.* Cum Turcæ eam diripere molirentur divinitus a B. Virgine terrore immiſſo fugati, 1480. XXXII. Communita propugnaculis a Juliano Ruboreo Cardinale, *ibid.* In Lauretana æde ſeptem dæmones a muliere abacti, XXI.

Lemnos inſula a Mahomete II. erepta Pontifici, 1461. XLII. Erepta Turcis a Venetis, 1463. LVII. Virginis virtute defenſa contra Turcas, 1476. IX. A Venetis dedita Mahometi II. cum aliis pluribus arcibus, ut pacem ab eo emerent, 1478. XL.

Leodienſes de prompto ſtudio gerendi belli Turcici a Calliſto commendati, 1457. LXVII. Concitantur ad defectionem in Burgundum a Ludovico XI. 1466. XVII. Diſſentiunt cum Ludovico Borbonio detrectante ſacra Epiſcopalia ſuſcipere, *ibid.* In Ludovicum Epiſcopum copias educunt, 1467. XXII. Hovum expugnant illumque fugant, *ibid.* Delentur a Carolo duce, *ibid.* Veniam poſcunt quæ iis data ea lege, ut propugnacula evertantur, *ib.* Summa ſtrage affecti a Carolo, 1468. XXXII. Immaniſſime capta urbe trucidati ad quadraginta millia, *ibid.* & XXXIII.

Leonora Joannis Regis Navarræ filia nupta Gaſtoni Fuxenſi comiti a patre perduellis pronuntiata ob affectatum ante tempus Navarræ ſceptrum, 1466. XIX. Materno jure Navarræ regnum ſibi aſſerere annititur, 1467. XXI. Materno jure defuncto Carolo fratre Navarræ regno ſuccedit, 1472. XXV. Vir ejus obit cum regnum eſſet initurus, *ibidem.* Plura illi offert Ludovicus Rex Francorum, ut Navarram Gallico regno adjungat, *ibid.*

Leſbus inſula a Mahomete II. erepta Pontifici, 1461. XLII.

Lex divina: Quæ ſint illius propria, 1461. CI. Fulciri debet divino teſtimonio, CII. Illius veritas probatur ex tot Chriſtianorum miſeriis æquo animo toleratis, CVIII.

Lex Moſaica fingitur a Mahomete adverſari novæ, 1461. XCIV. Legis Moſaicæ perfectio eſt Chriſtiana, *ibid.*

Liberalitas inſignis fuit in Dominico Capranica Cardinale Firmano, 1458. XLIII. Sæpe veſtes ſibi detraxit, quas pauperibus dabat, *ibid.* *Vid.* Eleemoſyna.

Libertas: Ad hanc Germanos vocat præſtigiator, 1476. XVI. Politicam ſacram & prophanam evertere nititur, *ibid.* Ignibus tradi-

tur, *ibid.* Hunc imitati ſunt novatores & quia impunii tot mala invexere, *ibid.*

Libertas Eccleſiaſtica: Caroli IV. & Friderici II. edicta de libertate eccleſiaſtica confirmata a Calliſto III. 1455. XXXVII.

Literæ conjunctæ cum pietate a Nicolao V. 1455 XV. Literarum amantes ab eo provecti, XVI.

Lovanienſis academia: In ea proſeminati nonnulli errores, 1470. LI. Pauli II. diligentia evulſi, *ibid.*

S. Lucas: Illius reliquiæ, vaſtata a Turcis Boſnia, Venetias translatæ, 1463. XVIII.

Lucinianenſes immaniſſimis odiis certant cum Foyanenſibus, 1473. XV. Divino prodigio conciliati, XVII.

Ludi theatrales in Eccleſiis fieri vetiti, 1455. XLVII.

Ludovicus Alamandus Archiep. Arelatenſis Cardinalis reſtitutus cardinalatui poſt damnatum ſchiſma, 1455. XIV.

Ludovicus dictus Scarampus ſive e Mediarota Patavinus Florentinus Epiſcopus Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaſo Patriarcha Aquilejenſis decretus Legatus a Calliſto III. adverſus Turcas, 1456. XIII. Recuperandæ Conſtantinopoli juſſus operam dare, *ibid.* Turcas invadere juſſus a Calliſto, 1457. I. Nepotes Calliſti ob verſa in Cyprios arma in vincula conjicit, *ibid.* Intentat minas Mahometi ereptum iri Turciam ſi Hungariam affectet, IV. Juſſus Scanderbego opem ferre cum claſſe, XXIV. Claſſem Turcicam profligat, XXXI. Naves viginti quinque capit, *ibid.* Submiſſæ illi tres aliæ triremes, XXXIV. De ſolicitatis in Mahometem Regibus ad eum Calliſti literæ, 1457. XXXVIII. Submiſſa ejus exercitui auxilia, 1458. XVIII. Ingentes illi ſpes majorum copiarum datæ, *ibid.* Joannis Carvajalis legati exemplum ipſi propoſitum, XIX. Cypro adverſus Caramannum opem ferre juſſus, *ibid.* Ejus obitus, 1465. XV.

Ludovicus Delphinus Viennenſis poſtea Francorum Rex dictus Ludovicus XI. diſſentiens a Patre Carolo VII. ad ducem Burgundiæ ſe confert, 1456. V. Concipit pium ardorem gerendi belli in Turcas, 1457. LI. Abalienatur a patre in adulterii cœno ſeſe volutante, *ibid.* Sui metu patrem Carolum ad mortem adigit, 1461. XXXVII. Audita patris morte e Belgio profectus paternum regnum corripit, *ibid.* Ab orientalium Regum oratoribus rogatus, ut fœdus jungat adverſus Mahometem II, eos, ut impoſtores male traducit, *ibid.* Expoſiti illi a Pio II. Mahometis progreſſus, CLXXIII. Cypro & Hungariæ extremum excidium imminere ſignificatum, *ibid.* Propoſita gloria ſi Chriſtianum imperium ſervaverit, *ibid.* Philippum ducem Burgundiæ in ea expeditione illum ſecuturum, CXIV. Sacra prece luſtratus enſis ad eum a Pio tranſmiſſus, *ibid.* Qui verſus eaſe inſcripti, *ibid.* Philelphi ad eum de bello ſacro ſuſcipiendo cohortatio, CXV. Monetur, ut legem pragmaticam tollat, CXVI. A religione & juſtitia regnum auſpicari viſus, CXVII. Pragmaticam abrogandam decernit, *ibid.* Profitetur voviſſe eam antiquaturum parto regno, *ibid.* Conditam per ſeditionem tempore ſchiſmatis, CXVIII. Spretis politicorum ſententiis ſe conſentire cathedræ Petri profitetur, CXIX. Se rebelles compreſſurum ſpondet, *ibid.* Margaretam Angliæ Reginam ex Eduardi Eboracenſis carcere redimit ea lege, ut Renati parentis jura in provinciam in ipſum traducat, CXXXV. Inſignem legationem decernit ad Pium II. qua duo Cardinales ſunt functi, 1462. VIII. Quadraginta millia equitum peditumque triginta millia adverſus Turcas Pio offert ſi Renato Neapolitani regni jura aſſerat, *ibid.* Reſpondet Pius non verbis, ſed facto opus, ea modo alpes tranſcenderint, omnia ex voto illi ſucceſſura, IX. Dienſem & Valentinenſem comitatus Pio dat, XI. Rogatus a Pio II. ut cum Philippo Burgundiæ duce arma in Turcas vertat ſequaturque Pontificem Pii conſilium irridet, 1462. XXXIV. Interpretatur in Ferdinandi gratiam mania commenta fingi, *ibid.* Ruſſinonenſis comitatus pactione illi datus a Joanne Aragonum Rege, ut ſibi pro retinenda Catalonia opem ferret, XLIV. Cum Eduardo Angliæ Rege de pace agitat, XLVIII. Eo negante cedere vetera in Aquitaniam & Normanniam jura Henricum Regem tuendum ſuſcipit, *ibid.* Dat auxiliarem exercitum Margaretæ Reginæ, *ibid.* Ea cum viro fuſa, *ibid.* Graves iras in Pium II. ob poſtratas in Neapolitano regno ad Ferdinandi gratiam Gallicas res concipit, LXXXI. Graves in eum querelas fundit, *ibid.* Temere libertatem eccleſiaſticam infringit, *ibid.* Miſſi ad eum pro conciliandis in Regno Neapolitano induciis internuntii, LXXXII. Oborta diſſenſionis cauſa res diſturbata, *ibid.* In Ludovicum Regem derivat Philippus culpam non impleti voti Turcicæ expeditionis, 1464. XXX. Liguriæ jura in Franciſcum Mediolani ducem transfert, LXX. Magnam inde Gallorum procerum invidiam contrahit, *ibid.* Temere bellum movet Britoni, 1465. X. Bellum civile in eum conflatum, *ibid.* Quæ fuerint ipſi objecta, XI. Qui principes in eum fœdus coiverint, *ibid.* Pugna ad montem Lethericum commiſſa vincitur, XII. Conſultum illi a duce Mediolanenſi ne ſe periculo committat, *ibid.* Conjuratorum fœdus admiſſis ſingulorum petitis diſſolvit, XIII. Deinde de ſingulis ultionem expetit, *ibid.* Leodienſes in Burgundum concitat, *ibid.* Carolum fratrem ab aliis proceribus ſejunctum adortus Normanniam recuperat, 1466. XIII. & *ſeq.* Ad Paulum II. legationem mittit, *ib.* Ejus literæ ad Paulum, *ib.* Obſequium in ſedem Apoſtolicam commendat, XVI. Dinantæos in Carolum Burgundum concitat, XVII. A Galeatio duce Mediolanenſi fœdere Italico comprehenditur, utpote qui ipſi Genuæ & Saonæ jus fiduciarium contuliſſet, 1468. XXVII. Cum Carolo duce in Leodienſes quos concitarat conſpirat, XXXII. Proditur a Joanne Balva Cardinale conſiliorum participe, 1469. XXI. Interceptæ ſunt divinitus literæ quibus Carolus Burgundus concitabatur adverſus Ludovicum, *ibid.* Joannem Cardinalem & Guillelmum Epiſcopum Virdunenſem proditionis reos carceri mancipat, *ibid.* Epiſcopis decretis a Pontifice committendam eorum cauſæ cognitionem conſenſit, *ibid.* Fratrem Carolum ad colloquium allicit, XXII. Optionem illi dat Aquitaniæ, vel Campaniæ pro Normannia, *ibid.* Pace cum illo redintegrata Gallias pacat, *ibid.* Calicem ex auro puriſſimo ad Eccleſiam Lateranenſem mittit, XLIV. Voto ad id ſe aſtrinxerat, *ibid.* Eo deprecante Carolus Borbonius Venuſino comitatui præfectus a Paulo II. XLV. Carolum ducem Burgundiæ bello appetit, XLIX. Reſtitui ſitas ad Somonam urbes depoſcit, *ibid.* Ab Archiepiſcopo Turonenſi ſollicitatur, ut fidem Chriſti contra Mahometem II. tuendam ſuſcipiat, 1471. XLIII. Pollicetur arma in Turcas diſtringere, *ibid.* Sed ejus motus brevi extincti, XLV. Ambianum, Royam & Mondidierium repetit a Carolo Burgundo, XLV. Florentiſſimam occaſionem debellandi Mahometis amittit, L. Invitat Beſſarionem, ut legationem in Galliis demandatam obeat, 1472. VII. A perverſis ſubornatus ſententiam de ſacro bel-

In

in gerendo mutat, *ibid.* Urgetur a Beſſarione, at cum æmulo Carolo fœdus pangat, VIII. Arma vertat in Turcas, *ibid.* Inſtat e contra, ut Burgundus & Brito anathemate percellantur, *ibid.* In pertinacia obfirmatus legatum re infecta abire ſinit, *ibid.* Ferro, flamma, veneficio certat cum Carolo Burgundiæ duce, XII. Gravis in eum a Carolo Burgundiæ, Franciſco Britanniæ, Carolo Aquitaniæ ducibus conflata conjuratio, *ib.* In adverſis præſidium Virginis implorat ac pulſandæ meridie campanæ ad repetendam ſalutationem angelicam morem inducit, *ibid.* Carolum fratrem veneno ſuſtuliſſe Jordani venefici abbatis opera dicitur, *ibid.* Mox immiſſis copiis Aquitaniam recipit, *ibid.* Britonem ſibi conciliat divellitque a Burgundi fœdere, *ibid.* Illata interea ejus regni provinciis finitimis a Burgundo vaſtitas, *ibid.* Mittit legationem ad Sixtum IV. XIII. Obtinet, ut Carolus Borbonius Archiepiſc. Lugdunenſis Avenionenſem legationem gerat, *ibid.* Ejus literæ ſupplices de ea re, XIV. Sixto IV. ut vero Chriſti vicario obſequium defert, XV. Leonoræ Navarrici regni heredi plura defert ut Navarram Gallico regno adjungat, ſed irrito exitu, *ibid.* Fœdus init cum Friderico adverſus Carolum ducem Burgundiæ, 1475. IV. Carolus Burgundiæ dux in Ludovicum excivit Eduardum Angliæ Regem, VI. Petitus bello ab Eduardo Rege ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigal pollicitus pacem cum eo init, VII. Carolum Burgundum ab Anglo deſertum ad pacem adigit, VIII. Renatum ducem Lotharingiæ prodit ut in Lucemburgenſem vindictam exerceat, IX. Fraude interceptum obtruncat, *ibid.* Inanibus promiſſis Luſitanum Regem deludit, XVIII. Fugientem illum diſſimulato cultu retrahit e fuga atque cum honorifico comitatu Uliſſiponem dimittit, 1476. XIII. Cæſo Carolo Burgundiæ duce fiduciarias Gallicæ coronæ provincias armis repetit, 1477. IV. Mariam Burgundam ejus filiam ſpoliare mavult quam in nurum aſciſcere, *ibid.* Maximum in eo errorem admittit, *ibid.* Florentinorum partes adverſus Sixtum IV. amplectitur, XIII. De inſtaurenda pragmatica ſanctione agit, ſed levitatis notam ſubire metuit, XIV. Minacem legationem ad Sixtum mittit, *ibid.* Ejus oratores de induſtria ſerius auditi, ut interea iræ mitigarentur, *ibidem.* Quæ ſint ab iis propoſita, *ibidem.* Quæ fuerint a Sixto reſponſa, XIX. Oſtenſum non licere ipſi judicio ſummi ſacerdotis reſiſtere, *ibid.* Propoſitum illi Caroli Magni exemplum, *ibid.* Poſtulanti concilium œcumenicum quid illi reſponſum fuerit, XXII. Docetur Regem non judicare debere de Eccleſiaſticis, XXVI. Pacis arbiter inter Pontificem, & Florentinos una cum Eduardo Anglorum Rege creatur, XXIX. Certat cum Maximiliano Auſtriaco, XXXIV. Ingentem ab eo cladem accipit, *ibid.* Julianus Cardinalis ad pacem inter eum & Maximilianum componendam miſſus, 1480. XXXV. Julianum magnifice excipit, XXXVII. Quæ fuerint illius controverſiæ capita, *ibid.*

Ludovicus dux Sabaudiæ unum e filiis præficere copiis mittendis in Turcas meditatur, 1457. LXV. Gratulatur illi Calliſtus, *ibid.* A Carola Regina Cypri ad thori ſoliique ſocietatem vocatus, 1458. XLV. A Jacobo Carolæ notho fratre regno pellitur Ægyptiis armis, *ibid.* Nubit Carolæ Reginæ Cypri, 1459. LXXXVI. Cyprum profecturus Pontificem adire Mantuæ contempſit, *ibid.* Regni beneficiariam jus exambit a Sultano Ægyptio, *ibid.* Præfertur illi a Barbaro Jacobus nothus, *ibid.* & 1460. XCIII. Decernit oratorem ad Sultanum, ut eum de jure doceat, & amplius vectigal ſpondet, XCIV. Repellitur hortatore Mahomete II. *ibid.* Petitus bello occidentalium implorat auxilia, XCV. Spoliatur regno atque in arcem Cerinenſem confugit, XCVI. Obſidione cingitur, *ibid.* & 1461. XXXI. Carola Regina in occidentem venit ad quærenda auxilia, *ibid.* Ex Sabaudia nulla illi ſubmiſſa, XXXIV.

Ludovicus Minorita Bononienſis miſſus ad Uſumcaſſanum Perſidis Regem & alios Reges, ut Mahometem II. bello appetant, 1457. LXVI. Juſſus etiam adire Æthiopum Regem, LXVII. Georgianum & Francos Perſidis adiit, LXVIII. Miſſus a Calliſto III. in orientem ad commovendos reges contra Mahometem, 1459. XLIX. & LI. Deſignatus patriarcha a Chriſtianis orientalibus ad Europæos Reges ac principes pro jungendo in Mahometem fœdere miſſus, *ibid.* Ad Pium II. Romæ legationem obit, CI. Expetitur in patriarcham a Regibus orientalibus, CII. Miſſus a Regibus orientalibus ad occidentales pro jungendo in Turcas fœdere, 1461. XXXV. Creatur orator a Pio II. ut occidentales Reges ad bellum Turcicum incitet, *ibid.* Ad Carolum Francorum Regem irrito exitu legationem obit, *ibid.* Illius ad Philippum ducem Burgundiæ oratio, *ibidem.* Intereſt Ludovici XI. coronationi, XXXVII. Traducitur veluti impoſtor a cæſaris politicis, *ibid.* Sumpta ex eo occaſio quod mandata apoſtolica tranſgreſſus aurum eleemoſynæ ſpecie corraderet, *ibid.* Solvendarum legum canonicarum jus ſibi inique arrogat, *ibid.* Literæ Apoſtolicæ quibus orientis patriarcha deſignabatur illi denegatæ, *ibid.* Se patriarchalibus ſacris præter fas initiandum curat Venetiis, *ibid.* Juſſus in vincula conjici cum ſuis aufugit, *ibid.* Decernitur orator ab Uſumcaſſano ad Paulum II. pro ineundo fœdere contra Mahometem II. 1471. XLVIII. *& ſeq.*

Ludovicus Borgia Calliſti nepos donatus a Calliſto Spoletano ducatu peſſimo exemplo, 1458. XXV. Mortuo Calliſto pellitur, *ibid.* Aſſiſium Jacobo Piccinino vendit exiguo auro, *ibid.*

Ludovicus Bavariæ dux pacem init cum Alberto Marchione Brandeburgenſi internuntii pontificii opera, 1459. LV. Iniquo bello Fridericum Imperatorem laceſſit, 1461. XV. Detrectanti juri ſtare objectæ cenſuræ, *ibid.* Georgio Regi Bohemiæ heretico perſuadet ut internuntium apoſtolicum e carcere educat, 1462. XX.

Ludovicus Libretus regio ſanguine ſatus creatus Cardinalis a Pio II. 1461. CXXI.

Ludovicus Fregoſus quater Genuæ ducatum geſſit, toties que velut inutilis cum dedecore ejicitur, 1462. LI.

Ludovicus tit. SS. IV. Coronatorum Card. decernitur legatus in Aragoniam ad reſtituendam pacem, 1464. XXXII.

Ludovicus Lauredanus Turcas a Peloponeſo depellit, 1464. LXIII.

Ludovicus dux Aureliæ poſtea Rex Francorum dictus XII. a patre Carolo duce Aurelianenſi pietate illuſtri dum triennis eſſet orbatus, 1465. XIV. Floruit armis & felicitate dum paruit Romanis Pontificibus, *ibid.*

Ludovicus Cardinalis SS. Petri & Marcellini t Pia ejus mors, 1465. XV. Sumpturus Eucharistiam e lecto in terram juſſit ſe deponi, *ib.*

Ludovicus Borbonius deſignatus Epiſcopus Leodienſis detrectat ſacris initiari, 1466. XVII. Sana reſpuit conſilia, *ibid.* In eum Leodienſes inſurgunt indeque natum bellum funeſtum *ibid.* Expugnatus Hoyo fugatus, 1467. XXII.

Ludovicus Cruciferorum magiſter pacem init cum Caſimiro Poloniæ Rege, 1466. XXXI. Pomeraniam Chelmenſem & Michalovienſem provincias illi reſtituit, *ibid.*

Lu-

Ludovicus Morbiolius Bononienſis: Mira vitæ illius aſperitas, 1472. LXIII. Totus in Jeſu crucifixi meditatione verſabatur, *ibid.* Pie obit & miraculis inclareſcit, *ibid.*

Ludovicus Lucemburgenſis magiſter equitum in Galliis prodito Gallo Rege Edoardum Anglorum Regem hortatur, ut in Galliam irrumpat, ac Burgando fœdere jungatur, 1475. IX. A Burgundo proditur Gallo Regi, *ibid.* A carnifice cæſus, ut proditor, *ibid.*

Ludovicus Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolanenſis filius Galeatio Maria fratre cæſo a Ciccho procuratore ducis Joannis Galeatii ne principatum affectaret in exilium pulſus, 1477. II. Revocatus a populo Cicchum plectit capite, rerumque adminiſtrationem capeſſit, *ibid.*

Luxus mulierum: Latini Cardinalis Urſini ſanctio adverſus luxum muliebrem, 1454. XII. §. Sedimus.

M

Macedones ſolicitati in Turcas a Calliſto III. 1456. XLIV.

Magi in Inſubria graſſantur, 1457. XC. Infanda de Chriſto fingunt mendacia, *ibid.* Iis excindendis præſules operam navare juſſi, *ibid.* Magi dæmonem adorant & ſpectri natibus oſculum libant, 1459. LXXXVI. Donati pecunia & dapibus ſaturati ruunt in libidines, *ibid.* Exercita in eos acerbiſſima quæſtio, *ibid.* Damnati, qui dæmones conſuli poſſe aſſeruerā, 1473. XXIV.

Magiſter ſacri Palatii: Habituri conciones in ſacello pontificio eas oſtendera juſſi magiſtro ſacri palatii, 1456. LX. Eidem emendandæ concionis facultas collata, *ibid.*

Mahometani quantum differant a Chriſtianis, 1461. LII. Divinitatem & immortalitatem animæ fatentur, *ibid.* Chriſtum ex Virgine natum & prophetam aſſerunt, LIX. Negant Deum eſſe, vel mortuum, *ibid.* Sequuntur hominem ſine ratione & ſine miraculis, *ibid.* Eorum teſtimonio Chriſtus Mahometem vincit cum dicant vivere Chriſtum & mortuum Mahometem, *ibid.* Conſentiunt unum eſſe Deum creatorem cœli & terræ, LX. Diſſentiunt dum ajunt corporeum & providentiam negant, *ibid.* Eorumdem ineptiæ cur negent Dei filium, *ibid.* Eorumdem argutiæ ob quas negant Verbi incarnationem diſſolvuntur, LXVIII. Negant ſecundum Chriſti adventum, LXX. In quo beatitudinem collocent, LXXI. Refellitur porcinus eorum paradiſus, LXXII. Credunt Deum peccati auctorem negantque providum, LXXVII. Refelluntur, *ibid.* Aſſerunt angelos ex igne creatos & mori, LXXVIII. Dæmones per alcoranum ſalvandos ſomniant, *ibid.* Animam eſſe portionem animæ Dei, LXXIX. Cœlum ex fumo formatum, LXXX. Aſſerunt Chriſtum fuiſſe prophetam veracem & quid ex eo conſequatur, LXXXII. Somniant veterem legem a Judæis, novam a Chriſtianis corruptas, LXXXV. Crevit Mahometiſmus vitiorum licentia, LXXXVI. Refelluntur Mahometanorum mendacia de corrupta ſacra Scriptura, LXXXIX. Eorum objectio quod nova lex adverſatur veteri diſſolvitur, XCIII. Si ex victoriis comprobanda vera religio eſt, eæ ſunt, quæ divina virtute partæ ſunt, XCVI. Mahometanorum victoriæ non oſtendunt veram eſſe eorum legem, XCVII. Cur vincantur fideles ab infidelibus, *ibid.* Maxime iniquus in ſuos eſt Mahometes, qui pro ratione arma obtruſerit, XCVIII. Norat figmenta ſua pugnare cum ratione, XCIX. Ad Mahometanos exhortatio Mahometis turpiſſima, CI. Ob infanam fabulam vino abſtinent, CV. Eorum argutia ex Chriſtianorum defectione, CVIII. Refellitur, *ibid.* & *ſeq.*

Mahometes pſeudopropheta negat divinam providentiam, 1459. LXII. Arrii, Manetis, Neſtorii & Macedonii errores inſtauravit, *ibid.* Sibi aperte in variis locis contradicit, *ibid.* Vinum prohibet & adulteria laudat, *ibidem.* Inſtar belluæ cœleſtem beatitudinem carnis voluptate definit, *ibid.* Finxit Deum corporeum, negavitque ejus providentiam, 1461. LXI. Illius ineptiæ, cur neget filium Dei, *ibid.* Myſterium generationis Verbi divini non intellexit cum Arrio, LXIII. Ab Arrio & Neſtorio & Macedonio hæreſim contra Trinitatem latentem inter Arabes hauſit, LXIV. Sergio apoſtata doctore uſus eſt, *ibid.* Ejus impietas contra Trinitatem convellitur, *ibid.* & *ſeq.* Ejus argutia ob quam negat incarnationem Verbi, LXVIII. Mentitur alium Chriſti loco crucifixum, *ibid.* Refellitur, *ibid.* Negat ſecundum Chriſti adventum & confutatur, LXX. Aſinis & ſuibus paradiſum aptum finxit, LXXI. Cum Epicuro beatitudinem carnis voluptate definivit, *ibid.* Evincitur carnalem voluptatem non eſſe finem hominis, LXXII. Beatitudo collocanda in viſione & amore Dei contra Mahometis deliria, LXXIII. Tribuit Deo corpus idque frigidius glacie, LXXVI. Refellitur, *ibid.* Finxit Deum eſſe auctorem peccati, LXXVII. Negavit divinam providentiam, *ib.* Dæmones per alcoranum ſalvandos ſomniat, LXXVIII. Effutit animam eſſe portionem animæ Dei, LXXIX. Alias fingit animam ex materia produci, *ibid.* Finxit cœlum ex fumo factum, LXXX. Polygamiam induxit, LXXXI. & divortia, *ibid.* Aſſeruit Chriſtum fuiſſe prophetam veracem & ejus oracula non admittit, LXXXII. Finxit veterem legem a Judæis, novam a Chriſtianis corruptas, LXXXV. Mira & impia illius impoſtoris ars, *ib.* Vulgi cupiditatibus legem accommodavit, LXXXVI. Auctoritatem ſacrarum ſcripturarum mendacio evertit, LXXXVII. Intentata morte de ſuis placitis diſceptari vetuit, *ibid.* Refelluntur ejus mendacia, LXXXVIII. & *ſeq.* Edituro novam legem corruptio neceſſaria tantum fuit, XCI. Quod dæmon Porphyrio dixit de Chriſto, idem Mahometes aſſerit, XCIII. Objectio Mahometis, quod nova lex veteri adverſetur refellitur, XCIV. Cur alcoranum armis tantum defendi voluerit, XCVI. Non probatur ex victoriis Mahometanorum veram eſſe legem Mahometis, XCVII. & *ſeq.* Maxime iniquus demonſtratur Mahometes, qui arma pro ratione objecerit, XCVIII. Norat ſua figmenta cum ratione pugnare, XCIX. Inventa illius fluxere a Dæmone, *ibid.* Quorum conſiliis ſit uſus, *ibid.* An illius alcorano legis nomen congruat, C. Præcepta de oratione & Jejunio decerpſit ex Evangelio, CI. Turpiſſima ſunt, quæ ſunt propria Mahometis, *ibid.* Negavit ſuam legem alio ſtabiliri teſtimonio quam gladio, CII. Suſtulit omnem ſapientiam, CIII. Deliramentis deridiculis ſuum alcoranum farcivit, CIV. Iter quinquaginta millium annorum in terra amanſum eſſe finxit, *ibid.* Aniles fabellas pro oraculis obtrudit, *ibid.* Fingit angelos eſſe horrenda monſtra, *ibid.* Deum gelu concretum fingit, *ibid.* Infana ejus fabella, ob quam vinum prohibet, CV. Angelos modo fingit homines eſſe luxuriæ deditos, CV. Deliramenta illius inter ſe pugnant, *ibid.* De ſphærarum cœleſtium craſſitie inepta finxit, *ib.* Ab aſtrologis nonnullis ſomnia ſua mutuatus eſt, CVI. Circa magnitudinem Angelorum pugnantia inter ſe aſſerit, CVII. Stulte finxit Angelos vino & luxuria incaluiſſe, *ibid.* Ex poetis finxit fœminam in ſydus converſam, *ibidem.*

Ma-

Mahometes II. Calliſtus III. ſacramento ſe obligat ad bellum illi inferendum, 1455. XVIII. Fideles ad ſacram militiam in eum ſolicitati, XIX. Significatum a S. Antoninus per cruentiſſimam beſtiam plenam nominibus blaſphemiæ, XXII. Vocatur ab eodem myſticus antichriſtus, *ibid.* In eum promulgat Sacram militiam B. Joannes Capiſtranenſis, XXVI. Inſulas Ægæi maris devaſtat Mahometes, XXVIII. Indictæ adverſus eum ſolemnes ſupplicationes, *ibid.* Centum quinquaginta millia militum effundit in Hungariam, 1456. XIV. Univerſum orbem ſibi ſubjicere meditatur, *ibid.* Albam Græcam obſidet, *ibid.* Ejus claſſis a Chriſtiana profligata, XV. Viginti ſeptem naves illius captæ, *ibid.* Calliſti pro eo propulſando ſtudia, XVI. Admoniti fideles a Calliſto obſtringi de neceſſitate ſalutis ad capeſſenda pro fide in Mahometem arma, XVII. Indictæ adverſus ipſum a Calliſto ſolemnes preces, XIX. Sola ope divina Mahometem retundi poſſe promulgatum, XX. Non armis ad Chriſtianorum precibus debellatus eſt, XXIV. Expugnata illius caſtra, *ibid.* Exuitur impedimentis omnibus, *ibid.* Sagitta ſauciatur, *ibid.* Mortem ſibi conſciſcere nititur, *ibid.* Turpis ipſius fuga, *ib.* Oſtenſum antea divinitus B. Joanni Capiſtranenſi, Mahometem victum iri, XXVI. Ni propulſatus fuiſſet actum de Hungaria videbatur, XXIX. A paucis crucesignatis deletur, XXX. A copiis cœleſtibus perterritus eſt, *ibid.* A tribus millibus crucesignatorum Jeſum inclamantium victus, qui centumquinquaginta millia militum adduxerat, 1456. XXX. In fuga ipſius milites ſe mutuis vulneribus cædunt, XXXIV. Trecenta tormenta bellica illi erepta, XXXVI. B. Joannis Capiſtranenſis ad eum Europa pellendum cohortatio, XXXVII. A paucis crucesignatis ſine imperatore, ſine Rege, ſine duce victus, XL. Pluſquam dimidia exercitus illius pars concidit, XLI. Parta de Mahomete ſpolia ad Calliſtum perlata, XLII. Crucem in Chriſtianorum ludibrium ab humeris ad pedes defluentem geſtarat, *ibid.* Contuſa divinitus ejus blaſphema ſuperbia, *ibid.* Reſiſtere illi, non potuere Schiſmatici, quia ab Eccleſia alieni, *ibidem.* De eo victo Calliſti ad Imperatorem Æthiopum literæ, XLV. Furens rabie propinquos ſua manu peremit, XLVII. In eum ſollicitatus Imperator Æthiopum, XLVIII. Hungaricam expeditionem pro eluenda ignominia meditatur, 1457. II. Cum Regibus Mahometanis conjurat in Chriſtianos, III. Intentatæ ei a legato pontificio minæ eripiendam illi Turciam, ſi affectes Hungariam, IV. Reſpondet de Turcia non curare, modo Hungaria potiatur, *ibid.* Inſidiatur Pannoniæ, *ibid.* Ob inteſtinos motus molitur gentem Chriſtianam excindere, IX. Solicitatos in eum Fridericus Cæſar, *ib.* De induciis Ladiſlaum Hungariæ Regem poſtulat ac repellitur, XI. In eum Stephanus Thomas Boſnæ Rex arma vertere decernit, XVII. Victa claſſis Mahometis a pontificia, XXXI. Mytilenis funduntur ejus copiæ a Virgine divinitus roborata, XXXII. In Macedoniam contra Scanderbegum ſigna convertit, XXI. Vaſtat Macedoniam, XXII. Magna clade Scanderbegum afficit, XXVII. Dynaſtem Dibrenſem ſubornat in Scanderbegum, XXVIII. Victæ ejus copiæ, *ibid.* Solicitati a Calliſto in Mahometem ipſum Reges ſtudiis pontificis non reſpondent, 1457. XXXIV. *& ſeq.* Adhibitus ad Germanos, Polonos, Danos, Hungaros, Boſnenſes concitandos B. Jacobus Picens, XXXVII. De Mahomete obterendo datæ a Calliſto ad legatum literæ, XXXVIII. Triumphaſſet de Hungaria, & Germania, ni Calliſtus III. illi obſtitiſſet, XLIII. In ipſum ab eodem Pontifice Uſumcaſſanus Rex Perſidis incitatus, XIV. & LXVI. Solicitati etiam alii Reges orientales, *ibid.* Vincitur pluribus prœliis ab Uſumcaſſano, *ibid.* Conſtantinopolim metu Calliſti munit, LXXVIII. Petit inducias a Matthia Rege, ut adverſus Uſumcaſſanum Perſidis Regem arma vertat, 1458. XII. Vetiti Hungarus & Polonus inducias cum eo paciſci, *ibid.* Detectæ Mahometis artes, *ibid.* Hungaris, Polonis, Germaniſque torpentibus otio impetum in Scanderbegum convertit, 1458. XIV. Fortiter excepti, *ibid.* Convocati a Calliſto in eum Reges, ac principes, XV. Prope ſolus Scanderbegus illi reſtitit, *ibid.* Ejus exercitus cæſus a Scanderbego, XVI. Poſcit ab eo inducias & repellitur, *ibid.* Ejus ſpolia miſſa ad Reges, ut excitentur, XVII. Indictus ad decernendam in eum ſacram expeditionem Mantuanus conventus, 1458. XIV. Pius II. caſtra in eum ducere meditatur, XVI. Adjuratus per ſacrum baptiſma Francorum Rex, ut Pontificem ſequatur euntem adverſus Mahometem, XVI. Sollicitati alii Reges, XVII. David Trapezontinus Imperator in eum ſollicitatus, 1459. XXVI. Rebellat Mahometi Peloponeſus, XLIII. Ex Demetrii & Thomæ deſpotarum diſſidio reliquias Græcorum excindere parat, XLVI. Filiam Demetrii ſibi deſpondet, *ibid.* Patras amittit, XLVIII. In Mahometem conjurant orientis Reges, XLIX. Quantas copias in eum ſpoponderint, *ibid.* Sinopenſis ac Caramanus in eundem conſurgere parati, *ibid.* Sumpta conſilia de eripienda illi Natolia, L. Moniti Latini a Georgianiæ Rege ſi deſint occaſioni evertendi Mahometis numquam rediturum, LI. Synderoviam Hungaris eripit, LII. Zendrem in Raſcia occupat, LVI. Pii II. de inferendo Mahometi bello oratio, LX. Caramanus ſollicitatus a Pio, ut illi bellum inferat, LXXVI. Mahometes ferro non verbis rem gerit in Chriſtianos, *ibid.* Sultanum Ægyptium adducit, ut Jacobum ſpurium Ludovico Sabaudo pro gerendo ſceptro Cyprio præferat, LXXXVI. Adverſus Mahometem indicta ſolemnis expeditio a Pio II. 1460. I. Quantus adverſus eum exercitus maritimus & terreſtris decretus, XII. *& ſeq.* Caramanus & Armenii eum a tergo adoriri polliciti, *ib.* Ex diſſenſione Demetrii & Thomæ deſpotarum utriuſque opprimendi occaſionem captat, LVII. Demetrius ſe & ſua illi turpiter dedit, *ibid.* Spartani maluere ſe Pontifici dedere, *ibid.* Plures Græcos, qui ſe Mahometi ultro dediderant necari jubet, *ibid.* Tentata adverſus eum irrito ſucceſſu Germanorum expeditio, 1460. LXXVII. Hortatur ſultanum Ægyptium, ut Jacobum ſpurium Ludovico Sabaudo præferat ad gerendum ſceptrum Cyprium, XCIV. Inſignis orientalium Regum pro jungendo adverſus eum armorum fœdere ad Pium legatio, CI. Inſulas Ægæi maris & Peloponeſum populatur, CV. Varii ejus progreſſus, *ibid.* Conſpirat cum Ægyptio ad delendum Chriſtianum nomen, 1461. XXVII. Peloponeſum non ſubegiſſet, ſi opem tuliſſent occidentales, *ibid.* Prohibet Genuenſes, ne mari auxilia Caffenſibus afferant, XXVIII. In Aſiam expeditionem ducit, 1461. XXXV. Fruſtra in eum ſollicitati occidentales Reges, XXXVI. Sinopem expugnat, XXXVIII. Univerſam Paphlagoniam ſubigit, *ibid.* Trapezuntinum Imperatorem ad deditionem cogit, *ibid.* Illum deinde fraude circumventum pugno interficit, *ibid.* Illius tyrannis in patriarchas Græcorum, XXXIX. Subornatur auro, ut perfidis patriarchatum vendat, XL. Lemnum Leſbumque expugnat, XLII. Samothracem Imbrumque ſubigit, *ibid.* Leſbios Italici generis interfici jubet, XLIII. Peloponeſo tota po-

tio-

Digitized by Google

titur, *ibid.* Demetrium & Thomam Palæologos diſſentientes opprimit, *ibid.* Pii II. ad eum literæ de falſitate Mahometicæ ſuperſtitionis & Chriſtianæ religionis veritate, XLIV. &c. Uſumcaſſanum vincit, XLV. Debellandæ Italiæ illi difficultates propoſitæ, XLV. Quales retulerit victorias & de quibus, *ibid.* Non erant veri Chriſtiani quos domuit, XLVII. Si fiat Chriſtianus auctum iri ejus imperium expoſitum, *ibid.* Plurium Regum, qui ad Chriſtum converſi fuere propoſita exempla, *ibid.* LVI. Ægyptios, Arabeſque & Afros facile ab eo domitum iri, XLVIII. Expoſita ratio qua imperium retenturus ſit religione mutata, L. Monetur, ut inquirat quæ ſit vera religio, LVII. Vaticinia de Chriſto illi expoſita, VIII. Docetur in quo beatitudo vera conſiſtat, LXXI. Tot Cæſarum exempla ad ſequendam veritatem illi propoſita, LXXXIII. Quam honorificum illi futurum ſit ſi Chriſtum profiteatur, LXXXIII. Si ex victoriis comprobanda ſit religio, cur ſunt quæ divina virtute partæ, XCVII. Expoſitum, ut divino prodigio ad Belgradum victus fuerit, *ibid.* Mahometis victoriæ nil mirabile habuere, XCVII. Iniquitas Mahometis expoſita, qui pro ratione arma obtruſerit, XCVIII. Oſtenſum Mahometi ſi fiat Chriſtianus latiſſime ejus imperium propagatum iri, CII. Solicitatur Ludovicus II. Gallorum Rex, ut in Mahometem conſurgat, CXIII. Poſtulat Matthiam Hungariæ Regem de pace addita lege, ut Valachia & Boſnia Turcico adiiciantur imperio ac repellitur, 1462. XXVIII. Valachiam ſubigit, XXIX. Jaitzam Boſnenſium ſive Myſiorum regiam expugnat, *ibid.* In eum rebellat Wladus ſive Dracules Valachiæ regulus, XXX. A puero Draculis fratre quem ſodomitico crimine polluere nitebatur pugione ſauciatur, *ibid.* Eo blandioribus verbis ſubornato abutitur & principem Valachiæ renuntiat, *ibid.* Vaſtat Podoliam *ibid.* Caput Draculis in acie cæſi dono accipit, *ibid.* Mahometi inferendi belli Pius II. conſilium ſuſcipit, XXXIII. Monobaſiam ſive Spartam expugnat, XXXV. B. Virginis imaginem ad quam totus oriens confluebat ſacrilegis impudiciis fœdat, XXXVI. Carolam Cypri Reginam implorantem opem adverſus Ægyptium ſpernit, XXXIX. Expeditionem init adverſus Boſniæ Regem, 1463. XIV. Bobacium Regiam Boſnenſium corrupto præfecto expugnat, XV. Interceptum in fuga Stephanum Thomam Boſnæ ad dedendas arces pellicit, *ibid.* Cute vivum exuit, XVI. Mahometis perfidia ac ſævi mores, *ib.* Jaitzam amittit, XVI. Illam rurſus obſidet, *ibid.* Venientis Matthiæ terrore fugatur, *ibid.* Veneti illi bellum inferunt, XXI. Indicta in eum a Pio II. expeditio, LII. Horridam crudelitatem exercet in Chriſtianos, 1464. XI. Ea divinitus a bove ipſi exprobrata, *ibid.* Jaitza propulſatur, XII. Metu Matthiæ Hungariæ Regis relictis impedimentis fugit, *ibid.* Virium illius deſcriptio, XIV. Sexaginta exercitatorum militum millia habebat, reliquæ turmæ bellandi imperitæ, XV. Impudicitia illius nefanda, XVII. Et ſævitia, *ibid.* Confugientes ad ſe Imperatorem Trapezuntinum & Lesbi principem occidit, XVIII. Chalim tutorem ſuum trucidavit, *ibid.* Ducem clariſſimum ob petitam libertatem fuſtibus fregit, XIX. Amaſios ebrius obtruncavit, XX. Latinos Galatæos trucidari juſſit, *ibid.* Concocto vino mandatum revocavit, *ibid.* Morbo comitiali fuit obnoxius, *ibid.* Conjurarunt in eum Janiſſari, XXI. Actum de eo erat niſi a Græco & Conſtantinopolitano excitatum fuiſſet, *ibid.* Exinde neminem in cubiculum niſi infra annos duodecim admiſit, *ibid.* Polliceri omnia ſolitus cum a re ſua videretur, deinde fidem infringere, *ibid.* Peloponeſum amittit iterumque a Venetis recipit, LXIV. Ferdinandum Regem Neapolitanum pertentat cum Italiæ imperium armis Turcicis velit invadere, 1465. III. Offert illi octingenta aureorum millia, *ibid.* Eum de affinitate contrahenda ſollicitat, *ibid.* Plura adverſus Scanderbegum prælia gerit ducum opera, 1465. XVI. Ii a Scanderbego profligati, *ibid.* & XVII. Geminum exercitum adverſus eum immittit, qui profligatur, *ibid.* Subornat ſicarios ad trucidandum Scanderbegum, ſed inſidiæ divina providentia detectæ, XVIII. Aperto eum bello petit, *ibid.* Dedititios immaniter trucidat, *ibid.* Ejus duces repulſi Croja, XIX. B. Andream Chienſem ſeducere nititur præmiis, ut fidem Chriſti damnet, XX. Martyrio illum afficit, *ibid.* In Albaniam irrumpit, 1466. I. Scanderbegum ditione exuit, II. Nudum & inermem ad littora Italiæ ejicit, *ibid.* Ob Chriſtianorum negligentiam animis auctus, III. Pauli II. literæ ad principes, ut illius victorias repriment, V. Solicitati Itali, ut in eum fœdus ineant, VII. Albanorum quinquaginta millia in ſervitutem abducit, *ibid.* In Nurembergenſibus conventibus decretum in eum bellum, ſed irrito conatu, 1468. I. Decretum a Paulo II. XV. *& ſeq.* Sed infauſto eventu, *ib.* Ænum in Thraeis aliæque urbes ereptæ ipſi a Venetis, 1469. XII. Viginti equitum millibus in Corvatiam immiſſis eam populatur, XIII. Viginti duo millia Chriſtianorum interficit ſuorum opera & alia quindecim millia, *ibid.* Ejus impia conſilia de religione Chriſtiana excindenda, XVIII. Sacrilegum votum ab eo nuncupatum de abolenda Chriſti lege, 1470. XI. Impingit Chriſtianis idololatriæ crimen, *ibid.* Dei nomine ad propagandam impietatem abutitur, *ibid.* Indicit expeditionem, *ibid.* Lemnon Imbrumque expugnat, *ibid.* Euboeam continenti jungit ponte conſtructo, *ibid.* Eam expugnat, XIII. Summam crudelitatem exercet in Chalcidenſes, *ibid.* Quadraginta Turcarum millia in eo bello amiſit, *ibid.* Plures urbes in Peloponeſo recipit, *ibid.* Athenas evertit ducis opere, *ibid.* Scribit Paulus II. illum ſub draconis in apocalypſi deſcripti typo Eccleſiam perſequi, XV. In Chalcidis obſidione claſſem navium quadringentarum habuit, XX. Quantam in Chriſtianos carnificinam exercuerit, XXIV. Cadavera tormentis contorſit, XXV. Expeditiones ferme quadrimeſtres gerere ſolitus, XXVI. Quanta ſint ejus vectigalia, *ibid.* Non difficile fuit vincere non reſiſtentes ſibi, XXVII. Vicit Conſtantinopolitanos, quia non ſunt uſi ſuis opibus, *ibid.* Beſſarionis ad Italiæ principes oratio, ut in eum conſurgant, *ibid.* *& ſeqq.* Decem regna a Mahomete occupata, *ib.* Quam cupidus ſit Italiæ ſubigendæ, XXXII. Ut incitetur ſtimulis gloriæ, *ibid.* Tuetur parta ea augendo, *ibid.* Ducenta hominum millia in exercitu habet, & præterea inſtructam claſſem, *ibid.* Apollonia potitus ut ex ea Italiam invadat, XXXIII. De Italia & Roma ſubjiciendis voces jactare ſolitus, XXXIII. Ut redeat de Chriſtianorum diſſidiis eoſque terreat, *ibid.* Ut perpetuis ſtipendiis exercitum conductum teneat, XXXIV. Continuis bellis illum exercet, *ibid.* Tot bella cum Triballis geſſit non eorum cauſa, ſed Italiæ ſpe, XXXV. Cur Ferdinandum Regem Neapolitanum ſollicitarit de ineundo fœdere, *ibid.* Promiſſa Albanis auxilia adverſus Mahometem, XXXVIII. Itali principes commoniti a Paulo II. ut arma jungant in Mahometem, XXXIX. Inſtauratum in eum fœdus Italicum a Nicolao V. antea ictum, XLII. Ludovicum XI. fidem

Chriſti adverſus Mahometem tueri decernit, XLIII. Mox deficit, XLV. Uſumcaſſam Perſarum Rex occidentales de fœdere ſolicitat adverſus Mahometem, XLIX. Eatmiæ occaſioni deſunt, LI. Encyclicæ Sixti IV. ad occidentales Reges literæ, ut Mahometes tot regna ceperit atque ad occidentale imperium aſpiret, LXXII. Quatuor legati a Sixto IV. decreti ad Reges in eum concitandos, LXXVI. Sixti IV. ad fideles literæ de Mahometis immanitate & ejus conſiliis retundendis, 1472. I. II. III. & 1472. XVIII. Opprimendi Mahometis occaſioni Matthias Hungariæ Rex deſuit dum adverſus Mahometem inſurgeret Uſumcaſſanus, 1472. XL. Smyrna illi ab Oliverio legato apoſtolico erepta, XLII. Erepta & minor Armenia ab Uſumcaſſano, XLIII. Educta ab Uſumcaſſano adverſus illum ſexcenta armatorum millia, XLIV. Trapezus & Cæſarea & Sebaſtia illi erepta, *ibid.* Sinope etiam illi erepta, XLV. Ejus exercitus ab Uſumcaſſano in Natolia victus, XLV. Exercitum ad vaſtandum Illyricum immittit, XLVI. Plura hominum millia in ſervitutem abripit, *ibid.* Metuit ne Chriſtianis Uſumcaſſano junctis avertatur, 1473. V. Poſtulat pacem ab Hungaro, *ibid.* Trecenta viginti millia militum educit adverſus Uſumcaſſanum, 1473. VIII. Initio vincitur, dein tormentis bellicis caſtra Perſica fundit, *ibid.* Potitur hoſtium impedimentis, *ibid.* Amiſit quadraginta Turcarum millia cum decem tantum millia Perſarum occidiſſet, *ibid.* Amiſſa tunc a Chriſtianis recuperandæ Conſtantinopolis ſpes, X. Carinthiam & Stiriam immiſſo equitatu populatur, *ibid.* Stephanus Moldaviæ princeps de Mahometis exercitu victoriam refert, 1474. XI. A bello in Turcam ſuſcipiendo abhorret Polonus, *ibid.* Scodram immiſſo exercitu obſidet, XII. Iis magna ſtrage propulſatus, XIII. Caffam inito cum Tartaris fœdere expugnat, 1475. XXII. Italiæ expugnandæ conſilia init, XXV. Gothia potitur, XXVI. Tentatus Ludovicus XI. Gallorum Rex, ut in Mahometem arma capiat, moveri non poteſt, 1476. III. & *ſeq.* Quingenta millia Turcarum effundit in Moldaviam Mahometes, V. Tartaros in eamdem immittit, VII. Stephanum Moldaviæ Wayvodam obruit, *ibid.* Valachiam populatur, *ibid.* Hungariæ Rege Matthia in eum ſigna movente diſcedit, *ibid.* Germaniam, Dalmatiam, Stiriam & Carniolam ducum opera vexat, *ibid.* & VIII. Quadraginta hominum millia abducit e Valachia, VIII. Quinque arces Matthiæ Regi eripit, *ibid.* Naupactum & Lemnon fruſtra tentat, IX. Manuel Palæologus Thomæ deſpotæ minor filius ad eum transfugit, X. Prædicit B. Jacobus Picens Mahometem interiturum cum Italiam eſſet invaſurus, 1476. XX. Belli inter Matthiam & Fridericum exorti occaſione uſus Dalmatiam vaſtat, VII. Crojam Albaniæ urbem nobiliſſimam annua obſidione preſſam ad deditionem cogit, 1478. XL. Scodram oppugnat acerrime, *ibid.* Drivaſtum capit, *ibid.* Lyſſum ad Drymonis ripam Venetis eripit, *ibid.* Venetis pacem vendit Scodra, Tænaro & Lemno inſula receptis, *ibid.* Recepto auro plurimo Venetis magiſtratum antiquo more Conſtantinopoli manere permittit, XLI. Quieſcentibus Venetis reliquæ Italiæ magnum terrorem offundit, *ibid.* Neritum vulgo Mauram Leonardo Toccio eripit, *ibid.* Zephaleniam & Zacynthum ſuo adjicit imperio, *ibid.* Miſſi in Germaniam, Hungariam & Bohemiam ac Poloniam legati pro redintegrando in eum bello, 1479. I. & *ſeq.* Siciliæ & Rhodo terrorem intentat, XXI. In Hungariam duos exercitus immittit, XXIV. Ejus duces magna ſtrage a Stephano Bsthoro victi, XXV. Illyricum copiis immiſſis vaſtat, XXIX. Ex Hungarorum & Germanorum diſſidiis fit inſolentior, *ibid.* Pace cum Venetis percuſſa Hungariam opprimere meditatur, XXVII. De immiſſis ab eo exercitibus, *ibid.* Ex Chriſtianorum diſſidiis evertendi Chriſtiani imperii occaſionem aucupatur, 1480. I. Rhodum Italiamque miſſa gemina claſſe invadere tentat, *ibid.* Ejus exercitus divino prodigio in Rhodia oppugnatione victus, IX. Hydrunto in regno Neapolitano Achmetis opera potitur, XVII. Romam expugnare meditatur, XXVI.

Mahometica lex: Fœdi illius errores expoſiti in Mantuano conventu, 1459. LXII. Negata a Mahumete divina providentia, *ib.* Inſtaurati ab eo Arrii & Manetis impii errores, *ibid.* Et Neſtorii & Macedonii, *ibid.* Sibi aperte in locis variis contradicit, *ibid.*

Mantua cur delecta ad celebrandos Chriſtianorum conventus, 1459. VIII. Mantuani conventus fama maximos in oriente motus peperit, L.

Manuel Palæologus Thomæ olim Peloponeſi deſpotæ filius ad Mahometem ſuæ ſtirpis carnificem perfugit, 1476. X. Honore Cardinalibus pari affectus annuaque penſione ſuſtentabatur, *ibid.*

Maonenſes opem implorant a Calliſto III. adverſus Turcas, 1455. XXXIII.

Marcus Tarviſinus Epiſcopus ad ſequendum Pontificem contra Turcas ſe offert, 1463. XLIX.

Marcus Barbus Venetus Epiſcopus Vicentinus creatus presbyter Card. tit. S. Marci, 1467. XVI. In Germaniam legationem ad pacem inter Hungarum & Polonum de Bohemis certantes conciliandam exercet, 1472. XXVIII. Friderico commendatur, *ibid.* Ejus legatio ad regna ſeptemtrionalia exporrecta, XXXV. A Rege Poloniæ excipitur honorificentiſſime Cracoviæ, XXXVI. Mala ex bello oriunda proponere juſſus Poloniæ Regi, XXXVIII. Inſtructus authoritate, ut pro pace conficienda Bohemiæ regnum dividat, XXXIX. Reverſus e legatione geſta a ſe exponit Pontifici & Cardinalibus, 1474. VI. Miſſus a Sixto IV. in Germaniam legatus, 1471. LXXVII. Paci inter Polonum & Hungarum componendæ operam dare juſſus, *ibid.* Quibus mandatis inſtructus fuerit, LXXVIII. Nullo irrito exitu conventus celebrat, XIII.

Margarita Regina Angliæ Renati Regis filia capto Henrico IV. Rege viro in acie Richardum ducem Eboracenſem bello petit, 1460. CVIII. Potita victoria Richardum una cum Edmundo ſecundogenito capite truncari jubet, *ibid.* Richardi caput papyracea corona per ludibrium cingit, *ibid.* Nimia in rebelles acerbitate in deſperationem Londinenſes conjicit, 1461. CXXXIV. Victa acie una cum viro & filio fugam corripit, *ibid.* Proſcribitur ab Eduardo Eboracenſi regno potito, CXXXV. In fuga a latronibus capta ſpoliataque opibus, *ibid.* Dum prædones certant de præda filium complexa per nemus aufugit, *ibid.* Incidit in latronem illique filium Anglici regni hæredem commendat, *ibid.* Ab Eduardo hoſte funditur ingenti prælio cum Henrico viro, 1462. XLVIII. Inops conſilii in Gallias revertitur cum filio, *ibid.* Ejus vir Henricus e carcere ad ſolium tranſlatus, 1470. XIX. Una cum filio Eduardo capitur in acie, 1471. LI. Ejus filius trucidatus ipſa carceri tradita ac poſtea redempta a Gallo Rege ea lege ut Renati Regis parentis in Provinciam jura ad Gallicum imperium transferat, *ibidem.* Henricus vir ab Eduardo in

turri Londinenſi cæſus, LII.

Maria Deipara. *Vid.* Beata Virgo.

Maria Caroli ducis Burgundiæ filia & principatuum heres nubit Maximiliano archiduci, 1477. III.

Marinus Marzani princeps ob ſecutas Gallicas partes perculſus anathemate, 1463. LXXXVI.

Marmora: Ex baſilicis urbis abripi intentato anathemate vetita, 1457. XCIII.

Maronitæ inſtruuntur a Paulo II. quid ſentiendum ſit de Deo uno & trino, 1469. XXIX. De duabus naturis in Chriſto, *ibid.* Et duabus operationibus, *ibid.* Eorum Patriarcha confirmatus a Paulo II. XXX.

Martinus Meyer Archiep. Moguntini cancellarius multas de Calliſto querelas ob indictas contra Turcam decumas fundit, 1457. XLIII. Eas refellit Æneas Sylvius, *ibid.* & *seq.* Docetur quanta ſit Pontificum dignitas, XLVII. Pontificum contemptores ſervari non poſſe, *ibid.*

Martyres: Tres Trinitarii affecti martyrio Conſtantinopoli, 1458. L. Poſt mortem apparent judici ac minantur damnatum iri ni fiat Chriſtianus, *ibid.*

Martyrium: Ejus deſiderio ardebat B. Joannes e Capiſtrano, 1456. LVIII.

Marzanus Sueſſæ princeps Joanni duci Lotharingiæ Neapolitani regni aditum pandit adverſus Ferdinandum, 1459. LXXXI.

Matrimonium damnatum a nonnullis hæreticis, 1459. XXX. Iidem magicis artibus dediti, *ibid.* *Vid.* Nuptiæ.

Matthias Joannis Huniadis filius natu minor retentus in vinculis a Rege Ladiſlao, 1457. IV. A B. Joanne Capiſtranenſi præferebatur fratri majori nato, 1458. I. E vinculis vocatur ad ſolium Hungaricum, *ibid.* Illum Georgius Podiebratius ex arce Viennenſi dolo in Bohemicum carcerem abduxerat, *ibid.* Legati apoſtolici opera & Hungarorum precibus carcere emittitur, III. Ob patris labores regia corona donatus, *ibid.* Præſagitus a Calliſto felix ille eventus, IV. Gratulatur ei Pontifex, ac ſæpius pro eo lachrymas ſe fudiſſe ad Chriſtum teſtatur, VII. Propoſita ipſi excindendæ Mahometicæ ſuperſtitionis gloria, *ibid.* Boſnæ regnum illi commendatum, X. Hortatur ad pangendum cum Friderico Cæſare fœdus, XI. Prohibetur inire inducias cum Mahomete, *ibid.* Mittit Epiſcopos ad Georgium Podiebratium Bohemica corona eingendum ea lege, ut prius ſacramento ad tuendam religionem ſe obſtringeret, 1458. XXII. Matthiæ ea de re publicæ literæ, XXIII. Georgio fœdere jungitur ejuſque filiam ducit uxorem, XXVII. Nonnulli ſeditioſi Fridericum Cæſarem in eum concitant, 1459. XIV. Conſultum Friderico a Pontifice ne Matthiam ad jungendum cum Turca fœdus adigeret, XV. Parat Matthias exercitum in Turcas, XVI. Præferri illi jubet Pontifex Eccleſiæ vexillum, XVI. Germaniæ vires in eum Fredericus effundit, XVII. Monitus Matthias ne Chriſti cauſam tueri deſinat, *ibid.* Duorum Imperatorum impetus ſimul ſuſtinet, *ibid.* Synderoviam Matthiæ eripit Mahometes, LII. Oratorum opera conqueritur de illato ſibi a Friderico bello, LXIV. Joannes Cardinalis S. Angeli Matthiæ, & Friderici conciliandis operam dare juſſus, LXXVII. Aurum ſubſidiarium illi a Pio ſubmiſſum, LXXVIII. Spondet illi Pius ſtipendia pro ſuſtentandis duodecim equitum millibus, LXXVIII. Promittit viciſſim Matthias duodecim equitum & aliquot peditum millia ſe conjuncturum, *ibid.* Pro concordia inter illum ac Fridericum Cæſarem ineunda conventus indicti a Georgio, 1460. LXXVII. Fridericus Cæſar queritur Joannem Carvajalem Cardinalem nimium illi ſtudere, LXXVIII. Deſertus a Germanis de induciis cum Turca agitat, XC. Promiſſum illi a Pio II. aurum ſtipendiarium ne eas paciſcatur, *ibid.* Queritur promiſſa duodecim equitum millia non ſuppeditari, *ibid.* Petente Boſnia regium nomen a Pio II. intercedit ne ad ipſum tranſmittatur, XCI. Monetur illius juri non detrahi, *ibid.* Colloquium init cum Georgio Bohemiæ Rege, XCII. Jungendæ inter Matthiam & Cæſarem paci Beſſario Cardinalis operam dare juſſus, 1461. XXVI. Plures leges promulgat ad juſtitiam probe adminiſtrandam, 1462. XXVII. Sancit cauſas eccleſiaſticas a præſulibus cognoſcendas, *ibid.* Poſtulatus de pace a Mahomete ea lege, ut Boſniam & Valachiam illi permitteret eam reſpuit, XXVIII. A Pontifice & Venetis nummaria ſubſidia accipit, *ibid.* Cum Dracule Valachiæ principe fœdus init in Turcas, XXX. Auxiliares illi copias in Mahometem ſubmittit, *ibid.* Fugientem ad ſe Draculem ob ferinam immanitatem vinculis mancipat, *ibid.* Deinde eum liberat augetque ſubſidiario exercitu contra Turcas, *ibid.* Negata regia corona Boſniæ principi niſi Matthias Rex conſentiret, XXXI. Interpretibus legatis pontificiis pacem cum Cæſare componit, 1463. I. Prius delectus fuerat Rex quam Fridericus, II. Se reſtituturum illi ſacram coronam ſpondet Fridericus, III. Octoginta millia aureorum promittit Friderico, *ibid.* Nonnulla oppida Hungariæ Friderico permittit, IV. Ab eodem cooptatur in filium, *ibid.* Promiſſa illi a Friderico auxilia contra Turcas, *ibid.* Non ſuſcepta a Matthia prole regnum ad Fridericum devolvendum, V. Juſſus Matthias Fridericum patrem & Regem ſuum appellare, VIII. Pactiones initas confirmat, XI. Decernit legationem ad Pontificem, XII. Data illi a Pio pro ſuſtentandis copiis ſtipendia, *ib.* Jaitzam pluraque alia oppida Turcis eripit, XVI. Mahometem redeuntem ſolo terrore ab illius obſidione depellit, *ib.* Init fœdus cum Venetis, XXI. Boſnam a Turcis recuperat, 1464. VI. Jaitzam Turcis eripit, XII. Solo terrore Mahometem relictis impedimentis ad fugam compellit, *ibid.* & LXIII. Catholicos tuendos ſuſcipit adverſus Georgium Bohemiæ tyrannum, 1468. IX. Bohemiæ jus illi concedit Fridericus quod ad imperium devolutum erat, X. Paciſcitur cum Friderico Bohemiam Hungariamque ſi nullos ſuſceperit liberos ad ſtirpem Auſtriacam devolutum iri, *ib.* Caſimirum Regem Poloniæ de affinitate & fœdere ſolicitat, XII. Repellitur a Polono, *ibid.* Victorinum Georgii filium ex Auſtria pellit, XIII. Exercitum illius ex parte cædit, *ibid.* Georgium de fœdere ipſum appellantem repellit, *ibid.* Trebyczium incendit, *ibid.* Ferme Victorinum intercipit, *ibid.* Brunam, Olomucam & alias urbes recipit, *ibid.* Poſtulatur a Georgio ad ſingulare certamen, XIV. Reſpondet non gladiatoris, ſed principis more in campo certaturum, *ibid.* In ſolemnibus ordinum comitiis ſalutatus a catholicis Bohemiæ Rex & Marchio Moraviæ, 1469. X. Georgius illi opponit Wladiſlaum Caſimiri Regis filium quem ſcepcri Bohemici hæredem renuntiandum curat, XI. Fridericus Cæſar de Matthia conqueritur apud Polonum quod civiles in Auſtria motus agente ſe in Italia foviſſet, 1470. I. A Polono in Pannoniam excurrens cogitur a Bohemia recedere, II. Gratulatur illi Pontifex de reportata de Bohemis victoria, *ibid.* Datum illi a Paulo elogium, *ibid.* Monetur ne cœptis abſiſtat, IV. Inſtaurat fœdus cum Friderico, X. In Ratiſ-

po-

ponenſibus conventibus oratorum opera auxilia poſſet contra geminum Turcarum exercitum, 1471. XI. Ejus de ea re ad Paulum II. literæ, XXX. Georgium in eas cogit angoſtias, ut ad efflagitandam Eccleſiæ gratiam adigeret, XVII. Queritur nec a Pontifice nec a Cæſare quæ promiſſa erant mandata operi, XXX. Confirmari a Pontifice in Regem Bohemiæ efflagitat, *ibid.* Solemni ritu poſt mortem Georgii ab internuntio Apoſtolico in Regem Bohemiæ confirmatur, XXXII. Favet illi orator Cæſareus, *ibid.* Albertus Saxo dum ad regnum Bohemiæ aſpirat Matthiæ plurimum obfuit, ſibi non profuit, XXXV. Obſtitit ne Bohemi Matthiæ imperium acciperent, *ibid.* Geminus exercitus in Bohemiam & Hungariam a Polono in eum immiſſus, XL. Caſimirum propulſat & conjuratos opprimit in Hungaria, *ibid.* Promiſſum illi apoſtolicum præſidium a Paulo, *ibid.* Enſis & pilei munere donatus ab eodem, XLI. Nummaria ſubſidia eidem ſuppeditata, XLII. Nititur Sixtus Matthiam, Fridericum Cæſarem & Caſimirum Poloniæ Reges conjungere in Turcas, 1472. XXVIII. Matthiæ partes a Sixto IV. ſuſceptæ adverſus Polonum, XXIX. Caſimirus & Wladiſlaus in jus vocati, *ibid.* Pronuntiati cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe, *ibid.* Monitus Polonus, ut deſinat Matthiæ bellum inferre, XXX. Sileſii & Moravi intentato anathemate & obſequi juſſi, XXXIII. Ut delectus fuerit Rex a Bohemis catholicis contra hæreticos, XXXIII. Difficiliorem ſe ad pactiones fœderis ineundas cum Polono præbet, XXXVI. Delendi Turcici imperii occaſioni deeſt dum Uſumcaſſanus in Mahometem incurreret, XL. Poſtulatur de pace a Mahomete, 1473. V. Boſnam aut Serviam in præmium ſibi dari efflagitat, *ibid.* Monetur a Sixto adverſus ipſum ſi id agat Chriſtianos conſenſuros, VII. Sollicitatus Fridericus, ut in re Bohemica Matthiæ faveat, 1473. XIII. Expoſitum illi a Sixto, ut Matthias periclitanti opem tulerit adverſus Victorinum, *ibid.* In Nyſſenſi conventu conciliari Polono non potuit, XIV. Demum pacem componit cum Polono & qua lege, VII. Violata pax a Polono, *ibid.* Poloniam immiſſis expeditis copiis vaſtat, *ibid.* Oratores mittit ad Sixtum eumque ſollicitat ad ſacrum in Turcas bellum, XXII. Sabatiam arcem Turcis eripit, 1475. XXVIII. Mahometem populantem Valachiam ſui adventus rumore fugat, 1476. VII. Quinque arces quas in Sinderovienſi regione excitarat amittit, *ibid.* Sinderoviam fruſtra tentat, VIII. Nuptias celebrat cum Beatrice Ferdinandi filia, *ibidem*. Quadraginta millia Valachorum tunc a Turcis in ſervitutem abducta, *ibid.* Fridericum pacis fœdera violantem ac Polono junctum bello appetit, 1477. VI. Omiſſo bello Turcico ad Viennam exercitum promovet, *ibid.* Poſtulatus de fœdere admittit illud ea lege, ut Fridericus Hungarico jure ac nomine decedat, *ibid.* Sumptus belli refundat, *ibid.* Rogat Sixtum, ut pacem det Florentinis ob Mahometis terrorem, 1478. XXVIII. Pacem init cum Wladiſlao Polono Bohemiæ Rege, XXXV. Bohemiæ regnum illi permittit retentis Moravia, Luſatia & Sileſia, *ibid.* Qua lege eæ provinciæ Bohemiæ regno reſtituendæ, XXXVIII. Si prior Wladiſlaus obierit Matthias Bohemiæ regnum recepturus, XXXVIII. Colloquium celebrat Olomucæ cum Wladiſlao Bohemiæ Rege, 1479. XXII. Fœdus in Turcas & hæreticos ſancit, XXIII. Diræ interea excurſiones a Turcis in Hungariam facta, *ibid.* Contrahit jurgia cum Friderico, ſed ob communes calamitates a Turcis acceptas inducias init, *ibid.* Ducum opera Turcas delet, XXV. Majorem comparat exercitum, ut reſiſtat Mahometi, XXVI. Germanos ad conjungenda in Turcas arma ſollicitat, *ibid.* Queritur apud Germanos ſe a reliquis Chriſtianis deſertum, *ibid.* Venetos ex invidia & odio in Sixtum IV. pacem cum Turca percuſſiſſe, *ibid.* Arces munitiſſimas prodidiſſe hoſti, *ibid.* Obſtrinxiſſe ſe ad naves Turcicas portu excipiendas, *ibid.* Et aditum præbendum per eorum terras ad reliquos Chriſtianos ſubiciendos, *ibid.* Exponit Chriſtiani nominis amore pacem cum Mahomete repudiaſſe licet ipſi Boſna offerretur, XXVII. Mahometem pace cum Venetis percuſſa Hungariam opprimendam ſuſcepiſſe, *ibid.* Victa Hungaria Germaniam eadem mala experturam, XXVIII. Spernitur a Germania, XXIX. Fridericus bellum illi movet, *ibid.* Negat pactam vim auri pendere, *ibid.* Ex Illyrico toto Turcas erat depulſurus dum victoriam perſequitur ni a Friderico inique bello petitus revocatus eſſet, *ibid.* Pellere ex Auſtria Fridericum decernit licet Hungariæ amittendæ periculum ſubiturus eſſet, *ibid.* Graves illius de Friderico querelæ, XXIX.

Medicei: Graviſſima in eos & ſacrilega conjuratio a Pactiis conflata, 1478. I. *& ſeq.* Divino judicio Pactii oppreſſi, *ibid.* Medicea ſtirps inde magis aucta, III. *Vid.* Coſmus Medices & Laurentius Medices.

Meretrices: Statutum de iis pellendis a Magiſtratu, 1455. XLVIII. §. *Publici*.

Meſites Baſſa Palæologa ſtirpe ſatus immiſſus a Mahomete II. Rhodum obſidet, 1480. I. Imminentem portui turrim evertit tormentis, III. In Rhodiam urbem irrumpit & Judæorum vicum ſtragibus complet, VIII. Elato explicatoque Virginis vexillo propulſatur, *ibid.* Prodigio aſcripta illius clades, IX. Cæſa in obſidione Turcarum novem millia, X. E Rhodo diſcedere cogitur, *ibid.*

Meyerus: Ejus errores, 1464. XLVII. & XLVIII.

Michael Zilagius nepotum filiorum Joannis Huniadis ulturus injuriam rebellat in Ladiſlaum Regem, & Tranſilvaniam occupat, 1458. I. Extincto Ladiſlao Hungariæ adminiſtrationem ſuſcipit, *ibid.* Perſuadet Hungaris, ut Matthiam filium Huniadis Regem ſalutent, *ibidem*.

Michael Borgia Calliſti III. nepos ſubmiſſus Scanderbego cum copiis auxiliaribus, 1458. XVI. Victis Turcis ad claſſem pontificiam redire juſſus, XVIII.

Militia nulla glorioſior, quam quæ pro Chriſto ſuſcipitur, 1456. XXXIX.

Militia religioſa B. Mariæ Bethlehemitanæ inſtituta a Pio II. 1459. II. Illius præcipua ſedes in Lemno inſula defixa ad reprimendos Turcas, *ibid.* Cruce rubea in campo albo inſignitur, III.

Militia S. Georgii: Ejus leges confirmatæ a Paulo II. 1468. VIII.

Militia S. Sepulchri Rhodiæ conjuncta, 1479. XXVII.

Militia S. Lazari Rhodiæ conjuncta a Sixto IV. 1479. XXVII.

Minimorum ordo confirmatus a Sixto IV. 1474. XXVI.

Miracula: Iis confirmare fides catholica ſingulis ætatibus, 1470. LVIII. Plura miracula edita ad reliquias S. Simeonis martyris, 1475. XXXVIII. Miracula plura edi ſolita ad fidem confirmandam, 1470. LVI. *Vid.* S. Franciſcus de Paula. B. Jacobus Picens.

Miſſa: Quanta pietate eam celebraret vel audiret B. Joannes Capiſtranenſis, 1456. LVIII. Anima virgunculæ pro ſe eam celebrari expetit, LXXII.

Mithra pontificia oppignerata a Calliſto III. una cum gemmis pro ſumptibus belli Turcici, 1456. XLIX.
Mitylene Turcis erepta a Calliſto, 1456. L. Oppugnata a Turcis, 1457. XXXI. Reddita ab eo principi Cataluſio Genuenſi, *ibid.* Fruſtra tentata a Venetis, 1464. XII. Ad eam magna illi clades a Turcis illata, *ibid.*
Monachi : Controverſiæ inter monachos & parochos compoſitæ a Sixto IV. 1478. L.
Monarchia eſt Romani Pontificis, 1473. XXIII.
Monobaſia olim Sparta & Monobaſienſes: Pio II. Pontifici ſpartæ imperium deferunt, 1460. LVI. De mittendis Monobaſiæ auxiliis actum, 1462. XXXV. Ea interim a Turcis expugnata *ibid.* A Venetis parta de Turcis, 1464. XI.
Mons Syon: Hæreticorum montis Syon deliramenta, 1456. XXI. Tolluntur ſuſpendio a Sigiſmundo Cæſare, *ibid.*
Moravia Georgii Regis Bohemiæ patrocinium accipit, 1460. LXXXII.
Mors pia Juſtorum : B. Laurentii Juſtiniani pia mors, 1455. XLIII. Pius obitus S. Antonini Archiepiſc. Florentini, 1459. XXXIII. *& ſeqq.* Felix & pia S. Didaci mors, 1463. CVIII. Alexander Cardinalis S. Suſannæ in Scrinio depictum ſuum ſepulchrum ſervare ſolitus, CXIII. Eo aperto orare ſolitus, *ibid.* Honeſtior mors oppeti non poteſt quam pro Chriſto, 1464. XXVIII. Amedei III. Sabaudiæ Ducis, 1471. LXXXV.
Mors infelix impiorum : Athei cujuſdam triſtis exitus, 1456. LXXIV.
Moſcovitica Eccleſia divulſa a Conſtantinopolitani patriarchæ imperio ob Mahometanorum tyrannidem, 1461. XLII. Moſcovitarum dux ad Pontificem oratores mittit, 1470. IX. Profitetur Pontificem Chriſti vicarium atque Florentino concilio adhæreſcere, 1472. XLVIII.
Moſes dynaſta Dibrenſis ſponſione regni Epirotici corruptus a Mahomete in Scanderbegum inſurgit, 1457. XXIX Vincitur cum Turcis, *ibid.* Rapiendus ad ſupplicium Mahometis juſſu ægre liberatur a Jannizaris, *ibid.* Profugit ad Scanderbegum & veniam obtinet, *ibid.*
Moyſes Archidiaconus Antiochenus ad ſollicitandos ad defectionem a Sultano Babylonios Principes adhibitus a Calliſto, 1457. LXIX. Trium patriarcharum nomine obſequium Pio II. defert, 1460. LV.
Mundus : Fingitur mundus alius ante hunc fuiſſe a Zanino hæreſiarcha, 1459. III. Infandæ aliæ ejuſdem hæreſes, *ibid.*
Munera prohibita a Paolo II. præſidibus provinciarum præter eſculenta & poculenta, 1466. XXIII. Magna conſtantia repudiata a Rudolpho Epiſcopo Laventino internuntio Apoſtolico, XXXI.

N

NAnceium Carolo duci Burgundiæ deditum, 1475. XI. Recuperatam a Renato juniore, 1476. XII. Obſeſſum a Carolo duce Burgundiæ, *ibid.* Obſidione liberatum interfecto in acie eodem Carolo, 1477. III.
Navarra civili bello implicita, 1454. X.
Naupactum direpta ejus ſuburbana a Turcis, 1464. LXIII. Fruſtra tentatur a Turcis, 1476. IX.
Neapolio Urſinus exercitus eccleſiaſtici imperium illi daturo adverſus Sigiſmundum Malateſtam, 1461. IX. Cogit hoſtem in tutiora loca ſe recipere una cum Frederico Urbinate, fundit fugatque Sigiſmundum Malateſtam hoſtem Eccleſiæ, 1462. VII.
Neapolitani & Neapolitanum regnum : Neapolitanum Regnum tradi Ferdinando filio ſuo notho ſpurio jure fiduciario poſcit a Calliſto Alfonſus Rex, 1456. XXIII. Repulſam accipit, *ibidem*. Moriens illud ei relinquit contra jura, cum ad Romanam Eccleſiam eſſet devolutum, 1458. XXXI. Decernit Calliſtus jure tranſmitti non potuiſſe. XXXI. Ferdinandus illud vi ſibi aſſerit, *ibid.* Neapolitani vetiti a Calliſto cuiquam principi Sacramento ſe obſtringere, 1458. XXXII. Diſciſſi in factiones alii Ferdinandum, alii Joannem Regem Aragonum, alii Renatum Andegavenſem Regem ſalutant, XXXIII. *& ſeq.* Juſte a Calliſto Eccleſiæ in Neapolitanum regnum jura defenſa, quidquid deblateret Pontanus, XXXIV. Neapolitanum regnum quibus legibus datum Ferdinando, 1458. XXX. *& ſeq.*
Negrepontus. *Vid.* Euboea.
Neritos vulgo S. Maura a Mahomete II. erepta Leonardo Toccio, 1478. XL.
B. Nicolaus Albergatus prædixit pontificatum Nicolao V. 1457. XV.
Nicolaus V. Pontifex Joannem Epiſcopum Papienſem ad Francofurtenſes conventus pro decernendo Turcico bello mittit, 1454. II. Dominicum Capranicam S. Crucis Cardinalem legatum decernit pro componenda Italica pace, VII. Roſam auream ad Alfonſum Regem Luſitaniæ dono mittit, *ibid.* Alfonſo Regi ſubjiciendi regna barbarica poteſtatem jusque confert. IX. Ghineæ imperium eidem concedit, *ibid* Ejus ad Cardinales oratio, X. Docet qua arte ſervanda ſit majeſtas Eccleſiæ, *ibid.* Cur pacis tempore muniendæ arces, *ib.* Cur augenda urbis decora, *ibid.* Adverſus externorum & domeſticorum vim paratos eſſe Pontifices admonet, *ibid.* Plures perſecutionem paſſos cum parati non eſſent, *ibid.* Quis ſit finis politicæ artis Eccleſiaſticæ, *ibid.* Evulſæ a Nicolao reliquiæ ſchiſmatis, XI. Culta pax refectumque ærarium, *ibid.* Supellex ſacra aucta, *ibid.* Commendatu ab eo Cardinalibus Eccleſia, *ibid.* Communit ſe ſacramentis, XII. Monet Epiſcopum Atrebatenſem, ut lacrymas vertat in preces, *ibid.* Tempus illius pontificatus, *ibid.* Inſtauratæ ab eo ſacræ ædes, XIII. Ornata urbs, *ibid.* Quos cardinales creaverit, 1454. XIV. Græcos codices poſt excidium Conſtantinopolitanum undique conquiſivit, XV. Vindicavit ab interitu, *ib.* Pietatem conjunxit cum literis, *ibid.* Accingebat ſe facto in Turcas bello, *ibid.* Literatum amantes fovit, XVI. Virgines inopes dote juvit, *ibid.* Simoniacam fraudem odit, *ibid.* Virtutes in ſe expreſſit, quas in Pontifice expetierat, dum laudavit Eugenium IV. *ibid.* Illius epitaphium, *ibid.* Succedit ipſi Calliſtus, XVII.
Nicolaus Cuſanus S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis in Poloniam pro ſedando Pruthenico bello miſſus, 1454. X. *& ſeq.* Damnata ab eo Pruthenorum fœdera, XII. Creatus Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, 1455. XIV. Miſſus legatus in Angliam a Calliſto, XV. Inteſtina bella ſedare juſſus, *ibid.*
Nicolaus electus Epiſcopus Theanenſis, creatus Cardinalis, 1460. XXIX.
Nicolaus Cataluſius Lesbi princeps capta Lesbo a Mahomete interemptus, 1461. XLII. & 1464. XVIII.
Nicolaus Piccininus Andegavenſis ducis partes effert contra Ferdinandum, 1463. LXXIX. Promiſſis inanibus deluditur a Ferdinando, LXXX. Mancipatur carceri, *ibid.* In eo trucidatur, vel miſerrimo caſu interit, *ibid.*
Nicolaus tit. S. Cæciliæ presbyter Card. præficitur a Pio II. Claſſi in porto Piſano inſtruendæ contra Turcas, 1464. XXXI.

Nicolaus Canalius Venetus Ænum in Thracia expugnat, 1469. XII. Et plures alias urbes, *ibid.* Chalcidis excidii culpa illi attributa, 1470. XVI. Accuſatus quod neceſſariis præſidiis urbem non firmaſſe, *ibid.* Quod pontem, qui inſulam continenti jungebat diſturbare non eſſe conatus, *ibid.* Quod hoſtem non eſſet adortus, *ibid.* Mahometem intercipere potuerat, *ibid.* A Nicolao Mocenico in locum ejus ſubrogato conjicitur in vincula, *ibid.* Decernunt Veneti vinctum mittendum ad Pontificem, ut expeditionis Turcicæ principem, XVII. Pro eo Paulus apud Venetos deprecatorem agit, *ibid.* Excuſat ipſum ob præteritas res egregie geſtas, *ibid.* Ejus apologiam texit Philelphus, XVIII. Dum vellet ferre auxilium, trierarchæ diſſenſerant, XIX.

Nicolaus Mocenicus ſubrogatus Nicolao Canalio ad gerendum navale imperium, 1470. XVII. Illum vinculis tradit, *ibid.*

Nicolaus Vitellius Tiphernum per tyrannidem occupat, 1474. XVII. Obſidetur a Juliano Cardinale, *ibid.* Ferdinandi Regis opera conciliatus fallaci pacis ſpecie, *ibid.*

Nicolaus Francus A. S. Notarius decretus internuntius a Sixto IV. pro concilianda pace inter Luſitanum & Aragonium de regno Caſtellæ diſceptantes, 1475. XV. & 1476. XIII.

Nicolaus Eremita Helvetius ſanctitate illuſtris, 1480. XLII. Sola Euchariſtia vitam ſuſtentat, *ibid.* Ad Epiſcopi imperium tres buccellas difficillime ſumpſit, *ibid.* Genti ſuæ ventura prædixit, *ibid.* Viginti annos ſine cibo tranſegit, *ibid.* Licet expers literarum difficillimas quæſtiones theologicas ſolvit, *ibid.*

Nilus: De eo in mare rubrum derivando ab Ægypto ſcribit Calliſtus ad Æthiopum Imperatorem, 1456. XLVIII.

B. Nonius Conchienſis canonicus miraculis clarus obit, 1477. IX.

Norimbergenſes conventus celebrati, 1459. LV. In iis pax compoſita a Pontificis internuntiis inter Ludovicum Bavariæ ducem & Albertum Marchionem Brandeburgenſem, *ibid.* Fridericus Palatinus paci compoſitæ adverſatur, LVII.

Normannia tradita Carolo duci fratri a Ludovico Rege, 1465. XIII. Iterum Gallicæ coronæ conjuncta, XIV. Pro Normannia Aquitaniæ, vel Campaniæ optio data Carolo, 1469. XXIII.

Novogardia urbs florentiſſima capta direptaque a Joanne Baſilio Moſchorum duce, 1479. XLVI. Ex ea trecenti currus auro argento & gemmis onuſti avecti, *ibid.* Olim in ea dæmon in Idolo latitans cultus, XLVII. Cum Schiſmatici forent deludi ſoliti certis diebus dæmonis præſtigiis, *ibid.*

Nuptiæ: Iis pia virguncula mortem præfert, 1456. LXXII. *Vid.* Matrimonium.

Nuſſia a Carolo Burgundiæ duce obſeſſa, 1473. IV.

O

ŒCumenicus patriarcha qua ratione id nomen Conſtantinopolitanus ſibi arrogare poſſit, 1463. LXXI.

Oliverius de Augio creatus Cardinalis tit. S. Euſebii, 1456. LXXIII.

Oliverius Carafa Archiepiſc. Neapolitanus creatus Cardinalis, 1467. XVI. Præficitur claſſi a Sixto IV. adverſus Turcas, 1471. LXXVI. Datum de ea re diploma, 1472. I. *& ſeq.* Ad claſſem quam Sixtus ſolemni prece luſtraverat deductus ab eodem Sixto, 1472. XL. In Rhodum navigat, XLI. Ortam inter equites controverſiam componit, XLI. Smyrnam capit, XLII. Sataliam ſive Attaliam fruſtra tentat, *ibid.* Abit munere ac Laurentius Zenus Archiepiſc. Spalatenſis illi ſubrogatus, 1473. I.

Olomucenſes conventus: In iis inter Mathiam Hungariæ & Wladiſlaum Bohemiæ Reges ſancitum fœdus contra hæreticos & Turcas, 1479. XXIX. Interea Huſſitæ adverſus Wladiſlaum Pragæ rebellant, Turcæque in Hungariam irrumpunt, *ibid.*

Ordo: Ordinis ſacramentum negatum a Joanne Ruchardo hæretico, 1479. XXXIII.

Orientales Chriſtiani vetiti ſpoliari ab occidentalibus intentato anathemate, 1456. LXV.

B. Oſmundus Epiſcopus Sariſberienſis a Calliſto inter ſanctos aſcriptus, 1457. LXXXI. Doctrinæ & ſanctitati miraculorum gloriam in vita conjunxit, *ibid.* Ex ſtirpe regia genus traxit, LXXXII. Sariſberienſis Eccleſia ab eo locupletata, *ibid.* Sanctorum vitas conſcripſit, *ibid.* Virtutibus & miraculis poſt mortem effloruit, LXXXIII. A Gregorio IX. inſtituta fuit de iis religioſa actio, *ibid.* Inſtaurata a Martino V. LXXXIV. Iterum a Nicolao V. repetita, LXXXV. Guillelmus tit. S. Martini in montibus illi excutiendo præfectus, *ibid.* Quo ritu ſanctorum honos illi decretus, LXXXVI. Indulgentiæ ejus ſepulchrum venerantis propoſitæ, LXXXVII. Celebrata tranſlatio reliquiarum ipſius, *ibid.*

Ottomannus: Præcipua ejus geſta, 1479. XXXIV.

P

PAlæſtina: Eam Chriſti cultui reſtituere Calliſtus III. meditatur, 1457. LXIX.

Palamas ſcriptis impiis authoritates ſanctorum Patrum de proceſſione Spiritus Sancti a Patre & Filio collectas a Vecco eludit, 1463. LXXII. Confutatur a Beſſarione, LXXIII.

Paphlagonia debellata a Mahometa II. 1461. XXXVIII.

Pariſienſes doctores ob imperatam decimam contra Turcas perperam provocant a Pontifice ad concilium, 1457. LIV. Reſciſſa ea provocatio a Calliſto ut hæretica convellens articulum: *Et in unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam*, LVII. Exponente pro evangelio Pontifice vitæ neceſſaria, decimas ipſi denegant, *ibid.*

Parochi: Controverſiæ, quæ parochis intercedebant cum monachis compoſitæ a Sixto, 1478. XLIX.

Paſſio Chriſti: Eam contemplaturis aut pium opus in illius memoriam admiſſuris anni unius & quadraginta dierum indulgentia propoſita, 1462. XLIV. Ludovicus Morbiolius ſe totum contemplandæ Chriſti paſſioni addicit, 1472. LXIII.

Patareni e Boſna exciſi, 1460. XCI. Præcipui ad Pontificem miſſi ut fide orthodoxa inſtruerentur, *ibid.*

Patræ ex Turcis a Thoma deſpota recuperatæ, 1459. XLVIII.

Patriarchatus Conſtantinopolitanus auro venditus a Mahomete ſimoniacis, 1461. XL. Moſcovitica Eccleſia ab eo divulſa, XLII.

Patritius inſtitutus primus archiepiſcopus in Scotia in urbe S. Andreæ, 1472. XVII. Legatio illi a Sixto demandata pro expeditione promovenda in Turcas, *ibid.*

Paulus Archiepiſc. Crajenſis Macedonas crucis ſymbolo inſignire juſſus, 1457. XXIX. Relabitur ad ſchiſma, *ibid.* Corrumpit populos ad quos mittitur, *ibid.* Vetat infidelibus prædicari verbum Dei, *ibid.* Pontificiam poteſtatem ſibi arrogat, *ibid.* Vocatur in jus, XXX.

Paulus Fregoſius Genuæ Archiep. ſtrenuam in depellendis Genua Gallis operam dat, 1460. LXXIII.

LXXIII. Creatur Genuæ dux, 1461. XXIX. Monetur a Pio, ne ſeditionis motus paret, *ibid.* Poſcit a Pio ſolvi legibus, quæ vetarent, ne ducale munus cum archiepiſcopali dignitate conjungeretur, 1462. LI. Monita illi a Pio data, *ibid.* In tyrannum verſus non modo e ducatu, ſed etiam ex urbe pellitur, *ibid.* Genua ejectus, 1464. LXXI. Dum Corſicam petit navali pugna vincitur, *ibid.* Lapſus fuga inter dumeta & ſaxa ſuæ ſaluti conſulit, *ibid.* Creatur a Sixto IV. Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, 1480. XLIII.

Paulus II. ante pontificatum vocatus Marcus Barbo, *Vid.* Marcus Barbo. Creatus Pontifex ex Cardinale presbytero tit. S. Marci, 1464. LIV. Solemni ritu tyara redimitus, LV. Recuperata divinitus valetudine factus eſt certior de aſſequendo pontificatu, *ibid.* Ingentem ædem extrui circum ædiculam Lauretanam juſſit, *ibid.* Formoſi nomen ſibi primum indiderat deinde mutavit, *ibid.* Deinde Marci iterumque eum Pauli nomine commutavit, *ibid.* Encyclicæ ejus de parto pontificatu literæ, LVI. De Turcis reprimendis pia vota exponit, *ibid.* Cardinalitiæ dignitatis auget inſignia, LVII. Inſignia ejus benignitas, *ibid.* Pactiones ſacramento firmatas in conclavi maxime de concilio celebrando male diſſolvit, LVIII. Vim infert Beſſarioni Cardinali, *ibid.* Graviſſime monetur a Cardinale Papienſi, ut vota nuncupata ſervet, LIX. Joannes Carvajal ejus vim conſtantia vincit, LX. Schiſmatis conflandi occaſionem pene dedit, *ibid.* Mali ejus conſultores divina ultione percuſſi, LXI. Turcicæ expeditionis conſilia agitat, LXII. De ſtipendiis conferendis cum Italis principibus agit, *ibid.* Vectigalia ex confecto alumine attribuit pro ſtipendiis belli ſacri, *ibidem*. Commendas non augendas decernit, LXVIII. Venuſinum comitatum cum Aprutii parte commutare abnuit, *ibid.* Solicitat principes Italos, ut ſtipendia contra Turcas Hungaro ſuppeditent, 1465. I. Graviſſimæ illius de Chriſtianis querelæ, II. Metuit Italiæ & Cardinales conſulit de agendis, *ibid.* Dum tuetur jura Eccleſiæ Ferdinandi inimicitias contrahit, IV. Precantem, ut vectigale ſuum ipſi remitteret repellit, *ibid.* Cæſenam & Britenorium ad Eccleſiam revocat, VI. Alfonſi a Caſtellanis rebellantibus renunciati Regis oratores petentes, ut confirmaretur repellit, VII. Hortatur principes, ut arma in Turcas moveant, 1466. I. Significat Scanderbegum ex Albania pulſum, II. Plures familias in Italiam perfugiſſe, *ibid.* Mahometem ad religionem Chriſtianam delendam anhelare, *ibid.* Auctum animis ob Chriſtianorum negligentiam, *ibid.* Ut creverit Turcarum potentia dum ſpernitur, V. Quantum immineat periculum reliquo Chriſtiano imperio ſi Turcæ Italia potiantur, *ibid.* Solicitat Italos, ut fœdus ineant in Mahometem, VII. Mediolanenſem principatum pacat, IX. Infenſior eſt Jacobo Papienſi quod monitus eſſet ab eo ut votum de concilio cogendo ſervaret, XII. Ultionem de eo male repetit, *ibid.* Mediolanenſem Archiepiſcopum mittit in Gallias ad componendum civile bellum, XIII. Ludovici Regis ad Paulum II. literæ, XIV. Beneventanos Archiepiſcopos thiatam trino diademate fulgentem geſtare auſos reprimit, XX. Vetat ne Euchariſtiam ante ſe deferri jubeant, *ibid.* Corruptelas plures e Romana curia tollit, XXI. Abbreviatorum ordinem abolet, *ibid.* Intentantes illi concilii nomen carceribus mancipat, *ibid.* A Platina impudenter laceſſitus eum in carcerem retrudit, XXII. Provinciarum præſides caſte munera exercere jubet, XXIII. Eſculenta & potulenta munera iis tantum permittit, *ibid.* Conſtitutionem in eos edit, qui inimicorum conſanguineos lædunt, XXIV. Georgium Bohemiæ Regem ob hæreſim exauctorat, XXV. & *ſeq.* Quo ritu id peregerit, XXX. Caſimirus Poloniæ Rex ad eum oratores mittit, ut concordiam cum cruciferis initam confirmet, XXXI. Repetit in Georgium Bohemiæ Regem anathematis ſententiam, 1467. I. Percellit etiam anathemate Gregorium Hamburgenſem, II. Exponit decretoriam de hæreſi ſententiam proferendam a Pontifice, IV. Solvit Bohemos ſacramenti Georgio præſtiti religione, *ibid.* Monet Fridericum Cæſarem ut Bohemos parere Georgio vetet, VI. Reſcindit fœdera cum Georgio hæretico inita, VII. Pronontiat eum hæreticum & quovis dignitatis titulo exuit, *ibid.* Internuntium ſacram in eum militiam ducere jubet, VIII. Gabrielem Minoritam Veronenſem adverſus Wicleffiſtas cenſorem creat, *ibid.* Petrum Cardinalem tit. S. Vitalis in Germaniam mittit, XV. Fraticellorum reliquias excindit, *ibid.* Auget Cardinalium ſenatum, XVI. Inſtaurandæ paci Italicæ dat operam, XVIII. Jacobo Epiſcopo Legionenſi ſedandorum Caſtellæ bellorum provinciam imponit, XIX. Rebellantes Henrico Regi anathemate percellit, XX. Digitum S. Catharinæ Senenſis transferri Hadriam concedit, XXIV. Georgium Bohemum exauctoratum ob hæreſim evertere nititur, 1468. I. Germanos Nurembergæ congregatos in eum concitat, XIII. Monet Cæſarem Bohemiæ regnum ob hæreſim ad imperium devolutum, IV. Arma in Georgium correpturis Germanis indulgentias proponit, V. Repetit in eundem anathematis ſententiam, VI. Joannem Rochyzanam ſe pro Archiepiſcopo Pragenſi gerentem omni dignitate exuit, *ibid.* Gregorium Hamburgenſem Georgii fautorem anathemate ferit, VII. Sententiæ in Georgium latæ vindicem habet Matthiam Hungariæ Regem, X. Decernit expeditionem in Turcas, XIII. Controverſiarum inter principes deciſionem ſpectare ad Pontificem ex ſacris oraculis oſtendit, XVI. Inter Italos perpetuam pacem indicit, XVII. Veteres concordiæ pactiones redintegrat, XVIII. Bartholomæum Coleonem Italici exercitus ducem in Turcas creat, XIX. Centum millium aureorum ſtipendium illi attribuit, *ibid.* In Albaniam trajicere jubet, *ib.* Fœdifragis Eccleſiaſticas iras intentat, XX. Si quæ oriatur controverſia illius decidendæ jus ſedi Apoſtolicæ reſervat, *ibid.* Oratores diſſidentium principum firmatæ pacis ergo ad pedis & manus oſculum admittit, XXIV. Solemnes ſupplicationes pro pace decernit, XXV. Sorani ducis & Caſſinenſis monaſterii patrocinium atripit, XXIX. Soranus comitatus, qui eccleſiaſtico imperio conjunctus fuerat illi ereptus a Ferdinando, XXX. Erepta etiam arx Tolphæ novæ, *ibid.* Gravibus injuriis ab eo afficitur, *ibid.* Prædicit Alfonſum Caſtellani ſceptri invaſorem non diu futurum ſuperſtitem, XXXIII. Inani gloriola ſeduci patitur, XXXVIII. Novos Cardinales creat iterumque alios ſecrete, XXXIX. Sanctionem edit de non alienandis bonis eccleſiaſticis, XLI. Convenitur a Friderico Imperatore, XLII. Illius manum faciemque deoſculatur Imperator, XLIII. Enſe ſacro Imperatorem donat, XLV. Sacramentum illi ob Huſſiticam hæreſim tantum ſub ſpecie panis dat, XLV. De bello Huſſitis inferendo cum eo agit, XLVI. Poſcit ab eo Imperator, ut Conſtantiæ celebretur concilium pro excindenda Huſſitica hæreſi, *ibid.* Deque bello Turcis inferendo, *ibid.* Poſtulatur ut congreget concilium, *ibid.* Repulſam objicit, *ibid.* Quos honores Cæſari exhibuerit, XLVIII. Ornat eum muneribus, *ibid.*

ibid. Aſcenſuro equum Paulo ſtapedem tenuit Fridericus III. 1469. III. Redeunte eo in Vaticanum cum Friderico Cæſare quis pompæ ordo ſervatus, IV. Quæ munera Friderico contulerit, V. Militarem ordinem S. Georgii inſtitutum a Friderico confirmat, VI. & ſeq. Viennenſem academiam condit, VIII. Helvetiis quinquennalem pacem indicit cum Auſtriacis, XV. Ducenta aureorum millia contra Turcas expendit, XVIII. Decumas Gallicano clero convertendas in belli ſacri ſtipendia imponit, XIX. Tum clero aliorum regnorum, XX. A Ferdinando indigna paſſus cum Venetis arctiſſimum fœdus init, XXIV. Ariminum a Roberti malateſtæ tyrannide vindicare nititur, XXVI. Hoſtem Ferdinandum experitur, *ibid.* Ducum perfidia Pauli exercitus fuſus, *ibid.* Agit de Joanne Andegavenſi adverſus Ferdinandum evocando, XXVII. Conſulitur ab Antiocheno patriarcha de rebus fidei, XXVIII. Pauli II. ad eum reſponſum de uno Deo & trino, XXIX. De duabus in Chriſto naturis & duabus operationibus, *ibid.* Petrum Antiochenum confirmat in patriarchatu, XXX. Ad conſtantiam in adverſis excitat, *ibid.* Academiam S. Andreæ in Scotia inſtituit, XXXI. Promovet concordiam inter Cæſarem & Hungarum, 1471. I. De pace confecta Friderico gratulatur, II. De pace Italica facit eum certiorem, *ibid.* Franciſcum Cardinalem Senenſem legatum in Germaniam decernit, III. Dat illi imperia, ut expeditionem in Turcas decernendam curet, VI. Quid oratoribus ducum Saxoniæ de Georgii reconciliatione agentibus reſpondent, XVI. Jubet ante omnia, ut Georgius ejuret hæreſim, XVII. Communione ſub ſpecie panis tantum contentus ſit, XVIII. Archiepiſcopum Pragenſem priſtinis juribus reſtituat, *ibid.* Eundem fulciat ad rem catholicam aſſerendam, XIX. Corruptelam de Euchariſtia infantibus præbenda reſcindi imperat, XX. Eccleſiaſticis priſtina vectigalia reſtitui, XXII. dilationum diffugia abſcindit, *ibid.* Communionem ſub utraque ſpecie laicis negat & compactata exoleviſſe pronuntiat, XXIV. A Georgio plura promittente vades expetit, XXV. Inhibet legato ne controverſiæ de ſucceſſione regni ſeſe implicet, XXVII. Promulgat vana eſſe & pura mendacia, quæ de Georgio regno & Eccleſiæ reſtituto ſparſa erant, XXVIII. Internuntii Apoſtolici ad eum de re Bohemica literæ, XXX. Scribit Franciſco Cardinali legato jure Matthiam Regem Bohemiæ electum eique ab internuntio confirmatum, XXXIV. Albertum ducem Saxoniæ objurgat quod Pragam adierit, XXXVII. Poloniæ Regem e Bohemia affectanda abducere nititur, XXXIX. De pace inter Hungarum & Polonum agit, XXXIX. Controverſiam æquitate ſe diremturum proponit, *ibid.* Matthiæ Apoſtolicam patrocinium pollicetur, XL. Enſem & pileum ei, ut fidei defenſori mittit, *ibid.* Nummaria ſubſidia eidem ſuppeditet, XLII. Turonenſem Archiepiſcopum urget, ut Ludovicum XI. ad ſuſcipiendum bellum Turcicum excitet, XLIII. Exponit expeditionem feliciter confectum iri ſi eam Gallus ſuſceperit, XLIV. Rhodios equites ſolicitat, ut urbem propugnaculis & vallo muniant, XLV. Pollicetur auxilia, *ibid.* Albaneoſes ad conſtantiam ſpe ſubſidii hortatur, XLVI. Jacobum ſpurium poſcentem, ut ſibi regnum Cypri aſſeratur, repellit, XLVII. Uſumcaſſani literas excipit, XLIX. De fœdere in Turcam ſolicitatur, *ibid.* Expetite illius facta comprecatio, *ibid.* Decernit judices in cauſa Balvæ Cardinalis, LIV. Borſium Ateſtinum Ferrarienſis ducis titulo inſignit, LVI. Quos ritus obſervarit, *ibid.* Lauretanam ædem exornat, LVII. De iceunculis quæ vocentur agnus Dei conſtitutionem fert, LVIII. De earum poteſtate mira refert, *ibid.* Vetat eas vendi aut permutari, *ibid.* Saphiro pretioſiſſimo ab Alfonſo Rege donatur, LX. Crucem auream cum particula crucis Dominicæ ad eum tranſmittit, *ibid.* Eundem Regem commendat quod theologos de concilii celebrandi neceſſitate differentes honorifico in ſedem Apoſtolicam reſponſo dimiſiſſet, LXI. Repentina morte extinguitur, *ibid.* Creditur e nonnullis divina ultione ſublatus quod votum de concilio celebrando violaſſet, *ibid.* Non temere carpendum demonſtratur, *ibid.* Nimia plethora extitit cauſa illius mortis, LXII. Platina temere in eum ſatyram ſcribit, *ibid.* Refelluntur ejus calumniæ, *ibid.* Pauli II. elogium inſigne ex Ægydio Viterbienſi Cardinale, LXIII. De illius inſigni benignitate Philelphi teſtimonium, LXIV. Parſimonia illius avaritiæ male aſcripta, *ibid.* Venetos javit auro in Turcas, *ibid.* Mira ejus frugalitas, LXV. Philelphi ſententia de cauſa naturali illius mortis, *ibidem.* Pontificatum Sixto IV. prædixiſſe fertur, *ibid.* Impudentiſſima a novatoribus calumnia illi temere aſperſa, *ibid.*

Pauperes dicti ab Amedeo Sabaudiæ duce canes venatici quibus cœlum capiatur, 1471. LXXXIV. Quid objectum contra liberalitatem in pauperes quidve reſponſum, LXXXV.

Peloponeſus in Mahometem rebellat, 1459. XLIII. Peloponeſiacis Submiſſæ leves copiæ auxiliares, XLVI. Commendati Peloponeſiaci ob defenſam Chriſti cauſam, XLVII.

Pericula: Ajebat Calliſtus III. ea eſſe agrum, ex quo meſſis & fructus gloriæ colligantur, 1458. XLI.

Pertinacia: Plures pertinaces evadunt ne inconſtantes videantur, 1463. CXV.

Peruſium defenſum a Joanne Baptiſta Sabello, 1479. XVIII.

Peſtis: E Turcarum cadaveribus inſepultis exorta in Belgradenſi agro, 1456. LI. Peſte Romæ graſſante vix decimus quiſque ægrotantium ſervatur, 1468. XXXV.

S. Petrus Apoſtolus: Ejus primatus confirmatur, 1463. CXVIII.

Petrus e Campofregoſo petitus bello ab Alfonſo Rege Aragonum & utriuſque Siciliæ, 1455. XXXV. Arguit eum non vertiſſe arma in Turcas, *ibid.* Triumphat de adverſariis, XXXVI. Rogat Henricum VI. Anglorum Regem ut arma vertat in Turcas, 1456. VI. Hortativæ ejuſdem literæ ad Alfonſum Regem Luſitaniæ, IX. Alfonſo Regi Aragonum perfidiam exprobrat, 1456. XI. Bello ab eo vexatur, XII. Subſidia orientalibus Chriſtianis ſubmittit, *ibid.* Petitur bello ab eodem Alfonſo, 1457. LXIV. Gallos dedita Genua in eum concitat, *ibid.* Nullis precibus flectere ad pacem Alfonſum Regem poteſt, 1457. XXIX. Ex deſperatione Gallo Regi Genuæ imperium defert, *ibid.* Premitur graviore bello, *ibid.* Inter hæc extincto Alfonſo belli curis ſolvitur, *ibid.* Genuenſem principatum ejectis Gallis recuperare tentat, 1459. VIII. In pugna trucidatus, *ibid.*

Petrus Archiepiſc. Tarraconenſis creatus pontificiæ claſſis adverſum Turcas legatus, 1455. XXVIII. Sacramento obſtrictus inſectandorum Turcarum, XXIX. Prodit impie Chriſti cauſam, 1456. XII. Crucesignatum navalem exercitum evertit in Ligures, *ibid.* In eum ut proditorem Chriſtianæ rei declamat Calliſtus, *ibid.* In gratiam poſtea cum ipſo Pontifice reverſus legatus decernitur pro componenda pace inter Carolum Vianæ principem & Joannem Regem, 1458. XXXVI.

Petrus Borgia creatus a Calliſto patruo Spoleti

dux

dux partis inique opibus eccleſiaſticis potiri nequit, 1458. XLI.

Petrus Brillandus ſeu Berlandus Archiepiſc. Burdegalenſis miraculis claret, 1463. CV. De illis inquiri jubet Pius II. & interrogationum formulam mittit, *ibid.*

Petrus Luſitaniæ regiæ princeps renuntiatus princeps a Catalanis, 1464. XXXII. Aragoniæ & Siciliæ titulos arripit, *ibid.* Poſt multa prælia ſpem cum morte commutat, *ibid.* Gentilitio ſtemmati inſcripſit hanc ſententiam, *labor pro lætitia*, 1466. XIX. Veritatem eam experitur dum pro ſolio ſepulchrum nactus eſt bellicis curis oppreſſus, *ibid.* Eo defuncto Renatus a Catalanis adverſus Joannem excitur, *ibid.*

Petrus Cardinalis tit. S. Vitalis miſſus in Germaniam legatus, 1467. XV.

Petrus Medices Coſmæ parenti in Florentino principatu ſuccedit, 1467. XVII. In eum ab æmulis libertatis cupidis bellum conflatum, *ibid.* In eum Veneti Bartholomæum Colconem immittunt, *ibid.* Galeatius dux Mediolanenſis fert illi opem, *ibid.* Fractis hoſtium conatibus principatum tuetur, XVIII.

Petrus Antiochenus idemque Maronitarum patriarcha Paulum II. conſulit de rebus fidei, 1469. XXVIII. Expoſitum illi quid ſentiendum de Deo uno & trino, XXIX. De duabus in Chriſto naturis, & duabus operationibus, *ibid.* Confirmatur in patriarchatu, XXX. In adverſis ad conſtantiam excitatus, *ibid.*

Petrus Thomas auratior in Lovanienſi academia contendit propoſitiones de futuris contingentibus nec veras, nec falſas eſſe, 1470. LI. Damnatur a Paulo II. refellitur a Sixto IV. dum cardinalatum gereret, *ibid.* Damnatur ab eodem, 1473. XXV.

Petrus Riarius Minorita poſtea Cardinalis deſignatur Epiſcopus Tarviſinus, 1471. LXXIX. Creatur Cardinalis tit. S. Sixti, *ibid.* Defuncto Beſſarioni ſubrogatur in patriarchatu Conſtantinopolitano, XI. Nimio luxu perit, 1474. XXII. Sæculi pompam maxime ſectatus eſt, *ib.* In conviviis inſtruendis inſaniebat, *ibid.* Impudentiſſima ejus ſuperbia, *ibid.* Hiſtriones coluit & mimos, *ibid.* Pluribus Epiſcopatibus infeliciter onuſtus, XXIV. Abit in exemplum humanæ fragilitatis, *ibid.*

Petrus de Peralta magiſter equitum Navarræ Nicolaum Epiſcopum Pampilonenſem interficit, 1472. XXIV. Publica pœnitentia admiſſa conciliatur Eccleſiæ, XXIV.

Petrus Mocenicus Venetæ claſſis præfectus plura Turcarum loca diripit incenditque, 1473. I. Siehinum, Seleuciam & Coricum ad deditionem tormentis cogit, reſtituitque Caramano, II. Audita Jacobi Cyprii tyranni morte in Cyprum navigat, *ibid.* Catharinæ Corneliæ clientelam repulſa Caroli ſuſcipit, IV. Submittit ſuppetias Scodrenſibus obſeſſis eaque propulſatæ, 1474. XIII. Occiſis Corneliæ Reginæ patruis Famagaſtam cum claſſe applicat, 1475. XXXI. In conjuratos animadvertit, *ibid.* Præfectos Venetos arcibus imponit, *ibid.*

Petrus Fuſcarus antea a Paulo II. renuntiatus Cardinalis, ſed non agnitus iterum a Sixto IV. creatus Cardinalis S. Nicolai inter imagines, 1477. X.

Petrus Aubuſſonius Rhodiæ militiæ princeps Mahometi II. vectigal pendere abnuit, 1479. XXI. Se munit adverſus illius vim, XXI. Sub eo S. Lazari & S. Sepulchri militiæ conjunctæ, *ibid.* Centum & quinquaginta navium claſſe oppugnatur, *ibid.* Rhodiam urbem contra Turcas propugnat, 1480. I. Illius ad Cæſarem de parta victoria literæ, II. *& ſeq.* Ut ea divinitus parta fuerit, XI. & XV. Rhodiam Eccleſiam tum donis tum aucto ſacerdotum numero decoravit, XVI. Manum S. Joannis Baptiſtæ qua Chriſtus baptizatus eſt divinitus recuperat, XIII. Inſtituit, ut die S. Pantaleonis quo Turcæ repulſi ſunt ſolemnes preces habeantur, XV. Quæ fuerint earum precum formulæ, XVI.

Petrus de Oſma hæreſiarcha Salmanticenſem academiam inficit, 1479. XXXII. Damnatæ ejus hæreſes a Sixto IV. *ibid.* *& ſeq.*

Philelphus. *Vid.* Franciſcus Philelphus.

Philibertus de Ugonettis Epiſcopus Matiſconenſis creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. XXII.

Philippus dux Burgundiæ profitetur ſecuturum ſe Cæſarem, vel Pannoniæ Regem, vel alium magnum principem in Turcas, 1454. II. Pollicitus ejus oratores in Francofurtenſibus conventibus ducturum exercitum in Turcas, 1455. I. Commendata a Nicolao ejus conſilia, II. Fideles ad ſequenda illius ſigna ſollicitati, *ibid.* Tullenſis & Atrebatenſis Epiſcopi decreti legati, qui ejus lateri hæreant, *ibid.* Nicolaus Tullenſem & Atrebatenſem Epiſcopos decernit, qui Burgundiæ ducem in crucesignato exercitu ſequantur, 1455. II. E manibus Joannis tit. S. Stephani in Cœlio monte ſacræ militiæ in Turcas ſymbolum accipit, 1455. XXXI. Inter eum & Gallum pax confirmata, *ibid.* Ludovicum Delphinum a patre Carolo VII. ad eum ſe confert, 1456. V. Promittit Pio II. moturum ſe omnes vires in Turcas, 1459. XXVI. Rogatus a Pio II. ut Germaniæ diſſidia compeſcat, *ib.* Trapezuntini Imperatoris ad eum literæ, ut expeditionem ducat in Mahometem, XLIX. Promiſſi illi ingentes auxiliares exercitus, *ibid.* & V. Miſſi ad eundem orientalium Regum oratores pro jungendo armorum fœdere, LI. Quid oratoris opera in conventu Mantuano Philippus propoſuerit, LII. Quid illi a Pio reſponſum, *ibid.* Ignaviæ ſuæ culpam in Reges ignavos transfert, LIII. Pacem init cum Gallo Rege quæ a Pio confirmata, LXXXIII. Ampliſſima ab orientalibus Regibus ad eum miſſa legatio, ut bellum ſacrum in Turcas ſuſcipiat, 1461. XXXVI. Promiſſum illi regnum Jeroſolymitanum ſi in Syriam acceſſerit, *ibid.* Habita a legatis apud eum oratio, *ibid.* Ludovici Francorum Regis ſequendi in Turcas ſpem inijcit, CXIII. Concordiæ interpretem agit inter Dietherum & Adulphum Naſſovium, 1462. XXVI. Cur religione concepti voti de exercitu in Turcas ducendo ſe liberatum dixerit, XXXIII. Opinatur Pius II. Philippum ſecuturum Pontificem ſi in Turcas expeditionem duxerit eamque decernit, *ibid.* Mittit ad eum Pius legatos, XXXIV. Pio Philippus verba dat & difficultates injicit, *ibid.* Fœdus init cum Eduardo Anglorum Rege adverſus Henricum quem Ludovicus Francorum Rex tuendum ſuſceperat, XLVIII. Admonetur ad votum in opus provocandum, 1463. XXI. Carnis deliciæ curas belli ſacri ex illius animo delent, *ibid.* Correptus morbo ſe violati voti reum agnoſcit, *ibid.* Mittit oratores pro inſtruendo bellico apparatu, XXIII. Iterum ſub mollitie deliciarum ſuccumbit, XLVII. Sollicitatur, ut arma Palatino Eccleſiæ rebelli inferat, XCI. Regiæ apicis ſpes illi injecta, *ibid.* De affinitate cum Cæſare jungenda agit, XCII. Reſiſtunt Belgæ ne regium nomen ſibi comparet, XCIII. Monitus de clade ingenti a Turcis illata Venetis, 1464. V. Ut Corinthus fruſtra oppugnata a Venetis, *ibid.* Ut Veneti exercitus dux ſaxo obierit, *ibid.* Pii ad illum cohortatio, ut ſacrum bellum ſuſcipiat, VII. Cur non ſit differenda expeditio, *ibid.* Additi novi ſacri ſtimuli ne concitatam de ſe expeditionem fallat,

lat, VIII. Occupet hoſtem, qui celeritate valet, *ibid.* Deficit ab egregie cœptis, XXV. Sollicitatur a Pio, ut perſtet in conſtantia, *ib.* Ne vota temere infringat, XXVI. Meminerit valetudinis divinitus ipſi reſtitutæ, *ibid.* Et promiſſorum, *ibid.* Ex illius adventu promulgato fractos Turcarum animos, XXVII. Si abſiſtat cœptis illius famam extinctum iri, *ibid.* Divinam iram ſi domi hæſerit formidandam, XXVIII. Se profecturum in Turcas etiamſi non venerit, XXIX. Propoſita illi divina beneficia, *ibid.* Totius orbis ſpem fallit, XXX. Culpam derivat in Galliæ Regem, *ibid.* Bellum civile adverſus Ludovicum XI. Gallorum Regem miſſo Carolo filio favet, 1465. X. Sitas ad Somonam urbes recipit, XIII. Ejus filius a Dionantreis ſuſus, 1466. XVII. Dionanteos filii opera delet extrema clade, *ibid.* Leodienſes gravi bello petit, *ibid.* Eos delet ad Trudonenſe oppidum Caroli filii opera, 1467. XXII. Moritur, *ib.* Ejus elogium, *ib.* Mahumeticam in libidinibus licentiam ſectatus in Mahumetanos bellum ſuſcipere non eſt auſus, XXIII. Succedit illi filius Carolus, *ibid.*

Philippus Calandrinus frater Nicolai V. creatur ab eo Cardinalis, 1455. XIV.

Philippus Aquilanus miraculis illuſtris, 1455. LX. Laudatur de victoriis relatis de carnis illecebris, *ibid.*

Philippus Cluſius Virginis ope divinitus oblatæ ferrea vincula diffringit atque ex carcere evadit, 1471. LXXXI.

Philippus Archiep. Arelatenſis creatus Cardinalis, 1473. XXII.

Philippus I. Auſtriæ archidux & Hiſpaniæ Rex naſcitur in Belgio patre Maximiliano & Maria Burgunda, 1477. IV.

Phranzes pia ejus in fine hiſtoriæ oratio, 1476. IX.

Piccininus tyrannus: *Vid.* Jacobus Piccininus.

Pius II. ante pontificatum dictus Æneas Sylvius. *Vid.* Æneas Sylvius. Oſtenſum divinitus matri per quietem futurum pontificem, 1458. I. Calliſto III. ſubrogatur, *ibid.* Qui ritus in creatione illius ſervati, II. Nonnulli Cardinales ejus electionem diſturbare conati, III. Pii nomen accipit, *ibid.* Prænuntiatus antea illi a Nicolao V. pontificatus, IV. Sacramentum nuncupat de tollendis curiæ corruptelis, V. De non alienandis eccleſiæ principatibus, VII. De non movendo bello ſine majoris Cardinalium partis conſenſu, *ibid.* Ejus patria & primitiæ, IX. Quam ſententiam ſumpſerit pro emblemate, *ibid.* Ut jam ante adierit concilium Baſileenſe, *ibidem.* Amedeo antipapæ deinde Frederico Imperatori a ſecretis fuit, *ibid.* Germanorum nomine Eugenio obedientiam detulit, X. Creatus Epiſcopus Tergeſtinus deinde Senenſis, *ibid.* Coronati Imperatoris nomine ad Nicolaum orationem habuit de bello Turcia movendo, XI. Nomine Cæſareo præfuit pluribus Germanorum conventibus, *ibid.* Calliſto obſequium nomine Cæſareo detulit, *ibid.* Divinam providentiam quæ ipſum efferret adorat, *ibid.* De ſe demiſſe ſentiebat, *ib.* Pluribus Epiſcopis Cardinalibus & Pontificibus a ſecretis fuit, XII. Pluribus ſcriptis pontificiam authoritatem tutatus eſt, *ibid.* Quo die thyara redimitus, *ibid.* Encyclicæ ejus literæ de ſuſcepto pontificatu, XIII. Chriſtianorum conventus Mantuæ indicit celebrandos, XIV. Per ſacrum baptiſma Carolum Gallorum Regem adjurat ut arma in Turcas vertat, XVI. Admonet ne ſequi Pontificem detrectet, *ib.* Veram gloriam in promovenda Chriſti gloria ſitam, *ibid.* Quid illi a Carolo Rege reſponſum, XVII. Cæſarem alioſque Reges ad ſacrum bellum ſollicitat, *ibid.* ſeptem viros rogat, ut Galeatio Mariæ ducatus Mediolanenſis jus beneficiarium conferant, XVIII. Georgium Podiebratium Regem Bohemiæ ad bellum in Turcas ſollicitat, *ibid.* Ab eo deluditur, *ibid.* S. Antoninus ad eum a Florentinis orator decretus, *ibid.* Ferdinandum in Regno Neapolitano confirmat, XX. Quas illi leges dixerit, *ibid.* Ulteriores poſcenti quid reſponderit, *ibid.* Cenſuris ſolvit, XXI. Actum de Piccinino tyranno ditione eccleſiaſtica ejiciendo, XXIV. Spoletanum ducatum ex Ludovico Borgia Calliſti nepote recuperat, XXV. Reſcindit Calliſti in Ferdinandum decretum, XXVII. Jubet proceres Neapolitanos illi parere, *ib.* Querenti Renato quod faviſſet hoſti quid reſponderit, XXVIII. Latinum Cardinalem ad Ferdinandum corona cingendum mittit, XXVIII. Quibus legibus Regni jus fiduciarium contulerit, XXX. *& ſeq.* Conſtitutionem edit de modo creandi Pontificis ſi in loco ultra Florentiam obierit, 1459. I. Novam militiam in Turcas condit, II. Illius Sedem in Lemno inſula conſtituit, *ibid.* B. Mariæ Bethlehemitanæ nomen illi imponit, III. Crucem rubeam in campo albo pro inſigni attribuit, *ibid.* Illius Mantuam verſus iter, IV. Qui eum Cardinales ſtiparint, *ibid.* Suæ ſaluti rem Chriſtianam præfert, *ibid.* Aſſiſium, Gualdum & Nuceriam ex comite Piccinino recipit, V. Excipitur ubique magnifice, *ibid.* Cæſarem rogat, ut ad Mantuanos conventus accedat, VI. Ad eos vocat principes, *ib.* Monet Cæſarem, ut validus invalidum ſequatur Pontificem, VII. Cavillis non utendum ubi Chriſti res geritur, *ibid.* Fit certior a Latino Cardinale Urſino de Ferdinando corona redimito, IX. A Senenſibus rogatus, ut ad eos diverteret, X. Beſſarioni Cardinali decem millium bellatorum in Turcas conſcribendorum poteſtatem tradit, XI. Corſinianum natale oppidum illuſtrat palatio, & Eccleſia, *ibid.* Priores Senenſes roſa aurea donat, XII. Convenitur a pluribus Regum oratoribus, XIII. Ad ſedandas lites pronuntiat inter contendentes de regio jure eum Regem agnitum iri a ſede Apoſtolica, qui regnum teneat, *ibid.* Conſultus a Friderico an oblatum regnum Hungariæ admiſſurus eſſet admonet ne admittat ſi lis & belli materia offeratur, XIV. Ne Matthiam ad jungendum cum Turca fœdus adigat, XV. Paranti exercitum Matthiæ in Turcas præferri jubet vexillum Eccleſiæ, XVI. Perturbatoribus Hungariæ cenſuras incutit, *ibid.* Legato imperat, ut controverſias ſedet, XVII. Friderico reſpondet controverſiæ de Regno Hungarico dirimendæ jus ſpectare ad ſedem Apoſtolicam, XVII. Addit animos Matthiæ, ut Chriſti cauſam tueatur, *ibid.* Georgium fidem publice profiteri detrectantem negat publice Regem appellandum, XIX. Negat propterea illius oratori publicum regii oratoris locum, XX. Monet Bohemos ne plus ſapere affectent quam alii populi, *ibid.* Mittit internuntios pro concilianda controverſia inter Georgium Bohemiæ Regem ac Sileſios, XXII. Significat Henrico Caſtellæ Regi conſilium excindendæ ſuperſtitionis Mahumeticæ, XXIV. Davidem Trapezuntinum Imperatorem ſollicitat, ut arma in Turcas conjungat, XXVI. Philippi ducis Burgundiæ oratores illi vires omnes contra Turcas movendas ſpondent, XXVI. Philippum orat, ut Germaniæ diſſidia compeſcat, *ibid.* Reginaldum Epiſcopum Ciceſtrenſem hæreſiarcham damnat, XXIX. In hæreticos novos matrimonium damnantes inquiri jubet, XXX. Zaninum hæreſiarcham perpetuo carceri mancipari jubet, XXXI. A Florentinis magnifice exceptus, XXXII. Proceres geſtandæ ſellæ colla ſupponunt, *ibid.* Indulgentias confert deoſculatoris manus S. Antonini extincti, XXXVI. Ejus iter per Æmiliam Mantuam verſus, XXXVIII.

XXXVIII. Renatum Regem graviter offenſum monet, jus in regnum Neapolitanum illi non ereptum, XXXIX. Bononiæ excipitur magnificentiſſime, XL. Ferrariam divertit, *ibid.* Mantuam ingreditur, XLI. Civitatis claves illi delatæ, *ibid.* Conqueritur de Regibus, qui oratores non miſerint, XLII. Incuſat eorum ſegnitiem in diffugienda expeditione, *ibid.* Hortatur, ut communibus animis rem Chriſtianam tueantur, XLIII. Exponit ferme totam Peloponeſum rebellaſſe Turcis, *ibid.* Amiſſum iri ni mittantur ſubſidia, *ibid.* Enſem ſacra prece luſtratum mittit ad Cæſarem, XLIV. Monet Carolum Francorum Regem, ut Chriſtianiſſimi nomen operibus exornet, XLV. Ob non præſtita auxilia Chriſtianum nomen in oriente excindi, *ibid.* Leves copias auxiliares in Peloponeſum ſubmittit, XLVI. Peloponeſiacos ad conſtantiam hortatur, XLVII. Solicitati a Pio II. orientis Reges ingentes copias ducere ſpondent ac ſe conjungere occidentalibus adverſus Mahometem, XLIX. Quid Pio Burgundi ducis orator propoſuerit de gerendo in Turcas bello, LII. Quid a Pio reſponſum, *ibid.* Pro componendis Germanorum diſſidiis internuntios mittit, LIV. Stephani Nardini opera inter Helvetios & Auſtriacos bellum componit, LV. Oratorum opera inter Bavarum & Brandeburgenſem pacem conciliat, LV. Albertum Brandeburgenſem ſolicitat, ut Fridericum Palatinum ad concordiam alliciat, LVII. Variæ orientalium legationes ad eum decretæ, LIX. Motas lites in Mantuano conventu de ſeſſionis honore dirimit, LIX. Illius oratio de inferendo Turcis bello, LX. *& ſeq.* Mahumeticam tyrannidem ſemper ingraveſcere exponit, LXI. Subactis Hungaris irrupturos Turcas in Germaniam, *ibid.* E Valona Brunduſium petituros, *ibid.* Legis Mahumeticæ errores proponit, LXII. Negari ab ea divinam providentiam, *ibid.* Arrii & Manetis impietatem inſtaurari, *ibid.* Et Neſtorii & Macedonii, *ibid.* Contradictiones Mahometis indicat, *ibid.* Hortatur principes, ut Chriſto reponant vicem, LXII. Cum Italis militaris conſilia de gerendo Turcico bello confert, LXIV. Prædicit Venetis eos maxime Turcicis armis exercitum iri, LXV. Differunt Galli oratores obſequium illi præſtare ob ſuſceptas Ferdinandi adverſus Renatum partes, LXVIII. Excuſat ſe Pius ſi regnum Ferdinando aſſeruerit, LXIX. A Gallia & Anglia deſertus ad Germanos ſe convertit, LXX. Germani quadraginta duo militum millia illi polliciti, *ibid.* Friderico Imperatori generale illius imperium defert, *ib.* Sigiſmundus Auſtriæ dux illum Mantuæ adit illique operam in Turcas defert, LXXIII. Polonos cum Cruciferis conciliare nititur, LXXIV. Caſimirum Regem Poloniæ ad arma in Turcas vertenda ſollicitat, *ibid.* Caramanum ſollicitat, ut ſigna efferat in Mahometem cum illum invadent Chriſtiani, LXXV. Joannem Cardinalem S. Angeli regredi in Hungariam jubet ac Friderico & Matthiæ conciliandis operam dare, LXXVII. Aurum ſubſidiarium Hungaris ſubmittit, LXXVIII. Pia illius gerendi belli Turcici conſilia ob illatum a Gallis Ferdinando bellum confuſa, LXXVIII. Inter Ferdinandum & Joannem Antonium principem Tarentinum diſſidia componere nititur, LXXIX. Arcem Beneventanam a Ferdinando repetit, LXXX. Sacerdotes, qui in Altaceris expugnatione contra Mauros interfuerant expiat, LXXXII. Pacem inter Burgundum & Gallum confirmat, LXXXIII. Valentinenſem & Ingolſtadienſem academias condit, *ibid.* Militiam religioſam dictam ſocietatem Jeſu Chriſti inſtituit, *ibid.* Defuncto Gregorio Patriarcha Conſtantinopolitano ſubrogat Iſidorum Ruthenum Cardinalem, LXXXIV. A Ludovico Sabaudo Cyprum profecturo contemptus prædicit illum e regno deturbatum iri, LXXXVI. Epiſcopatum Marchiæ comiti ætate impari conferre abnuit, LXXXVII. Indicit in cœtu Mantuano expeditionem generalem in Turcas, 1460. I. Ejus de ea re decretum, *ibid.* Solemnes preces imperat, III. Obſecrat Reges, ut arma in impios exerceant, IV. Majorem eſſe vim Chriſti tyrannide dæmonum, *ibid.* Sacra arma correptuis cœleſtem immortalitatem ſpondet, V. Decumas & trigeſimas pro ſacri belli ſtipendiis indicit, VII. Monet fideles non tantum pecuniam, ſed vitam pro Chriſti cauſa profundendam, IX. Impii aliqui eccleſiaſtici a decreto pontificio turpiter provocare auſi ad futurum concilium, X. Ejus provocationes impias damnat, XI. Illius ad conventum Mantuanum quem erat dimiſſurus oratio, XII. Quantum exercitum terreſtrem ac maritimum conflandum decreverit, *ibid.* & XIII. Elogium a Philelpho datum Pio, *ibid.* Hermolaum Epiſcopum Veronenſem mittit ad pacem inter Gallos Anglosque conciliandam, *ibid.* & XVI. Si Renato non faverit neceſſitatem excuſat, XVII. Decernit legatum Beſſarionem Cardinalem ad Cæſarem & Matthiam conciliandos, XVIII. Significat Matthiæ Regi Hungariæ non reſpondiſſe Reges publicæ expectationi, XIX. Cardinalem Carvajalem in gerenda legatione Beſſarioni conjungit, *ibid.* Friderico imperatori crueſignati exercitus generale imperium defert, XX. Si caſtrenſes labores ſuſcipere non poſſit præficiendi alterius poteſtatem dat, *ibid.* Digreſſus Mantua Ferrariæ exceptus magnificentiſſime, XXVII. Franciſcum nepotem futurum inde Pii III. nomine Pontificem & alios quinque Cardinales creat, XXVIII. Illius ad novos Cardinales oratio, XXIX. Quo ritu ornamenta cardinalitiæ dignitatis contulerit, XXX. Morbo gravatus divertit ad balnea, XXXII. Rodericum Cardinalem Borgiam laſciviementem graviſſimis monitis informat, ut piam vitam inſtituat, *ibid.* Sigiſmundo Auſtriaco ob captum Cardinalem Brixinenſem cenſuras eccleſiaſticas incuſſit, XXXIII. Contumaci alias pœnas infligit, XXXIV. Provocantem ocſa... ad concilium inania ob eo diffugia captari pronunciat, XXXV. Hæreſi devinctum promulgat, *ibid.* Gregorium Hamburgenſem maleſani conſilii authorem defigit anathemate, XXXVI. Provocationis ad concilium formulas, ut hæreticas ignibus exuri jubet, *ibid.* Provocantes a Pontifice ad concilium anathemate percellit, XXXVII. Per hujuſmodi ad concilium provocationes primatum apoſtolicum oppugnari demonſtrat, XXXVIII. Demonſtrarat antea provocationis illius iniquitatem, XXXIX. Sanctorum adverſus novatores hoſce ſententia, XL. Veteres numquam a ſede Apoſtolica appellaſſe demonſtrat, XLI. Probat ratione provocationem eam non valere & Romanam ſedem ſynodo auguſtiorem, *ibid.* & XLII. Adverſariorum objectiones diſſolvit, *ibid.* & XLIII. *& ſeq.* Helvetios contra Auſtriacum confirmat, XLIV. Caſtellæ Regis ad Pium II. legatio, XLV. Caroli VII. Francorum Regis querelas refringit, L. Docet inveſtituras Regibus ob hæreticorum factiones conceſſas, LI. Jure eas revocari potuiſſe, *ibid.* Increpat cur pragmaticam defendat, LIII. Non eſſe de grege dominico, qui neget Romanum Pontificem ſuum eſſe paſtorem, *ibid.* Trium patriarcharum orientalium legationem excipit, LV. Agnoſcitur ab iis illius primatus, *ibid.* Monobaſienſes olim Spartam miſſa legatione ſe illi ſubiciunt, LVIII. Mittit ad eos Pius præſidiarios milites, *ibidem.*

Præ-

Digitized by Google

Præfectum mittit ad ineundam Spartæ poſſeſſionem, LIX. Scanderbegum meditantem ferre auxilium Ferdinando incitat, ut ferat, LX. Submittit exercitum in Regnum Neapolitanum adverſus Gallos, LXII. Monet Ferdinandum ne pugnet, cum Gallis, ſed velitationibus eos fatiget, LXIII. Terracinam ad pontificium obſequium revocat, LXIV. Galli ab eo pacem efflagitant, LXVII. Inſolens eorum dictum forti reſponſo refringit, LXVIII. Suſceptæ Aragoniæ factionis odio tumultus in eum concitati, LXIX. Urbanos magiſtratus de non coercitis ſeditioſis increpat, *ibid.* Romæ excipitur publica omnium maxima lætitia, LXX. Turbas in ditione eccleſiaſtica motas componit, LXX. Rebelles urbem concitare ad perduellionem auſi ſupplicio affecti, LXXI. Fert cenſuras in Sigiſmundum Malateſtam Picenum occupantem, LXXII. Ejus conſilio Galli Genua propulſati miniarum iniquarum pœnas dant, LXXIII. Georgii Regis Bohemiæ hæretica hypocriſi deluditur, LXXIV. Concordiæ leges inter eum & Wratiſlavienſes catholicos fert, *ibid.* Agit concordiæ interpretem inter Imperatorem & Hungarum, LXXVI. Beſſarionem Cardinalem ea de cauſa mittit, *ibid.* Novos conventus pro Germania pacanda indicit, LXXVIII. Georgium Bohemum de affectatu imperio increpat, LXXXII. Denuntiat Eccleſiam laturam opem Friderico, LXXXIII. Germanos hortatur, ut ſaluti publicæ conſulant, LXXXV. Fridericum decreta Mantuana in opus provocare jubet, LXXXVII. Et Beſſarionem Cardinalem, ut in id incumbat urget, LXXXVIII. Auxiliare aurum Matthiæ Regi ſpondet ne inducias cum Turca paciſcatur, XC. Boſnenſem principem regia corona exornat, XCI. Querentem de ea re Hungarum demulcet, *ibid.* Subſidia pro Cypro adverſus Ægyptios defendenda decernit, XCV. Jacobo Cypri tyranno regium nomen denegat, XCVI. Minaces literæ a tyranno Ægyptio apoſtata ſcriptæ, XCVII. A Pio confutatæ, XCVIII. *& ſeqq.* Orientalium Regum inſignem legationem excipit, CI. Centum viginti millia auxiliarium bellatorum pollicitis, CII. Eboracenſem factionem adverſus Lancaſtrenſem tuetur, CVI. Armaniaci comitem pœnitentem venia donat, CX. Pœnæ illi inflictæ, CXI. *& ſeq.* Philippum ducem Burgundiæ ſacro enſe donat & Regem Aragonum roſa aurea, CXIV. Vires in tuendo Ferdinando contra Gallos conſumit, 1461. I. De auctis rebus illi gratulatur, II. Pollicetur nunquam illi ſe defuturum, *ibid.* Gallicam factionem anathemate defigit, III. Cum Ferdinando affinitatem contrahit, *ibid.* Neapolitani regni proceres in Ferdinandi obſequium redire jubet, IV. Turbæ adverſus Pium motæ in ditione eccleſiaſtica, VII. Anconitanos Cardinalis S. Suſannæ opera ad obſequium revocat, VIII. In Malateſtam Picenum opprimentem Neapoleonem Urſinum mittit, IX. Ob negatam immortalitatem animæ, Sigiſmundum Auſtriacum cenſuris urget, XI. Damnat eundem reum hæreſis quod non credat in unam ſanctam Eccleſiam, *ibid.* Mediolani ducem ſollicitat, ut illi bellum inferat, XII. In eundem concitat Helvetios, XIII. Sollicitat ſeptemviros, ut Franciſco Sfortiæ jus principatus Mediolanenſis conferant, *ibid.* Negat pacem dandam Auſtriaco niſi Eccleſiæ ſe ſubmiſerit, *ibid.* Friderico Imperatori clientelam apoſtolicam ſpondet, XIV. Admonet ut publicis cœtibus interſit, *ibid.* Bavaro reſpuenti jure ſtare cenſuras incutit, XV. Dietherus Archiepiſcopus Moguntinus in Pium rebellat ac provocat ad concilium, XVI. Appetitur calumniis ob redactum aurum ex indulgentiis, *ibid.* Provocationis illius iniquitatem demonſtrat, XVII. Beſſarionem Cardinalem monet, ut infelices ſucceſſus committat divinæ providentiæ, XVIII. Et det operam, ut Palatinus belli ſacri dux creetur, *ibid.* Monet principes Germanos ne quid moveant in Cæſarem, XIX. Dietherum Moguntinum Archiepiſcopum honore dejicit, XX. Adolphum Naſſovienſem in ejus locum ſubrogat, XXI. Joannem Carvajalem Card. S. Angeli Hungariæ defendendæ contra Turcas incumbere jubet, XXVI. Equites Rhodios conferre ſe Rhodum jubet, XXVII. Joannem Aragonum Regem orat, ut claſſem auxiliarem in Cyprum mittat, XXX. Jacobi tyranni Cypri oratores, increpat, XXXI. Commendat Regi Francorum Trapezuntini Imperatoris & aliorum Regum oratores, XXXV. Ludovico Minoritæ munus confert, ut occidentales Reges ad ſacrum bellum urgeat, *ibid.* Partas a Callixto inſulas in oriente expugnari ſinit, XLII. Excuſat ſeſe, *ibid.* Thomam Palæologum deſpotam profugum excipit, XLIII. Liberaliter eum ſuſtentat, *ibid.* Roſa aurea eum donat, *ibid.* Mahometem de amplectenda religione Chriſtiana ſollicitat, XLIV. Rogat amice, ut diſcutiat an vera dicantur, *ibid.* Exponit Chriſtiani imperii fortitudinem, *ibid.* Italiæ expugnandæ difficultatem quoque explicat, XLV. Pugnandi cum Italis diſparem eſſe rationem docet quam cum Aſiaticis, *ibid.* Unam e quatuor nationibus vincere Turcas poſſe, *ibid.* Græcos quos vicit non fuiſſe veros Chriſtianos, XLVII. A paucis cruceſignatis profligatum Belgradi fuiſſe, XLVII. Qua ratione inter Chriſtianos imperium propaget, aperit, *ibid.* Wladiſlai converſi exemplum proponit & aliorum, *ibid.* Errantes populos ab eo ad veritatem adduci poſſe, *ibid.* Nec armis nec ratione Chriſtianos vinci poſſe, XLVIII. Si fiat Chriſtianus ab eo Ægyptios, Arabes & Afros ſubactum iri, *ibid.* Europæos illi laturos auxilia, *ibid.* Totum orientem eo converſo Chriſtianum futurum, *ibid.* Objectionem de mutuis Chriſtianorum bellis diſſolvit, XLIX. Exponit rationem Mahometi retinendi imperii etiam mutata religione, L. Clodovei gentilis in Gallia converſi exemplum proponit, *ib.* Richardi in Hiſpania, *ib.* Agilulphi in Longobardia *ib.* Alterius in Iberia, *ib.* Conſtantini in Romano imperio, *ib.* Feliciſſimum fuiſſe poſtremum poſt amplexam Chriſtianam religionem, *ibid.* Felicitatem in hoc orbe & in altero Mahometi proponit ſi Chriſtianus fiat, LI. Mundanam felicitatem vanam eſſe ſine æterna, *ibid.* Diſcrimen Chriſtianorum a Mahometanis edocet, LII. Curandam maxime ſalutem animæ, *ibid.* Divinitatem & immortalitatem animæ fateri Turcas, *ibid.* Vitam ob brevitatem non faciendam plurimi, LIII. De æterna maxime curandum, *ib.* Sine Chriſti fide neminem conſequi ſalutem poſſe, LIV. Doctrinam Chriſtianam exponit ipſi Mahometi de creatione mundi, LVI. De Adami peccato *ibid.* De Diluvio, *ibid.* De Pentapoli ſubverſa, *ibid.* De Abrahamo & Moſe & Prophetis, *ibid.* Eundem inſtruit, ut aberret a vera fide, LVII. Urget, ut inquirat quæ ſit vera religio, *ibid.* Vaticinia de adventu Chriſti illuſtrat, LVIII. Deum e cœlo teſtimonium perhibuiſſe de Chriſto, LIX. Sequi Mahometanos mortuum hominem ſine ratione, ſine miraculis, *ib.* Eorumdem teſtimonio vinci Mahometem a Chriſto, *ibid.* Conſentire Mahometanos cum Chriſtianis unum eſſe Deum creatorem cœli & terræ, LXI. Diſſentire dum fingunt Deum corporeum & providentiam ejus negant, *ibid.* Eorumdem ineptias ob quas negent filium Dei refellit, *ibid.*

De generatione Verbi divini myſteria aperit, *ibid.* & LXII. Ea non intellecta ab Arrio & Mahomete, LXIII. Credendas de Deo perfectiones quas mens non capit, *ibid.* De proceſſione Spiritus Sancti ex Patre & Filio arcana myſteria docet, LXIV. Ut non ſint tres Dii licet ſint tres Perſonæ divinæ, LXIV. Ut imago Trinitatis eluceat in anima rationali, LXV. Ut veteres prophetæ Trinitatem docuerint, LXVI. & *ſeq.* Argutiam pſeudoprophetæ Mahometis diſſolvit cur neget incarnationem Verbi, LXVIII. Redemptionis humani generis myſteria illuſtrat, LXVIII. Ut Redemptor ſit Deus & homo, LXIX. Ut prænuntiata fuerit a prophetis Chriſti paſſio, LXX. In quo collocetur a Chriſtianis beatitudo hominis, *ibid.* Beatitudinem nefariam a Mahomete propoſitam refellit, LXXI. Demonſtrat carnalem voluptatem non eſſe finem hominis, LXXII. Refellit porcinum Mahometis paradiſum, LXXIII. Docet beatitudinem locandam in viſione & amore Dei, LXXIV. Fingi beatitudinem Mahometanorum communem cum viliſſimis ſuibus, LXXV. Arguit a pſeudopropheta Mahomete corpus frigidius glacie tributum Deo, LXXVI. Si Deus compoſitus ſit poſteriorem eſſe ſuis partibus, *ibid.* Compoſitorem illius potius Deum putandum, *ibid.* Cur membra per ſimilitudinem Deo tribuant prophetæ docet, *ibid.* Confutat Mahometem fingentem Deum eſſe auctorem peccati, LXXVII. Arguit negaſſe divinam providentiam, *ibid.* Finxiſſe angelos ex igne creatos & mori, LXXVIII. Dæmones Alcorani beneficio ſalvandos ſomniaſſe, *ibid.* Modo effutiiſſe animam eſſe portionem animæ Dei, LXXIX. Modo finxiſſe ex materia produci, LXXX. Finxiſſe cœlum ex fumo factum, *ibid.* Polygamiam inductam a Mahomete refellit, LXXXI. Eundem convincit impietatis ex eo quod Chriſtum fuiſſe prophetam veracem aſſeruerit, LXXXII. Cæſarum exempla honorificentiſſima proponit, ſi Chriſti fidem profiteatur, LXXXIII. Refellit Mahometem fingentem legem veterem a Judæis, novam a Chriſtianis corruptas, LXXXV. Impoſtoris artes detegit, LXXXV. Creviſſe Mahometiſmum ex vitiorum licentia, LXXXVI. Accommodatam fuiſſe legem vulgi cupiditati, *ibidem.* Mendacio auctoritatem rationem intentata morte oppreſſiſſe, LXXXVII. Demonſtrat corrumpi non potuiſſe ſacras literas, LXXXVIII. Similitudine eximia Mahometis figmenta refellit, XC. Novum teſtamentum ubique terrarum corrumpi non potuiſſe illuſtrat, XCI. Sacram Scripturam ex prophetarum vaticiniis non corruptam iri docet, XCII. Objectionem Mahometis quod nova lex veteri adverſetur diluit, XCIV. Argutias Mahometem II. detinentes ne Chriſtianus fieret, refellit, XCVI. Si ex victoriis comprobanda ſit religio partas divinitus expendendas, *ibid.* Veræ religionis cultores ſæpe ab idolatris victos fuiſſe, XCVII. Maxime iniquum eſſe Mahometem, qui pro ratione ferrum jugulo intentet, XCVIII. Noviſſe illum ſua figmenta cum ratione pugnare, XCIX. Inventa illius manaſſe a dæmone, *ibid.* Alcorano legit nomen non convenire demonſtrat, C. Aliqua decerpſiſſe ex Evangelio quæ invenerit turpiſſima eſſe, CI. Gloriari ipſum de ſordibus nefariis, *ibid.* Divinam legem fulciendam divino teſtimonio, CII. Negaſſe illum alio teſtimonio quam gladio fulciri, *ibid.* Tolli omnem ſapientiam a lege Mahometana, CIII. Eam perridiculis delirамentis plenam demonſtrat, CIV. Finxiſſe Angelos eſſe horrenda monſtra, *ibid.* Deum corporeum & gelu concretum, *ibid.* Inſanam fabulam ob quam Mahometes vinum prohibuerit traducit, CV. Modo finxiſſe Angelos hydras eſſe, modo homines, *ibid.* Deliramenta illius pugnare inter ſeſe oſtendit, CVI. Finxiſſe inepta de ſphærarum craſſitie, *ibid.* Inſana commenta Mahometis de Angelorum magnitudine confutat, CVII. Stulte finxiſſe Angelos vino & lunoris incaluiſſe, *ibid.* Ex poetis finxiſſe fœminam in ſydus converſam, *ibid.* Mahometanorum de Chriſtianorum defectione gloriantium argutiam refellit, CVIII. Mirari potius debuiſſe tot Chriſtianos malle tanta pati quam Chriſtum deſerere, *ibid.* Chriſtianæ legis dignitatem exponit, CIX. Quam multis confirmata ſit miraculis, *ibid.* Oſtendit demum Mahometi II. ſi fiat Chriſtianus, latiſſime illius imperium amplificatum iri, CXII. Averſas illi præbet aures Mahometes II. CXIII. Ludovicum Francorum Regem ſollicitat, ut Mahometi bellum inferat, *ibid.* Enſem ſacra prece luſtratum ad eundem mittit, CXV. In Gallica aula ob Ferdinandi clientelam ſuſceptam carpitur, CXVI. Internuntium mittit pro refellendis adverſariis, *ibid.* Ludovici Francorum Regis ad Pium literæ quibus pragmaticam ſanctionem abrogat, CXVIII. Auget Cardinalium ſenatum, CXXI. Catharinam Senenſem in Sanctorum virginum catalogo reponit, CXXIII. Tybur proficiſcitur, CXXVIII. Romam cum ingenti pompa redit, CXXIX. Luſitaniæ Regem militiæ Jeſu Chriſti principem renuntiat, CXXXII. Henrico Angliæ Regi de adverſis condolet, CXXXIII. Nonnullos proceres Boſneoſes Manete ejurato Eccleſiæ conciliat, CXXXVI. Mittit Alexandrum Card. S. Suſannæ ad excipiendum caput S. Andreæ, 1462. I. Proponit indulgentias ad celebritatem concurſuris, *ibid.* E Beſſarionis manu ſacrum pignus excipit, II. Habita ad B. Andream a Pio oratio, III. Luſtrat ſacris reliquiis populum, IV. In ara principe baſilicæ S. Petri ſacrum caput reponit, V. Jo Sigiſmundum Auſtriacum & Gregorium hæreſiarcham ſententiam repetit, VI. Inſignem Gallorum legationem excipit, VIII. Promiſſa illi ſeptuaginta armatorum in Turcas millia ſi Renato faverit, VIII. Reſpondet ſi ea eduxerit omnia ipſi conceſſum iri, IX. Negat revocare exercitum ex Regno Neapolitano, *ibid.* Valentinenſem & Dienſem comitatus recepit a Ludovico II. qua de cauſa fuerint devoluti ad Romanam Eccleſiam, XII. Georgii Regis Bohemiæ oratores excipit, XIV. Quid iis reſponderit, XV. De concordia agit cum oratoribus, *ibid.* Negat laicis uſum calicis, XVI. Conventa a Bohemis non fuiſſe ſervata objicit, *ibid.* Proponit cauſas cur permitti Bohemis non debeat calicis uſus, *ibid.* Niſi Rex pareat Bohemiam in diſſenſiones conjectum iri denuntiat, *ibid.* Exponit mala imminentia, *ibid.* Fantinum internuntium ad Georgium decernit, XVII. Vetat Georgio ne calice utatur, *ibidem.* Georgio palam hæreſim profitente catholicos ſacramenti illi præſtiti religione ſolvit, XXIV. Auxilia Diethero ferentibus cenſuras intentat, XXV. Stipendia Matthiæ Hungariæ Regi ſubmittit contra Turcas, XXVIII. Boſnenſes crucis ſymbolo inſigniri, jubet, XXIX. Stephanus Boſnæ Rex ab eo regiam coronam poſcit, XXXI. Sine Regis Hungariæ conſenſu mitti coronam non poſſe reſpondet, XXXII. Mittit internuntium ad Venetos & Hungaros Boſnenſi conjungendos, *ibid.* Orationem habet ad Cardinales de expeditione ineunda contra Turcas, XXXIII. Pio Veneti ſpondent ſe arma conjuncturos, XXXIV. Legatos ad Gallum & Burgundum decernit, ut ſocient arma, *ibid.* Conſilium ejus irriſum a Gallis quod Galloe infectaretur in regno Neapolitano, *ibid.* De Monabaſſia tuenda agitat, XXXV. Rogat

pran-

principes, ut Thomæ deſpotæ contra Turcas auxilia ſubmittant, XXXVI. Inſtitutam in Luſitania ſocietatem pro redimendis captivis confirmat, XL. In Africam tres familias equeſtres transferri jubet, XLI. Clericorum inopia Ghineæ & Canariæ Eccleſiis præficit religioſos, XLII. Rapientes in ſervitutem neophytos cenſura percellit, *ibid.* Decumana ſubſidia Henrico Regi contra Granatenſes tribuit, XLIII. Contemplaturis paſſionem dominicam, vel pium opus in ejus memoriam patratoris indulgentiam unius anni confert, XLIV. Graſſantem in urbe luem fugit, XLVI. Corſinianum natale oppidum Epiſcopatu ornatum Pientiam vocat, *ibid.* Ilcinenſem Eccleſiam illi conjungit, *ibid.* De civili bello ab internuntio in Anglia concitato ſe excuſat, XLIX. Illum ex Interamnenſi Epiſcopatu dejectum monaſterio mancipat, L. Romam revertitur, *ibid.* Gravibus præceptis Paulum Fregoſium Genuæ Archiepiſcop. creatum ducem inſtruit, LI. Concordiam inter Imperatorem & Hungariæ Regem miſſis oratoribus conciliat, 1463. I. Illius capita confirmat. III. Solvit Hungarum ſacramenti religione de regni juribus ſervandis, X. Friderici hoſtes, qui illum ad deditionem compulerant cenſuris defigit, XI. Efflagitat Hungarus ab eo auxilia, XII. Subſidiarium aurum mittit proponitque indulgentiam eum ſecuturis, *ibid.* Preces publicas imperat, XIII. Reginam Boſniæ e Regno profugam excipit, XVII. Sollicitat principes ad ferendam Rhodo periclitanti opem, XX. Ab eo Macedones poſcunt auxilia, XXI. Burgundum admonet, ut votum compleat, *ibid.* Oratores Burgondi ducis de inſtruendo apparatu bellico excipit, XXIII. Cœtus principum Italicorum cogit, XXIV. Maxima illi ſpondent Veneti, *ibid.* Florentinorum invidum conſilium reſpuit, XXV. Illius ad principum oratores conſilium, *ibid.* Decernit mortem oppetendam pro Chriſti cauſa, XXVI. Quos ſperaverit ſocios, XXVI. Duos legatos creandos decernit; alterum qui ſacris, alterum, qui politicis rebus præſit, *ibid.* Se Chriſto devovet pro tuenda ejus cauſa, *ibid.* Cardinales ſe illum ſecuturos profitentur, *ibid.* Illius decretum a præcipuis Italiæ principibus admiſſum, XXVIII. Qua verborum formula conceptum fuerit, XXIX. Turcarum crudelitatem in victos perfidiamque in deditios exponit, *ibid.* Ob ſacrum intermiſſum bellum omnia in pejus lapſa, XXXI. Conteſtatur omnia pro Chriſto profundenda, *ibid.* Burgundum Venetumque futuros ſocios exponit, *ibid.* A Mathia Rege Hungaricum exercitum eductum iri, XXXII. Et Albanenſes & Græcos ſe conjuncturos, *ibid.* Argutias negantium ſuſcipiendam expeditionem confutat, *ibid.* Reſpondet ſe non ferro, ſed precibus pugnaturum, *ibid.* Principes officii commonet, XXXIII. Hortativa ad Chriſtianos oratio, ut pro Chriſto ſtringant arma, XXXIV. Deliberat in Adriatico mari claſſem conſcendere, XXXVI. Illius ad Deum oratio, XL. Cum Venetis & Burgundo fœdus init, XLI. Maurum ducem Venetorum, ut ipſum ſequatur, incitat, *ibid.* Mediolani ducem ad ſacrum bellum ſollicitat, XLII. Franciſci Sfortiæ ducis ad ipſum reſponſum, XLII. *& ſeq.* Blancam duciſſam Mediolani hortatur ne a ſacra expeditione virum avocet, XLVII. Promulgari jubet ineundam ab ipſo expeditionem, *ibid.* Terreſtre & maritimum bellum Turcis indicit, LIII. Regibus, ut accedant ſacro fœderi jus reſervat, LIV. Genuenſes admonet, ut Chium commoniant, LV. Paulum Fregoſium Archiepiſcopum & ducem Genuæ præceptis ſalubribus inſtruit, LVI. Beſſarionem Cardinalem mortuo Iſidoro patriarcha Conſtantinopolitanum & Archiepiſcopum Eubœæ renuntiat, LIX. Sigiſmundum Malateſtam defigit anathemate, LXXV. In eundem arma diſtringit, *ibid.* Plura oppida ex eo recipit, *ibid.* Eum in gratiam admittit ea lege, ut hæreſes ejuret, LXXVI. Permittit ei Arimini præfecturam impoſito mille aureorum vectigali, *ibid.* Ciſternam recuperat, LXXVII. Sora illi dedita ea lege, ut ſit eccleſiaſtici juris, LXXVIII. Celani comitatus Pii nepoti datus, LXXIX. Ludovici Regis Francorum de Pio querelæ, LXXXI. Mittit legatos ad mulcendas iras Regis, LXXXII. Valdenſes in Atrebatenſi comitatu repullulantes percellit anathemate & coerceri jubet, LXXXIII. Gregorium Hamburgenſem & Dietherum & Palatinum cenſuris defigit, LXXXIV. Et Martani principem ob ſecutas Gallorum partes, *ibid.* In Dietherum Moguntinum exauctoratum fert ſententiam, LXXXV. & LXXXVIII. Burgundiæ duci regii apicis adipiſcendi ſpem injicit, XCI. Dietherum poſt compoſitam cum Adolpho pacem abſolvit, XCIV. Sigiſmundo Auſtriaco reſipiſcentiam præſeferenti ſinum pandit, XCV. Perſtantem in priori perfidia cenſuris urget, *ibid.* Sententiam in Georgium Regem hæreticum fert, XCVI. Sacramenti religione Bohemos ſolvit, XCVII. Wratiſlavienſes & Namſlavienſes in clientelam accipit, XCVIII. Jubet Catholicos iis opem ferre, XCIX. Orans pro Georgio Cæſari negat Georgium poſt ſuſceptam hæreſim Regem eſſe poſſe, C. Controverſiam de ſanguine Chriſti an in terris illius pars remanſerit & ſit unitus Verbo in aliud tempus extrahit, CIII. Vetat adverſam partem alteri hæreſis crimen impingere, CIV. De Petri Berlandi Archiepiſcopi Burdegalenſis miraculis inquiri jubet, CV. Teſtium interrogandorum formulam præſcribit, *ibid.* Errorum dum Baſileenſibus adhæreſceret retractationem promulgat, CXIV. *& ſeq.* Retractat alium librum in juventute ſcriptum quod impudicis offendiculo eſſet, CXXVII. Nimis curis ſe conficit in Turcici belli apparatu, 1464. I. Febrem ex doloribus arthriticis contrahit, *ibid.* Ducem Mediolanenſem monet, ut cruceſignatorum immunitati conſulat, II. Peruſinos ad pendenda ſubſidia objecto anathemate adigit, III. Burgundum monet Venetos a Turcis cladem accepiſſe, V. Corinthum fruſtra oppugnatam, *ib.* Examilio relicto quindecim millia Turcarum irrupiſſe in Peloponeſum, *ib.* Boſniam a Rege Hungariæ recuperatam, VI. Urget ne expeditionem differat, VII. Occupandum hoſtem, qui celeritate valet, VIII. Redigat in concordiam Gallum & Anglum, IX. Genuenſes ſollicitat, ut naves in Turcas inſtruant, X. Deficientem a cœptis Burgundum monet, ne in conſtantia perſtet, XXV. Ne vota temere infringat, XXVI. Meminerit de valetudine divinitus reſtituta, *ibid.* Ex illius adventu promulgato fractos Turcarum animos, XXVII. Si cœptis deſtiterit illius famam extinctum iri, *ibid.* Divinam iram ſi domi hæſerit formidandam, XXVIII. Se profecturum in Turcas, etiam ſi non venerit, *ibid.* Honeſtiorem mortem quam pro Chriſto oppeti non poſſe, *ibid.* Proponit illi divina beneficia, *ibid.* In Piſano portu parari claſſem jubet, XXXI. Nicolaum tit. S. Cæciliæ illi præficit, XXXI. Ludovicum tit. SS. IV. Coronatorum in Aragoniam decernit ad eam pacandam, XXXII. Dexteram S. Joannis Baptiſtæ Eccleſiæ Senenſi dat, XXXIII. Georgio Regi Bohemiæ judicium hæreſis intendit, *ibid.* Dilata ſententia Catholici oppreſſi, *ibid.* Sigiſmundum Auſtriacum reſipiſcentem venia donat, XXXV. Turcis operam commodantes anathemate defigit, XXXV. Societatem pe-

pe-

Digitized by Google

peregrinantium propter Chriſtum beneficiis afficit, *ibid.* Ex urbe proficiſcitur ad Turcicam expeditionem, XXXVI. Multo labore iter conficit, XXXVII. Munera Lauretanæ Virgini offert, *ibid.* Celebrat Anconæ ſolemnes ſupplicationes, *ibid.* Annonam Raguſinis periclitantibus tranſmittit, XXXVIII. Decernit Raguſium contendere ad ſolvendam obſidionem, XXXIX. Venetorum dux cum duodecim triremibus ad eum accedit, XL. Extrema morituri ad Cardinales oratio, XLI. Inſignis ejuſdem demiſſio, *ibid.* Beſſarionis Card. ad eam reſponſum, *ib.* Sacramentis rite procuratur, XLIII. Virginis cui ſe devoverat ope maxima pericula evaſiſſe ait, XLIII. Commendat ne deſeratur ſacra expeditio in Turcas, XLIV. Ejus obitus, *ibid.* Trajicere in Albaniam & creare Regem Scanderbegum decreviſſe fertur, XLV. Eximium ſucceſſoribus exemplum relinquit, XLV. Immenſo ardore ſacrum in Turcas bellum urſerat, *ibid.* Obtrectatorum illius gloriæ confutatæ calumniæ, XLVII. Simonetæ abſurda figmenta refelluntur, XLVIII. Sedis illius tempus, XLIX. Ejuſdem ætas, L. Ejus corpus Romam relatum, *ibid.*

Platina: *Vid.* Bartholomæus Platina.

Pœnitentia: Quænam impoſita fuerit magiſtro equitum regni Navarræ ob interfectum Epiſcopum Pampilonenſem, 1472. XXIV. Pœnitentiam negat eſſe Sacramentum Petrus de Oſma, 1479. XXXII. Damnatur, *ibid.*

Politica ars eccleſiaſtica: Inſignia de ea præcepta Nicolai V. 1455. X. Quis ſit illius finis, *ibid.*

Polygamia inducta a Mahomete refellitur, 1461. LXXXI.

Pomerania Polonico imperio, reſtituta, 1466. XXXI.

Pontifex Romanus: Divinæ providentiæ in ſervandis Pontificibus argumentum, XXIV. Pontificiæ dignitatis elogium, 1455 XXI. §. *Tu.* Pontificis dotes, XXII. §. *Decet.* Conſtantinus Romam Pontifici reliquit, XXIII. §. *Decet:* Quanta ſit Pontificatus dignitas, 1457. XXXVII. Contemptores Pontificum ſervari non poſſunt, *ibid.* Hæreſi irretitur, qui poteſtatem Pontificum lædit, XLIX. A Pontifice ad concilium ob impoſitam decumam in bello Turcico impendendam Pariſienſes doctores provocant, LIV. Reſciſſa a Calliſto ea provocatio, LV. Errant qui majus tribunal eſſe pontificio exiſtimant, LVI. Hunc errorem peſtem ingentem vocat Pontifex, LVII. Convelle ex eo articulum: *Et in unam ſanctam, &c.* LVII. Raſcia teſtamento relicta Calliſto Pontifici. 1458. XVIII. Sine pontificia authoritate Bohemiæ & Hungariæ Reges delectos queritur Calliſtus, 1458. XXI. Supremum earum imperium ad ſedem Apoſtolicam ſpectat, *ibid.* A Pontificio tribunali ad regium provocare in re eccleſiaſtica non licet, 1458. XXXII. In creando Pontifice ritus ſervari ſoliti, 1458. II. Qua pompa exceptus Mantuæ Pius, 1459. XLI. Qua Romæ, 1460. LXX. A pontifice ad concilium futurum provocatio damnata, 1460. X. Hæreſis flagitio notata, XXXVII. Demonſtratur apex pontificiæ authoritatis a qua nefas ſit provocare, XXXIX. Veteres nunquam a ſede Apoſtolica provocarunt, XLI. Probatur ratione provocationem eam non valere, *ibid.* & XLII. Objectiones contrariæ diſſolvuntur, XLII. Pontificem Romanum ſummum eſſe Eccleſiæ principem demonſtrat Græcis Beſſario Cardinalis, 1463. LXVII. Patere id ex Græcorum traditione, LXIX. Patriarcha Conſtantinopolitanus præferri non potuit Alexandrino niſi aſſenſiſſet Romanus Pontifex, *ibid.* Perculſi fuere anathemate Imperatores orientis a Romano Pontifice quia illius ſubditi, LXIX. A quo & quando authoritatem accipiat ſummus Pontifex, CXVIII. Argumenta quibus authoritas pontificia confirmatur, CXXV. Ritus in ejus electione ſervati, 1464. LIII. & XLX. *& ſeqq.* Ad Pontificem cognitio hæreſis ſpectat, 1467. V. Jacobus Cardinalis Papienſis de Pontificis & Cardinalium officiis commentarium ſcribit, 1468. XXXVII. In quo ſita ſit vera Pontificum gloria, *ibid.* A quo & quando accipiat authoritatem ſummus Pontifex, 1463. CXIV. Aſcenſuro equum Pontifici Imperator ſtapedem tenet, 1469. III. Pontificia benedictio efflagitata ab Uſumcaſſano Rege Mahometano, 1471. XLIX. Poteſtas ſacrandarum icunculatum quæ agnus Dei appellantur reſervata ſoli Pontifici, 1471. LVIII. Cæſareo oratori vocanti ſæpius Cæſarem orbis monarcham contradicit palam Cardinalis Rothomagenſis ac Pontificem eſſe monarcham ait, 1473. XXIII. Subinferenti eſſe in temporalibus negatum eſt, ſed monarchiam totam eſſe Pontificis, *ibid.* Chriſtiernus Daniæ, Sueciæ Norvegiæque Rex ante Pontificis pedes religioſiſſime ſe provolvit, 1474. II. Inſtaurata conſtitutio a Sixto IV. neminem jus acquiri in controverſis regnis ob titulos a Pontifice datos, 1475. XXXI. Inſurgentibus adverſus Sixtum pluribus principibus quod inique Florentinos cenſuris defigi dicerent, reſpondet ſpectare ad Pontificum cognitionem cauſæ peccati, 1478. XIX. Jure non teneri ad reddendam facti rationem, XXI. Ut poteſtas celebrandi concilii ſpectet ad Pontificem, XXIII. Monumenta inſignia Pontificum jura authoritatemque teſtantia in tria volumina compilata, XLVIII. Negat Petrus de Oſma inter alias hæreſes infames Pontificem diſpenſare poſſe in iis, quæ univerſalis Eccleſia ſtatuit, 1479. XXXII. Damnatur a Sixto, *ibid. & ſeq.* Veneti ob provocationem editam a Pontifice ad concilium in ſuſpicionem ſchiſmatis & hæreſis vocati, 1480. XX. Promulgatum impias eſſe appellationes a Pontifice ad concilium, XXI. Perculſi anathemate, qui inſtrumenta illa confecere, *ibid.* Ludovicus XI. ſollicitatus, ut contenderet valere appellationem ad concilium decernit parendum edictis pontificiis, XXII.

Pontificatus prædictus Calliſto III. a S. Vincentio, 1455. XVII.

Porphyrius apoſtata dæmonem conſulit quid ſentiendum de Chriſto, 1461. XCIII. Reſponſum illi a dæmone bonum fuiſſe virum Chriſtum, ſed peccaſſe diſcipulos, qui divinitatem illi tribuerant, *ibid.* Idem Mahometi a dæmone ſuaſum eſt, *ibid.*

Præſagium: Vultures cædendum Turcicum exercitum circumvolitant, 1458. XVI.

Præſides provinciarum: Latæ a Paulo II. iis leges, ut munus caſte exerceant, 1466. XXIII. Eſculenta & potulenta munera iis tantum permiſſa, *ibid.*

Præſtigiator ementitis miraculis Germanos ad libertatem vocat, 1476. XVII. Ignibus traditus, *ibid.* Politicam ſacram & prophanam evertere parabat, *ibid.*

Pragmatica: Illius inducendæ modus impius a Germanis excogitatus, 1460. XXXIX. Illa a Galliæ Regibus ob injuſtitiam olim reſciſſa, LIII. Et a Ludovico XI. ſublata, 1461. CXVII. Profitetur eam per ſeditionem tempore ſchiſmatis conditam, CXVIII.

Preces: Veneti B. Vincentii Juſtiniani precibus a periculo liberati, 1455. XLIII. Preces ſolemnes indictæ a Calliſto adverſus Mahometem in Hungariam irrumpentem, cum ſpreta eſſet a Regibus Chriſtiana res, 1456. XX. Precibus non armis Chriſtianorum debellatus

Ma-

Mahometes, XXIV. & ſeq. Preces ſolemnes imperatæ a Pio meditante expeditionem in Turcas, 1460. II.

Preſtejannes ſive presbyter Joannes Æthiopum ſive Abyſſinorum Imperator fruſtra quæſitus in India, 1458. LXVII. Compertus in Æthiopia ſub Ægypto, *ibid.* Compertum eſt fuiſſe alium olim in India ſed ob hæreſim Neſtorianam exciſum, *ibid.*

Principes Chriſtiani Calliſtum III. urgentem bellum adverſus Turcas indigne deſerunt, 1458. XXXV.

Privilegia Romanæ eccleſiæ a Sixto IV. compilari juſſa, 1478. XLVII. Quantæ dignitatis illa ſint Bartholomæi Platinæ opera in tria volumina digeſta, XLVIII.

Procopius Rabenſtenius juris præfectus in regno Bohemiæ ob fidem Catholicam abdicatus magiſtratu a Rege hæretico & conjectus in carcerem, 1462. XX.

Prodigium: Puer triennis prædicit Hiſpanis ingentia mala iis imminere ni divinas iras placent, 1459. XXV. Caſtella civili bello ardente ſegetes demeſſæ ſanguine fluunt, 1468. XXXIV. In Gallia equus nullis fuſtibus loco moveri potuit agente Deo, ut literæ quibus Carolus Burgondus ad vaſtandam Galliam evocabatur a Balva Cardinale proditore interciperentur, 1469. XXI. In tractanda concordia inter Foyanenſes & Lucinianenſes prodigium cœlitus oſtenſum, 1473. XVII.

Proditio: Triſtis proditionis exitus in Ludovico Lucemburgenſi, 1475. IX.

Proſper Adurnius hortante Pio II. adjutuſque a duce Mediolani Genuenſes pulſis Gallis in libertatem vindicat, 1460. LXXIII. Irrumpentem in portum Renatum Regem propulſat, *ibid.* Arcem recipit, *ibid.* Principatum ſibi comparat, *ibid.* Deinde dejicitur ſubrogato in ejus locum Spinola, *ibid.* Excuſſo ducis Mediolanenſis jugo libertatem Genuæ reſtituit, 1478. XXXII. Non diu ducales apices tenere potuit, *ibid.* Ejectus a Baptiſta Fregoſio, *ibid.*

Prothaſius deſignatus Epiſcopus Olomucenſis Georgii Podiebratii hypocriſi deceptus Brunnam & Olomucam in illius obſequium trahit, 1458. XXVI. Chriſtum conſanguineo Regi præfert, 1468. XI. Nititur eum ab hæreſi revocare, *ibid.* Graviſſima ejuſdem ad Georgium monita, *ibid.* A Matthia ad Regem Poloniæ mittitur pro jungendo fœdere, *ibid.*

Provocatio: *Vid.* Appellatio.

Prutheni excuſſo equitum jugo Caſimirum Poloniæ Regem ſibi præficiunt, 1454. XI. Exorta inde civilia bella, *ibid.* Ad ea pacanda miſſus Nicolaus tit. S. Petri Cardinalis ab eo Pruthenorum fœdera damnata, XII. Extractum in plures annos bellum, *ibid.*

Purgatorius ignis: Virguncula, quæ nuptiis mortem prætulerat, defuncta petit ſacrum pro ſe fieri, 1456. LXXII.

R

RAguſæi ſive Raguſini: Extrema omnia illis a Turcis intentata, 1464. XXXVIII. Subſidiaria annona ad eos a Pio II. tranſmiſſa, *ibid.* Decernit Pius illis opem afferre, XXXIX. Parante eo iter recedunt Turcæ, XL.

Raphael Galeottus Riarius creatus Card. S. Georgii ad velum aureum, 1477. X. Eo præſente Julianus Medices a conjuratis cæſus, Laurentius ſauciatus, 1478. I. Cuſtodiæ traditus a Florentinis, II. Fruſtra monente Sixto, ut dimitteretur retentus, IX. Cognita ejus innocentia demum liber dimiſſus, XI.

Raſcia Romanæ Eccleſiæ relicta teſtamento a deſpota ſine liberis defuncto, 1458. XVIII. Recepta ejus nomine a Cardinale S. Angeli, *ibid.*

Ratiſponenſes conventus: In iis decretum bellum in Turcas, 1454. I. Ad eos Philippus dux Burgundiæ accedit, *ibid.* Profitetur ſe Cæſarem aut Pannoniæ Regem, aut alium magnum principem ſecuturum, *ibid.* In iis Æneas Sylvius elegantem de Turcico bello gerendo hortatoriam orationem habet, III.

Raynaldus Piſſicellus Archiep. Neapolitanus creatus Card. tit. S. Cæciliæ, 1456. LXXIII.

Reges: Quæ ſit vera Regum laus, 1455. VII. §. *Romanus*. De Regio jure pluribus certantibus cum Regem agnoſcendum a ſede Apoſtolica, qui regnum teneat, decernit Pius, 1459. XIII. Reſpondet Cæſari Pius II. Georgium Bohemum Regem eſſe non poſſe poſt ſuſceptam hæreſim, 1463. CI. Chriſtiernus Danorum Rex religioſiſſime ante Pontificis pedes provolvitur, 1474. II. Recuſat ad Crucis oſculum accedere niſi poſt Cardinales, *ibid.*

Reginaldus Pekopius Epiſcopus Ciceſtrenſis hæreſiarcha quatuor articulos ex ſymbolo expungit, 1457. XCII. Reſipiſcit & in ordinem privatum redigitur, *ibid.* Libri ejus exuſti, *ibid.* Hæreſiarcha deprehenſus, 1459. XXVIII. Relapſus plecti juſſus, XXIX.

Religioſi in Guinea & Canariis inſulis ſæcularium clericorum inopia Eccleſiis præfecti, 1462. XLII. Religioſorum controverſiæ cum parochis deciſæ a Sixto IV. 1478. XLIX.

Renatus Andegavenſis Rex Neapolitanus: Ei a nonnullis proceribus delatum regnum Neapolitanum extincto Alfonſo, 1458. XXXVIII. Queritur de Pio II. quod regnum Ferdinando conferat, 1458. XXVIII. Querenti reſpondet Pius num Jacobum Piccininum e ditione eccleſiaſtica pellere poſſit negantique reſpondet eo ſibi opus eſſe, qui & ſe & Eccleſiam tueri poſſit, *ibid.* Graviter a Pio offenſus literas apoſtolicas in provincia non excipit, 1459. XXXIX. Monetur jus in Regnum Neapolitanum illi non ereptum, *ibid.* Oratores mittit ad Mantuanum conventum, LXVI. Bellum Ferdinando infert pro recuperando Neapolitano regno, LXXVIII. Genuæ claſſem, inſtruit, *ib.* Ad eum a Ferdinando plures principes deficiunt, LXXIX. Pius ſi Renato non faverit neceſſitatem apud Carolum Gallorum Regem excuſat, 1460. XVII. Ejus filius Ferdinandum ad Sarnum fundit fugatque, *ibid.* Renato Pius adverſatus, LXVII. & LXVIII. Pacem obtinere nequit cum vellet Sigiſmundum Malateſtam a Pio in gratiam admitti, LXXII. Excuſſo a Genuenſibus Gallico jugo ejus res depreſſæ, LXXIII. In Genuenſem portum tentat irrumpere, LXXIII. Repulſus cum cæde Saonam repetere cogitur, *ibid.* & 1461. VI. Conjurat adverſus Ludovicum XI. Regem cum proceribus, 1465. XI. A Catalanis in principem aſciſcitur adverſus Joannem Aragonum Regem, *ib.* Joannem Lotharingiæ ducem ſubmittit cum copiis, *ib.*

Renatus junior Lotharingiæ dux Carolo Burgundo Nuſſienſi bello implicito bellum indicit atque in Lucemburgenſem comitatum incurrit, 1475. IV. A Ludovico Francorum Rege proditur, ut Burgundus Lucemburgenſem ipſi proderet, IX. Obſeſſo Nanceio deſertus a Friderico Cæſare, X. Amiſſo Nanceio in Germaniam fugit, XI. Contracto apud Argentinam exercitu poſt acceptam a Burgundo per Helvetios cladem Nanceium recuperat, 1476. XII. Eumdem in obſidione trucidat, 1477. III. Affert auxilia Helvetiis, qui Carolum ducem Burgundiæ extre-

tre-

trema clade afficiunt, 1476. XII. Contracto exercitu in Lotharingiam irrumpit ac Nancejum expugnat, *ibid.* Mox a Carolo Nancejum obſeſſum, *ibid.* Fert obſeſſis ſuppetias atque in prælio Carolum necat, 1477. IV. Potitur principatu, *ibid.*

Reſurrectio: Duo mortui in vitam revocati a B. Joanne Capiſtranenſi, 1456. LXIV. Conradus puer Brixianus trucidatus & parietis craſſitie ſepultus a Judæo ad vitam excitatur a B. Jacobo Picente, 1476. XX.

Rhodus in diſcrimen adducta a Turca & Ægyptio fœdere junctis, 1461. XXVII. Equites ad eam tuendam ſe conferre ex occidente juſſi, *ibid.* Obſeſſa a Venetis, 1464. LXVI. Interprete Carola Regina obſidione ſoluta, *ibid.* Centum & quinquaginta navium claſſe oppugnata a Mahomete II. 1480. II. Multæ impreſſiones hoſtiles in eam factæ a Turcis, 1480. III. *& ſeq.* Prodigio cœleſti defenſa eſt, XI. Quanto tempore fuerit obſeſſa, XIV. Rhodii divinitus confirmati perturbarique Turcæ, XV.

Rhodia militia: Illi conjunctæ ſancti ſepulchri & S. Lazari militiæ, 1479. XXVII.

Richardus dux Eboracenſis ſeditiones concitat adverſus Henricum VI. Angliæ Regem, 1457. LIX. Inde Anglia Gallico & Scotico bello vexata, *ibid.* De regni jure cum Henrico VI. Rege certat, 1460. CVI. In acie captum demonſtret ſuſceptum flagitio & proditione ſceptrum, *ibid.* Poſt Richardi mortem decretum illi regnum, *ibid.* Franciſcus Epiſcopus Interamnenſis repulſam ab Henrico paſſus illum tuetur, *ibid.* Richardi genealogia qua ad jus regium nitebatur tranſmiſſa ad Pontificem, CVII. A Margareta Regina captus in prælio, CVIII. Ejus imperio una cum Edmundo ſecundogenito filio cæſus, *ibid.* Ejus caput ludibrii cauſa redimitum papyracea corona, *ibid.* Ab Eduardo filio poſt victum fugatumque Henricum regno potito honorifice ſepelitur, 1461. CXXXV.

Richardus Epiſc. Sariſberienſis reliquiarum S. Oſmundi tranſlationem ſolemni ritu celebrare juſſus, 1457. LXXXVIII.

Richardus Vvarvici comes regios honores primum Henrico VI. adverſus Richardum Eboracenſem afferit, 1461. CXXXIV. Commendatus ab Henrico Rege Pontifici, *ibid.* Conjurat deinde in Henricum, *ibid.* In Margaretam Reginam ſigna effert atque ab ea profligatur, *ibid.* Coactus in ea clade Henricum Regem liberum dimittere, *ibid.* In Henricum ſigna attollit, *ibid.* Eum magna ſtrage fundit, *ibid.* Eduardo Eboracenſi duci ſceptrum aſſerit, *ibid.* A fratre proditus in acie, 1471. LI. Interfectus ab Eduardo Rege, *ibid.*

Ritus: Creandi Pontificis ritus, 1458. II. Conferendæ Cardinalitiæ dignitatis, 1460. XXX.

Robertus Malateſta Sigiſmundi Malateſtæ nothus Ariminum occupat, 1468. XXXI. Ejus clientela a Ferdinando Rege contra Paulum II. accepta *ibid.* Immiſſus ab eo exercitus contra claſſem pontificiam, 1469. XXVI. Tyrannidem armis tuetur, *ibid.* Copias eccleſiaſticas fundit, *ibid.* In Sixtum cum aliis conjurat, 1479. XVII. Percuſſus decretoria ſententia, *ibid.*

Robertus Archiepiſcopus Colonienſis contracta rixa a civibus pulſus, 1474. III. Carolum Burgundiæ ducem in auxilium avocat, *ibid.* & IV.

Rodericus Borgia nepos Calliſti III. creatus diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano, 1456. LXXI. Dictus in pontificatu Alexander VI. *ibid.* Laſcivus ac intemperans, 1460. XXXI. Corripitur a Pio II. *ibid.* Voto ſe aſtringit ad ſequendum Pium II. in expeditione contra Turcas, 1464. XXXVII. Triremim ſuis ſumptibus inſtruit, *ibid.* Ad nuptias inter Ferdinandum & Joannis Regis Aragonum filiam ſacrandas miſſus, 1477. II. Miſſus a Sixto IV. in Hiſpanias, 1471. LXXVI. Valentiæ legationis cauſas exponit, XXI. Legationem exercet improbe, XXII. Ubique relinquit vitiorum veſtigia, *ibid.* Conciliandi Eccleſiæ Magiſtri equitum Navarræ, qui Epiſcopum Pampilonenſem occiderat data illi poteſtas, 1472. XXIV. A Caſtellæ Rege honorificentiſſime exceptus, 1473. XVIII. Ab eo ad dextram collocatur, *ibid.* Obtinet decumas ad bellum Turcicum cogendas in Caſtella, *ibid.* Sacerdotum ordo illi decreto intercedit, *ibid.* Re infecta redit, XIX. Naufragium in portu patitur, *ibid.* Male parta amittit, *ibid.* Divino miraculo eruitur e periculo cum ſeptuaginta quinque e familia merſi fuiſſent, *ibid.*

Rodericus Sanctius Epiſcopus Palentinus idemque moliſ Adrianæ præfectus plures libros pro ſtatu eccleſiaſtico edit, 1466. XXV. Scribit etiam commentarium in bullam depoſitionis Georgii Regis Bohemiæ hæretici, *ibid.*

Rodulphus: *Vid.* Rudulphus.

Roma, & Romani: Cur augenda ſint illius decora, 1455. X. A Conſtantino magno pontificibus relicta, 1455. XXIII. A Mahomete II. Roma jactatis vocibus cupidiſſime affectata, 1470. XXXIII. Romanorum triginta millia ſacro S. Andreæ capiti in urbem delato prætulere faces, 1462. IV.

Roſa aurea ſacra prece a Pontifice ſacrata miſſa Alfonſo Luſitaniæ Regi, 1454. VII. & *Num.* Alia Carolo Francorum Regi, 1457. LII. Myſtica ejus interpretatio, *ibid.* Ad Joannem Regem Aragonum a Pio II. miſſa, 1460. CXIV.

Rothomagenſis Archiepiſc. a Lugdunenſis Archiepiſcopi imperio ſolutus pronuntiatur, 1458. XXXVII. Lugdunenſes a Pontificio tribunali in re eccleſiaſtica impie provocare ad regium auſi, *ibid.* Intentatum a Calliſto anathema Lugdunenſibus & regii edicti vis diſſoluta, *ibid.*

Roxburgum obſeſſum a Jacobo Rege Scotiæ, eoque fruſtis tormenti bellici laniato liberatum, 1457. LIX. & 1460. CIX. Eo extincto deditione capitur ac ſolo æquatur, *ibid.*

Rudolphus Epiſc. Laventinus Pauli II. in Bohemia internuntius Germanos urget, ut fidei cauſam adverſus Georgium Regem Bohemiæ hæreticum ſuſcipiant, 1466. XXVIII. Quid ipſi reſponſum, *ibid.* Decem millia Wratiſlavienſium crucis ſymbolo inſignit tridui ſpatio, XXIX. Cogit hæreticos eo terrore ad ſolvendam Wratiſlaviæ obſidionem, *ibid.* Opera ſua conciliat pacem inter Regem Poloniæ & Cruciferos, XXXI. Id ſanctimoniali divinitus oſtenſum, *ibid.* Mira ejus integritas in reſpuendis muneribus, *ibid.* Crucis ſigna in Georgium hæreticum Bohemiæ Regem attollere juſſus, 1467. VIII.

Rudolphus Epiſcopus Herbipolenſis impoſtorem decumas ſacerdotibus, vectigalia principibus ſolvere prohibentem ac Germanos ad libertatem hortantem concremari jubet, 1476. XVII.

Ruſſinonenſis comitatus pactione datus Ludovico XI. Regi Francorum, ut ſibi pro retinenda Catalonia opem ferat adverſus Henricum Caſtellæ Regem, 1462. XLIV.

S

SAbatia arx ad Savi confluentes condita a Turcis, 1474. VIII. A Matthia Rege Hungariæ expugnata, 1475. XXVIII.

Se-

Sacerdotia non a regibus, ſed a Pontifice conferenda, 1455. XVI. Monitus Rex Angliæ, ne id affectaret, *ibid.*

Sacramentalia repudiata a Joanne Ruchardo hæretico, 1479. LVIII.

Sacrilegium: Excitato incendio in Polonico exercitu repertæ ſunt in ſeminuſtis quadrigis pixides Euchariſtiam continentes, 1474. VII. Sacrilegi, qui evaſerant juſſu regio concremari, *ibid.*

Salmanticenſis academia: In ea exortus Lutheranæ hæreſis præambulum oppreſſus, 1479. XXXII.

Salutatio angelica: Qui ſalutandæ Virginis horæ meridiana author, 1472. XII.

Samothrace inſula expugnata a Mahomete II, 1461. XLII.

Sanctorum intercesſio: Deiparæ & S. Joannes Baptiſta Rhodum tuentur contra Turcas, 1480. XI.

Sanctorum omnium feſtivitas ſtatuitur celebranda diebus octo & quare, 1480. XXIX.

Sanguis Christi: Orta controverſia an qui in paſſione fuſus eſt, triduo illo conjunctus eſſet hypoſtatice Verbo & latriæ cultu adorandus, 1462. XLV. Mota lis eſt a B. Jacobo Picente idemque concluſit Verbo non fuiſſe conjunctum, *ibid.* Diſceptatum inter Dominicanos & Franciſcanos an triduo paſſionis hypoſtaticæ unioni conjunctus eſſet, 1463. CIII. Prohibita a Pio II. de ea re diſceptatio vetitumque parti neganti, vel defendenti notam hæreſis impingi, CV.

Saraceni ſi blaſphement, pœna affici juſſi, 1456. LXVIII.

Sariſberienſis Eccleſia a B. Oſmundo Epiſcopo locupletata, 1457. LXXXII.

Satalia Pamphiliæ regia fruſtra tentata a Chriſtianis, 1472. XLIII. Cur non fuerit capta, *ib.*

Scanderbegus: Subſidia illi a Calliſto data, 1457. XX. Commendatur ob res geſtas in Turcas, XXI. Promiſſa illi auxilia, XXII. Compellitur intra arces, *ibid.* Data Pontificiæ claſſis legato imperia, ut illi opem ferat, *ibid.* Ultra omnes principes Chriſtianos de fide optime meritus, XXIII. Promiſſum illi Divionum auxilium, XXVI. Belgradum in Epiro obſidet, XXVII. Magnam cladem a Turcis accipit, *ibid.* Dimicaturo findebatur labrum & os cruentabatur, *ibid.* Chriſtianum nuorem barbarico vindicat, *ibid.* Dynaſta Dibrenſis in eum a Mahomete ſubornatus, XXVIII. Eundem cum Turcis profligat, *ib.* Veniam petenti ignoſcit, *ibid.* Submiſſa Scanderbego ſubſidia, ſuſtentare Macedonia, XLI. Ipſe commendatus a Calliſto apud Matthiam quod plura fortiter geſſerit in Turcas, 1458. VIII. Boſna illi commendata, X. Vetitus inire inducias cum Turca, XI. Mahometis in eum impetus fortiter excipit dum cæteri torpent otio, *ib.* Collaudat eum Calliſtus, ut Chriſtiani imperii propugnatorem, *ib.* Si cæteri principes ſimiles illi fuiſſent actum erat de Turcis, XV. Significatum ipſi convocari principes Chriſtianos pro conficiendo bello Turcico, XV. Teſtatur Calliſtus prope ſolum Scanderbegum reſtitiſſe Mahometi, XV. Floreniſſimam victoriam de Turcis refert, XVI. Submiſſus illi Calliſti nepos, *ib.* Ameſa Scanderbegi nepos ſubornatus a Turcis in eum conjurat, *ib.* Cæſis Turcis capitur a Scanderbego, qui ejus vitæ parcit, *ibid.* Cæſis viginti Turcarum millibus & eo amplius ſexaginta tantum Chriſtiani deſiderati. *ibid.* Poſcit ab eo inducias Mahometes, XVI. Generoſo reſponſo repellitur, *ibid.* Mittit Scanderbegus ad Reges Turcicæ ſpolia, ut eos in Mahometem concitet, *ibid.* Opem Ferdinando adverſum Gallos ferre meditatur, 1460. LX. Laudatum ejus conſilium a Pio, *ibid.* Præcipua Scanderbegi geſta, LXI. Nonnulli in eum cum Turcis conjurant, CIV. Intentatæ iis a Pio II. cenſuræ, *ibid.* Philelphi de Scanderbego elogium, 1463. XLVIII. Quæ fuerint ejus vires, 1464. XIII. Pius II. illum Regem creare decreverat, XLV. *& ſeq.* Venetorum ad eum oratio, *ibid.* Magnas ſpes concipit, *ibid.* Ex Pii morte maxime affligitur, XLVII. Turcas ad decem millia cædit, 1465. XVII. Ballabanum ducem Turcarum fundit iterumque, *ibid.* Duos Mahometis exercitus profligat, *ibid.* Viginti quatuor millia hoſtium cædit & ſex millia capit, *ib.* Submiſſi a Mahometa ſicarii ad eum trucidandum, ſed divinitus detecti, XVIII. Mahometes in eum expeditionem ducit cum ducentis millibus Turcarum, *ibid.* Perfugit ad Paulum II. pro implorandis auxiliis, *ibid.* Ejus ad Pontificem & Cardinales oratio, *ibid.* Adjutus auro a Pontifice comparat copias & Turcas multis prœliis atterit, XIX. Vincitur extrema clade a Mahomete II. 1466. I. Supra annos viginti pugnavit pro fide Chriſti, II. Ejus ditio a Turcis occupata, *ibid.* Pauli II. de ea re ad Principes litteræ, *ibid.* Miſſa ad eum ſubſidia, ſed non ſuffecere, III. Ex bellicis laboribus morbum contrahit, VII. Sacramenta pie ſuſcipit ac moritur, *ibid.* Ejus ditio a Turcis occupata, *ibid.* Partim a Venetis, *ibid.*

Scodra & Scodrenſes: Scodrenſes obſeſſi a Turcis, 1474. XIII. Conſtanter eos propulſant, *ibid.* Ob largiorem victum & potum magna ex parte pereunt, *ibid.* Scodra triennio oppugnata a Turcis, 1478. XL. Dedita a Venetis Mahometi cum aliis pluribus arcibus, ut pacem emerent, *ibidem.*

Scriptura ſacra: Fingit Mahometes eam corruptam a Judæis & Chriſtianis, 1461. LXXXV. Demonſtratur corrumpi non potuiſſe, LXXXVIII. *& ſeq.* Ex prophetis id confirmatur, XCII.

Sdenko Sternembergenſis dux ſacri belli in Georgium hæreticum Bohemici Regni jure exauctoratum pronuntiatus, 1466. XXXI.

Senæ Archiepiſcopali dignitate a Pio II. exornatæ, 1464. XXXIII. Reliquiis dexteræ S. Joannis Baptiſtæ decoratæ, *ibid.*

Senenſes adverſus Florentinos Pontifici ſtudent, 1478. XIII. Nonnulla Senenſium oppida a Florentinis vi capta direptaque, XXX.

Sergius apoſtata magiſter fuit Mahometis, 1461. LXIV.

Sicarii: Latæ a Paulo leges in Sicariorum fautores, 1466. XXIV.

Sigiſmundus Malateſta: Impii illius mores erroreſque, 1459. XXXVIII. Anconam occupat, 1460. LXXII. Æſium tentat, *ibid.* Latæ in eum cenſuræ, *ibid.* Plures turbas in Piceno excitat, 1461. VII. Ab illius partibus ad Pontificias revocati Anconitani, VIII. Epiſcopum Cornetanum Eccleſiaſtici exercitus ducem fundit, VIII. In eum immiſſus Neapolio Urſinus, IX. Urſinum timens in loca tutiora ſe ſubducit, *ibid.* Damnatus hæreſis quod non credat immortalitatem animæ, *ibidem.* Ejus effigies ignibus tradita, *ibidem.* Moniti Veneti, ut damnent illius fœdus, X. Coacto ingenti exercitu fingis properare in Regnum Neapolitanum pro ope Gallis ferenda, 1462. VII. Senogalliam capit, *ibid.* A Friderico Urbinate & Neapoleone Urſino dum fugam meditatur funditur, *ibid.* In Apuliam ad Gallos fugit, *ibid.* Venetias deinde ſe recipit, *ibid.* Ineuntibus Gallis inducias cum Pontifice negat Pontifex Sigiſmundum iis comprehendendum adeoque eæ diſcuſſæ, X. Anathemate iterum defixus, 1463. LXXIV. Plura oppida ab eo recepta, LXXV. Inſignis illius impietas in deridenda pontificia auctoritate, *ibid.* Pro reti-

retinendo Arimino pacem exorat, LXXV. Data ea lege, ut hæreſes ejuret, *ibid.* Conciliatur Eccleſiæ, LXXVII. Cum quinque millibus militum in Peloponeſum miſſus contra Turcas, 1464. XIII. Spartam expugnat excepta arce, LXV. Arcem obſidet fruſtraque expectato auxiliari exercitu Veneto recedere incenſo oppido cogitur, *ibid.*

Sigiſmundus Auſtriæ dux adit Pium Mantuæ, 1459. LXXIII. Operam in Turcas illi defert, *ib.* Nicolaum Cardinalem capit, 1460. XXXIII. Nonnullas arces vimque uti ingentem ab eo extorquet, *ibid.* Cenſuræ ei incuſſæ, *ibid.* Aliæ illi pœnæ inflictæ, XXXIV. A Pontifice ad futurum concilium nefarie provocat, XXXV. Pronuntiatum iniqua ab eo captari diffugia, *ibid.* Hæreſis crimine eo facto ſe devinxiſſe, *ibid.* Corruptus eſt a Gregorio Hamburgenſi, XXXVI. Ob pertinaciam repetitæ in eum cenſuræ, 1461. VI. Pro ejus converſione orationis propoſitæ indulgentiæ, *ibid.* Judiciariam in eum ſeveritatem exercet Pius II. 1461. XI. Neganti ſe hæreticum objicitur non credere in unam ſanctam Eccleſiam, XI. Conjurat in Fridericum III. Imperatorem, XII. Solicitatus dux Mediolanenſis ad movendum illi bellum, *ibid.* Illum Helvetii, ut hoſtem Eccleſiæ inſectantur, XIII. Fridericus pro Sigiſmundo deprecatorem agit, *ibid.* Negat Pius dandam illi pacem niſi Eccleſiæ ſe ſubmiſerit, *ibid.* Confirmat in rebellione Dietherum Moguntinum adverſus Pontificem, XXII. Concordiæ interpretem adhibet Venetum Ducem apud Pontificem, 1463. XCV. Revertitur deinde ad priorem perfidiam, *ibid.* Percellitur cenſuris, *ibid.* In perduellione obfirmatus hæret, 1464. XXXIV. Reſipiſcenti oſtenſa clementiæ ſpes, *ibid.* Pro eo Imperator Fridericus flexis genibus ad legati pedes deprecatus eſt, *ibid.* Expiat injurias illique venia data, *ibid.* Ejus terræ invaſæ a Suitenſibus, 1469. XVI. Ejus clientela a Pontifice adverſus Suitenſes ſuſcepta, *ibid.* Feretranum comitatum repetit a Carolo duce Burgundiæ, 1475. IV.

Sigiſmundus Thomæ Regis & Catharinæ Reginæ filius exheredatus regio jure ni Mahomete deſerto Chriſtum coleret, 1478. XLV.

Simeon puer Chriſtianus odio Chriſti a Judæis immaniſſime excarnificatus, 1475. XXXVII. Miraculis coruſcat, XXXVIII. Sumptum de Judæis ſupplicium, *ibid.*

Simoneta hiſtoricus: Illius abſurda figmenta, 1464. XL.

Simoniaci: Conſtitutio adverſum eos a Sixto IV. edita, 1472. LXI.

Sixtus IV. ex Cardinale tit. S. Petri ad vincula creatus Pontifex, 1471. LXVI. Quam ſententiam pro ſymbolo acceperit, *ibid.* De ejus primitiis, LXVII. Oſtenſum prægnanti matri Franciſcanam diſciplinam profeſſurum, LXVII. Puer cucullo Franciſcano induitur, *ibid.* Ea detractu periclitatur, *ibid.* Reſtituto habitu iterum addicitur S. Franciſco, *ibid.* In cunctis ulnis populum ſacro crucis ſigno luſtrare viſus, *ibid.* Inter Franciſcanos profeſſus ordini præfectus eſt, LXIX. A factione Mendicantium temere a Paulo ad concilium provocantium abſtinuit, *ibid.* Creatus Cardinalis plura opuſcula edidit contra ſubnaſcentes errores, *ibid.* Dum ad Lateranum ſolemnem pompam duceret periclitatur, LXX. Encyclicæ ejus ad fideles literæ, *ibidem.* Decernit fidem tueri contra Turcas, LXXI. Paratum ſe offert non modo ad opes, ſed etiam ad ſanguinem profundendum, LXXI. Mahometis II. infanda conſilia exponit, LXXII. Habita de bello Turcico gerendo apud eum oratio a Bernardo Juſtiniano, LXXIII. Quatuor legatos in varia regna mittit, LXXV. Fideles ad ſacrum in Turcas bellum ſolicitat, *ibidem.* Concilium Laterani indicit, LXXVI. Friderico Imperatori litem de loco moventi Mantuam vel Anconam proponit, *ibid.* Plures legatos in varia regna ad principes Regeſque in Turcas concitandos mittit, *ib.* Marcum Barbum ad Hungarum & Polonum conciliandos mittit, LXXVIII. Petrum Riarium & Julianum nepotes Cardinalitia purpura donat, LXXIX. B. Jacobum Picentem ad conciliandos Aſculanos mittit, LXXX. Annuum vectigal Ferdinando remittit quandiu copias in Turcas junxerit, *ibid.* Affinitatem jungit cum Ferdinando, *ibid.* Fideles ad ſacram in Turcas militiam ſolicitat, 1472. I. Oliverium Cardinalem navali exercitui præficit, *ibid.* Sacras indulgentias arma correpturis proponit, III. Claſſem diſceſſuram ſacra prece luſtrat, IV. Philelphi ad eum literæ, ut mature Italiæ conſulat, V. In locum Beſſarionis Cardinalis Patriarchæ Conſtantinopolitani Petrum Riarium ſubrogat, XI. Avenionenſem legationem demandat Ludovico Borbonio, XIII. Galli Sixto, ut Chriſti vicario obſequium deferunt, XV. Idem agunt plures alii principes & Luſitaniæ ac Scotiæ Reges, XVI. Eccleſiam S. Andreæ Archiepiſcopali apice inſignit, XVII. Indulgentias proponit ſubſidium nummarium contra Turcas præbituris, XVIII. Exponit fidelibus affectari a Mahomete occidentale imperium, *ibid.* De ſumma rerum agi demonſtrat, *ibid.* Decumas in pluribus regnis colligit, XX. Fridericum Cæſarem ſolicitat, ut cum Polono & Hungaro fœdus in Turcam jungat, XXVIII. Matthiæ Hungari Regis partes adverſus Polonum ſuſcipit, XXIX. Caſimirum & Wladiſlaum urget, ut deſinant Hungaro bellum inferre, XXX. Cruciferos in Polonum concitat, XXXI. Sacramenta a Bohemis præſtita Wladiſlao reſcindit, XXXII. Sileſios & Moravos Matthiæ obſequi intentato anathemate jubet, XXXIII. Marci Cardinalis legationem ad alia regna ſeptentrionalia exporrigit, XXXV. Legatum commendat de induciis inter Polonum, & Hungarum imperatis, XXXVII. Permittit, ut pro pace firmanda Bohemiæ regnum dividatur, XXXIX. Joannes Baſilius Moſcovitarum dux ad Sixtum legationem inſignem mittit, XLVIII. Significat ſe adhæreſcere Florentino concilio, *ibid.* Deſpondet Sixtus Moſcovitæ filiam Conſtantinopolitani Imperatoris, XLVIII. Fœdus ſedente Paulo initum repudiat, L. Ferdinandum Regem Neapolitanum pendendi vectigalis onere liberat, LII. Divelli Soranum comitatum ab Eccleſiaſtica ditione permittit, LIII. Cum Eccleſiæ diſpendio ſuos promovet, LIV. Affinitatem cum Ferdinando jungit, LIV. Quæ ſint illi a Ferdinando promiſſa, LVI. Imolam & Forumlivium cum Eccleſiæ damno nepoti Hieronymo Riario tradit, LIX. Ea res funeſtum illi ac ſtirpi exitium attulit, *ibid.* Herculi Aterſtino ducatus Ferrarienſis jus beneficiarium tradit imperato quinque millium aureorum cenſu, LIX. Pauli ſanctionem de jubilæo ad vigeſimum quintum annum redacto confirmat, LX. Diſſidia ex pragmatica orta componit, LXI. Conſtitutionem fert in ſimoniacos, *ibid.* Mittit internuntium in Canarias inſulas, LXIV. Laurentium Zenum Archiepiſcopum Spalathenſem in claſſis pontificiæ imperio ſubrogat Oliverio Carafæ, 1473. I. Hungarum deterret ne cum Mahomete fœdus ineat, VI. Monet præſules, ut fœdus illud abrumpant, VIII. Sollicitat Fridericum, ut Matthiæ faveat in re Bohemica, XIII. Daroceſe templum adituris in quo quinque hoſtiæ divinitus cruentatæ ſervabantur veniam criminum proponit, XXI. Auget Cardinalium ſenatum, XXII.

Plen-

Pſeudocarmelitas Bononiæ magicam artem docentes reprimit, XXV. Errorem negantium determinatam eſſe veritatem futurorum contingentium damnat, XXVI. Venetis eripientibus Anconitanis libertatem navigandi anathema intentat, XXVII. Chriſtiernum Regem Daniæ ad limina Apoſtolorum venientem humaniſſime invitat, 1474. I. Excipit eum Romæ honorificentiſſime, II. Ante illius pedes Daniæ Rex religioſiſſime provolvitur, *ibid.* Moldaviæ princeps plura ſigna Turcis in prælio erepta ad Sixtum tranſmittit, XI. Eccleſiæ ſpoliis ſuos ditat Sixtus, XIX. Senogalliam nepoti dat, ſed ea res extremum exitium illi attulit, XX. Urbium comitem ducali apice cohoneſtat, XXI. Ejus nepos Cardinalis quem pluribus epiſcopatibus onerarat in juventute extinctus, XXII. Minimorum ordinem confirmat, XXVII. Et Auguſtinianorum diſcalceatorum, XXXIV. Ferdinandum Regem Neapolitanum in urbem venientem excipit honorifice, 1475. I. Carolam Cypri Reginam benigne ſuſtentat, *ibid.* Legatum mittit pro Nuſſienſi bello pacando, III. Nicolaum Francum internuntium creat pro ſedandis Hiſpaniæ bellis, XV. *& ſeq.* Inſtaurat conſtitutionem ea titulo data a Pontifice nemini jus conferri, XVII. & XXXI. Donationem terrarum a Martino factam Caſtellæ Regibus reſcindit, XIX. Sollicitatur a Mathia Hungariæ Rege, ut bellum ſacrum in Turcas urgeat, XXII. Franciſcanos mittit ad fidem inter Canarienſes propagandam, XXIX. Intendentibus litem Ludovico Sabaudo & Carola Venetis de Regno Cyprio recuſat cognitionem litis admittere, XXX. Cyprios arguit de Jacobo Rege interempto, XXXII. Avenionem Archiepiſcopali dignitate inſignit, XXXIII. Feſtum Viſitationis inſtituit, XXXIV. Fideles ad Virginis opem contra Turcas implorandam excitat, XXXV. Julianum Roboreum Cardinalem in Gallias legatum decernit, 1476. I. Exponit Gallis Turcam excidiſſe Caffam atque ad alia regna invadenda comparatam, II. Exponit Ludovico Regi ſuſcipiendæ ab ipſo Chriſti cauſæ neceſſitatem, *ibid.* Dominicum Reatinum Epiſcopum in Germaniam, Hungariam & Poloniam mittit, IV. Moldaviæ principem redacto ex indulgentiis auro adjuvat, VI. Nicolaum Francum internuntium ad ſedanda Caſtellæ bella mittit, XIII. Sæviente in urbe peſte effigiem Virginis pictam a S. Luca ſolemni pompa defert, XIV. Auget Cardinalium ſenatum, XV. Propagata ejus ſtudio in Canariis inſulis religio, XXI. Et in Ghinea, XXII. Joannem Cardinalem ad ſedandos in principatu Mediolanenſi tumultus decernit, 1477. I. Ingolſtadienſem academiam inſtaurat privilegiiſque exornat, V. Tubingenſem academiam condit, *ibid.* Fideles ad colendam intenſiore ſtudio Virginem Deiparam ſollicitat, IX. Inſtituit conceptionis B. Virginis officium, *ib.* Illud repetituris, indulgentias proponit, *ibidem*. Auget Cardinalium ſenatum, X. Ex arcano Georgium Heſlerum ob Friderici Cæſaris ambitus Cardinalem creat, XI. Xenodochium Sancti Spiritus inſtaurat, XII. Illud a fundamentis reficit, *ibid.* Inſtituit ad illud tuendum augendumque ſodalitium, *ibid.* Eidem nomen adſcribit, *ib.* Creditus particeps conjurationis in Medices conflatæ, 1478. III. Illos in pluribus adverſarios ſenſerat, *ibidem*. Sententiam anathematis in Laurentium Medicem ac Florentinos fert, V. *& ſeq.* Ejus nepos Raphael Cardinalis a carcere ad eum dimiſſus, XIII. Bellum Florentinis indicit, *ibidem*. In eum Florentinis Veneti & Mediolanenſis dux ſe conjungunt, *ibid.* Rebellant fiduciarii principes, *ibidem*. Gallorum Rex in eum concitatus, XV. Conſilium a Jacobo Papienſi datum ipſi, XVI. Iniqua ad eum Gallorum legatio, XVII. Quid Ludovici XI. oratoribus reſponderit, XIX. Ad concilium citatus ita reſpondet, ut adverſarii pertimuerint ne fieret, XXVIII. Pacem admittit cum Florentinis, quæ mox ab iis violata, XXX. Principibus eccleſiaſticis ex aula pontificia revocantibus anathema intentat, XXXI. Helvetios in Mediolanenſem concitat, XXXII. Genuenſibus Mediolanenſe jugum excutientibus favet, *ibid.* Boſnæ regnum illi teſtamento a Regina Catharina relictum, XLII. Enſem & calcaria ſolemni ritu accepit, *ibid.* Decernit invitum Epiſcopum transferri poſſe, XLVI. Dat Bartholomæo Platinæ munus, ut inſignia Romanæ eccleſiæ monumenta colligat, XLVII. Platinæ ad eum ea de re literæ, *ibid.* Bibliothecam Vaticanam inſtaurat, ut in ea literarum amantes ſtudiis vacent, XLVIII. Controverſiam inter clericos & monachos componit, XLIX. Redintegrare ſtudet bellum in Turcas, 1479. I. Auſiam Cardinalem tit. S. Sabinæ in Germaniam mittit pro indicendo Turcis bello ſacro, *ibid.* Germanos ad ſacram militiam ſollicitat, *ibid.* Joannem de Aragonia S. Adriani diaconum Cardinalem in Hungariam, Bohemiam & Poloniam legatum decernit, II. Indicendi inter eos reges colloquii poteſtate eum inſtruit, *ibid.* Aſcanio adminiſtratori Papienſis Eccleſiæ legationem in Mediolanenſi principatu committit, III. Miſſæ ad eum plures legationes, ut bello in Florentinos abſtineat, VIII. Accuſatus paſſim ad vindictam quam ad quietem procliviorem eſſe, *ibidem*. Apologeticis literis invidiam purgat, IX. *& ſequentes*. Demonſtrat ſe pacem obtuliſſe communemque in Turcas expeditionem, X. & XIII. Spretam a Florentinis pacem queritur, XIV. Tentatum ab iis Peruſium, *ibid.* Propulſatos agrum Peruſinum vaſtaſſe, *ibid.* Ob pertinaciam novis eos cenſuris devincit, XV. Ni reſipiſcant graviores iis pœnas intentat, *ibid.* Herculem ducem Ferrariæ ob perduellionem exauctorat, *ibid.* Robertum Malateſtam Ariminenſem & alios rebelles damnat, *ibid.* Joannem Baptiſtam Sabellum, qui Florentinos propulſarat Peruſio ampla poteſtate auget, XVIII. Florentinos Ferdinandi Regis opera contundit, XIX. Ferdinando Florentinis conciliato promiſſa a Laurentio annua penſione ad pacem adigitur, *ibid.* Ferdinandi Regis Aragonum contra Turcas ſigna ſecuturis indulgentias proponit, XX. S. Lazari & S. Sepulchri ſodalitates militares Rhodiæ conjungit, XXI. Petri de Oſma nefandas hæreſes damnat, XXXII. Immaculatam Virginis conceptionem commentario tutatus eſt, XXXIV. Sanctis Franciſco & Antonio ſuam amplitudinem acceptam refert, XXXIV. Sacellum in eorum honorem excitat, *ibid.* Rhodiis equitibus obſeſſis auxilia ſubmittit, 1480. II. Capto Hydrunto territus de Italia deſerenda conſilium agitat, XIX. Deinde ad defendendam Italiam obfirmat animum, *ibid.* Promulgat diploma de ſacra militia profitenda, XX. Exponit Turcarum crudelitatem, *ibid.* Jungenda ſine mora in hoſtem arma admonet, XXI. Quamvis exerceantur fideles cladibus victoriam reportaturos, XXII. Sollicitat fideles, ut arma expediant in Turcas, XXIII. Gabrielem Cardinalem SS. Sergii & Bacchi legatum in Siciliam decernit, XXIV. Cruceſignandos in clientelam accipit, *ibid.* Indicit Italis inducias dum Turca in Italia hæſerit, *ibid.* Principes admonet, ut Turca Romam expugnare

re meditetur, XXVI. Ex mutuis inimicitiis diſſolvi Chriſtianam potentiam, *ibid.* Italiam ſexaginta millia hominum in mutuas clades ſæpe armaſſe, XXVII. Hos pares eſſe poſſe ad Turcas edomandos, *ibid.* Principes ſollicitat, ut Michaelis Archangeli auxilio fidant, *ibid.* Vetera miracula in memoriam revocari jubet, *ibid.* Sumpturis arma indulgentias proponit, *ibid.* Imperat decumas in ſumptus bellicos, XXVIII. Feſtum omnium ſanctorum diebus octo celebrari jubet, XXIX. Claſſem comparat in Turcas, XXXI. Joannem Baptiſtam Cardinalem Sabellum ad Genuenſes decernit, *ibid.* Julianum Cardinalem Roboreum nepotem ſuum ad ſedanda inter Ludovicum Regem & Maximilianum Archiducem bella mittit, XXXIII. Dat illi etiam monita, ut Gallum Anglumque inter ſe conciliet, XXXVI. Florentinos reſipiſcentes ſolemni ritu conciliat, XXXIX. Sixti ad Florentinos reſponſum, XL. Cardinales novos creat, XLIII. Mota lite de annulo Virginis pronubo illum in urbem deferri jubet, deinde a Peruſinis aſſervari permittit, XLIV.
Smyrna ab Oliverio Caraffa legato erepta Turcis, 1472. XLII. Muniendam non cenſuere Veneti, ſed incendendam, XLIII.
Societas Jeſu Chriſti inſtituta a Pio II. 1459. LXXXIII. Profitebatur armis Chriſti fidem defendere, *ibid.*
Societas prædicatorum peregrinantium propter Chriſtum prærogativis affecta a Pio, 1464. XXXV.
Solimanus Turcarum dux Scodram cum octoginta militum millibus obſidet, 1474. XII. Propulſatur ingenti clade, XIV. & *ſeq.* Lemnum tentat, ſed viraginis virtute repellitur, 1476. IX. Fugatur a Veneta claſſe, *ibid.*
Sophia Thomæ Palæologi deſpotæ filia deſponſa Joanni Baſilio duci Moſchovitarum, 1470. IX. Suadet illi, ut Tartarorum jugum excutiat, 1479. XLVIII. Ficta religione Tartaros ex arce deturbavit, *ibid.*
Sora Pio II. dedita ea lege, ut juris ſit eccleſiaſtici, 1463. LXXVIII.
Soranus comitatus a Ferdinando datus Eccleſiæ, ut in regno firmaretur contra Andegavenſes, 1468. XXX. Invaditur contra pacta, XXXI. Connivente Sixto IV. a ditione eccleſiaſtica divulſus, 1472. LIII.
Sparta a Turcis expugnata, 1462. XXXV. Recepta a Venetis, 1464. XI. In ſervitutem Mahometis relapſa, *ibid.* Capta a Sigiſmundo Malateſta excepta arce, LXV.
Spartani: *Vid.* Monobaſſienſes.
Species Sacramentales in carnem & ſanguinem verſæ, 1473. XXI.
Spina dominicæ coronæ nitidiores ſolito flores ante meridiem feria ſexta hebdomadæ ſanctæ Rhodi producit, 1457. LXXXIX. Jacobus Millius equitum magiſter adhibitis teſtibus publica acta de miraculi veritate conficit, *ibid.*
Spiritus Sanctus: Ut illius proceſſio per amorem fiat, 1461. LXIV. Cur Spiritus nomen illi inditum, *ibid.* Non eſt aliud a Patre & Filio licet ſit alius, LXV. Teſtimonia prophetarum de Spiritu Sancto, LXVII. Moyſis teſtimonia de Trinitate, *ibid.* Alia prophetarum, *ibid.* Demonſtratur Græcis a Beſſarione, ut veritas de proceſſione Spiritus Sancti diligentiſſime excuſſa ſit in Florentino concilio, 1463. LXI. Ut Spiritus Sanctus dicatur Filii Spiritus, LXII. Ut a Filio & Patre velut unico principio procedat, *ibid.* Licet dicatur procedere a Patre, non negatur quin a Filio, LXIII. Licuiſſe addere in ſymbolo vocem *Filioque* demonſtratur, LXVII.
S. Spiritus Xenodochium: *Vid.* Xenodochium S. Spiritus.
Spurii cohabitare cum patribus ſacerdotibus vetiti, 1455. XLVIII.
Stalimene Turcis erepta a Calliſto, 1456. L.
Stephanus Thomas Boſnæ Rex mittit oratores ad Calliſtum Papam, 1455. XXIV. Promiſſum illi eripiendas omnes urbes Turcis, quæ Boſnenſis regno fuerint ipſi reſtitutum iri, *ibid.* In Apoſtolicam clientelam acceptus, *ibid.* Acceptas a Mahomete clades ulciſci parat, 1457. XVII. Mittit legationem ad Calliſtum atque ab eo confirmatur, *ib.* Pendere Turcis vectigal abnuit, XVIII. Mitti crucem a Pontifice efflagitat, *ibid.* Zendrenſem arcem Turcis prodit, 1459. LVI. Ad delendam infamiam Patarenos boois exuit, 1460. XCI. Præcipuos mittit ad Pontificem, *ibid.* Exambit ab eo regiam coronam, *ibid.* Obſiſtit Matthias ne illi concedatur, *ibid.* Reſponſum Matthiæ non detrahi ipſius juri, *ibid.* Nonnullos proceres Manichæos ad ſedem Apoſtolicam vinctos mittit, 1461. CXXXVI. Fide orthodoxa eruditos recipit, *ibid.* Opem a Pio II. implorat, 1462. XXIX. Regiam coronam ab eo efflagitat, XXXI. Exponit victa Boſna Hungariam Dalmatiamque & Iſtriam vexatum iri, *ibid.* Monet Italiæ Mahometem clades illaturum, *ibid.* Ipſius patrem Nicolao V. & Venetis denuntiaſſe capta Conſtantinopoli Latinos vexatum iri, *ib.* Si non defeodatur Boſna ulterius vim Turcicam graſſaturam, *ibid.* Quid illi a Pio II. reſponſum, *ibid.* Negata illi corona regia ſi Hungariæ Rex non aſſenſerit, *ibid.* A Mahomete ingenti bello appetitur, 1463. XIV. Proditur a Bobacii præfecto Manichæo, *ibid.* Fugam rapiens ſecum theſauris corripit, XV. A Turcis in fugam Jaitzæ obſidetur, *ibid.* Compellitur, *ibid.* Inanibus illecebris ad tradendas arces impellitur, *ibid.* Trucidatur inſigni perfidia ejuſque proceres ſervituti mancipati, *ibid.* Cute vivos exuitur, XVI. Juſto Dei judicio vitam & regnum fraude amittit, qui parenti fraude regnum eripuerat, XVI. Ejus regnum occupatum a Turcis, *ibid.*
Stephanus Nardinus a Pio II. internuntius miſſus inter Helvetios & Auſtriacos bellum componit, 1459. LV. Creatus Archiep. Mediolanenſis miſſus a Paulo II. pro componendo civili Galliæ bello, 1466. XIII. Creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. XXII.
Stephanus Varada Archiepiſcopus Colocenſis creatus presbyter Card. tit. SS. Nerei & Achillei, 1467. XVI. Ad eum a Paulo II. Pileus Cardinalitius tranſmiſſus, 1470. XLVII. Paulo poſt obiit, *ibid.*
Stephanus Moldaviæ Palatinus centum & viginti millia Turcarum fundit, 1474. X. Quatriduano jejunio victoriam celebrat, *ibid.* Vetat alii quam Deo victoriam aſcribi, *ibid.* Hoſtilia plura ſigna tranſmittit ad Pontificem, *ibid.* Educit in eum Mahometes quingenta Turcarum millia, 1476. V. Pabula hoſti eripit, VI. Tartaros irruentes atterit magna ſtrage, *ibid.* Turcarum extrema agmina carpit, *ibid.* Quos vivos capit, aut nudat cute, aut palis ſuffigit more Turcico, *ibid.* Deſertus a vicinis numeroque oppreſſus fugit cum hoſtium prope triginta millia peremiſſet, *ibid.* De Joanne Baſilio Moſcovitarum duce ſolitus dicere illum ſedendo & dormitando augere imperium cum ipſe pugnando limites ægre tueretur, 1479. XLVIII.
Sueci decretum edunt de non creando Rege, niſi Danorum Norvegiorumque communi conceſſu, 1457. LX. Eo violato Carolum Regem ſibi præficiunt, *ib.* Ab eo ſæva tyrannide vexantur, LXI. Carolo pulſo Chriſtiernum eligunt, LXII.
Suecia Norvegiæ & Daniæ conjuncta, 1457. LXII.

Suſ-

Suffragia: Defuncta petit ſacrum pro ſe fieri, 1456. LXXII.
Suitenſes terras Sigiſmundi Auſtraci invadunt quamquam pax quinquennalis indicta foret, 1469. XVI. Pronuntiantur inflictas fœdifragis pœnas incurriſſe, *ibid.* Auſi pronuntiare Apoſtolica & Cæſarea edicta de ſervanda quinquennali pace non valere, *ibid.*
Sultanus Ægyptius: *Vid.* Ægyptius Sultanus.
Supellex: Pontificia Supellex a Calliſto III. in bello contra Turcas diſtracta, 1456. XLIX.
Symbolum fidei: Ex eo Wicleffiſta Epiſcopus quatuor articulos expungere auſus, 1457. XCII.
Synderovia Hungariæ erepta a Turcis, 1459. LII.
Syndon ſacra delata in occidentem, 1455. XVII. Divina ultio in fures eam ſcindere molientes, *ibid.* Figura Chriſti collucens radiis ſacrilegum obcœcat, *ibid.* Fures veniam petentes ſanantur *ibid.* Divino nutu Chamberiaci relinquitur, *ibid.*

T

TAmerlanes Aſiam populis orbavit, 1464. XIV. Turcarum vires eliſerat, *ibid.*
Tartari junguntur Turcis fœdere adverſus Chriſtianos, 1455. XXXII. De iis in Turcas concitandis agunt Moſchovitæ, 1472. XLV. Exiſtimatum eos æque ac Turcas metuendos, XLV. Irrumpunt in Moldaviam ac proteruntur, 1476. VII. Fiduciarius dux Moſchovitarum eorum jugum excutit, 1479. XXXI.
Taxus Inſula Turcis erepta a Calliſto, 1456. L. Expugnata a Mahomete II. 1461. XLII.
Tentationes: Non eſt invitus Deo, qui carnis illecebras patitur, ſed qui ſequitur, 1456. LX.
Terracina ad Pontificis obſequium revocata, 1460. LXVII. *& ſeq.*
Theodoricus Archiep. Moguntinus: Ejus in Calliſtum nefariæ coitiones, 1457. XLIX. Monetur blandis verbis, ne ſe hæreſi in pontificia authoritate oppugnanda irretiat, XLIX. Aliæ ad eum literæ, L. Significat ei Calliſtus non modo aurum, ſed ſanguinem pro Chriſto profundendum paratum ſe eſſe, *ibid.*
Theodorus Epiſcopus Tarviſinus Cardinalatum exambiens ſuaſit Paulo, ut ſacramenta in conclavi nuncupata infringeret, 1464. LXI. Secrete fit Cardinalis & in extremo morbo pœnas ambitus dat, *ibid.* Inſignis eloquentia eatenus dictus a Pio II. cithara ſua, *ibid.*
Theodorus Marchionum Montisferratenſium proſapia ſatus creatur diaconus Cardinalis S. Theodori, 1467. XVI.
Theodoſia, *Vid.* Caffa.
Thomas deſpota Peloponenſis cum fratre Demetrio ſimultates exercet, 1459. XLVI. Conjungit ſe Catholicis adverſus fratrem, qui filiam Mahometi deſponderat, *ib.* Leves copias auxiliares illi ſubmiſſæ, *ibid.* Demetrium fratrem Chriſtiani nominis proditorem bello urget, 1460. LVII. Confugientes ad ſe Spartanos Pontifici obſequium deferre conſulit, *ibid.* In gratiam Pontificis ſuo jure cedit, LVIII. Patras recuperat, *ibid.* Oppreſſus a Mahomete, 1461. XLIII. Romam profugit, *ibid.* Caput S. Andreæ aſportat e Græcia, *ibid.* Excipitur benigne a Pontifice, *ibid.* Pius II. de auxiliari exercitu illi dando agit, 1462. XXXV. Expoſituos occidentalibus principibus, ut præire univerſali expeditioni cupiat, XXXVI. Irriti cadunt Thomæ conatus, XXXVIII. Ejus filia in uxorem a Joanne Moſchoviæ duce expetita, 1470. IX. Ejus filius Manuel ad Mahometem turpiſſime deficit, 1476. XVIII. Alteri filio Andreæ mille & octoginta annui aurei attributi, XLIX.

Thomas Bourcherius Archiepiſcopus Cantuarienſis creatus presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci, 1467. XVI.
Thomas orator Cæſareus in conſiſtorio ſæpius Cæſarem orbis monarcham appellat, 1473. XXII. Contradicit illi Cardinalis Rothomagenſis ac Pontificem monarcham ait, *ibid.*
Tifernum a Nicolao Vitellio occupatum, 1474. XVII.
Tingis capta ab Alfonſo Rege Luſitaniæ, 1472. XXVII.
Tituli: Ob titulos a Pontifice datos nemini in controverſis principatibus jus acquiritur, 1475. XXXII.
Transfiguratio Chriſti: Feſtum illius dies inſtauratus a Calliſto III. 1457. LXXIII. Per hanc Petri confeſſio confirmata, *ibid.* Et confirmati diſcipuli, ne in fide deficerent, LXXIV. Ne putarent mortem potentia Judæorum illatam ſed ſponte ſuſceptam, *ibid.* Ex ea docemur mortem non pertimeſcere, *ibid.* In ea mortis & vitæ poteſtas oſtenſa a Chriſto in Moyſe & Elia, LXXV. In ea prophetæ teſtimonium perhibuere Chriſto, *ibid.* In ea oſtenſum qua gloria Chriſti membra myſtica ſint radiatura, LVI. In ea futuræ gloriæ ſpe mortem contemnendam demonſtratam, LXXVII. Sexta auguſti dies illi celebrandæ dicata, *ibid.* Sacræ indulgentiæ eam celebraturis propoſitæ, LXXX.
Tranſubſtantiatio inſigni miraculo confirmata, 1473. XXI.
Trapezuntinum imperium exciſum a Mahomete II. 1461. XXXVIII. Quandiu ſteterit, XLIV.
Trinitas: Ut Pater Filium gignat, 1461. LXI. Myſterium Trinitatis agnitum a Platonicis ex traditione vetuſta, LXII. Credenda de Deo quæ mens humana non capit, LXIII. Hæreſis contra Trinitatem latebat inter Arabes ante Mahometem, LXIV. Ut Spiritus Sanctus procedat per amorem, *ib.* Ut non ſint tres Dii, licet ſint tres perſonæ, LXV. Non eſt aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, quamvis ſit alius Pater, alius Filius, alius Spiritus, *ib.* Ut imago Trinitatis eluceat in anima rationali, *ibid.* Alia Trinitatis imago ſumpta ex mente ejus notitia, & amore, LXVI. Unicum eſt mundi principium, quia unica perſonarum eſſentia, *ibid.* Prophetæ Patrem Deum dixere, ergo & Filium aſſeruere. *ibid.*
Tubigenſis academia a Sixto IV. condita, 1477. V.
Turcæ Ratiſponenſes conventus ad decernendum in Turcas bellum celebrati, 1454. I. In iis profeſſus Burgundus ſecuturum Cæſarem, aut Pannoniæ Regem, magnum aut alium principem arma Turcis illaturum, II. Francofurti conventus indictus a Cæſare, *ibid.* Expoſitum Turcas Raſciam occupaſſe, IV. Centum millia Hungarorum duobus prœliis trucidaſſe, *ibid.* Docenta vel trecenta millia bellatorum cogi a Turcis poſſe, *ibid.* Decretus in eos terreſtris & navalis exercitus, *ibid.* Soluta in ventos Chriſtianorum conſilia, *ibid.* Quæ cauſæ Chriſtianos a repetenda Conſtantinopoli diſtraxerint, V. Oſtenſum divinitus Dionyſio Carthuſiano Reges non dignos eſſe qui pugnent pro Chriſto, VI. Concepta a Calliſto voti de inferendo Turcis bello formula, 1455. XVIII. Turca expreſſus per beſtiam cruentiſſimam plenam nominibus blaſphemiæ, ut interpretatur Sanctus Antoninus in oratione ad Calliſtum III. XXII. Sacram militiam in Turcas promulgat B. Joannes Capiſtranenſis, XXVI. Indictæ in Turcas ſolemnes ſupplicationes, XXVIII. Fœdus jungunt Turcæ cum Tartaris adverſus Chriſtianos, XXXII. Ponticas gentes ſubiicere meditantur, XXXIII. Boſphorum Thracium

claudunt, XXXIV. Devota adverſus Turcas arma ab Alfonſo Aragonum & Siciliæ Rege averſa in Genuenſes, XXXV. Divinitus compreſſi Turcæ, 1456. I. Excindi poterant a Calliſto, ſi Reges in eos junxiſſent arma, *ibid.* Commonitus a Calliſto Carolus VII. ne excindendæ Turcicæ tyrannidis occaſioni deſit, III. Turcarum claſſis victa, 1456. XV. Turcæ irrumpunt in Belgradum atque implorato nomine Jeſu ſternuntur, XXIV. & XXIX. Turcarum navis prætoria dum Chriſto illudit, mergitur aquis, XXVII. Profligantur a B. Joanne Capiſtranenſi, XXX. Perterriti ſunt viſis cœleſtibus copiis, XXX. & *ſeq.* Ad Jeſu nomen Turcarum equi ſternuntur, *ibid.* Vident micare faciem B. Joannis e Capiſtrano inſtar ſolis, ac terrentur Turcæ, XXXIII. Fulgere pariter vexillum crucis, quod gerebat, *ibid.* In fuga ſe mutuis vulneribus trucidant, XXXIV. Plures ſine vulnere divina vi confecti, *ibid.* Quadraginta octo millia in pugna & fuga cæſa, XXXVI. & XLVIII. Trecenta tormenta iis erepta, XXXVI. B. Joannis Capiſtranenſis ad eos Europa pellendos cohortatio, XXXVII. Regum, ac politicorum væcordia, qui Turcam vinci non poſſe opinantur, XXXVIII. Excindi poterant ſi Reges faviſſent Calliſto, *ibid.* Militia nulla glorioſior quam quæ pro Chriſto in Turcam ſuſcipitur, XXXIX. Supellex pontificia diſtracta a Calliſto contra Turcam, XLIX. Macedoniam vaſtant, 1457. XXII. Magna clade Scanderbegum afficiunt, XXVII. Immanis eorum in Chriſtianos ſævitia, *ibid.* Vincuntur a Scanderbego, XXVIII. Sollicitati contra Turcas univerſi Reges Calliſti ſtudiis non reſpondent, XXXV. Indicti in eos ſolemnes Chriſtianorum cœtus, XXXVI. Victi pluribus præliis ab Uſumcaſſano Perſidis Rege, LXVI. Plura in eos a Scanderbego & legato apoſtolico fortiter geſta, 1458. VIII. Maxima clade cæſi a Scanderbego, 1458. XVI. Cæſis viginti Turcarum millibus, ſexaginta tantum Chriſtiani deſiderati, *ibid.* Indicta adverſum eos a Pio II. expeditio, 1460. I. Etſi pios ab impiis Deus affligi permittat damum impios abolere ſolet, *ibid.* Quantum adverſus eos exercitum terreſtrem ac maritimum comparandum decretum fuerit, XII. & *ſeq.* Caramanus & Armenus eos a tergo adoriri pollieiti, XIII. Occupant Sinopem & Paphlagoniam, 1461. XXXVIII. Trapezuntinum imperium & reliquias Græcorum in Aſia excindunt, *ibid.* Eorum tyrannis in Patriarchas Græcorum, XXXIX. Lemnum, Leſbum, Samothracem, Imbrum ſubigunt, XLII. Demetrium & Thomam Palæologos diſſentientes opprimunt, XLIII. Peloponeſo tota potiuntur, *ibid.* Uſumcaſſanum vincunt, XLV. Turcarum origo, LXXXIV. *Vid.* Mahometani. Corvatiam populantur atque ad limitem Italiæ excurrunt, 1469. XIII. Turcarum adverſus Chriſtianos furor, 1463. XIII. Boſna ab iis expugnata, XIV. Fidem non ſervant deditiis, XVI. Turcarum impuritas nefanda, LI. Quod libet iis licet, *ibid.* Turcicarum virium deſcriptio, 1464. XIV. Turcarum mores, XVII. Raguſinis extrema omnia intentant, 1464. XXXVIII. Dum in eos Pius expeditionem parat recedunt, XL. Commendatum a Pio motitare ſacrum in Turcas bellum, XLIV. Jaiza propulſantur, 1464. LXIII. Neupactum & Arergos diripiunt, *ibid.* Peloponeſo pelluntur, *ibid.* Ad Corinthum cladem Venetis inferunt & Peloponeſum recuperant, LXIV. Corvatiam populantur, 1469. XIII. Chalcidem excindunt, 1470. XII. & *ſeqq.* Qualis ſit Turcarum militia, LXII. Cur expeditiones ferme quadrimeſtres obeant, *ibid.* Quæ ſit Turcarum origo, XXIX. Pulſi e Perſide in Aſiam inferiorem confluxere, *ibid.* Septem eorum familiæ provincias ſorte diviſere, *ibid.* Ut in Græciam exciti oppreſſerint ſocios, XXX. Quo temporis flexu auctum eorum imperium, *ibid.* Inſtaurarum fœdus ab Italis contra Turcas, XLII. Sixti IV. literæ de eorum crudelitate & tyrannide ac progreſſibus, 1471. LXXII. & 1472. XVIII. A Sixto IV. atque Italia claſſis in eos immiſſa, XLII. Uſumcaſſanus adverſus Turcas ſexcenta hominum millia educit, 1472. XLIV. Trapezus & Sinope & Cæſarea iis erepta, *ibid.* De Tartaris in eos concitandis actum, ſed exiſtimatum eos victores æque ac Turcas metuendos, XLV. Trecenta & viginti millia Turcarum educta a Mahomete adverſus Uſumcaſſanum, 1473. VIII. Cæſa quadraginta Turcarum millia in prælio, *ibid.* Demum vicere, *ibid.* Centum viginti Turcarum millia cæſa ope divina a Stephano Moldaviæ principe, *ibid.* Magna Turcarum multitudo paleis ab eo ſuffita, *ibid.* Scodram obſident, XII. Magna ſtrage propulſati, XIII. Plura Turcarum millia irrumpunt in Moldaviam, 1476. VI. Suorum triginta millia levibus præliis amittunt, VII. Moldavos opprimunt numero ac Moldaviam & Valachiam populantur, *ibid.* E Boſna erumpentes in Germaniam excurrunt, *ibid.* Ex Valachia quadraginta millia fidelium abducunt, VIII. In Dalmatiam irrumpunt, 1477. VII. Equitatu Veneto deleto provinciam vaſtant, *ibid.* Ex arcibus circa Crojam excitatis dejecti hoſtem prædæ inhiantem opprimunt, *ibid.* Eam ad deditionem cogunt, 1478. XL. Drivaſtum capiunt, *ibid.* Scodra & Lyſſus & Tænarum & Lemnos inſulæ a Venetis pacem ementibus illis deduntur, *ibid.* Neriton & Zephaleniam & Zacynthon occupant, *ibid.* Rhodum tentant centum & quinquaginta navium claſſe, 1479. XXI. Hungariam variis excurſionibus vaſtant, XXIV. Ex Styria abducunt triginta Chriſtianorum millia, *ibid.*

Tuveria a Joanne Baſilio Moſcovitarum duce occupata, 1479. XLVIII.

V

VAlachia a Turcis evaſtata, 1476. VII. & *ſeq.* Valachorum quadraginta millia abducta in ſervitutem, *ibid.*

Valentina Eccleſia a Tarraconenſis imperio ſoluta ob preces Roderici Borgiæ Cardinalis, 1470. XLVI.

Valentinenſis comitatus a Ludovico XI. in Pium II. transfuſus, 1462. XI. Qua religione impulſus fuerit, XII.

Vaticana bibliotheca inſtaurata a Sixto IV. 1478. XLIX. Doctorum uſui dicata, *ibid.*

Ubertus. Squatciaſicus a Turcis Caffa capta unco per gulam adacto præfocatus, 1475. XXVII.

Venenum propinatum ab hæreticis B. Jacobo Piceni non nocuit, 1476. XVII. Viſo miraculo plures converſi, *ibid.*

Veneti cum Sfortia duce Mediolanenſi & Florentinis pacem pangunt, 1454. VII. Fœdus ineunt cum Matthia Hungariæ Rege contra Turcas & quibus legibus, 1463. XXI. Mahometi bellum inferunt, *ibid.* Examilium ducto muro ab utroque mari communiunt, *ibid.* Pio II. numquam ſe defuturos pollicentur, XXVII. Florentinorum in Venetos indigna invidia, *ibid.* Sollicitati a Pio ad conſtantiam, XLI. Fœdus ineunt cum Matthia Rege, L. Hortativa ad eos Philelphi epiſtola, ut bellum ſuſcipiant in Turcas, LII. Turcis Veneti maria imperium eripiunt, LIV. Ad eos Peloponeſii pro-

ni a

ni, *ibid.* Mittunt claſſem in Peloponeſum, LV. Lemnum Imbrumque Turcis eripiunt, LVI. De clade inſigni accepta per Turcas a Venetis certior factus a Pio II. Burgundiæ dux, 1464. V. Ut Corinthus fruſtra oppugnata ſit, *ibid.* Veneti exercitus dux obtritus, *ibid.* Propter aeris injuriam revocant ab Examilio exercitum, *ibid.* Mox undecim millia Turcarum irrumpunt, & omnia vaſtant, *ibid.* Leſbo propulſantur, XI. Monobaſſiam recuperant, *ibid.* Dum Mytilenem tentant magna clade affecti, XII. Neopacti & Argorum vicos a Turcis diripi ſinunt, 1464. LXIII. Homarem Turcarum ducem ex Iſthmo repellunt, *ibid.* Ad Corinthum inſignem cladem accipiunt, *ibid.* Peloponeſum amittunt, *ibid.* Cum Rhodiis equitibus funeſta diſſidia ſuſcipiunt, LXVI. Rhodum obſident, *ibid.* Pacem cum iis componunt, *ibid.* Catharinam Corneliam in filiam cooptant & Jacobo Cypri tyranno dant ſpem ſucceſſionis regni, LXXI. Extincto Scanderbego partem illius principatus ſibi comparant, 1466. VII. Adverſus Petrum Medicem Florentiæ principem caulas excipiunt ad eum evertendum, 1467. XVII. Batholomæum Coleonem cum exercitu immittunt, *ibid.* Pacem ineunt cum Florentinis, & quibus legibus, XV. *uſque ad* XXI. Miſſo Nicolao Canalio Duce plures urbes Turcis eripiunt, 1469. XII. In annos vigintiquinque cum Paulo II. fœdus arctiſſimum ineunt, XXIV. Copias ſerius ſubmittunt Pontifici, XXVII. Chalcidem amittunt expugnatam a Mahomete, 1470. XII. Et plures urbes in Peloponeſo, XIII. Culpam exciſæ Chalcidis ignaviæ Nicolai Canalii aſcribunt, *ibid.* Subrogato Nicolao Mocenico illum vinculis tradunt, *ibid.* Moniti de expeditione Mahometis, ut par erat non providerant, XIX. Fugata a Turcis ex Helleſponto eorum claſſis, *ibid.* Cypri regno potiti quod Catharinam Corneliam Jacobi uxorem in filiam optaſſent, XXXVII. De Mincio derivando cogitant, XL. Moniti ne finitimos principes in ſe exaſperent, *ibid.* Ineunt fœdus cum aliis principibus contra Turcam pro tuenda Italia, XLI. In Ratiſponenſibus conventibus ſe a reliquis Chriſtianis derelictos conqueruntur, IX. Si Germani terreſtrem exercitum eduxerint hoſtem contundendum proponunt, *ibid.* Catharinam Corneliam cooptant in filiam, 1471. XLVII. Conſtituta dote tradunt Jacobo Cypri tyranno, *ib.* Clades inflictæ Venetis a Turcis, LXXIII. Serius de Turcis reprimendis cogitavere, *ibid.* Expoſitum diſcrimen ne Turca Ægyptum, Rhodum ac Cyprum ſibi ſubiciat, LXXIV. Venetis relinquit teſtamento bibliothecam Cardinalis Beſſarion, 1472. XI. Donarant Beſſarionem patria amiſſa Græcia, *ibid.* Quinquaginta triremes pontificiæ claſſi jungunt, XLII. Capta Smyrna cenſent eam non muniendam, ſed incendendam, XLIII. Ciliciæ littora infeſtant, ac plures arces Turcis eripiunt, *ibid.* & 1474. I. Uſumcaſſani oratorem excipiunt, II. Tormenta bellica & eorum librandorum peritos ad eum mittunt, *ibid.* Sichinum Seleuciam & Coricum tormentis ad deditionem cogunt, *ibid.* Poſt mortem Jacobi Cypri tyranni repulſa Carola Regina, Catharinæ Corneliæ viduæ clientelam ſuſcipiunt, IV. Jus demonſtranti reſpondent regna non jure, ſed armis poſſideri, *ibid.* Imperium Adriatici maris ſibi arrogant atque Anconitanis navigandi libertatem adimunt, 1473. XXVII. Intentatum iis anathema a Sixto, *ibid.* Scodram tuentur adverſus Turcas, 1474. XII. Fœdus cum Italiæ principibus in communem hoſtem pangunt, XV. Cyprum in ſuam poteſtatem redigunt, XVIII. Poſtulati judicio a Carola Cypri Regina de jure regni Cyprii, 1475. XXX. Negat Sixtus IV. ea cauſa ſe implicare, *ibid.* Cæſis Corneliæ Reginæ patruis ſe in arcibus continent, 1475. XXXII. Miſſo cum claſſe Petro Mocenico conjuratos cædunt arceſque occupant, *ibid.* Naupactum contra Turcas defendunt, 1476. IX. Mahometis claſſem, quæ Lemnon tentarat fugant, *ibid.* In Dalmatia Veneti exercitus pars cæſa, 1477. VII. In Macedonia excitatas circa Crojam arces capiunt, *ibid.* Dum fugato hoſte prædæ colligendæ inhiant ab eo revertente opprimuntur, *ibid.* Pro Florentinis bellum ſuſcipiunt adverſus Sixtum, XXIX. Pacem infamem emunt a Turca, *ibid.* Scodram dedunt Mahometi & Tænarum Laconiæ arcem inſignem & Lemnon inſulam, *ibid.* Aperiunt illi aditum ad plures alias urbes & inſulas invadendas, *ibid.* Pluribus annis diſtinuerant arma Mahometis, *ibid.* Ex inita ab illis pace adductum in diſcrimen Chriſtianum imperium, 1479. XI. Moniti Veneti, ut cæteris Chriſtianis in Turcas ſe conjungerent, detrectarunt, *ibid.* Queritur de Venetis Hungariæ Rex apud Germanos ſe ab iis & reliquis Chriſtianis deſertum, XXXVIII. Venetos ex invidia in Sixtum IV. pacem cum Turca pepigiſſe, *ibid.* Arces munitiſſimas hoſti prodidiſſe, *ibid.* Obſtrinxiſſe ſe ad Turcicam claſſem portubus ſuis excipiendam, *ibid.* Præbendum aditum per eorum terras & commeatus ſubminiſtrandos Turcis contra reliquos Chriſtianos perrecturis, *ibid.* Mahometem ideo cum Venetis pacem admiſiſſe, ut Hungariam opprimeret, XL.

Venuſinus comitatus: De eo permutando cum Aprutii parte actum, 1464. LXIX. Cur negata ea conditio, *ibid.*

Verbum expoſitum Mahometi II. ut generetur a Patre, 1461. LXI. Myſterium hoc a Platonicis agnitum ex traditione vetuſta, *ib.* & LXII. Teſtimonia prophetarum de generatione Verbi, LXIII. Cur dicatur genitus hodie & ante luciferum, *ibid.* Arrius & Mahometes generationem Verbi non intellexere, *ibid.* Prophetæ Deum Patrem dixere; ergo aſſeruere filium, LXVI. Mahometanorum argutiæ quibus negant Incarnationem Verbi diſſolvuntur, LXVIII.

Veritas: Cur eam non audiant Principes, 1461. LIV.

Veronica pia ſanctimonialis: Oſtenſum illi per ſacram ſpeciem bellum inter Polonos & Pruthenos opera Rodulphi internuntii apoſtolici ſedatum iri, 1466. XXXI.

Victoria: Victoriæ reportatæ de Turcis ab Hungaris Jeſum implorantibus, 1456. XV. & XXIV. §. *Cum.* & XXIX. & XXXII. §. *Tranſmiſit.* Hiſtoria de celeberrima ea victoria, XXVI. *& ſeq.* Antea prænunciata, XXVI. §. *Nutibus*, Sacramentis muniti milites, XXIX. Angelico exercitu perturbati Turcæ, XXXIII. Soli Chriſto aſcripta victoriæ gloria, XXV. Perlata ad Calliſtum Papam Mahometis II. ſpolia, XLII. Divinitus conceſſa Chriſtianæ, 1457. XXXII. Victoriam de Turcis Chriſtianorum precibus aſcribit Uſumcaſſanus, 1457. LXVI.

Victoria Fortiguerra mater Pii II. Oſtenſum illi divinitus in ſomno filium Pontificem parituram, 1458. I.

Victorinus Georgii filius a patre ipſo regni ſpe abdicatus, 1468. XII. Cum exercitu irrumpit in Auſtriam, XIII. Pellitur a Matthia Rege ac cæditur, *ibid.* Ex Trebyczi arce ægerrime liberatus fugit, *ibid.* Incurrit in terras Friderici, IX. In Moravia a Matthia Rege intercipitur, 1469. X. De eo capto celebrata Romæ publica lætitia, XII.

Vienna a Matthia Rege Hungariæ obſeſſa, 1477. VI.

VI. Liberata obſidione ex inito fœdere, *ibid.*

Viennenſis Academia condita a Paulo II. & Friderico III. 1469. VIII.

S. Vincentius Ferrerius prædixit pontificatum Alfonſo Borgiæ, qui dictus eſt Calliſtus III. 1455. XVII. Ab eodem Pontifice in ſanctorum ordinem relatus, XL. Plures Hebræi aliique infideles ab eo converſi ad Chriſtum, *ibid.* Maximos labores in prædicando Evangelio pertulit, *ibid.* Plures a vitiis ad virtutes traduxit, IV. Magnis effulſit miraculis, *ibid.* De iis excepti publici teſtes, *ibid.* Et volumen ingens conſcriptum, XLII.

Vindicta divina: ob peccata fideles a Regibus impiis exagitati, 1460. I. Divina ultione percuſſus Joannes Rochizana hæreticus, 1468. VIII. Plures ſacrilegi Poloni divinitus exuſti, 1474. VIII.

Vindicta humana: Sanctio Pauli II. in eos edita, qui vindictæ ardore conſanguineos inimicorum lædunt, 1466. XXIV.

Vinum: Cur ab eo abſtineant Mahometani, 1461. CV. Vino & luxuria incaluiſſe Angelos fingunt, CVII. Vino madidus Mahometes cædes patrare ſolitus, 1454. XX.

Vini ſpecies in ſanguinem ſæpius verſæ, 1473. XXI.

Virago: Unius virtute Lemno propulſati Turcæ, 1476. VII.

Virginitas: Virguncula nuptiis mortem præfert, 1456. LXXII. *Vid.* Caſtitas.

B. Virgo: Alexander Oliva puer poſtea Cardinalis ejus ope ad vitam revocatus, 1463. CXIII. Pius II. in morte conteſtatur ſe Virginis ope e magnis periculis ereptum, 1464. XLIII. Cœleſtes virtutes implorata ejus ope editæ, 1470. LVI. Ipſius ope a graviore morbo liberatus B. Iacobus Picens, 1471. LXXX. Vindicatus etiam a dæmonum vexatione, *ibid.* Philippus Clivius ope ejus carcere divinitus liberatus, *ibid.* Inſtauratum Viſitationis feſtum a Sixto, 1475. XXXIV. Fideles ad implorandam Virginis opem ſollicitati, 1475. XXXV. Ope Virginis victæ omnes perſecutiones, XXXVII. Ad pietatem in Deiparam Chriſtifideles a Sixto IV. ſollicitati, 1477. IX. Inſtitutum Immaculatæ Conceptionis officium, *ibid.* Illud repetituris propoſitæ indulgentiæ, *ibid.* Hæc temere nonnulli damnare hæreſis auſi, *ibid.* Pro conceptione immaculata Virginis commentarii editi a Sixto IV. ante pontificatum, 1479. XXXIV. Implorata Virginis ope Turcæ divinitus Rhodo propulſati, 1480. XI. Relatum eſt viſam ab infidelibus ferre opem Rhodiis cum innumeris militum catervis, *ibid.* Turcas Lauretanam ædem diripere molientes divinitus fugat, XXXII. Annulus Virginis pronubus inſertus digito impuræ fœminæ illum areſecit, 1480. XLIV. Furto ſublatus divino prodigio reſtituitur, *ibid.*

Vita ob brevitatem non plurimi facienda, 1461. LIII. De æterna maxime curandum, *ibid.* Sine hac nulla proſunt imperia, *ibid.*

Ulricus Comes Ciliæ. Irruente Mahomete in Hungariam cum Ladiſlao Rege Viennam in Auſtriam ignave fugit, 1456. XIV. Prædictum illi a B. Joanne Capiſtranenſi, ut caveret ab inſidiis, 1456. LXIII. Cum Huniadis filiis inimicitias gerit, 1457. XVIII. Ex inſidiis trucidatur, *ibid.* Ulciſcitur ejus mortem Ladiſlaus *ibid.*

Ungaria. *Vid.* Hongaria.

Ultio divina: *Vid.* Juſtitia Divina.

Urbanus VIII. beatorum honores decernit Jacobo Picenti, 1471. LXXXI.

Uſumcaſſanus Perſidis & Armeniæ Rex: Eum ſollicitat Calliſtus contra Mahometem, 1457. LXVI. Plures de eo refert victorias, *ib.* Proſperos ſucceſſus precibus Chriſtianorum tribuit, *ibid.* Ad illum & alios orientales Reges Lodovicus Minorita Bononienſis miſſus, *ib.* Quinquaginta millia militum educere in Mahometem ſpondet, 1459. XLIX. Cum aliis Regibus inſignem legationem mittit ad Pium II. 1460. CI. & 1461. XXXV. Bellum ſuſcipit in Mahometem oppreſſo ſocero Imperatore Trapezuntino, XLIII. A Mahomete vincitur, XLV. Appellat de fœdere Paulum II. adverſum Mahometem II. 1471. XLVIII. Profitetur ſe benedictionis apoſtolicæ beneficio Jamſam Babyloniæ Regem & ejus filium gemino prælio deleviſſe, XLIX. Tum magnum Regem Perſarum, *ibid.* Poſcit apoſtolicam benedictionem, *ibid.* Poloniæ Regem ſollicitat, ut arma vertat in Turcas, 1472. XXXV. Sollicitat etiam alios Reges, *ibid.* Minorem Armeniam & alia loca Mahometi eripit, XLIII. Sexcenta armatorum millia educit, XLIV. Trapezum expugnat, *ibid.* Cæſaream & Sebaſtiam capit, *ibid.* Sinopem ſibi ſubjicit, XLV. Mahometis exercitum profligat, *ibid.* Veneti ad eum tormenta bellica eorumque librandorum peritos mittunt, 1473. III. Tres arces Caramano reſtituunt, *ibid.* Chriſtianorum defenſor prædicatur a Sixto in literis ad Hungariæ Regem, VIII. Ad Aſiæ maritimam oram, ut erat pollicitus non accedit nec tormenta bellica accipit nec de ſumma belli confert, VIII. Certat in Armenia, IX. Initio vincit, deinde tormentis bellicis vincitur, IX. Gazam amittit, *ibid.* Decem tantum millia ſuorum quadraginta millibus Turcarum cæſis amittit, *ibid.* Poloniæ & Hungariæ Reges ſollicitat, ut arma in Turcas vertant, 1474. IX. Nil velle ait præter Trapezuntinum imperium ſibi uxorio jure debitum, *ibid.* Decies centena millia bellatorum ſpondet, *ibid.*

Waldenſis hæreſis & Waldenſes: In Atrebatenſi epiſcopatu repullulat, 1463. LXXXIII. Leges Eccleſiaſticæ in eos diſtringi juſſæ, *ibid.*

Wicleffiſta Epiſcopus quatuor articulos ex ſymbolo abradere auſus, 1457. XCII.

Willelmus Cardinalis Spoletanus cœnobium & Xenodochium ab eo conditum, 1472. LXII.

Wladus Valachiæ princeps. *Vid.* Dracules.

Wladiſlaus Caſimiri Poloniæ Regis filius a ſequacibus Georgii renuntiatus Bohemiæ Rex 1469. XI. De Georgii filia ducenda paciſcitur, *ibid.* Poſtulat a Georgio Caſimirus, ut dum vivit Wladiſlaum Regem renuntiet, 1470. II. Poſt Georgii mortem a Bohemis Huſſitis renuntiatur Rex in Cuthnenſibus comitiis, 1471. XXXIII. Albertus Saxoniæ dux cum regnum affectaret obſtitit, ne Bohemi Matthiæ imperium acciperent, *ibid.* Delatum Bohemiæ ſceptrum admittit, XXXVIII. Cum exercitu Bohemiam ingreſſus a Pragenſibus excipitur, IV. Miſſus ad componendam inter eum & Matthiam pacem legatus a Sixto IV. LXXVII. Ob præſtita Bohemis hæreticis auxilia in jus vocatus, 1472. XXIX. Cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe pronuntiatur, *ibid.* Bohemi liberam a Sixto Sacramenti Wladiſlao præſtiti religione, XXXII. Pacem init cum Matthia Rege, & quibus legibus, 1471. VII. Pacem violat, atque Wratiſlaviam obſidet irrito conatu, *ibid.* Inducias paciſcitur cum Matthia, *ibid.* A Friderico inſignibus ac jure Regni Bohemici donatur, 1477. VI. Reſciſſa deinde ea geſta a Friderico cum a Matthia bello urgeretur, *ib.* Pacem init cum Matthia Rege Hungariæ, 1478. XXXV. Bohemiæ regnum retinet permiſſis Matthiæ Moravia, Luſatia & Sileſia, *ibid.* & *ſeq.* Quibus legibus pepigerit de illis provinciis Bohemiæ regno reſtituendis, XXXVIII. Sancit Olomucæ fœdus cum Matthia Rege in Turcas & hæreticos, 1479. XXIII. Huſſitæ adverſus eum rebellant, *ibid.* Dum clemen-

tius

tius eos tractat inſidiis & veneno appetitur, *ibid.*
Wratiſlavia fruſtra a Polonis & Bohemis obſeſſa, 1474. VII.
Wratiſlavienſes ob defenſam fidem appetiti bello a Georgio Bohemiæ Rege, 1459. XX. Edicunt illi, ut publice obſequentem ſe Pontifici exhibeat, *ib.* Contendunt percuſſum anathemate a B. Joanne Capiſtranenſi, XXI. Miſſi a Pio internuntii pro conciliandа controverſia, *ibid.* Induciæ triennales initæ, XXIII. Difficiles ſe præbent ad concordiam cum Georgio hæretico ineundam, 1460. LXXIV. Conſulente Pio II. qui Georgii hypocriſi deluſus erat pacem ineunt, LXXV. Juſſi parere Georgio Regi Bohemiæ fingenti ſe eſſe catholicum, 1462. XXIV. Ubi patuit ejus perfidia ſacramenti illi præſtiti religione ſoluti, *ibid.* Proceres catholici iis opem ferre juſſi, *ibid.* Wratiſlavienſes in fide conſtantes Georgium Regem hæreticum fortiter propulſant, 1463. CII. Obſeſſi iterum a Georgio hæretico Rege, 1466. XXVI. Ad decem millia crucem accipiunt tridui ſpatio, XXIX. Perculſi eo terrore hoſtes ſolvunt obſidionem, *ibid.*
Vultures cædendum Turcicum exercitum ſupervolitant, 1458. XVI.

X

XEnodochium Sancti Spiritus inſtauratum a Sixto IV. 1477. XII. Ejus ædes refectæ a fundamentis, *ibid.* Inſtitutum pro eo tuendo ſodalitium, *ibid.*

Z

ZAcynthus Turcico adjecta imperio, 1479. XL.
Zaninus Bergomenſis hæreſiarcha fingit alium mundum & alios homines antea fuiſſe, 1459. XXXI. Chriſtum neceſſitate ſtellarum paſſum, *ibid.* Confert Chriſtum cum Mahamete, *ibid.* Negat Chriſti præſentiam in Euchariſtia, *ibid.* Luxuriam negat eſſe peccatum, *ibid.*
Zara Jacob Æthiopum Imperator Æthiopas Romanæ conjunxit Eccleſiæ in Florentino concilio, 1456. XLV. Sollicitatus a Calliſto ut arma in Saracenos vertat, XLVI. De victoria ad Belgradum divinitus parta certior factus, XLVII. Miſſus ad eum gladius a Calliſto, ut eum in Mahometanos diſtringat, XLVIII.
Zdenko Sternbergius: Conſtans illius reſponſum ad Georgium hæreticum Bohemiæ Regem, 1462. XX.
Zendren arx munitiſſima in Raſcia occupata a Mahomete II. 1459. LVI.

INDEX

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo paginarum numerus indicatur.

A

ÆNeas Sylvius Piccolomini : *Vid.* Pius II.
Alexander Oliva : *Vid.* Oliva.
Alfonſus Rex Luſitaniæ claſſem mittit in Italiam pro expeditione Turcica, & quando, 57.
Andreæ Corneri mors, 543.
Anglorum bella inteſtina quo anno cœpta, 324. Eorum bellorum exitus, *ibid.*
Avenionenſe Concilium quo die celebrari cœptum, 128. Patrum numerus, *ibid.* Quid in eo geſtum, & quando deſierit, *ibid.*

Flavius Blondus a Gaſpare Blondo diverſus, 616. A ſecretis fuit Pio II. *ibid.*
Florentini : Miſſæ ad Pontificem plures legationes, ut bello in Florentinos abſtineat quo anno & menſe, 597. Pax inter Florentinos & Pontificem conciliata, & quomodo, 618.
Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis an proditionis in Jacobum Piccininum conſcius fuerit, 419. Franciſci Sfortiæ obitus quo menſe & die, 433. Rerum ab eo geſtarum ſcriptor, *ibid.* Ejus uxor Blanca quo anno obierit, 434.
Fridericus III. Romanorum Imperator enſe & pileo a Pio II. Pontifice donatus, 198. Enſis hujus & pilei ritus & antiquitas, *ibid.* & *ſeq.*

B

BEſſario Cardinalis an dicterii cujuſdam impii de S. Vincentio Ferrerio author fuerit, 45. Ejuſdem orationes aliquæ, 227. Quando Beſſario ad Conſtantinopolitanum Patriarchatum evectus fuerit, 372.
Blanca Franciſci Sfortiæ Mediolanenſis Ducis uxor quo die obierit, 433.
Bonæ ſpei promontorium quando a Luſitanis exploratum, 10.

C

CAlliſtus III. Nicolao V. in Romano Pontificatu ſuffectus, & quo die, 22. Calliſti III. obitus, 156. Ejus virtutes & vitia, *ibid.* Calliſti in Pontificatu ſucceſſor, *ibid.*
Carolus Rex Sueciæ regno pulſus & quando, 122. In ejus locum ſubſtitutus Chriſtiernus quo die, *ibid.*
Caroli VII. Galliarum Regis obitus, 282. Ejus in regno ſucceſſor, *ibid.*
Chriſtiernus Daniæ Rex ad regnum Suedicum aſſumptus quo die, 122.
Contingentia : De futuris contingentibus agitata Romæ controverſia, 546. Ejus cauſæ exitus, *ibid.*
Cyprus: Cypriarum rerum ſtatus poſt mortem Jacobi Regis, 543.

E

ENſis olim a Romanis Pontificibus donabatur Principibus, 198. Ejus ritus inſtitutio, *ibid.* & *ſeq.*
Eſtor e Manfredis anathemate perculſus a Pontifice, 266. Ejus effigies per totam Eccleſiæ ditionem propoſita ad ludibrium, *ibid.*

F

FErrerius (S. Vincentius) in Sanctorum numerum relatus, 45. An Cardinalis Beſſario hac occaſione dicterium iſtud obtruſerit : *Sancti iſti recentiores veterum Sanctorum opinionem mihi adimunt*, *ibid.*

G

GAleatius Maria Sfortia dux Mediolanenſis quo die occiſus, 574. Ejus cædis fama quando Romam perlata, *ibid.* Cædis authores ſupplicus affecti, *ibid.* Galeatii ætas, *ibid.*
Gaſpar Blondus a Flavio Blondo diſtinguendus, 616.
Genuenſes Gallos ex urbe propulſant, quo anno, 248.
Georgius Podiebratius Rex Bohemiæ ad reſpondendum de crimine hæreſis juridice vocatus Romam quo anno & die, 420. Paulus II. Rom. Pont. Bohemos omnes ab ejus obſequio liberos pronunciat & quo die, *ibid.* Podiebratius a Pontifice hæreſis reus palam denunciatus, *ibid.* Georgii literæ ad Matthiam Hungariæ Regem, 452. Quo anno ſcriptæ, *ibid.*
S. Georgii ordo militaris quando & a quo inſtitutus, 469.

H

HÆreſis: Impoſtor quidam in Germania hæreſim adverſus Eccleſiæ miniſtros diſſeminat, 574. Hæreſis illa quo anno exorta, & extincta, *ibid.*
Huniades utrum victoriæ, quam Chriſtiani apud Taurunum de Turcis reportarunt, author fuerit, 72. Ejus mors, *ibid.*

I

JAcobi Papienſis Cardinalis patria, 239. Natalis ejus certus locus deſignatur, *ibid.* & *ſeq.* Ejus fortuna, & opera, 240.
Jacobus Piccininus : *Vid.* Piccininus.
Jacobus Volaterranus a Raphaele Volaterrano diſtinguendus, 525. Diarii Romani MS. in Bibliotheca Vaticana author, *ibid.*
Jacobus Cypri Rex : Nuptiæ inter Jacobum hunc & Catharinam Corneram quo anno coiverint, 510. Jacobi Cypri Regis obitus quo die, 543.
Joannes Turrecremata, *Vid.* Turrecremata.
Joannes Upſalæ Archiepiſc. quo anno in cuſtodiam traditus a Chriſtierno Rege, 473. Quando carcere liberatus, *ibid.*

Jo-

Digitized by Google

Joannis de Balva Cardinalis detentio in carcere, & judicium in ea cauſa inſtitutum ad quem annum pertineant, 513.
S. Joannes de Capiſtrano an author fuerit victoriæ a Chriſtianis de Turcis reportatæ apud Taurunum, 72. Ejus ſanctitas vindicatur, *ibid.* Ejus obitus, *ibid.* Inter ſanctos relatus, *ibid.*
Italica pax compoſita, 6. Quo authore & quo conſilio, *ibid.*
Judæi Simonem puerum Tridentinum neci tradunt, & quo anno, 569. Puerum alium Chriſtianum Tarviſii occidunt, *ibid.*

L

LAdiſlaus Rex Bohemiæ Pragæ ſolemnem ſupplicationem inſtituit, 12. Plura ſancit pro fide catholica, *ibid.* Ejus obitus quo anno, & die, 139.
Lauredanus Scutaritanæ arcis præfectus ejus obſidionem ſolvit, 553. Ejus fortitudo, *ibid.*
Ludovicus XI. Caroli VII. Gallorum regis filius Patri in regno ſuccedit, 282. Ejus coronationis dies, *ibid.* Pragmaticam ſanctionem revocat, *ibid.*

M

MAhometes Turcarum Imperator Deo votum nuncupat de perdendis Chriſtianis, & quo anno, 482. Pacem poſcit a Venetis & reliquis Chriſtianis principibus, 537.
Matthias Joannis Huniadis filius Hungariæ Rex deſignatur, quo die, 139.
Maximilianus Auſtriacus nuptias celebrat cum Maria Burgunda, 572. Menſis & dies initi connubii, *ibid.* Colloquium inter Maximilianum, & Ludovicum Gallorum Regem habitum ad quem annum pertineat, 617.
Moldavi de Turcis victoriam referunt, quo anno, 553. Victoriæ hujus occaſio, & deſcriptio, *ibid.*

N

NIcolai V. P. M. obitus, 23. Ejus elogium, *ibid.* Ejus ſcripta, *ibid.* Literas & literatos viros impenſe fovit, *ibid.* Rerum a Nicolao V. geſtarum Scriptores, 23. Bodini in illum calumnia diſploditur, *ibid.* Ejus in Pontificatu ſucceſſor, *ibid.*

O

OLiva (Alexander) S. R. E. Cardinalis renunciatus a Pio II. quo anno, 384. Ejus obitus & elogium, *ibid.* Ejus opera, *ibid.*

P

PAuli II. Rom. Pontif. obitus, 516. Ejus fama a multis proſciſſa, *ibid.* Ab aliis defenſa, *ibidem.* Ejus in Pontificatu ſucceſſor, *ibid.*
Paulus Archiepiſcopus Genuenſis dux eligitur quo anno, 345. Pii II. ad ipſum literæ quo anno ſcriptæ, *ibid.*
Petrus de Rivo auctor controverſiæ de futuris contingentibus, 546. Dies Petro dicta Romæ apud Pontificem, *ibid.* Cauſæ hujus exitus, *ibid.*
Piccininus (Jacobus) a Senenſibus clade affectus, 57. Orbetellum occupat, quo anno, *ibid.* Pax inter Piccininum & Senenſes quando compoſita, *ibid.* Piccininus Ferdinandi Regis proditione captus, & quo die, 419. Utrum proditionis hujus conſcius fuerit Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, *ibid.*
Pius II. ad Romanum Pontificatum aſſumptus in locum Calliſti III. 156. Ejus electionis & coronationis dies, *ibid.* Literas dat ad Fridericum Imperatorem quo anno, 198. Decumas indicit Pius pro bello adverſus Turcas, 220. An illas Itali ſolverint, *ibid.* Pii II. ad Paulum Genuenſem Archiepiſcopum literæ ad quem annum ſpectent, 345. Pii liber Dialogorum plane intercidit, 385. Ejuſdem *de Amore* libellus quiſnam ſit, *ibid.* Pii II. obitus, & elogium, 405. Pius a calumniis vindicatur, *ibid.* Ejus in Pontificatu ſucceſſor, *ibid.*
Podiebratius: *Vid.* Georgius.
Pragmatica ſanctio revocata a Ludovico XI. & quo authore, 282.

R

RAphael Volaterranus ab Jacobo Volaterrano diſtingendus, 585. Uter auctor fuerit commentariorum qui ſervantur MSS. in codice Vaticano, *ibid.*
Ratiſponenſis conventus acta, 1. Quando habitus, *ibid.*
Rochizana plures hæreſis ſuæ articulos revocat, 12.

S

SCanderbegi duplex in Italiam profectio, 424.
Scutaris a Turcis obſeſſa, 553. Ejus obſidio quo die ſoluta, & cujus opera, *ibid.*
Senenſes cum Piccinino pacem componunt & quando, 57.
Sigiſmundus Auſtriacus hæreſeos poſtulatus Pontificiis literis, 267. Ad quem annum literæ illæ pertineant, *ibid.* Anathemate damnatus, *ibid.*
Sigiſmundus Malateſta caſtra Pontificia invadit in Piceno, 265. & ſeq. Victoriam de pontificiis copiis refert, & cur, 266. In Sigiſmundum cenſuræ quando a Pontifice inflictæ, *ibid.*
Simon Tridentinus infans a Judæis occiditur & quo anno, 569. Simonis dies & annus natalitius, *ibid.* Quando Sanctorum honores ipſi tributi, *ibid.*
Simonetta Camers Auguſtinianus Italicam pacem componit, & quo conſilio, 6.
Sixtus IV. Paulo II. ſuccedit, 516. Graſſante Romæ lue ex urbe fugit, 573. Quo ſe receperit, & an Campagnanum petierit, *ib.* Sixtus pacem cum Florentinis componit, 618. Fœdus ſancit cum Ferdinando Rege, *ibid.*
Sueſſionenſe concilium quo anno celebratum; 49.

T

TAuruni obſidio quando cœpta, 72. Chriſtiani cum Turcis apud Taurunum præliantur felici ſucceſſu, *ibid.*
Transfigurationis D. N. J. C. Feſtum quando inſtitutum, 128. A Calliſto III. inſtauratum & quomodo, *ibid.*
Turcæ: Magna a Chriſtianis de Turcis reportata victoria apud Taurunum, 72. Quis fuerit victoriæ illius præcipuus author, Huniades ne, an B. Joannes de Capiſtrano, *ibid.* Ejus victoriæ deſcriptio, *ibid.* Turcæ Walachiam invadunt, 336. Walachi bis de Turcis victoriam referunt, *ibid.* Cæſorum numerus, *ib.* Claſſem ingentem parant Conſtantinopoli,

449.

449. Ab Uſumcaſſano victi, 510. & ſeq. Moldavorum de Turcis victoria, 553. Turcarum irruptio in Dalmatiam, 578. Turcæ cum Venetis pacem componunt quo anno & die, 593. Conditiones pacis, ibid.
Turrecremata (Joannes de) Ejus mors quo anno, menſe, & die, 462. Ejus elogium & opera, ibidem.

V

VEneti cum Turcis fœdus confirmant quo anno, 6. Claſſem parant adverſus Turcas, 449. Pacem ſanciunt cum Turcis & quando, 593. Pacis conditiones, ib.
Uſumcaſſanus Meſopotamiæ Rex victoriam de Turcis reportat, 510. & ſeq. Aliam expeditionem parat adverſus Turcas, 536.

FINIS.

A011469717

A011469717

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google